{BnF

gallica
BIBLIOTHÈQUE
NUMÉRIQUE

Anonyme. Geographi graeci minores. Volumen secundum. 1861.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

BIBLIOTHÈQUE
DE
MONTBÉLIARD.
Série ____ N° ____
Cté ____ Rayon ____
Tablette ____

GEOGRAPHI GRÆCI

MINORES.

E CODICIBUS RECOGNOVIT
PROLEGOMENIS ANNOTATIONE INDICIBUS INSTRUXIT
TABULIS ÆRI INCISIS ILLUSTRAVIT


CAROLUS MÜLLERUS.

VOLUMEN SECUNDUM.

INSUNT :

DIONYSII ANAPLUS BOSPORI.
DIONYSII PERIEGESIS.
AVIENI PARAPHRASIS.
PRISCIANI PARAPHRASIS.
EUSTATHII COMMENTARII.
ANONYMI PARAPHRASIS.
SCHOLIA IN DIONYSIUM.

NICEPHORI GEOGRAPHIA.
AGATHEMERI GEOGRAPHIA.
ANONYMI GEOGRAPHIA.
ANONYMI GEOGRAPHIA.
ANONYMI ORBIS DESCRIPTIO.
CHRESTOMATHIA STRABONIANA.
PSEUDOPLUTARCHI LIBER DE FLUVIIS



PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI IMPERIALIS FRANCIÆ TYPOGRAPHO, VIA JACOB, 56.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

GEOGRAPHI GRÆCI

MINORES.

VOLUMEN SECUNDUM.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56

GEOGRAPHI GRÆCI

MINORES.

E CODICIBUS RECOGNOVIT
PROLEGOMENIS ANNOTATIONE INDICIBUS INSTRUXIT
TABULIS ÆRI INCISIS ILLUSTRAVIT


CAROLUS MÜLLERUS.

VOLUMEN SECUNDUM.

INSUNT :

DIONYSII ANAPLUS BOSPORI.
DIONYSII PERIEGESIS.
AVIENI PARAPHRASIS.
PRISCIANI PARAPHRASIS.
EUSTATHII COMMENTARII.
ANONYMI PARAPHRASIS.
SCHOLIA IN DIONYSIUM.

NICEPHORI GEOGRAPHIA.
AGATHEMERI GEOGRAPHIA.
ANONYMI GEOGRAPHIA.
ANONYMI GEOGRAPHIA.
ANONYMI ORBIS DESCRIPTIO.
CHRESTOMATHIA STRABONIANA.
PSEUDOPLUTARCHI LIBER DE FLUVIIS.



BIBLIOTHÈQUE PUBLIQUE

PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,
INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO.
VIA JACOB, 56.

M DCCC LXI.

PRÆFATIO.

Quod nobis in toto hoc græcorum scriptorum corpore edendo propositum fuit, ut magna adhibita diligentia et græcam orationem et interpretationem latinam talem exprimeremus, qualis hodie fieri posset quam emendatissima post tot tantorumque virorum studia, qui has litteras doctrina ingenioque suo illustrarunt, id nunc in Thucydide quoque constanter sumus secuti. Et exspectari quidem poterat, ut præclarum hoc opus, quod præcipua quadam cura esset hac nostra ætate tractatum, præter cetera integrum ac luculentum prodiret; nec vero obscurum est, multis partibus hodie rectius Thucydidem legi et intelligi quam olim. Sed tamen negari non debet, haud pauca adhuc apud eum superesse aut plane falsa aut incerta et obscura, in quibus necesse est subsistant dubii, quicumque aut dubitare poterunt aut subsistere volent; atque cetera quidem auxiliorum genera in posterum quoque hujusmodi locis magna cum utilitate adhibebuntur, a codicibus manuscriptis vero quæ exspectari poterant, omnino desperanda videntur esse. Quod quum ita sit, fecimus quod pro instituti nostri ratione potuimus; græca diligenter expressimus ex altera *Immanuelis Bekkeri* editione, quæ prodiit Berolini 1832, in qua ille certa quadam ratione laudabilique constantia eum tenet emendandi modum, qui libris MSS. continetur. Agitur enim hoc ante omnia, ut insigniorem quemque antiquitatis librum talem proponamus, qualem quemque aut beneficio temporum aut iniquitate traditum accepimus, neque eam potius velimus integritatem ei restituere, ut videatur ipse auctor librum sua manu scriptum reliquisse, sed eam, quæ maxima fuit aut esse potuit uno aliquo seculo, e quo originem duxerunt codices MSS. nobis servati. Quo fit, ut in paucis tantum iisque recentissimis scriptoribus certa fide præstari possit, propriam ipsorum manum a nobis restitui; de ceterorum libris bene agitur, si tales legantur, quales aliquot quam paucissimis seculis post ipsorum ætatem haberi poterant; nonnullorum vero tam adversa fortuna fuit, ut exempla eorum antiquissima haud multum superent eam ætatem, qua codices manu describi desiti sunt. Atque in Thucydide quidem pejus res cecidit, quam vel dignum est tanto scriptore, vel credibile videri solet iis, qui codicum MSS. multitudinem admirantur. Ar-

gumento hoc est, quod graviora quidem vitia omnia, quæ hodieque in ejus libris resident, aut omnium codicum communia sunt, aut certe eorum, qui merito optimi habentur, a quibus qui discrepant, non id faciunt propterea, quod propius absint ab operis origine, sed propterea, quod librarii aut per imprudentiam errarunt, aut pro suo quisque arbitrio emendare studuerunt, quæ mendosa videbantur. Quamobrem una certissima ratio est, ut quam horum librorum formam idoneis argumentis intelligamus antiquissimam esse, eam e codd. MSS. accurate restituamus; quod quum Bekkerus fecerit et judicio rectissimo et constantia majore, quam reliqui omnes, nobis dubitandum non fuit, quin ejus editionem sequeremur. Nam superesse quidem multa, quæ non solum appareat vitiosa esse, sed quæ etiam probabili aliqua ac pæne certa mutatione emendari possint, neque Bekkerum fugit neque nos aut ignoramus aut tegimus; et quum ille ceterique Thucydidis studiosi in hanc rem protulerunt haud pauca, quæ facile credas veriora esse, quam quæ nunc in libris leguntur, tum nos quoque aliquotiens reppe-risse nobis videmur, quomodo inveteratis quibusdam vitiis præsens aliqua medicina fieri possit. Sed neque nostra hæc neque aliorum inventa pro hujus editionis instituto proferre nobis licuit, eaque non minima causa est, cur sæpissime nobis interpretandi negotium difficillimum ac molestissimum accideret; quod quomodo administraverimus, paucis sic habeto.

Latine jam olim Thucydidem interpretati sunt Laurentius Valla, Vitus Winsemius, Æmilius Portus, Georgius Acacius Enenckelius, e quibus Æmilius Portus eam obtinuit auctoritatem, ut interpretationem ejus reliqui deinceps omnes repeterent; et qui unus eam videtur accuratius inspexisse, Joh. Hudsonus, satis habuit subjicere ei passim aut reliquorum interpretum verba aut aliorum suasve quasdam correctiones, ipsam vero intactam reliquit, id quod etiam Bekkerus fieri passus est in editione Oxoniensi anni 1821. Nimirum in contemptum pæne venit interpretandi illa diligentia, et si a paucis discesseris, qui separatim aliquot Thucydidis particulas latine transtulerunt, nemo exstitit, qui quattuor illorum laudem sua opera obscurare vellet. Et vero est ea res immensi operis, quam nemo facile aggrediatur, qui non cum insigni græcæ linguæ peritia accurataque Thucydidii ingenii intelligentia parem conjunxerit latinæ eloquentiæ facultatem animumque invictum negotii asperitate et variis difficultatibus, quæ quot quantæque sint, nemo recte æstimabit, nisi qui ipse vires in iis periclitatus sit. Quamobrem novam quidem justamque latinam interpretationem talem conficere,

qualem fieri maxime vellemus, nos quoque desperavimus, nec tamen committendum visum est, ut reliquorum exemplo vetus illa Æmilii Porti repeteretur, quæ quum aliis multis nominibus reprehendi debet, tum non efficit, quod unum nobis agendum erat, ut iis, qui ad intelligenda græca non sibi ipsi sufficerent, idoneum aliquod certumque subsidium pararetur. Itaque nos mediam quamdam viam ingressi latinam interpretationem Æmilii Porti recepimus illam quidem et ipsi, nostro tamen usi judicio mutavimus et correximus tanta assiduitate, ut invitis nobis et imprudentibus pæne nova exsisteret, quam novam esse nolueramus. Trahebat enim nos ipsa rei difficultas, et quum indignaremur nobilissimi scriptoris orationem aut falso minusve accurate explicari aut inquinari vitioso barbaroque dicendi genere, dum modo huic modo illi malo remedium quærimus, ingens exhausimus tædium insignemque temporis jacturam fecimus molestiorem eam et magis pœnitendam in tam ingrata materia, in qua neque apud alios par laus religiosam diligentiam sequi solet, neque etiam nobis ipsis satisfacere potuimus. Quum enim in hoc instituto nostro non liceret perfectam illam interpretandi rationem sequi, quam mente cernebamus, nihil aliud nunc sumimus nobis, nisi ut repetiverimus et ipsi Porti interpretationem, sed correctam tamen et Bekkerianæ editioni accommodatam. Elegantiam vero et non solum puritatem sed etiam aliquam quasi speciem formamque orationis latinæ æquabili studio elaboratam magnaque intelligentia et subtili quodam artificio ad Thucydidii ingenii similitudinem expressam, itemque alia quædam si quis desideret, quæ decora potius quam ad præsentem usum necessaria sunt, is non nobis succensere debet, qui fateamur, nihil nos nunc suscepisse, nisi ut graviores Porti errores corrigeremus; quo si plus egimus, non quod deest, sed quod superest imputari debet. Imprimis autem hoc operam dedimus, ut non quidem artificiose, sed simpliciter ac perspicue Thucydidis sententia explicaretur, et cavimus, ne græcis latina obscuriora essent, neve quam quis in illis ambiguitatem vel dubitationem offendat, eandem et ipsi subdole relinqueremus. Ceterum tanta fuit in Porti interpretatione vitiorum multitudo, ut si quod aliquando diligentiam nostram effugerit, veniam nobis dari æquum sit; neque id tamen crebro accidisse persuasum nobis est, qui vel in iis locis, ubi longiore meditatione non opus esset, bis terve græca cum latinis contenderimus. Sed dum sententiæ rebusque ipsis intenti sumus, facilius accidere potuit, ut ea intacta relinqueremus, quæ aut barbare aut certe minus latine Portus scripserat, præsertim quum ex hoc genere haud pauca pæne

innumerabilibus locis corrigenda essent, quæ ille prava quadam consuetudine aut perversa opinione inductus semper scribere solebat. Inter quæ creberrima illa sunt, quod in præteritis verborum temporibus semper scripsit *victus fuit*, *victus fuerat*, et reliqua eodem exemplo, ubi debebat *victus est*, *victus erat;* quibus accedit magna in temporum modorumque usu negligentia et perturbatio; exempli loco sit, quod non putavit indicativum modum posse cum *quod* particula conjungi; nec minus peccatum in pronominum usu, in quo molestissimum hoc fuit, quod nescio quo elegantiæ studio plerumque *ipsum* dixit, ubi aut *eum* debebat aut etiam *se;* nec rara erant pervagata illa : *parum abest*, *tum temporis*, *reversi sunt*, aliaque plura atque etiam graviora. Qualia quamvis omnia studiose corrigas, non tamen ideo plane latina sit ejus oratio, qui non verborum ambitus latino magis quam græco more struere et conjungere audeat, nec relativum pronomen magis fere frequentet quam Græci, nec sibi permittat μέν et δέ particulas aliter quam latinis *quidem* et *vero* transferre, et quæ hujus generis reliqua sunt, quæ ego quamvis improbarem, corrigere tamen constanter non potui, si aliquid vellem de Porti interpretatione relinquere.

Neque tamen talia aut illi aut mihi magis vitio vertentur, quam si sententias ipsas perperam intellexerimus, id quod illi quidem, ut tum erant tempora, accidit frequentissime. Ego vero, cui magna commentariorum moles præsto esset, quam Poppo edidit, bono animo eram, nec putabam mihi, ubi forte ipse hærerem, illius aliorumve auxilium defuturum. Sed res spem fefellit; et ut, quod supra dixi, in emendandis Thucydidis libris multa adhuc desiderantur, ita plura etiam in iisdem explicandis. Nam ipse quidem Poppo quantum diligentia doctrinæque copia Thucydidi profuerit, non opus est nostris laudibus prædicare; eundem tamen in locis multis impeditioribus aut plane tacere videas aut in aliqua improbabili ratione acquiescere, aut, id quod nemini frequentius accidit, consilii dubium esse; nec ea minus pertinent ad reliquos Thucydidis editores. Nobis vero non licebat dubiis esse, nec permisimus nobis, ut ambiguis suspensisque verbis lectorem eluderemus, aut, ubi alii tacuissent, nos quoque probata Porti interpretatione otium ageremus. Itaque factum est, ut, quum sæpissime illis auctoribus peccata corrigeremus, haud raro idem faciendum esset privato nostro arbitratu, ubi quid illi statuerent, nesciebamus; nec nobis dubium est, quin sint in his locis aliquot, ubi illi vulgarem interpretationem probaverint; rursus etiam alii sunt, ubi sciens sprevi, quæ illi vera duxerunt. Augebatur autem molestia eo, quod quæ nobis in corrigenda

latina interpretatione permissa erat libertas, eadem non in græca oratione concedebatur, legemque hanc nobis imposueramus, ut ne ultra Bekkerum sapuisse vellemus. Atque id quidem fecimus, quoad ejus fieri potuit, tantaque fuit continentia nostra, ut ne levi quidem indicio proderemus, quæ ipsi emendanda reppereramus, nisi in locis quibusdam paucissimis, ubi nobis fieri non posse videbatur, quin aut a Bekkeri scriptura aliquantum recederemus, aut sententiam exprimeremus, quæ nulla esset. Et, si unquam alibi, in talibus locis vellem minus taciturnus fuisset Bekkerus, ut sciretur, utrum modo ob codicum consensum scripturam corruptam receperit, an putaverit ejus defendendæ et explicandæ aliquam rationem esse.

Sed de his omnibus singulatim dicere, quæ aut paulum immutata interpretatus sum, aut quæ mihi rectius aliis videor intellexisse, longum est et ab hoc loco alienum; et dicetur de iis et reliquis emendationibus nostris, quarum hic usus esse non poterat, alio loco accuratius. Nonnulla tamen exempli causa proponam, ne cui mira videantur aut per negligentiam commissa. Difficillimi loci duo sunt, in quibus ego aliquid excidisse statuo; eorum alter est lib. VIII, cap. 76 : καὶ νῦν ἐς τοιοῦτον καταστήσονται, ubi uncis inclusa addidi ea, sine quibus sententia non videbatur constare posse. Alter locus est lib. V, cap. 3 extr. περὶ πατρίδος βουλεύεσθε, ἣν μιᾶς πέρι καὶ ἐς μίαν βουλὴν τυχοῦσάν τε καὶ μὴ κατορθώσασαν ἔσται, ubi item quid addendum censeam, satis indicavi. Facilior ratio est aliorum trium locorum, quæ mihi membris paulo aliter distinctis, quam adhuc factum est, recte interpretatus videor. Nam lib. III, cap. 31, impeditissima sunt verba illa : (ἐλπίδα δ' εἶναι· οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι) καὶ τὴν πρόσοδον ταύτην μεγίστην οὖσαν Ἀθηναίων ἢν ὑφέλωσι. Horum Poppo quattuor explicandi rationes proposuit, quarum nullam neque ipse probavit neque alius facile quisquam probaverit, qui non aut verbis vim facere aut sententiarum aptam structuram pervertere velit. Ego servatis verbis ita ut a Bekkero scripta sunt, una parenthesis signa tollo; præterea verba ἐλπίδα δ' εἶναι statuo per se consistere, a quibus pendere facio membra duo, quæ more Thucydidio inæqualia sunt; spes enim potiundæ Ioniæ, de qua agitur, duabus rebus continetur, quarum altera posita in facto (οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι), altera in faciendo sive condicione conclusa, eaque rursus bipertita ἢν ὑφέλωσι-καὶ ἅμα ἢν δαπάνη γίγνηται. Quorum membrorum utrumque per se aptissime cum primo illo conjungatur; quis enim offendat in his : ἐλπίδα δ' εἶναι· οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι· et : ἐλπίδα δ' εἶναι, ἢν-ὑφέλωσι? Hæc autem quod quamvis inæ-

qualia sint, inter se conjunguntur, in Thucydide quidem nemo mirari debet.

Breviter significasse sufficit, lib. III, cap. 98, probabilius mihi videri, distinctionem eam, quæ est ante οὗτοι, ponere ante verba τοσοῦτοι μὲν τὸ πλῆθος, et illic nullam facere, quod quomodo intelligi velim, satis ex interpretatione apparet. Denique lib. V, cap. 91, statui græca sic interpungi debere : οὐ γὰρ οἱ ἄρχοντες ἄλλων, ὥσπερ καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὗτοι δεινοὶ τοῖς νικηθεῖσιν (ἔστι δὲ οὐ πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν ὁ ἀγών), ἀλλ' ἢν οἱ ὑπήκοοί που τῶν ἀρξάντων αὐτοὶ ἐπιθέμενοι κρατήσωσιν.

Sed lib. III, cap. 43, miratus sum nondum gravissimum aliquod vitium ab aliis sublatum esse, quod est in verbis : χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι ἡμᾶς περαιτέρω προνοοῦντας λέγειν ὑμῶν τῶν δι' ὀλίγου σκοπούντων. Nam usus quidem ille participii ἀξιοῦν genere neutro positi offendere neminem potest, quum et lib. I, cap. 142, legamus ἐν τῷ μὴ μελετῶντι, et lib. III, cap. 10, ἐν τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης, et alia similia multa ubique. Sed quis unquam vidit, ejusmodi participio aliud vel adjectivum vel pronomen apponi, ut hic τὸ τοιόνδε ἀξιοῦν dici creditur? quod a ceteris silentio transmissum quasi vulgare et nullo modo dubium esset, mihi non modo numquam dici, sed ne posse quidem dici videtur; neque id arbitror grammaticos eos negaturos, qui ipsas cujusque usus rationes causasque explorare velint. Proinde scribendum est ἀξιοῦν τι divisis vocibus, ut ἀξιοῦν sit infinitivus, ἐν τῷ τοιῷδε autem separatim dicatur, quod est frequentissimum; vid. V, cap. 88; item III, cap. 81, § 5, ubi est ἐν τῷ τοιούτῳ; alia exempla collegit Fr. Haase ad Xenoph. de Rep. Lacedd. in ind. v. ἐν pag. 305 sq.

Præterea lib. III, cap. 33, Bekkerus cum aliis Popponis conjecturæ obsecutus neglecto codicum MSS. consensu bis Icari nomen pro Clari recepit, in quo ei non obedivi propter ea, quæ de hac re exposuit idem Haase in Actis litt. antiq. Darmstad. a. 1836. Nr. 84. Contra lib. VII, cap. 71, ubi legitur διὰ τὸ ἀνώμαλον, interpretando expressi id, quod Bekkerus suaserat δι' αὐτό. Atque sunt alii etiam loci quidam, in quibus aut Bekkeri aut aliorum emendationibus usus sum, quos nunc omnes examinare non attinet.

Plura sunt, quæ ego, priore scriptura servata, nova quadam ratione interpretatus sum, veluti illud οὐ καθ' ἓν μόνον τῶν πραγμάτων lib. VII, cap. 75, ubi καθ' ἓν ita omnes dictum acceperunt, ut est καθ' ἑκάστους, καθ' ἕκαστα, καθ' ἕκαστον I, cap. 36, cap. 145; VII, cap. 8, cap. 64, et alibi sæpe; habet enim καθ' ἕν etiam plane contrariam significationem, de qua alio

quidem loco lib. VIII, cap. 46, nemo dubitavit, ubi res manifestior erat. Eam vero sententiam esse, quam ego expressi, et ex sequentibus verbis satis intelligitur, et comprobant exempla alia, in quibus καθ' ἕν eodem modo dicitur, qualia collegit Haase ad Xenoph. l. c. pag. 304. Quæ reliqua sunt de hoc genere inventa nostra, nolumus nunc memorare.

Superest, ut indicem huic editioni adjectum laude aliqua lectoribus commendem; ipse enim mihi testis sum, confectum eum esse summa diligentia et assiduitate, non quidem ita, ut verbis multis ipsas res gestas enarrarem, quod inutile videbatur, sed ut accurate locos omnes indicarem, quibus quodque nomen legeretur, exceptis nominibus iis, quæ leguntur ubique.

Emissa hac editione Haasius novis curis Thucydidem retractavit et præclara eorum studiorum criticique quo pollet ingenii specimina edidit in libello *Fr. Haasii, ph. dr., prof. Vratislav., lucubrationes Thucydidiæ. Berol.* 1841. Unde excerpenda et nostris cum lectoribus communicanda esse putavimus quæ in interpretatione latina Haasii non jam erant expressa.

Libri I c. 2, 6, ἐς post μετοικίας delendum esse indicat interpretatio. — 24, 5 leg. οἱ δὲ ἐπελθόντες. — 68, 1 græcis aliter distinctis in latina interpretatione scribendum, « facit ut reliquis nobis, si quid dicamus, fidem habeatis minorem. » — 69, 5 fine probabilius est τινάς που καὶ οὐκ ἀπαρασκεύους vel που οὐκ ἀπαρασκεύους, quum per se, tum vero si consilium oratoris spectes. — 79, 2 leg. ἀδικεῖν τε τοὺς Ἀθηναίους καὶ ἤδη πολ. — 112, 4 extr. leg. νῆες αἱ πάλιν ἐλθοῦσαι. — 123, 1, lin. 3 malim τῶν ἐσέπειτα μελλόντων.

Libri II c. 4, 5 leg. ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους πλησίον, καὶ αἱ θύραι ἀνεωγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ. — 36, 4 leg. βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πολέμιον ἐπιόντα. — 41, 3 fort. τῷ πολεμίῳ ἀπελθόντι. — 89, 7 fort. ἤδη ἔπταισεν. — 94, 4 melius olim vulgatum φυλακὴν ἦδη τοῦ Π.

Libri III c. 4 extr. scribendum λιμένων πέρι. — 12, 1 leg. ἀλλήλους ὑπηρχόμεθα. — 18, 4 fine leg. ἐγκατῳκοδόμητο. — 29, 1 prope extrema leg. videtur τῇ Πάρῳ καὶ Μυκόνῳ vel certe τῇ Μυκόνῳ καὶ Ἰκάρῳ, quum alter ordo sit ineptus. — 38, 1, lin. 6 delendum ὄν, et jungatur ἀντίπαλον cum τιμωρίαν. — 56, 3 leg. πολεμίως τὸ δίκαιον cum Krügero. — 78, 1 leg. ἐταλαιπώρουν τὸ καθ' αὑτούς. — 82, 5 prope fin. scribendum videtur ἁπλῶς τε ὁ φθάσας. — 98, 4 rectius scribetur Ἀπέθανον... ἑκατόν· τοσοῦτοι μὲν τὸ πλῆθος καὶ ἡλικία ἡ αὐτὴ οὗτοι βέλτ. etc. — 108, 1 extr. melius ἐπεξῆλθον codices numero plures. Ibid. 2 leg. cum Bloomfieldo πρὸς τὸ Ἄργος ἐπεδίωξαν.

Libri IV c. 18, 4 leg. Σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο, καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ εὐξυνετώτερον ἂν προσφέροιντο· οἵ τε πόλεμον νομίσωσι, vel τόν τε πόλεμον οἳ νομίσωσι μὴ καθ' ὅσον ἄν τις etc. « Inter moderatos viros quicunque secun-

das res inter ambigua tuto ponunt, iidem etiam adversis prudentius occurrant; et de bello qui existimaverint non in tantum, in quantum quis id tractare velit, se eo implicari, sed prout fortunæ casus sibi duces fuerint, tales viri etiam, quia nulla rerum bene gestarum fiducia elati minime sæpe labuntur, in optimis plerumque rebus suis bellum component. » — 20, 1 leg. αἴδιον ἡμῖν ἔχθραν. — 32, 1 fort. ἀναλαμβάνοντάς τε τὰ ὅπλα. — 90, 2 distinguendum est καὶ σταυροὺς παρακαταπηγνύντες ἄμπελον κόπτοντες τὴν περὶ τὸ ἱερόν, ἐσέβαλλον καὶ λίθους ἅμα καὶ etc.

Libri V c. 6 3 leg. videtur οὐκ ἂν ἔλαθεν αὐτὸν ὁρμώμενος ὁ Κλέων, ex cod. Græv. et Camerar. — 15, 1 extr. leg. καὶ ὁμοίοις σφίσι cum Bekkero. — 21, 3 leg. ἐπειδὴ εὗρε κατειλημμένους. — 31, 6 leg. περιορώμενοι τὰ ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, *circumspectantes.* — 61, 1 prope fin. fort. πρὶν δὴ Μαντινῆς. — 63 in fine leg. ἐκ τῆς πολεμίας, quod ipso verbo ἀπάγειν demonstratur. — 67, 1 leg. οἱ ἀπὸ Θρᾴκης Βρασίδειοι. — 74, 2 προθέμενοι explicandum per notam phrasin τίθεσθαι τὰ ὅπλα, dictum pro θέμενοι τὰ ὅπλα πρὸ τῶν νεκρῶν. — 97 init. exponendum « utrorumque pariter justam causam esse existimant et neutros alteris eo inferiores, quod probabili defensione careant (δικαιώματι). — 110, 2 fine leg. ξυμμαχίας τε καὶ γῆς. — 111, 5 fort. ἢν ὑμᾶς περιποιῆσαι ἐς μίαν etc., hac sententia, « quam ut servetis, in una consultatione... positum erit. »

Libri VI c. 65, 1, locus sanissimus, si sic verba ponantur, μετὰ τοῦ καὶ ἐς τὰ ἄλλα θαρσεῖν παρεσκευάσθαι καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ καὶ ἄνευ τούτων ἰέναι ἐπὶ Κατάνην, hac sententia, « quum imperatores et ad reliqua omnia se satis instructos esse confiderent et profectionem illam jam ante illum nuntium animo agitassent, eo facilius fidem homini habuerunt. » — 72, 3 leg. ἄλλως τε καὶ πρώτοις τῶν Ἑλλ. — 78, 1 fine post φιλίαν distinguendum et ex superioribus supplendum κολάσασθαι. Deinde ex codd. multis οὓς restituendum pro οὐχ, Siculos et Syracusanos conjunctos, sequentia autem sic posita, οὓς ἧσσον βεβαιωθῆναι βούλεσθαι, vel βούλεται, sententiam certe quæ inesse debet monstrant.

Libri VII c. 8, 3, scribe ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατ. — 49, 3 leg. ἀλλ' ὅτι τάχιστα ἤδη ἐξανίστασθαι καὶ μὴ μέλλειν. — 77, 7 fort. Τό τε ξύμπαν, ex cod. Vaticano.

Libri VIII c. 6, 4 leg. πολλὴ ἄμιλλα ἐγίγνετο αὐτῶν ἐν τῇ Λακεδαίμονι. — 71, 2 in fine leg. οὕτω δὴ ἀπογνοὺς ἀπήγαγε πάλιν τὴν στρατιάν, *re desperata.* — 83, 3, 1. 6 leg. καὶ εἰ μή τις ἤδη ναυμαχήσει. — 92, 6 leg. videtur πλὴν μὴ ὅσοις βουλομένοις ταῦτα ἦν, his exceptis quibus nuntius allatus exoptatus et gratus accidebat. — 105, 3 leg. Θρασύβουλον, τὰς τὰ vel τὸ ἐπὶ σφίσι ναῦς ἐπεχούσας (in acie ipsis adversa constitutas) παυσάμενοι. ἠμύναντό τε καὶ τρέπουσιν, sine distinctione interjecta; deinde ὑπολαμβάνειν interpretor *intercipere.*

De Scholiis dictum est in fine voluminis.

PROLEGOMENA.

DIONYSII BYZANTII ANAPLUS BOSPORI.

Nullam novimus maris interni partem quæ majoris in casca populorum historia momenti sit quam freti angustiæ quibus Europa ab Asia Minore disterminatur. Itaque fausta fortuna contigisse dixeris ut nullus etiam sit tractus oræ maritimæ, quem tanta diligentia descriptum habeamus quantam Bosporicis litoribus explicandis Dionysius Byzantius impendit in opere quod inscribitur Ἀνάπλους Βοσπόρου. Cujus quidem libri notitia olim non exstabat nisi pertenuis; nam quæ de eo comperta erant, continebantur mentione operis quæ apud Suidam (v. Διονύσιος Βυζάντιος) et Stephanum Byzantium (v. Χρυσόπολις. Vid. fr. 65) injicitur, atque fragmento isto quod ex initio libri repetitum codices nonnulli ad calcem variorum scriptorum geographicorum exhibent (V. fr. 1 ibiq. not.). Deinde autem medio seculo decimo sexto operis integri exemplar Constantinopoli, ut videtur, e cæcis tenebris in lucem protractum est; idem vero postea, haud constat quo pacto nec quo tempore nec ubi terrarum, in pristinas caligines rediit. Unus hunc codicem adhibuit, qui detexerat, Petrus Gillius. Is vero quum in suis De Bosporo libris narrationem Dionysii tantum non omnem retulerit, factum est ut nos jam operis fere integri non ipsa quidem verba græca habeamus, attamen interpretatione ejus latina fruamur eaque doctissimis Gillii commentariis locupletata.

Petrus Gillius (1) (*Pierre Gilles*), Albigæ (*Alby*) natus ineunte anno 1490, postquam varia per Galliam et Italiam itinera fecerat atque scripta aliquot diversi argumenti in publicum jam ediderat (2), opus suum De vi et natura animalium, suadente patrono Cardinali Armaignaco, Francisco regi dedicavit, eaque opportunitate regem adhortatus est ut stipendiis instrueret viros doctos, qui promovendorum studiorum causa terras longinquas pervestigarent. Annuente Francisco, ipse Gillius in Græciam missus est eo potissimum consilio ut codices ibi antiquos conquireret. Fidens vero promissis iter suscepit antequam munitus esset nummis regiis quos neque tum neque postea unquam sibi affulsisse affirmat (1), adeo ut longam multorum annorum

(1) Latine scribi solet *Gyllius*, quam tamen scripturam ipse nominis possessor non videtur adoptasse.

(2) Vid. *Nicéron, Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres dans la république des lettres*, (*Paris*, 1733), *tome* XXIII, p. 403 sqq. Opera ante susceptum iter a Gillio scripta Nicéron recenset hæc : « 1. *Demetrii Constantinopolitani de re accipitraria liber græce cum versione Petri Gillii.* Dans le recueil de Nicolas Rigault, intitulé *Accipitrariæ rei scriptores*; Parisiis 1512 in 4°; item avec l'histoire des animaux d'Élien; Lyon 1562 in-8°. — 2. *Theodoreti Cyrensis episcopi commentarii in XII prophetas minores, latine, versione Petri Gillii*; *Parisiis* 1513 in-8°; item dans l'édition que le P. Sirmond a donnée des œuvres de Théodorète en 1642 in-fol. — 3. *Laurentii Vallensis historiarum Ferdinandi Aragoniæ libri tres editi a Petro Gillio; Paris. Simon Colinæus*, 1521 in-4°. — 4. *Petri Gillii orationes duæ, quibus suadet Carolo V imperatori regem Galliæ prælio captum gratis esse dimittendum, scriptæ anno* 1525; *Brixiæ*, 1540 in-8°. — 5. Il a fourni des augmentations pour un dictionnaire grec et latin qui a été imprimé à Bâle en 1532, comme nous l'apprenons des Epitomes de la Bibliothèque de Gesner. — 6. *Ex Æliani historia per P. Gillium latine facti, item ex Porphyrio, Heliodoro, Oppiano, tum eodem Gillio accessionibus aucti libri XVI de vi et natura animalium. Ejusdem Gillii liber unus de gallicis et latinis nominibus piscium Massiliensium; Lugduni, Gryphius* 1533, in-4°. Gilles dédia le premier de ces ouvrages au roi François Ier, et le second qui traite des noms des poissons de Marseille à Jacques Colin, abbé de S. Ambroise de Bourges, qu'il dit avoir le premier inspiré à ce prince le dessein de rétablir les lettres. »

(1) Gillius in Epistola in *Aleppo* urbe scripta an. 1549 : « Franciscus rex me prius reliquit quam ad ullos ejus nummos venissem, quorum spe veneram in Græciam ad codices antiquos investigandos ac etiam obiter ad cognitionem historiæ naturalis. » Ibidem : « Nosti... fortunam meam destitutam omni auxilio, et solo meo tenui vectigali ægre sustentatam tot annos peregrinationem. » Ibidem : « Quid æquius quam regem mihi dare aliquod perfugium senectutis meæ, qui regis præscripto tantam peregrinationem suscepi, et tamdiu sustinui nullo regio auxilio adjutus? » Idem Gillius postea in opere De topographia Constantinop. 4, c. 11, p. 244 ed. Lugd. an. 1561 : « Mea mora Byzantina, diuturnior quam voluissem, non accusanda, sed damnanda fortuna, in quam me conjecit Francisci regis mors, cujus nutu in Græciam accesseram, non diu ut desiderem Byzantii, sed ut conquirerem codices Græcorum antiquos, ut non unius Byzantii, sed mul-

peregrinationem tenui suo ipsius peculio sustentaverit.

Ceterum neque tempus quo Galliam reliquerit neque ipsius itineris rationem novimus accuratius. Quantum ex indiciis quibusdam colligere licet, e Græcia Byzantium non est mari profectus sed pedestri itinere per Thessaliam et Macedoniam et oram Thracicam. Deprehendimus viatorem in Chalcide, Eubœæ urbe, ubi quum de euripi reciprocationibus accolas percontaretur, tamquam explorator correptus et aliquamdiu in custodia retentus est (De Bospor. p. 16, *b* edit. nostræ). Postea prope veterem Pharsalum in Moscoluro vico cum hospite colloquentem de pharmacidibus Thessalicis offendimus (ib. p. 52 *a*). « Vidi, dicit, Penei ripas et nobilia Tempe » (p. 4 *a*). Vidit etiam piscandi rationem qua utuntur ad Prasiam paludem in Thraciæ regione Strymonica (p. 26 *a*). Hac igitur via pervenerit Constantinopolim. Qua in urbe quum nummulos regios in diem frustra exspectans complures per annos (1) morari cogeretur, otio hoc præter vota diuturniore ita usus est, ut tum in priscam Constantinopolis topographiam diligentissime inquireret, tum vero Bospori litora tanto studio tantaque perseverantia pervestigaret, ut nullum non lapidem movisse videretur (2). Vel sic tamen antiquas locorum Bosporicorum rationes aperire incassum allaborasset, nisi tandem in Anaplum Dionysii incidens (3) subsidium nactus esset, quo nullum venire gratius vel sperari potuisset opportunius (4). Quodsi jam antea de Bosporo quædam Gillius composuerat, facile intelligitur ea nunc ita retractanda fuisse, ut totum opus Dionysianæ narrationi tanquam basi ac fundamento superstrueretur. Sed dum his intentus Gillius copias literarum geographicarum eximie augebat, ipse in diem magis inopia premebatur, quum non modo nullos acciperet nummos regios, sed etiam ea pecunia destitueretur quam ex sacerdotio suo hucusque acceperat. Itaque abjecta spe auxilii victusque miseria, stipendia mereri cœpit in Solimani Sultani exercitu, cum eoque, ineunte anno 1548, in expeditionem profectus est contra regem Persarum. Miles peragravit Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, Armeniam minorem majoremque et veteris Mediæ partem usque ad Tauridem (*Tabriz*) urbem, quæ caput est hodiernæ regionis *Aserbeidchan*. Inde retro passus agens per Amidam et Edessam initio anni 1549 in Syriam venit, ubi in Berœa urbe, quæ nunc *Aleppo* vocatur, hibernavit. Qua in expeditione quum vir curiosus doctusque permulta ad geographiam et historiam naturalem pertinentia observasset, amplo de his volumine exponere apud animum constituit (2). Interim ex Aleppo urbe ad Cardinalem Armaignacum descriptionem elephanti misit, et ad amicum quendam epistolam scripsit (mense April. 1549), in qua summam peracti itineris narrat simulque nuntiat se Byzantium mense Julio rediturum esse, postquam viserit Ægypti partem usque ad *Suez* portum sinus Arabici. Ac adiisse eum Alexandriam et sinus Arabici partem superiorem ipse testatur in libro de Bosporo (3).

torum locorum situs describerem, ut juvarem si quid possem literas. A quo conatu depulsus, veritus sum redire priusquam quippiam conatus essem quamobrem venissem. Itaque meo tenui vectigali Asiam Græciamque peragrare conatus sum, urbesque nobiles describere. » Idem ibid. 2, 1. p. 59 : « Ipse tamen, ne otio conficerer, dum a rege constitutos nummos in veterum codicum conquisitionem exspectabam, quibus potui indiciis deprehendere conatus sum permulta antiquitatis monumenta (Constantinopolis sc.). »

(1) Pag. 18, *b* : « Unam et alteram hiemem Byzantii frigidam sensi. »

(2) Præ ceteris vide quæ Gillius narrat p. 64 *a* et 69, *a*.

(3) Vid. p. 47, *a* : « Sed percipere e Plinio non poteram... quis esset portus mulierum nisi tandem incidissem in Dionysii Anaplum. » P. 69, *b* : « Deprehendi scopulos, quorum proximum promontorio..., jam priusquam incidissem in Anaplum Dionysii, judicaveram esse Cyaneam Asiaticam ; sed falso etc. ». P. 72, *a* : « Ex quibus mihi, priusquam incidissem in Dionysii Anaplum, hæ videbantur Cyaneæ Asiaticæ. » P. 92, *a* « Ex antedictis collegeram Scutarim esse Chrysopolim..., verum postea multo planius novi, quum incidi in Dionysii Anaplum. » Cf. etiam p. 71, *b* : « Ancyræum prom... ab oriente, *ut ipse notavi*, ut vero Dionysius tradit, a meridie claudit os Ponti. »

(1) Pag. 69, *b* : « Sine quo (sc. Dionysio) difficilius cuivis est Bosporum aperire quam Jasoni sine Phineo. » Pag. 49, *b* : « Me ad Dionysium, velut ad helicem nautæ, dirigo. »

(2) Vid. epistola quam ad finem hujus capitis dedimus ex Burmanni Sylloge epistolarum. Nonnulla eorum, quæ in hoc itinere viderit, data occasione tangit in libris de Bosporo. Pag. 80, *a* : « Quales (lapides), cum proficisceremur contra regem Persarum in Tauridem (Tephricen editt.) urbem Mediæ, vidi in Galatiæ... urbe nuncupata Bolo etc. » — Pag. 89, *a* : « Proficiscens in Mediam a Cappadocibus Neocæsariensibus audivi etc. » — Pag. 45, *b* : « Quum ex Media per Mesopotamiam iter faceremus in Syriacam Bercœam etc. »

(3) Pag. 46, *b* : « Hac enim ætate spectatur in media Alexandria Panium quoddam manufactum..., ex cujus culmine tota undique Alexandria, simulque hinc mare internum, illinc Mareoticus lacus videtur. » — Pag. 70, *b* : « Quum essem in portu quem Arabes nunc vocant Tor, Græci vero Raithou etc. »

Præterea nescio an ex Alexandria profectus partem oræ Libycæ legere instituerit. Accidit autem ut sive hac in navigatione sive recta via Alexandria Byzantium rediturus in manus incideret piratarum, qui in Meningem sive hodiernam *Girben*, Syrtis minoris insulam, abductum per tempus aliquod retinuerunt. De quo infortunio ipse narrat in libris de Bosporo p. 70, *b*, ubi Girben insulam dicit peregrinationis suæ diuturnæ clausulam tragicam, in qua graviora passus sit quam socii Ulyssis apud Lotophagos. « Illi enim, inquit, voluptatibus Lotophagorum deliniti retinebantur, ego in lugubri scrobe funestorum piratarum, diu retentus, nulla spe redemptionis proposita, neque vitæ liberari potui periculo nisi dissidio barbarorum; quo insula capta, et pirata qui me ceperat in vincula conjecto, Dei optimi maximi benignitate hæc nostra *De Bosporo Commentaria resarcio*, quæ piratæ *a me ante longe accuratius elaborata* me verberibus coegerunt, ut distraherem inque mare projicerem, quamlibet diu prece et præmio proposito eos revocare conarer, ne me in mea viscera sævire cogerent. » Libertati redditus ac tandem Byzantium reversus ante omnia hoc egisse videtur ut De Bosporo commentarios ex Dionysii codice et ex schedis, quas Byzantii reliquisse putandus est, recomponeret. Certe quæ nos jam habemus, ea Byzantii scripta esse patet ex p. 56, *b*, ubi hæc : « Quæ (murorum fundamenta) anno antequam hæc scriberem [antequam in expeditionem Persicam Gillius proficisceretur], fere tota exstabant; sed eorum maritimam partem adeo funditus everti vidi, ut ne substructiones quidem reliquerint. » Composuisse hæc Gillius debet vel exeunte anno 1549 vel initio anni sequentis; nam ipso hoc anno 1550 una cum Aramonte, Galliæ legato, Constantinopoli in Galliam itinere terrestri reversus est (1), unde mox Romam ad Cardinalem Armaignacum sese contulit, in eaque urbe recolligendis et ordinandis scriptis suis operam navavit usque dum anno 1555 diem obiret supremum. Sepultus est Romæ in æde S. Marcelli. In editione principe librorum De Topogr. Const. et De Bosporo epitaphium apponitur hunc in modum :

« In æde divi Marcelli, Romæ, hæc sunt inscripta, una cum effigie vita defuncti; sed dico similia, aut in pariete affixa, aut in marmoreo lapide sculpta :

D. O. M.

« *Petro Gyllio, viro probo, utriusque linguæ doctissimo, ex agro Albiense apud Gallos nato, ob singulares animi dotes et indefatigabilem in investigandis antiquorum monimentis, componendis interpretandisque omnium disciplinarum libris, totius orbis lustrandis indagandisque locis naturam, solertiam et diligentiam publice privatimque laudatissimo, post longas annorum plus XL peregrinationes terra marique peragratas, Galliam, Italiam, Græciam, Asiam utramque et Africæ partem, ac miraculosam e manibus et carcere piratarum Gerbeorum liberationem, Romam quasi postliminio reverso, et in recolligendis ordinandisque rerum celebrium narrationibus dies noctesque occupato, febre violentissima per dies XI vexato, diem suum in Christo Jesu obeunti, Georgius Cardinalis Armeniacus* (sic), *patronus pientissimus clienti gratissimo, in spem resurrectionis mortuorum benemerenti mœstissimus. Non. Jan. MDLV. Vixit annos LXV, menses, dies V, hor. IV.* »

Ceterum mors impedivisse Gillium videtur quominus libris tribus de Bosporo et libris quattuor quos post illos de Constantinopolis topographia Romæ, puto, absolvit, ultimam manum admoveret. Unde factum est ut princeps editio, quam heredes Gillii anno 1561 excudendam curarunt (1), magna mendorum copia scateat; quorum pars etsi a typographorum negligentia repetenda sit, haud pauca tamen ex ipso Gillii apographo haud satis expolito manasse debent (2). Plurima eorum

(1) Niceron l. l. p. 406 : « Il était dans cette dernière ville (à Constantinople) l'année suivante 1550. Car André Thevet marque dans sa Cosmographie qu'il l'y trouva alors, et qu'ils allèrent ensemble à Chalcédoine pour y chercher des médailles antiques qu'ils y trouvèrent effectivement... Il revint à la suite de M. d'Aramont, ambasdeur du roi à Constantinople, qui fit le voyage par terre, et passa par la Romanie, la Macédoine, la Bulgarie, la Moravie, la Servie etc. Ce retour est de l'an 1550... Au reste Gilles se retira à Rome auprès du cardinal d'Armaignac qui était alors chargé des affaires de France à Rome. »

(1) Altera editio est anni 1562. Deinde repetitum et passim correctum opus est in edit. an. 1632 et 1635 (Lugduni, Elzevir, in-24°), in Bandurii Imperio Orient. et in Gronov. Antiq. gr. tom. VI.

(2) Cf. Lucas Holstenius in Epistol. ad Peirescium (1628, III. Id. Febr.) : « Petri Gillii commentarius in Dionysium vitiosissime editus est, ita ut labor ille neminem juvare possit nisi rerum geographicarum apprime

correximus tacite, nec monuimus nisi de gravioribus vel si quid ad Dionysii fragmenta proxime pertineret. Ceterum integros Gillii commentarios a nobis repetitos esse nemo, ut spero, dolebit. Habent sane nonnulla quæ ad rem minus spectent vel pro præsente literarum statu non satis accommodate dicta sint; plurimis autem nominibus permagni faciendos esse tam est in propatulo ut de hac re verba facere putidum sit.

Codex Dionysii, quo usus est Gillius (1), num ab eodem etiam emtus et in Galliam vel in Italiam allatus sit et quæ cetera ejus libri fata fuerint, nescimus. Holstenius l. l., qui Romæ frustra quæsiverat, eum latitare suspicabatur in Galliæ bibliothecis, unde furto aut alio casu librum disparuisse dicit Schneiderus ad Ælian. An. Nat. 7, 24. Alia conjectura in promtu est, si recte habent quæ in meo Dionysii exemplari Schwabii, professoris Lipsiensis, manu annotata leguntur hæcce : « Huic viro (sc. Gillio) alia quædam manuscripta famulus quidam Belga surripuit (Petrus Bellonus. *V.* Thomas De plag. lit. p. 163), quæ sub proprio nomine postmodum protulit; qua dissimulatione eruditos non fefellit, quum leonem ex unguibus agnoscerent (Bœckleri Comment. De reb. Turc. p. 181). » Quodsi exiguus Dionysii nostri libellus alicubi in bibliothecis adhuc latet, fortassis chronographo alicui Byzantino vel antiquitatum Constantinopolitanarum scriptori adjunctus vel etiam insertus est (2), suppresso nomine auctoris. Certe quæ Gillius ad fr. 65 p. 91 dicit : « Ex his Dionysii verbis facile assequimur Bospori Anaplum esse Dionysii illius Byzantii antiquissimi scriptoris, quem jam sæpissime citavi; nam Stephanus, antiquus urbium scriptor, superiora Dionysii verba affert : » ea ita intelligi possunt, ut Gillius nomen auctoris non in ipso suo codice repererit, sed ex Stephano demum (v. Χρυσόπολις) eruerit (1). Ceterum de Dionysii codice quodam fama exstat apud Gesnerum, qui in Biblioth. p. 212 : « Navigationem, ait, per Bosporum a Dionysio descriptam nescio ubi adhuc exstare audivisse mihi videor Venetiis ex Nicolao Sophiano homine Græco [e Corcyra oriundo, qui versus finem sæculi XV vixit Romæ et Venetiis]. » De eodem codice Holstenius (2), laudato Gesnero, ita loquitur ut librum penes ipsum Sophianum fuisse videatur credidisse. Nescio tamen an codex iste annumerandus iis sit qui nihil nisi fragmentum ex initio scripti Dionysiani depromtum exhibent una cum Agathemero aliisque anonymorum libellis geographicis. Ejusmodi libros manuscriptos novimus *Parisienses* 1405, 1406, 2554 (in hoc D. fragmentum bis legitur), *Matritensem* 138, *Palatino-Vaticanum* 62 (in Sylburg. Catalog. codd. Palatino-Vatic. p. 21); his adde codicem *Florentinum*, e quo Fragmentum illud exscripsit Isaacus Vossius, testante Montefaucono I, p. 677 in Catalog. mss. Is. Vossii (Cf. Gerhard. Voss. De histor. gr. p. 431 ed. Westerm.). Idem denique Montefauconus I, p. 496 in Catalogo Bibl. Ambrosianæ recenset *Dionysii Byzantii navigationem Bospori*, quam et ipsam in uno illo fragmento subsistere suspicamur. Primus fragmentum edidit Leo Allatius (3) in notis ad Philonem Byzantium De septem orbis spectaculis (Romæ, 1640); acceperat Leo a Malatesta Albano, qui ipse ex codice Vaticano desumsisse videtur. Deinde a Ducangio editum est in Constantinop. Christiana (an. 1680), unde repetiverunt Fabricius

peritum. Heredes ex schedis postumis publicarunt opus quod omnium minime ipsi intelligebant. Ego maximo studio et difficili labore totum recensui ad auctoris mentem et sedulo auctorum loca quæ citat, perquisivi et contuli. Neque id solum, sed chartam Bospori ex tabulis nauticis Hollandorum et duobus itinerariis, altero anglico Edmondi Sundes, altero Gallico Dn. de la Haye ad Dionysii et Gillii mentem confeci. » Inter ea quæ Holstenii manu scripta humanissimus bibliothecæ Berberinæ custos mihi inspicienda dedit, ad Dionysium Byz. nihil pertinebat.

(1) Procopii Anecdota, quibus Gillius (p. 74) usus est, in codice Constantinopoli legisse videtur, fortassis in eodem, quem postea Joannes Lascaris Constantinopoli ad Laurentium Mediceum attulisse dicitur. V. Assemannus in Præfat. ad Procop. hist. arcan. p. XXIV ed. Bonn.

(2) Sic Anonymi Stadiasmus maris interni insertus erat miscellæ Chronographiæ Constantinopolitanæ; sic Palladii de Brachmanibus liber illatus est in Pseudocallisthenis de Alexandro historiam.

(1) Alium *incertum scriptorem* de loco Bosporico Gillius laudat p. 84, *a*.

(2) Holsten. in Ep. ad Peiresc. : « Solam ego hactenus præfationem græce reperi, quantivis sane pretii et notæ optimæ. Fuit exemplar ejus apud Nicolaum Sophianum, hominem græcum et rerum geographicarum satis peritum et qui solus ex ea gente post renatas literas patriam illustrare conatus est; citatque in Bibliotheca sua Gesnerus. »

(3) Allatiani apographi rationem non habui in annot. ad fr. 1, quoniam tunc illud non noveram. Ut nunc video, mendas ceterorum codicum habet et ipsum, quibus novas quasdam scriba codicis vel Allatius addidit. Hæc referre operæ non est pretium. Monere præstat Frickium initio fragmenti pro ἄλλως dedisse ἂν ὡς, quod nunc et ipse malim; quamquam si ἂν in antecc. inserueris, ἄλλως vox nihil habet insoliti. Mox lineæ 6 verba δι' ὀλίγου cum Frickio vertas *parvo intervallo*.

in Bibl. gr. vol. IV et Hudsonus in Geogr. min. tom. IV; nuper denique a vitiis quibus squalebat purgatum una cum ceteris Dionysii fragmentis dedit doctissimus Otto Frickius (*Dionysii Byzantii Anaplum Bospori ex Gillio excerptum edidit et illustravit Otto Frick., Dr. phil. Accedit tabula geographica; Wesel*, 1860).

Ad ipsum jam pervenio Dionysium, qui in Lexico Suidiano tanquam ἐποποιὸς inter alios duos ἐποποιούς, Dionysium Mytilenæum et Dionysium Corinthium, medius memoratur hunc in modum :

Διονύσιος Βυζάντιος, ἐποποιός· Περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου· περὶ θρήνων (ἐστι δὲ ποίημα μεστὸν ἐπικηδείων).

Quorum quidem fidem et auctoritatem in tanta perturbatione qua totus ille de variis Dionysiis apud Suidam locus laborat, perexiguam esse dixeris. Huc accedit quod post vocem ἐποποιός offendit mentio Ἀνάπλου, quem oratione soluta scriptum esse constat, adeo ut, si reapse Anapli auctor etiam poetica composuit, censendum sit post vocem ἀνάπλου excidisse verba τοῦτο δέ ἐστι πεζόν, sicuti eadem subjicit scriptis quibusdam Dionysio Mytilenæo poetæ attributis. In sequentibus pro περὶ θρήνων exspectabas θρῆνον; quare nescio an olim scriptum fuerit : ἐποποιός· τοῦ...ἀνάπλου περι[ήγησιν]· θρῆνον. Quamquam bene scio grammaticos et scholiastas in libris citandis voce περὶ subinde abuti.

Ad ætatem Dionysii definiendam parum faciunt pauca illa quæ in Anaplo memorantur historica (1). Novissimum eorum est de *ara Apollinis in Cyaneis a Romanis statuta* (fr. 53, p. 64), quæ Pompeji temporibus antiquior esse vix potuit. His ipsis Pompeji temporibus scripsisse Nostrum, quippe qui a Dionysio Thrace grammatico non diversus esse videatur, conjectura (2) est Dodwelli (in Hudson. G. M. t. III, p. 22), quam futilissimam esse jure merito dicit Bernhardyus (in Dionys. Perieg. p. 492), ad hoc potius ille attendi jubens, quod nulla uberrimæ nostræ periegeseos mentio fit apud doctos scholiastas Apollonii Rhodii in ea commentariorum parte qua Argonautarum res in Bosporo gestæ illustrantur; inde enim colligendum esse censet scripsisse Dionysium post tempus quo scholia ista composita sint. De hoc autem quum olim aperte falsa proferrentur, nunc ita viri docti statuunt, ut major ac doctior scholiorum pars collecta sit seculo post Christum secundo. Igitur Otto Frickius Anaplum scriptum esse putat exeunte seculo secundo ante annum 196, quo Byzantium fere totum Septimius Severus evertit; nam post has urbis ruinas librum non esse editum ex monumentis Byzantii, quæ in Anaplo memorantur, demonstrari, præeunte Gillio, sæpius viri docti asseverarunt (1); at quæritur num recte; scilicet ea oræ pars quæ ad Byzantium pertinet, ita describitur, ut tempus indicetur quo vetus Byzantium jam jacuerit, necdum nova urbs e ruinis surrexerit. « Sub templo Neptuni, Dionysius inquit (fr. 9, p. 22), intra urbis murum... *erant* stadia et gymnasia... Primum promontorium *excipiebant* tres portus, quorum medius satis profundus a ceteris ventis tegebatur, ab Africo tutus non erat. Deinde turris continenti *jungebat* urbis mœnia. Post *erat* templum Telluris... Paullo supra Telluris ædem *erant* templa Cereris et Proserpinæ. » Hæc igitur ita habent ut stadia et gymnasia tunc diruta, portus inutiles factos, mœnia dejecta putemus; neque causam video cur cum Frickio statuamus per lapsum quendam narrationis factum esse ut Dionysius vel Gillius illarum rerum tanquam præteritarum recordaretur. Nam quod in clade præsente de auctore ejus sævissimo verba facere Dionysius inutile duxerit, id, opinor, non habet quod miremur. Quum vero θρῆνον Dionysius composuerit, sponte suspicio nascitur argumentum ejus versatum esse in ipso illo Byzantiorum infortunio, ac adornatione similem fortasse fuisse ei quem aliquanto post Soterichus de Thebis ab Alexandro dirutis concinnavit, cujusque partem in Pseudocallisthene (1, 45) habemus superstitem.

(1) Byzantium a Philippo obsessum, fr. 28, p. 34; Ptolemæus II, fr. 28, p. 34; Galatæ Fanum Asiaticum populati et Callimedes Seleuci II dux, fr. 58, p. 75.

(2) Temere eam repetierunt Schneider ad Ælian. H. An. 7, 4 et Bredow in Epistolis Parisinis, p. 15. 264. De Dionysio Thrace vide doctissimam commentationem M. Schmidtii in Philologi tom. VII et VIII.

(1) Gillius ad fr. 65 : « Neque solum ex his Stephani verbis (v. Χρυσόπολις) cognoscimus Dionysii Anaplum esse Stephano antiquiorem, sed etiam ex ipsius Anapli discursu percipimus illum scripsisse Anaplum antequam Severus Byzantium evertisset. » Cf. idem ibid. p. 20, *b*; 49, *b*; De topogr. Constant. 1, 2 p. 15 (ed. 1561) : « Dionysius Zosimo multo antiquior, ut ex scriptis cognoscatur ante Severi ruinam scripsisse. » Heynius in Comment. II De antiquit. Byzant. p. 361 ad calcem Hesychii Mil. ed. Orelli : « Ante Severi imp. tempora eum vixisse vix dubites, commemorat enim ea quæ ab hoc abolita sunt, ipse autem ante oculos habuisse videtur. » Bernhardyus ad Dionys. Perieg. p. 492.

Superest ut de aliis quibusdam moneamus, quæ quamvis certam temporis notam non involvant, indicare tamen videntur Dionysium scriptorem fuisse ævi citerioris. Ejusmodi est quod templa Junonis et Plutonis, quæ Byzantii erant, a *Cyro* contra Scythas proficiscente cremata esse narrantur (fr. 9, p. 23). Vides Cyrum confundi cum Dario. Quem errorem ne forte librariis imputes, eo impedimur quod Cyrum per Thraciam contra Scythas profectum esse præter Nostrum hariolantur Ammianus Marcellinus 23, 6, 7 et coætaneus Dionysii Flavius Philostratus in Heroico 6, 5, p. 251 ed. Didot. Deinde vero fr. 48, p. 58 commemoratur Timæa turris, quæ olim pharus fuerat; *jam vero*, D. inquit, *lucernam exstinxit tempus omnia consumens et turrim magna ex parte dissolvit;* in tabula autem Peutingeriana Timæa statio est quæ in tota via, qua Sycis Philiam itur, notatur unica; an igitur in tabula quoque nihil indicatur nisi collapsæ turris ruinæ? Vix credideris. Præterea a Ciceronis inde tempore sermo est de Jove Urio, statua celeberrima, unde Asiaticum fanum Jovis Urii dicunt Pomponius Mela, Menippus, Arrianus et postremo loco auctor Tabulæ Peutingerianæ; Dionysius autem, ubi de Fano sermonem facit (fr. 58 et 59), permultus quidem est de pueri quadam statua (cujus Philostratus quoque (Im. c. 12), æqualis Nostri, meminit), sed Jovem Urium ne verbo quidem commemorat, adeo ut statua ejus tum jam periisse videatur (V. Bœckh. C. I. 2, p. 976). Jam vero constat statum geographicum in Tabula Peut. repræsentari eum qui erat circa annum 230 sive tempore Alexandri Severi. Ne tamen propterea Dionysium medio demum vel exeunte seculo tertio scripsisse statuamus (ut ipse conjeceram in not. ad fr. 58, p. 76), ea quæ supra attulimus obstare videntur. Ac omnino non est verisimile singula et minima quæque in Tabula Peutingeriana ad tempora Alexandri Severi accommodata esse; ex antiquioribus tabulis haud pauca in eam transiverint quæ vel omittenda vel mutanda fuissent. Inter ea autem numerandum esse Jovem Urium non e Dionysio modo colligas, sed etiam e Ptolemæo, qui loco Jovis Urii commemorat fanum Dianæ.

Opus Dionysii pretium et laudem præcipuam posita habet in locorum, quæ auctoris ævo ad Bosporum erant, recensu plenissimo. Quæ adduntur mythologica vel historica haud spernenda quidem, sed longe absunt a docta periegesi antiquaria, cui Byzantium et Chalcedon ceteraque Bospori loca amplissimam scribendi materiam præbere poterant. Si quid Nostro cum Pausania commune est, id quæsiverim in quæsitæ elegantiæ affectatione, quæ proœmio proditur et passim vel per latinas Gillii versiones pellucet.

LATERCULUS LOCORUM
QUÆ IN ANAPLO DIONYSII COMMEMORANTUR.

1. Bosporium promontorium (fr. 7. Cf. Gill. Top. Const. p. 78 ed. 1561), Chrysoceras apud Plin. 4, 11, 18; hodie *Serai-bouroun.* In eo paullo supra mucronem :
2. Ara Minervæ Ecbasiæ (fr. 8, coll. fr. 54 et Top. Const. 2, 2 et 2, 24). In eodem pr. :
3. Templum Neptuni et
4. Lapis memorabilis. Sub templo intra murum
5. Stadia et gymnasia. Deinde in Cerate sinu
6. Tres portus, in eo litoris spatio quod pertinet usqu ad portam *Bagdche-Kapussi*, quæ Gillii ætate vocabatur Oria, i. e. porta τοῦ νεωρίου. Juxta νεώριον vero scimus fuisse portum Βοσπόριον vel Φωσφόριον dictum. Ab eo versus orientem ad hod. *Jali-Kiösk* erat medius portus Africo vento apertus.
7. Turris mœniorum urbis postrema.
8. Campus, inter secundum et tertium collem.
9. Templum Telluris (1) supermare, ad radices collis tertii.
10. Templa Cereris et Proserpinæ paullo supra Telluris ædem. Item κατὰ ἀπόβασιν (?) τῆς θαλάσσης (2) olim fuerunt :

(1) Telluris templum Otto Frickius non diversum esse suspicatur a Rheæ templo quod Hesychius Milesius (§ 15. in Fr. Hist. 4, p. 149) a Byzante conditum dicit κατὰ τὸν τῆς Βασιλικῆς λεγόμενον τόπον.

(2) Verba κατὰ ἀπόβασιν τῆς θαλάσσης Gillius (fr. 9.) vertit : *in abscessu maris*, addens fortassis vertendum esse : *ad recessum abscedentem a mari.* Idem in Topogr. Const. 3, 4, p. 156 interpretatur : *ad exitum sive abscessum maris.* Ad quæ Frickius : « Malim equidem : *ad recessum maris*, i. e. eo loco, ubi mare colle tertio tanquam recedere cogitur. » At ejusmodi sensu non usurpatur ἀπόβασις vox, quæ significare solet excensionem vel locum ubi e mari in litus adscenditur (Cf. nomina

11. Templa Plutonis et Junonis, quorum loca nunc vocantur Plutonis acra et Junonia acra (fr. 9).
12. Scironiæ petræ (fr. 10), ad radices collis tertii in ea regione ubi nunc est porta quæ vocatur *Sidan-Kapussi*.
13. Cycla, τὰ Κύκλα, locus et
14. Ara Minervæ Dissipatoriæ, Ἀθηνᾶς τῆς τροπαίας (fr. 11), in valle inter tertium collem et quartum interjecta (1).
15. Melias sinus (fr. 12), olim ad modo dictam convallem situs, nunc vero exsiccatus et ædificiis tectus.
16. Κῆπος, locus amœnus; in eo vel post eum (2)
17. Jovis ἀψασίου (?) templum (fr. 13), ad eandem vallem circa hodiernam portam farinariam, *Un-Kapani-Kapussi*.
18. Μελλαποκόψας, promontorii abrupti pars ruinam minans (fr. 14), ad radices quinti collis prope Phanarium (Cf. Gillius Top. Const. 4, 2, p. 196).
19. Ingenidas sinus.
20. Cittus locus.
21. Piraicus sinus.
22. Camara, litus acclive (fr. 15). Hæc fuisse debent partim inter collem quintum et sextum, partim ad radices collis sexti circa portam *Palat-Kapussi* (1).
23. Σαπρὰ θάλασσα, in qua sunt loca quattuor hæcce :
24. a. Πολυρρήτιος.
25. b. Βαθεῖα σκοπιά.
26. c. Βλαχέρναι (fr. 16).
27. d. Λίμναι (fr. 17), probabiliter i. q. ἡ Γυρολίμνη ap. Cantaz. 1, 56 et Niceta m 3, 10 (v. Ducange Const. Christ. p. 50).
28. Cydarus fl. et Barbyses fl.; prior *Machleuas* dictus Gillii ætate, nunc *Alibey-sou;* alter *Chartaricon* Gillitempore, hodie *Kia-gadchane*.
29. Ara Semystræ ad confluentes fluviorum (fr. 18); pone quam
30. Drepanum promontorium cum Bucolo vertice (fr. 19).
31. Μάνδραι, locus ad mare situs.
32. Δρῦς, lucus Apollini sacer.

propria Ἀπόβασμοι oræ Argolicæ ap. Pausan. 2, 38, 4, Ἀποβάθρα in Hellesponto ap. Strabon. p. 506, 8 ed. Did.). Videri igitur possit Dionysius dixisse templa ista sita esse eo loco vel etiam e regione ejus loci ubi in terram adscendi solet, κατὰ τὴν ἀπόβασιν ἐκ τῆς θαλάσσης. Sed juxta radices collis tertii, petris Scironiis horridas (fr. 10) vix, fuerit ἀπόβασις. Huc accedit quod leniori manu verba corrupta sanare licet si inter syllabas τὰ ἀπο excidisse statuas τὰ ἄνω, adeo ut Dionysius, postquam dixerat paullo supra Telluris templum mari appositum templa esse Cereris et Proserpinæ, deinceps dixerit : ὡσαύτως δὲ κατὰ [τὰ ἄνω] ἀποβᾶσιν θαλάσσης ἦσάν ποτε etc., *item in superiore regione discedentibus a mari occurrebant* etc. Templa fuerint in summis locis collis tertii. Ceterum, ut hoc addam, postrema verba fragmenti 9 Gillius in Top. Const. 3, 4, p 156 ita refert : *Hoc enim Plutonis acram, illud Heræam, id est Junoniam, appellatum esse, ibique juvenes quotannis hostias mactasse anno desinente et incipiente.*

(1) De fr. 11-13 cf. Gillius in Topogr. Constantin. 3, 9, p 178.

(2) Initio fr. 13 pro *Melianum sinum* Gillius scribere debebat *Meliam sinum*. Cf. Topogr. Const. 3, 9, p. 179, ubi ita Gillius habet : « *Meliam sinum, inquit Dionysius, excipit locus appellatus* Κῆπος ; *a terra inter paucas aptus ad hortensem culturam. Post hortum* (*in horto* fr. 13) *sequitur locus Apsasius appellatus ex ea re quam diximus in Bosporo.* » Quodsi pro ἀψάσιος corrigendum est ἀπεσάντιος, ut Gillius voluit, vel ἀφέσιος, ut Frickius censet (collato Jove Aphesio, cujus fanum in Megaride supra Scironias petras erat, Paus. 1, 44, 13), ea quæ deinceps leguntur verba *ab Arcadio* explicationem habent nullam ; quare conjeceram legendum esse ἀλλάσιος. Fieri tamen potest ut istud *Arcadio* mutandum sit in *Argolico*, quum in Argolide quoque coleretur Jupiter Ἀφέσιος. Collem Ἀφάσιον prope Calcedonem, Megaricam coloniam, fuisse novimus ex Polyæno 7, 11, 5.

(1) Cf. Topogr. Constant. 4, 5, p. 204, ubi quæ in fr. 15 et 17 leguntur, referuntur hunc in modum : « *Unde vero locus Blachernas appellatur, in suo Anaplo Bosporico docet Dionysius Byzantius, a quo loca descripta a quinti collis radicibus ad extremum angulum urbis et collis sexti, paucis repetam.* « *Post locum, inquit, qui nominatur Mellacopsas* (l. *Mellapocopsas*) [*hunc ante dixi fuisse sub radicibus quinti collis*], *duo loca sunt omni tempore anni piscationem ad depressiones extremas, quas efficiunt linguæ collium, et ad sinus profundos et quietos a ventis largientia, quorum alter Ingenidas dicitur ab heroe indigena* (verba *ab heroe indigena* hoc loco non leguntur in fr. 15), *alter Piræicus a Piræo* (l. *Piræeo*) *Atheniensi vel, ut alii dicunt, ab antiquo quodam incola* [*a quodam antiquo heroe indigena* in fr. 15]. *In quorum medio locus est nominatus Cittos a copia hederæ ibi facile provenientis. Piraico loco continuus est Camara locus proclivis et ventis obnoxium littus; itaque multum a mari percutitur. Inde* Σαπρὰ θαλασσα, *finis totius sinus Ceratini, ubi est initium influentium in sinum fluminum; nominata enim sive ob illorum vicinitatem corrumpentium naturalem maris aquam, sive quod immobilis et minus affecta ventis ac potius ab influxu fluminum assiduam mollemque materiam afferentium efficiente mare cœnosum, ubi tamen est copia piscium. Hujus maris marcidi primus locus appellatur Polyrrhetius a viro Polyrrheto. Post hunc Vateia* (l. Βαθεῖα) *scopia a mari profundo; tertius* (sc. *locus*) *Blachernas, nomen barbaricum a quodam ibi regnante adeptus; ultimus Paludes.*

33. Αὐλών, sinus longus (fr. 20).
34. Pons, Philippi Macedonis opus; haud dubie in sinus angustiis quæ sunt prope hodiernum *Ejub*.
35. Nicei (Nisi?) herois ara juxta pontem.
36. Ad pisces capiendos receptaculum (1).
37. Νέος βόλος (fr. 21).
38. Actine (2), Ἀκτική? Ἀκτή ap. Stephan. Byz.; ea litoris pars quæ prope hodiernum armamentarium in sinum procurrit. Circa eum
39. Κύβοι Κανώβου et fontes, ubi Gillii ætate erat viretum regium. In eadem ora est
40. Cison fluvius (fr. 22), qui fluit per hodiernum vicum *Kassim-pacha*.
41. Palus, sinum claudens, infra *Divan Chane* prope ostium Cisonis fluvii.
42. Χοιράγρεια (fr. 23).
43. Isthmicum promontorium, apex promontorii in quo nunc *Galata*. In eo
44. Hipposthenis sepulcrum (fr. 24).
45. Συκώδης locus, Συκαί aliis, ὁ ὑπὸ τῇ συκῇ λιμήν 5 stadiis a Cerate distans sec. Strabon. p. 319; hodiernæ Galatæ pars ab Isthmico prom. versus orientem sita.
46. Amphiarai delubrum (fr. 26), ἐν Συκαῖς sec. Hesychium Milesium.
47. Syamphas locus (3).
48. Βόλος, locus piscationi accommodus. In eo
49. Templum Dianæ φωσφόρου et Veneris γαληναίας.
50. Ὀστρεώδης locus.
51. Μέτωπον promontorium e regione Bosporii promontorii (fr. 27), ad hodiernum *Tophane*.
52. Αἰάντειον.
53. Παλινόρμικον præcipitium (1), et paullo supra id
54. Templum Ptolemæi Philadelphi.
55. Delphinus et Charandus locus (2), idem, ut videtur, qui Gillii ætate *Caridata* (prope hodiernum *Fundukli* vicum) vocabatur.
56. Ἄκρα in brevem recessum insinuata. Ejus radix est petra in fundo quæ Thermastis vocatur, ad hodiernum *Beschik-tach* infra *Bejildim-Kiösk*, ut Frickius censet. (3).

(1) Frickius in fr. 21 verba *et locus* quæ leguntur post v. *receptaculum* tollenda censet, adeo ut receptaculum illud a Νέῳ βόλῳ nihil differat.

(2) Similiter ap. Dionys. v. 523 vox ἀκτή in 3 mss. abiit in ἀκτίν. Vulgata *Actine* si recte habet, cum Frickio statuendum foret significari locum ἀκτέαις sive ἀκταῖς, sambucis (*sureau*) consitum.

(3) Initio fr. 27 *pro Syamphas locus Auletes nominatus* legendum fuerit *Syamphas locus* [*a Syampha*] *Auletes nominatus*. Pro *Syamphas*, quod habet editio princeps, apud Frickium legitur *Syaphas*. Formatum nomen ad similitudinem vocum Ὑάμπεια, Ὑάμπολις (Ὑάπολις.) Αἱ Συάφναι nomen suspectum legitur in Inscript. Cretica (C. I, t. 2, p. 418).

(1) « Neque reperitur παλινόρμικος neque simplex ὁρμικός; est vero παλινόρμητος, *retro ruens*, quod hic quoque vel ipsum suspicor vel notione saltem intelligendum esse; non multum enim interpretationi tribuam, sed loci natura respicienda est (*procidens præcipitium in mare*); itaque de fluctu retro converso nomen intelligi debet, quem sæpius in sqq. describit, et qui circa *Tophane* etiam nunc animadvertitur. » O. Frickius. Attamen κρημνὸν istum nomen habere διὰ τὴν παλινδρομικὴν τῆς θαλάσσης, κίνησιν, ut Strabo alicubi ait, id tum demum admitti potest, si ipsum Dionysium de nomine loci male doctum fuisse statuas; nam παλινόρμικον nomen per se nihil habet offensionis, et addita interpretatione ab omni mutandi conamine tutum est.

(2) Cum verbis Dionysii (fr. 28) : *Chalcis... nullis summis citharœdis inferior, cum orthium caneret*, apte Frickius componit verba quibus in gemella de Arione historia utitur Herodotus (1, 21 et 23) : τὸν δὲ διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον, atque : Ἀρίονα ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον. Idem addit : « Suspicantur Müllerus (*Dor.* 2, p. 587) et Heynius (De ant. Byz. p. 65) hanc quoque fabulam primo Megarensium fuisse, deinde factam esse Byzantiorum, præsertim si conferantur ea quæ de Alcathoi muris et Apollinis cithara a Pausania 1,42 memorantur, cum iis quæ de septem turribus sonantibus tradunt Cassius Dio 74, 14 et Hesychius Milesius c. 12. » — Ceterum confer historiolam de Cœrano Byzantio, quem delphinus accepti beneficii memor e naufragio in Sicinum insulam salvum transportavit. (Plutarch. De sollert. anim. c. 36, p. 1205 ed. Didot.).

(3) Frickius, cui loca ista suis usurpare oculis contigit, de his ita habet : « Θερμαστί; Polluci (10, 66) synonymum est τῷ θερμαυστρίς et θερμαντήρ, caldarium, ἵνα τὸ ὕδωρ θερμαίνεται; eadem voce de forcipe utitur Arist. Quæst. mech. c. 21. Quarum interpretationum utra recta sit, lapidis natura dijudicari debet. Sunt autem duo etiamnunc hac in regione nomina de lapidibus quibusdam petita, *Kaba-tasch* et *Beschik-tasch*; quorum alter, *Kaba-tasch* (lapis asper) quanquam rotundus et inversæ cortinæ non dissimilis, nimis vicinus tamen locis ante dictis est, quam ut hic possit intelligi (Reperitur prope *Fyndy-kly*). Accedit quod post *Kaba-tasch* nondum litus *noto vento apertum est*, sed demum infra *Bejildim-Kiosk*, ubi ideo Acram promontorium posuimus. Ibi vero locus *Beschik-tasch* incipit, cujus in prima parte palatium *Dolma-bagdsche* situm est; itaque in nomine *Beschik-tasch*, i. e. lapis cunarum, illud Θερμαστίς latere censeo, et lapidem significari cavum et caldario vel cunis similem. Nam etsi velut in loco *Kaba-tasch*, ibi non ad certum quendam lapidem Dionysii verba referre possu-

57. Πεντηκοντοριχὸν litus.
58. Jasonium, ubi lauretum et ara Apollinis (fr. 28); Δάφνη, postea Σέργιον, sec. Stephan. Byz.; Gillii ætate ibi erat *Diplocion* vicus, qui Διπλοκιόνιον vocatur ap. Ducam hist. Byz. p. 159, C. 152, D, in valle vici *Bechik-tach*, per quam decurrit fluviolus, cujus ad fontes sita est *Flamur Alti* villa sultani.
59. Rhodiorum περίβολος, saxorum maritimorum septum (fr. 29); Gillii ætate *Rhodacinion*, 600 pass. distans a sepulcro Ænobarbi (*Chaireddin-pacha*), ad vicum *Bechik-tach*.
60. Archium (Ἀρχιεῖον?), ager ab Archia dictus, quem rigat fluvius (fr. 30); ibi Gillii ætate vicus Ἅγιος Φωκᾶς, nunc *Orta-Keui*.
61. Promontorium in quo senex marinus positus (fr. 31); Κλείδιον prom., Gillii ævo; hodie *Defterdar bournou*.
62. Παράβολος, prope promontorium locus, ubi piscatio incerta.
63. Κάλαμος, locus junci plenus.
64. Βυθίας, locus in profundo situs, ubi Laurus Medeæ; τὰ Βυθάρια ap. Euagrium 3,43; hodie *Kuru-tchechme*.
65. Baccha (Βαχχίς?) collis matris Deorum (1), juxta locum prædictum situs (fr. 32).
66. Hestiæ, Ἑστίαι (2), promontorium et portus (fr. 33), Gillii ætate Μέγα ῥεῦμα; hodie *Akhyndis bouroun* sive promontorium fluctus ruentis, prope *Arnault-keui*.
67. Χηλαί ad easque templum Dianæ Dictynnæ (fr. 34); Χαλαί Gillii ætate, prope hod. vicum *Bebek*.
68. Πυρρίας Κύων (fr. 35), eo in loco ubi Polybius 4, 43 Ἑρμαῖον collocat, ac citeriore ævo Λαιμοκοπία exstructa, Gillii ævo Νέον κάστρον, nunc *Rumili-Hissari*.
69. Ἄκρα et ora ῥοώδης (fr. 36); Φωνῆα Gillii tempore, hodie *Chectan-Boroun* (diaboli prom.), *courant du diable*.
70. Φιδαλεία πέτρα continenti proxima (quæ non amplius exstat) in sinu quem Suidas (v. Ἡράκλειος) Φειδαλίας κόλπον dicit; in eo sinu est
71. Γυναικῶν λιμήν (fr. 37), *Sarantokopa* Gillii tempore, hodie *Balta-liman*.
72. Κυπαρώδης locus, portui contiguus (fr. 38); Gillii ætate vocabatur Κυπαρισσών, situs in vallicula quæ 2 1/2 stadia distat a *Balta-liman*, ubi in Moltkii tabula castanetum notatur.
73. Hecates templum in petra situm (fr. 39); Gillii tempore locus *Trivia* dictus, 400 pass. a vallicula Cyparode dissitus.
74. Λασθένης sinus, ad quem fanum Amphiarai (1) (fr. 40); aliis Λαοσθένης, Λεωσθένειον, Σωσθένειον, Σωσθένης; hodie *Isthenia* sive *Sthenia*.
75. Κομαρώδης, locus comaris consitus (fr. 41), inter *Ieni-Keui* (Νεοχωρίον Gillii) et *Keui-Bachi*.
76. Cautes Bacchiæ, ad *Keui-Bachi*, ib Θερμημερία, locus pugnæ navalis.
77. Πιθήκου λιμήν, ad *Libadion* vallem, secundum Gillium, sive ad hodiernum *Kalender-Kiosky*.
78. Ora prærupta, inter *Kalender-Kiosky* et *Therapia-Sarai*.
79. Εὔδιος καλός sinus; Λίνον Gillii ætate, ad hod. *Therapia-Sarai*.

mus, tamen multas ibi habes radices præruptas et saxeas usque ad mare sparsas. »

(1) In fr. 32 legitur : *Bacca Isidis matris Deorum*, in quibus pro *Bacca* scribendum esse *Baccha* ex ipso Gillio colligas. Nescio tamen an gravius ulcus lateat. Nam offendit quod Isis dicitur mater Deorum. Præterea Βάκχη nomen ut in bacchicum Rheæ cultum bene cadit, sic ab Iside alienum esse videtur, sive putes βάκχην significare *baccham*, sive vocem interpreteris de piro arbore vel de myrto. Itaque suspicor id quod Gillius in suo codice legebat : Βάκχη Ἴσιδος μητρὸς θεῶν, corrigendum fuisse in Βαχχίς, ἕδος μητρὸς θεῶν.

(2) In fr. 33 verba corrupta : *reliqua promontorii pars excipit fluctuum vim multam audacemque et similem statuæ virili*, ita Frickius sanari vult, ut legendum sit : audacem, similis *statuæ virili;* videlicet scripsisse Dionysium ἀνδριαντοειδὲς (sc. τὸ λοιπὸν τοῦ ἀκρωτηρίου μέρος), eumque nominativum a Gillio falso relatum esse ad v. *fluctuum vim*, τὸ κράτος. Ceterum non erectam viri statuam a Dionysio indicari, sed figuram viri jacentem, forma ligulæ expressam. Ego vix crediderim Gillium, virum intelligentem, planissima Dionysii verba, si ante oculos habuisset, in miram istam sententiam detorsurum fuisse. Quare græca codicis Gilliani (ὅμοιόν τι εἰκόνι ἀνδρείᾳ) vitio laborasse suspicatus refingendum esse conjeci ὅμοιαν τῇ ἐν κυκεῶνι ἀναρροίᾳ. Cf. 36 : *fluctus effervescit non minus quam lebes igne subdito*.

(1) Apposite Frickius monet Lasthenem ducem Thebanum apud Æschylum (Sept. c. Theb. 620) opponi Amphiarao, ac Lasthenem videri e Thebano Megarensem factum esse eadem ratione qua Amphiarai cultus e Boeotia ad Megarenses migrasse statuendus sit.

80. Φαρμακίας sinus, hod. *Therapia* (fr. 41).
81. Κλεῖδες vel Κλεῖθρα τοῦ Πόντου (fr. 42), hod. *Dialithra* ad prom. *Kiretch-Bournou*.
82. Δικαία πέτρα (fr. 42), inter *Kiretch-Bournou* et *Kepheli keui* (1).
83. Βαθὺς κόλπος (fr. 43), hod. *baie de Bujuk-dere*.
84. Ara Saronis herois prope sinum in promontorio.
85. Βόλος sive piscationis locus.
86. Καλὸς ἀργός (fr. 44), quod nomen Gillii ætate adhuc vigebat; hodie est vallis vici *Bujuk-dere*.
87. Σιμᾶς promontorium, hod. *Mezar-bouroun*, in eoque statua Veneris meretricis (fr. 45).
88. Scletrinas sinus (fr. 46) ad vicum qui etiam Gillii ætate *Scletrinas*, nunc *Sari-jeri* vocatur.
89. Ara Apollinis et Matris Deorum (fr. 46).
90. Μῖλτον promontorium (fr. 47); *Tripitium* Gillii ætate; hodie prom. *Rumeli-Kavak*, in cujus mucrone *Tellitalian* (*batterie de* 23 *canons*).
91. Fanum oppidulum; templum deæ Phrygiæ (fr. 47). Oppidulum fuerit in valle quam fluvius permeat. Rheæ templum componendum cum templo Mariæ quod Gillius vidit in clivo ruinas habente castelli Byzantini, quas Gillii ævo' vocabant ἱερὸν Ῥωμελίας. In eodem monte ponendum fuerit Serapeum cujus Polybius meminit.
92. Chrysorrhoas fluvius per vallem aditu difficilem labens et secturæ metallicæ (fr. 48). Indicatur fluviolus qui per angustas fauces effluit prope hod. *Mavromolo*, non vero is qui ad *Rumeli-Kavak* per vallem satis latam labitur.
93. Χαλκεῖα locus prædicto fluvio ac mari vicinus.
94. Timæa turris, olim pharus, in vertice montis unde Chrysorrhoas defluit. Locus ejus turris notatur in tabula Moltckiana. Cf. Hammer *Der Bosporus*, tom. 2, p. 267.
95. Φωσφόρος locus a Diana vel a vicino pharo dictus (fr. 49); fortassis ad *Mavromolo*, ubi olim monasterium erat.
96. Ephesiorum portus (fr. 49), Ἐφεσιάτης ap. Hesychium Milesium, *magnus Aphosiates* Gillii ætate; *Bujuk-dere* hodie.
97. Ἀφροδίσιον formidabili tectum præcipitio (fr. 50), prope portum Lyciorum.
98. Portus et vicus Lyciorum Myræorum (fr. 50); Ἀνδριακὴ Strabonis; portus ad *Karybdche-Kalessi*.
99. Λικνίας locus (fr. 51); e regione *Cucnaræ* insulæ?
100. Γυπόπολις, collis saxeus; *Papas-bournou?*
101. Dotina, petra submarina (fr. 52).
102. Πάνειον promontorium (fr. 53); Φανάριον Gillii ætate; hodie *Fanaraki* sive *Fener-Keui*.
103. Cyaneæ insulæ, *Orakje-Tachi*.

LITUS ASIATICUM.

104. Ἀγκύραιον promontorium (fr. 54); Βιθυνίας ἄκρα ap. Ptolem.; Ψωμίον Gillii ætate; hodie *Jum-bournou*.
105. Πύργος Μηδείας, petra marina, mari tranquillo manifesta, cujus extremas partes quidam Cyaneas Asiaticas dixerunt (fr. 55). Situs incertus; probabilis tamen sententia Gillii, qui Medeæ turrem quærit in saxo quod est ad *Jum bournou* in latere boreali sinus, qui Gillii tempore dicebatur *Divi sideri*, nunc vero vocatur *baie de Kabakos* vel etiam *Ary Kujassi*. Post hunc sinum alii duo sequuntur, quos silentio prætermisit Dionysius nec attingere solent navigatores. Prior eorum, a promontorio *Anadoli-Fener* versus occasum situs, Gillii ætate Ἀμπελώδης vocabatur, nunc *Tchakal-dereh* dicitur; hunc excipit alter ab occasu promontorii *Poiras-Kalessi* positus, qui apud Gillium vocatur *Dios sacra*.
106. Κοράκιον promontorium (fr. 56); eodem nomine vocabatur Gillii ætate; nunc *Fil-bournou* (1).

(1) In fr. 42 verba : *Jam prætergresso Claves ad spectus magis quam Ponti adest petra* sensu carere putans Frickius hunc in modum mutavit : *Jam prætergresso Claves adspectus magis etiam Ponti adest.* [*Est*] *petra* etc. At bene habet vulgata. Dicit auctor Claves illas aperire non tam ipsum Pontum, utpote longe ab eis dissitum, quam conspectum Ponti.

(1) Haud recte Frickius Coracium prom. componit cum

107. Παντείχιον (fr. 56), litus et castellum, ut videtur; Μαγχίπιον Gillii ætate dicebatur, situm ad sinum qui a Coracio pr. est versus meridiem. Haud dubio idem est litoris abrupti locus, ubi in gallica tabula nautica ponitur *Sanksou, ancien monastère.*

108. Χηλαί (fr. 57); hodie *Ketcheli-liman*, primus litoris Asiatici portus in intimo sinus recessu situs.

109. Ἱερὸν, oppidulum et arx (fr. 58); ἱερὸν Ἴορος Gillii ævo; nunc *Ioros-Kalessi* et *Anadoli-Kavak*. In litore pueri statua posita erat (fr. 59).

110. Ἀργυρώνιον promontorium (fr. 60), quod Gillii ævo vetus nomen retinebat, nunc vero vocatur *Madchjar-bournou*.

111. Ἡρακλέους κλίνη (fr. 61), hodie *Iou-cha-tagh*.

112. Νυμφαῖον, in quo δάφνη μαινομένη vel ψυχόνους (*mentem sanam refrigerans vel arefaciens*), ad fontem qui Gillii tempore *Sycia* vocabatur, quinque stadia distans a vico maritimo *Umur-jeri*, cujus vici locus indicat situm Amyci portus, quem dicit Andrœtas in schol. Apoll. 2, 159.

113. Mucaporis sinus cum portu (fr. 62); Syciam vel Monocolon (1) a nautis dici, apud incertum vero scriptorem Drepanum vocari Gillius refert; hodie *baie des carrières.*

114. Ἀετόρυγχος promontorium (fr. 62), *Turco* pr. sec. Gillium, hodie *Selvi bournou*, longe illud porrectum et in exitu paulo curvatum, ut oculatus testis docet Otto Frickius. Fortassis est *Naulochum prom.* Plinii 5, § 150.

115. Amycus sinus; *Amœa* Græcis, *Bekoussi* Turcis Gillii ætate, nunc *baie de Beikos*. Apud Arrianum Amyci portus in hoc sinu ponendus. Plinius eundem sinum Nicopolitanum dici refert a Nicopoli oppido olim ei adjacente.

116. Γρωνυχία (Ἀχρωνυχία?) campus supinus, ad hod. *Beikos.*

117. Κατάγγειον, sinus piscosus (fr. 63); *Castacium* Gillii ætate, ad hodiernum *Tchibouklу.*

118. Ὀξύρρους ἄκρα, Gillii ætate *Magnum Glari promontorium* inter *Tchibouklу* et *Kanlidche* interjectum.

119. Phrixi portus in litore plano; hodie *Kanlidche.*

120. Alius portus et Phiela (1) sive Phiala Chalcedoniorum, ad hodiernum *Kœrfes* vicum in sinu qui Gillii ætate Πλάξ vocabatur.

121. Αέμβος promontorium portui illi propinquum. Illud esse videtur quod Πλάκα sinum a meridie claudit; *Kebris Muhassili* ibi ponit Moltkius.

122. Βλάβη, insulula sive potius petra; haud dubie unum e saxis quæ prope promontorium modo dictum vidit Gillius.

123. Ποταμώνιον in valle *Magnæ aquæ cœlestis* sive fluvii *Boujouk Gœk-Sou* ad sinum quem *Manolum* dici Gillius refert.

124. Ναυσίκλεια, locus pugna navali clarus; fortassis ad hod. *Koulchouk-Gœk-Sou*, ubi Gillii tempore erat *Naple* vicus.

125. Echæa (Ἠχεῖα?), ἄκρα περίρρους, *Moletrino* Gillii ævo, ad hodiernum *Kandili*, ubi impetuosissimus maris fluxus (2).

126. Λυκάδιον vel Κυκλάδιον sinus in quo nunc est *Wanikeui.*

127. Ναυσιμαχεῖον ad Leucadium promontorium, locus navali pugna celeber (fr. 64). Hæc si recte habent, Leucadion promontorium esse debet id quod sinum cognominem a meridie claudit, quod idem apud Procopium (De ædif. 1, 8) Πρόοχθοι (Βρόχοι Gillii ævo) vocatur, situmque erat e regione vici Michaelici, qui in litore Europæo positus erat prope hodiernum *Kourou-tchesme* (3).

Hodierno *Anadoli-Fener-Tabiassi*, ut ex Gilliana cræ descriptione patet.

(1) Gillius p. 81, *b : scelerato nomine appellatur Monocolos a lapide, ut ipsi dicunt, nuper exciso.* Num μονόκωλος significat id quod Græci dicebant μονέντερον sive κῶλον? Vir doctus et natione græcus quem de hoc nomine scelerato interrogavi, censebat legendum esse μουνόκωλος, idque vocabulum ex verbis τὸ μουνί et ὁ κῶλος compositum significare *cunnum cum podice.*

(1) Φιέλα pro Φιάλα usurpari solebat sec. Moschopulum περὶ σχεδ. p. 120 : φιάλα, ἣν καὶ φιέλαν τινὲς τῶν παλαιῶν ἔλεγον Ἀττικισμοῦ μὴ φροντίζοντες, citante Frickio.

(2) Promontorium Ἠχεῖα dictum esse suspicor, sicut alius locus ῥοώδης (v. supra N. 68) Gillii ævo Φωνῆα dicebatur. Cf. Ἄκραι ῥοιζοῦσαι N. 129.

(3) Pag. 90 parum considerate dixi Hammerum τοὺς

128. Κιχόνιον (1) (fr. 64); e regione Anapli situm erat sec. schol. Dionys. Perieg. 143. Accuratius situm loci dicere non habeo.
129. Ῥοιζοῦσαι ἄκραι, quæ vocantur *Discus major* et *Discus minor;* prius promontorium situm ad hod. *Beglerbeg,* alterum Gillii ætate *Tamborlianum* vocabatur, nunc *Tambour-bournou.*
130. Chrysopolis (fr. 65); hod. *Skutari.*
131. Βοῦς promontorium, in quo Damalis statua (fr. 66); prom. in quo *Skutari* urbs.
132. Hermagoræ vel Heragoræ (2) fons et Eunosti heroum (fr. 67). Fons iste exstat in ora maritima prope *Haider-pacha-iskelessi.*
133. Fluvius in campo (*Airlik-tchechmessi?*).
134. Veneris templum; postea ibi Euphemiæ ecclesia in *Kadi-koi.*
135. Chalcedon fl. et urbs, in regione hodierni *Kadi-koi.* Fluvius nunc vocatur *Karbely-Sou.*

Ceterum amplam Bospori tabulam dabimus in tertio Geographorum volumine Itineraria scripta et picta continente.

PETRI GYLLII

AD AMICUM EPISTOLA.

(Burmanni Sylloge Epistolarum. Tom. II, p. 232; Lugdun. Bat. 1727.)

Postquam Franciscus rex me prius reliquit quam ad ullos ejus nummos venissem, quorum spe veneram in Græciam ad codices antiquos investigandos ac etiam obiter ad cognitionem historiæ naturalis, binas literas ad te, alteram ad Cardinalem nostrum scripsi, quibus conabar tibi renovare memoriam Gillii veteris tui, dicerem, congerronis, nisi summus ille tuus gradus verbum hoc jam non agnosceret, timens ne longa et longinqua peregre profectione ex mente tua omnino exciderim. Jam vero longissime gentium abductus, ea ætate tyro, in bellum Persicum, qua veterani emereri solent, necesse habeo iterum tibi nonnullam recordationem mei suggerere, qua incolumi, nondum despero nidum aliquem senectutis meæ assequi me posse. Jam annus est, cum in Galliam maxime redire conabar, si nummi ex sacerdotio meo mihi hoc tempore affulsissent, priusquam eorum desperatione adductus, profectus essem in Soltani *Solymani Pachi* expeditionem, ne Byzantii in languore desiderem, nummulos meos exspectans diu. De qua quidem expeditione et de toto itinere nostro informarem te magno volumine, nisi prius visere cuperem Ægyptum usque ad sinus Arabici proximum portum, quem jam appellant Sues, olim Arsinoen; qua peragrata et te et Cardinalem Armagniacum informabo, mediocri quidem ingenio, sed magno volumine, de toto itinere nostro, ubi rediero Byzantium. Et ne charta hæc vacua sit, addam itineris summam.

A Chalcedone, posita in faucibus Bospori Byzantini, ad Tauricam urbem quatuor decies millia centena passuum fecimus, non modo dimensorum Ptolemæi longitudinibus et latitudinibus, sed etiam passibus nostris: primum per Bithyniam, in qua vidimus Diacybicen, quæ olim Libyssa appellabatur, Hannibalis sepulcrum; postea Panticum, cujus meminit Antoninus Pius (*Itin.* p. 139), et Helenopolim, cujus Procopius (*De ædif.* p. 311 sq. *ed. Bonn.*), Characem, cujus Stephanus (*v.* Χάραξ); deinde Nicomediam et lacum supra Nicomediam, de quo Plinius, quem falso quidam putant Ascanium, cum hic sit juxta Nicæam, distans ab illo amplius centum mille passibus, cujus fluvius influit in Propontidem, illius vero in Zagarim et deinde in Pontum Euxinum. Juxta hunc locum Justiniani pontem vidimus, celebratum Procopio et Agathii epigrammatibus adhuc excisis in ponte exstantibus et etiam in Florilegio Epigrammatum edito in vulgus. Postquam ingressi sumus in Phrygiam seu

---

Προόχθους Procopii recte componere cum ῥοιζούσαις ἄκραις Dionysii.

(1) Dicit Dionysius fr. 64: *Ciconium nominatum ab excessu malitiæ incolarum; seditione enim violenta pressi exciderunt.* Fortasse igitur nomen deduxit a κίκκος, quod vocabulum, teste Hesychio, et ἀλεκτρυόνα et κλέπτην significat. Seditione etiam Orpheus Cicon periisse narratur ap. Strabon. 7, fr. 18 et Eustathium ad Iliad. p. 299, 7: ὁ Κίκων Ὀρφεὺς... διεφθάρη ἐξ ἐπισυστάσεως. Ceterum κιχόνειον etiam *ciconiam* dixisse videntur, siquidem Suidas: κιχόνειον, ὄρνεον. De ciconiarum autem malitia historiam narrat Hesychius Miles. p. 150. Etenim ciconiæ postquam Byzantios a serpentibus liberarant, mox ipsæ civibus ἐναντία φρονεῖν καὶ θανάτων αἰτίαν ἐπάγειν cœperunt eo quod serpentes in cisternas jaculabantur et civibus in viis publicis clanculum injiciebant. Qua calamitate Byzantios liberavit Apollonius Tyaneus. Is enim tres ciconias e lapide factas ita posuit ut *obversa facie mutuo se adspicerent.* Quo facto nulla amplius ciconia in urbem involavit. Cf. Tzetzes Chil. 2, 60; Nicephor. Call. 3, 11.

(2) In editione principe modo *Heragoræ* modo *Hermagoræ* exstat. Quid sit rectius non constat.

Gallogræciam, in qua cum aliarum urbium multarum ruinas vidimus, tum Boli, quam olim vocabant Aboni mœnia, celebria nobili emporio et balneis et infinitis Græcorum et Romanorum monumentis (Cf. De Bospor. p. 80 edit. nostræ). Ex Gallogræcia venimus in Paphlagoniam in qua vidimus Theodosiam Gangrorum. Ex Paphlagonia pervenimus in Cappadociam, transito amne quem Turci Kisil-irmak, id est, amnem rubrum, Procopius a colore vocat Tyberim, quod aquas habeat rubras; ego vero alio tempore monstrabo esse Halym, Lydici et Persici imperii limitem, cum imperaret Crœsus isthmo Asiæ, id est, minori Asiæ; cujus juxta pontem statim in Cappadocia est collis Saye, undique præcisus et magna planitie circumdatus; in cujus jugo est arx, quam primam obtinuit Ottomanus, fundator imperii Ottomanici; eamque arcem alii appellant Ottomagith, alii Ottomagich. Inde aliquot castris factis, vidimus Hierapolim in supercilio excelsi montis, relinquentes prius ad dextram Amasiam et Jobatam et Angeram, ad sinistram vero Sinopen : posteaquam trajecto amne Iri vidimus Neocæsaream, prope quam fluit amnis Lycus. Quo trajecto, attigimus Armeniam minorem, in qua spectavimus Azam urbem et fossas unde bolus Armenius effoditur, et oppidum Dascusum quod hodie vocant Æsnigam. Etsi Euphrates fere fluit (præterfluit?), tamen amplius binis castris non eum transivimus, sed ternis. Eo trajecto non longe ab ejus fonte propeque ostium Arseni fluminis, tribus castris per Armeniam majorem factis, venimus Esdron, quam Procopius vocat Theodosiopolin, limitem Romani et Parthici imperii, tempore Justiniani. Inde binis castris transivimus Araxen, tendentem ad orientem et dividentem Armeniam majorem a minori Media. Ex Araxe quartis castris vado trajecimus Tigrin, non longe ab ejus fonte, a quo non procul eminet mons Nimbarus, in cujus jugo dicunt arcam Noe resedisse. A Tigri sex castris tentoria fiximus juxta lacum Mantianum, salsum et ambitu complectentem iter octo dierum, in quem octo magna flumina ingrediuntur, et nullum exit. Ex eo lacu septem castris venimus in Cohinam planitiem, sed magna difficultate vallium angustarum montis Tauri, in quibus totus exercitus constans amplius septingentis millibus equorum aut camelorum, a paucis opprimi potuisset. Ex Cohina planitie ad vesperam solventes iter, totam noctem et dimidium diem insequentem continuavimus, ob inopiam pabuli et copiam aquarum salsarum. Hæc nox tirocinium militiæ meæ valde exercuit; nam cum regis copiæ se in fugam conjecissent metu Persarum, ego equo et reliquis ornamentis spoliatus, a media nocte ad diem usque inter tot millia equitum fugientium fugi pedes, ut mei socii mirati sint me incolumem evasisse; sed Deus ludere voluit tironem senem, et servare ad nescio quos alios fortunæ ludos utinam jucundiores. Inde quartis castris pervenimus Tauricam, quam quidam falso putant Ecbatana, sed falsius Paulus Jovius, qui eam putat in Armenia, cum sit in Media, et quidem bene penitus, neque amplius ducentis mille passibus. Ubi quinque diebus consumptis, cum rex Sophianus aufugisset in montes asperos, et ad eum insequendum commeatu deficeremur, urbem reliquimus incolumem, duntaxat palatio vastato, ac redire cœpimus. Quinquaginta millibus confectis, lacum Spautani invenimus, adeo salsum, ut ejus totum litus per quatuor stadia extra aquam tectum sit perpetua glacie salis. Ego ut experirer, quod Strabo falso tradit, pruritum doloremque facere, per ipsum nudus ambulavi ducentos passus, tendens in ejus altum; neque tum aqua attingebat umbilicum; vidique totum vadum ubique tectum crusta salis, ut nusquam solum appareret. Hic lacus sex dierum iter in ambitu habet. Juxta hunc lacum aliquot millia Turcorum cæsa sunt. Inde quartis castris transivimus fauces angustarum vallium, ubi circiter quinque millia camelorum, equorum et mulorum perierunt. Inde profecti sumus ad obsidendum Mantianum castrum, in colle situm undique præciso, undique circumdato magna planitie. Quo deditione facta intra octo dies capto, transivimus montem Niphatem, juxta quem ruit Tigris, et subit lacum Arethusam et Betelmos, quos Zagri montis ramos arbitror; in quorum vallibus angustis multa animalia perierunt, præsertim cum tanto exercitui necesse fuit transire foramen rupis, non majus porta, excavatum in saxo. Ac tandem trajecto Tigri venimus in urbem Caramiti, quam Procopius vocat Armidam (*leg. Amidam*) : unde rex Turcorum institutum iter coactus est relinquere et se convertere contra regem Persarum, qui totam Armeniam majorem jam excurrerat, et Euphrate trajecto penetraverat in minorem. Sed prius rex Solymanus misit Eliam fratrem regis Persarum in Babyloniam

et Susianam, quam nuper cepit; ex prædaque regia triginta camelos onustos misit imperatori Solymano. Quod munus heri in hac urbe Alepa vidi afferri regi, et deportari a sexcentis Genniseris, ordine pompatico, ut mos est, cum regi Turcorum quippiam datur. Nimirum in orbem magnæ areæ ambulantes, et singuli aliquam muneris partem manibus gestantes, regi repræsentabant, spectanti ex cancellata fenestra. Alii ferebant storeas, gracilibus arundinibus auro argentoque textilibus inductis elaboratas; alii ephippia gemmis distincta, alii arcus Persicos, plerique stragulas vestes et Babylonicas, alii peripetasmata belluata ex auro argentoque textilibus, alii tentoria summa arte laborata, alii libros Persicos auro et gemmis ornatos, nonnulli sacculos gemmarum plenos; multi ferebant imagines hominum reliquorumque animalium ex serico auroque et argento elaboratas, alii alia quæ longum esset recensere. Exin Alepia (*leg. Amidia*) castra reliquimus et profecti sumus Melitonem (*l. Melitenen*) urbem Armeniæ minoris septem diebus. Inde rursus trajecto Euphrate redivimus Amidam, ex qua quinque castris venimus in urbem Edessam, quam hodie vocant Offam, in qua Turci dicunt natum Abraham; ideoque ex fonte, ex quo fluvius manat discurrens per urbem, pisces sacros habent et non attingunt. At Judæi dicunt Abraham natum in Carra, distante ab Edessa iter unius diei, quam Carras esse arbitror nobiles clade Crassi. Ex Edessa tribus castris Euphratem trajecimus inter Hierapolin et Zeugma Commagenæ, ubi adhuc visuntur reliquiæ antiqui pontis; ubi catena in hanc ætatem servatur, cujus meminit Plinius (*Cf. De Bosporo*, p. 45, 6). Ab Euphrate tribus castris venimus in urbem quam hodie Syri vocant Alep, olim vero ea erat Berœa, non, ut quidam tradunt, Hierapolis. Hic hiberna quattuor mensium exegimus. Plura non addam reservans longum volumen itineris mei in reditum meum Byzantium.

Tu vero interea dum Ægyptum viso et Byzantium redeo ad mensem Julium, neobliviscaris tui Gillii; ac si forte ullum locum vides, ubi ædificare possim nidum senectutis meæ, ne prætereas. Ita enim canus ad vos rediero, ut humi cubare perpetuo malim, quam semel erigere in nidum suspensum ex longa spe. Adderem, nisi regem *audirem remotum* a literis, efficeres cum Domino *Castellano*, episcopo Matisconensi, ut rex peregrinationi meæ faveret. Sed ne sim importunus, totam hanc provisionem relinquo judicio tuo, qui sensus regis ejusque intimorum. nosti non minus quam fortunam meam destitutam omni auxilio, et solo meo tenui vectigali ægre sustentatam tot annos peregrinationem. Verum ut sit a literis rex remotus, non tamen a justitia; quod ex eo (*ex te?*) colligo, quem quotidie cariorem regi fieri audio, non ob aliud quam ob singularem justitiam tuam. Quid justius quam heroicum regem tam divitem debitum præstare paternum? Ego per hosce viginti annos non destiti bene mereri de rege Francisco ac potius de tota Valesia gente, cum aliis orationibus tum tribus ad regem Angliæ scriptis, suadentibus Franciæ regium nomen ne amplius usurpet, aut ejus partes repetat; quas priusquam scriberem, testis est Cardinalis *Armagniacus* me hiemem consumsisse in bibliotheca legendis codicibus pontificum, apud quos hæc causa tum disceptabatur; quos si *Seisselius* legisset, longe aliter hanc causam tractasset. Quid æquius quam regem mihi dare aliquod perfugium senectutis meæ, qui regis præscripto tantam peregrinationem suscepi, et tamdiu sustinui nullo regio auxilio adjutus? Omnibus me voluptatibus privavi, senex tot ærumnas subivi, ut jucundum quiddam regi gratificari possem. Bene vale. Ex urbe Alep, emporio celeberrimo totius Orientis, IV Non. April. MDXLIX.— Tuus antiquus cliens Petrus Gillius.

DIONYSIUS PERIEGETES.

Dionysius quidam orbem terrarum opusculo descripsit, quod quum ex variis fontibus haud magno judicio concinnatum esset, exactæ doctrinæ laude carebat, nec magnæ apud eruditos in docta antiquitate æstimationis esse poterat; idem vero brevitati suæ et formæ metricæ et poeticæ dictionis suavitati hoc debuit, ut a ludimagistris aptissimum esse censeretur compendium, ex quo pueri geographiæ cognitione imbuerentur. Jam vero constat quæ sors ejusmodi libellorum esse soleat. Usu eorum in scholis invalescente, exemplaria innumeris multiplicantur codicibus; deinde labentibus bonis literis, ex ipso doctiorum scriptorum neglectu et percrebrescente vulgi ignorantia crescit fama et auctoritas eorum qui levitate sua in communi naufragio supernatant. Tum demum de patria et genere et natalibus auctorum, qui sic ex obscuris initiis ad seram et insperatam celebritatem emerserunt, quærendi fit initium; et quoniam quod certum sit, aut nihil consignatum est aut in ignotis vulgo fontibus latet, indubitatæ fidei testimoniis ludibria conjecturarum substituuntur. Itaque de Dionysio quoque nihil fere traditum accepimus quod extra omnem dubitationis aleam positum sit; opinatoribus vero tanto amplior patebat campus, quanto major erat numerus Dionysiorum, quos a nostro haud diversos esse putare liceret. Quantopere judicia titubaverint, e Suidianis maxime collectaneis intelligas. In his enim quum inter varios Dionysios, quorum recensum grammaticus instituit, tres commemorentur tanquam auctores periegeseos, veri est simillimum triplicem istam ejusdem tituli mentionem ad unum idemque opus ab aliis alii Dionysio attributum pertinere. Verba Suidæ ita habent :

Διονύσιος Κορίνθιος, ἐποποιός· Ὑποθήκας· Αἴτια ἐν βιβλίῳ α' (ἐν βιβλίοις γ' Eudoc.)· Μετεωρολογούμενα, καὶ καταλογάδην Ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον· Οἰκουμένης περιήγησιν δι' ἐπῶν· Ταῦτα δὲ εὗρον καὶ ἐν Διονυσίῳ τῷ τὰ Λιθιακὰ γράψαντι· πότερος οὖν αὐτῶν οὐκ οἶδα.

Διονύσιος Μιλήσιος, ἱστορικός. Τὰ μετὰ Δαρεῖον ἐν βιβλίοις ε'· Περιήγησιν οἰκουμένης· Περσικά, Ἰάδι διαλέκτῳ· Τρωικῶν βιβλία γ'· Μυθικά· Κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ζ'.

Διονύσιος Μουσωνίου, Ῥόδιος ἢ Σάμιος, ἱστορικός· ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ Ἡλίου. Ἱστορίας τοπικάς, βιβλία ἓξ· Οἰκουμένης περιήγησιν· Ἱστορίας παιδευτικῆς βιβλία ι'.

[Ὑπολαμβάνω ὅτι Διονύσιος ὁ περιηγητὴς Βυζάντιος ἦν διὰ τὸν ποταμὸν Ῥήβαν.]

Ex his Dionysium Milesium qui de rebus Persarum dialecto ionica scripsit, non esse nostræ periegeseos auctorem vix est quod moneatur. Si quis hoc loco aliam periegesin intelligendam esse contendat, is refutari sane nequit, at nihil profert quod sit probabile, quum simili ratione cetera omnia quæ de variorum Dionysiorum operibus apud Suidam leguntur, tueri liceat. Quod attinet Samium Dionysium, disertis hunc verbis a Nostro distinguit vetus scholiasta, ad Samium pertinere dicens Bassarica, quæ nonnulli haud recte periegeseos poetæ attribuerent. Suidas igitur Dionysium Samium Orbem terrarum descripsisse referens auctorem secutus esse videtur qui ipse quoque Bassarica et Periegesin ejusdem poetæ esse existimaret, atque utrumque carmen vindicaret Dionysio Samio. Superest Dionysius Corinthius, de quo aliunde non constat. Num hic tandem periegeseos faber fuisse censendus est? Vix credas. Quam incerta res sit, ipse Suidas fatetur verbis : Ταῦτα δὲ εὗρον καὶ ἐν Διονυσίῳ τῷ τὰ Λιθιακὰ γράψαντι· πότερος οὖν αὐτῶν οὐκ οἶδα. In quibus an ταῦτα vocabulum ad omnia an ad complura eorum quæ in antecedentibus enumerantur scripta pertineat, haud liquet, pertinere vero ad τὴν τῆς οἰκουμένης περιήγησιν certissimum est. Præterea autem quum e Suida colligatur Corinthium istum nulla scripsisse Λιθιακά, judicio satis tuto contendas haud recte ei assignari periegesin; videlicet inter varia opera quæ Noster præter periegesin scripsisse a nonnullis perhibebatur, nihil ad eum referendum esse scholiasta affirmat nisi de lapidibus carmen, quippe quod eundem prorsus cum

periegesi orationis colorem præ se ferat. Jam vero jure miraris in Suida Dionysium Λιθιακῶν auctorem commemorari omnino nullum. Proclivis igitur conjectura est mentionem Λιθιακῶν et Periegeseos et aliorum fortasse operum excidisse in eo lexici Suidiani articulo, qui est de Dionysio bibliothecario :

Διονύσιος Ἀλεξανδρεὺς, ὁ Γλαύκου υἱὸς, γραμματικὸς, ὅστις ἀπὸ Νέρωνος συνῆν καὶ τοῖς μέχρι Τραϊανοῦ, καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν προὔστη καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο καὶ ἀποκριμάτων. Ἦν δὲ καὶ διδάσκαλος Παρθενίου τοῦ γραμματικοῦ, μαθητὴς δὲ Χαιρήμονος τοῦ φιλοσόφου, ὃν καὶ διεδέξατο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Habes in his virum doctum qui quamvis inter literarum thesauros vitam transegerit, nihil tamen, ut nunc quidem in Suida res habet, scripsisse videtur. Quod quoniam haud est probabile, sponte subnascitur ista quam modo dixi suspicio, cujus probabilitas magnopere augetur alio testimonio, quod huc usque viros doctos latuit, quamvis omnium quæ de poeta nostro exstant, facile sit antiquissimum. Scilicet bibliotheca Bruxellensis librum manuscriptum habet, in quo Guido quidam, homo Italus seculi undecimi, inter alia excerpta etiam Italiæ descriptionem et maris Mediterranei periplum e Geographo Ravennate dedit, ita tamen ut quæ Geographus ille anonymus præbet, varia notitia geographica et historica alius operis auxilio passim illustrentur. Opus hoc, quod commentarios in veteres tabulas itinerarias continuisse videtur, a viro quodam in rebus Italicis versatissimo compositum est inter annos 667 et 670 p. C., uti docte demonstravit A. Bockius in *Lettres à M. L. Bethmann sur un manuscrit de la Bibliothèque de Bourgogne, intitulé : Liber Guidonis* (1). In illo igitur libro Guido postquam e Geographo Ravennate nomen Sybaris urbis protulit, ex altero auctore anonymo addit hæc :

« *De qua Sybari refert Juvenalis satiricus* (Sat. 6, 296), *latius tamen Dionysius Ionicus, qui Romæ bibliothecarius per annos fuit viginti et orbem metro heroico græco carmine descripsit : Est, inquit, magnum latibuli aggestum seductæ Sybaris, incolas gementis ruentes, ob cultum Alphei oppressos* (1). Nullus ego dubito quin idem hic sit bibliothecarius cum eo quem ex Suida modo excitavi.

Quæ præterea de Dionysio traduntur, hæc sunt : Schol. Dion. p. 427 : Διονύσιος ὁ περιηγητὴς γέγονεν υἱὸς Διονυσίου (Δίωνος et Διώνου var. lect.) Ἀλεξανδρέως (υἱὸς Διώνου Ἀλεξάνδρου ἢ κατά τινας Διονυσίου codex *C*). Γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν χρόνων μετὰ Αὔγουστον Καίσαρα ἢ ἐπ' αὐτοῦ. [Οἱ δὲ κατὰ Νέρωνα τὸν Ῥωμαίων βασιλέα φασὶ γενέσθαι. Ἄδηλον δὲ πόθεν γέγονε καὶ τίνων γονέων. Hæc addit codex Ω.] Φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλα συγγράμματα, Λιθιακά τε καὶ Ὀρνιθιακὰ καὶ Βασσαρικά· ὧν τὰ μὲν Λιθιακὰ ἐκρίθησαν ἴδια Διονυσίου καὶ αὐτὰ διὰ τὴν τοῦ χαρακτῆρος ὁμοιότητα· τὰ δὲ Βασσαρικὰ διὰ τὴν τραχύτητα οὐκ ἄξια τούτου κριθέντα εἰς τὸν Σάμιον ἀνηνέχθησαν Διονύσιον, τὰ δὲ Ὀρνιθιακὰ εἰς ἄλλον τινὰ Φιλαδελφέα Διονύσιον [ὃν διὰ λέξεως ἀκυρολογίαν ἐπεκάλουν ὑπόκενον. addit Eustathius, p. 215].

Eustathius, p. 215, 6 : Ὁ δὲ Διονύσιος Λίβυς μὲν ἱστορεῖται τὸ γένος, συγγράψαι δὲ καὶ ἄλλα βιβλία λέγεται, Λιθιακά etc., ut apud scholiastam modo laudatum. Cf. p. 219, 1 : Ἰστέον δὲ ὅτι προτάττει τῶν ἄλλων τὴν Λιβύην καὶ νῦν καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς, οὐ κατά τινα περιηγητικὴν ἀνάγκην, ἀλλὰ καὶ οἷα Λίβυς καὶ φιλῶν τὰ οἰκεῖα καὶ οὕτω τὸ ἑαυτοῦ ἔθνος τῶν λοιπῶν προτιθέμενος. Schol. Dion. v. 10, p. 431, 23 : Τὴν δὲ Λιβύην προέταξεν ὅτι Λίβυς ἦν ἢ διὰ τὸν Νεῖλον.

(1) Bockii, viri doctissimi, amicitiæ debeo accuratissimum apographum eorum, quæ in Guidonis libro ad Geographum Ravennatem spectant, de quo in sequente Geographorum volumine sermonem instituemus. Ceterum Bockius censet varias illas notitias fluxisse ex ipso Geographo Ravennate, quippe cujus opus olim exstitisset uberrimum, adeo ut ea quæ nos jam habemus seculo nono scripta, non essent nisi epitome operis integri. « Gui a emprunté les fragments dont il fait usage à une traduction complète de ce travail (sc. operis a geographo Ravennate græce scripti), tandis que le texte publié par dom Porcheron ne présente qu'un abrégé malheureusement tronqué et défiguré (Lettres etc. p. 128).» Mihi vero non videtur esse dubium quin notulæ istæ ex alio auctore assumtæ sint, quo Guido ad illustrandum Ravennatem eodem modo usus est quo Orosium et Solinum adhibuit. Cujus sententiæ argumenta ex compluribus locis peti possunt, quorum unum laudasse satis sit. Geographus Ravennas (V, 7) inter oppida oræ Ciliciæ recenset *Antiochiam Epitragon* (i. e. Ἀντιόχειαν ἐπὶ Κράγῳ); in Guidonis vero libro de his ita habes : *Antiochia magna, quam dominus Petrus apostolus suo pontificatu sanctificans unam e quattuor generalibus mundi ecclesiis sanxit. Epitragon, etc.* Tale quid in vetere Geographo Ravennate, qualem Bockius exstitisse censet, legi omnino non poterat, sed luculentissime prodit stuporem Guidonis, hominis ineptissimi, qui verbis *Antiochia Epitragon* duo commemorari oppida opinatus est, quorum alterum cum celeberrima Syriæ urbe confudit.

(1) V. Dionys. v. 378. Latina ipse fecerit Guido, qui in fonte suo verba poetæ Διὸς μέγα χωσαμένοιο corrupta reperisse videtur. Vertit quasi in græcis fuisset μέγα χῶμα φωλεοῖο.

Attuli veterum de Dionysio testimonia potiora; jam videamus quid hinc et ex ipso periegeseos carmine cum aliqua probabilitatis specie eruere liceat. Patris nomen num ex scholiastæ sententia fuerit Dion an Dionysius, quorum alterum ex altero ortum, codicum auctoritate dijudicari nequit. Nescio tamen an præferendum sit nomen Dionis, idque lateat etiam in verbis Guidonianis : *Dionysius Ionicus*, quæ, ut nunc habent, patriam scriptoris indicant ratione vaga et inusitata ideoque suspecta. Ceterum ab his discrepat Suidas, qui eundem, ut puto, Dionysium Glauci filium nuncupat. Quod pater Dionysii vel ipse etiam Dionysius Alexandrinus vocatur, de patria quæstionem non dirimit. Scholiastæ Dionysium genere Afrum fuisse dicentes fortassis nullo alio testimonio nituntur quam eo quod ipsi e periegeseos adornatione elicuerunt. Haud magni id faciendum esse Bernhardyus p. 497 censuit, quum Pomponius Mela quoque et Manilius (4, 595) et Antonini Itinerarium ab Africa narrationis suæ principium petiverint. At his exemplis scholiastarum conjectura firmatur potius quam infringitur. Nam Mela Hispanus fuit ex Tingentera, quam, ut ipse ait (2, 6, 9), transvecti ex Africa Phœnices tenebant; Manilius vero, Augusti et Tiberii coævus, in codice Vossiano *Pœnus* vocatur, fortasse genus ducens a Manilio servo qui tempore tertii belli Punici Romam venerat; Itineraria denique, quæ etiamnunc manifesto errore Antonini nomen in fronte gerunt, in Africa, Carthagine, ut videtur, e tabulis itinerariis descripta esse, vix dubitabit qui ad codicum rationes aliaque indicia attenderit, quæ paucis attigi in *Encyclopédie des arts et des sciences* (*Supplément*) s. v. *Itinéraires*, pluribus vero in tertio Geographorum volumine prosequar. Quidni igitur nos quoque cum vetustis Dionysii interpretibus gentem poetæ nostri e Libya oriundam fuisse conjiciamus?

Præterea vero alia exstat regio quæ a Dionysii persona non aliena fuisse videtur. In Bithynia haud longe a Bosporo in Pontum delabitur Rhebas fluviolus, priscum nomen et hodie servans; mentio ejus fit apud Periplôn et Argonauticôn scriptores et Plinium et Ptolemæum (1); Pomponius Mela et Strabo indignum habuerunt qui commemoraretur; multo minus nomen ejus in poemate quæsiveris quod versibus quingentis vastissimæ continentis descriptionem absolvit; at non modo apponitur nomen, sed summis etiam orationis luminibus illustratur vs. 794 :

Ἄγχι δὲ Βιθυνοὶ λιπαρὴν χθόνα ναιετάουσι,
Ῥήβας ἔνθ' ἐρατεινὸν ἐπιπροΐησι ῥέεθρον,
Ῥήβας, ὃς Πόντοιο παρὰ στομάτεσσιν ὀδεύει,
Ῥήβας, οὗ κάλλιστον ἐπὶ χθονὶ σύρεται ὕδωρ.

Formula hac, qua tribus versibus idem nomen tribus vicibus canitur, Dionysius in reliquo carmine non utitur nisi de locis fama clarissimis, de Carthagine (195), de Tiberi (352) deque Ilio (815). Itaque non assequeris cur eodem honore ignobilem Bithyniæ fluvium decoraverit, nisi hoc deberi poeta censuerit regioni in qua vel lucem adspexerat vel diutius erat commoratus. Primus ad hoc animum advertit is qui in lexico Suidiano adscripsit istud : Ὑπολαμβάνω ὅτι Διονύσιος Βυζάντιος ἦν διὰ τὸν ποταμὸν Ῥήβαν, quamquam causa non subcrat cur vicino Byzantio potius quam ipsi Bithyniæ poetam vindicaret. Similiter Bernhardyus (ad Dion. p. 497) Dionysium in Bithynorum vel Byzantii tractu arbitratur natum esse aut cum istis populis multam contraxisse consuetudinem (1). Jacobsius quidem (in *Ersch u. Grubers Encycl.*, t. 25, p. 345) tantum momentum verbis Dionysii inesse addubitavit ac forsan Rhebam fluvium olim majorem fuisse suspicatus est. Quod quam sit probabile tu videas.

Jam si Dionysius apud scholiastas Λίβυς vocatur, ipse autem carmine suo eam Bithyniæ partem, in qua Rhebas fluvius erat, tanquam patriam designare videtur, nescio an verum tetigerim, natum esse poetam putans in Λιβύσσῃ κώμῃ, qui vicus Libycus, Hannibalis mora et morte celeber, in ista Bithyniæ tractu situs erat medius inter Pantichium (hodie *Pendik*) atque Nicomediam (hod. *Ismid*), ita ut a Pantichio 24 (Itin. Ant.) vel 22 (Itin. Hieros.) m. passus, a Nicomedia autem 22 (Itin. Ant.) vel 23 (tab. Peut.) vel 25 (It. Hieros.) m. passus distaret. Quibus innitens mensuris Libyssam compono cum hodierno vico *Tawjandjik*, cujus nomen agnoscere mihi videor in mutilis scholiis ad Tzetzis Chiliad. 1, 788 (in Crameri Anecd. Pariss. tom. 3, p. 353), ubi Libyssa nunc τὰ Βουτίου (τὰ Βαντίου vel Ταβάντια?) vocari dicitur. Vulgo qui-

(1) Scylax § 92 Apollon. Rhod. 2, 650. 789; Orphic. Argon. 711; Plin. 6, 1; Arrian. Peripl. § 17; Marcian. Epit. peripli Menippei § 8, p. 569; Ptolemæus 5, 1, 5; Steph. Byz. s. v.

(1) Dionysios Bithyniæ v. in C. Inscr. p. 973.

dem ex Gillii et Bellonii et Tournefortii auctoritate Libyssam censent esse hodiernam *Djibizam*, atque Lapieus eo progressus est ut conspirantes mensuras Itinerariorum manu violentissima ad istam accommodaret sententiam, quam jure Wesselingius suspectavit et Mannertus damnavit, tantoque minus admittendam esse duxeris quum liqueat *Djibizam* esse τὴν Διαχίβυζαν scriptorum Byzantinorum eamque jam memorari in Valentis imperatoris historia sive eo tempore, quo Libyssam adhuc memorant Libanius et Ammianus Marcellinus. Quando perierit nomen Libyssæ, nescimus. Exstincta autem hujus loci memoria, fieri facile potuit ut Dionysii interpretibus idem accideret quod olim Hannibali accidisse fertur. Quemadmodum enim Hannibal Jovis Ammonii dicto : Αἴβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας, Libyæ terram indicari opinatus est, similiter scholiastæ Dionysium, e Libyssa Bithyniæ oriundum, in Libya natum esse credere potuerunt. Nihil tamen cogit ut ita statuamus, quoniam nihil impedit, quominus genus Dionysius duxerit ab iis qui una cum Hannibale ex Africa in Bithyniam commigrarant. Ceterum si recte habet Dionysius ille *Ionicus*, quem Guido ex anonymo seculi septimi scriptore affert, tenendum est ab ejus ævi auctoribus virum Bithynum etiam Ionium dici potuisse (1). Sic in Chronico Paschali tom. I, p. 59 ed. Bonn. inter sedecim πόλεις Ἰωνίδας ὀνομαστὰς præter Clazomenas, Phoceam, Prienen, Erythras, Samum, Teum, Chium, Colophonem, Ephesum et Smyrnam recensentur etiam Perinthus, Chalcedon et Byzantium. Similia his habes in libro Generationum ap. Ducang. ad calcem Chron. Paschal. Cf. Müllenhoff, *Die Weltkarte des Kaisers August.* p. 43.

(1) Mare quoddam Ionium juxta Bithyniam situm Merkelius nuper introduxit in Apollonium Rhodium 2, 745, ubi quum Acheron, Heracleensis agri fluvius, dicatur εἰς ἅλα βάλλειν ἠοίην, Merkelius de conjectura Ἰονίην scripsit. « Ἠοίην, inquit, aut ἠῴην explicatum non habet ; totus Pontus indicari nequit ; sinus in quem effluit fluvius, ab occidente est. Aut igitur scribendum ἠοίην pro nomine ejus sinus, aut temptanda conjectura. Ionium mare pars occidentalis Ponti Euxini [ad Istri ost] etiam 4, 288. 308 nuncupatur. Ammianus Marcellinus 22, 13 : *Bospori vocati quod per eos quondam Inachi filia... ad mare Ionium permeavit.* » His opus non erat, quum codicis Laurentiani lectio ἠοίην explicatum habeat facillimum. Nimirum sinus qui ab Acherusia ἄκρα versus occidentem pertinet, clauditur promontorio adjacentem habente insulam quæ ab aliis Thynias, Daphnusia, Apollonias, ab Apollonio autem (2, 286) ἑῴου Ἀπόλλωνος νῆσος vocatur ; hinc ipsum sinum poeta ἅλα ἠοίην appellat.

Subjungere liceat nonnulla quæ cum Dionysio utpote viro e Bithynia oriundo apte componi queant. Romam poeta vs. 356 vocat μητέρα πασάων πολίων, imitatus, ut videtur, exemplum quod sua ipsius ætate Bithyni præiverant ; certe Romam μητρόπολιν vocari primum videmus tempore Domitiani in numo Nicomedensium (1).

Plinius 37, 4, 15 : *Metrodorus Scepsius*, inquit, *in eadem Germania et Basilia insula nasci* (sc. adamantem), *in qua succinum, solus, quando equidem legerim, dicit, et præfert Arabicis, quod falsum esse quis dubitet?* Metrodorus ille, Scepsi natus, Chalcedone in Bithynia vixit indeque etiam Chalcedonius vocabatur (Strabo p. 609). Tanto igitur facilius intelligitur, quî factum sit ut Dionysius quoque (317) ad oceanum borealem non modo succinum sed etiam adamantem reperiri prodat. Ex eodem Metrodoro, quem Periegeticum appellat Lactantius ad Stat. Theb. 3, 478, Dionysius fortassis etiam alia quædam de borealibus regionibus alibi non obvia mutuatus est (v. not. ad 356).

Hactenus de patria Dionysii ; jam videamus de ætate scriptoris, de qua in diversissimas partes viri docti abierunt, quanquam plurimi verbo hanc quæstionem tetigisse satis habuerunt.

Primum igitur ex Dionysii versu 355 : Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων, recte scholiastæ collegerunt poetam non vixisse sub consulibus, sed tempore imperatorum. Iidem accuratius tempus ita definierunt, ut alii sub Augusto, alii vero minus false sub Nerone Dionysium floruisse statuerent (2). Nos non

(1) Bernhardyus ad Dionys. p. 512 : « Huic Dionysii versui (356) subest metropolis significatio, quæ cum aliquamdiu legitimam vim nec simulatam coloniarum obtinuisset varias in partes diductarum, sensim cœpit ad eas urbes transferri, quæ vel provinciæ suæ principatu fruerentur, vel dignitate opumque et commerciorum literarumve laude præstarent, ut postremo per Græcorum vanitatem etiam hac amplitudinis notione destitueretur. Quam potestatem nominis enarravit perspicue post Spanhemium Eckhelius D. N. p. 1, vol. 4, p. 273 sqq. Quare quod exemplum Nicomedenses ætate Domitiani præiverant, sua, quæcunque ea fuerit, potuit æmulari, Romam confessus esse dominam ac principem cunctarum civitatum. »

(2) Schol. ad vs. 355 : Τοῦτό φησι διὰ Νέρωνα τὸν βασιλεύσαντα τῶν Ῥωμαίων· ἐφ' οὗ ἐγένετο ὁ ποιητὴς Διονύσιος, ὡς φησιν αὐτός (vs. 1052)· « Αὐσονίου βασιλῆος. » Idem ad vs. 1052 : Αὐσονίου βασιλῆος] τοῦ Νέρωνος· ἐπὶ τούτου γὰρ ἤκμαζεν ὁ Διονύσιος· Κράσσον γὰρ Ῥωμαίων στρατηγὸν ἀνεῖλον, ὃν ἐξεδίκησεν Αὔγουστος ὑποτάξας αὐτοὺς, ὡς μηδὲ δίχα Ῥωμαίων βασιλέα ἵσταντο. In his sententia eorum qui sub Nerone floruisse Dionysium dixerunt, con-

negamus vixisse poetam Neronis temporibus, at satis longe postea periegesin ab eo scriptam esse ex ipso carmine colligitur. Nam vs. 525 Cyclades insulas poeta Asiæ attribuit, eoque se scripsisse indicat post tempora Vespasiani (70-79), qui insularum provinciam Asiæ adscriptam instituit (v. not. p. 136). Idem efficitur ex vs. 877, ubi Commagene juxta Syriam memoratur; constat enim Commagenen Vespasiani tempore a Syria separatam esse (v. not. ad 877). Deinde autem quæ leguntur vs. 209 : ἐρημωθέντα μέλαθρα Ἀνδρῶν ἀθρήσειας ἀποφθιμένων Νασαμώνων, Οὓς Διὸς οὐκ ἀλέγοντας ἀπώλεσεν Αὐσονὶς αἰχμή· aperte cladem innuunt anno 86 p. C. a Nasamonibus acceptam, quam jactans Domitianus « Νασαμῶνας ἐκώλυσα εἶναι » dixisse fertur. In his ipsis vero Domitiani temporibus fere subsistendum esse censeo, adeo ut poeta vel postremis ejus imperatoris annis vel paullo post scripsisse periegesin nobis videatur. Idem fere visum est Passovio, qui in præfatione ad Dionys. p. XIV Periegetam neque ante Domitiani imperium neque post ejus mortem orbis terrarum descriptionem composuisse asseverat. Argumenta sententiæ opportuniore tempore se persecuturum promisit, sed ne staret promissis, morte prohibitus est. Vidit haud dubie vir doctus quod ego quoque sentio, nihil carmini nostro inesse quod ad posteriora tempora necessario sit referendum; deinde vero, quum quod de exstincta Nasamonum natione proditur, non tam veritatis testimonium sit quam Romanos recenti victoria inflatius gloriantes arguat, Dionysium haud longe post victoriam illam sua consignasse videri. Denique ne præter necessitatem poetam in citerius ævum rejiciamus, eo quoque impedior, quod Dionysius ille, quem a periegeseos et Λιθικῶν auctore non diversum esse probabiliter conjecisse nobis videmur, inde a Neronis temporibus usque ad Trajani regnum (54-93 p. C.) floruisse a Suida traditur. Unde consequitur ea quæ vs. 1051 de Parthorum ardore hasta romana mitigato (ἀμαιμακέτους περ ἔοντας Αὐσονίου βασιλῆος ἐπεπρήϋνεν ἀκωκή) leguntur, quum per se multiplicem interpretationem admittant, ad Augusti vel potius Neronis tempora, non vero ad Trajani vel Alexandri Severi vel his posteriora esse referenda (1). Atque in Dionysio istud ἐπεπρήϋνεν, ut non cadit in cladem aliquam insignem qua fractæ fuerint vires Parthorum, sic iis quæ Nero ab hoste obtinuit, peraccommodatum est.

Igitur ut paucis comprehendam, quæ cum aliqua probabilitatis specie dici queant, Dionysius noster, fortassis e gente oriundus quæ e Libya olim cum Hannibale in Bithyniam migraverat, in Libyssa vico Bithyno e Dionysio vel Dione vel, si Suidam audimus, e Glauco patre natus esse videtur (c. an. 20 p. C.?). Alexandriæ præceptore inter alios usus est Chæremone, cui in schola successit eo, opinor, tempore quo Chæremon, qui una cum Alexandro Ægæo philosopho (Suidas s. v. Ἀλεξ. Αἰγ.) magister Neronis fuisse perhibetur, Romam se contulit (c. an. 50?). Eodem postea ipse etiam Dionysius profectus, ibique per viginti annos bibliothecarii munere functus est (c. an. 70-90?). Periegesin post annum 86 senex composuit. Discipulum habuit Parthenium grammaticum, qui idem esse videtur cum Parthenio τῷ τοῦ Διονυσίου, auctore operis περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων ζητουμένων, de quo v. Athenæus 11, p. 467, C. 501, A. 783, B; 15 p. 680, D. Cf. Eustathius ad Il. 23, p. 1412 et ad Odyss. 15, p. 1567. Eodem quo Dionysius tempore Romæ vixit Philo Byblius, qui περὶ πόλεων et περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων scripsit nec ignotus bibliothecario nostro fuisse videtur. Ex ejus libris fortassis fluxit Elææ urbis Phœniciæ mentio (vs. 910), quam nos non novimus nisi ex Philone (ap. Steph. Byz.) et Dionysio. Romæ inter successores Dionysii fuit Lucius Julius Vestinus, cujus memoriam celebrat inscriptio ad viam Ostiensem reperta (C. J. n. 5900) : Ἀρχιερεῖ Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης, Λευκίῳ Ἰουλίῳ Οὐηστίνῳ καὶ ἐπιστάτῃ τοῦ μουσείου καὶ ἐπὶ τῶν ἐν

flatur cum altera, ex qua sub Augusto poeta vixit. Cf. Eustathius ad v. 355 p. 279, 23 : ἀνάκτων δὲ εἰπὼν ἔδειξε, φασὶν, ἐναργῶς ὅτι οὐκ ἐπὶ τῶν ὑπάτων αὐτὸς ἦν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἤκμαζε, Νέρωνος, ἢ καὶ Αὐγούστου κατά τινας (οὗ καὶ μεμνῆσθαι λέγεται καὶ ἐν τῷ « Αὐσονίου βασιλῆος ἐπεπράϋνεν ἀκωκή)· τοὺς γὰρ ὑπάτους οὐκ ἐκάλουν ἄνακτας. His adde quæ supra jam adscripsi.

(1) De Augusto Suetonius Aug. c. 21 : *Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt, et signa militaria quæ M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt, obsides insuper obtulerunt, denique compluribus quondam de regno concertantibus, nonnisi ab ipso electum comprobarunt.* Sub Nerone an. 58 Corbulo Artaxata et Tigranocerta urbes expugnavit atque Tigranem a Nerone electum Armeniæ regem constituit. Mox bello renovato (an. 63), postquam improspere rem Pætus gesserat, idem Corbulo eo tandem rem adduxit, ut Tiridates sublatum de capite diadema Cæsaris imagini subjiceret, nec nisi Neronis manu id se resumpturum esse promitteret.

Ῥώμῃ βιβλιοθηκῶν ῥωμαϊκῶν καὶ ἑλληνικῶν, καὶ ἐπὶ τῆς παιδείας Ἀδριανοῦ ἐπίστολεῖ τοῦ αὐτοῦ αὐτοκράτορος.

Superest ut aliorum de Dionysii ætate sententias commemoremus. Inter eos longissime a nostris rationibus recedit Bernhardyus, qui Periegetam scripsisse censet exeunte seculo tertio vel ineunte quarto. Hoc vero ut vir eximius sibi persuaderet, præ ceteris Hunnorum apud Dionysium mentio induxit.

« Sed momentum, inquit, præbet unum stabilissimum Hunnorum mentio, qua plerique defungebantur opera leviore, quod populum ad mare Caspium Vitiorum in sede v. 730 viderant repositum. At unde, quæso, compererat Noster de ea gente, quam primus a rumore quodam acceptam Zonaras exhibuit Caro regnante provenisse, bellis cognitam quarti demum sæculi scriptores describunt, neque vulgaris geographiæ magister potuit nisi usu longinquiore notam libello consignare? Nam Ptolemæus quidem quos Chunos novit, eos ad regionem transtulit longe diversissimam. His Alanos adde, quos annotatione ad vs. 308 tractatos eadem in causa versari necesse est. Præclare igitur et liberaliter agi putamus cum Dionysio, si tantis oppressus indiciis finem tertii seculi vel exordia quarti queat tueri ac propriam ætatem obtinere. »

Hæc igitur temporis notatio nititur loco Zonaræ (12, 20, tom. 1, p. 638 Bonn.), ubi Carus imperator secundum nonnullos in expeditione Hunnica occisus esse proditur (an. 283, p. C.), dum Eutropius, Orosius, Sextus Rufus, Vopiscus et ipse Zonaras imperatorem in expeditione contra Persas sive Parthos occubuisse uno ore affirmant. Jam vero si seculo duodecimo Zonaras in annalibus quibusdam Hunnos in Persarum locum substitutos reperit, nemo in his non agnoscit Byzantini ævi commentum ejusdem plane levitatis atque illud quo apud Constantinum Manass. in Comp. Chronol. p. 12 Hunnos, olim Sesostridis socios, postea Parthos vocatos esse quidam hariolabantur. Apud fidos scriptores Hunni in populorum historia primum apparent anno 375. Dionysius igitur, si eos nonnisi longinquo usu notos commemorare potuisset, relegandus foret in seculum quintum vel quarti seculi annos postremos, adeo ut junior esset Festo Avieno, qui seculo quarto Periegesin magistellorum longo jam usu tritam eorumque ludibriis passim jam depravatam carmine latino imitatus est. Id vero quum fieri nequeat, consequitur aut Hunnos etiam antequam historia innotuerint, a geographo commemorari potuisse, aut a librario seculi quarti vel quinti notissimum tunc Hunnorum nomen in alius populi locum esse substitutum, ideoque, sive hoc sive illud malueris, nullum Dionysii loco inesse momentum chronologicum.

Ammianus Marcellinus (31, 2, 1) in historia anni 375 de Hunnis agens, *gentem eam monumentis veteribus leviter notam,* non vero ignotam, esse dicit. Recentiorum nonnulli Hunnos agnoscunt in Chunis apud Plinium (6, 22, 55) juxta Tocharos in Asia degentibus (1), nec non in Chunis quos Ptolemæus prope Mæotidem paludem in Sarmatia Europæa collocat. Quod qui probaverit, nihil sane mirabitur medium inter istos locum prope mare Caspium Hunnis assignari a Dionysio ætate sua inter Plinium et Ptolemæum medio. Sed ne opus quidem est ut eo confugiamus; nam Hunnos quosdam, sive ejusdem stirpis cum iis quos historia novit, sive alius, in regione inter Pontum Euxinum et mare Caspium interjecta jam Herodoti tempore consedisse liquet ex inscriptione Persica, quæ in recensu populorum Persis subjectorum juxta Saspires Armeniæ etiam *Hunas* habet, quos non diversos esse a Scythinis Xenophontis (Anab. 4, 7, 8) cum Lassenio censet Ritterus (*Erdkunde* tom. 8, p. 92 sqq.). Sed hæc quoque ego quidem missa fecerim, et ad hoc potius attendi velim, quod gentes maris Caspii accolæ apud Dionysium eodem modo disponuntur quo inde ab Eratosthene ordinari solebant, nisi quod Dionysius Οὔνους vel Οὔννους exhibet eo loco ubi ceteri geographi habent Οὐτίους (Strabo), *Utios Scythas* (Tab. Peut.), *Futtuos* (Jul. Honor.), Οὔδας (*Ptol.*), *Udinos Scythas* (Varro ap. Plin.). Vide not. ad vs. 730, p. 149. Quod reputanti omnium verisimillimum esse videbitur eundem populum Scythicum apud Dionysium quoque intelligendum esse, atque ΟὐΝους a librario seculi quinti pro ΟὐΔους scriptum esse, vel etiam ipsum Dionysium pro ΟΥΔΙνους e codice vitioso et condonando fere errore dedisse ΟΥΝνους, sicuti alibi (vs. 1069) Τάσχους exhibet pro Ταόχους, aliosque nominum formas corruptas habet, quas neque librariorum negligentiæ vindicare possis, neque legis metricæ necessitas excusat. Hactenus de Hunnis. Quod Alanos attinet, de iis Dionysius consen-

(1) V. Carl. Müllenhoff *Ueber die* Weltkarte *des Kaisers Augustus* (Kiel, 1856) p. 14.

tientes sibi habet æquales suos Senecam et Valerium Flaccum, adeo ut hinc serioris ævi indicium peti nequeat (v. not. ad vs. 305, p. 119).

Aliud sententiæ suæ argumentum Bernhardyus assumsit ex verbis Αὐσονίου βασιλῆος (v. 1052); « nam imperatores paullo seriore tempore, id est ab Antoninis inde, βασιλεῖς vocari demonstrant loci a Spanhemio De usu et præst. num. vol. 2, p 397 sq. congesti. » Hæc vero parum accurate dicta sunt; nam in numis quidem βασιλέως titulus inde a Commodi demum temporibus obvius est, sed jam antea usi eo sunt scriptores vel Dionysii coætanei vel paullo duntaxat eo juniores, Dio Chrysostomus, Appianus, Athenagoras, Aristides (1).

Præterea Bernhardyus affert significationes quasdam regionum ac populorum, quæ citeriore demum ætate proferri potuerint, ut Mœsorum, commercii Serici, Coliaci, tum vero Nasamonum cladis et Cycladum Asiæ adscriptarum mentio. Eodem spatio contineri ait id quod de Indoscythis exstat v. 1088, utpote a scriptoribus seculi secundi, Ptolemæo et Arriano, quem ferunt, primum prolatis. Denique decursum ævi serioris prodere Cœlesyriæ potestatem amplissimam (889), quam Ulpianus, Eunapius eorumque æquales confirment, et Chalcidis nomen (v. 803), quo Chalcedonem ecclesiasticorum volumina celebraverint.

In his quod attinet Nasamones et Cyclades, probatur iis Dionysium scripsisse post annum 86 p. C.; cur Mœsos in medium Bernhardyus attulerit, non assequor; quæ vero de rebus Indicis dixit, ea pendent ex falsa opinione de ætate Pseudo-Arriani sive auctoris anonymi Peripli maris Erythræi; hunc enim ex Dodwelli sententia plerique Pausaniæ æqualem fuisse putabant, quamquam patet periplum sub Domitiano (80-90, p. C.) scriptum esse eodem fere tempore quo Dionysius periegesin edidit (v. tom. I, p. XCII). Ceterum Scythas Indicos memorare licebat vel inde ab anno 120 a. Chr. (v. tom. I, p. 286, 287). Cœlesyria Dionysio est πολύπτολις αἶα (899) ac regio λιπαρὴ καὶ εὔβοτος, ac talem semper fuisse constat. Haud magis temporis notam elicere licet ex eo quod Chalcedon poetice vocatur Χαλκὶς ἄρουρα incolas habens Χαλκιδέας. Quodsi enim in nonnullis serioris ævi scriptoribus Chalcedon interdum Χαλκίς vocatur, forma hæc nominis rarior ab antiquioribus scriptoribus non erat aliena, inque poeta tanto minus premenda quum obvia fiat in Artemidori fragmento apud Stephanum Byz. s. v. Χαλκῖτις; ibi enim verba τὴν Χαλκῖτιν λεγομένην πόλιν non ad insulam cognominem, sed ad Chalcedonem urbem pertinere et τοῦ παράπλου ratio et distantiarum notæ docent recteque intellexit Petrus Gillius. Similiter fluvius qui Χαλκηδὼν a Dionysio Byzantio, Arriano, Hesychio Milesio aliisque Byzantinis dicitur, apud Stephanum Byz. s. v. Χαλκηδών vocatur Χαλκίς.

Aliud argumentum Bernhardyus ex eo sumsit, quod Dionysius præter periegesin, in qua sæpius gemmæ per varias regiones obviæ commemorantur, etiam peculiare de lapidibus carmen condidit. Probabile enim est sermonem in eo fuisse de lapidum viribus magicis, cujus doctrinæ vestigium habes in periegeseos versu 725, ubi iaspis monstrorum averruncatrix esse perhibetur. Jam vero Bernhardyus p. 506 studia hæc superstitiosa deprehendit non esse spectata nisi decursu secundi continuorumque seculorum, et si qua Plinius anilis interpretationis in lapidum recensu vestigia prodat, consilium tamen operamque meditatam non licere expressam reperire, sed magiæ fortasse semina ex Oriente serpentis et vanitatem lapides venditantium; Dionysium igitur Lithicorum scriptorem seculo secundo nequire vetustiorem haberi. At hæc abunde refelluntur ex ipso Plinio, qui lib. 30 init. verba facit de rabie scientiæ magicæ quæ Græcos incesserit, et de literarum claritate quam ex ea petere annixi sint. Idem istius scientiæ non modo vestigia quædam in libris suis prodit, sed vix ullus est scriptor qui, quamvis magicæ vanitatis se contemptorem profiteatur, ampliorem commentorum magicorum copiam in medium protulerit. Sic, ut subsistam in libro XXXVII de gemmis agente, magorum placita afferuntur de achate, amethysto, adamante, atizoe, astriota, chelonitide, ceraunio, glossopetra, gorgonia, goniæo, heliotropio, hyænia, sy-

(1) Eckhelius Doctr. num. vol. 8, p. 366: « Titulum βασιλέως, *regis*, satis mature scriptores græci, Dio Chrysostomus, Appianus, Athenagoras, Aristides aliique principibus Romanis pro nomine legitimo αὐτοκράτορος sunt impertiti, cujus facti testimonia possum reticere, quia magnam pridem eorum copiam collegit et ex locuplete suo cornu proposuit indefessus Spanhemius (t. 2, p. 397). Neque ejus in numis Græcorum desunt exempla, sed admodum rara. Notus numus Caphyæ Arcadiæ, qui Caracallam appellat ΑΝΤΟΝΙΝΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, tum et numi Commodi, Nicææ et Cii Bithyniæ urbium, tum et Cæsareæ Cappadociæ signati cum epigraphe: ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ Ο ΚΟΣΜΟΣ ΕΥΤΥΧΕΙ. »

nochitide, smaragdo, zoraniscæa etc., sicuti etiam de iaspide Plinius eadem quæ Dionysius et præterea aliud absurdius refert. Hactenus de Bernhardyo seculo tertio vel quarto Dionysium vindicante.

Alii e verbis poetæ ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων Dionysium scripsisse collegerunt tempore quo non unus, sed plures simul regnarent. Et Norisius quidem (Epist. Pisanæ p. 193) ἄναχτας dici putavit Agrippæ filios ab Augusto adoptatos, Cajum et Lucium, qui utpote principes juventutis isto nomine designari potuissent. Probarunt hæc Cellarius (Dissertt. academ. part. 2 diss. 12) et Henricus Valesius (ad Ammian. Marcellin. 23, 6, 26, p. 372), qui cum Gerhardo Vossio (De hist. gr. p. 216 ed. West.) Dionysium periegetam agnoverunt in Dionysio Characeno, de quo Plinius 4, 27 : *Hoc in loco* (Charace sc.) *genitum esse Dionysium* (Isidorum dicere voluit), *terrarum orbis recentissimum auctorem, constat, quem ad commentanda omnia in Orientem præmisit divus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res majore filio.* Quæ quantopere a nostro poeta aliena sint post Bernhardyum dixit Fr. Jacobs (in *Ersch u. Gruber's Encycl.* s. v. *Dionysios*, tom. 25, p. 344), nec non ipse exposui in tom. I, p. LXXXI sq. (1), assentiente Müllenhofio in libro *Ueber die Weltkarte des Kaisers August.* pag. 3. Heineccius (Opusc. Var. p. 110) ἄναχτας istos intellexit Augustum et Tiberium; Scaliger (ad Euseb. Chron. an. 2215, p. 228) Severum ejusque filios Caracallam et Getam, adeo ut Parthica victoria, quam Dionysius indicat, Septimii Severi sit; Salmasius (in Scriptt. hist. Aug. ad Æl. Spart. vit. Severi c. 15, tom. I, p. 614) de Marco Antonino et Vero cogitavit atque Parthica retulit ad Verum, Marci fratrem, qui Parthici cognomen nactus est. Nuper denique Alfredus de Gutschmidt in Philologo an. 1856, tom. 10, p. 702, attulit hæc : « Bernhardyus, inquit, quum Dionysium periegeseos auctorem exeunte tertio vel ineunte quarto p. C. seculo floruisse certissima ratione effecerit, accuratiorem temporis notam ex ingenti victoria de Parthis (i. e. Persis) reportata, quam celebrat, lucramur; etenim neque antea neque postea longissimis temporum intervallis ulla Romanorum victoria Persica æque gloriosa fuit atque ea quam Galerius Cæsar anno 297 de Narseo Sassanida reportavit. Hanc si respicit Dionysius, pluralis ἐμοὶ ἄναχτες, quo vs. 355 usus est, quum per metrum licuisset singulari numero uti, egregie explicatur : sunt enim Diocletianus et Maximianus Augg. et Galerius et Constantius Coss. Itaque crediderim Dionysium carmen suum edidisse circa an. 303, quo Diocletianus vicennalia celebravit ac simul cum Maximiano triumphum de Persis egit. »

At conamina hæc quibus ansam dedit ἀνάχτων vox, in meris ludis posita esse recte monet Bernhardyus. Simili modo ex Anonymi verbis in Periplo mar. Erythr. § 23 (v. tom. I, p. 274) : φίλος τῶν αὐτοχρατόρων auctorem hunc, quem sub Tito vel Domitiano scripsisse facili computu eruitur, regnantibus Marco Aurelio Lucioque Vero floruisse Dodwellus ejusque sectatores colligi voluerunt. Ejusdem Dodwelli commenta de Dionysio Elagabali tempore periegesin scribente satis perstrinxit Bernhardyus, ut denuo stercora ista movere supersedeam.

De Periegesi Dionysii. Orbis terrarum descriptionem Dionysius ita instituit, ut, postquam de terræ forma deque Oceano ejusque sinubus quædam præmiserat (1-172), primum Libyam (173-269), deinde Europam (270-449), tum insulas maris interni et exteri (450-619), postremo loco Asiam (620-1152) explicaret.

« Ac si quis exemplum poetæ requirit (Bernhardyi verba sunt), quo carminis conformationem summamque ille direxerit, facillimum est paucis verbis satisfacere. Nimirum habuit in quem intueretur Eratosthenem (1), cujus tabulam cum periti pariter ac rudissimus quisque vetustatis geographorum sibi proposuerint, tum vero Dionysius, quem istius doctrinæ sacra detrectasse constat, non debuit dubitare ad eandem auctoritatem se componere. Cujus imitationis leviter admonuerunt Eustathius et scholiastes ad operis principium, quamquam ab indicio minutissimo, quod mare oceanum terras ambire

(1) In isto de Charace urbe apud Plinium loco, de quo divi tom. I, p. LXXXI, quum in optimis codicibus legatur : *Prius fuit a litore stadia X, maritimum ; et jam Vipsanda porticus habet* legendum esse censeo : *stadia X; maritimum etiam Vipsania porticus habet*. De porticu Polæ Vipsaniæ v. Tacitus Ann. I, 31 et Plutarch. Galb. c. 25.

(1) Conf. Ukert Geogr. I, 1, p. 208 : « Sein Hauptführer ist Eratosthenes, den er aber nach andern berichtigt und vervollstændigt. »

tradit, exorsi (1). Sed multo gravissima instituti capita, quæ primis lineis designasse pretium est, fluxerunt ab Eratosthenis præceptis. Huic enim debetur orbis descriptio latioris quam amplioris (v. 6), narratio de continentium finibus (v. 19 sqq.), de marium singulorum circuitu deque Caspici natura persuasio commenticia (v. 49. 69 sqq.), Ponti circumscriptio (v. 151. 863), triplex Europæ peninsularum notatio ad χρηπῖδας revocata (v. 332), deinde Asiæ tam mensura quam explicatio, imprimis quæ ad Arianam Indiamque pertinuerit (vs. 620. 714. 887. 1130 sqq.), postremo fabularum vel obscurorum locorum fida commemoratio, ut Cernes, ut Thules, ut Hercynii saltus tanquam Germanorum fideijussoris (vs. 219. 286. 581) : nam ab iis abstinemus, quæ cum Dionysius a variis scriptoribus accepisse potuerit, non satis munita fide jusserimus ad Cyrenæum redire. » Hæc Bernhardyus. Non nego multa Dionysium tradere quæ in Eratosthene quoque legebantur ac partim primum ab Eratosthene sic constituta erant; in universum tamen multo minus ab eo geographo Noster pendet quam Bernhardyus credidisse videtur. Omnino vero Eratosthenis nomine multi abutuntur ajentes illi geographos seriores tantum non omnes terrarum tabulam ex placitis Eratosthenicis adornasse; id enim falsissimum esse quisque fatebitur diuturniore harum rerum usu edoctus. Ceterum num ea quæ Nostro cum Eratosthene communia sunt, ex ipso Eratosthenis opere Dionysius selegerit, an hæc sicuti ea, in quibus de rebus maximis a Cyrenæo geographo recedit, alio in opere sic jam composita legerit (2), in medio relinquendum est.

Figuram orbis terrarum Dionysius dicit σφενδονοειδῆ sive ex duobus conis constantem, quorum alter formatur junctis Europæ Libyæque continentibus, alter vero est Asiæ. Patet igitur Asiæ figuram longe aliam perhiberi quam tradidit Eratosthenes (3). Apud hunc enim Asia australis in Coniacorum apicem exit, qui cum adjacente Taprobane insula in parallelo regionis Aromatiferæ situs est, dum, secundum Dionysium, australis Asiæ ora, ut coni figuram absolvat, in orientali sua parte paullatim versus boream reflectitur, ita ut Taprobanes insulæ situs longe fiat septentrionalior, et in Syenes parallelum sive, ut ipse Dionysius (595) dicit, in Cancri circulum tropicum removeatur. Hæc quum ita sint, facile intelligitur borealem Indiæ terminum, qui Tauro monte describitur, ex Dionysii sententia non esse in parallelo per fretum Gaditanum et Rhodum ducto, ut primus Eratosthenes docuit, sed item multo magis versus septentriones pertinere. Confirmare rem licet e Posidonio, qui, sicuti Dionysius terræ figuram σφαιροειδῆ esse statuit (v. not. ad vs. 2, p. 104), Indiam vero, ut Plinius 6, 21, 57 tradit, *ab æstivo solis ortu ad hibernum exortum metatus est, adversam Galliæ statuens, quam ab occidente æstivo ad occidentem hibernum metabatur totam a favonio.* Eodem prorsus modo Indiam et Celticam sibi oppositas esse jam dixerat Ephorus (v. Scymn. Chius in tom. I, p. 202). Patet igitur Posidonium et Dionysium cum aliis haud paucis aurem præbuisse Hipparcho, qui in Eratosthenica Asiæ tabula tum Indiæ situm tum alia complura falsissime exhiberi contendit, ideoque jussit τοῖς ἀρχαίοις πίναξι προσέχειν (Strab. p. 90). Antiquiores item tabulas Noster in describenda occidentali orbis terrarum parte secutus fuerit, in qua Eratosthenes quoque Timosthenis (1) vestigiis insistens haud multa mutasse videtur. Certe Italiæ situm Dionysius talem significat qualem novimus ex antiquioribus geographis; idem et Cernen et Thulen agnoscit, neque probat quæ in his omnibus Artemidorus ejusque asseclæ novaverant.

Ceterum Noster non is est qui ubique sibi constet caveatque ne quadrata jungat rotundis. Cujus inconstantiæ exemplum in eo statim deprehendis quod vs. 175 Libyam τραπεζίῳ εἶδος ὁμοίην et vs. 887 Asiæ partem meridionalem quadrilateram esse dicit; quorum hoc cadit in σφραγῖδας quas Eratosthenes descripsit Asiaticas, sicuti illud ex tabula orbis terrarum, qualem antiquissimi Ioniæ geographi efformarant, explicationem habet, at utrumque a conicis figuris quas Dionysius delineavit, alienum est. Mirum quoque quod vs. 627 Asiam Europa Libyaque minorem esse nar-

(1) Schol. ad vs. 1 : Ἐρατοσθένους δὲ ὢν ζηλώτης, κύκλῳ περιέχεσθαι τὴν γῆν φησὶν ὑπὸ τοῦ ὠκεανοῦ.

(2) Fortasse in opere Alexandri Ephesii, qui præter historiam belli Marsici, versu heroico libros composuit, in quibus, ut Strabo ait p. 642, τὰ οὐράνια διατίθεται καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκθεὶς ποιήματα.

(3) Incaute Forbigerus *Geogr.* 1, p. 433 : « Daher kommt es denn auch dass das ihm vorschwebende oder wahrscheinlich in einer ælteren Karte ihm vorliegende Bild ganz das Eratosthenisch-Strabonische est. »

(1) Timosthenicum morem Dionysius imitatur terrarum situs secundum ventos distinguens.

rat; id enim non ab Eratosthenis modo, sed a Posidonii quoque computu prorsus abhorret, indeque explicandum esse videtur quod Dionysius conum orientalem, quum occidentali obtusiorem Posidonius dixisset, ob id ipsum etiam breviorem esse credidit, vel etiam inde quod mari Caspio immanem et inauditam prorsus magnitudinem affinxit (vs. 720).

Tabulas quibus vel ipse Dionysius vel alii periegeseos carmen illustrarent, sæpius commemorant scholiastæ, ut vs. 409 : Ἐν τῷ πίναχι οὐ κεῖται (Triphylia). Vs. 521 : Πεπάρηθος οὐ κεῖται ἐν τῷ τῆς χωρογραφίας πίναχι. Eustath. ad vs. 530 : Αἱ Κυκλάδες... καὶ αἱ Σποράδες ... ἃς ἡ τῆς περιηγήσεως πινακογραφία οὐκ ἔχει. Schol. ad vs. 533 : Ταῖς Σποράσιν ἐπίκεινται αἱ Ἰωνίδες, οὐκ ἔχουσιν δὲ τὴν ἐπιγραφὴν ἐν τῷ πίναχι. Vs. 242 : Ἐν τῷ πίναχι τῷ κατ' Ἐρατοσθένην καὶ Διονύσιον οὐκ ἔγκειται τὸ τῆς Αἰγύπτου σχῆμα καθὰ ὁ Διονύσιος ἐκφράζει τρίπλευρον ἰσοσκελές. Vs. 240 : Ἰδίου πίνακος ἔτυχεν ἡ Αἴγυπτος, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ὀλίγη. Vs. 300 : Οὐκ ἔγκειται τῇ εἰκόνι (ἡ Πεύκη νῆσος). Nimirum minoris moduli tabulæ erant quam ut omnia locorum nomina inscribi iis possent, quam ob rem Ægyptus etiam peculiari tabula describebatur. Quodsi Nicephorus Blemmides in geographia synoptica, quam e Dionysii paraphrasi collegit, initio operis (p. 458) dicit : Τὸ δ' ὑπὲρ τούτου σφαιροειδὲς Προποντὶς λέγεται etc., nemo non videt ludi magistrum baculo monstrantem tabulam orbis Dionysiani, quam in scholis usitatissimam fuisse colligas ex verbis Cassiodori De instit. div. 25 : *Deinde pinacem Dionysii discite breviter comprehensum, ut quod auribus in supra dicto libro percipitur, pæne oculis intuentibus videre possitis.* Porro geographum Ravennatem inter varias tabulas (1), ex quibus majorem operis sui partem conscripsit, etiam Dionysii nostri orbem terrarum adhibuisse nullus ego dubito. Indicia rei habes lib. 5, 22, p. 284 ed. Porcheron, ubi Ravennas, sicuti periegeta vs. 416, Peloponnesi fluvios recenset Alpheum, Eurotam, Melanem et Jaonem, quorum postremus commentitius et Dionysii errore prognatus est. Similiter verbis Dionysii (1195) : Ἀραχωτοὺς... Σατραΐδας, Ἀριηνούς apud G. Rav. 2, 4, p. 44 respondent hæc : *provincias...Aracothon, Ariinon, Satriadon,* in quibus *Ariinon* vel formam nominis epicam, quo poeta usus est, prodit, *Satriadæ* vero vel, ut in Dionysii codicibus nostris legitur *Satraidæ,* nomen est aut corruptum (1) aut populi aliunde non cogniti. Ex eadem Dionysii tabula fluxerit quod apud G. R. 5, 20, p. 279 legitur : *Ex latere prædictæ Cypri insulæ quæ vocantur Chelidoniæ* (V. infra). Inter tabulas ævi medii Santarem (*Essay sur l'histoire de la Cosmographie,* tom. I, p. 229), tamquam secundum Dionysii systema geographicum delineatam laudat « *la mappemonde de la cosmographie d'Asaph du onzième siècle* (2). »

Jam quo latius usus harum tabularum ipsiusque periegeseos patuisse videtur, tanto ægrius ferendi sunt nævi quibus illæ dedecorabantur. Sic jure mireris sinum Issicum a Dionysio extendi usque ad insulas Chelidonias et Patarorum promontorium (128 sqq.). Qui quidem error pendet ab altero, quo Cyprus insula ita sita esse dicitur, ut ab ea versus orientem sint insulæ Chelidoniæ (508); quibus quamvis nihil absurdius dici potuerit, eadem tamen e Dionysio transierunt in Isidorum, qui (Origg. 14, 6) Cyprum in mari Carpathio esse positam refert et ex Isidoro deinceps illata sunt in Itinerarium Ant. p. 526. Eodem etiam pertinet quod Geographus Ra-

(1) Quod attinet orbis terrarum tabulam, quam libro primo Geographus Rav. describit, a vero longe aberravit Theodorus Mommsen, qui terrarum dispositionem in ea secundum Agrippæ orbem pictum exhiberi putavit. Reconstruenti istam tabulam facile patebit auctorem ejus vel in Asia vel in aliqua insula Asiæ proxima sedem habuisse. Proclivis itaque conjectura est in Syria vel Hierosolymis a Christiano homine esse delineatam. Attamen quum ea sit continentium divisio, ut Europa dimidiam totius orbis partem obtineat ex sententia veterum geographorum ionicorum, verisimilius est orbis terrarum delineationem, in quam suos lusus Christianus quidam intulit, a vetusto aliquo geographo græco, qui in Ionia vixit, esse profectam. In ejusmodi autem orbis divisione fieri non potuit quin Iberia et Libyæ septentrionalis pars occidua multo longius quam debebant versus meridiem deducerentur. Ac reapse talem terrarum situm vetustissimos geographos et historicos sibi effformasse compluribus veterum scriptorum locis comprobare licet. Quæ vulgo exhiberi solent tabulæ quasi e mente Hecatæi et Herodoti aliorumve auctorum vetustiorum descriptæ omnes sunt falsissimæ, quum fretum Gaditanum ponant fere in Rhodi parallelo, in quo ante Dicæarchum vix quispiam id posuerit.

(1) Monendum erat in not. ad vs. 1097 apud Avienum (v. 1298) pro *Satraidas* legi *Sagam infidum,* ubi *Sacam* legendum esse haud improbabiliter conjecit Hudsonus, dum *Satram* reponi ex Dionysio voluit Wernsdorfius. Nescio an *Satraidæ* Dionysii non diversi sint ab *Sattagydis,* Arachosiorum vicinis, quos unus memorat Herodotus 3, 91.

(2) Inter recentiores Dionysii orbem terrarum in tabula repræsentavit Joan. Henr. Vossius in edit. Eclog. Virgilii, indeque Passovius in edit. Dionysii (Lips. 1828). Quæ tamen delineatio præter terræ formam σφενδονοειδῆ nihil fere præbet, unde quæ propria sint Dionysii, cognoscas.

vennas 5, 20 Cyprum cum Chelidoniis insulis componit. Quid quod eandem doctrinam quidam in Strabonem inferre voluit, ubi nunc legitur (p. 124 Cas., 103, 44 Did.) : Τὸ Ἰκάριον καὶ Καρπάθιον (πέλαγός ἐστι) μέχρι τῆς Ῥόδου καὶ Κρήτης καὶ Κύπρου (V. not. ad Strab. p. 949 ed. Did.). Origo autem erroris in eo quærenda esse mihi videtur quod Dionysius Cyprum insulam confudit cum Cypriis, tribus insulis exiguis (hod. *Trinisia*), quas prope Chelidonias memorat Plinius 5, § 131 ed. Sillig. Simili confusione laborare suspicor locum quo inter Ionicas insulas juxta Samum Caunus ponitur (v. not. ad vs. 533). Aliud oscitantiæ exemplum præbet vs. 416, ubi præter Alpheum inter Peloponnesi fluvios ex Callimacho apponitur Jaon, quamquam is apud Callimachum nihil aliud est quam Alphei fluvii nomen poeticum. Callimachum diligenter a Dionysio lectitatum esse aliis quoque locis demonstratur (vs. 386, 460, 628); Apollonium Rhodium ob oculos habuit vs. 315 et 424 (1) eumque præ ceteris secutus est in describenda Ponti Euxini ora meridionali. Prava grammaticorum homericorum commenta in Periegesin recepit v. 465, ubi Liparæas insulas Πλώτων nomine introducit, atque vs. 465, ubi Ἀγαυοὺς pro scythicæ gentis nomine proprio venditare videtur.

Hujusmodi igitur ex scriptis eruditulis quum Noster non modo flosculos orationis, sed magnam etiam rerum partem collegerit, brevissima illa Orbis terrarum descriptio, in qua nonnisi notissima et exploratissima quæque consignanda erant, opus evasit varium, multiforme, doctrinæ reconditioris centonibus male ornatum, quod dum notissima nonnulla omittit, plus semel habet aliunde omnino non cognita, quod denique rerum status longis temporum intervallis separatos temere miscet. Nulla est in Periegesi neque Cariæ (847) neque Ambraciæ (431) mentio diserta; et quamvis vs. 76 mare Ligusticum habes, de ipsa tamen Liguria altum silentium, atque Ligurum in locum nescio quo pacto Tyrrhenos suffectos esse vides (294). Similiter vs. 97 poeta sui ævi geographiam secutus Dalmatiam commemorat, eo autem loco, ubi Illyriæ tractum accuratius describit (388 sq.), missa mentione Dalmatiæ, rerum statum adumbrat, qualis quarto ante Christum sæculo in Scylacis periplo exhibetur. Idem vs. 805 Bebryces atque Cimmerios Bospori affert, qui Dionysii ætate nulli erant; vs. 700 Asiæ gentes qui camaris navigiis utebantur, ita memorat, ut nomine proprio Camaritas dictos esse putaveris. Vs. 880 Cœlesyriæ situm falsissime describit; vs. 478 Syrtim majorem e regione Siciliæ collocat absurde; vs. 498 sqq. Ægilorum, Calauriæ, Cytherorum, Cretæ aliarumque insularum situm exponit ratione perinepta; neque melius habent quæ de Cassiteridibus insulis leguntur vs. 561, et de Chatramotitide Arabiæ (957). Ordinem geographicum poeta negligit vs. 854. 858. Haud assumere debebat ex antiquioribus scriptoribus quæ leguntur de Tanaidis cursu (663), de isthmo Asiæ minoris (576. 862), de Araxe (739), de Parnasso Indiæ (737). Suspecta etiam quæ de Panticape et Aldesco fluviis traduntur. Aliunde non noti sunt Bostrenus Syriæ (913), Apsinthius Thraciæ (575), Megarsus sive Magarsus Indiæ fluvius (1043) et Veneris cultus apud Aspendios (852). Eodem pertinere videntur Chalcis ad fontes Acheloi sita (496), nec non Γέρραι (321), nisi scribendum est Τέρροι sive Τεῦροι, adeo ut Taurisci indicentur; haud paucas enim nominum formas Dionysius habet sibi proprias, ut Δερκέβιοι pro Δέρβικες vel Δέρβικκες (734), Τάσκοι pro Ταόκαι (1069), Σουγδιάς pro Σογδιάς (747), ἄκρα Αιλύβη pro Αιλυβηίς (469), Ταῦρος pro ὄρη Ταυρικά Chersonesi Tauricæ (168), Ἄτλας pro θάλασσα Ἀτλαντική (30), Βρέντιοι pro Βρέττιοι (362), Τεγεστραῖοι pro Τεργεσταῖοι (382), Ἀμνιτάων pro Ναμνιτάων (570), Σᾰμάται (metri causa) pro Σαρμάται (304), etc.

Condimenta quæ narrationi geographicæ Dionysius admiscuit, potiora versantur in mentione fabularum Bacchicarum (570. 623. 700. 839. 940. 1143. 1153) lapidumque (318. 328. 724. 786. 1011. 1075. 1131).

Hactenus de delectu rerum, quem poeta instituit. In quo quum judicium subactum et subtiliorem rerum geographicarum peritiam desideremus, tanto lubentius concedimus præcipuam libri commendationem in nitore ac jucunditate orationis esse quærendam. De his ita Bernhardyus (p. 501) exponit :

« De castitate quidem sermonis et elegantia nemo semel admonitus intercedet; non enim deficiant vel summatim perstringentem exempla, quæ formularum delectum atque sententiarum ubertatem præstent copiosissimam : quo in genere non tam inventionis

(1) Mitto alia incertiora, de quibus v. Gerhard. in Lectt. Apoll. p. 99.

artem et consilium desideres, quam modum arbitrere poetæ defuisse, qui nimium sese in luminibus quibusdam sat protritis exercuerit, velut factum videmus 596, 666, 994, 1041, ut Bacchica deverticula præteream. Nec putidi ingenii vel potius artificia umbratica facile invenerint excusationem, ut quod Eustathius admirabatur ludibrium v. 416 : ἔνθα Μέλας, ὅθι Κρᾶθις, ἵνα ῥέει ὑγρὸς Ἰάων, Ἧχι καὶ ὠγύγιος μηκύνεται ὕδασι Λάδων; adde vs. 440. Quare commodum videtur ad ea potius animum advertere, *quæ* neglectum, aridum pravumque sermonis habitum et citeriorum sæculorum arguant licentiam. Talia sunt fere hæc : siquidem versus pedestrem sermonem spectamus, male habent ἡ μία ἑκάστη (101). τοῖος... ἕρπει, οἷος... βέβηκεν (273). καὶ αὐτῆς ἐς στόμα λίμνης (307). μηκίστου νότιον ῥόον Αἰγαίοιο (801). μεγαλώνυμος ἐν χθονὶ Σέλγη (860. cf. 77). πολύπτολιν αἶαν ἔχουσα (889). ἦχιπερ Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος Ἀντιόχεια (917). Ἀσίης βασιλεύτατον ἔθνος ἔχουσιν (1056). At alia commissa in singulis formis ac significatibus cernuntur, ut Ταύρου (168). ναιήσαντο (349). Τεγεστραίων (382). Βουλιμέων (387). Πάχυνος (469). ὀρῡμά (492). Νηρικίης (495). ἑσπερίδας (563). κλίσιν (615). ἐπ' ἀνθρώποισι μίγησαν (656). πηγετόν (667). Σουγδιάς (747). ἐν πρώτοισιν (889). Σύριοι (904). Ἀπᾱμείης (918). ἀντιπέραιαν (962). Κασπιάων (1039). πορφυρέουσαν (1122); nam quæ in specie nominum barbarorum novata sunt, ea facilius veniam impetrabunt, vs. 956, 57, 59. Quare nondum mihi persuaderi patior, a tali poeta proficisci non potuisse βορεώτιδας (565) aut περάσειας (608); de χώραν (118) quidem hæsito. Tandem ut numerorum concentum paucis describamus, Dionysium apparet utpote qui tum ævi serioris mori obsequeretur, tum gravem intelligeret heroici carminis incessum leniore quodam temperamento mitigari debere trochaica cæsura tertii pedis propemodum usum esse tanquam legitima, quæ rhythmi velocitas colorem institutionis ac facilem festinationem æquipararet; deinde hominem, qui tritas haberet aures percipiendis poetarum leporibus, ab invenustis hiatibus sedulo cavisse, syllabas qua usus non ferret cæsura infrequenter produxisse, obstantibus exemplis minime elegantibus 751, 1147, aliquanto plus sibi sumpsisse in Atticis correptionibus. »

LITHIACA. — Præter Periegesin Noster scripsisse a nonnullis ferebatur Λιθιακά sive Λιθικά et Ὀρνιθιακά et Βασσαρικά. Quorum τὰ Λιθιακά recte ad Nostrum referri ex orationis indole veteres critici collegerunt. Laudantur in schol. ad Dion. v. 714, ubi hæc :

Γίνεται δὲ παρ' αὐτοῖς σάπφειρος, ὡς φησιν ἐν τοῖς Λιθικοῖς·

καὶ γὰρ κυανέην πλάκα σαπφειροιο
ἐξεδάη περὶ κόλπον Ἐρυθραίων Ἀριηνῶν.

Præterea Maximus ad Dionys. Arcopag. De myster. theol. c. 2 ita habet :

Φησὶ δὲ καὶ τιμίας λίθου ἀγάλματα, οἷον ὅτε ἡ σμάραγδος ἀποκαθαρθεῖσα τοῦ περιέχοντος γεώδους αὐτὴν ἀναφανῇ ἄγαλμα, τουτέστιν ἀγλάϊσμα, πρὸς ὃ μάλιστα νῦν βλέπων εἶπε τὸ προκείμενον, ὡς Διονύσιος ὁ ποιητὴς ἐν β' Λιθικῶν·

τῆς βαθυχλοιάοντος ἰάσπιδος ἢ ἀμεθύστου
πορφυρόεντος ἄγαλμα, μελαγκράτης θ' ὑάκινθος.

In priore versu legebatur βαθυχλοάοντος, ad quod quidam adscripsit : γρ. βαθυχλοαούσης. Quo referendum sit τῆς, modo incorruptum sit, sciri jam nequit. Bernhardyus ingenio indulgens refingi voluit : τῆς ἔμαθον χλοάον τότ' ἰάσπιδος. In altero versu codex μελαγκρατέτης ὑακ., ad quæ glossator annotavit : γρ. μελαγκράτης τε ὑάκινθος. Vox μελαγκράτης quæ in Steph. Thes. gr. desideratur, de hyacinthino colore ad nigrum vergente intelligenda est. Cf. Hesychius, qui ὑακίνθινον interpretatur ὑπομελανίζον.

ὈΡΝΙΘΙΑΚΑ a periegeseos poeta aliena esse et ad Dionysium quendam Philadelphensem, quem ob dictionis improprietatem τὸν ὑπόκενον cognominabant, pertinere censebantur. Idem haud dubio est Dionysius quem Eutecnius commemorat ad finem paraphraseos poematis quod Ἰξευτικά vel Περὶ ὀρνίθων inscribebatur, et Oppiano vel ipsi Dionysio a viris doctis vindicatur. Verba Eutecnii hæc sunt :

Ταῦτά μοι, κράτιστε βασιλεῦ, περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ἄγρας τῶν ὀρνίθων ἔστιν εἰπεῖν, Διονύσιος δὲ αὐτὰ παρὰ τοῦ τῆς Λητοῦς Ἀπόλλωνος διδαχθῆναί φησι.

ΒΑΣΣΑΡΙΚΑ iidem critici ob orationis asperitatem non nostro Dionysio, sed Samio attribuerunt. Num recte an secus id fecerint, in medio nobis relinquendum est, qui carmen istud non novimus nisi ex fragmentis quæ ex eo servavit Stephanus Byzantius. Bassaricorum auctor non diversus fuerit ab eo qui Gigantiadem ab eodem Stephano aliquoties laudatam concinnavit. Ac fortasse Nonnus, quem

Bassarica Dionysii usurpasse in propatulo est, Gigantiadem quoque adhibuit in Dionysiacorum libro postremo, qui inter alia etiam Gigantomachiam continet. Fragmenta paucis indicasse sufficiat.

ΒΑΣΣΑΡΙΚΑ.

1. Βούκιννα, πόλις Σικελίας. Διονύσιος ἐν τρίτῃ Βασσαρικῶν. Apud Plinium 3, 8, 14 Bucinna est insula prope Siciliam sita. Nonnus 13, 308 sqq. Siciliæ oppida recensens, Bucinnam non commemorat.
2. Ἐρύσθεια, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης. Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῃ·

οἵ τ' ἔχον Ὑλάταο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος,
Τέμβρον, Ἐρύσθειάν τε καὶ εἰναλίην Ἀμαμασσόν.

Ex eodem hoc loco sua habet Stephan. v. Ὕλη. Τέμβρος. Ἀμαμασσός.

3. Τεγησσός, πόλις Κύπρου... Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν τρίτῳ.
4. Καρπασία, πόλις Κύπρου... Διονύσιος δὲ διὰ διφθόγγου Κραπάσειαν αὐτήν φησιν ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν·

ἠδ' ὁπόσοι Κινύρειον ἰδ' αἰπεινὴν Κραπάσειαν.

Cum his cf. Nonnus Dionys. 13, 444 sqq. (405 ed. Marcellus) :

Οἵ τ' ἔχον Ὑλάταο πέδον καὶ ἐδέθλια Σηστοῦ
καὶ Τάμασον καὶ Τέμβρον Ἐρύσθειάν τε πολίχνην
καὶ τέμενος βαθύδενδρον ὀρεσσαύλοιο Πανάκρου....
οἵ τε πόλιν Κινύρειαν, ἐπώνυμον εἰσέτι πετρῶν
ἀρχεγόνου Κινύραο...
οἵ τ' εἶχον Κραπάσειαν, ἁλιστεφὲς οὖδας ἀρούρης.

In quibus nescio an pro ἐδέθλια Σηστοῦ ex Dionysio legendum sit ἔδεθλα Τεγησσοῦ. Ex Dionysio etiam fluxerit id quod habet Stephanus s. v. Πάνακρα : Ἔστι δὲ καὶ Πάνακρον πόλις Κύπρου, sicuti mentio aliorum oppidorum, quæ nos jam non novimus nisi ex Nonni Dionysiacis.

5. Σόλοι, Κιλικίας πόλις... Διονύσιος δ' ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν Σώλειαν λέγει διὰ τοῦ ω τὴν πρώτην, καὶ τὴν δευτέραν διὰ τῆς ει διφθόγγου. Nonnus 13, 408 cum ceteris Cypri urbibus etiam Solos commemorat. Fortasse Dionysius quoque de Cypri, non vero de Ciliciæ urbe dixit. Ut nunc Stephanus habet, Soli, Cypri insulæ urbs insignis, apud eum omnino non commemorantur.
6. Ὄανος, πόλις Λυδίας. Διονύσιος ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν. Cf. Nonnus 13, 471 (432 Marc.) : καὶ σκοπιὰς Ὀάνοιο.
7. Δρεσία, πόλις Φρυγίας. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν γ'·

Βούδειαν Δρεσίην τε καὶ οἱ μηλώδεα γαῖαν.

8. [Τεμένεια, πόλις Φρυγίας πρὸς τῇ Λυκαονίᾳ.] Cf. Nonnus 13, 471 (432) :

οἵ τ' ἔλαχον Βούδειαν, ἀειδομένην τε πολίχνην
δενδροκόμον Τεμένειαν, ἐΰσκιον ἄλσος ἀρούρης,
οἱ Δρεσίην τ' ἐνέμοντο καὶ Ὄβριμον.

9. Γάζος, πόλις Ἰνδική, κατὰ Διονύσου πολεμήσασα μετὰ Δηριάδου, λινοῦν ἔχουσα τεῖχος, καθὰ [Διονύσιος] ἐν τρίτῃ Βασσαρικῶν·

Γήρειαν Ῥοδόην τε καὶ οἱ λινοτειχέα Γάζον **
Τοῖόν μιν κλωστοῖο λινοῦ πέρι τεῖχος ἐέργει,
ἀστύφελον δηΐοισι, καὶ εἰ παγχάλκεοι εἶεν,
εὖρος μὲν μάλα δή τι διαμπερὲς ὀργυιῇσιν
μετρητὸν πισύρεσσιν, ἀτὰρ μῆκός τε καὶ ἰθύν,
ὅσσον ἀνὴρ δοιοῖσιν ἐν ἠελίοισιν ἀνύσσει,
ἠῶθεν κνέφας ἄκρον ἐπειγόμενος ποσὶν οἷσιν.

10. [Σεσίνδιον, πόλις Ἰνδική· τὸ ἐθνικὸν Σεσίνδιος.]
11. Δάρδαι, Ἰνδικὸν ἔθνος ὑπὸ Δηριάδῃ πολεμῆσαν Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος ἐν γ' Βασσαρικῶν.
12. [Πράσιοι, ἔθνος Ἰνδικόν, Διονύσῳ πολεμῆσαν.]
13. [Σάλαγγος... Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ἔθνος Ἰνδικόν.]
14. [Ζάβιοι, ἔθνος Ἰνδικόν, πολεμῆσαν μετὰ Δηριάδου Διονύσῳ.]

Cf. Nonnus 26, 50 :

Καὶ Ῥοδόην εὔπυργον, ἀρειμενέων πόλιν ἀνδρῶν,
καὶ κραναὸν Προπάνισον· ὅσοι τ' ἔχον ἄντυγα νήσου
Γηρείων, ὧν παῖδες ἐθήμονος ἀντὶ τεκούσης
χείλεσιν ἀκροτάτοισιν ὑποκλέπτοντες ἔερσην,
ἄρσενα μαζὸν ἔχουσι γαλακτοφόρου γενετῆρος·
οἵτε Σεσίνδιον αἰπὺ, καὶ οἱ λινοερκεῖ κύκλῳ
ἄρραγὲς, εὐποίητον εὐκλώστοισι θεμέθλοις,
Γάζον ἐπυργώσαντο λινοπλέκτοισι δομαίοις,
Ἄρεος ἀκλινὲς ἕρμα, καὶ οὔ ποτε δήϊος ἀνὴρ
χαλκὸν ἔχων ἔρρηξε λινοχλαίνων στίχα πύργων.
Τοῖς δ' ἐπὶ θαρσήεντες ἐπιστρατόωντο μαχηταὶ,
Δάρδαι καὶ Πρασίων στρατιαὶ καὶ φῦλα Σαλάγγων...
καὶ σκολιοπλοκάμων Ζαβίων στίχες.

15. Ζόαρα, πόλις Περσική· οἱ οἰκοῦντες Ζοαρᾶται. Διονύσιος καὶ Ζοάρους αὐτούς φησιν ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν.
16. Κάσπειρος... Τὸ ἐθνικὸν Κάσπειροι, ὡς Διονύσιος ἐν γ' Βασσαρικῶν·

ἐν δέ τε Κάσπειροι ποσσίκλυτοι, ἐν δ' Ἀριηνοί.

Καὶ πάλιν·

Κοσσαῖος γενεὴν Κασπειρόθεν, οἵ ῥά τε πάντων
Ἰνδῶν, ὅσσοι ἔασιν, ἀφάρτερα γούνατ' ἔχουσιν·
ὅσσον γάρ τ' ἐν ὄρεσσιν ἀριστεύουσι λέοντες,

ἢ ὅπισθεν δελφῖνες ἔσω ἁλὸς ἠχηέσσης,
αἰετὸς εἰν ὄρνισι μεταπρέπει ἀγρομένοισιν,
ἵπποι τε πλακόεντος ἔσω πεδίοιο θέοντες,
τόσσον ἐλαφροτάτοισι περιπροφέρουσι πόδεσσιν
Κάσπειροι μετὰ φῦλα, τά τ' ἄφθιτος ἔλλαχεν ἠώς.

Cf. Nonnus 26, 164 :

Ξουθῶν δ' ἄγρια φῦλα καὶ ἐγρεμόθων Ἀριηνῶν
καὶ Ζοάρων ἐκόρυσσε γονὴν καὶ φῦλον Ἰώρων,
Κασπείρων τε γένεθλα καὶ Ἄρβιας.

Cum Dionysii versibus locum similem Oppiani Cyneg. 1, 280 sqq. conferri jubet Bernhardyus.

17. Δαρσανία, πόλις Ἰνδική, ἐν ᾗ αὐθήμερον ἱμάτιον ἱστουργοῦσι γυναῖκες, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῳ·

Οἷοι Δαρσανίην ναῖον πόλιν εὐρυάγυιαν,
ἔνθα τε πέπλα γυναῖκες Ἀθηναίης ἰότητι
αὐτῆμαρ κροκόωσιν ἐφ' ἱστοπόδων τανύουσαι,
αὐτῆμαρ δ' ἐτάμοντο [καὶ ἐξ ἱστῶν] ἐρύσαντο.

Cf. Nonnus 26, 169 :

Οἵ τ' ἔχον Ἀρσανίην εὐδείελον, ᾗχι γυναῖκες
ἐς μίαν ἠριγένειαν ἐθήμονι Παλλάδος ἱστῷ
ὀξείαις παλάμῃσιν ὅλον τελέουσι χιτῶνα.

Num Ἀρσανία an Δαρσανία præstet, quæritur. Fortasse regio est quæ apud Ptolemæum Ἄρσα vocatur.

18. Σίβαι, Ἰνδικὸν ἔθνος ἅμα Δηριάδῃ μαχεσάμενον Διονύσῳ, καθά φησι Διονύσιος.

19. Ὑδάρκαι, ἔθνος Ἰνδικὸν ἀντιταξάμενον Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῳ.

Cf. Nonnus 26, 217 :

Τοῖς ἔπι θωρήσσοντο Σίβαι καὶ λάος Ὑδάρκης.

20. Μαλοί, ἔθνος Ἰνδικόν, τῶν ἀνθεστηκότων τῷ Διονύσῳ μετὰ Δηριάδου, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν γ' (α' var. lect.)
Μαλοί codd. Meinekii *AR*, Μαλλοί, *PVp.*, sed Μαλοί etiam ordo alphabeticus flagitat. Cf. not. ad Arrian. Indic. c. 4 in t. I, p. 313. Pro γ', quod *V* habet, α' legitur in AR. Apud Nonnum Malli non commemorantur.

21. Πάνδαι, ἔθνος [Ἰνδικὸν κατὰ] Διονύσου μετὰ Δηριάδου στρατευόμενον, καθὰ Διονύσιος. Pandas Nonnus non habet.

22. [Βλέμυες, ἔθνος βαρβαρικὸν Λιβύης, ἀπὸ Βλέμυος ἑνὸς τῶν Δηριάδου τριῶν ὑποστρατήγων τῶν σὺν αὐτῷ Διονύσῳ πολεμησάντων· ἦσαν δὲ Ὀρόντης καὶ Ὀρουάνδης καὶ Βλέμυς.] Cf. Nonnus 26, 340. 18, 387.

23. Γάνδροι, ἔθνος Πάρθων ἀντιταχθὲν Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τετάρτῳ.

24. Ὕαρες, ἔθνος Ἰνδικὸν τῶν μετὰ Δηριάδου Διονύσῳ πολεμησάντων. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν δ'.

οἱ δὲ θεῶς [sic] προγένοντο Διωνύσου κατὰ φήμης....

Ni fallor, Ὕαρες iidem sunt qui apud Nonnum 26, 165 (cf. supra fr. 16) Ἴωρες vocantur. *Eorum* sive *Iorum* flumen Indiæ memorat Plinius 6, 25, 94. Cf. Eoritæ, Arachosiæ gens, apud Ptolemæum 6, 20, 3. Ceterum aut complura exciderunt in Stephano, aut legendum οἱ δ' Ὕαρες.

25. Ὠδονες, ἔθνος Θράϊκης τοῖς Μαίδαις ὅμορον. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν ιδ'·

Μαίδων τ' ἄγρια φῦλα καὶ Ὠδονες ἐγχεσίπαλλοι.

Pro ἐγχεσίπαλλοι, quod de conjectura dedi, codices habent ἐγχεσίπεπλοι, Casaubonus et Meinekius scripserunt ἑλκεσίπεπλοι, quod epitheton in Thraces istos minus mihi cadere videtur. Ceterum pro ιδ' Bernhardyus conjectura incertissima legi vult δ', et mox (fr. 26) γ' pro ιη'.

26. Βωλίγγαι, ἔθνος Ἰνδικόν. Διονύσιος ιη τῶν Βασσαρικῶν·

καὶ τότε Βωλίγγῃσι μετ' ἀνδράσι Τέκταφος ὦρτο.

27. Κασσιτέρα, νῆσος ἐν τῷ ὠκεανῷ, τῇ Ἰνδικῇ προσεχής, ὡς Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν *.

ΓΙΓΑΝΤΙΑΣ.

1. Δώτιον, πόλις Θεσσαλίας ... Διονύσιος ἐν α' Γιγαντιάδος·

καὶ κελαδὼν Σπερχειός, ἔχουσι δὲ Δώτια τέμπεα.

καὶ τὸ ἑνικὸν ἐν τῷ β'.

καὶ κενεὸν βρόντησε λέβης ἀνὰ Δώτιον Ἄργος.

2. Κελαδώνη, πόλις Λοκρίδος, ὡς Διονύσιος Γιγαντιάδος πρώτῳ.

3. Τιτωνεύς, ὄρος * *. Διονύσιος Γιγαντιάδος πρώτῳ.

4. Ὀρέσται, Μολοσσικὸν ἔθνος ... Λέγεται καὶ θηλυκὸν Ὀρεστίς καὶ Ὀρεστιάς, ὡς ὁ αὐτὸς Θεαγένης [καὶ] Διονύσιος δευτέρῳ Γιγαντιάδος.

5. Νέσσων, πόλις Θεσσαλίας. Διονύσιος τρίτῳ Γιγαντιάδος.

Jam ut redeam ad Periegesin, carmine latino eam imitati sunt Festus Avienus et Priscianus grammaticus, quorum ille Valentiniani

et Valentis ac fortassis jam Constantii et Juliani temporibus floruit, uti demonstravit Wernsdorfius (Poet. lat. min. tom. 5, p. 621 sqq.), qui de eo poetæ opere quod ad nos pertinet, ita habet p. 656 :

« *Metaphrasis Periegeseos Dionysii*, quæ in antiquioribus quibusdam libris *Situs orbis* vel *Ambitus orbis*, in recentioribus plerumque inscribitur *Descriptio orbis terræ*. Dodwellus putat, quum Avienus græcam vocem Περιήγησις non repetere in fronte, sed interpretari propria inscriptione, et suum nomen, non Dionysii, apponere voluerit, hoc eo fine fecisse, ut se auctorem magis poematis, quam interpretem exhiberet. Et fere consentiunt in eo eruditi alii, ut Barthius, Vossius, Ramiresius, non esse carmen illud meram interpretationem Dionysii, sed proprium Avieni opus, quod ille, materia maximam partem a Dionysio sumta, suo impendio atque instrumento exstruxerit, quamvis non defuerint alii, qui versionem Dionysii imprudenter dicerent. Etenim non pauca Dionysii suo lubitu abjicit atque omittit, alia multa adjicit ex aliis forte scriptoribus hausta, omnia vero stylo liberrimo et oratione tam luculenta ornataque exponit, ut legentes poetam, suo ingenio excitatum, eminenti quodam spiritu ferri videamus. In quo sane plurimum differt a Prisciano, qui ubique strictior et religiosior in interpretando est, non poetam, sed grammaticum professus. »

Ceterum Dionysii poema, quale Avienus legit, haud paucis jam locis sive librariorum negligentia sive mero ludimagistrorum arbitrio depravatum erat. Sic in Dionysii versu 16 εὐρυτέρη (*latior* Avien. 16) legit pro ὀξυτέρη; vs. 102 vox *axis* indicare videtur eundem pro κίων legisse ἄξων; vs. 146 *Emathiam*, Ἡμαθίαν, habet, ubi nostri codices græci Δαλματίαν præbent. Vs. 119 verba *montibus ab Siculis* produnt Avienum quoque in Dionysio (109) reperisse ἐκ δ' ὀρέων Σικελῶν pro ἐκ δὲ ῥόων Σικελῶν. Dionysii versum 201 : Ἀσβύσται δ' ἐπὶ τοῖσι μεσήπειροι τελέθουσι ita vertit, ut legisse videatur : ἄσπετοι εἶτ' ἐπὶ τοῖσι, *innumeræ gentes* (315). Idem quum vs. 380 dixerit ex Alexandriæ specula Pallenen Thraciæ terram conspici, mirum in modum aberravit ab iis quæ Dionysius (258) expressit : ἦχί τε μακραὶ φαίνονται σκοπιαὶ Παλληνίδος Εἰδοθεείης, adeo ut legisse videatur : Παλληνίδος ἔνδοθι αἴης. E vs. 386 (*Talis forma* etc.) patet codicem græcum ab Avieno usurpatum ex eorum numero fuisse qui Dionysii versum 269 post versum 264 exhibebant. Vs. 405 verba *nux pinea* indicant Avienum pro κώνου πλευρῇς ἴσον (277) legisse κώνῳ πεύκης ἴσον. Vs. 653 habes *Ionii;* igitur Avienus, sicuti Priscianus, Ἰονίοιο legit pro ἠελίοιο (487). Vs. 827 *Platamona* nomen proprium fecit ex voce appellativa πλαταμῶνα (626); similiter vs. 937 *Epetrimorum* et vs. 946 *Durateum* gentes elicuit e Dionysii vocibus ἐπήτριμοι (758) et δουρατέους (766), atque vs. 1206 *Ophietidem arcem* effinxit e verbis ὀφιήτιδος πέτρης (1013). Sed hæc ipsi Avieno imputanda fuerint, contra vero e codicibus vitiosis *Apyri* (τ' Ἄπυροι codd. Dion. 733 pro Τάπυροι) pro Tapyris apud Avienum et Priscianum commemorantur. Vs. 1133 dicit *propter Libanum*, ideoque pro ὑπὲρ legit ἐπὶ vel ὑπὸ, quod etiam nunc in codd. nonnullis occurrit. Ex versu 1134 et Prisciani versu 885 apparet utrumque paraphrastam apud Dionysium vs. 857 legisse : Χατραμὶς ἠδὲ Μάκαι κατενάντια Περσίδος ἅλμης, quorum loco nostri codices exhibent : Χατραμὶς ἐνναίει κατενάντια Περσίδος αἴης. Idem Avienus vs. 1137 in græcis (959) reperisse videtur Μιννᾶῖοι Σαβαθαί τε pro Μιννᾶῖοί τε Σάβαι τε, et vs. 1225 expressit ἐπ' αὐγὰς (*in ortus*), quorum loco nostri codices præbent ἐπ' αὐτὰς; denique pro Μάγαρσος (Dion. 1145) Avienus habet Κύμανδρος, *Cymander*.

Omisit Avienus aut contraxit Dionysii versus 292-294 (quorum postremus sane aut corruptus est aut mirum Dionysii errorem prodit), 308, 310, 313, 416, 480, 530. 553, 571, 670-679, 705, 722-727, 730, 755-759, 780-782, 791-792, 815-818, 829, 865, 882-886, 950-953, 1052, 1069, 1151. De suo addidit vs. 30. 108-111, 252-253, 309-312, 331-333; de Rheni et Danubii fontibus uberius exposuit 431 sqq.; a Dionysio recedit 453 et 478; Dionysiana liberrime interpretatur 498 sqq.; de Gadir nominis significatione quædam addit 738 sqq.; de Hesperidibus et stanni insulis alia quam Dionysius tradit. Deinde addidit vs. 813-816, de Daphnes laudibus vs. 1079-1082 et de Emesa urbe vs. 1084-1091, cujus quidem urbis neque in nostris Dionysii codicibus neque apud Priscianum mentio exstat; exstitisse tamen in aliis quibusdam libris debet, ut e Stephano Byzantio colligitur; nam quod nonnulli putarunt (1) verba e Dionysio a Stephano

(1) Ut Wernsdorfius in Poet. lat. min. t. 5, p. 228 et Passovius in edit. Dionys. p. XV, addens ille haud magis huc facere Etym. M. s. v. Ἔμισα p. 334, 53 : Καὶ ἔοικε κλίνειν τὰ Ἔμισα Διονύσιος ὡς τὰ Μέγαρα; hæc enim ad

allata : τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Ἐμίσων πόλιν nihil commune habere cum Periegeseos versu 919, qui ab iisdem verbis τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην incipit, sed ex alio quodam Dionysio afferri, id, inquam, ab omni veri specie abhorret. Ceterum Emisæ mentionem a magistro quodam illatam esse ex eo colligo quod vs. 919, ut vulgo in codd. legitur, falsa produntur. Simili modo alium locum, ubi de situ Cypri insulæ Dionysius erravit, a quibusdam correctum esse supra vidimus, et Alopeciam insulam sciolus in Dionys. 552 intulit. Laudes vero Emisorum septem versibus celebratas idem Avienus qui Daphnes laudes cecinit, de suo addidisse censendus est. In sqq. Avienus de suo addidit vs. 1174-1176, qui in antecc. quoque narrationem Dionysii ampliavit et in fine carminis epilogum alia prorsus ratione adornavit. Præterea haud semel accidit ut Avienus verba Dionysii perperam interpretatus sit, ut vs. 668 (*Amnisusque dehinc alius circumfluit*), 1077 (*et glauci prælambitur æquoris unda*), 1103 (*belligeri... Elani*) et alibi.

Priscianus. Alteram Dionysii interpretationem metricam elaboravit Priscianus, religione Christianus, arte sua grammaticus, qui Justiniano imperante Constantinopoli docuit. De eo ita Wernsdorfius l. l. 227 : « Quod ipse Dionysius (vs. 171) sibi ait propositum fuisse, ut poemate suo speciem aliquam universi orbis intellectu facilem complecteretur, qua quis percepta alios imperitos posset de singulis edocere : hoc imprimis Priscianus, tanquam officii grammatici, videtur amplexus, et propterea Dionysianum poema ad docendum vertisse, quod ipsum non intermisit his versibus profiteri :

> Nunc tibi telluris regiones carmine pandam,
> ut cernas animo non visas lumine terras,
> atque docens alios lauderis pectore docto...

Ceterum Periegesis Prisciani græcæ a Dionysio scriptæ non mera versio, sed liberior explanatio est, ita quidem ut dispositio græci poematis et ordo rerum servetur, sed omnia pro consilio et persona scribentis diverse, atque mox brevius et contractius, mox latius et copiosius, auctoritate magis novi scriptoris quam fide interpretis, enarrentur... Diversitas scriptionis Prisciani a primitivo poemate hæc est, quod ubique vestigia scriptoris ethnici delet, ipse personam et sensum Christiani prodit, et nonnulla, quæ græci scriptoris propria sunt cum aliis Romani scriptoris et grammatici sententiis permutat aut miscet, nonnunquam etiam ætatis et professionis indicia spargit. Ubi igitur Dionysius Musas invocat, aut alios deos laudat, Priscianus, suppressis iis, veri dei religionem profitetur, et quæcunque ille subinde de singulorum deorum cerimoniis, ritibus, orgiis aut aliis rebus superstitiones gentilium redolentibus immiscet, hæc Priscianus studiose præterit, vacuum autem locum plerumque aliis rebus locorum et regionum memorabilibus, præsertim fontium, lacuum, arborum, lapidum gemmarumque singularibus naturis et miraculis narrandis implet, quæ e Solini grammatici libro solet petere. Quibus rebus omnino existimandum est Prisciani in vertendo Dionysio hoc institutum fuisse, ut ex illo poemate singulare opus, suæ ætatis hominibus et moribus accommodatum, conderet. »

Addidit Priscianus v. 185-187, quibus Virgilii de Didone narratio perstringitur; 202-205 de fonte apud Garamantes memorabili, 273 sq. de auro Iberiæ, 277 sq. de avibus quibusdam Germaniæ, 316-320 de Thraciæ herba Medica, 390-395 de sacro fonte Illyrici, 415-418 de merulis albis et asbesto lapide Peloponnesi, 428-431 de Bœotiæ fonte, 434-441 de ostreis in Macedoniæ tractu mediterraneo, testibus diluvii, 450-452 de galactite lapide Ithacæ, 467 sqq. de fonte Sardiniæ, 472 sq. de catochite lapide Corsicæ, 488-504 de Siciliæ rebus mirabilibus, 502 sqq. de Ida monte et nascente ibi alimo, 561 de Proconeso, 581-584 de gagate in Britannicis inss., 698-703 de gryphibus aurum et smaragdos custodientibus, 707-709 de Albanorum canibus, 772 verba *Romanisque pie regnis dominantia mundo* (sc. *mœnia Byzantii*), 802 de molochite et andradamante Arabiæ lapidibus, 880-890 de Persidis gemmis, 1027-1034 de Indorum proceritate, gymnosophistis et psittacis, 1059-1072 de Tylo insula. Vs. 846 Christianus noster Phœnices, quos Dionysius ab Erythræis oriundos dicit, cum Judæis confundens dicit *Chaldæo decoratam sanguine gentem, arcanisque Dei celebratam legibus unam*. Omittit Dionysii versus 255-258, 441-446, 485, 527-29, 534, 574-579, 700-705, 775-779, 789-792, 836-846. 869-873, 995, 1152-1165, quibus de diis eorumque cultu aliisque rebus mythologicis sermo est. Præterea missos fecit Dionysii vs. 707-717, quibus de se ipse

Dionysium Thracem grammaticum pertinere suspicatur; vix recte.

poeta loquitur. Raro neglexit geographica, ut vs. 66-68 de Atlantibus, vs. 1148 de Coliade Indiæ. In breve contraxit vs. 670-679 de Scythia et 1141-1163 de Persis Parthisque. In Dionysii vs. 6 legit εὔκριτα, vs. 109 ἐκ δ' ὀρέων, vs. 550 Ἀλωπεκίη (1) pro ἀπειρεσίη, vs. 570 Νησίδων pro νησίδων, vs. 733 τ' Ἄπυροι pro Τάπυροι, vs. 937 Ἀσιήτιδος pro ὀφιήτιδος, vs. 1030 αὐγὰς pro αὐτὰς, vs. 1130 τρισσῇσι pro πισύρεσσι. Ceterum Avieni et Prisciani poemata, quæ Dionysio subjecimus, paucis exceptis, talia dedimus, qualia post Wernsdorfium exhibuit Bernhardyus (2).

Græci periegesis interpretes exstiterunt et vetustiores quidam, quorum nonnisi centones in codicibus nostris supersunt, et citeriore ævo Eustathius, cujus in Dionysium commentarios habemus integros. Munere suo illi ita defungebantur, ut post præmissam de poetæ persona scriptisque et de periegeseos consilio dissertationem, vinctum poetæ sermonem in solutam orationem diluerent, eique paraphrasi commentarios insererent de iis rebus quæ uberiore explicatione egere viderentur. Etenim scholia et paraphrasin in unum quasi corpus conflata fuisse ex iis Dionysii codicibus apparet qui ampliorem interpretationi locum concesserunt; quamquam in his ita res habet, ut diligentia scribarum initio strenua, procedente opere paullatim evanescat, et in circumscribendis poetæ verbis vel in selectis quibusdam scholiis annotandis subsistat. Alii codices statim ab initio aut nihil nisi paraphrasin raris quibusdam scholiis distinctam aut scholia duntaxat præbent. Corpus commentariorum, unde ea quæ nos jam habemus, excerpta sunt, condidisse videtur Demetrius Lampsacenus. Certe in codice Parisino N. 36 supplem. (nobis *Q*) commentariis titulus præfigitur : Δημητρίου Λαμψακηνοῦ ἐξήγησις εἰς τὴν Διονυσίου περιήγησιν (1). Præterea in bibliotheca Raudnitiensi græcum in Periegesin commentarium exstare, cui *Andronici* nomen præfixum sit, a Schneidero accepit Passovius (2). Magnopere vereor ne is fuerit potius Eustathii commentarius; qui quum in codicibus nonnullis titulo careat, facile fieri potuit, ut ex titulo epistolæ, qui et ipse vario modo exhibetur (Πρὸς ... Ἰωάννην τὸν υἱὸν τοῦ σεβαστοῦ καὶ μεγάλου Δρουγγαρίου, κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ καματηροῦ ... ἐπιστολή), quidam commentarium Andronici esse male colligeret. Fragmentum integri commentarii tenorem servans id esse videtur quod in codice *H* (v. p. 427) superstes est ex commentatione de scriptis Dionysii, ex qua ceteri codices nonnisi paucissima quædam referunt, paullo plura vero servavit Eustathius, qui ex antiquioribus interpretibus, quos τῶν παλαιῶν nomine designare solet, sat multa in commentarios suos transtulit. Ipsa verba tum in scholiis tum in paraphrasi magnopere variant, adeo ut qui omnem lectionis varietatem e libris mss. enotare vellet, laborem susciperet infinitum, tædii plenum frugisque vacuum. Primus paraphrasin e codice Bodlejano edidit an. 1697 Thwaitesius, unde passim emendatam repetivit Hudsonus et deinde, codice Monacensi aliisque libris adhibitis, Bernhardyus. Eandem nos quoque dedimus, paucis mutatis addi-

(1) In not. ad Dion. vs. 550 monendum erat Alopeciam insulam memorari etiam apud Plinium 4, 26, 67, qui eam non ad Tanais ostium collocat, ut Ptolemæus facit, sed in ipso Bosporo, quemadmodum is quoque statuisse debet qui mentionem ejus insulæ in Dionysium intulit.

(2) « Præter Avienum et Priscianum recentiore ætate alii exstiterunt Dionysii interpretes, qui novas ejus versiones carmine vel prosa oratione adornarunt. Princeps eorum et satis vetustus est Antonius Becharia, Veronensis, qui Dionysii poema de situ orbis prosa oratione latina, sed satis inepte pluribus in locis reddidit, et neque veteres Avieni et Prisciani interpretationes contulisse, neque ipsum auctorem Dionysium satis notum habuisse videtur. Primariam ejus traductionis editionem Venetiis 1478, 4 habui ipse ad manum, sed porro editam esse Venetiis 1498, 4, Parisiis 1501, 4 et Basileæ apud Henricum Petrum 1534, 4 memorat Fabricius (Bibl. med. et inf. lat. tom. 1, p. 324). Simonem Lemnium, Rhætum, carmine Dionysium reddidisse Venetiis 1543 testatur Simlerus; aliam versionem metricam Andreas Papius dedit in edit. Antverpiensi 1576. Atque hic in præfat. ad Dion. versionem ejus ab Abele Matthæo ante se factam memorat, sed vehementer exagitat; et ille Dionysii Periegesi carmine versæ Eustathii commentarios a se translatos adjunxit Parisiis 1556, 4. Versionem Dionysii et Eustathii prosaicam a Bernhardo Bertrando Rhegiensi factam et eodem anno 1556 Basileæ editam memorat Fabricius. Idem versionem Joannis Camertis in editionibus Dionysii, Proclo, Cleomedi, Arato et Prisciano juncti, Basileensibus reperiri affirmat, quam tamen in exemplo eo, quod anno 1561 excusum ipse habeo, Camerti adscriptam non reperi. Transeo Henrici Stephani versionem prosaicam, quam ipse aliique Dionysii texto ab se edito adjunxerunt. » (Wernsdorf, *Poet. lat. min.*, tom. 5, p. 234.)

(1) Cf. Bredov. Epist. Paris. p. 60.

(2) Passovius in Dionys. præf. p. VI : « Nuper vero commentarius græcus in Dionysii periegesin, Andronici nomen in fronte gerens, ubi minime exspectabatur, in bibliotheca principis Lobcovitiensis, quæ Raudnitii ad Albim in diœcesi Leutmeritiensi adservatur, a Carolo Schneidero in itinere literario ante aliquot annos per Austriam et Bohemiam facto repertus est. Quæ vero ejus sit ratio, quod pretium, anquirere propter temporis angustias et alia susceptæ viæ consilia haud licuit Schneidero, tunc ad Platonem maxime attento. »

tisve e codd. *L* et *Q*, qui ad edita proxime accedunt. Utilitas ejus perexigua est. Aliter res in scholiis habet, quorum pars ex optimis fontibus conducta. Eorum nonnulla e codicibus Parisinis accepta edidit Hudsonus; longe plurima e schedis Bredovianis edenda curavit Bernhardyus, quibus nova passim nos addidimus.

Eustathius in commentariis suis, quorum de ratione ipse in præmissa epistola exposuit (1), non acquievit in afferendis quæ ad penitiorem Periegeseos intelligentiam necessaria esse viderentur, sed carmine Dionysiano quasi fundamento utitur cui largissimam rerum geographicarum copiam, e Strabone maxime et Stephano Byzantio, partim etiam ex Herodoto, Arriano, Ptolemæo aliisque nonnullis collectam, superstrueret, adeo ut opus ejus sit quasi μακρᾶς τινος γεωγραφίας ὑπόκρισίς τε καὶ νόθευσις, quamvis id ipsum Eustathius (p. 205) negaverit. Haud cunctanter tamen concedimus operam Eustathianam optimo consilio susceptam atque ei qui tunc erat literarum et scientiæ geographicæ conditioni fuisse accommodatissimam. Unde quæ in nos etiamnunc commoda redundant, in eo maxime versantur, quod Eustathius vetustiores Dionysii interpretes sedulo adhibuit atque Stephanum Byzantium legit integriorem, deinde vero Arriani scripta nunc deperdita in usus suos convertit.

CODICES

DIONYSII ET EUSTATHII.

I. CODICES PARISINI.

1. N. 388 Supplementi (nobis *A*), olim codex Mutinensis, sæc. X, membranaceus, foliorum 112. Insunt : 1. De Homeri centonibus. 2. Homeri centones Patricii episcopi, Eudociæ Augustæ et Cosmæ Hierosolymitani. 3. Versus de tempore quod coram comatum et a tergo calvum effingitur. 4. *Initium paraphraseos Periegeseos Dionysianæ, unam codicis paginam (fol. 44 vso) implens.* 5. Theognidis elegiacum carmen cum interpretatione latina interlineari. 7. Coluthi carmen de raptu Helenæ. 8. De patria Homeri. 9. *Dionysii Alexandrini orbis descriptio cum interlineari interpretatione latina.* Dixit de hoc codice E. Miller. in *Éloge de la Chevelure* (Paris, 1840), p. 14. Dionysii periegesin cum editis contulit, variasque codicis scripturas enotavit Th. Pressel in *Philolog.* tom. 3, p. 345.
2. N. 2771 (nobis *B*), membranaceus, sæculi XII. Insunt : 1. Hesiodi Theogonia et Procli commentarius. 2. *Dionysii Periegesis* usque ad versum 1065, cum scholiis. Inde a versu 430 scholiis jam rarescentibus adjuncta paraphrasis.
3. N. 2723 (nobis *C*), olim N. 2218, membranaceus in fol., scriptus anno 1282, emtus anno 1668. Initio duo folia avulsa sunt. Folium tertium incipit verbis : Εἰς τὸν Λυκοφρόνα σχόλια Ἰσαάκου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου. Subscriptum legitur : Ἐτελειώθη μηνὶ Ἰουλίῳ ἔτους ,ϛψϛ'. Ceterum turbato foliorum ordine accidit ut scholiis istis inserta legatur Batrachomyomachia. Deinde sequuntur (fol. 79) Oppiani Cynegetica cum scholiis nonnullis ad marginem notatis, et fol. 98 : *Dionysii Periegesis*, cujus singulis segminibus in margine tum paraphrasis scholiis passim distincta tum Eustathii commentarius adjiciuntur.
4. N. 2855 (nobis *D*), sæc. XIII, bombycinus. Insunt : 1. *Eustathii* commentarii. 2. *Dionysius* cum paraphrasi.
5. N. 2852 (nobis *E*), sæc. XIII ineuntis, bombycinus in 8°, olim Mediceus. Insunt : 1. *Dionysius*, adjecta in margine paraphrasi, cui immixta sunt scholia. Initio folia tria, quibus Dionysii versus 1-37 continentur, deinde vero folium 13 (Dionys. v. 198-220) et folium 20 (Dionys. v. 384-416), quæ perierant, manu recentiore suppleta sunt. — 2. *Eustathius* (fol. 49-166). Ultimus quaternio excidit; substitutus est quaternio papyraceus, cujus primum folium (fol. 166) continet ultima Eustathii et his subjectas lineas 21, quæ inscribuntur : Πλουτάρχου ἐκλογὴ περὶ τῶν ἀδυνάτων. Prima verba : Κατὰ πετρῶν σπείρεις· πλίνθον πλύνεις· δικτύῳ ἄνεμον θηρᾷς· εἰς τετρυμμένον πίθον ἀντλεῖς· εἰς ὕδωρ γράφεις etc.
6. N. 2562 (nobis *F*), sæc. XIV, bombycinus. Insunt : 1-4. Joannis Glycis patr. oratiunculæ quædam. 5. Maximi Planudis

(1) Laudat eosdem in Commentar. in Homer. Odyss. p. 1502, 24. 1688, 10. 1711, 60. 1716, 36 ed. Rom.

observationes quædam grammaticæ. 6. Philostrati icones. 7. Fragmenta ad grammaticam pertinentia. 8. Pauli Silentiarii thermæ Pythiæ una cum scholiis. 9. Cratetis et Posidippi epigrammata. 10. Moschi amor fugitivus. 11. Maximi Planudis dialogus de grammatica. 12. Aristidis monodia in Smyrnam. 13. Thomæ magistri vocum Atticarum collectio. 14. Anonymi lexicon de vocabulorum discrimine. 15. Lexici fragmentum, quo variæ corporis humani partes explicantur. 16. Anonymi lexicon, quo germana quarundam vocum significatio indagatur. 17. *Dionysii* Ἁλικαρνασέως (i. e. Ἀλεξανδρέως) orbis descriptio cum scholiis selectis (inde a fol. 249). Folia postrema ita sunt affecta ut quæ in iis scripta sunt, legi jam nequeant.

7. N. 2735 (nobis *G*), sæc. XIV, bombycinus, olim Boistallerianus. Insunt : 1. Oppiani De venatione libri V. 2. Eorum synopsis. 3. Sophoclis Ajax, Electra, Œd. Tyr. 4. ***Dionysius***, cui adjuncta est in margine paraphrasis usque ad versum 690; in sequentibus enim foliis margo abscissa est.
8. N. 2772 (nobis *H*), sæc. XIV, bombycinus, olim Guarini Veronensis. Insunt : 1. Hesiodi Opera et dies. 2. Scutum Herculis. 3. Hes. Theogonia. 4. Scholia in Theogon. (fol. 104-110). 5. *Dionysius* cum glossis interlinearibus et scholiis, inde a fol. 111, ante quod excidit folium, in quo de poeta ejusque carminibus sermo erat. Ejus dissertationis pars postrema atque scholia in primos Dionysii versus ab eodem auctore profecta supersunt in servato folio 111. Deinde una cum Dionysii carmine aliud habes scholiorum corpus minoris pretii.
9. N. 1310 (nobis *I*), sæc. XV, chartaceus. Insunt 51 opuscula, quorum vigesimum excerpta quædam e *Dionysio* continet. Præcedit Hesiodus; sequuntur Oppiani Halieutica.
10. N. 1411 (nobis *K*); olim N. 1322 et 3042, sæc. XV, chartaceus. Insunt : 1. Pausanias (fol. 1-427). 2. *Dionysius* ad marginem habens scholia minuta nulliusque momenti (fol. 429-456). 3. *Eustathius* (fol. 453–566). 4. Provinciæ Asiæ et Europæ et Africæ (fol. 567-585). Hæc ab alia manu scripta sunt. Bibliopegæ cultro singularum linearum literæ extremæ absumtæ sunt.
11. N. 2708, olim 1337 et 2791 (nobis *L*.), sæc. XV, chartaceus. Insunt : 1. Hesiodi Theogonia. 2. Scutum Herculis. 3. Scholia in Theogoniam. 4. Hesiodi Opera et dies cum glossis et scholiis. 5. Manuelis Moschopuli scholia in opp. et dies. 6. Joannis Diaconi scholia in Theog. 7. Procli Diaconi scholia in opp. et dies. 8. *Eustathius* (fol. 169 sqq.). 9. *Dionysius* cum paraphrasi (fol. 254 sqq.). Fol. 247 vso. lin. 5 — 252 vso. interponuntur excerpta e Strabone de India et de Syria, quibus additur locus Stephani Byzantii v. Ἰόπη. His excerptis auctor codicis resarcire voluit lacunas, quarum prior pertinet a pag. 372, 2 ad p. 379, 26 edit. nostræ, altera autem a p. 400, 11 ad p. 407, 15. Paraphrasi subjiciuntur (fol. 299–300) caput de 12 ventis agens aliæque notitiæ geographicæ, quæ eadem in cod. N. 83 Suppl. præmittuntur paraphrasi. Epistolam Eustathii commentariis præmissam auctor codicis omisit.
12. N. 2730, antea 2531 (nobis *M*), sæc. XV, chartaceus, olim Philiberti de la Mare. *Dionysius* cum scholiis, paraphrasi mixtis, quæ usque ad vs. 1065 pertinent. In primo folio leguntur hæc : « Codex recens e veteri aliquo descriptus, quo continetur Dionysii Alexandrini orbis descriptio una cum Anonymi scholiis, quæ sibi a clarissimo Boivinio Bibliothecæ regiæ custode transmissa lubens agnoscit vir doct. Thomas Hudson. Illa tantum edidit quæ ad illustrandam veterem geographiam pertinerent, sed parum emendate nonnulla, quæ hujus codicis ope sanari possunt. »
13. N. 2833 (nobis *N*), olim 1375 et 3341, sæc. XV exeuntis, membran., vineolis et initialibus literis summa arte pictis ornatus. Insunt : 1. Theocritus. 2. Homeri hymni. 3. Moschi Amor fugitivus. 4. Musæi Hero et Leander. 5. Orphei hym. 76 et 77. — 6. Hesiodi Opp. et dies, Scutum, Theogonia. 7. *Dionysius*, glossis passim inter lineas et scholiis ad marginem positis.
14. N. 2834 (nobis *O*), sæc. XV exeuntis, membranaceus. Insunt. : 1. Theocritus. 2. Hesiodus. 3. *Dionysius* (fol. 89-112); variæ lectiones in margine passim notatæ. 4. Pindarus.

15. N. 3023 (nobis *P*), sæc. XV, chartaceus. Insunt : 1. Libanii nonulla. 2. Theodoræ Augustæ ad Belisarium epistola. 3. Anonymi observationes grammaticæ de barbarismo et solœcismo. 4. Fragmentum de variis fœtus in utero statibus. 5. Fragmentum de quattuor evangeliis. 7-10. Plutarchi nonnnulla. 10. *Dionysius et Eustathius.*
16. N. 36 Supplementi (nobis *Q*). Scholia nonnulla et Paraphrasis Dionysii, quibus titulus præfigitur : Δημητρίου Λαμψακηνοῦ ἐξήγησις εἰς τὴν Διονυσίου περιήγησιν.
17. N. 1603 (nobis *R*), sæc. XVI, chartaceus. Insunt 41 opuscula, quorum N. 38 est initium periegeseos *Dionysii.*
18. N. 1772 (nobis *S*), sæc. XVI, chartaceus. Insunt : 1-3. Constantini Manassæ, Basilii Macedonis imp. et Manuelis Philæ nonnulla. 4. Excerpta e *Dionysio.* 5. Macrobii Somnium Scipionis græce a Maximo Planude, aliaque opuscula.
19. N. 2008 (nobis *T*), sæc. XVI, chartaceus. Insunt : 1. Pythagoræ versus aurei. 2. Phocylidis versus argentei. 3. Theognidis excerpta. 4. Hermetis Trismegisti de terræ motibus carmen. 5. *Dionysius.* 6. Homeri Batrachom. 7. Anon. De figuris rhet. 8. Tryphon De tropis. 9. Chœroboscus De tropis. 10. Hephæstion De metris.
20. N. 2731 (nobis *U*), sæc. XVI, chart. Insunt : *Dionysius et Eustathius,* et deinceps alia opuscula octo.
21. N. 2733 (nobis *V*), sæc. XVI, chart., olim Colbertinus. Inest *Dionysius.* Subjecta singulis versibus metaphrasis; margo habet scholia quædam.
22. N. 2843 (nobis *W*), sæc. XVI, chart. olim Colbertinus. Insunt: 1. Arati Phænomena. 2. *Dionysius.* 3. Hermetis Trismegisti carmen de terræ motibus.
23. N. 2853 (nobis *X*), sæc. XVI, chart., Insunt : 1. *Dionysius.* 2. Batrachom. Galeomachia. 3. Matthæi Camariotæ canones.
24. 2854 (nobis *Y*), sæc. XVI, chart., olim Tellerianus. Insunt : 1. *Dionysius.* Singulis fere versibus minio adscriptæ sunt glossæ interlineares. Fini subscripta : Ζαχαρίας Καλλιέργεος, ὁ καὶ Κρὴς τὸ γένος, ἐπιμελῶς καὶ ταύτην ἐν γήραος οὐδῷ ἐξέγραψεν. Deinde, præmissis quibusdam de Dionysii genere scriptisque, deque discrimine quod sit inter geographiam et chorographiam, nec non de 12 ventorum nominibus, sequitur paraphrasis, quæ sicuti ipsa periegesis in 121 segmina divisa est. Tertio loco habes *Eustathium.* His omnibus in margine passim adscriptæ lectiones variantes.
25. N. 1765-66 (nobis *Z*), sæc. XVII, chart., olim Balazianus, duobus voluminibus constans. Continet 32 opuscula, inter quæ N. 19 præbet *Excerpta e Dionysio.*
26. N. 83. Supplementi (nobis Ω), chartaceus, scriptus an. 1682. Insunt : 1. Euthymii monachi ἄθροισις εὐσύνοπτος ἀστρονομίας, apographum codicis olim Petaviani, deinde Christinæ reginæ. Γέγραπται χειρὶ Πέτρου Δανιὴλ Ὑετίου ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ λόγου ἐνσαρκώσεως ,αχνϐ', ἐν Ὀλμίᾳ τῶν Σουήκων. 2. Joannis Alexandrini grammatici φιλοπόνου liber De astrolabo. « Duo hæc opuscula petita sunt e codice manu Angeli Cretensis scripto, » ut docta manus in fol. 1 annotavit. Sequuntur : Ἐπικούρου φυσικά· Ἐπικούρου μετέωρα. Συνεσίου περὶ τοῦ δώρου πρὸς Παιόνιον, τουτέστι περὶ τοῦ ἀστρολάβου. Περιηγητοῦ Διονυσίου γένος (fol. 46, lin. 1-9). Deinde notulæ quædam de quattuor maribus et 14 pontis aliisque de rebus geographicis ex ipso Dionysio collectæ. Post hæc (fol. 47) : Ἐξήγησις εἰς τὸ περιηγήσεως Διονυσίου Ἁλικαρνασέως (Ἀλεξανδρέως mgo). Finis fol. 72. Subscripta leguntur hæc : « Quæ ad oram exteriorem notata sunt, e codice unde nostra illa exscripta sunt, deprompta sunt; quæ vero ad interiorem, nostra sunt. » Γέγραπται χειρὶ Πέτρου Δανιὴλ Ὑετίου ἔτει ἀπὸ τῆς θείας ἐνσαρκώσεως ,αχνϐ', ἐν Ὀλμίᾳ τῇ τῶν Σουήκων μητροπόλει.
27. N. 2856 (nobis *F* in notis ad Eustath.), sæc. XV, chartaceus. *Eustathius.*
28. N. 2733 (*G*), sæc. XVI, chart. *Eustathius.*
29. N. 2734 (*H*), sæc. XVI, chart. *Eustathius.*
30. N. 2847 (*I*), sæc. XVI, chart., olim Tellerianus. Continet 16 opuscula, inter quæ quartum locum tenent *Eustathii parecbolæ.*
31. N. 2857 (*M*), sæc. XVI, chart. *Eustathius* fol. 1-70; dein duo folia vacua relicta erant, in quorum primo deinde alia manus scripsit fragmentum geographicum, cui titulus Ἀγαθημέρου τοῦ Ὀρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις, et quod desinit in verba καὶ Ἰονίαν καὶ Ἀδρίαν; tum fol. 73-

89 nullo præfixo titulo, habes locum Polybii περὶ διαφόρων πολιτειῶν (lib. 6, c. 3-58, p. 338-374 ed. Didot). Postea iterum vacua olim fuerant folia 90-92, quæ eadem manus, a qua fol. 71 scriptum est, implevit loco Polybii (lib. 18, c. 11-16). Titulus præfigitur : Πολυβίου ἀπὸ τοῦ ιη' λόγου περὶ συγκρίσεως ἣν ποιεῖται ὁ συγγραφεὺς τῶν ῥωμαϊκῶν καὶ μακεδονικῶν στρατευμάτων. Ad hæc quidam in margine notavit : « Vid. codex 2149, » qui eadem excerpta continere videtur.

32. N. 2858 (*N*), sæc. XVI, chart., olim. Fonteblandensis. *Eustathius.*
33. Codex Firmini Didot, *Eustathium* continens.

II. Ceteri codices.

Hos quum ipse non viderim, plurimos eorum recensebo secundum ea, quæ congesserunt Bernhardyus et Passovius.

34. *Berolinensis* (nobis ε, Bernhardyo *X*), « Santenianorum mss. in regia bibl. Berolinensi servatorum N. 81. Isti volumini, quod varias lectiones e codd. latinis cura N. Heinsii confectas tenet, talis index præmittitur : *Dionysius* cum codice Vaticano in fol. papyr. circa sæc. XII collatus ad ed. Antverp. 1575. Codex optimæ notæ, qui sæpe cum *b* (nobis *C*) faciat, sed vitiosissime descriptus. » Bernhardy p. XXXVII.
35. *Dresdensis* N. 175 (nobis *b*, Bernhardyo *D*), « chartaceus, forma quarta, a diversis perspicua ratione descriptus, quippe cujus folia 14-37 ad sæc. XVI pertineant, ad sæc. XV reliqua, glossematis inter versus interjectis, cum *Eustathii epitome*. In fine quod in Vindob. 1 idem exstat monitum : τέλος στίχων χιλίων διακοσίων ἑπτά. Pleniora tradidit Ebertus Descript. bibl. reg. Dresd. p. 246. Varietatem ex eo proposuit Passovius; nos duplicem adhibuimus collationem, sed alteram imperfectam, integrum vero perlustravit Matthæi ad ed. R. Stephani. Hic tanto consensu cum Vindob. 1 (partim cum Vat.-Pal. 139) conspirat, ut discrepantia si qua deprehenditur, possit in negligentiam doctorum hominum conferri. » Bernh.
36. *Guelferbytanus* N. 46 (nobis *c*, Bernhardyo *G*), « membranaceus, forma quarta, cum scholiis et paraphrasi, sæc. XII, ut videtur, olim Gudianus (Cat. Gud. p. 541), deinde Guelferbytanus, Parisios an. 1807 abreptus et insignitus N. 2772, sed postliminio restitutus. Contulerunt Bredovius et Krügerus in usum Passovii. » Bernh.
37. *Heidelbergensis-Palatinus* N. 40 (nobis *o*). « bombycinus, forma quarta, sæc. XIV. Parisiis Heidelbergam eum reportatum Matthiæ curavit conferendum. V. de eo Wilken *Gesch. der Heidelberger Büchersammlung*, p. 276. » B.
38. *Monacensis* (nobis *d*, Bernhardyo *M*), « in charta dentata, manu rec. sæc. XV exeunte scriptus, Hesiodi theogoniam cum scholiis ineditis et Scutum cum enarratione Jo. Diaconi, Dionysium et Eustathii commentarios cum paraphrasi scholiisque complexus, sed lacunis sæpe defectus. Clausulam exhibet talem : Μιχαὴλος Ἀποστόλης Βυζάντιος μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς ἱερᾶς πατρίδος αὐτοῦ πενίᾳ συζῶν καὶ τόδε τὸ βιβλίον ἐξέγραψεν, ἄνευ μέντοι μισθοῦ, sequentibus aliquot versibus politicis. Cf. Bast. Ep. crit. p. 249. Codicem bibl. Monacensis sæpe cum Aldina consentientem ad ed. Oxon. 1710 contulit C. T. Ammon an. 1786, unde varietatem in periegesin accepit satis tenuem Schœnemannus, sed accuratissime Io. Bernh. Kœhlerus universa Ms. argumenta ad ed. R. Stephani an. 1773 exegit, isque tanta diligentia negotium administravit, ut major illi fides sit habenda quam Harlesio, cujus collationem usurpavit Passovius. » Bernh.
39. *Vindobonensis* 1 (nobis *r*), N. 122 codd. histor. græc. bibl. Cæsareæ Vindobon., « chartaceus, forma quarta, Dionysium præter alia tenet lacerum cum paraphrasi. » B.
40. *Vindobonensis* 2 (nobis *s*), N. 198 codd. ejusdem bibl. philol. philos., chartaceus, Hesiodi Opera et dies, Pindari Olymp., Dionysii quædam fragmenta cum Eustathio mira corruptionis ratione complexus. Malos codices ad editionem Passovii exegit I. H. Schubart diligentissime copiamque varietatis nobis perofficiose suppeditavit. » B.
41. *Vratislaviensis-Rhedigeranus* N. 63 (nobis *e*, Bernhardyo *R*), « membranaceus, foliis quadruplicatis majoribus, an. 1488 scriptus, Vratislaviæ ad ædem S. Elisabethæ

adservatus, de quo v. Crantzium in Catal. codd. Rhedigg. ms. p. 173 et Jo. Theoph. Buhlii præf. ad Arat. t. 1, p. 11. Hunc unum ipse contuli. Plurimis in locis conspirat cum Schellershemiano, neque tamen raro dissentit quoque et plerumque in melius. » PASSOVIUS.

42. *Brunckianus* (nobis *a*, Bernhardyo *b*), bombycinus, quem Brunckio Larcher dono dederat.
43. *Schellershemianus* (nobis *q*), « cujus possessio pertinet L. B. a Schellersheim, Eisbergæ aliorumque in Westphalia pagorum dominum; bombycinus, sæc. XIV, ut videtur, Hesiodum, Theocritum et Dionysium tenens cum levioribus quibusdam libellis. Collationem a Werfero ad edit. Haverkampii confectum accepit Matthiæ. » BERNH.
44. *Schœnemannianus* (nobis *f*, Bernhardyo *S*). « Optimum codicem, sed negligenter inspectum, qui protulit Schœnemannus, his verbis eum significavit : « Dionysii periegesis cum ms. codice collata ad ed. Lond. 1688. » BERNH.
45. *Mosquensis* N. 30 (nobis *n*), de quo ita Chr. Fr. Matthiæus in libello scholastico an. 1788 Dresdæ impresso : « Inter codices scriptos bibliothecæ Mosquensis, quæ in typographeo synodi servatur, est in majori forma, in folio vulgo appellant, tricesimus, qui præter collectionem canonum cum interpretatione Joannis Zonaræ et alia argumenti theologici, insigne etiam Dionysii periegetæ fragmentum cum scholiis complectitur. Reperitur autem hoc fragmentum principio codicis in quattuor foliis membranaceis a bibliopega ita inter compingendum inversis, ut evolventibus codicem partes inferiores horum foliorum sint in parte superiori. Codex Dionysii bonæ notæ fuit, scriptus sine ullo dubio sæculo XII. Pertinet autem fragmentum a versu 278 ad 350 et rursus a versu 470 ad 524. »
46. « *Succicus*, olim Petavii, deinde translatus in bibliothecam suecicam, cujus lectionem Bochartus enotavit, a Palmerio in marginem ed. H. Stephani conjectam, unde Jo. Arntzenius Miscellaneorum cap. 20 eam repetiit. De quo libro, quem nondum usurpare licuit, Kœhlerus scripsit. » B.

Sequuntur *Britannici codices sex*, quorum scripturas Twaitesius primus evulgavit :

47. *Bodlejanus* 1 (nobis *g*), Baroccianus N. 78 Dionysium continens.
48. *Bodlejanus* 2 (nobis *h*), NE. N. 2, 16, in quo Dionysius.
49. *Bodlejanus* 3 (nobis *i*), Landianus N. 31, in quo Dionysius cum glossematis.
50. *Bodlejanus* 4 (nobis *k*), Baroccianus N. 147, in quo Dionysius cum glossis et paraphrasi.
51. *Cantabrigiensis* (nobis *l*), Dionysium et Eustathium continens.
52. *Eloniensis* (nobis *m*), item Dionysium et Eustathium exhibens.

Sequentes *codices septem Vaticano-Palatinos* Uhdenius inspexit :

53. *Vaticano-Palatinus* N. 96 (nobis *t*, Bernhardyo *d*). Dionysius cum scholiis. Sequuntur Oppiani Halieutica.
54. *Vat. Pal.* N. 102 (nobis *u*, Bernhardyo *e*), recentis ætatis. Insunt : Hermes Trismegistus περὶ σεισμῶν, Theognis, Dionysius, Damascenus de Pharmacis.
55. *Vat.-Pal.* N. 139 (nobis *w*, Bernhardyo *h*), chart., sæc. XIV, ut videtur. Insunt : Orphei et Procli hymni, Carmen aureum, Orphei Argonautica, Nicander, Sophoclis Ajax, Electra, ŒEd. Rex, Theognis, Dionysius, Æschyli fabulæ tres, Lycophro. De hoc codice a compluribus mendose scripto v. Müller. in præf. ad schol. Lycophron. p. LXXXIII.
56. *Vat.-Palat.* N. 40 (nobis *x*, Bernhardyo *i*), in 4°. Sophoclis Aj. Electr. ŒEd. R., Pindari Olymp. et Pyth., Dionysius cum gloss.; Lycophro cum comment., Oppiani Hal., Arati Phæn., Bœotia et genus Homeri, Ilias, Georgius Chœroboscus περὶ τρόπων ποιητικῶν mutilus.
57. *Vat.-Palat.* N. 154 (nobis *z*, Bernhardyo *o*), in 4°, chartaceus, Eustathius, Dionysius, Libanii declamationes.
58. *Vat-Palat.* N. 319 (nobis β, Bernh. *r*), in 4°. Præter quisquilias quasdam continet Aristophanis Plutum, Pindari carmina nonnulla, Æschyli Prom. et Sept. c. Theb., Euripidis Hecubam et Orestis fragmentum, Sophoclis fabulas, Dionysium, scholia in Theogn., Lithica, Coluthum, etc.
59. *Vat.-Palat.* N. 331 (nobis γ, Bernh. *t*). Excerpta quædam e Dionysio continet.

Vaticanæ Vecchiæ sive veteris bibliothecæ codices qui Dionysium præbent, hi sunt :

60. N. 31, sæc. XIV, gossypinus, in 4°. Ilias cum schol., Dionysii fragmenta cum scholiis et paraphrasi.
61. N. 117, in fol. (nobis *v*, Bernhardyo *g*). Dionysius in fine mancus et Lycophro.
62. N. 118, sæc. XVI, chart. Dionysius et Oppianus.
63. N. 119, sæc. XIV, chart. in 8°, Dionysius cum scholiis, Aristidis Platonicæ, Oppianus.
64. N. 120, sæc. XIV, chart., Dionysius et Eustathius initio defectus.
65. N. 121, sæc. XIV, chart., Cleomedes, Dionysius cum scholiis, Theodorus Prodromus, Georg. Pisides in Hexaemeron, Hesiodi opera, Pindari Olymp. et Pyth. cum scholiis, Arati Phænomena.
66. N. 910, sæc. XV, chart. in 4°. Dionysius.
67. N. 922 (nobis *y*, Bernhardyo *k*), sæc. XIV, chart. in 4°. Oppiani Halieutica defecta. Dionysius cum integris Eustathii commentariis scholiisque, libellus Andronici ad Io. Ducam filium. (Hunc sicut Vat. Pal. 117 Bredovius an 1807 Parisiis vidit.)
68. N. 999, sæc. XV, chart. in fol. Genus Dionysii et Dionysius cum paraphrasi.
69. N. 1469, sæc. XVI, chart. in 4°, Hesiodus et Dionysius.
70. N. 1948, sæc. XV, chart. in fol., Theocritus, Hesiodi opp. et dies, Dionysius, Sophoclis Phil., Aristidis Panathen., Phanoclis epigramma ex Stobæo.
71. N. 42, sæc. XIV, in 4°. Theocritea pleraque, διηγήσεων τρόποι, ζῶα τοῖς θεοῖς ἀνατεθειμένα, Eratosthenis argumentum in Theocr. Aiten, Dionysius cum scholiis, Pindari genus, Cyprii epistolæ duæ, Cyprianus πρὸς τὸν ἰατρὸν εὐαγγέλιον, Pindari Olymp. et Pyth. cum scholiis.
72. N. 915, sæc. XV, in fol. Præter alia multa Dionysii carmen inde a versu 183 continet.
73. N. 1385, sæc. XV, chart. in 8°, pulcherrime scriptus. Cornutus, duodecim Herculis certamina, Palæphatus, scripta de comœdia, Dionysius.
74. *Vaticanæ-Christinianæ codex* N. 147, sæc. XV, chart. in 4°, Dionysius usque ad vs. 1134 et pars paraphraseos.
75. *Vaticanæ-Ottobonianæ codex* N. 193, sæc. XVI, chart. in 4°. Scholia in Hesiodi theogoniam, Demosthenis Olynthiacæ et Philippicæ, Damascenus de medicamentis evacuantibus, quædam e Democriti physicis, Io. Xiphilini epitome Dionis Cassii, Dionysius, genus Dionysii, de ventis et paraphrasis.
76. *Vaticanæ-Ottobonianæ codex* N. 335, sæc. XVI, chart. in 4°, ex codicibus Io. Angeli Ducis Altæmps. Dionysius cum nova paraphrasi et Dionysii genere, de Turcis, commentarius Eustathii mutilus.
77. *Barberinæ bibliothecæ* N. 90 (olim N. 407), chart. in 4°. In primo folio legitur : « Proprietas hujus libri est monasterii sanctissimi Crucifixi Saxoferrati, usus autem Jacobi Purcati, donec superiori placuerit. In hoc codice duo genera scholiorum habentur in quattuor Euripidis tragœdias, in Hippolytum, Medeam, Alcestin, Andromachen, ita disposita ut quattuor prima scholia sint eadem cum typis editis, quattuor vero sequentia differant ab iis quæ sint typis edita. » — Prior scholiorum sylloge pertinet usque ad fol. 160, altera, quæ glossis verbum verbo explicantibus constat, usque ad fol. 204. Deinde sequitur Dionysii periegesis cum paraphrasi scholiisque usque ad versum 214 (fol. 222). Tum fol. 222-225 lin. 3 alia leguntur scholia in primos Dionysii versus. Post hæc fol. 226-256 sequuntur scholia et paraphrasis in Dionysium inde a vs. 288 usque ad finem carminis. Totum codicem excutiendi non erat otium. Hinc inde aliquid enotavi.
78. *Barberinæ bibliothecæ codex* N. 43, olim 378 (nobis ζ). Dionysius, Hesiodi scutum, Arati Phænomena, Orphei Argonautica. In fine codicis nomen Francisci Castilioni adscriptum. Ejusdem manu etiam reliqua exarata videntur. Hesiodum anno 1823 Tierschius contulit, qui librum hunc haud magni pretii esse notavit.
79. *Barberinæ bibl. codex* N. 63 (olim 531). Dionysius cum paraphrasi et scholiis.
80. *Barberinæ bibl. codex* N. 144, pergam. in-8°, sæc. XVI, nitide scriptus, Eustathii continet partem priorem, quæ pertinet usque ad p. 312, 40 ed. nostræ.
81. *Casanatensis codex* Dionysii commemoratur a Müllero in præf. ad schol. in Lycophron. p. LXXXV.
82. *Neapolitanus codex bibl. Borbonicæ* 349 (I, E, 22) apud Salvatorem Cyrillum (codd. gr. mss. Bibl. Borbonicæ. Neap. 1832, p. 463). Lycophronis Alexandra,

Dionysius (v. 1-765) cum scholiis. Joannis Antiocheni ἀρχαιολογία ἔχουσα διασάφησιν τῶν μυθευομένων. Theodori Prodromi carmina iambica. Prosodia Dionysii Alexandrini. V. Bachmann præfat. in Lycophr. Alex. p. XX.

83. *Neapolitanus* 202, chart. in-8°, anni 1521, in quo Dionysius et Eustathius. V. Cyrill. p. 191.
84. *Neapolitanus* 166, membran., sæc. XV, inde a pag. 60 habet Dionysium usque ad vs. 847.
85. *Neapolitanus* 92, chart. anni 1495; in pag. 8 exhibet versus Dionysii de Thule insula cum scholiis. V. Cyrill. p. 8.
86. *Florentini codices* complures Dionysium exhibent, quos quum Bandini catalogus ad manus non sit, recensere supersedeo. Ceterum ita habet Bernhardyus : « Nonnullis Dionysii locis et scriptura codicum Florentinorum est apposita quam Kœsius cum Bredovio communicaverat, et varia lectio Langermanni et Bekkeri; quorum Langermanni, quem N. Heinsius comitem itineris Italici, præsertim Florentinæ peregrinationis, assumsit, quædam observationes leguntur ejus exempli, quod ad Schæferum pervenit, a quo Spohnius utendum acceperat; altera vero notatio, quam idem Spohnius consignavit, cujus fuerit aut a quibusnam libris ducta, prorsus latet. Nihil tamen certius quam neutram varietatem cujusquam esse momenti. »
87. *Scorialensis codex* Ψ, 4, 1 fol. 66-80. Dionysium continet.
88. *Scorialensis codex* Σ, 2, 7, fol. 256-284. Dionysium et paraphrasin præbet. Fini subscriptum legitur στίχοι ,ασ΄ ἑπτά. Cf. supra N. 35.
89. *Scorialensis codex* R, 1, 6 (fol. 112-204). Διονυσίου Ἀλεξανδρέως τοῦ περιηγητοῦ βιβλίον χωρογραφίας μετὰ ἐξηγήσεως Εὐσταθίου. Ad calcem hæc : Διονυσίου Ἀλεξανδρέως οἰκουμένης περιήγησιν Μιχαὴλος Ἀποστόλης Βυζάντιος δορυάλωτος ἔγραψα.
90. *Matritensis codex* 89 Eustathium exhibens describitur ab Iriarte Cod. Matr. p. 358 sq.
91. *Molinianus codex*, Eustathium continens et a Polito in Eust. versione adhibitus. De eo Politus p. 117 : « Codex membranaceus, quem dono mihi dedit Cajetanus Monilia, vir clarissimus atque doctissimus, e mea olim disciplina, quem ego deinceps codicem, grati animi et memoriæ causa, Molinianum vocabo. » Præterea alium codicem Politus habuit.

Adde quod Holstenius in Ep. ad Peirescium p. 77 ed. Boisson. dicit : « Eustathii Commentarium ex *R. P. Sirmondi ms. et alio illustr. et rev. archiepiscopi Tolosani* [Caroli de Monchal] aliquot pagellis supplevi. »

Codicibus modo recensitis alii haud pauci addi poterunt, si quis diligentius anquisiverit, quum vix ulla sit paullo amplior librorum mss. collectio, quæ non periegeseos aliquod exemplar in thesauris suis reconditum habeat. Codices Parisinos Ernestus Beyerle, vir doctissimus, vel denuo vel nunc primum in usus meos contulit, exceptis tamen *RSTUVW*, quos conferre operæ pretium non esse videbatur. E ceteris codicibus nihil habui variantis lectionis præter id quod priores editores suppeditarunt. Ceterum periegesis multo minus corrupta ad nos pervenit quam in libro toties descripto exspectaveris. Et quamvis vel Avieni et Prisciani ætate carmen multis in locis a librariis depravatum vel de industria a sciolis mutatum esse liqueat, raro tamen accidit ut prisca hæc vitia nostrorum codicum ope non liceat abstergere. Origines vero et cognationes singulorum codicum indagare et constituere neque Bernhardyus tentavit neque ego suscipio, quum ad tale negotium rite peragendum non satis amplis auxiliis instructi simus. Antiquissimus codex *A*, sæculi *X*, multum abest ut integritate præstet; neque id mirum in opere, cujus libri manuscripti quinto jam seculo multum discrepabant; unde facile intelligitur in Dionysio minus etiam quam in alio quovis auctore pretium codicum ex antiquitate eorum æstimari posse. Ac sane accidit ut unus e recentissimis sæc. XVI codicibus (*Y*) et Dionysium a crassioribus mendis fere liberum simulque Eustathium quam ceteri omnes integriorem præbeat. Præterea melioris notæ libri sunt *CEKGd*, e quibus *K* librariorum vitiis pæne vacuus est. In Eustathio codex *Y* nonnisi minutas lacunas, sex septemve numero, habet, ex eo tantum non omnes ortas, quod scriba in locis, ubi idem verbum paucis interjectis iterum recurreret, ab altero ad alterum transiluit. Ad *Y* proxime accedit *C*, qui ipse quoque nonnisi minores quasdam paucarum linearum lacunas habet. Ex eadem, cujus est *C*, familia deducendi sunt codices *DL;* qui in lacunis plurimis cum *C* conspirant (v. c.

p. 107, 14-15. 116, 5-6. 121, 3-4. 162, 28-29. 188, 10-15), nonnullas vero sibi proprias habent, quarum maximæ sunt p. 372, 29-379, 26 et p. 400, 11-407, 15. Ex his posterior lacuna antiquior quam altera esse debet, siquidem etiam codex *F* et Didotianus Eustathii codex (1) in p. 400, 11 desinunt, dum in ceteris cum *DL* componi nequeunt, sed componendi sunt cum *EKMNd,* quatenus cum his communem habent lacunam, quæ pertinet a p. 357, 21 ad p. 379, 8. Rursus ex codd. *EFKMNd* et Didot. arctioris cognationis vinculo juncti sunt codices *KMF* et Didotianus, qui omnes ex libro manarunt, in quo sex foliorum compago (p. 335 sqq. ed. nostr.) soluta erat adeo ut genuinus foliorum ordo perturbari facile posset; perturbatus vero in *KM* est hunc in modum : 4. 2. 6. 1. 5. 3, in *F* autem et Didotiano genuina series abiit in hancce : 3. 2. 6. 1. 5. 4. Ceterum ista sex foliorum perturbatio antiquior esse debet quam lacuna quæ est in *DLF* et in Didotiano inde a p. 400, 11 ad p. 407, 15, quoniam hanc lacunam nondum habent *KM;* antiquior item est quam lacuna p. 393, 11-395, 26, quam habes in *KM* et in *EN,* sed quæ in *F* nondum occurrit.

Editiones Dionysii, quarum ingens numerus est, videas, sis, in Hoffmanni Lexico bibliographico. Nobis notanda est præter editiones principes, quæ eodem anno 1512 et Ferrariæ et Viennæ prodierunt, editio Aldina anni 1513, e bono illa codice descripta. Deinde ampliore jam apparatu critico instructi Robertus et Henricus Stephanus Dionysium et Eustathium lacunis mutilum ediderunt Lutetiæ, ille an. 1547, hic an. 1577. Ex Henrico Stephano posteriores editores, e quibus Hillium et Hudsonum commemoro, pendent per annos 240 sive usque ad annum 1817, quo F. C. Matthiæ, collecta e codd. supellectile ac nova carminis recensione instituta, haud pauca melius jam in Periegesi adornavit, quam una cum Avieni metaphrasi et Arato et Catasterismis Eratosthenis edidit Francofurti an. 1817. In eadem via longius deinceps progressus est Passovius, qui periegesin annotatione critica instructam an. 1828 (Lipsiæ, sumtibus Teubneri) exhibens in præmissa præfatione p. IX arrogantius quam verius asseveravit Dionysium ab ipso talem dari, qui ab omni parte genuinus et emendatus haberi possit. His tandem successit Godofredus Bernhardyus, qui et priorum editorum materiam criticam et copias a Bredovio e codicibus Parisinis congestas in usus suos convertens Dionysium una cum Avieno, Prisciano, Eustathio, scholiis et paraphrasi denuo recensuit atque commentario instruxit acuminis critici et eruditionis reconditioris thesauris plenissimo, adeo ut post tantas messes nihil nobis nisi spicilegium relinqueretur. Editio Bernhardyana duobus voluminibus prodiit Lipsiæ an. 1828.

Græcæ Periegeseos paraphrasi subjecimus Γεωγραφίαν συνοπτικήν, quam e vitiosa Dionysii paraphrasi et secundum orbis Dionysiani tabulam Nicephorus Blemmides, sæculi XIII monachus, confecit. Opusculi hujus codicem Londinianum Salmasius (in Epist. lib. I, 123 ed. Lugdun. Bat. 1656, 4) commemorat; e codice Bodlejano librum editurus erat Hudsonus (v. G. Min. t. 2, p. 208); Bredovius vero tum hoc tum alterum ejusdem Blemmidæ Περὶ γῆς opusculum (jam olim illud an. 1605 a Wegelino Augustæ Vindelicorum editum) e codice Parisino N. 1414 exscripsit (V. Bredovii Epist. Paris. p. 43), ex Bredoviano autem apographo edidit Spohnius (Lips. 1818. 4), sicuti paullo post ex Holsteniano codicis Vaticani apographo Manzius exprimendum curavit (Romæ 1819). Post hos Bernhardyus Blemmidæ in Dionysii comitatu locum benigne concessit. Codex Escorialensis, quo nos usi sumus, in catalogo codd. Escor. signatur : Ω, 4, n. 29.

(1) Codicem Didotianum adhibere non potui, quum quo tempore ille emtus est, Eustathius typis jam expressus esset.

Codicum sigla in notis ad Dionysium et scholia.

A	Parisinus	388 Suppl.
B	—	2771
C	—	2723
D	—	2855
E	—	2852
F	—	2562
G	—	2735
H	—	2772
I	—	1310
K	—	1411
L	—	2708
M	—	2730
N	—	2833
O	—	2834

P — 3023
Q — 36 Suppl.
R — 1603
S — 1772
T — 2008
U — 2731
V — 2732
W — 2843
X — 2853
Y — 2854
Z — 1765-66
Ω — 83 Suppl.
a Brunckianus.
b Dresdensis 175.
c Guelferbytanus.
d Monacensis.
e Rhedigeranus.
f Schœnemannianus.
g Bodlejanus 1.
h — 2.
i — 3.
k — 4.
l Cantabrigiensis.
m Etonensis.
n Mosquensis.
o Palatinus 40.
p Petavianus.
q Schellershemianus.
r Vindobonensis 1.
s Vindobonensis 2.
t Vaticanus Palat. 96.
u — 102.
v Vat. Vecchiæ 117.
w Vat. Palat. 139.
x — 40.
y Vat. Vecch. 922.
z Vatic. Pal. 154.
β — 319.
γ — 331.
δ — 42.
ε Berolinensis 81.
ζ Barberinus 43.

CODICUM SIGLA IN NOTIS AD EUSTATHIUM.

C Parisinus 2723
D — 2855
E — 2852
F — 2856
G — 2733
H — 2734
I — 2847
K — 1414
L — 2708
M — 2857
N — 2858
O — 36 Suppl.
P — 3023
S — 1772
U — 2731
Y — 2854
a Barberinus 144.
c Claremontanus.
d Monacensis.
e Matritensis 89.
l Cantabrigiensis.
m Etonensis.
s Vindobonensis 2.
y Vatic. Vecch. 922.
z Vatic. Pal. 154.
ε Berolinensis.

DE AGATHEMERI ET ANONYMORUM

QUORUNDAM SCRIPTIS GEOGRAPHICIS.

Sequuntur tres libelli geographici, qui in plurimis codicibus conjunctim exhibentur. Primus eorum inscribitur : Ἀγαθημέρου τοῦ Ὀρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις. Totus ex antiquiorum auctorum, Artemidori maxime, scriptis collectus est. De ætate collectoris non liquet; parum enim proficimus ex eo quod quæ Agathemerus § 6. 7. 9 p. 472 sq. habet, eadem iisdem pæne verbis apud Joannem Damascenum (De orthod. fid. 2, 26), seculi octavi scriptorem, leguntur, sive is hæc ex Agathemero sumserit, sive uterque auctor e communi fonte sua depromserit. Ceterum nomen Agathemeri in titulis haud infrequens. Apud Gruterum p. 240 sq. in marmore Vespasiani tempore inscripto memoratur *L. Ælius Agathemer,* et in alio an. 152 p. C. exarato : *Julius Agathemerus* et *C. Vatronius Agathemer,* in quo *Vatronio* Orthonem nostri Agathemeri patrem Vendelinus agnoscere sibi visus est. In Arundelianis marmoribus p. 34 habes : Γ. Αἰλ. Ἀγαθήμερον Ἐφέσιον, qui Commodianis temporibus vixit. Ibidem p. 40 legitur : ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ Ἀγαθημ..., et p. 49 in epitaphio : *Cl. Agathemeri.*

Præmissis nonnullis, quæ ad geographiæ historiam veterumque de orbis terrarum figura et divisione sententias et ventorum rationes pertinent, primum Agathemerus exponit de maribus eorumque dimensionibus deque oræ maritimæ in singulis continentibus longitudine; quo in loco (§ 10 p. 474) numeri et verba proxime accedunt ad ea quæ in Marciano leguntur (tom. I, p. 520), ut communem his fontem subesse, Protagoram fortasse, scriptorem Ptolemæo juniorem, quo usum esse Marcianum novimus, suspicari liceat. Quæ vero deinceps apud Agathemerum de orbis habitabilis longitudine et latitudine leguntur, computus reddunt Artemidoreos, ut ex Plinio liquet, qui eadem, addita fontis mentione, exponit lib. 2, c. 112, ita ut quæ apud utrumque scriptorem corrupta sunt, ope mutua corrigi possint; quamquam hucusque Agathemerus ad hoc potius adhibitus est ut sanissima quæque in Plinio corrumperentur (V. not. ad p. 475-481). Subjungitur de insularum magnitudine caput, quod ex auctore Artemidori maxime rationes secuto ductum esse compluribus locis proditur.

Alterum opusculum (p. 488-493), cui auctoris nomen non præfigitur, titulus vero est : Διάγνωσις ἐν ἐπιτομῇ τῆς ἐν τῇ σφαίρᾳ γεωγραφίας, magister quidam e Ptolemæo excerpsit et Philoni cuidam discipulo (1) dedicavit (p. 488, 1 : ὡς ἂν ἐπὶ μνήμης ἔχῃς, ὦ Φίλων ἄριστε, ὅσα καὶ διὰ ζώσης φώνης παρ' ἡμῶν ἀκήκοας), ad quem subinde oratio convertitur (p. 488, 12; 489, 16 et 19 et 37 et 43; 491, 15; 493, 25). Cujus instituti ne levissimum quidem in priori tractatu vestigium deprehenditur, qui præterea etiam dictionis simplicitate a ludimagistri nostri oratione aniliter garrula magnopere differt. Miror itaque fuisse qui, quum nullum auctoris nomen in fronte appositum legerent, pagellas has ab eodem Agathemero qui præcedentia scripsit, profectas esse putarent.

Tertius libellus, cui titulus : Ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ, quoniam multa eorum de quibus Agathemerus egit, denuo exponit, sponte intelligitur auctorem ejus ab illo esse diversum. Concinnatum opus ex fontibus variis. Quæ § 1 sqq. de universo orbe terrarum et de terræ habitabilis ambitu proferuntur, dicta sunt secundum placita Eratosthenis. Sequens singularum regionum descriptio (§ 5-26) in plurimis cum geographia Ptolemæi concinit, nonnulla tamen sibi propria habet. Idem cadit in ea quæ deinceps leguntur de maximis insulis et montibus et fluviis (§ 27-31) et de mari Magno (§ 32-36). In his quum

(1) Hunc esse Philonem Byblium qui inde a Neronis ævo floruit et præter alia etiam περὶ πόλεων opus composuit (v. Fr. H. III, p. 560), hariolatur Berkelius ad Steph. Byz. s. v. Ἄμισος.

locus occurrat (p. 503, 13), ubi tantum non ipsissima verba Marciani habes, qui fontes suos (Ptolemæum et Protagoram) verbo tenus fere exscribere solet, suspicio nascitur Nostrum quoque Anonymum præter Ptolemæum adhibuisse geographiam Protagoræ. Sequitur de ventis caput, quale jam in Agathemero legimus, et post hæc sermo est (§ 39, p. 504) de terræ habitatæ dimensionibus, quas Agathemerus ex Artemidori computu prodidit, dum Noster in his auctorem sequitur, qui terræ formam rhombi figuram referre statuit, maximamque ejus latitudinem in meridiano per Hippicos Sarmatiæ montes ducto inde a parallelo Tanaidis fere ostia tangente pertinere censuit usque ad parallelum qui transit per regionem Rhapto Libyæ promontorio proximam, ut probabiliter nobis statuisse videmur in annot. ad § 39, p. 504. Latitudo illa ex Anonymi sententia stadiorum est 32,500 sive graduum 65, dum apud Ptolemæum est 40,000 stadiorum sive 80 graduum. Ceterum in singulis terræ partibus Noster mensuras Ptolemæi, quantum ejus fieri poterat, servavit, ut ex iis quæ de mari mediterraneo et Ponto Euxino et de *longitudine* maris Caspii (§ 40-42) traduntur, intelligitur; dissensus ultimis austri et boreæ plagis continetur. Sic maris Caspii *latitudinem* Noster multo minorem quam Ptolemæus statuit, et Jaxartem magis quam ille austrum versus removet, ac simili modo de mari Brevi (§ 43) a Ptolemæo recedit. — Quæ deinceps leguntur (§ 46 sqq.) de continentium divisione mariumque dimensionibus tantum non omnia iisdem fere verbis in Strabone habes.

Codices horum libellorum mihi innotuerunt undecim :

1. *Parisinus* N. 1406 (nobis *A*), sæc. XVI, chart. in fol., constans foliis 25. Tribus nostris libellis subjicitur fragmentum 1 Dionysii Byzantii. Hic liber cum codice Escorialensi in plurimis conspirat.
2. *Parisinus* N. 1405 (nobis B), sæc. XVI, chart. in fol. Geographica nostra (fol. 1-17) excipit fragmentum Dionysii Byzantii, ut in N. 1406; deinde sequitur Herodoti liber primus (fol. 18-35), tum, post aliquot folia vacua, leguntur Hermetis mathematica ad Ammonem Ægyptium et alia octo opera argumenti varii.
3. *Parisinus* N. 2554 (nobis *C* et *D*), sæc. XVI, chart. in 4°, Insunt : Theodosii grammatici Alexandrini Isagogici Canones (fol. 1-86). Georgii Chœrobosci Orthographia (fol. 87-108). Geographica nostra (nobis *C*) et Dionysii fragmentum (fol. 109 sqq.). Eadem iterum (nobis *D*) inde a fol. 135. In laterculo codici præfixo legitur : Ἀγαθημέρου τοῦ Ὀρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις. Ἔστι δὲ δὶς γεγραμμένη, ἀλλ' ἡ μὲν α' μείζων καὶ ἀμείνων τῆς ἑτέρας. Id vero falsum est; nam utrumque apographum eadem præbet, neque alterum altero meliora habet.
4. *Scorialensis* I, Ω, n. 11 (nobis *E*), sæc. XVI, chart. Nostra præbet in fol. 334-348. Hunc codicem ipse contuli.
5. *Matritensis* N. 138 (nobis *F*), quem a me rogatus Busemakerus meus contulit, mutilus est. Desinit in verba : καθ' ἡμᾶς θάλασσαν ἡ Κύπρος p. 500, 32 ed. nostræ.
6. *Parisinus* N. 2857 (nobis *G*), quem supra jam laudavi, post Eustathii in Dionysium commentarios præbet Agathemeri fragmentum (§ 1-8) quod desinit in verba : καὶ Ἰόνιον καὶ Ἀδριανόν, p. 473, 32.
7. *Chiffletianus* (nobis *H*), quo usum se dicit Godofredus Vendelinus.
8. *Palatinus* N. 62 in Catalogo Sylburgii et
9. *Altempsianus* (i. e. cardinalis de Altemps), quos memorat Lucas Holstenius in Epist. ad Peirescium (m. febr. an. 1628) p. 54 ed. Boissonade, ubi hæc : « Ἀγαθημέρου τοῦ Ὀρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις : cujus fragmentum [e cod. Paris. 2857?] mihi Londini ex cl. Casauboni bibliotheca suppeditavit Patricius Junius [*Young*]; sed integrum postea descripsi ex tribus regiis codicibus Lutetiæ. Est egregium opusculum et ex optimis antiquis auctoribus confectum, quibus nunc caremus. Puto vixisse ante DCC vel DCCC annos, cum Damascenus integra aliquot capita inde transcripserit in libros De orthodoxa fide. Emendavi id nuper ad Palatinum et Altempsianum exemplar. Incipit Ἀναξιμανδρος ὁ Μιλήσιος... Finit : Λέσβου περίμετρος αρ' [p. 487, 4 ed. nostræ]. Est XVIII foliorum græco-lat. in 4° [sc. Holstenianum apographum et versio lat.]. — 2. Ἀνωνύμου ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ. Ejusdem notæ opusculum cum præcedenti repertum in iisdem regiis mss. Sequitur in omnibus fere Ptolemæum. Emendavi ex optimo codice Altempsiano. Incipit : ἡ τῆς ὅλης γῆς περίμετρος [p. 494 ed. nostr.]. Finit : ἡ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς θά-

λασσα τοιαύτη [p. 509, 26]. Distinctum est in XIV capita; continet folia 24 græcolat. in 4°. Hoc opusculum ita placuit P. Bertio, ut conatu mihi extorquere studuerit, ut Breviario suo geographico subjungeret ἐπιτομὴν hanc admodum concinnam, et publice prælegeret auditoribus suis. — 3. *Anonymus de describenda terra in globo* ex mente Ptolemæi. Habui ex regia bibliotheca, sed corruptissimum et absque schematis mathematicis, in quorum demonstratione totum opusculum consistit, nec intelligi potest absque illorum ope. Id quoque ex Altempsiana emendavi, ubi et figuras illas descriptas reperi. Incipit : Τοῦ τεχνικοῦ Πτολεμαίου [p. 487]. Est XII foliorum cum latina versione in 4°. Hæc opuscula hactenus lucem non adspexere.»

10. *Viennensis*, quem Gronovius in Geogr. Antiq. (Lugd. 1697) p. 171 laudat, et describit Nesselius in Catalogo codicum Vindobon. P. V. p. 172 et Kollarius in Commentariorum de August. Bibl. Cæs. Vindobon. supplementi libro primo postumo p. 533 et 543. Insunt : 1. Dionysii Periegesis. 2. Observatio de duodecim ventis : Ἰστέον ὅτι ἄνεμοί εἰσι δώδεκα etc. (fol. 32). — 3. Excerptum de mensuris Ponti Euxini (De his cf. Dionysii codices Parisinos 2708 et N. 83 Supplementi). — 4. Julii Alexandri Introductio synoptica in Astrologiam apotelesmaticam (fol. 33-103). — 5. Æschyli Prometheus vinctus (fol. 104-177). — 6. Agathemeri hypotyposis et sequentis anonymi fragmentum usque ad verba : σταδίων δὲ μυριάδων δ', ὡρῶν δὲ δ'. Μὴ κατὰ πλαγῆς [p. 489, 16 ed. nostr.].

11. *Savillianus* quidam codex citatur ab Hudsono in Geogr. Min. tom. 2, p. 1 et 12 et passim.

His libris nescio an addendus sit is quem Vossius in annot. ad Pomponium Melam 1, 19 laudat (Vid. not. ad Anonym. § 31 p. 502).

Edere hæc geographica voluit Godofredus Vendelinus, sed antequam ederet obiit. Apparatus Vendelinianus in manus venit Samuelis Tennulii, qui græcis versionem latinam et annotationem nullius pretii addidit eaque imprimenda curavit Amstelodami 1671, 8. Ceterum, præeunte Vendelino, Tennulius ita rem adornavit ut tria nostra opuscula, quum ejusdem auctoris, Agathemeri scilicet, esse putaret, in unum corpus conjungeret, idque in duos libros dispesceret, quorum priori priores duos libellos, alteri tertium assignaret (V. not. p. 471). Hac in dispositione quantumvis inepta posteriores editores bona fide acquieverunt, Jacobus Gronovius (in Geographicis antiquis, Lugd. 1677), Hudsonus (in Geogr. Min. tom. 2, an. 1697) et S. F. G. Hoffmannus (Lips. 1842), quamquam hic in præfatione libellos illos non ab eodem auctore profectos esse monuit. In Hudsoniana editione prolixam Dodwelli habes de ætate Agathemeri dissertationem, quæ quum perversæ de scriptis Agathemeri sententiæ superstructa sit a viro qui nihil unquam tetigisse videtur, quod non corruperit, silentio nobis pro more nostro premenda erat (1).

Editores quamquam passim quædam emendarunt, in plurimis tamen textum græcum, quem male intelligebant, talem reliquerunt qualem Tennulius dederat omni corruptelarum genere squalentem. Quorum vitiorum bonam partem codicum nostrorum ope, qui etsi ex uno archetypo parum emendato fluxerunt, non ejusdem tamen omnes pretii sunt, corrigere licuit; alia vero plurima ope Plinii et Ptolemæi et Strabonis atque diligentiore rerum geographicarum consideratione in integrum restitui potuerunt. His auxiliis nos pro virili usi sumus, adeo ut libelli isti nova fere facie induti nunc prodeant.

(1) « Satis jam librorum vilium et nugarum inficetarum a tribus inde seculis ad antiquitatem illuminandam redundavit, quibus si quid frugis inest, id decet solerter indagatum usibus doctrinarum accommodari; sin minus, oblivione perpetua tandem aliquando vim illam impedimentorum obruemus, quo sacris his expiatis firmitate animi qua opus est, et hilaritate muneri gravissimo satis faciamus. » Bernhardyus Præfat. in Dionys. p. XIX.

ANONYMI

TOTIUS ORBIS DESCRIPTIO.

Scripta geographica, de quibus modo egimus, in volumine nostro excipit latina græci opusculi interpretatio duplex, quarum prior (*A*) a Juniore philosopho elaborata titulum præfixum habet : *Totius orbis descriptio*, alterius (*B*) vero ab Anonymo profectæ et initio mutilæ ad calcem legitur : *Explicit Expositio totius mundi et gentium*. Nimirum latinis nostris fontem græcum subesse manifesto coarguit græcissans sermonis barbaries, qua horret Anonymi potissimum versio (1), quam a Jureto Salmasius, a Salmasio accepit primus ejus editor Jacobus Gothofredus. Ab eodem Jureto Salmasius etiam Lucii Ampelii apographum e codice accepit, qui haud diversus esse censetur ab Ampelii codice Divionensi in bibliotheca S. Benigni asservato (cujus Sismondus ad Sidon. Apollini 9, 301 meminit), quoniam Juretum Divione vixisse multisque illius bibliothecæ libris usum esse constat (2). Quodsi igitur Anonymi nostri codex adhuc superstes alicubi latet, nescio an Divione quærendus sit vel etiam in bibliotheca Montepessulana, in quam libri permulti e bibliotheca S. Benigni translati sunt. Ceterum Gothofredus auctorem suum non modo prolegomenis et annotatione illustravit, sed interpretatione quoque tum latina tum græca donavit, quarum illa barbaram Anonymi orationem in elegantius dicendi genus traduceret, hæc vero græci auctoris deperditi vicem gereret. Utramque nos, Burmanni exemplum secuti, abjecimus, quum latina sit inutilis, græca autem puerile quippiam habeat, quippe quæ et ipsa barbara sit nec ullam lucem affundat, si quid in latinis dictum obscurius (3).

(1) V. c. § 55 *propter suorum frui cum securitate velle*, διὰ τὸ τῶν ἑαυτῶν ἀπολαύεσθαι μετ' ἀσφαλείας βούλεσθαι, § 19 *historiantur*, ἱστοροῦνται, *ut odire*, ὥστε μισεῖν, ac similiter alia multa.

(2) V. Eduardus Wœlfflin, De Lucii Ampelii libro memoriali quæstiones criticæ et historicæ (Gœttingæ, 1854) p. 8.

(3) Gronovius in præfat. ad Geographica antiqua : « Hic autem (Gothofredus sc.) singulari laboris genere frui optans, non modo notis adjuvare intelligentiam ejus scripti voluit, sed quum jure sibi imaginaretur esse Græci opusculi interpretationem, ex se revocare tentavit græca, eaque denuo in latinum transfudit. Quo utroque delectari voluisse eum non vitupero, sed publice inde venire aliquod emolumentum non video. Nam neque hic libellus legi debet latinæ linguæ gratia, et sententia ejus tamen sic aperta est, ut per illas translationes plane non fiat clarior. Interim hæc ratio agendi istam invexit molestiam, quod nonnullos in his quoque terris deceperit, qui græca illa pro antiquis adspicientes, illepide et ridicule citarent inde partes ad linguæ illius doctrinam probandam, quorum infelicitati parco. Propterea hanc sarcinam ut nimis tædiosam et periculo mixtam et plane non utilem gravans hinc abegi, ipsum solum vetus exemplar edere dignatus, quia et dignum est ut nostris cognoscatur, et continet nonnulla, unde egregie illustrari antiqua possint, quod dies docebit. » — Ut græca Gothofredi pro antiquis venditaret, inter alios accidit Angelo Maio (v. infra) et viro docto in Steph. Thes. gr. s. v. Λιβανίτης et Μουσεῖον.

Alteram opusculi nostri interpretationem, quæ Junioris cujusdam philosophi nomen profitetur, e codice Cavensi, Palermi, ut videtur, scripto (v. not. p. 528), primus protulit Angelus Maius (1) in Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum tomo tertio (p. 385 sqq.), ubi de libro illo deque opera sua disseruit hunc in modum.

« Cavense PP. Benedictorum haud procul urbe Salerno monasterium vir cl. Joh. Mabillonius, ejusdem ordinis monachus, in suo itinere italico p. 116-118 breviter quidem sed non injucunde descripsit. Exin ætate nostra doctus alius vir gallus cognomento Rozanus monasterii ejus bibliothecam prolixiore commentario illustravit. Ego anno MDCCCXXVI ad hunc locum insignem forte progressus, et humanitatem incolarum monachorum expertus plurimam, ibique brevi diei parte moratus, nihil aliud ferme videram quam diplomata aliquot et nobilissimum atque antiquissimum latinorum bibliorum codicem, cujus deinde apographum, obsequii gratia erga Pontificem maximum Leonem XII, qui me

(1) E Majo libellum repetendum curavit G. H. Bode in Scriptt. rerum mythicarum, 1834, tom. II.

suadente id optaverat, reverendissimus monasterii Abbas, cum RR. monachorum consilio accurate confici atque ad Vaticanam bibliothecam mitti curavit. Est autem præclari apographi auctor reverendissimus dominus P. Egnatius Rubeus, Cavensis archii præses et apostolicus protonotarius, cujus laborem, sedulitatem, diuturnam patientiam peritiamque summam admirari nemo satis poterit; merita vero ejus erga Vaticanam Pontificis maximi bibliothecam immortaliter manere necesse est. Iterum ego superiore anno MDCCCXXX ad Cavense monasterium reversus, ut biblici apographi confectionem quæ jam ad exitum vergebat inspicerem, vi pluviæ maxima ibidem solida die subsistere coactus sum : atque interim ne in tam fructuoso loco cessarem, inspexi præ ceteris codicem quemdam, litteris longobardicis paulo post sæc. X exaratum, qui inscribitur *Beda de temporibus*, continetque insuper prolixam seriem testimoniorum ex diversis patribus partim fortasse ineditorum; in ejus autem calce tractatum quemdam geographicum observabam, cujus est titulus : INCIPIT LIBER JUNIORIS PHILOSOPHI, IN QUO CONTINETUR TOTIUS ORBIS DESCRIPTIO. Porro id scriptum quia bonæ frugis minime expers satisque antiquum et romano adhuc stante apud occidentales imperio compositum videbam, protinus ad exscribendum incubui, tam impense mihi favente, quem jam honoris causa appellavi, archii præside, ut codicem ad hospitale meum cubiculum festinandæ scriptionis causa deferri voluerit : quod ego beneficium haud equidem minoris feci quam hilare prandium cœnamque et reliqua comitatis officia ab illis RR. monachis mihi tunc certatim exhibita.

« Jam vero de hoc geographico opusculo quum postea Romæ meditarer, cognovi id a Mabillonio olim in Cavensi bibliotheca visum, sed unico verbo appellatum op. cit. p. 118 sic : *In bibliotheca Cavensi pauci supersunt codices, Hilarius de trinitate et de synodis, liber de geographia antiqui auctoris, vitæ patrum Cavensium* etc. Neque plura ait Rozanus op. cit. p. 100 : « Le livre de Beda *de temporibus*, des extraits de celui *de etymologiis* de S. Isidore de Séville, et de plusieurs autres ouvrages composant ce recueil, que termine *Junioris philosophi totius orbis descriptio.* » Denique Muratorius S. R. I. tom. VII, p. 915 ex eodem codice chronicon Cavense divulgavit, sed tamen geographicum tractatum ibi inesse nescivit. Ego vero de hoc opusculo, ut dixi, meditans comperi id ab Jacobo Gothofredo anno MDCXXVIII Genevæ partim editum græce et latine; sed primo acephalum, quia deerat ei titulus operis et auctoris, parsque etiam ipsius operis usque ad locum qui a nobis infra indicabitur; deinde latinus textus prorsus a nostro laudabili diversus apud Gothofredum est, barbarus scilicet, pessimus, deformis, ineptus, inextricabilis, ab homine nempe profectus qui, ut ait Gothofredus, neque græce neque latine sciebat. Codicem corruptissimi operis habuit olim in Gallia F. Juretus, cujus apographum ad Salmasium transiit, qui ejus bis meminit in notis ad Solinum p. 986 et 1299. A Salmasio accepit Gothofredus editor, qui de auctoris nomine frustra disquisivit; nunc autem JUNIOREM PHILOSOPHUM appellare semet ipsum videmus, quia nimirum respicit ad antiquiores a se nominatos philosophos Berosum et Apollonium. Ceterum recte demonstravit Gothofredus vixisse hunc auctorem sub imperatore Constantio Constantini Magni filio, id quod nos quoque suis apte locis palam faciemus. » Hæc MAIUS.

Alterum ejusdem interpretationis exemplar bibliotheca Parisiensis habet in codice 7418 (fol. 264 sqq.), qui Cavensi libro est integrior, adeo ut lacunas, quibus ille passim laborat, supplere hinc licuerit. Ceterum discrimen quod inter Junioris et Anonymi libellos intercedit, non satis Maius perspexisse videtur. Videlicet Anonymi versio horridior quidem et scribarum negligentia magis depravata est quam illa Junioris, multo majoris tamen facienda est eo nomine, quod auctorem prodit qui græci exempli, in brevius fortasse contracti, tenorem reddere pro virili annixus sit. dum aliter res in Juniore se habet. Is enim quum sæpenumero verbo tenus cum Anonymo mirum in modum consentiat, scriptorem græcum ob oculos fortassis omnino nonhabuit, sed antiquiore versione latina usus est, quam consiliis suis eo accommodavit, quod quæcunque ad paganorum cultum et religionem pertinerent, ea christianus scriptor (1) omisit (v. § 30. 32. 34. 35. 36. 48. 52. 55), porro missa item fecit si quæ in suam ipsius ætatem haud amplius caderent (ut quæ in *A* § 32 leguntur de Antiochia imperatoris sede, et § 45 de

(1) Similiter in Dionysii Periegesi vertenda Priscianus egit.

Isauris contra Romanos rebellantibus), alia autem in arctius contraxit (V. §. 25. 28. 33. 34. 36. 44. 59), reliqua denique enarravit modo verbis auctoris sui presso pede insistens, modo suo indulgens ingenio, adeo ut oratio quantumvis inculta, minus tamen barbara sit quam in versione Anonymi. Præterea de suo penu Junior proœmium (§ 1-3) addidit, in quo opellam suam filio vel discipulo cuidam dedicat, deque proposito suo agens, postquam priscarum historiarum narratores enumeravit Mosem, Berosum, Manethonem, Apollonium Ægyptium, Josephum, deinde vero tanquam his recentiores Menandrum Ephesium et Herodotum et Thucydidem, ipse de rebus quæ a modo dictis scriptoribus memoriæ traditæ sint, brevi se expositurum esse profitetur. Quæ quum in subsequentem narrationem minime cadant ac præterea insignem hominis stuporem ostendant, a sophista, græci operis auctore, aliena esse, ac prorsus alia in eo operis proœmio, quod in Anonymi codice acephalo nunc desideratur, consignata fuisse, nemo, opinor, non intelligit.

De ipso scriptore græco ejusque opere haud indocte disseruit Jacobus Gothofredus. Itaque Prolegomena ejus hîc repetere operæ pretium sit.

PROLEGOMENA JACOBI GOTHOFREDI.

« Brevem hîc habes, benigne lector, sed veterem totius orbis descriptionem seu περιήγησιν τῆς οἰκουμένης, cujus latinam versionem a clar. viro Francisco Jureto primum acceptam et ex membranis descriptam, notis quoque in Symmachum (1) laudatam, peramice mihi communicavit Claudius Salmasius ille non magis literarum hodie quam amicorum meorum purpura.

« Græci scriptoris ἐπίστασις isthæc est, quæ ab insulso literione, græcæ latinæque linguæ juxta ignaro, in latinam linguam transfusa fuit tam inepte, ut jacuisse tamdiu non mirer, mirer potius enatasse. Ea barbaries ubique hanc interpretationem obsidet, ut, in tam conciso præsertim opere, non putes quicquam latere quod erui publice intersit. Et tamen contra est; nempe quod in balluca auri vel argenti adsolet, diligentius excutienti purioris metalli ramenta quam plurima intermicant. Quinimo (quis putet?) et hæc ipsa versionis barbaries in bonum vertit; nam quia interpres verbum verbo curavit reddere, græcanica etiam ubique constructione servata, quæ vitium latinis auribus sonaret, facile fuit græca saltem mediocria ex latinis facere non bonis.

« Auctoris nomen ut scire parum interest, ita non liquide datur. Alypii equidem, qui Cæsarii frater fuit, Geographiam memorat Julianus Epist. 31 (1), quam et ibi duplici nomine commendat, quod et superioribus geographiis accuratior esset, et iambis quibusdam eam exornasset. Verum an ea quicquam cum hac exegesi commune habeat, valde dubito. Namque hæc nonnisi majoris alicujus operis historici ἐπίστασις et ecloga est, quod ex quatuor locis in notis ipsis demonstro, ubi semper excessus et ἐπιστάσεως veniam auctor petit. Etsi blandiri contra videatur, quod hic Alypius Antiochenus fuerit, quod Ammianus ostendit lib. 23. Et vero hujusce libelli auctorem Antiochenum quoque fuisse puto. Vice versa illud Alypio hunc fœtum abjudicare videtur quod Ammianus dicat eum *Britannias curasse pro præfectis*, id est,

(1) Symmachi Epist. ed. Paris. 1604, 4. p. 179 not. Cf. Salmasius in Historiæ Aug. scriptoribus, Paris. 1620, p. 456.

(1) Julianus Ep. 30 ad Alypium Cæsarii fratrem hæc scribit : Ἥδη μὲν ἐτύγχανον ἀνειμένος τῆς νόσου, τὴν γεωγραφίαν ὅτε ἀπέστειλας· οὐ μὴν ἔλαττον διὰ τοῦτο ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀποσταλέν· ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βέλτιον καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ, προσθεὶς τοὺς ἰάμβους, οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλιον, κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς νόμοις ἁρμόττειν. Iambi illi orbis terrarum tabulæ, quam Alypius Juliano misit, fortassis additi vel inscripti erant similiter atque poemation quod est de tabula jussu Theodosii junioris facta his incipiens verbis : *Hoc opus egregium, quo mundi summa tenetur* etc. Vid. Poet. min. ed. Wernsdorf. tom. 5, p. 536. Mira est sententia Dodwelli in Dissert. De Anonymi Periplo Ponti Eux. § 7, qui Alypii geographiam, quasi musivo opere variegatam, alternis oratione soluta et iambis tesselatam fuisse putat. — Ammianus 23, 1, 2 (an. 363) refert Julianum Alypio Antiochensi, qui olim Britannias curasset pro præfectis, Hierosolymitani templi instaurandi negotium dedisse. Ceterum Anonymum nostrum neque Alypium istum neque alium quendam Antiochensem fuisse censeo. Quodsi Noster multus est in describendis Syriæ urbibus, diutius tamen immoratur laudibus Alexandriæ, ut vel propterea auctorem Alexandrinum potius fuisse credideris. Eamque opinionem firmant tum verba : *tamen quos videmus miramur* (§ 34 p. 519, b), tum vero illa : *Piscium enim tria genera manducat* (Alexandria), *quod altera provincia non habet, fluminale, stagnense et marinum* (§ 35, p. 520 *a*). Hoc enim non scripsisset homo Antiochenus, quum Antiochia quoque, Libanio teste, tria ista piscium genera manducaret. Quare ipse etiam Gothofredus in nota ad h. l. suam de patria scriptoris conjecturam in dubium revocavit.

vicarium Britanniarum fuisse; atqui auctor hic de Britannia tanquam sibi incognita loquitur : *Britannia*, inquit, *provincia, sicut qui fuerunt narrant, valde maxima;* nisi post hunc libellum eum Britanniam adiisse putemus.

« Religione paganum se ubique manifeste auctor prodit, partim quia de deorum cultu passim agere instituit (Ægyptiacam et Alexandrinam superstitionem commendat; Mercurio literarum, Æsculapio medicinæ, Musis bene canendi facultatem et originem, Veneri formositatis decus tribuit; theologiam mythicam sequitur; Homeri, Virgilii fabulas premit), partim quia de paganis ritibus tum in Syria, Alexandriæ, Romæ stantibus ter quater vectari videtur, veluti de Venere Heliopoli tum magnifice culta, de deorum cultu et mysteriis et Serapidis templo Alexandriæ stantibus, de sacro virginum Vestalium et haruspicina Romæ vigentibus, de Jove, Sole, matre Deum Romæ pariter tum cultis. Et tamen Sacris scripturis eum incursasse (quod fecisse hac tempestate sophistas Themistii quoque exemplo liquet), compluribus argumentis colligo, quæ in censum τῶν συμπιπτόντων haud tam facile referam : adeo quidem ut nonnulla imitatus videatur, Julianeo more, ad Sacram scripturam impie traducendam.

« Sophistam vel rhetorem indubie eum fuisse multa loquuntur : primo tum ipse scribendi character et κομψεία, tum ipsa ματαιοτεχνία ceteris sophistis familiaris, dum multa videlicet μουσόληπτος ex Homero (quem patrem et vocem sophistarum dixerunt, σοφιστῶν πατέρα καὶ φωνήν, ex quo sophistæ conceptus et dictionum venustatem capiebant), multa item ex Virgilio desumit, multa de deorum vita, de diis et divinitate in montibus, veluti in Olympo, Ætna, Libano, nugatur. Dionem Prusæum, Chrysostomum, Libanium, Julianum, Themistium, Eunapium (sophistas omnes) intuere, eadem omnia reperies. Secundo sophisticen ejus arguunt tam crebræ observationes de literarum inventoribus, sophistis, philosophis Ægyptiis et Alexandrinis, de viris doctis Cappadociæ, Galatiæ, Achaiæ, Hispaniæ, Siciliæ, Cretæ; chartæ etiam Ægyptiacæ commendatio magno hiatu; eruditarum seu (ut ipsi loquebantur et vero Noster loquitur) ἱστορίας ἕνεκα peregrinationum, cum maxime vero Athenarum a literis commendatio, quæ hac tempestate, si quando unquam, consummandæ juventuti et a sophistis frequentatæ; quam in rem in notis plura dixi. Testes interea ejus rei sunt tam multi et magni nominis sophistæ, quos hac tempestate memorat Eunapius, et in his Julianus, Proæresius, Epiphanius, Musonius, Himerius, Libanius, alii, quibus adde et Leontium; testis Julianus imperator, qui ibidem institutus, imo inquinatus; testes etiam e Patribus nonnulli, Gregorius Nazianzenus (qui et *Athenas aureas sibi fuisse* ait), Basilius Cæsariensis, de quibus docte Baronius in Annalibus. His adde et Berytenses jurisconsultos : ut videas ubique literarum studiosum et sophistam. Et sane hæc illa ætas potissimum fuit, qua et inter gentiles sophistice plurimum viguit, quo magis videlicet Christiana fides invalesceret. Ita scribendi provinciam in hoc et simili scribendi genere exegetico, historico, sibi sophistæ vindicarunt, ut ceteroquin geographia philosophicis studiis conjuncta est. Quare et historiam ipsi callentes eandem docuere vel scriptis etiam tractavere, sic ut ἐν συγγράμμασι his excellerent, καὶ ἱστορίαν ἱκανοὶ γράφειν; immo geographiam seu cosmographiam vel maxime tractare potuerunt duabus de causis, tum quia in peregrinationibus ipsi ἱστορίας ἕνεκα assidui essent, et e sophistis nonnulli περιοδεῦται seu circuitores perpetui. Fidem facit quoque Æthicus, et ipse sophista (quo etiam nomine indigitari solet), qui Cosmographiam et ipse scripsit, immo, si Flodoardo credimus, Itinerarium quod vulgo Antonini. Spectasis et auctorem libelli qui Breviario Theodosii junioris seu Notitiæ imperii subditus est; philosophum is et sophistam se profitetur, et tamen de rebus bellicis agere sustinet, de inhibenda largitate, de fraude et correctione monetæ, de judicum pravitate, de relevando militari sumptu, de machinis bellicis, de bellico apparatu, de limitum munitionibus, de legum vel juris confusione purganda : ut ex his omnibus jam videas potissimam reip. et rerum actus partem et τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν (cujus pars et geographia) sophistas hoc etiam ævo sui juris fecisse, quod Julianus in Epistolis diserte ait : Σοφισταὶ τὸ κατὰ σφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. Quare et *politici* iidem dicti, et πολιτικὸν eorum θρόνον Athenis fuisse scimus.

« Patriam suam nullibi hic auctor prodit, quod tamen in cosmographico et historico opere satis mirum, ubi ferme scriptores, cum ad patriam deventum est, ejus indicinam aliquam facere solent. Sane cum illud liqueat non Occidentalem fuisse, sed Orientalem et

Græcum, facilius est dicere cujas non fuerit, quam cujas fuerit; siquidem Ægyptium se non fuisse (etsi in Ægyptum descenderit), non Arabem, non Cappadocem, non Galatam, non Phrygem, non Armenium, non Paphlagonem, non Ponticum, non Isaurum, non ex Asia Proconsulari, non Thessalum, apertissime prodit, cum alienam fidem ubique, dum in his est, interponat. Quid igitur? Sunt quæ inducant Syrum fuisse hunc scriptorem : primum est exacta illa et anxia pæne Syriæ descriptio, ubi non contẽntus totius Syriæ laudes et summam proponere, vel etiam metropoleos, Antiochiæ puta, bona efferre (quod alioquin etiam prolixe facit, ubi de Ægypto et Alexandria agere instituit), octodecim insuper Syriæ civitates claras singillatim ferme persequitur; mox et duabus observationibus singularibus Syriæ descriptionem claudit, quarum prior est, quid circa res necessarias et utiles ad vitam humanam singulæ Syriæ civitates conferrent; posteriore voluptates et voluptatum artifices per singulas Syriæ civitates designatum ivit; et post hæc omnia, brevitatis adhuc veniam deprecatus : *Et hæc quidem*, inquit, *Syriæ ex parte; prætermisimus enim multa, ut non extendere extra opportunum orationem videamur, et ceteras regiones quoque et provincias scribere possimus*. Alterum est, quod ubi de Roma agere instituit, tria numina, Solem, Jovem et Matrem Deûm Romæ culta observat, nempe ideo quod et hæc ipsa tria numina Syrorum essent; Jupiter, inquam, unde et Jupiter Syrius; Sol, quem pariter ut Jovem sub variis nominibus colebant, et quidem præcipuo cultu Heliopoli Syriæ, unde *deus Heliopolitanus*, de quo et Macrobius in Saturnalibus; tandem Mater Deûm, quæ proprie ideo *Dea Syria* apud Romanos vocabatur, ut fidem faciunt Lucianus et Apuleius. Tertium argumentum (1) præbent voces ab eo usurpatæ, procul dubio apud Syros usitatæ, veluti καλοπέται § 32, quos alii καλοβάτας dixerunt, pro funambulis. Item quod Tyrios in omnibus portis, πύλαις, potentes vocat (2); vix enim alibi quam ea parte *portarum* harum mentio. Est tamen quod et Commagenum seu Hierapolitanum fuisse suadeat : nempe quod de hac nullum verbum faciat, cum tamen tanta fuerit Hieropolitanæ civitatis fama, ut nulla alia magis superstitione gentilitia clara fuerit, et in qua Constantius ipse sæpe substiterit. Quare videatur hic auctor de Commagena et Hierapoli nil egisse, quod in ea ipse scriberet. Sed priori sententiæ adhæreo.

« Verum hæc omnia adhuc scire parum interest, nisi tempus educatur, i. e. seculum ac propemodum annus, quo hic libellus conscriptus est, quandoquidem omnis Cosmographia ad cujusque ætatis rationem comparata est. Seculum igitur auctoris colligere primum liceat ex nonnullis vocibus latinis, quas Græcia Constantiniano seculo et proximo sui juris jam fecit, veluti κωμίτατον, χιρχήνσιον, κελλάριον, βηλάριον etc., quæ sane Constantinianum vel proximum ei seculum arguunt. Hoc primum. Secundo ex statu religionis gentilitiæ per ea tempora, quem hic auctor indicat, pariter seculum auctoris dignosci potest. Nempe enim Serapium Alexandriæ adhuc stetisse tum aperte significat. Quare necesse est ante Theodosium M. scripserit, i. e. ante an. 391. Id enim ab eo imperatore destructum Eunapius, Zosimus et scriptores ecclesiastici testantur. Idem virgines Vestales septem Romæ tum adhuc sacra fecisse scribit; atqui notum est et notatum, quid paulo post his contigerit. Tertio ex statu imperii Romani et iis quæ de eo scribit, id ipsum colligere licet. Primum enim de Persis, Saracenis, Isauris, Romanum imperium infestantibus agit; at enim hoc illud seculum est, et quidem Constantii, in quod hæc omnia conveniunt, quod in notis prolixius ostendo. Jam ad illa mihi sis specta : munimenta Mesopotamiæ Persis opposita; urbium clararum seu metropolitanarum singularum designationem; Berytensium jurisconsultorum copiam; medicos Alexandrinos, equos Cappadocum dominicos; equites sagittarios Armenios; Cappadoces etc. partim doctos, partim in ministerio principis tum constitutos; delectum militum ex Thracia; Athenarum a literis commendationem; Campaniam, cellarium urbis Romæ; Sirmium, Antiochiam, Treverim habitationem imperatorum; Galliam imperatorum avidam; urbis Trevericæ et Arelatensis elogia. Tandem specta, quibus quamque urbem excelluisse tum notat, seu cujusque urbis decora, veluti vinum, frumentum, vestes, jumenta, metalla, aliasque species, quæ omnes conferri ex singulis civitatibus et provinciis fisco solebant (unde et *fiscales* species dictæ) : sane vel ex his ejusce seculi quod

(1) At vid. not. ad § 32, p. 519.
(2) At vide not. ad § 24.

Constantinus M. ferme aperuit, genium et ingenium deprehendas.

« Sed quid moramur? Constantini M. nominatim et Constantinopoleos ab eo excitatæ et canonis seu annonæ Alexandrinæ ei destinatæ et Basilicæ Nicomediensis a Constantino instauratæ mentionem hic scriptor facit, ita tamen ut de mortuo jam Constantino sentire eum videas, utpote quem nullo elogio transmittit. Contra Constantii imperatoris ita meminit, ut intelligas eum de præsente omnino imperatore et suorum temporum æquali loqui, cum videlicet de portu Seleuceno ab eo excitato agens eum *dominum orbis terrarum* vocat; *dominus*, inquit, *orbis terrarum Constantius portum fecit:* quod sane de superstite dici certissimum est, pariter ut cum de imperatoris sede Antiochiæ loquitur, *ubi*, inquit, *et dominus orbis terrarum sedet.*

« Jam tenemus igitur imperatorem, sub quo hic auctor scripsit. Neque dum tamen id satis est; quandoquidem Constantius, patre Constantino M. mortuo an. 337, ad annum usque 361 integris ferme XXV annis imperium tenuit; et varie etiam; primo cum duobus fratribus, Constantino et Constante, mox cum solo Constante, dein cum Gallo Cæsare sibi adscito, tandem cum Juliano Cæsare. Quare videndum, cuinam e quatuor his epochis hic libellus conveniat. Sane neque priori epochæ (triarchias videlicet), neque duabus posterioribus (Cæsarum videlicet adscitorum) hoc scriptum convenire, verum ei uni quo Constantius et Constans imperatores fuere, quorum ille Orientis imperium tenebat, hic Occidentis, decennii videlicet spatio quod decurrit ab an. 340 ad an. 350 (præterquam quod ante Nicomediæ lapsum, i. e. ante annum 359 scriptum ipse satis indicat), indubitato argumento conficio: hoc nempe, quod duos signate Comitatus seu duos imperatores hoc tempore fuisse diserte ait, quorum ille Orienti, alter vero Occidenti præfuerit. *Aspice,* inquit (§ 44), *in duo Comitata, Orientis quoque et Occidentis, et multos ibi invenies, etc.; propterea et temptari per eos jussione imperatorum negotia putant.* Sane *Comitatum* etiam Cæsari tribui scio, et vero tribui nominatim ipsiusmet Constantii constitutione an. 358 lib. 6 cod. Theod. *de malefic. et mathem.* Atenim Cæsarianum imperium, cum δεύτερον fuerit βασιλείας σχῆμα (ut Libanius loquitur, agens de Gallo Cæsare a Constantino adscito in *orat. funebr. in Julianum*, p. 264), neque *imperatoris* nomine designatur, neque id efficit, ut Orientis imperium ab Occidentali distinguatur. Maneat igitur, sub Constantio et Constante imperatoribus hanc ἐξήγησιν scriptam fuisse, et sic medio decennio inter an. 340 et 350, quo demum anno Constans a Magnentio tyranno cæsus fuit.

« Ulterius nunc pergamus. Memorat hic auctor Dyrrachii interitum: *Dyrrachium*, inquit, *propter habitantium malitiam, a Deo magis vero, ut dicunt, descendit, et non apparuit.* Atquin Dyrrachenam hanc cladem Hieronymus in Chronico anno Constantiani imperii octavo tribuit, et sic an. 344, Cedrenus nono, et sic an. 345 id adscribit. Item memorat hic auctor portum Seleucenum a Constantio Antiochiæ gratia ædificatum: *Seleucia,* inquit, *civitas optima, quæ et ipsa omnia quæ veniunt prædicta Antiochiæ offert, et fiscales species et privatas. Dominus orbis terrarum Imperator Constantius videns, quod sic utilis est ei et exercitui, montem maximum secavit, et introduxit mare, et portum fecit magnum et bonum, ubi venientes naves salvarentur, et fiscale onus non periret.* Atquin cum hujusce portus Seleuceni a Constantio excitati complures alii meminerint, Libanius in Antiochico, Hieronymus in Chronico, Cedrenus: sane Hieronymus nono Constantiani imperii anno id factum ait, et sic anno 345, Cedrenus decimo, et sic an. 346. Post eum itaque annum hic libellus conscriptus est, medio hoc quadriennii spatio, ab anno 346 ad 350.

« Ultra adhuc pergamus. Ante cladem Berytensem, quæ sane contigit an. 348, teste Cedreno, hunc libellum conscriptum fuisse colligo ex eo, quod hic auctor nihil hujus memoret. Igitur tandem conscriptum ajo hanc ἐξήγησιν an. 347, quo Concilium Sardicense habitum fuit, vel sane initio an. 348, Philippo et Salia coss., quibus natus est Prudentius. Quo tempore hic auctor ait Constantium Antiochiæ sedisse (quod etiam Cedrenus testatur an. 347), Constantem vero Treveris. Et sane Constantium Antiochiæ constitisse his annis, Constantem vero in Galliis, liquet ex Athanasio in *Apolog. ad Constantium* et *ad solit. vitam ag.* et ex lib. 39 *C. Theod. de decurionibus.*

« Atque hæc sunt, quæ de hujus libelli auctore et tempore comperta habeo. De cetero, benigne lector, nihil est quod hac editione magis deprecari velim quam græcæ versionis

festinationem et alicubi erroneam, operarum vitio, expressionem. »

Hactenus GOTHOFREDUS, qui quæ de scriptore nostro utpote ex rhetorum sive sophistarum scholis profecto attulit, rectissime monuisse videtur; hominem vero in Syria scripsisse minus jam probabiliter dixit, quum Alexandrinum potius fuisse indicia quædam prodant, ut supra significavi. Quod ætatem auctoris attinet, patet scripsisse eum post annum 346, quo Seleuciæ portum Constantius exstruxit; num vero scripserit ante an. 348, ut Gothofredus censet, quæritur. Nam quod terræ motus quo an. 348 Berytus quassata est, non commemoratur, id non ita magni momenti esse dixerim, quum ex silentio scriptoris certius argumentum petere non liceat. Justo pondere illud quoque caret quod Gothofredus e § 44 elicuit, ubi per duo Orientis et Occidentis Comitata multi viri Pontici et Paphlagones, quos publicis muneribus imperatores præfecerint, reperiri dicuntur; nam Orientem et Occidentem distinguere etiam eo tempore licebat, quo utrumque Comitatum uni eidemque parebat, neque quidquam cogit ut *imperatores* vox de duobus imperatoribus simul regnantibus intelligenda sit, immo multo aptius auctor τοὺς ἀεὶ αὐτοκράτορας indicaverit. Jam si hæc Nostrum sub Constante et Constantio impp. scripsisse non evincunt, alia exstant quæ illud tempus quo solus Constantius regnavit (inde ab an. 350), coarguant. Quodsi enim § 23 et 28 Constantius *dominus orbis terrarum* vocatur, penes hunc unum tunc imperium fuisse consequitur. Eodem facit quod § 68 de Galliarum provincia legitur : *quæ cum imperatorem semper egeat, hunc ex se habet. Sed propter majoris præsentiam omnia in multitudine abundat.* Scilicet intelligenda verba sunt de Magnentio tyranno qui Galliarum regnum per annos 350-353 p. C. usurpavit, neque quidquam est cur cum Gothofredo pro *habet* legamus *avet*, et *maris* substituatur in locum *majoris*, quæ vox h. l. de Magnentio tyranno adhibetur similiter atque § 11 et 15 auctor dicit : *regitur a majoribus*. Itaque opusculum nostrum inter annos 350 et 353 p. C. scriptum esse censeo.

In ipso libello duæ maxime partes distinguendæ, quarum altera est de provinciis imperii Romani (§ 22 sqq.), quas proprio Marte auctor describere videtur, in altera autem gentes Asiæ orientalis ab ultima India ad Mesopotamiam usque degentes ex historico quodam (1) recensentur, cujus nomen haud dubie in proœmio nunc deperdito legebatur. Harum vero gentium ratio subobscura est, quum complures earum ne nomine quidem tenus aliunde notæ sint, deinde autem mansionum numeri, qui singulis regionibus adscribuntur, explicatu sint difficiles. Videlicet series populorum regionumve numerique mansionum ita habent :

Camarini 70. Brachmani 5. Eviltæ 32. Emer 47. Nebus 60. Dysaph 240. Ioneum vel Choneum 120. Diva 210. India major 210. Adjacens regio eximia 150. India minor 15. Persæ. Saraceni.

Subesse his systema geographicum, quo Camarini ad ultimum Indiæ australis apicem collocandi sint, ex collato Maris Erythræi periplo (v. tom. I, tab. IX) probabiliter eruisse nobis videmur (v. not. ad p. 514). Minus liquet de ratione mansionum, quibus singularum regionum longitudinem indicari veri simillimum est, quamquam ita comparatæ sunt, ut una alterave earum regionum, quibus ultra 200 mansiones assignantur, etiamsi in singulas mansiones nonnisi 150 stadia computes, majorem haberet longitudinem quam quæ toti Indiæ intra Gangem sitæ a vett. tribui solet (2). Itaque nisi numeros tantum non omnes corruptos esse credere mavelis, suspicari licet mansiones perperam ab auctore mendace dici loco schœnorum. Camarinis igitur attribuendi essent 70 schœni sive 2100 stadia, quæ mensura bene quadraret cum tabulis Ptolemæi, in quibus a Camara emporio ad Brachmen urbem 2000 fere stadia metior. E singulis numeris summa conflaretur schœnorum 1159 sive stadiorum 34770, quæ exæquarent fere stadia illa 35000 quibus ab Eratosthene definitur longitudo oræ Indicæ orientalis (16000 st.) et australis (19000 st.), inde a Tamaro,

(1) § 21 : *Et hæc quidem de prædictis gentibus historicus ait.*

(2) Cosmas Indopleustes p. 138 a Sinis usque ad Persidem linea recta computat 150 mansiones sive 150 × 225 sive 33750 stadia. Verba hæc sunt : Ἀπὸ γοῦν τῆς τὰ Τζινίτζας ὡς ἀπὸ σπαρτίου ὀρθῶς ἐπὶ τὴν δύσιν τις μετρῶν διαστήματα τοῦ μήκους τῆς γῆς, εὑρήσει πλεῖον ἢ ἔλαττον μονῶν υ' ἀπὸ μιλίων λ' (400 × 30 m. p. sive 225 stadia, i. e. 90,000 stadia). Μετρητέον δὲ οὕτως· ἀπὸ τῆς Τζινίτζας ἕως τῆς ἀρχῆς τῆς Περσίδος πᾶσα Ἰουυία (sic Laurent. cod., πᾶσα Οὐννία cod. Vatican.; legendum πᾶσα ἡ Οὐνία vel Οὐννία. Unde corrigendum quod apposui in not ad § 11 p. 515. *Diva* Nostri ad hanc Οὐνίαν nihil pertinet) καὶ Ἰνδία καὶ ἡ Βάκτρων χώρα εἰσὶ περί που μοναὶ ρν', εἰ μή τι πλείους, οὐκ ἔλαττον, κτλ.

Tauri in oceano Eoo promontorio, usque ad Indi fluvii ostia. Unde aliquis suspicetur Camaram emporium ab aliquo ad Tamarum promontorium temere translatum, atque numeros ita adornatos esse ut summa eorum cum Eratosthenico computu conveniret. Id tamen probabile esse mihi non videtur, quum regiones a Nostro recensitæ continuam quandam seriem juxta litus maritimum metiendam vix constituant; nam quæ inter Indiam majorem et minorem commemoratur 150 mansionum regio tamquam India majori adjacens, ea in mediterraneis posita fuerit; deinde vero verisimillimum est *Divam* non diversam esse a *Sirle-Diva* sive Taprobane insula, quam excerptor noster perperam tamquam continentis partem recensuerit; quod ut credamus praeter nomen etiam adscriptus ei 210 mansionum numerus suadet, quum schœni 210 respondeant longitudini insulæ ab oriente ad occasum pertinenti, qualem exhibent tabulæ Ptolemæi. Jam vero ex reliquis mensuris colliguntur schœni 799 sive stadia 23790, quæ si a Camara usque ad finem Indiæ juxta oram metienda sunt, apte conciliari possunt cum computu Marciani (tom. I, p. 540), qui ab Indiæ termino occidentali usque ad Cory promontorium numerat stadia 21715; inde autem ad Camaram, a borea Chaberis (*Chaveri* hod.) fluvii sitam, in nostris tabulis sunt circiter 2000 stadia (3000 sec. Ptolemæi tab.), adeo ut summa conficiatur stadiorum ferme 23715.

PSEUDOPLUTARCHI

LIBELLUS DE FLUVIORUM MONTIUMQUE NOMINIBUS.

In codice Heidelbergensi N. 398 præter bonæ frugis libros servatur etiam opusculum, quod si periisset, μηδὲν ἂν κάκιον οἰκοῖτο ἡ Σπάρτη. Inscribitur libellus : Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων. Profectus vero est ab eodem auctore qui concinnavit τὴν συναγωγὴν ἱστοριῶν παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαϊκῶν, quam codices inter scripta Plutarchi Chæronensis (Moral. p. 306-316) exhibent. Videlicet eadem in utroque scripto deprehenditur nugarum insipientia; iidem sæpius auctores ad fidem commentis adstruendam citantur; eadem denique affectatæ orationis offendit pauperies et tædiosa eorundem verborum locutionumque repetitio (1). Quæ quidem miseria quum a Plutarcho Chæronensi aliena sit, facile intelligitur libros istos aut perperam scriptori notissimo affingi aut alius cujusdam Plutarchi fœtus esse. uti primus significavit vir doctus qui ad marginem codicis Heidelbergensis adscripsit : Ψευδεπίγραφον τοῦτο· πόρρω γὰρ τῆς Πλουτάρχου μεγαλοφυΐας ἥ τε διάνοια καὶ ἡ φράσις· εἰ μή τις ἕτερος εἴη Πλούταρχος. Quodsi, ut nuper Herchero placuit, auctor noster erat alius quidam Plutarchus, accidit ut non modo nomen cum Chæronensi scriptore commune haberet, sed sicuti ille etiam parallelarum historiarum opus condidisset. Talem vero fortunæ casum tanto minus admiseris, quanto facilius fieri potuit, ut Nostri parallelæ historiæ cum Plutarchi βίοις παραλλήλοις, quorum illas quasi παρῳδίας quasdam esse diceres, componerentur, eaque societate anonymus nomine Plutarcheo potiretur, quod hinc etiam alteri ejusdem scriptoris De fluviis operi præfixum est. Haud raro enim fit ut opera anonyma nominibus eorum auctorum inscribantur, quibus in codice aliquo juncta erant sive casu sive de industria. Stobæus, qui permulta e Nostro in Florilegium intulit, Plutarchum semel laudat lib. 7, 62, ubi ex eo affert quæ in Parall. c. 1 narrantur, omissa mentione auctoris ex quo sua Noster desumserit; ceteris locis Stobæus non Plutarchum, sed scriptores ab eo laudatos excitat.

Pseudoplutarchus junior erat Juba Libycorum scriptore, Augusti et Tiberii coætaneo, cujus in Parall. c. 30 mentio fit; Pseudoplutarcho vero junior erat Clemens Alexandrinus, quem exeunte seculo secundo scripsisse constat, et quem novisse Nostri historias parallelas intelligitur e Protreptico p. 27, C ed. Sylburg., ubi hæc :

Ἐρεχθεὺς δὲ ὁ Ἀττικὸς καὶ Μάριος ὁ Ῥωμαῖος τὰς ἑαυτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας, ὧν ὁ μὲν τῇ Φερρεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων, ὁ δὲ τοῖς ἀποτροπαίοις, ὁ Μάριος, ὡς Δωρόθεος ἐν τῇ τετάρτῃ Ἰταλικῶν ἱστορεῖ. Quibuscum componendum Parall. caput 20 :

Ἐρεχθεὺς πρὸς Εὔμολπον πολεμῶν ἔμαθε νικᾶσαι, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ, καὶ συγκοινωνήσας τῇ γυναικὶ Πραξιθέᾳ προέθυσε τὴν παῖδα. Μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Ἐρεχθεῖ.

Μάριος, πρὸς Κίμβρους πόλεμον ἔχων καὶ ἡττώμενος, ὄναρ εἶδεν ὅτι νικήσει, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ· ἦν δ' αὐτῷ Καλπουρνία· προκρίνας δὲ τῆς φύσεως τοὺς πολίτας, ἔδρασε καὶ ἐνίκησε καὶ ἔτι καὶ νῦν βωμοί εἰσι δύο ἐν Γερμανίᾳ, οἳ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦγον σαλπίγγων ἀποπέμπουσιν· ὡς Δωρόθεος ἐν δ', Ἰταλικῶν.

Similiter illud quod in Strom. I, p. 334 Clemens refert : Ὁ Σάμιος Πυθοκλῆς ἐν τετάρτῳ Ἰταλικῶν Γάϊον Ἰούλιον Νέπωτα (sc. μάντιν ἀναγράφει), petitum est e Pseudoplutarchi Parall. c. 14, ubi belli Punici tempore Metellus *Caji Julii vatis jussu* filiam suam sacrificasse narratur e Pythocle ἐν τρίτῳ (τετάρτῳ?) Ἰταλικῶν.

Quodsi Clemens Demaratum in Tragodu-

(1) V. Maussacus in edit. Plutarch. de fluviis (Tolosæ 1618) p. 198 sqq.; Is. Vossius ad Pomp. Melam 1, 8; Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 597; Wyttenbachius ad Plutarch. De fluv. vol. II, part. 1, p. 79 ed. Oxon., et præ ceteris Hercherus in editione nostri libelli (Lips. 1851) p. 6, ubi indicem habes verborum et locutionum, quibus omnis fere utriusque opusculi dictio continetur.

menis laudat, dum in Parallelis nostris Euripides in Erechtheo fabula testis citatur, id nihil habet quod miremur, quum pateat Parallelas historias, quales nos in Plutarchi codicibus habemus, non modo multis in locis decurtatas sive contractas esse, sed sæpius etiam nota scriptorum nomina in iis substituta esse obscurissimis illis auctoribus, quibus in citandis Pseudoplutarchus sibi placet (1). Sic istam de Erechthei facinore historiolam integriorem servavit, testemque narrationis non Euripidem, sed Demaratum in Tragodumenis laudavit Stobæus in Florileg. 39, 33 : Δημαράτου ἐν τρίτῳ (πρώτῳ Clem.) Τραγωδουμένων. Ἀθηναίων πρὸς Εὔμολπον τὸν Θρᾳκῶν βασιλέα πόλεμον ἐχόντων, Ἐρεχθεὺς ὁ τῆς Ἀττικῆς προϊστάμενος χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθροὺς, τὴν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνῃ θύσῃ. Παραγενόμενος δ' εἰς Ἀθήνας Πραξιθέᾳ τῇ γυναικὶ τὴν πυθόχρηστον μαντείαν ἀπήγγειλεν· εἶθ' οὕτω τὴν κόρην προσαγαγὼν τοῖς βωμοῖς ἀνεῖλε, καὶ συμβαλὼν τὸν πόλεμον ἐγκρατὴς ἐγένετο.

Similiter aliis locis compluribus pleniorem auctoris narrationem servarunt Stobæus et Joannes Lydus. Alia denique Pseudoplutarchea nescio an prorsus interierint, siquidem quæ apud Clementem leguntur in Protreptico p. 12, 16 : Φωκαεῖς δὲ Πυθοκλῆς ἐν γ' περὶ δμονοίας τῇ Ταυροπόλῳ Ἀρτέμιδι ἄνθρωπον δλοκαεῖν ἱστορεῖ, et in Strom. 1, 21, p. 144, 24 : Δωρόθεος ἐν τῷ πρώτῳ Πανδέκτῃ ἀλκυόνος καὶ κορώνης ἐπακοῦσαι τὸν Μόψον ἱστορεῖ : ea ex eodem Pseudoplutarcho petita esse suspicor, adeo ut Pythocles hic ac Dorotheus haud diversi sint ab iis quos supra e Clemente et Plutarcho jam attulimus.

Ceterum quanto junior Clemente Pseudoplutarchus fuerit, haud liquet. Fortasse Trajani vel Hadriani temporibus, quibus Nicanor Cyrenæus Μετωνομασίας suas scripsit, assignandum esse opinatur Hercherus. Nec magis de patria constat. « Cujus regionis popularis eas nugas composuerit, Bernhardyus (Anal. in Geogr. min. p. 29) ait, non tutum est divinare, nisi quis ex certis scriptoris vocabulis ac significatibus ausit cogitare, ut ταῖς βασιλείαις (De fluv. 20, 4) more lapidis Rosettani de diadematis regum Asiaticorum. » Attamen quum vocem istam eodem sensu et Diodorus 1, 47 et Plutarchus Mor. p. 358, D et Porphyrius apud Euseb. Pr. Ev. 3, 12 usurpent, ipsum Nostrum Alexandrinum fuisse colligere inde vix licet. Eundem in Italia commoratum fuisse Parallelis min. declarari Hercherus censet, nescio quo pacto. In Parallelis enim auctor hoc maxime agit ut veritatem eorum quæ in prisca Græcorum historia minus credibilia tradi videantur, comprobet gemellis narrationibus e rebus Romanorum temporibusque historiæ luce claris depromptis. Hæ vero quum ineptissima sint mendacia, quorum testes laudat græcos Italicôn scriptores, vix quispiam talia Romæ scripta et in lucem edita esse sibi persuaserit, sed quo longius regio aliqua ab Italia dissita fuerit, tanto probabilius ibi Nostrum scripsisse ac fallere lectores potuisse credideris. Quid probet eum Romæ unquam degisse frustra circumspicio.

In altero libello auctor fluviorum montiumque fluviis propinquorum nomina tum prisca tum recentiora, eorumque nominum origines, deinde vero plantas et lapides in singulis fluviis montibusve obvios atque vires eorum mirabiles recenset. Quod antiqua fluviorum nomina attinet, aliunde novimus quæ c. 8 de Eueno olim Lycorma et c. 20 de Nilo olim Ægypto et Melane dicto leguntur; quibus ad-

(1) Fuse de his exposuit Hercherus l. l. p. 10, unde hæc apponere liceat : « Parallelorum vulgata insolentiæ debetur librarii, qui orationem Plutarchi ad arbitrium suum conformare quam accurate transcribere maluit. Pro apparatis enim vocabulis sæpissime minus quæsita ac pæne ex trivio arrepta substituit, non paucas historiolas contraxit, nonnullas etiam, sive quod ferme iisdem verbis quibus parallelæ narratæ essent, sive quod in iis materiam vel pueris decantatam tractari videret, omnino de medio sustulit. Atque historiolas quidem in angustum coactas larga manu infra apponam; suppressarum tria exstant exempla, quæ hoc loco proferre juvat. Horum primum legitur c. 9 : ὁ περὶ τοῦ Ἰκαρίου μῦθος, ᾧ Διόνυσος ἐπεξενώθη· Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ. Titulum fabulæ habes, non ipsam fabulam. Alterum exemplum legitur c. 14 : Ἐν Αὐλίδι τῆς Βοιωτίας τὰ περὶ τὴν Ἰφιγένειαν ὁμοίως ἱστορεῖ Μέρυλλος ἐν α' Βοιωτιακῶν. In his verba ἐν Αὐλίδι τῆς Βοιωτίας initium fabulæ fuisse in promptu est, quam cur describere neglexerit epitomator lectori probare studet hac addita sententia : τὰ περὶ Ἰφιγένειαν ὁμοίως ἱστορεῖ M. etc. Similiter judicandum de verbis c. 26 : Ἄρης Ἀλθαίᾳ συνῆλθε καὶ Μελέαγρον ἐποιήσατο, ὡς Εὐριπίδης ἐν Μελεάγρῳ. Accidit tamen propitia fortuna, ut parallelorum bonam partem ab epitomatoris libidine incolumem nancisceremur. Stobæus enim quattuordecim historiolas græcas, quas præstantissimi codicis fide propagatas acceperat, Florilegio suo tam diligenter descriptas inseruit, ut singulis fere versibus Plutarchi indoles ac dicendi consuetudo possit agnosci. Stobæi in excerpendis parallelis religionem æmulati sunt Joannes Lydus et scholiasta Aristidis, quorum ille Parallelorum caput 35 (v. fragm. Caseol. p. 113=385 ed. Bekker), hic capitis primi historiolam græcam transcripsit (v. Arist. Opp. tom. 3, p. 126 ed. Dindf., coll. Stob. Flor. 7, 62). Apostoles et Arsenius Brenni historiam (c. 15) talem nobiscum communicarunt qualem re vera a Parallelorum scriptore emissam arbitror. Reliqua duumvirorum excerpta a Stobæanis nihil differunt. »

dere quodammodo licet Xanthum tanquam priscum Scamandri nomen (c. 13); ceterorum vero, quæ ab aliis tradita non accepimus, pars major ficta est ex noto veterum more, quo locorum designationes poeticæ pro priscis nominibus propriis venditantur. Sic Pactolus olim Χρυσορρόας, flexuosus Mæander Ἀναβαίνων, Phasis, septentrionalis fluvius, Ἀρκτοῦρος, frigidus Thermodon Κρύσταλλος, Ganges Χλιαρός, Tanais Ἀμαζόνιος, Eurotas Ἵμερος (i. q. Ἱμερόεις), rapidus Hebrus Ῥόμβος, Sangarius Ξηροβάτης, Alpheus terram subiens Νύκτιμος et, quatenus per Ladonem affluentem Stymphalicas aquas recipit, etiam Στύμφηλος dictus; Achelous in Thestii regione inhospitali Θέστιος et Ἄξενος. Prisca fabularum memoria effecit ut Ismenus Κάδμου ποῦς, Marsyas vero Μίδα πηγή olim dicti perhibeantur. Alia fama subest narrationi de Strymone olim Palæstino vocato (v. not. ad c. 11). Ex geographicis rationibus parum accuratis fluxit Euphrates olim Medus dictus (sicut *Hydaspen Medum* Virgilius dicit), et Hydaspes olim Indus, et Araxes olim Bactrus, sive quod auctor Araxem per Bactriam labi acceperit, sive quod Bactrum fluvium et Araxem, quos nonnulli (v. Aristot. Metereol. 1, 13) de eodem Parnaso sive Paropaniso monte deferri putabant, in unum male conflaverit (c. 23, 1). Secundum aliam narrationem (c. 23, 3) Araxes olim Halmus vocabatur. Quorum nominum junctio in Thessalia occurrit, ubi Peneus olim Araxes nuncupatus fuisse dicitur (Strabo p. 455 ed. Did.), inter hunc Araxem vero et Olympum montem sita erat Minyarum urbs Minya sive Halmonia (St. Byz. s. v. Μινύα) sive Halmon (Plin. 4, 8, 15). Jam vero constat in Armenia quoque circa Araxem fluvium Minyadem exstitisse (v. Nicolaus Dam. fr. 76 in Fr. Hist. 3, p. 415, coll. Indice Strabon. s. v. Baris), ac omnino Thessaliam vario modo cum Armenia a vett. historicis componi: adeo ut ea quoque quæ Pseudoplutarchus de Araxe et Halmo tradit, historiæ fundo aliquo niti facile concesseris. Sed aliena iterum miscere Noster videtur c. 24, ubi Tigris olim dictus esse fertur Sollax (qui erat fluvius in Tigridem incidens), et c. 25, ubi Indum fl. pridem Mausoli nomen tulisse dicens cum Indiæ fluvio Indum Cariæ confuderit. Nec melius habent quæ c. 18 de Inacho olim Haliacmone leguntur, quorum ille Argos Peloponnesi, hic Argos Macedoniæ præterfluit. Restant pauca nomina, quorum ratio nos latet, ut Arar olim Brigulus (c. 6), Caicus olim Astræus (c. 21), Euphrates olim Xarandus.

Singulis ferme fluviis Pseudoplutarchus montes aliquot apponit, ita tamen ut verum eorum situm parum curans, Sipylum juxta Mæandrum, Criumetopon juxta Tanaim, Pangæum juxta Hebrum, Coccygium juxta Inachum collocet. Diversa ejusdem montis nomina iisdem fingendi legibus nituntur, quas in fluviorum nominibus modo vidimus. Nomina montium aliunde non nota sunt Elephas ad Indum, Anatole ad Gangem, ad Euenum Myenus, ad Inachum Athenæus, ad Euphratem Drimylus, ad Nilum Argillus.

Historiunculæ autem quæ de nominum origine afferuntur, adeo inter se similes sunt, ut ex eadem imagine tantum non omnes expressas esse dixeris. Scilicet fluvii, si Marsyam et Tigridem exceperis, omnes ex eo nomina nacti sunt, quod homines quidam cognomines præ mœrore vel dolore vel metu vel insania in eos se dejecerint. Causæ vero istarum affectionum inde repetuntur, quod pater filiam (1), filius matrem (4), frater sororem (17. 24) nescii stuprarunt, filius matris amore exarsit (14) vel novercæ libidinosæ insidias fugit, alius Jovem cum Junone concumbentem (18) vel Rheam (13) conspexit, vel virginem vitiavit (8. 20. 25), vel cædem commisit (5. 9. 16. 19. 20. 21. 22. 23), vel in in furto deprehensus (7), vel cladem passus est (11. 17), vel filiam fratremve amisit (6. 19) vel mysteria sprevit (12), vel doloris impatiens fuit, vel Cerberi latratu territus est (16). Similes narrationes habes apud Livium 38, 34 de Indo Cariæ, apud Eustathium (ad Dion. 369) de Sarone Argolidis et Æsano Italiæ, quibus fluviis homines in iis pereuntes nomina dederint; de Eueno fluvio eadem fere quæ Noster narrant Apollodorus 1, 7, 8 et Didymus ad Il. 9, 558; præterea apud antiquiores scriptores leguntur quæ Pseudoplutarchus de monte Mycenæo (18, 6) et de Hæmo et Rhodope (11, 3) exponit. Sed hæc nonnisi rara quædam vestigia doctrinæ exstant, cujus sedem præcipuam et quasi arcem in nostro libello agnoscimus.

E lapidibus aliunde novimus aetiten (20), antipathem (21) et lychnin (1, 2), e plantis vero leucoium (8) et Prometheam (5), nec non Thraciæ quandam plantam, cujus mentio fit c. 3, 3; reliqua quæ de lapidum et plantarum nominibus eorumque virtutibus magicis Noster tradit, apud alios, quantum sciam, non le-

guntur. Ceterum commenta hæc bonam saltem partem secundum leges quasdam disciplinæ magicæ cum præmissis historiolis ita juncta sunt ut altera ex alteris pendeant sive profecta sint. Quemadmodum enim in Parallelis auctor e diversorum populorum temporumque rebus gestis ὁμοιότητας et συνεμπτώσεις ἱστορικὰς collegisse se profitetur, sic in hoc opusculo excogitavit parallelas quasdam rationes, quæ in singulis regionibus inter res ibi gestas vel fata hominum atque vires plantarum lapidumve ibidem nascentium intercedant. Sic in locis ubi Marsyas tibicen cultro excoriatus est, αὖλος herba musica et μάχαιρα lapis proveniunt (c. 10). Post narrationem de muliere adultera memoratur lapis, cujus ope puræ servari possint nuptiæ (5, 2). Ubi virgo olim per vim vitiata est, lapis reperitur impediens ne quid virgines patiantur παρὰ τῶν ὑβρίζειν θελόντων (7, 6); ubi fur thesauros abstulit, lapis fures arcens nascitur (7, 1); ubi præ mærore quidam in fluvium se dejecit, lapis provenit παυσίλυπος. Similiter res habet in iis quæ leguntur 16, 1 et 2. 18, 5 et 9. 21, 4 et 5. 24, 1 et 2. 25, 1 et 2, adeo ut, quemadmodum Zachalias Babylonius in libris quos ad Mithridatem regem scripsit, gemmas vim in fata humana exercere dixit (Plin. 37, 60, 169), sic Noster ipsa fata humana vim exercuisse in origines tum plantarum tum lapidum statuerit (1). Quodsi porro c. 14, 5 in Brixaba monte, ubi Phrixus commoratus est, herba nascitur quæ privignos a novercarum machinis tutos præstat, neminem fugit alludi ad structas ab Inone noverca Phrixo insidias, quamquam de his lectorem auctor non admonet. Ejusdem generis est quod c. 18, 3 ad Inachum fluvium lapis falsos testes prodens inveniri proditur; id enim, ut recte Hercherus conjecisse videtur, ad fabulam de Inacho falsum testimonium dicente accommodatum est. Ipsum auctorem istas fabellas utpote in vulgus notas de industria amisisse putare licet, veri tamen similius est libellum, qualem nos jam habemus, ex uberioribus copiis esse excerptum.

Argumenta hæc in singulis capitibus constanti quodam ordine tractantur secundum certas dicendi formulas, a quibus raro auctor paullulum deflectit. In isto rursus hujus disciplinæ σχηματισμῷ et angusto formularum sancitarum orbiculo singulæ locutiones non nativam simplicitatem sed quæsitum tumorem et fastum et magistralem quandam solennitatem affectant, quam ex magicæ vanitatis, quam Plinius dicit, consuetudine repetendam esse censeo.

Jam vero quo magis argumentum libelli in nugas et insana commenta retrusum est, adeo illa sibi similia, ut ex eodem omnia cerebello tamquam ex fabrica prodiisse putaveris, tanto diligentius auctor operam dedit, ut fontes suos indicaret eoque pacto malæ fidei suspicionem a se averteret. Nimirum auctorum nomina adducit quadraginta quinque, quorum plurimi in Parallelis quoque testium munere funguntur; opera iis attributa majorem partem sunt περὶ ποταμῶν (14 numero), περὶ λίθων (8), quibus adde libros περὶ ὀρῶν (2) et περὶ δένδρων (1); e ceteris pleraque inscriptiones habent a regionibus petitas, de quibus in singulis libelli capitibus sermo est (Ἰνδικά, Περσικά, Φρυγιακά, Σκυθικά, Θρᾳκικά, Αἰτωλικά, Βοιωτιακά, Πελοποννησιακά, Ἀργολικά, Αἰγυπτιακά); præterea laudantur Κτίσεις, μυθικῶν ἱστοριῶν συναγωγή, Θεομαχία, Ἡράκλεια, Περσηίς, Σαρυτικά, Κυνηγετικά). A fraude hæc non aliena esse confidenter asseverare licet; fieri enim omnino non potuit, ut tanto auctorum operumque numero idem ineptiarum genus tanto narrationis consensu vel certe similitudine traderetur (1). At difficile dictu est quousque

(1) Ejusmodi αἰτιολογίας tangere videtur Psellus De lapid. init. : Αἰτιολογήσασθαι μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις οὐκ ἂν τολμήσαιμι, οὐδὲ μιμήσομαι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῶν δογματικῶν τὴν προπέτειαν, δυνάμενος ἀφ' ἑκάστου πολλὰ εὑρεσιλογεῖν.

(1) Auctores a Plutarcho citatos fictitios esse dixit Valckenarius in Præfat. ed Phalar. Epp. p. XIV ad. Lennep.; Wyttenbachius in Animadv. ad Parallelas historias (vol. 2, part. 1, p. 78), non omnes quidem, attamen plerosque auctores et historiolas, quorum nonnisi in isto libello mentio exstet, confictos esse censet. Similiter in libro De fluviis alia ex bonis scriptoribus manare, alia auctoritate carere putat. Bernhardyus in Analect. in Geogr. min. p. 27 ita habet : « At libellus iste... totus quantus ex mendaciis fœdisque libidinibus est conflatus, cujus conditor non modo fabulas et secreta naturæ ex ingenio comminiscatur, sed subscriptores etiam et auctores nemini compertos per licentiam exsculpserit. Ac subinde dubites an homo vanus lepidas fabellas ex animi sententia protulerit : adeo serius et religiosus ubique est et bonam simulat fidem; accedit quod hujus fabricæ constanter eadem ratio est et narratio de causis nominum et mirificis lapidum viribus : ut qui unum caput norit, totius opusculi decursum certo præsumat. Porro hominis cerebrellum arguit æquabilis et angustissimus formularum vocabulorumve orbis; scilicet scriptor infans semper ex eadem dicendi consuetudine pendet : itaque hujus observatione Wyttenbachius facile locos emendare potuit et supplevit mancos. Quodsi fraudem testium commenticiorum spectamus, eadem recurrit in libello historico, qui sub titulo Parallelorum Græcorum et Romanorum in Plutarchi

fraus ista processerit; quemadmodum enim nonnulla eorum quæ a Nostro narrantur, ab antiquioribus scriptoribus tradita esse constat, sic etiam inter citatos auctores occurrunt nomina aliunde bene nota, et interdum etiam opera auctoribus illis adscripta revera ab iis *composita fuisse* compertum habemus. Itaque si de Marsya fluvio e Marsyæ satyri sanguine orto Alexander Polyhistor ἐν Φρυγιακοῖς laudatur, nihil est cur hoc testimonium suspectemus, quum opus illud Alexandri et ipsam etiam fabulam bene noverimus. Reputari tamen velim hanc historiolam loco parum commodo interponi, neque quadrare in antecedentia, secundum quæ Marsyas fluvius jam antea sub alio nomine exstiterat; suspicor igitur eam posterioris hominis addidamentum esse, adeo ut ex hoc loco, qui per totum libellum unicus est, ubi et auctoris nomen et opus ei attributum et ipsa etiam res narrata aliunde nota sint, nihil colligi possit. Sin c. 3, 4 citatur Cleanthes ἐν γ' Θεομαχίας, dubitari nequit Nostrum cogitasse de Cleanthe Assio, philosopho stoico, qui ἀρχαιολογίαν περὶ θεῶν et περὶ γιγάντων scripsit. Porro Timagenes Syrus qui de Arare Galliæ fluvio testis adhibetur (c. 6, 3), aperte est historicus ille Pompeji æqualis, quem de Syriæ atque Galliæ rebus multa tradidisse scimus (v. Fr. Hist. 3, p. 322), quamquam Syrum natione fuisse alius nemo prodidit. Fieri etiam potest ut qui l. l. Timageni jungitur Callisthenes Galaticorum auctor mero librarii errori debeatur, nec diversus sit ab Eratosthene illo cujus Galatica usurpavit Stephanus Byzantius; quod quidem tanto facilius accidit quum alibi quoque Callisthenis et Eratosthenis nomina permutata sint (V. Scriptt. Alexandri M. p. 8 not.). Similiter Πλησίμαχος ἐν β' Νόστων (c. 4, 3) non alius est nisi notus Noston scriptor Lysimachus, nec non Καιμαρων (c. 4, 3), Indicon auctor, librariorum stupore ortus est ex Daimacho, qui, post Megasthenem de rebus Indicis scripsit. Præterea Ctesias Ephesius, Perseidis auctor (c. 18, 6), idem fuerit cum Musæo Ephesio quem Perseidem condidisse Suidas refert. Minus confidenter dixerim Δημόδικον ἐν α' Ἡρακλείας (18, 4) esse Heracleæ scriptorem Herodorum, quamquam nomen ejus haud semel corruptum est atque rem quoque, quam Plutarchus tangit, ab Herodoro tractatam esse liquet. Qui de Teuthrante monte laudatur (c. 21, 5) Ctesias Cnidius ἐν τῷ περὶ ὀρῶν, idem esse videtur cum Ctesia, ex cujus libro secundo περιόδων (περὶ ὀρῶν conj. Maussacus) nonnulla de aliis montibus afferunt scholiastæ Apollonii Rhod. 2, 401 et 1017. Clitophontem, cui Κτίσεων opus attribuitur (c. 6, 4), reapse tale opus scripsisse non improbabile est, quum fabulam de Mileti origine e Clitophonte narret scholiasta ad Iliad. υ', 404. Neque est cur negemus Thrasyllum, quem disciplinis magicis addictum fuisse bene nosti, περὶ λίθων libros scripsisse, qui c. 11, 4 citantur, sicuti quæ ex ejusdem Αἰγυπτιακοῖς (c. 16, 6) de muro Chelidonio exponuntur, non Nostri figmentum esse e Plinio constat. Denique fabulæ quas e Demarato Apollodorus 1, 9, 19, 7 et schol. Apollon. 1, 45 apponunt, percommode peti potuerunt e Tragodumenon opere, quod Noster Demarato vindicat.

Ceteri vero scriptores, quorum testimoniis Pseudoplutarchus se usum profitetur, ut plurimum prorsus ignoti nobis sunt; ac si quæ nomina occurrunt, quæ tanquam auctorum aliunde novimus, non tamen patet, num hos ipsos an alios cognomines Noster intelligi voluerit. Hæc igitur scriptorum nomina num fictitia esse putabimus? Nihil discerno, quum in hoc genus rebus incertissimis præfracte aliquid negare vel affirmare stupidæ foret arrogantiæ. Reputanti autem auctores qui nunquam exstiterunt, apud veteres, quantum sciam, non fingi nisi ubi ævo vetustissimo et ab omni literatura alieno literarum usus et opera poetica vel prosaria attribuuntur (ut Lini, Orphei, Pronapidæ, Thymœtæ, Sisyphi Coi, Corinni Palamedæ scribæ, Daretis Phrygii

corpus irrepsit; eamque causam habuit Is. Vossius, ut Parallela et congeriem de fluminibus ad eundem auctorem revocaret. Porro dubitari potest, utrum Græculus nugator totam materiam suo Marte confinxerit et in loculos certos digesserit, an partes insanæ sapientiæ ab aliis disseminatas primus callide concinnaverit. Saltem ea pars hujus opificii, quæ versatur in artibus gemmarum occultis et divinis, profecta est a theurgis, qui superstitiosam doctrinam sæculo quarto studiosissime excoluerunt. Neque desunt indicia mysticæ doctrinæ vel theurgiæ passim sparsa: velut quæ de haruspicina in extis hominum leguntur, vel a sacris Bacchicis sumptum illud (5, 3) τὸν μὲν πατέρα δήσας πλεκτῷ ἑρίῳ. Fictis autem testibus historiæ fabularis ætatem Byzantinam esse usam sciunt, qui Malalæ Chronicon triverunt aut scholia Odysseæ. » Hercherus in edit. libelli De fluv. p. 24 : « Historiolarum paradoxorumque, quæ sola commentitiorum illorum auctorum fide nituntur, admodum pusillam auctoritatem deprehendi apparet. Neque in multorum nos reprehensionem incursuros confidimus, si quæcunque in Fluviis reperiuntur aliis scriptoribus intentata, falsarii nostri male sollertis commenta pronunciamus. »

etc.), Pseudoplutarcho autem mille et amplius auctorum nomina præsto fuisse, e quibus eligendi daretur potestas, nihil adeo subesse dixerim quod cogat ut Anonymum nostrum præter morem veterum impostorum vel nomina scriptorum finxisse statuamus. Contra vero inter omnes constat sæpissime fieri tum ut notis scriptoribus opera tribuantur quæ nunquam scripserunt, tum ut ex notis operibus desumtæ dicantur narrationes quæ nunquam in iis legebantur. Quo utroque fraudis genere libellum nostrum refertum esse nullus dubito, adeo ut narrationes Pseudoplutarchi vel iis locis, ubi ex scriptoribus et scriptis aliunde bene notis petitæ dicuntur, ab ipso fictas esse suspicemur, nisi certis argumentis contrarium probare liceat. Indicium rationis, quam in eligendis auctorum nominibus Anonymus passim secutus esse videtur, in eo reperit Hercherus, quod interdum prima syllaba in auctoris nomine eadem sit cum prima syllaba alius nominis quod in antecedente historia occurrit. Sic de *Chrysorrhoe* (7, 1, 4) et de *Chrysippe* fabulæ (1, 1, 5) e *Chrysermo*, *Timandri* vero mors (21, 1) e *Timagora* narrantur. In Scamandri historia inter alia *Demodices* nomen legitur, testis autem laudatur *Demostratus* (13, 1. 2). Ejusdem generis esse Hercherus monet quod sæpius scriptorum nomina ab eadem syllaba incipientia se excipiunt; nam post Demostatum (9, 2) Demaratus (9, 3 et 5), post Agathoclem (9, 1) Agenor (9, 4) et Agatharchides (9, 5), post Agathoclem (18, 3) et Ctesiam (18, 6) Agathonymus (18, 10 et Ctesiphon (18, 11) memorantur. Quæ quidem quamvis per se levidensia sint, in reliqua tamen fraudis suspicione et ipsa suspecta esse videri possint. Ceterum erravit Hercherus l. l. p. 31, si cum nostro De fluviis libello, quoad fraudem et mendacia, componendam esse censet Ptolemæi Chenni Historiam Novam, « cujus, inquit, jam nomine proditur, nihil in ea tradi nisi quod novum et inauditum sit; in qua conscribenda Ptolemæus non hoc sibi proposuit, ut veterum abstrusas observationes in horrea congereret, verum ut repudiatis quæ docta antiquitas propagaverat, sua ipsius inventa non sine fictitiorum auctorum testimonio legentibus obtruderet. » Profectum vero opus putat a grammatico aliquo ex eorum numero qui problematis qualibuscunque parata haberent responsa. Quod argumentum deinde pluribus persecutus Hercherus est in *Jahrb. für classische Philologie* (*Erster supplementb.* p. 269 sqq.). At quam fallaces sint ejusmodi opiniones meris suspicionibus innitentes, uno probare liceat exemplo. Miratus Hercherus hominis impudentiam, quippe qui scire se profiteatur (p. 192 ed. Westerm.) uxorem Candaulis, de cujus nomine silet Herodotus, aliis dici Mysiam, aliis Tudonem, aliis Clytiam, Abanti autem Habronem. At hæc non de suo excogitasse falsarium, jam liquet ex fragmentis Escorialensibus Nicolai Damasceni (Fr. H. 3, p. 384), quæ de Tudone ista amplam præbent narrationem, e Xanthi Lydiacis, ut videtur, depromtam. Ac omnino, quantum meus me usus docuit, nihil in Ptolemæo legitur quod ejusmodi sit ut ad fucum lectoribus faciendum fraudulenter ab ipso Ptolemæo excusum esse statuamus, neque ex obscurioribus scriptis grammaticorumque nugis ab eo colligi et e Ptolemæo deinceps apud seriores scriptores passim disseminari potuerit.

De Fluviis libellum e codice Palatino-Heidelbergensi N. 398 (vid. tom. I, p. XVI) primus edidit Gelenius, Basileæ, an. 1533 (vid. tom. I, p. II), ita tamen ut quid in codice mendoso legatur et quæ ad emendandum auctorem satis multa de suo editor attulerit, discerni nequeat. Deinde Maussacus opusculum nostrum gr. et lat. et commentario instructum dedit una cum Vibii Sequestri De fluviis, fontibus etc. et Pselli Περὶ λίθων δυνάμεων libellis (Tolosæ, 1618, 8). Emendavit haud multa. E Maussaco tantum non totus pendet Hudsonus in Geogr. Min. tom. II, qui præmisit Dodwelli De Plutarchi libro dissertationem suetis ineptiis scatentem, ac calci voluminis ejusdem Dodwelli annotationes quasdam subjunxit. Deinde in restituendo scriptoris sermone egregia præstitit Wyttenbachius in Plutarchi editione Oxoniensi. Post hæc denuo codicem excusserunt Bastius in Epist. critica et Bernhardyus (V. ejus Analect. in Geogr. min. p. 29) et nuper Rudolphus Hercher (*Plutarchi libellus De fluviis recensuit et notis instruxit R. H.* Lipsiæ, 1851, 8), quem de auctore nostro optime meritum esse grati profitemur. Novissimam textus editionem curavit Fridericus Dübner in Plutarchi editione Didotiana, vol. V.

GEOGRAPHI GRÆCI

MINORES.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΑΝΑΠΛΟΥΣ ΒΟΣΠΟΡΟΥ

DIONYSII BYZANTII

PER BOSPORUM NAVIGATIO.

1. Fragmentum in codicibus superstes.

Εἰ μόνην συνέβαινε τοῖς ἀναπλέουσιν εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον καὶ τὸ καλούμενον αὐτοῦ Στόμα τερπνὴν ἅμα καὶ θαυμαστὴν εἶναι τὴν ὄψιν, δυσχερὴς [ἂν] ἦν ἄλλως ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ὁ λόγος· ἀπείργαστο γὰρ δὴ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς ὄψεως ἀξιοθαύμαστον ἑαυτὴν παρεχομένης κατά τε ἐγγύτητα καὶ στενοχωρίαν τοῦ πορθμοῦ καὶ τὴν δι' ὀλίγου τῆς θαλάττης πρὸς ἀμφοτέραν τὴν ἤπειρον ἐπιμιξίαν [καὶ τὴν] ἀγχιβαθῆ κόλπων καὶ λιμένων ἀνάχυσιν, ὑφ' ὧν οὐχ ἧττον εὔθηρός ἐστιν ἢ σκεπανή, τοῦ ῥεύματος τὸ μὲν πλέον κατιόντος, ἔστι δὲ ὅτε κατ' ἐπικράτειαν ἀναστρέφοντος, εἰσιόντων τε τῶν ἀκρωτηρίων τὴν παραγωγὴν παρ' ἀλλήλων ἀναπτυσσομένων καὶ ἐκ τῆς κατ' εὐθὺ πορίας ἀναλυόντων τοῦ ῥεύματος τὴν βίαν· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐλάττω παρέχεται τῆς ὄψεως τὴν ἀκρόασιν, ἀναγκαῖον ἔδοξέ μοι συγγράψαι περὶ τούτων, ὡς τοῖς μὲν ἰδοῦσι μηδὲν ἐνδέοι τῆς ὁλοκλήρου καὶ τελειοτάτης ἱστορίας, οἱ δὲ μὴ θεασάμενοι τὸ γοῦν ἀκηκοέναι περὶ αὐτῶν ἔχοιεν. Ἀρχὴ δὲ αὐτὴ τοῦ τε λόγου καὶ τῆς τῶν χωρίων φύσεως πέλαγός ἐστιν ὁ Πόντος ὁ Εὔξεινος μεγέθει τῶν ἄλλων πλεῖστον, ὅσα μὴ πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν ἴσωσασθαι. Μόνη δὲ ὑπὲρ αὐτὸν ἀνακέχυται λίμνη Μαιῶτις, ἣν μητέρα καὶ τροφὸν

Quodsi contingeret ut per Bosporum versus Pontum et Os quod vocatur Ponti navigantibus nonnisi adspectus locorum suavis et admirabilis esset, molesta prorsus foret de his quæ oculis conspiciuntur narratio; totum enim conficeretur adspectu qui admiratione dignus offertur litorum proximitate et freti angustia et mari paullatim utrique continenti se miscente et profundos infundente sinus portusque : unde mare ibi non minus piscibus venandis quam navibus tutandis aptum fit, fluxu ut plurimum quidem recta decurrente, interdum vero conversiones patiente, quum promontoria alia juxta alia se expandentia utrinque in fretum procurrant eoque declinatam a recto cursu vim fluxus dissolvant: sed quoniam quæ in Bosporo sunt non inferiorem adspectu auditionem præbent, necessarium mihi visum est scripto de his exponere, ut iis qui viderint, ad perfectam et absolutam cognitionem nihil desit, iis autem qui non spectaverint illa, auditu certe cognita habeant. Initium vero tum narrationis tum locorum naturæ Pontus Euxinus est pelagus magnitudine cetera superans, quot quidem non extero mari æquiparanda sunt. Una super Pontum effusa est palus Mæotis, quam matrem

Fr. 1. Fragmentum hoc primus edidit e codice Vaticano et codice Parisino Ducangius in *Constantinopoli Christiana*. Quonam libro Vaticano usus sit, nescio. Parisinos vero codices in quibus hoc operis proœmium legitur habemus tres : N. 1405 (fol. 16), 1406 (fol. 26) et 2554 (fol. 130 et iterum fol. 158). Præterea exstat in codice Matritensi, quem meos in usus Busemackerus meus contulit. In omnibus fragmen nostrum opusculis illis geographicis quæ Agathemeri nomen præfixum habent, ita subjungitur, ut eorum quasi pars vel appendix sit. Nec latet rei causa. Videlicet quum in geographicorum istorum capite postremo de marium dimensione sermo sit, et ultimo loco de Ponti Euxini et Mæotidis paludis magnitudine agatur, quidam non inutile se facturum censuit, si de eadem re locum Dionysii Byzantii adjiceret. Ceterum quemadmodum Agathemeri, sic etiam Dionysii fragmenti codices ex uno eodemque libro corruptissimo promanarunt. ‖ — μόνην] μόνον cod. Matr. Mox inserui particulam ἄν. ‖ — ἐγγύτητα] excidisse videtur τῶν αἰγιαλῶν vel τῶν ἠπείρων. ‖ — ἀγχιβαθῆ] ἐγγυβαθῆ cod. Inserui καὶ τὴν. ‖ — ἢ σκεπανή] ἡ σκεπάνη codd. An de pisce qui σκέπανος (*umbra*) vocatur, auctor hujus lectionis cogitavit? Cf. σκεπανὴ ὑφόρμισις in Anthol. Pal. 7 p. 799; πάσῃ σκεπεινὴν νηὶ καταγωγὴν ἔχει in Anon. perieg. iamb. 336. ‖ — τοῦ ῥεύματος] καὶ τ. ρ. codd. ‖ κατιόντος] Fort. κατ' εὐθὺ excidit. ‖ — παραγωγὴν] περιαγωγὴν codd. Deinde pro παρ' ἀλλήλων malim παράλληλον. Mox κατ' εὐθυπορίας codd. Par.; κατ' εὐθυπορίαν cod. Matr. ‖ — μητέρα] De his conferantur : Herodotus 4, 86 : λίμνην... ἣ Μαιῆτίς τε καλέεται καὶ μήτηρ τοῦ Πόντου. Dionysius Perieg. 165 : Τοῦ (sc. τοῦ Πόντου) καὶ πρὸς βορέην Μαιώτιδος ὕδατα λίμνης ἐγκέχυται... τῇ μὲν περὶ Σκύθαι ἀμφινέμονται, ἄνδρες ἀπειρέσιοι· καλέουσι δὲ μητέρα Πόντου. Eustathius ad h. l. : Ὅθεν καὶ τούτου τινές φασι λαχεῖν αὐτὴν τοῦ ὀνόματος· μαῖα γὰρ ἡ τροφός. Plinius 6, 7, § 19 : *Mæotin* (*Scythæ vocant*) *Temarundam* (sive *Temarindam* sive *Tamaridam*), *quo significant matrem maris*. Procopius B. Goth. 4, 6; Stephanus Byz. v. Μαιῶται; Tzetzes Chil. 8, 761; Hipparchus περὶ τῶν δώδεκα ζωδίων apud Voss. ad Melam p. 558 (ed. Gron. 1748) : Μαιῶτις λίμνη, ἐν ᾗ πᾶς ἰχθὺς ἀπομαιοῦται, ὅθεν καὶ αὕτη ἡ λίμνη Μαιῶτις ὀνομάζεται. Bœckhius in C. Inscr. t. II, p. 101 : « Scriptura indigenis publice usitata est Μαι-

τοῦ Πόντου κατεφήμισε λόγος ἐκ παλαιᾶς μνήμης παραδεδομένος. Ταύτης τὸ μὲν περίμετρόν ἐστι δισχιλίων σταδίων, τὸ δὲ πέρας ποταμὸς ὁ Τάναϊς, ὅρος τῶν δυεῖν ἠπείρων.

et nutricem Ponti sermo a prisca inde memoria traditus prædicavit. Ejus circuitus est bis (*lege* octies *vel* novies) mille stadiorum, finis autem Tanais fluvius, duarum ille terminus continentium.

PETRI GYLLII

DE BOSPORO THRACIO LIBRI TRES.

QUIBUS RELIQUA ANAPLI FRAGMENTA IN LATINUM VERSA CONTINENTUR.

LIBER PRIMUS.

Cum Novam Romam Constantinopolitanam sim descripturus, mihi prius describendus videtur Bosporus, princeps creator Byzantii, melior et præstantior quam Byzas hujus urbis conditor (quamvis hic optimus et deo simillimus fuisse traditur), quo urbs jam tot secula carere potuit; et situs loci alium conditorem invenisset, ut postea deserta invenit Pausaniam, deinde funditus eversa Constantinum: at Bosporo ne punctum quidem temporis carere potest, supra quem Constantinopolis sita est. In cujus obscuritate illustranda, si longior ero, id attribuendum erit obscuræ caligini tot seculorum, quæ Bosporum Thracium Cimmerico longe obscuriorem effecerunt, et magis clausum quam esset ante Jasonis transitum, tenuerunt, ut hujus non modo caput ex tanta caligine exstaret, hoc est Cyaneæ petræ, sed ne ejusdem quidem plus centum loca antiqua olim memoriæ prodita ab antiquis scriptoribus, quæ latuerunt in tenebris abhinc fere ruinis Severi: quorum caligo discuti non potest, nisi Phineo cæco, qui nobis velut Jasoni transitum Bospori demonstret, oculos restituero, id est, Dionysio Byzantio, *antiquissimo Bosporici anapli scriptori*, jam tot annos in cæcis tenebris jacenti, lumen attulero: qui licet hominum in magna luce versaretur, tamen crassa adeo caligine circumfusus est, ut non videretur, nisi quis simili studio, quo uti conatus sum, ejus caliginem discuteret. Ita enim ejus nomina antiqua ignorata sunt, ut nulla jamdudum nota sint; quæ illustrare ob hujus freti excellentiam conabor, quod præstat omnibus fretis. Gaditanum quidem stringit duos orbes, sed incipientes, sed vinculo lato sexaginta stadia: at Bosporus, duos medios orbes nodo astringit non latiori quattuor stadiis; adde quod Bosporus est commodior; hic enim utroque orbe accolarum multis commerciis conjunctorum frequentatus, portæ habet dispositionem ob communionem mutuam, aliquando ponte junctus ab his, qui pedibus ex una continente in alteram transire mallent. At Gaditani freti rarus est usus ob inusitatam Libycorum communionem cum Europæis, et ob longinquam externi maris navigationem. Thucydides laudat Siciliam, quod freto viginti stadiorum disjungitur a continenti, sed id duntaxat insulam jungit Italiæ, infame non modo scopulis monstrosis et voraginibus, verum etiam belluis, quibus Bosporus caret. Chalcidicum fretum mirabile, sed ob sui euripi inconstantiam ponte

---

ται, non Μαιῶται; tertia est Herodotea Μαιῆται et Μαιῆτις, cujus sonus indigenarum formæ utpote Ionum propior est quam alterius... Ab initio Maitarum nomine certa quædam gens videtur vocata esse, a qua mare nomen habet. Sane Μαιῆτις s. Μαΐτις quasi Euxini nutrix hoc nomine vocata esse fertur, credo ob verba Herodoti: at licet Scythicum ejus nomen *Temerinda* s. *mater maris* (Plin.) cum hoc conveniat, tamen potius hæc a Μαιήταις quam illi ab hac debent dicti haberi, quod aliquot auctores diserte affirmant (Plin. 4, 26, Anonym. Per. P. Eux.). Rem mihi persuadet nominis forma: Μαΐτις enim s. Μαιῆτις s. Μαιῶτις femininum est a masculo Μαΐτης, etc., ut Φθιώτης a Φθιῶτις: *nutricem maris* si Græci voluissent dicere, Μαΐαν vocassent, non Μαιῆτιν. » ‖ — παραδεδομένος] παραδεδομένης in 2 codd. Par. ‖ — δισχιλίων.] Hoc ab omni veterum geographia abhorret. Aut ὀκτακισχιλίων aut ἐνναχισχιλίων Dionysius dederit, ita ut aut ,0 in δὶς, aut ,η in ,β corruptum sit. Stadiorum 8000 ambitum Mæotidi tribuunt Polybius 4, 39, 1 et Strabo p. 310; novies mille stadia computant Strabo p. 125, Plinius 4, 24 § 78, Arrian. Peripl., Agathemerus, Theophanes Simocatta in Ideleri Phys. et med. gr. min. p. 169. Si quis numerum δισχιλίων tueri voluerit, licet lacunam statuere hunc in modum explendam: Τὸ μὲν περίμετρόν ἐστι [ὀκτακισχιλίων vel ἐνναχισχιλίων, ἡ δὲ διάμετρος] δισχιλίων σταδίων (2200 sec. Strab.) ‖ — ὁ Τάναϊς] Articulum om. codd. Paris. Ceterum postremam fragmenti hujus partem iisdem fere verbis habes apud Gyllium initio capitis primi, ubi Dionysius laudari debebat. Vid pag. 5.

quidem jungentis insulam continenti, at non longiori spatio octoginta passibus, quibus patet in longitudinem, in latitudinem circiter quadraginta, qui hominum manu obrui potest : reliquum Chalcidici euripi Euboicum fretum longum et difficile ; non enim alia infestior classi statio est , nam et venti ab utriusque terræ prærealtis montibus subiti atque procellosi fretum hoc torquent ; Bosporus autem semper portuosus et navigabilis. Prætereo isthmum Corinthiacum, qui ut fretum admisisset, duos tamen sinus breves conjungeret, qui non magna navigationis circuitione jungi possunt : at Bosporus conjungit duo maria, quæ nulla navigationis circuitione jungi possunt nisi Bosporo, quem sapienter Euripides clavem nominat Ponti. Recte physicam rationem secuti poetæ finxerunt Bosporum minime pervium, eundemque transire sine Phineo rege Bospori Jasonem non potuisse, significantes Pontum invito rege Bospori adiri non posse ; recte Hesiodus ait Phineum excæcatum fuisse, quod navigationem Cyanearum et Ponti Phrixo indicavisset. Omitto Bosporum Cimmerium triginta stadia latum et vadosum ; qui, etsi valde profundus esset, tamen hostes non arceret, sed auxiliaretur hostibus. Conglaciatus enim pontis vicem præstat, cujus campi minus mansueti quam illius montes. Prætereo Hellespontum longe latiorem et sinu Byzantiaco carentem, de quo recte Constantinus judicavit, cum, posthabito Hellesponto, Constantinopolim in Sigeo promontorio inchoatam, eminenti in fauces Hellesponti, transtulit ad Bosporum; prætermitto reliquos triplicis orbis limites, Pontum Euxinum, mare internum, Tanaim, Nilum, quorum nullus contra hostes tam tutus quam Bosporus. Illa enim maria latissime patent ; Tanais gelu concretus pons est barbarorum ; Nilus longissimus, uno loco custoditus, infinitis locis transiri potest ; Bosporus una clave duos orbes, duo maria aperit et claudit. Piscium copia excellit Massilia, Tarentum, Venetia, sed omnia superat Bosporus, quo velut per portam duplicis maris pisces transire solent autumno et vere, tam certa lege naturæ quam solent grues bis quotannis internum mare pervolare, tantaque multitudine, ut primo cuique magnum piscium numerum capere et ferire liceat, neque modo ab usu piscandi instructi, sed etiam totius piscationis rudes atque adeo pueri et fœminæ capere possint domi desidentes ex fenestra calathis demissis, hamisque ab esca nudis etiam imperiti piscandi pelamides capiant tot et tantas, ut toti Græciæ sufficiant aliisque nationibus. Et ne numerem infinita genera piscium, tot gregalis generis capiunt, ut uno reti permulta navigia impleant. Ostrearum bonitate excellentium tantam multitudinem cum aliis temporibus largitur Bosporus, tum maximam temporibus quibus per leges Græci vesci non solent piscibus sanguinis participibus, ut quotidie videas fora multa redundare ostrearum acervis et amiarum ignotorum piscium Romæ et Venetiis. Suavissimi cibi crebros greges videre licet in Bosporo, eorundem quoque pugnas cum delphinis tales spectare, quales traduntur a scriptoribus. Quod si Bosporani non tantopere terrenis carnibus abundarent, si piscibus delectarentur, ut Veneti, si libere piscari possent, ac non pro tributo mediam piscationis partem dare cogerentur, et reservare non haberent necesse regi omnes pelamides ex Ponto descendentes, profecto omnia fora Byzantina piscium multitudine implerentur. Græci ex antiquo quodam proverbio extollunt Hellespontiorum piscium copiam. Sic enim, inquiunt, cum quis temere ea quæ abundant, aliunde affert ut rara, dicere solebant, « noctuam Athenas », aut « buxum in Cytorum », aut « pisces in Hellespontum », quo multo præstantior Bosporus, per quem primo pisces, pastionibus Ponti pingues facti, descendunt, deinde ex his, qui Bosporanorum piscatorum insidias effugerunt, latiorem transeunt Hellespontum. Quid? quod sua dulcedine superat cetera maria, et suæ dulcedinis fecunditate contendit cum mirabilibus fluviis, inter quos excellit Nilus, Ægypto quidem fœcunditatem dans, sed non tam suis nativis aquis, quam cœli et terræ siticulosæ natura, id quod deprehenditur ex rivulis fontium Arabiæ, Africæ, Mediæ, Babyloniæ : hi enim sicut Nilus vicina loca, quæ alluere possunt, fertilia efficiunt. Unde Byzantiis agris Libyæ tam eximia fertilitas, ut terra agricolis fœnus reddat cum centesima fruge, nisi ex vicinis mediocribus fluviis saxorum mole primum retentis, deinde per fossas divisis? Quot in Gallia delitescunt flumina, quæ si per arenas mediam occupantes partem orbis transirent, non mediocrem arenis fœcunditatem darent? Bosporus sua dulcedine piscium multitudinem Niliacis arenis numerosiorem alit, non modo a se procreatorum, sed etiam ab utroque mari ; tum mellis et ceræ, frumenti et vini ceterarumque rerum copiam largitur non modo Bosporanis, sed etiam infinitis nationibus longinquis, atque adeo ipsi Nilo Ægyptoque permulta impertitur. Jure igitur Bosporus vulgo dicitur autumno aureus, vere argenteus, rectius appellandus Chrysorrhoas quam quisquam alius, etiam si esset Chrysorrhoas Damascenus. Hic enim unius Damasci agros irrigat duntaxat, præterea nihil fert, innavigabilis. Jam quispiam cœlum Bospori damnabit ut caliginosum, Apolloniumque (*Arg.* I, 1114) afferet, cum scribit Argonautas ex alta specula insulæ Cyzici prospexisse ἠερόεν στόμα Βοσπόρου (οἷον ἀερῶδες ἤτοι δμιχλῶδες [*Schol.*]). Id enim non ex Bosporici cœli natura, sed ex longo intervallo accidit, quo amplius octoginta millia passuum a Cyzico abest Bosporus. Loca enim longinqua, etsi cœli natura lucida sint, tamen ex longinquo intervallo prospecta obscura videntur. Erit alius, qui non probabit Bospori oras, ut asperas et plane Thracicas ; at hæ miti amœnitate certant non solum cum omnibus maris littoribus, sed etiam

cum rivis nobilissimorum fluminum. Nilus quidem suam amœnitatem ex una ripa ostentat, ex altera deformat, patefaciens exustos et latissime retorridos campos. Vidi Penei ripas, quas amœnas efficiunt illa nobilia Tempe Thessalica in nemorosa convalle inter Ossam et Olympum sita, per quæ media Peneus viridis labitur, amœna, ut dicuntur, sed angusta et brevia, undique montibus in altitudinem immensam elatis coarctata, ut terror adsit prætereuntibus, qui augetur, si Livio credimus, strepitu Penei agreste quiddam resonantis; vidi item ripas amœnas aliquot fluminum Mediæ: hæ enim sunt illa decantata Tempe Medica, virore quidem plantarum manu satarum læta, sed undique montibus asperis arenaceis, qui nativis arboribus carent, circumdata: verumtamen nulla amœniora spectavi valle, per quam defluit Bosporus utrinque cinctus collibus molliter assurgentibus, vallibus leniter pronis, utrisque partim nemorosis, partim vitiferis et frugiferis, partim insignibus amœnitate viretorum floribus, herbis, arboribus enitentium, inter quæ excellunt horti regii : quos singulos quid aliud esse dicam quam Thessalica illa Tempe amœnissima, sed longe amœniora nisi ea Lapithæ Centauri velut dracones Hesperidum hortos custodirent, proculque spectatores arcerent. Silco rivos perennes et perlucidos circiter triginta hinc atque illinc delabentes in Bosporum, prætereo fontes gelidos. Quid unum jam commemorem Nymphæum Chalcedoniorum situm juxta Bosporum a permultis antiquis commemoratum? cum valles Bospori plusquam quinquaginta nihil aliud sint quam Nymphæa virore nemorum et pratorum, topiario et coronario naturæ opere, spectabilia. Ora autem maritima collucet plus triginta sinibus portuosis, ad marginem usque profundis, inter quos excellit sinus Chrysoceras, hoc est Cornucopiæ, siquidem aurum omnium rerum copiam largitur. Collucebat olim ab initio Bospori ad finem ædificiis continuis, quæ longis bellis eversa iterum excitantur, ut ab initio sinus Ceratini jam littus ad promontorium Hestias (littus patens in longitudinem circiter decem miliarium) exædificatum sit fere continuis ædificiis, non modo in sicco, sed etiam media ex parte in mari substructis, non modo ad hominum habitationem, sed etiam ad stationem scapharum atque excipulas piscium : quæ omnia patitur mitis Bosporus. Non enim fremebundo æstu effervescit in ædificiorum fundamenta, sicut cetera freta, quæ littoribus fracta, spumarum fervorem in ædium pavimenta furiose jactant, et fremitu terribili murmurantis maris littora plangentia maritimas urbes vexant, sed lenis urbem et suburbana alluit, neque sese effert extra littus, quamvis humile et planum. Itaque Jasonem duodecim diis apud Bosporum sacrificasse templumque condidisse arbitror, judicantem non modo hominum, sed etiam omnium deorum domicilium esse Bosporum. Apollo quidem sex templa habuit juxta Bosporum, antiquissimum in urbe Chalcedone, nullis oraculis cedens, duo Byzantii (unum in Xerolopho, cum tripode antiquissimo, alterum cum luco laurorum juxta finem sinus Cornu), quartum juxta eundem sinum, quintum in promontorio nuncupato Metopo, sextum in suburbano vico appellato Daphne a profundo luco laurorum Apollini consecrato, qui in Olympia ut Mercurium cursu secum certantem præverterit, ita periclitaretur certans in medio Bosporo cum Mercurio, qui semper præfuit promontorio Hermæo, obsidente maximas Bospori angustias, cujus radices cum sustinerent Darii pontem ejusque sedem in saxo excisam, ostenderunt Mercurii ingenio Darium Asiam Europæ quasi compedibus alligasse. Justius apud Bosporum perenni certamine Juno, Venus, Pallas contendunt quam ubi semel contendisse dicuntur. Dulcis Venus mare (unde nata est) dulce ostentat excellere; Juno colles uberes profert et promontorium Bosporium, in quo fuit ædes Junonis Acrææ; Pallas arces Byzantias proponit non judici Paridi juveni pastori, sed Jovi antiquissimo imperatori et Neptuno præsidentibus Bosporo, cujus portas Neptunus servare traditur, et claves Ponti custodire, adjutore filio Byzante fabro clavis Ponticæ, hoc est arcis Byzantiæ conditore, in qua antiquum Neptuni templum fuisse scribit Dionysius (v. fr. 9). Jupiter Urius imperatorque quamdiu multumque Bospori angustias tutatus sit, declarat fanum Jovis Urii in hunc diem nomen retinens, declarat ejusdem statua in Bosporo sita, quæ, cum tamen multa bella ex Ponto emerserint, servata est, cum interim sua signa Jupiter pateretur ex Macedonia, ex Græcia auferri. Cum Lucullus ex Ponto auferret colosseum Apollinem, tamen illam, etsi in toto orbe pulcherrime facta haberetur, attingere non ausus est; nec arce prius cessit, quam Christus ei successit, verus Juppiter Urius et Imperator : adeo ille Bosporum amore prosecutus est, quem nonnihil augere potuit id quod sempiterna nominis memoria Bosporus testatur se transvexisse Io, quam Jupiter amavit; Bosporique accola Semystra educavit Ceroessam, Jovis et Iûs filiam, matrem Byzantis, qui condidit Byzantium. Acrius igitur et commodius in Bosporo quam in Olympia de orbis imperio Jupiter cum Saturno colluctari potuisset. Nec modo deorum hominumque pater, sed etiam mater deorum Bosporum accoluit, suisque ædibus arcem oppositam arci Jovis Urii illustravit. Neque modo dii deæque inter se, sed etiam secum de pulchritudine Bospori certant. In quo mari Venus dulcior quam in dulciore Ponti? cujus aqua potui pecorum utilior quam dulcium fluminum; itaque accolentes Pontum omnia pecora ad mare ducunt, ut ex eo bibant. Ubi Venus placidior quam in placido Bosporo? ubi Veneris placidæ ara in sinu Auri Cornu nuncupato, ejusdemque templum in suburbano proximo Chalcedoniæ et in

portu Lyciorum, ubi etsi Bosporus frigidus, tamen Venus frigere non potest compressa collibus Bacchi et Cereris feracibus. Juno circa Bosporum duplex et gemina; nempe utraque continens certat non solum de similitudine, sed etiam de paritate collium, vallium, fontium, frugum, fructuum. Ubi Pallas, urbium, arcium tutrix, arcem architectari potuisset commodiorem ad retinendum utrumque orbem, quam in Bosporo? ubi Pallas Bospori primas sibi partes deberi contendat, quam in arce Byzantii? quo primum egressi coloniæ deductores Minervam coluerunt, aramque Minervæ Ecbasiæ ibi erexerunt, et Pallade adjutrice statim pugnarunt tanquam pro terra patria, nempe Byzantio, quod lumen est clarissimum Bospori. Habuit item alteram aram supra Bosporum, quam Megarenses coloniæ deductores Palladis dissipatoriæ appellarunt ab hostibus barbaris dissipandis. Diana item et Ceres et Bacchus contendunt ornare Bosporum. Ecquodnam aliud tam breve spatium sex templa habuit illustria Dianæ quam Bosporus? in cujus exordio fuit Dianæ fanum adeo celebre, ut idem fanum ab aliquibus dicatur Dianæ, ab aliis Jovis. Nusquam Diana sua retia marina tendit felicius quam in Bosporo, in quo medio fuit ædes Dianæ Dictynnæ. Finis Bospori habuit templum Dianæ Orthosiæ et ædem Persephonæ in promontorio Bosporio, itemque in opposito littore delubrum Dianæ Luciferæ, atque in Bospori portu Lyciorum nuncupato templum Dianæ Phosphori. Sed quid tam multa de diis? cum possem Bosporum suis variis et propriis laudibus efferre, nisi hæc pauca præloqui voluissem, non tam ut laudem Bosporum ex judicio deorum, quam ut Bospori nomina antiqua summatim informem usurpata atque appellata ab aris, templis ceterisque deorum monumentis. Itaque Bosporum deorum domicilium appellavi, quod in eo omnium majorum deorum aræ ædesque multæ et celeberrimæ fuerunt. Jure igitur nonnulli Bosporum Sacrum ostium appellarunt; jure Iason duodecim diis fanum consecravit propterea, ut mihi videtur, quod omnes dii ad eum ornandum contendisse videntur, contra Sostratum, qui Bosporum asserit Neptuni opus esse; mihi potius ab orbe condito ipsum patefecisse videtur architectus ille summus, qui elementa creavit et distinxit. Quomodo Neptuni fortuita vi Euxinus Pontus tam scite Bosporum aperire potuisset? in quo nihil fortuitum videtur, sed summa ratione factum, ut vix ulla humana mens majore artificio excogitare posset commodiorem ad navigandum; aut si quis tentaret Bospori os aliter fingere, ille esset, qui in alia corporis parte os hominis, quam est, commodius esse debuisse frustra probare niteretur. Primum suum introitum inter Cyaneas largum viginti stadia, montibus cinctum, velut brachia distendit in complexum introeuntium; deinde sensim per longitudinem duorum miliarium usque ad promontorium Myrleanum coarctatur in angustias miliarias, post in longitudinem quinque miliariorum rectus procedit, multosque sinus portuosos efficit; inde ad finem usque magnis anfractibus et crebris sinibus pergit flexuosus usque ad mœnia Byzantii, cujus mucrone velut rostro scinditur in duas partes, quarum rapidior et major in Propontidem progreditur, paulatim oris recedentibus, usque dum inter Chalcedonem et Byzantium dilatatur in quattuordecim stadia, similiter pari introitu ascendentes excipiens in Pontum, ut excipit descendentes ex Ponto. Altera pars sinum efficit, Cornu nuncupatum. Sed quid plura de Bosporo? sine quo Byzantium nunquam exstitisset, aut vulgaris urbs remansisset, cujus conditor et genius Agathodæmon Bosporus jure dici potest et debet, sine quo non modo vivere cum dignitate, sed ne nasci quidem potuisset. Et ne habeam inculcare, quæ postea dicam de Byzantio, id fere omne Bosporo acceptum referre oportet, quod laudis tribui potest Byzantio.

I. *De origine Bospori, et de ejus multis nominibus.*

Fr. 2.

Bospori Thracici origo est Pontus Euxinus. Supra Pontum est Mœotis quam matrem et nutricem Ponti divulgavit hominum sermo, jam ab usque antiqua memoria traditus; Mœotidis finis Tanais, limes Europæ et Asiæ. Mœotidem Cimmerico freto excipit Pontus, quî auctus Mœotide et multis magnisque fluminibus per Thracium Euripum exit in Propontidem. Et ut magni lacus fluvium aliquem emittere solent, ita Pontus emittit in mare Ægæum velut flumen maximum[1]*, in principio angustum, in medio amplum, in fine strictum. Finis appellatur Hellespon-*

Fr. 2. Quamvis Dionysii nomen his non præfixerit Gyllius, tamen ex comparato fragmento primo facile colligitur ea ad verbum fere ex Anapli auctore translata esse. ‖ — 1 *velut flumen maximum*] Similiter Andreossy (Voyage à l'embouchure de la mer Noire. Paris, 1818) : « Le Bosphore et le canal des Dardanelles peuvent être considérés comme les parties inférieures d'un fleuve dont l'origine est aux sources du Dnieper et l'embouchure aux Dardanelles. » In eandem sententiam trahere possis quod Stephanus Byzantius v. Βορυσθένης dicit : Οὕτω (sc. Βορυσθένης) καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πρὸ τῆς Ἕλλης ἐκαλεῖτο. Mœotidem certe et Bosporum Cimmerium nonnullis fuisse partes Tanaidis fluvii, liquet ex Arriani et Anonymi periplis Ponti Eux. (v. G. Min. t. I, p. 414 et 394 ibiq. not.), ubi os Mœotidis etiam *Tanais* appellatur. Ac si Anonymus poeta (v. t. I, p. 233), Ephorum, ut videtur, secutus, de Tanai dicit : Ἐξίησι δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον εἰς τὴν λεγομένην Μαιῶτιν εἰς τὸν Κιμμερικόν τε Βόσπορον, hæc ex eadem opinione manant, etsi

tus, medium vero lacus similitudinem gerens Propontis, principium Bosporus.

Hunc multis nominibus scriptores appellant : Græci quidam αὐλῶνα, Pomponius Mela (1, 19, 5) canalem, alii (Plin. 9, 20) Euripum Thracium. Herodotus (1, 85 et 118) modo Ponti os appellat, modo αὐχένα. Laurentius vertit *collum*, poterat pure et Latine reddere *fauces* pontici maris. Græci nostræ ætatis λαιμὸν nominant; Turci eodem sensu *Bogazin*. Fauces, inquit Livius, στενὰ vocant Græci. Bosporum quidam recentes scriptores *stenon* nuncupant. Pomp. Mela etsi interdum totum fretum nominat *fauces*, tamen partem ultimam Bospori positam inter Chalcedonem et Byzantium proprie appellat (I, 19, 5) *fauces*, reliquam oris partem vocat *os*. *In Bospori*, inquit, *faucibus oppidum, in ore templum est. Oppidi nomen Chalcedon, templi numen Jupiter;* ubi distinguit fauces ab ore, idque apte : sive existimat Pontum, ut omnes existimant, exire in Ægæum velut per meatus cujuspiam animalis, nempe primo per Bosporum, quasi per os et fauces, subire in alvum, hoc est in Propontidem; deinde per Hellespontum, tanquam per vesicæ fauces, delabi in Ægæum; sive putat mare Ægæum exire in Pontum, id quod putare videtur, sed falso, ut paulo infra ostendam. Tum enim revera Ægæum a Propontide velut ab alvo ejiceretur in Pontum per fauces et os Bospori. Non igitur minus recte *Thracias fauces* Bosporum appellabimus, quam Lucanus Hellespontum appellavit. Cicero Bosporum nunc *introitum Ponti*, nunc *os atque angustias* dicit. Similiter Aristides (t. I, p. 21) Bosporum appellat εἰσβολὰς τοῦ Πόντου; rectius Philostratus (Vit. Sophist. 1, 34, 1) ἐκβολὰς τοῦ Πόντου, cum Bosporus sit Ponti exitus potius quam introitus. Pomponius Mela (1, 5) : « *angustias introitumque* (*maris*) *venientis nos fretum, Græci* πορθμόν *appellant*[2]. » Procopius restrictius hunc præfinire videtur in libro inscripto Περὶ τῶν ἀνεκδότων quem scripsit contra Justinianum, contraque ejus uxorem Theodoram. « Byzantium, inquit, utrinque fretum habet, unum in Hellesponto circa Sestum et Abydum, alterum in Ponti Euxini ore, ubi Fanum nominatur. In Hellesponti freto tributum quidem minime exigebatur. Præfectus vero a rege missus in Abydo sedebat perscrutans, si qua navis ferens arma sine regis permissu iret Byzantium, aut si quis Byzantio solvisset, qui non ferret literas et signa hominum, quibus hæc cura mandata esset. Non enim fas quenquam ex urbe Byzantio enavigare sine dimissione virorum operam dantium magistratui appellato magistro non dimissorum. Similiter si quis ad barbaros mearet, apud Fanum Jovis præsidebat, qui perscrutaretur si qua ex Romanorum ditione ferret, quæ ad hostes efferre non liceret : nihil tamen huic præfecto exigere licebat ab his qui illac navigarent. At ex eo tempore, quo Justinianus accepit imperium, in utroque freto constituit tributum publicum; et stipendio quidem utrique freto præfectos afficiebat, verum edicebat, ut omni vi quam plurimas pecunias inde auferrent. » Prætereo cetera quæ Procopius colligit contra acerbam exactionem a Justiniano utrique freto constitutam; hoc unum duntaxat ex his percipe, Procopium Bospori et Hellesponti summas angustias stricte nominare fretum, ut Titus Livius fretum Chalcidici Euripi vocat summas angustias canalis Eubœam dividentis a Bœctia. Certis et

---

dubium sit an sic poeta intelligi voluerit. Denique hinc explicari aliquatenus censeo rationem qua orta sit mira ista Herodoti de Darii contra Scythas expeditione narratio. Scilicet Herodotus (4, 55) ab oriente Borysthenis in Pontum effluere dicit Hypacyrin (Pacyrin Plin.), deinde in Mæotidem Tanaim atque Oarum et Lycum et Syrgin (4, 123; Hyrgin v. Hyrgen 4, 57). Hæc ita mutarunt nonnulli ut Hypacyrin in Hypanim exire statuerent, Oarum vero et Lycum et Hyrgin aut Tanaidis affluentes aut maris Caspii fluvios esse censerent; alii jejunioris judicii viri, ut Deguignes (*Mém. de l'Acad.* t. XXXV, p. 546) et Ukertus (*Geogr.* 3, 2 p. 199), hæc ad veritatem perduci posse recte negarunt, præsertim quum fabulosam esse de Darii itinere narrationem extra dubitationis aleam positum sit. Quærere tamen licet quonam modo fabulæ istæ ortæ sint. Qua in disquisitione proficiscendum puto a Ptolemæo, tanto minus illo negligendo, quum non, ut alii plerique geographi, ex ipso pendeat Herodoto. Is igitur post Borysthenem ponit Carcinitem fluvium. Hunc eundem esse cum Hypacyri sive Pacyri patet; nam ut secundum Herodotum Pacyri adjacet Carcinites oppidum, sic apud Ptolemæum Pacyris (vgo Pasyris) opp. appositum est Carcinitæ fluvio. Deinde in Mæotidis ora Ptolemæus memorat Agarum et Lycum fluvios et Hyrgen locum. Sponte se conjectura offert respondere his nominibus Oarum, Lycum et Hyrgin Herodoti. Quominus ad hoc attenderent viri docti, impedivit interjectus inter Hypacyrin et Oarum Tanais fluvius; at nonne hic quoque locum suum tuetur, si in prisca traditione Tanaïs fuit ipsa palus Mæotis seu Tamarida, ad quam Darius accessit antequam ad Oarum perveniret? Hanc narrationem alii, quos Herodotus sequitur, ita transformarunt ut Tanaim nonnisi de ipsi *Don* fluvio intelligerent, ad eamque sententiam ceteram historiam accommodarent. Reliquerunt tamen antiquioris narrationis vestigia. Nam quod de *sexaginta* dierum expeditione traditur, id cum Herodotea geographia conciliari nequit. Porro si Herodotus 4, 123 Syrgin in Mæotidem, alio autem loco (4, 57) *Hyrgin* in Tanaim effluere refert, non diversos fluvios indicari, sed misceri priscam traditionem cum recentiore, facilis est conjectura.

2. Pomponii Melæ verba ad Bosporum nihil pertinent. Sermo est de freto venientis ex oceano maris nostri, i. e. de freto Gaditano.

propriis etiam aliis vocabulis Bosporum scriptores nominant. Ptolemæus (3, 11, 3) os occiduum Ponti[3], Apollonius Argonauticorum poeta (2, 549) σκολιοῖο πόρου στεινωπόν appellat; Arrianus (ap. Eustath. ad Dionys. 140) fretum Mysium a Mysiis populis, cum id Mysi accolerent, deinde Thracium a Thracibus accolis[4]. Potuit etiam appellari Bithynicum et Mygdonium[5] et Bebrycium, cum Bithynia, quæ claudit Bospori latus dextrum Asiaticumque, fuerit etiam appellata Mygdonia et Bebrycia. Herodotus (4, 85) nominat Bosporum Calchedoniæ (τῆς Καλχηδονίης τὸν Βόσπορον); Strabo, os Byzantiacum (p. 125 στόμα Βυζαντιακόν, p. 318 στόμα τὸ κατὰ Βυζάντιον); Joannes Tzetzes (Chil. 1, 886) appellat Bosporum Damaliten (τὸν Δαμαλίτην Βόσπορον) sua ætate nuncupatum vulgo Prosphorium[6]. Aristides januam Ponti vocat, imitatus Pindarum, qui fretum Gaditanum portas dicit Gaditanas. Ora enim similia portis habentur; inde fluminum exitus ostia dicuntur. Plinius fretum Gaditanum appellat limen interni maris; Euripides clavem Ponti nuncupat Bosporum. Unde autem vocetur Bosporus, etsi omnibus clarum a bovis meatu : tamen dubium controversumque inter vetustissimos scriptores est, quænam bos illa fuerit, et qua transierit; quod non tantopere quærendum putarem, nisi hoc non perspicuo facto, plane intelligere non possemus, ubi locus appellatus Bos sive Damalis, ubi Chrysopolis. Poetæ[7] tradunt Ina-

---

3. *Ptolemæus*, etc.] Nituntur hæc prava quorundam codicum lectione qui lib. 3, 11 p. 215 ed. Wilberg. in verbis : ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου Βυζάντιον ante v. τοῦ Πόντου inserunt τὸ δυτικόν, quod Gyllius mutaverit in τῷ δυτικῷ. ‖ — 4. Arrianus (in Βιθυνιακοῖς) ap. Eustath. ad Dionys. 140 : Ὁρθμὸς ὁ κατὰ Καλχηδόνα καὶ Βυζάντιον, ὅ ποτε Μύσιος, διότι Μυσοὶ ἀντιπέραν ᾤκουν τῆς Θράκης, ὕστερον δὲ Βόσπορος ἐπὶ τῇ συμφορᾷ τῆς Ἰοῦς, κτλ. Cf. Schol. Apoll. Rhod. 2, 168 et Dionysius Κτίσεων auctor apud Strabon. p. 566. ‖ — 5. *Mygdonium*] At non ad ipsum Bosporum, verum in Propontidis ora meridionali Mygdones fuerunt. Cf. not. ad l br. III, c. 1. ‖ — 6. *Prosphorium*] Tzetzes Chil. 1, 832 :

> Δύο δ' εἰσὶν οἱ Βόσποροι, καὶ μάθε τίνες οὗτοι·
> ὁ Σκύθης ὁ Κιμμέριος, δι' οὗ Μαιῶτις λίμνη
> τῇ Ποντικῇ συμμίγνυται θαλάσσῃ τοῦ Εὐξείνου,
> ὁ παρ' ἡμῖν τε Θράκιος ὁ καὶ Ἑλλησποντίας,
> ὃς συνηθείᾳ τῇ κοινῇ Προσφόριον καλεῖται.

Ceterum Bospori fretum Prosphorium vocatum esse vix recte Tzetzes tradit. Pertinet nomen ad portum Constantinopolis in quinta urbis regione situm, qui prius vocabatur τὸ Βοσπόριον et τὸ Φωσφόριον. V. Stephan. Byz. v. Βόσπορος; Gyllius Topogr. Const. 3, c. 1. « Prosphorium vero et Prosphorianum portum vocari tradunt ἀπὸ τῆς προσφορᾶς, quod nimirum eo magna importaretur eduliorum copia. » *Lambecius* ad Codinum p. 275 ed. Bonn. ‖ — 7. Plurima eorum quæ in sqq. Gyllius affert, petita sunt ex schol. Apoll. Rhod. 2, 168 : Τὸ ἀπὸ Βυζαντίου πρὸς Καλχηδόνα διάστημα σταδίων ἐστὶν [έ] (numerus incertus, quum omittatur in cod. Laurentiano, ceterorum codicum fonte), καὶ Βόσπορος ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰὼ βοῦν οὖσαν διαπορεύεσθαι τοῦτον τὸν τόπον, ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην διαβαίνουσαν (Cf. Schol. 1, 144), ἢ διὰ τὸ πάντας τοὺς στενοὺς πορθμοὺς βοσπόρους καλεῖσθαι. Ἔνιοι δὲ τοὺς ἐπὶ τοῦ στόματος οἰκοῦντας τὸ παλαιὸν, εἴποτε ἐθέλοιεν εἰς τὸ πέραν διαβαίνειν, σχεδίας πηγνύντας καὶ βόας ἐπιζεύξαντας ἐπὶ τούτων διαπεραιοῦσθαι, ὅθεν καὶ ὠνομάσθαι τὴν θάλασσαν. Ἄλλως. Περὶ τοῦ Βοσπόρου ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς παλαιοῖς διαφόρως λέγεται. Νύμφις μὲν γάρ φησιν ἱστορεῖν Ἀκαρίωνα (lege Ἄνδρωνα. Cf. Fr. H. t. 3, p. 16; Εὐφορίωνα conj. Reinesius epist. ad Daum p. 255; Χάρωνα Weichert. Vit. Apoll. Rh. p. 253; Αἰσχρίωνα M. Schmidt Philol. t. 1, p. 640), ὡς ἄρα Φρύγες διαπλεῦσαι βουλόμενοι τὸν πορθμὸν κατεσκεύασαν ναῦν ἔχουσαν ἐγκεχαραγμένην προτομὴν ταύρου· διαπλευσάντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ εἴδους τοῦ περὶ τὸ σκάφος προσαγορευθῆναι τὸ πέλαγος Βόσπορον. Ἔφορος δέ φησιν ἁρπάσθαι τὴν Ἰὼ ὑπὸ Φοινίκων καὶ διακομισθῆναι εἰς Αἴγυπτον, ἀνθ' ἧς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων πέμψαι Ἰνάχῳ ταῦρον· τετελευτηκότος δὲ ἐκείνου περιιέναι αὐτοὺς παραδεικνύντας, καθὸ πρότερον οὐκ ἐγίνωσκον τὸ ζῶον· τὸν δὲ τόπον προσηγορεῦσθαι, δι' οὗ οἱ τὸν ταῦρον ἔχοντες ἔπλευσαν, Βόσπορον· οἱ δὲ, καθὸ ὁ Φρίξος ἐπὶ κριοπρώρου σκάφους ἔπλευσεν. De Bosporo Thracio ab Io nomen nacto cf. Callimachus in Dian. 254; Dionys. Per. 140, ibique Eustathius; Himerius or. 7 § 6 : Σὸς δὲ καὶ γείτων ὁ μέγας Βόσπορος, πορθμὸς πάσης μὲν ποιήσεως, πάντων δὲ λόγων ἀγώνισμα, πορθμὸς τοῖς Διὸς ἔρωσιν ὑποστορέσας τὴν θάλασσαν, ὥσπερ οἶμαι καὶ προμαντευόμενος, ὅτι καὶ διογενῆ βασιλέως φύσιν κόλποις τοῖς ἑαυτοῦ τιθηνήσαιτο. Λέγεται γὰρ Ἰὼ τὴν Ἰνάχου κρίσει Διὸς εἰς βοῦν ἐκ παρθένου τὴν ἑαυτῆς φύσιν ἀμείψασαν νήξασθαί τε ταύτην τὴν θάλασσαν καὶ δοῦναι τῷ πορθμῷ κλῆσιν τῆς τότε τύχης τὸ σύμβολον. Apollodor. 2, 1, 3; Polybius 4, 43, 6; Hesychius Miles. in Fr. Hist. t. 4, p. 148; Codinus De orig. Const. p. 4 ed. Bonn.; Etym. M. v. Βόσπορος. Alii hanc fabulam ad Cimmerium Bosporum referunt, ut Æschylus in Prometh. 739 et Hyginus fab. 145. Alii pro Βόσπορος scribentes Βόσφορος (v. Steph. Thes. s. v.) fabulam immutarunt. V. Schol. Horat. Od. 2, 13, 4 : *Nomen autem dicitur accepisse* (Bosporus Thr.), *quod id mare Jupiter in bovem mutatus transierit ferens Io, quam postea vitiatam transformavit in buculam, volens suum furtum celare Junonem, unde* Βόσφορος *dictus*. Cf. Valerius Flaccus 4, 344, 419; Varro De r. rust. 2, 1, 8. Quod deinde ex Arriano Gyllius tradit, legitur ap. Eustath. ad Dion. 140. (Cf. Arriani fr. 35 in Fr. Hist. t. 3, p. 593). Omnino freta Bospori nomine affici monet etiam auctor Etym. M. s. v. Βόσπορος : Τινὲς δὲ (φασὶ) τοὺς στενοὺς πορθμοὺς Βοσπόρους εἰρῆσθαι· ἢ ὅτι τὸ παλαιὸν, εἴ ποτέ τινες ἤθελον εἰς τὸ πέραν διαβῆναι, σχεδίας πηγνύντες καὶ βοῦς ὑποζεύξαντες ἐπὶ τούτων διεπεραιοῦντο· ὅθεν ἡ ἐπωνυμία. Cf. Plinius 6, 1, 6 : *ad Bosporos duos vel bubus meabili transitu, unde*

chi filiam, mutatam in bovis speciem, ira Junonis fretum hoc transisse, ex eoque Bosporum appellatum fuisse. Polybius (4, 43, 6) addit transiisse ex Europa ad locum sua ætate nuncupatum Bovem. Arrianus ex quorundam sententia adjungit aliam bovem fuisse, quæ huic freto nomen dederit quam dicit Phrygibus urgentibus incolumem transiisse fretum positum inter Chalcedonem et Byzantium, ducemque illis exstitisse, quibus divinum oraculum datum erat, ut bovem transitus ducem facerent, cui obtemperantes incolumes transierunt; hujusque meatus monimentum tradit esse bovem æream, excitatam a Chalcedoniensibus, locumque illic esse, qui usque ad suam ætatem forsan ex hac appellaretur Damalis. Sed ubi fuerit locus Bos sive Damalis dictus, postea suo loco ostendam. Dionysius Byzantius (v. infra fr. 3) affert quosdam tradere bovem œstro stimulatam ad promontorium, in quo postea conditum est Byzantium, delatam trajecisse meatum medium, ex eoque hunc Bosporum, illud Bosporium nominatum fuisse. Alii vero testantur ideo sic nuncupatum, quod omne fretum appellare olim solerent Bosporum accolas; siquando olim hoc fretum trajicere vellent, rates alligasse adjunctis bobus, atque ita trajecisse, ex eoque nomen adeptum fuisse. Nymphis tradit Acarionem historiæ mandasse Phryges trajicere volentes navem ædificasse bovis caput in prora habentem. Hæc quidem ex antiquissimis scriptoribus attuli, ut cognoscatur num vere recentes scriptores tradant, inter quos Joannes Antiochenus[8], qui scribit a Byzante, conditore Byzantii, bovem in hoc fretum immissam trajecisse ad Chrysopolim, ex eoque Bosporum appellatum fuisse, cum Byzas nepos fuerit Iûs, quæ antequam Byzas nasceretur, hunc canalem trajecerat.

II. *De Bospori principio et fine et de ejus longitudine.*

Herodotus (4, 85,) Bosporum Thracium scribit longum esse centum et viginti stadia, sed loca unde incipit et desinit, non explicat. Polybius (4, 39, 4 et 4, 44, 1) similiter longum esse dicit, et loca quibus terminatur, nominat, nempe, ex parte Ponti, Fano nuncupato, ex parte Propontidis, Calchedone (τῷ κατὰ Καλχηδόνα καὶ Βυζάντιον διαστήματι). Sed fani nomen non declarat Jovisne an Dianæ an Neptuni; nam horum trium fana ponuntur in Ponti introitu. Sed Menippus (in Anonym. Per. P. Eux. § 1 et 37, p. 402 et 424) et Arrianus (Per. P. Eux. § 17 p. 381) in suis periplis Bithyniæ id fanum nominant Jovis Urii, et pouunt in Asia, eandem Bosporo longitudinem dantes a fano Jovis Urii ad Chalcedonem. Similiter Pomponius Mela (1, 19,.5) oram Bospori Asiaticam persequens tradit templum in Ponti ore positum auctore Jasone ædificatum, cujus numen esset Jupiter; ex eoque templo, dicit, « *sese ingens Pontus aperit.* » Quem, Herodoto (1, 85) teste, ut videret Darius apertum, profectus est ad Cyaneas a Græcis Planctas nuncupatas, ubi in fano sedens contemplatus est Pontum mirabilem. Ex quibus dubium cuipiam videri possit an fanum Jovis fuerit in Cyaneis petris, cum etiam Dionysius (v. 144) orbis terræ scriptor tradat ex ore Bospori Thracii (ubi fama est petras Cyaneas errantes per altum inter se concurrisse) mare multum aperiri: sed ingens Pontus non modo ex insulis Cyaneis sese aperit, verum etiam ex fano Jovis, quod etiam hodie Ἱερὸν Græci appellant, posito intra Bosporum, distante ab insulis Cyaneis quadraginta stadia; atque adeo Pontus patescit a loco Bospori longe interiori, distante a Cyaneis plus sexaginta stadia, quem Dionysius Byzantius appellat clavem Ponti (κλεῖδας ἢ κλεῖθρα τοῦ Πόντου. V. infra fr. 42), ubi dicit *Pontum eminentibus promontoriis tectum incipere aperiri, nullo impediente amplius verum aspectum maris, Symplegadasque appellatas olim fuisse flexiones multiplicium promontoriorum. Itaque Cyaneas petras esse non modo insulas nuncupatas Symplegadas, sed etiam rupes cingentes littora Bospori, et radices promontorii, ubi hodie spectatur Fanum, ex quo Darius contemplari potuit Pontum longe lateque.* At Fanum nuncupatum alibi quam ubi hodie exstat, nonne fuisse videtur ex Strabone (p. 320)? « Distant (inquit) fanum Byzantiorum et fanum Chalcedoniorum a Cyaneis insulis viginti stadia[1], quorum alterum fuit Jovis Urii, alterum

nomen ambobus. Etymologicum l. l. aliam etiam sententiam affert : Φύλαρχος δέ (φησι), ὅτι οἱ ἐντὸς τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἦσαν ἄπειροι γεωργίας, οἱ δὲ ἐκτὸς ἔμπειροι· διὸ καὶ Βόσπορος ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐκαλεῖτο τοῦ πελάγους, ὅτι ἐσπείρετο. Quæ Nymphis ex Andronis periplo narrat, paullo aliter adornata habes in Chron. Simeonis Logothetæ (cod. Paris.) : Βόσπορος δὲ ἀπὸ τοῦ τὴν ἁρπαγὴν Εὐρώπης παρὰ Διὸς τοῦ τυράννου Κρητῶν δι' ὁλκάδα γεγενημένην ἐκεῖ ἐπιπορθμεύσασθαι, ἧς κατὰ πρῴραν κεφαλὴ βοὸς ἀνεστήλωτο, ἣν ἀθρόως οἱ διοπτεύσαντες βοῦν θαλασσοπόριον (l. θαλασσοπόρον) ἔδοξαν εἶναι, τῆς ἀληθείας μὴ ἐφαψάμενοι. ‖ —8. *Joannes Antiochenus* apud Codinum De ædif. Constant. p. 113 ed Bonn. : Περὶ δὲ τῆς Βοσπορίου (portus Const.) ἐπωνυμίας ταῦτά φησιν Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχεύς (fr. 171 in Fr. H. 4, p. 603), ὅτι εἰς τὸ Σιγματοειδὲς τοῦ τείχους εἶχον ἔθος πωλεῖν τοὺς βόας (ὃ καὶ ἐκράτει μέχρι τοῦ Κοπρωνύμου)· εἷς δέ ποτε βοῦς οἰστρηλατήσας εἰσῆλθε τὴν θάλασσαν καὶ ἐπέρασεν εἰς Χρυσόπολιν, καὶ διὰ ταῦτα ἐκλήθη Βοσπόριον. Codex Paris. 30 58 hæc ita exhibet : Ὅτι τὸ Βοσπόριον, καθώς φησιν Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχεύς, ὅτε Βύζας ἔκτισε τὸ Βυζάντιον, βοῦν ἀπέστειλεν ἀπὸ τοῦ Προσφορίου, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Χρυσόπολιν, καὶ οὕτω ἐκλήθη Βοσπόριον. In quibus quæ de Bosporo tradebantur, ad Bosporium portum male transferuntur. V. Ducang. Const. p. 7 sq.

1. Strabonis verba hæc sunt p. 320 (p. 265, 35 ed.

Serapidis. » Quamobrem in sinu, quem Græci hujus ætatis appellant *Dios Sacra*, fanum Jovis fuisse videri potest, præsertim cum supra id, quod nunc vocant Ἱερόν, Bosporus pergat angustus ultra duo miliaria, nimirum usque ad *Dios Sacra*, adeo ut ibi aliqua Jovis ara fuerit. Tamen templum Jovis Urii, terminus Bospori ab auctoribus celebratus, illic non fuit, et erratum esse in Straboniano codice vel ex ipsius Strabonis verbis liquet, cum ait apud templum Byzantiorum et Chalcedoniorum fretum strictissimum esse totius Bospori, id quod non est apud sinum nuncupatum *Dios Sacra*, tum magis ex Arriano (Peripl. § 37) tradente Cyaneas quadraginta stadia distare a fano Jovis Urii, ubi idem totius Bospori os strictissimum esse dicit, ibidemque esse ostium Ponti addit. Philostratus et *Dionysius Byzantius* dicunt *esse quatuor stadiorum*. At objicietur Polybius (4, 39, 6) scribens fanum Jovis distare ab Europa duodecim stadia[2]; objicietur etiam Procopius, tradens Asiam atque Europam circum Abydum et Sestum prope inter se accedere, iterumque circa Byzantium et Chalcedonem usque ad petras Cyaneas olim appellatas, ubi fanum nunc ita appellatum. In his enim locis decem stadiorum intervallo eoque minus utraque continens separatur ab altera. Quibus objectis respondendum est non intelligere Polybium de latitudine Bospori, sed de distantia fani ab Europa; fani enim arx sita fuit in supercilio promontorii, ubi etiam nunc castrum est, quod vulgus etiam Græcorum nominat Ἱερόν, id est Fanum; aut, si intelligit fanum juxta litus Bospori situm, codicis Polybiani erratum esse, aut ipsum errare dicemus, Procopium autem prorsus a vera mensura aberrare, sive intelligit de intervallo inter Cyaneas sito, inter quas fretum intercedens ex Strabone et ex meo judicio patet in latitudinem viginti stadiorum, sive intelligit Cyaneas cautes, cingentes Bosporum et promontorium nuncupatum Fanum, ubi scriptores longe antiquiores dicunt duntaxat quatuor stadia latas esse angustias, supra quas eminent duo castella, alterum ex Asia, alterum ex Europa, quæ Græci usque ad hunc diem vocant Ἱερά, ubi antiqua fana fuisse cum ex antedictis assequor, tum ex meis oculis et pedibus, quibus infra ostendam ab ultimis Bospori faucibus inter Chalcedonem et Byzantium sitis ad castella Ἱερά esse centum et viginti stadia: quorum situs ostendit nullum locum in Bosporo tam aptum esse ad obsidendas Bospori fauces quam locus ubi hodie Ἱερὸν dicitur, ejusmodi, qualis a Polybio describitur. « Fanum esse dicit locum natura munitissimum, situm in Ponti ostio, quem Byzantii ingenti pecunia mercati fuissent opportunitate loci pellecti, ne ullam cuiquam commoditatem relinquerent in Pontum vel ex Ponto navigandi, nisi id cum voluntate faceret Byzantiorum. » Is locus si ad superiorem Ponti introitum, intercurrentem inter Myrleium et sinum nuncupatum Dios Sacra, fuisset, ubi Bosporus largior et multo rapidior et undique fere rupes præruptæ, non tam ipsi alios impedissent, quam semetipsos non habentes neque commodum accessum neque portum. Adde quod hostibus commoditatem reliquissent muniendi promontorium quod Fanum etiamnum appellatur natura munitissimum, ad cujus radices fretum est angustissimum totius Bospori[3]. Adde etiam hoc promontorium plenum ruinis retinere adhuc vestigia veteris oppidi, in cujus summo etiam nunc extat castrum muris cinctum, quod Turcorum præsidio diligenter custoditur, oppositum oppido Europæ similiter in ruinis jacenti: quod cum Byzantii tenerent situm e regione fani Asiatici ab Strabone nuncupati Chalcedonici, perspexerunt commodissimum esse utrumque tenere ad occupandas introitus Pon-

---

Didot): Αἱ δὲ Κυάνεαι πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου εἰσὶ δύο νησίδια, τὸ μὲν τῇ Εὐρώπῃ προσεχές, τὸ δὲ τῇ Ἀσίᾳ, πορθμῷ διειργόμενα ὅσον εἴκοσι σταδίων. Τοσοῦτον δὲ διέχει καὶ τοῦ ἱεροῦ τῶν Βυζαντίων καὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Χαλκηδονίων· ὅπερ (l. οὗπερ cum Corayo) ἐστὶ τοῦ Εὐξείνου τὸ στενώτατον· προιόντι γὰρ δέκα σταδίους ἄκρα ἐστὶ πενταστάδιον ποιοῦσα τὸν πορθμόν, εἶτα διίσταται ἐπὶ πλέον καὶ ποιεῖν ἄρχεται τὴν Προποντίδα. Ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἄκρας τῆς τὸ πενταστάδιον ποιούσης ἐπὶ τὸν ὑπὸ τῇ Συκῇ καλούμενον λιμένα στάδιοι πέντε καὶ τριάκοντα, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ Κέρας τῶν Βυζαντίων πέντε. In his pro τοσοῦτον legi velim δὶς τοσοῦτον; certe δὶς syllaba, præcedente syllaba διων, facile excidit. Sic nanciscimur 40 stadia, quot esse a Cyaneis ad Fanum satis recte tradunt Arrianus § 37 p. 401 et Anonymus Per. Pont. § 91 p. 422. Quæ deinceps memorantur decem stadia, pertinent usque ad hod. *Madchjar Kalessi* sive ad Argyronium prom., ubi revera sunt quinque stadiorum angustiæ. In plerisque tabulis fauces ipsi Fani promontorio adjacentes ejusdem prorsus sunt latitudinis; sed paullo latiores exhibet Moltkius. Idem etiam Strabonis auctor statuisse videtur. Quodsi Strabo cum aliis plerisque a Fano ad Byzantium exputavit stadia 120, ab angustiis illis ad Sycas esse deberent stadia 105, quum reapse sint circa 120. Emendandi vero ratio facilior offertur, si Strabo distantiam non justa minorem sed paullo majorem dederit, adeo ut pro πέντε καὶ τριάκοντα corrigendum fuerit πέντε καὶ [ἑκατὸν] τριάκοντα. Gyllius Strabonem angustias Fani cum angustiis Hermæi confudisse putavit, ideoque cum Strabonis stadiis 35 componit similem stadiorum numerum quem Sozomenus a Byzantio ad Hermæum computat. Nihil inde lucramur. Nam Sozomeni computus a vero longe recedit, et multo veriora jam Herodotus (4, 88) narravit, Hermæum promontorium dicens medium fere esse inter Byzantium et Fanum.

2. Polybius 4, 39, 6 : Τὸ καλούμενον Ἱερὸν ... ἀπέχει τῆς Εὐρώπης ἐπὶ ιβ' στάδια πρὸς τὸ καταντικρὺ κείμενον Σαραπιεῖον τῆς Θράκης.

3. *Angustistimum*] Est 5 stadiorum; sed ad Hermæum p. fauces paullo angustiores sunt, quattuor stadiorum et dimidii.

tici fauces angustas, utrinque portum habentes, olim catenis claudi solitas, quæ usque ad hunc diem in arce fani Asiatici servari dicuntur, quod distat a pharo hujus ætatis quadraginta stadia, cui vicinas insulas Cyaneas infra ostendam. Ex quibus plenius liquebit Fanum hodie nuncupatum esse illud Jovis Urii fanum antiquissimum, quod Polybius, Herodotus, Menippus posuerunt finem Bospori. Quos miror non ulterius *posuisse saltem* duo miliaria, usque ad sinum Dios Sacra appellatum, quo usque canalis Bosporius pergit angustus, ubi non multo latior quam ad angustias Fani, quum etiam rectius finem Bospori ad Cyaneas insulas posuissent, ut Dionysius Byzantius et alii plerique. Inter quos Strabo (p. 320): « Cyaneæ, inquit, in ore Ponti sitæ duæ perparvæ sunt insulæ, quarum altera Europæ propinqua, altera Asiæ, divisæ inter se freto lato viginti stadia. » Cui consentit Dionysius orbis terræ scriptor. Sed sive Bospori initium sit a Cyaneis insulis, sive a fano Jovis, longitudo, quam Strabo attribuit Bosporo, dissentit ab aliorum longitudine; nam si initium sit a Cyaneis insulis, quas Strabo dicit distare a Fano viginti stadia, non convenit cum Arriano neque cum meo judicio. Illas enim Arrianus dicit distare quadraginta stadia a Fano: a quo si Bosporus incipit, Strabonis mensura justa non est; quam ponit hoc modo: « Cum, inquit, ex angustissimo freto intercidenti inter duo Fana [*immo*: Cum a Fanis] processeris decem stadia, obviam sese offert fretum coarctans Bospori fauces in quinque stadia; » cum ab angustiis Fanorum ad alteras angustias, quæ sunt ad Hermæum promontorium, sint amplius quinquaginta stadia, id quod ipse mensus sum, et Herodotus confirmat. « Darius, inquit, ponte Bospori transitum conjunxit ad eum locum, qui est medius inter Fanum et Byzantium. » Locumque ubi pons junctus est continuatis navibus, Polybius appellat Hermæum promontorium, a quo usque ad Byzantiorum cornu nuncupatum Strabo non absurde quadraginta ponit stadia, si recte dimensus sum; et priusquam dimetirer, collegeram ex Sozomeno. « A promontorio, inquit, nuncupato Hestiis ad Constantinopolim navigatio est circa triginta stadiorum[4]; a promontorio Hermæo ad promontorium Hestias recta navigatio excedit miliare. » Ex quo patet a fano Jovis ad cornu Byzantiorum stadia esse amplius nonaginta. At ex Strabonis mensura essent duntaxat sexaginta (*immo* quinquaginta), cum a Byzantio ad Fanum ex antiquioribus Strabone scriptoribus stadia constet esse centum et viginti; a quibus mensura codicis Pliniani (5, 43, § 150) etiam ab Hermolao emendati dissentit. « *Bosporus*, inquit, *D. pass. intervallo Asiam Europæ iterum auferens abest a Chalcedone XII M. D pass. Inde fauces primæ VIII. M. DCCL. pass., ubi Phinopolis*[5]. Si errores ibi non sunt notularum numerariarum, ut esse longitudinis non videntur Hermolao, certe mihi errare videtur ponens XII M. D. pass. a Chalcedone ad angustias Bospori largas D. pass., sive eas intelligit esse in Hermæo, ut intelligere videtur alio loco (4, 24, § 76), ubi: *Laxitas*, inquit, *Propontis appellatur, angustiæ Thracius Bosporus latitudine D pass., qua Darius pater Xerxis copias ponte transvexit* — (At, ut jam dixi, Strabo ab angustiis Hermæi promontorii ad cornu Byzantiorum ponit quadraginta stadia. Herodotus (4, 83) ab his angustiis ad Chalcedonem miliaria designat circiter septem et quingentos passus, cum locum ubi Darius pontem fecit, medium esse dicit inter Fanum et Byzantium: unde fauces primæ non abessent a Chalcedone octo miliaria), — sive Plinius intelligit angustias Fani; tum enim magis fallitur. Nam ex Polybio a Fano ad Chalcedonem sunt centum et viginti stadia. Quod autem addit ab his angustiis ad fauces primas, ubi Phinopolis est, VIII. M. DCCL. (designat fauces prope Cyaneas, cum dicit ibi esse Phinopolim, quam

4. *Triginta*] Sunt supra quadraginta. — *excedit miliare*] Est circiter quindecim stadiorum.

5. In Plinii loco alterutrum numerum corruptum esse patet. Et quum inter duas illas Bospori angustias esse dicantur 8750 passus sive 70 stadia, eaque distantia optime cadat in intervallum quod est ab Hermæo ad Fani promontorium: hoc quoque liquet numerum hunc integrum esse, ideoque *primas fauces*, ipsa etiam re postulante, ad Fanum esse ponendas. Consequitur vitium latere in altero numero, quod sustuleris si pro XII scribas VII. Itaque Plinius a Chalcedone ad Fanum numeraret 126 stadia, sicut ceteri plerique a Freto inter Chalcedonem et Byzantium interjecto usque ad Fanum 120 stadia exputant. Quod attinet verba: *ubi Phinopolis fuit*, scito in codicibus legi *Spiropolis* (*Sphyropolis* v l.), quod in *Phinopolis* mutarunt editores inconsulto. Nam Phinopolis est Thraciæ Europææ oppidum; Plinius vero Asiæ loca recenset. Porro Spiropolis *fuit*, i. e. Plinius ætate non amplius existebat; at Phinopolis et Strabonis et Plinii et Ptolemai ætate vigebat, et ad Bosporum omnino non pertinet. Nam si nonnulli, ut Kiepertus (quem ipse olim secutus sum), non longe a Cyaneis id ponunt, maxime nituntur Plinii loco qualem editiones exhibere solebant. Strabo oppidum ad Salmydessum Ponti litus collocat; Ptolemæus Φινόπολιν (Φιλόπολιν) a Philia promontorio centum stadia versus meridiem dissitam notat, adeo ut ad *Dercum* lacum ponenda sit. Eodem faciunt quod *Dercus* lacus a Zosimo (1, 34) Φιλεατίνη λίμνη appellatur et quod Stephanus B. dicit: Φιλία, ἄλλοι δὲ Φινέαν γράφουσι Apud Plinium pro *Spiropolis* Barbarus scribendum proposuit *Bosporopolis* vel *Stenopolis*. Ego suspicor fuisse *Uriopolim*, urbem a Jove Urio dictam; in Geogr. Ravenn. *Fani* locus vocatur *Urion*, sicuti alibi quoque Οὔρια, Οὔριον, Υ̓́ριον oppida occurrunt. Nisi librariorum culpa Uriopolis in *Spiropolis* abiit, fieri potuit, ut aliquis latinam vocem fingeret qua Jovis οὐρίου nomen redderet.

alio loco (4, 18, § 45) dicit esse juxta Bosporum), aberrare videtur. Nam sive a promontorii Hermæi angustiis intelligit, sunt amplius XII miliaria ad Cyaneas; sive a Fani angustiis, eas Arrianus tradit distare a Cyaneis quadraginta stadia. Sed quid diutius me torquet Plinii inconstantia, qui alibi (4, 27, § 92) non veretur scribere Cyaneas distare ab ostio XIV M., ab Europa. M. D pass., quæ profecto non distant ab Europa plus octoginta passibus Romanis : neque ab ostio, etiamsi ejus initium sit a fano Jovis, amplius quinque miliaribus. Verum illi non ferendi ignorantes initium et finem Bospori, quos designat Eustathius[6]. « Thracicum, inquit, Bosporum alii dicunt esse angustias Anapli nuncupati. » Ego vero postea ostendam Anaplum esse prope Hestias promontorium. Deinde adjungit Eustathius diligentius perfectiusque tradere qui dicant supra Chalcedonem esse os Ponti, ubi etiam sint maximæ angustiæ : nempe designat angustias, quas dixi unas apud promontorium Hermæum, alteras ad fanum Jovis. In quo errore cognovi esse nonnullos Byzantios illic existimantes Bosporum dici ex eo quod boves ultro citroque transire solitos sæpe viderint. Plinius (5, 43, § 150) similiter angustias Bospori proprie Bosporum appellare videtur, cum ait: *Bosporus D. P. intervallo Asiam Europæ iterum auferens abest a Chalcedone XII. M. D. P.; inde fauces primæ.* Nam quod Xenophontis codices (Anab. 7, 1, 1) tam editi quam nondum editi habent Chrysopolin Asiæ urbem extra Ponti ostium sitam esse (sic enim græce est, ἔξω τοῦ στόματος), ego existimo legendum esse ἔσω vel εἴσω τοῦ στόματος[7], cum omnes geographi intra *Bosporum* constituant Chrysopolim, quæ in penitiore Bosporo est quam Chalcedon et Byzantium urbes ab omnibus principibus geographis in Bosporo constitutæ. Itaque miror Herodianum (3,1) scribere Byzantium situm esse in angustissimo Propontidis freto; quæ facile paterent, si duntaxat dixisset situm juxta Propontidem, quod fortasse etiam Herodiani ætate Byzantium aliqua ex parte, sed minima ex tribus, Propontidem attingeret. At ex ea parte fretum angustissimum non est, ac potius nullum fretum est, sed lata Propontis. Nescio an imitatus sit Polybium, qui Hellespontum appellat Propontidis angustias. Varro Propontidis fauces dixit, ubi Xerxes pontem junxit. At hi etsi poterant appellare Ponti secundas angustias et fauces, tamen recte appellarunt Propontidis. Nam influit in Hellespontum Propontis, at non item in Bosporum; quin nusquam Bosporus rapidior fertur adversus Propontidem quam circa Byzantium. In eodem errore est Eustathius (l. l.) ponens Chalcedonem in Propontide. Sic enim interpretatur Dionysii versum (803), Χαλκιδέες μὲν πρῶτα παρὰ στόμα γαῖαν ἔχουσιν : τουτέστι περὶ στόμα ἤγουν περὶ τὴν Προποντίδα, cum potius interpretari Bosporum debuisset. Similiter labitur Priscianus sic eundem versum latine reddens : *Sunt Chalcedonii primi post ostia Ponti*, contra Herodoti, Polybii, Strabonis et reliquorum summorum scriptorum sententiam, qui intercedens fretum inter Chalcedonem et Byzantium appellant Bosporum. *Dionysius Byzantius* (v. infra fr. 3), antiquissimus Bosporici Anapli scriptor, promontorium, in quo situm est Byzantium, appellat Bosporium, ex eo quod bos illa, quæ nomen dedit Bosporo, ex hoc promontorio transierit in Asiam. Sed quam interdum geographiæ negligentes fuerint etiam insignes grammatici, cum ex aliis perspexi, tum ex Eustathio et Prisciano, tum maxime ex Joanne Tzetze, qui Bosporum Thracium appellandum esse Hellespontium, et totam Propontidem Hellespontiam præscribit magis quam docet, sed quam arroganti licentia, ex ipso loquente cognosce. « Bosporus, inquit[8], apud nos appellatur Thracius et Hellespontius, is qui communi consuetudine Prosphorion vo-

---

6. Eustathius ad Dion. 145 : Τὸν δὲ Θρᾳκικὸν τοῦτον Βόσπορον οἱ μέν φασιν εἶναι τὰ κατὰ Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον στενά.... Οἱ δὲ μάλιστα τὰ ἄνω (Πόντου) τοῦ καλουμένου Ἀνάπλου.... Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἀκριβέστερόν φασιν οἱ λέγοντες ὑπὲρ Χαλκηδόνα εἶναι τὸ στόμα τοῦ Πόντου, ἔνθα καὶ τὸ μάλιστα στενόν, καὶ οὗ ἐγγὺς, κατὰ τὸν Διονύσιον, αἱ Κυάνεαι πέτραι. In his vox Πόντου expungenda fuerit; nam male habet; qua sublata, recte dicet auctor angustias quæ sunt supra Anaplum, i. e. prope Hermæum prom. Quæ in postremis leguntur, ἔνθα καὶ etc., tam vaga sunt, ut parum accurate de his rebus edoctum fuisse Eustathium prodant.

7. *Legendum* ἔσω] Bene habet vulgata ἔξω, quum Xenophonti in Ponto versanti Chrysopolis erat extra ostium Ponti, quod ponebant juxta Fanum Jovis. Gyllius ita disputat quasi Xenophon dixisset ἔξω τοῦ Βοσπόρου. Quæ deinceps contra Herodianum aliosque Gyllius monet, melius missa fecisset. Nihil isti protulerunt quod a vetere geographia adeo alienum sit.

8. Tzetzes Chil. 1, 835 :

Ὁ παρ' ἡμῖν τε Θρᾴκιος, ὁ καὶ Ἑλλησποντίας,
ὃς συνηθείᾳ τῇ κοινῇ Προσφόριον καλεῖται.
Μάθε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκ τοῦ καὶ μέχρι πόσου.
Ἐκ τῆς Ἀβύδου τῶν στενῶν καὶ τῶν ἐν μέσῳ πάντων
μέχρι γεφύρας Βλαχερνῶν Ἑλλήσποντος καλεῖται,
τὴν Βεβρυκίαν θάλασσαν εἰς μέσον περικλείων,
τῆς Ἡρακλείας τῶν Θρᾳκῶν, τῆς πρότερον Περίνθου.
Ὅστις δ' ὁ γεγραφώς ἐστι περὶ Βοσπόρων δύο,
καὶ τίς ὁ τὸν Ἑλλήσποντον γράψας θαλαττογράφος
ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν πολλῶν ἱστορικῶν, οὐκ οἶδα.
Τέως τὸν Τζέτζην ἀψευδεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις νόει,
ὡς ἀκριβέστερον εἰπεῖν ἱστορικῶν ἁπάντων,
καὶ πάντων μνημονέστερον τῶν ὄντων νῦν ἐν βίῳ.

Hellesponti θαλασσογράφος, quem non cognitum sibi esse Tzetzes ait, fortassis est Menecrates Elaita, Ἑλλησ-

catur. Disce etiam Hellespontum, unde et quousque tendat. Ex Abydi angustiis et ex omnibus mediis interjectis usque ad pontem Blachernarum Hellespontus appellatur, Bebrycium mare in medio positum circumcludens, mareque Heracleæ Thracicæ. Quis autem maris scriptor de Bosporis duobus scripserit, et de Hellesponto, e turba multorum historicorum, haud scio; tamen Tzetzem ne mentiri in hujusmodi rebus existimes, sed exactius dicere omnibus historicis, et magis memoriter, quam quisquam *viventium*. » *Quis talem* græculam vanitatem vel potius abasgicam ferat? Profitetur se nescire quis e multis historicis scripserit de Bosporo; et cum hæc nesciat, tamen asseveranter affirmat se omnium optime scire, quis sit Bosporus et Hellespontus. De quibus cum nihil doceat, sed tyrannice præscribat pauca, et in his paucis a se ipso dissentit. Hellespontum enim dicit appellari omne mare quod intercedit inter Abydi angustias et pontem Blachernarum, hoc est totam Propontidem et partem Bospori. Cur Hellespontum finit ad pontem Blachernarum? cum prius definierit Bosporum Thracium appellari Hellespontium etiam in mediis angustiis, ubi Darius pontem junxit. Quid causæ hunc moverit, cur tam temere Bosporum præscripserit, dicamne an jusserit, Hellespontium esse appellandum, non reperio : nisi forte in Homero legerat πλατὺν Ἑλλήσποντον. At Eustathius exponit Hellespontum angustum esse inter Sestum et Abydum, latum vero ad Sigeum et Rhœteum promontoria. Dionysius Alexandrinus (v. 821) Æolidem regionem sitam esse dicit supra magnum Hellespontum; unde aliqui interpretati sunt Hellespontum sibi partem vicinam maris Ægæi vindicare, partemque Propontidis propinquam. Alii Tzetze similes πλατὺν καὶ μέγαν Ἑλλήσποντον minus recte interpretati sunt totam Propontidem, ut ostendam in tractatione Propontidis. Nam Eustathius cum uno loco dicat Propontidem esse os Ponti, corrigendus esset, nisi alio loco resipiscere videretur, cum inquit, « exactius et emendatius dicunt, qui tradunt os Ponti esse supra Chalcedonem, » ut tradunt omnes historici, geographi poetæque Dionysius Alexandrinus et Apollonius Rhodius; qui omnes, ut partiti sint Hellespontum et Propontidem, alias dicam, ut vero Bosporum terminarint, jam dixi. Cujus de initio et fine quid certissimum habeam, si quis meam sententiam forte requirit, dico non modo ex capitis, sed etiam ex pedum sensu initium Bospori a Cyaneis non a Fano mihi videri intuenti a promontorio Phari, cui proximæ sunt Cyaneæ insulæ Europææ, ad promontorium Asiæ contrarium, propinquum Cyaneis Asiaticis, Pontum coarctari in fretum latum viginti stadia : ut tam recte ibi Bosporus vocari debeat quam a Chalcedone, ubi finitur. Nam ut spatium, quod intercedit inter Chalcedonem et Byzantium, dilatatur in stadia circiter viginti, deinde sensim in septem stadia stringitur, sic inter Cyaneas fretum interjectum latum est viginti stadia. Deinde sensim stringitur usque ad Myrleanum promontorium in angustias paulo latiores augustiis Fani. Sed de Cyaneis copiosius dicetur. Jam de initio Bospori loquor, quod a Cyaneis duci asseveranter affirmo. Ergo, dicet quispiam, errarunt Polybius, Herodotus, Menippus atque alii plerique antiquissimi et eruditissimi, qui Bosporum fano Jovis terminarunt? Errasse non dico, sed ita intelligendos censeo, ut, cum id spatii, quod intercedit inter Fanum et Cyaneas insulas, suburbanis duorum fanorum solo freto divisorum plenum esset ædificiis, hæc omnia tunc Fana fuerint nuncupata, ut nunc eadem loca vocant Ἱερά, atque ipsum os Ponti ab arcibus Fanorum ad Cyaneas vulgus vocat Ἱερόν. Ita enim malo *intelligere tantos* auctores, ut eos reverear potius quam accusem negligentiæ. Quamvis Polybius[9] id intervallum situm inter Fana et Cyaneas excludere ab ore Ponti videtur, cum ait, a Cyaneis ad Fanum Jovis Urii, ubi est ostium Ponti, quadraginta esse stadia. Quid enim necesse erat definire, esse os Ponti, ubi est Fanum, *cum etiam* id sit, ubi sunt Cyaneæ? Similiter Strabo (p. 320) sentire videretur, cum ait Cyaneas inter se divisas esse freto lato viginti stadia, tantundemque easdem distare a fano Byzantiorum, quod est strictissimum totius Bospori Thracii, quodque etiam est ostium Ponti, nisi prius dixisset Cyaneas insulas in Ponti ore sitas esse. Itaque Polybium similiter ut Strabonem sentire dici convenit potius quam accusare negligentiam metiendi Bospori veram longitudinem, quæ si a Cyaneis incipit, longior est quadraginta stadiis quam si exorditur a Fano, non ut mihi soli videtur, sed et Arriano (Peripl. § 37) scribenti a Cyaneis ad Fanum Jovis Urii esse quadraginta stadia, a Fano ad portum Lauri insanæ XL, a Daphne Byzantium LXXX stadia.

Fr. 3.

Quare miror Dionysium Byzantium scribentem *Bospori longitudinem centum et viginti stadia patere*, cum insulis Cyaneis is Bosporum terminet, nisi arbitrer ipsum secutum aliorum judicium, ponentium initium Bospori in Fano potius quam suum; aut fortasse erratum est codicis transcripti a nescio quo, existimante in Dionysio ita legendum, ut in aliorum scriptorum codicibus Bospori dimensionem legerat.

ποντιακῆς περιόδου auctor. Totam Propontidem nonnullos Hellesponti nomine affecisse testatur etiam Strabo lib. VII fragm. Vatican. 57.

9. *Polybius*] Nihil de hac distantia apud Polybium legitur. Gyllius laudare debebat Arrianum § 37, et, si potuisset, Anonymum Per. P. Eux. § 90.

Jam cum ex antedictis liqueat totius Bospori longitudinem esse centum et sexaginta stadiorum, longe errat Zosimus historicus (2, 30) Bosporum tradens longum trecenta circiter stadia, et promontorium Fanum nuncupatum, in ore Ponti situm, distare a Chalcedone ducenta stadia, sive intelligit medium et directum cursum Bospori, sive ejus oram terrestrem, quam ipse, quoad fieri potuit, meis passibus mensus sum, motus tanta auctorum dissensione, quæ me currentem incitavit, ut pedibus semel et navigatione iterum et sæpius Bosporum perlustrarem, atque ita metirer a fine Bospori ad promontorium Bosporium plus minusve sex stadia esse. A Bosporo promontorio ad Metopum fauces sinus Ceratini mensus sum oculis totidem stadia patere. A Metopo ad Fanum pedibus profectus secundum litus Europæum ambulavi circiter triginta novem millia passuum meorum. Deductis flexibus et sinibus, adverti absonam non esse mensuram eorum, qui a Fano ad ultimas Bospori fauces inter Chalcedonem et Byzantium sitas numerant centum et viginti stadia. Inde usque ad Pharum, ubi Cyanea Europæa, oculo quantum æstimare potui, recte Arrianus numerat quadraginta stadia; pedibus metiri non potui ob præruptum littus rupibus præcipitibus, quamvis littus totum circuire tentaverim constanti quidem nixu, sed inconstanti mensura. Ut enim pedibus manibusque ad virgulta adnitens ascenderam, confestim objecta rupe præcisa et directa mihi cum periculo descendendum erat.

Sed satis superque de Bospori longitudine atque de ejus principio et fine, quem aliqui ponunt ubi principium exsistit, habentes rationem navigantium ex Propontide in Pontum magis quam naturalis principii Bospori incipientis a Ponto et desinentis in Propontidem. Quod nihil mihi aliud esse videtur quam ostia fluminum appellare initia, eorumque fontes finem, ut Cæsar ostia Rheni vocat capita, dum alii scriptores fluminum fontes nominare solent capita.

III. *De latitudine Bospori.*

Varia Bospori latitudo est, ne quis forte seducatur Herodoto aliisque simpliciter præfinientibus Bospori latitudinem quatuor aut quinque stadiis; ea enim intelligenda est angustissima, ut profecto est duobus locis : primus est ad Fanum Jovis, ubi Arrianus et Strabo aiunt Bosporum angustissimum.

Fr. 4.

Philostratus et Dionysius Byzantius idem sentiunt, atque definiunt largum quatuor stadia. Alter locus est ad Hermæum promontorium, quem Strabo (p. 315) et Pompeius Mela (1, 19, 5) dicunt latum quinque stadia; Polybius similiter sentit, additque strictissimum esse oris Pontici; *Dionysius Byzantius ait quatuor stadiorum.*

Has utrasque angustias fune mensus essem, nisi suspiciosi accolæ me deterruissent. Sed tamen quantum oculis judicare poteram, mihi videbantur eadem fere latitudine, dimidio quidem arctiores quam Hellesponti, tametsi Lucanus Hellespontias aut arctiores aut non minus arctas designare videtur his versibus,

> Threiciasque legit fauces et amore notatum
> æquor et Heroas lacrymoso littore turres,
> qua pelago nomen Nepheleias abstulit Helle.
> Non Asiam brevioris aquæ disterminat usquam
> fluctus ab Europa, quamvis Byzantion arcto
> Pontus et ostriferas dirimat Chalcedona cursu.

Hæ Bospori solæ duæ angustiæ sunt notatæ literarum monumentis. At piscatores nostræ ætatis alias ponunt angustias : unas quidem a promontorio Europæo nuncupato Hestiis ad littus Asiaticum, quod vulgo vocatur *Cecrium*, easque piscatores nonnulli testantur tam angustas esse quam ad Hermæum promontorium; alias angustias definiunt piscatores inter promontorium Argyronium et Milton, quas tam angustas inquiunt,

---

Fr. 4. Inter Cyaneas intercedunt 20 stadia sec. Strabonem, Arrianum et Anon. Per. P. Eux.; Scylax § 62 p. 57 : Ἀφ' [fort. ἐφ'] Ἱεροῦ δὲ τοῦ στόματός ἐστι τὸ Πόντου εὖρος στάδια ζ'. Ad Jovis Fanum latitudo freti est 4 stadiorum sec Herodotum 4, 85, (Strab. p. 125, Agathem. 2, 14), Philostr. Im. 1,12; Dionys. Byz. — A Fano ad Serapeum 12 stadia sec. Polyb. 4, 39, 6. — Ad Hermæum angustiæ, ubi pontem fecit Darius, sunt quinque stadiorum sec. Polyb. 4, 43, 2 (Strabon. p. 319; Mela 1, 19, 5); 4 stadiorum sec. Dionys. Byz. et Plin. 4, 24 § 76. — Inter Ciconium et Anaplum 12 stadia sec. schol. Dion. Perieg. 142. — In eo loco ubi pelamides petræ albæ candore territi ab Asiatico latere Cornu Byz. petunt, Bosporus 8 stadia latus est sec. Plin. 9, 20. — Inter Chalcedonem et Byzantium sunt 14 stadia sec. Polyb. 4, 39, 5; duodecim stadia sec. schol. Dion. 142; 7 stadia sec. Plin. 5, 43 § 149. A Bove prom. ad Metopum pr. sunt 7 stadia sec. Dionys. fr. 5. — In universum Bospori latitudinem septem esse stadiorum, quot essent etiam freti Siculi, prodit Eustathius ad Dionys. 475. Tralatitium numerum septenarium etiam de freto Gaditano habuit Damastes apud Avienum Or. Mar. 345, ubi Scylax Caryandensis Bosporum et fretum illud Gaditanum ejusdem latitudinis fecisse perhibetur. Tacitus in Ann. 12, 63 dicit : *Arctissimo inter Europam Asiamque divortio Byzantium Græci posuere.* Similiter Herodianus III, 1, 10 dicit Byzantium adjacere στενοτάτῳ πορθμῷ τῆς Προποντίδος. Denique Plinius 6, 1 : *Alitum cantus canumque latratus invicem audiuntur* (a Bosporis accolis), *vocisque etiam commercia, inter duos orbes manente colloquio, nisi cum id ipsum auferunt venti.* Cum his confer distantias quales sec. recentiores mensurationes exhibet tabula.

quam ad Fanum Jovis. Equidem ipse alias animadverti angustias inter Coracium promontorium et portum Lyciorum, alias inter promontorium Clidium et littus contrarium vicinum vico *Stauro* nuncupato. Reliqua Bospori latitudo varia est, sed vix usquam excedit duodecim stadia, nisi ubi in aliquos sinus dilatatur, atque ubi principium est inter Cyaneas latum viginti stadia, et finis inter Byzantium et Chalcedonem, quem Polybius dicit patere in longitudinem quatuordecim stadiorum. Antoninus Pius in suo Itinere (Itin. Ant. p. 139) trajectum ait a Byzantio ad Chalcedonem esse quater mille passuum. Plinius (5, 43, § 149) Chalcedonem scribit distare Byzantio septem stadia. Idem alio loco (9, 20) : *Omnis,* inquit, *captura* (sc. pelamidum) *Byzantii est, magna Chalcedonis penuria M. passuum medii interfluentis Euripi :* sic enim legebatur ante castigationem Hermolai; at is legendum censet D. aut DC, et Strabonem affert id intervallum tradere πενταστάδιον : quasi vero duntaxat de loco Bospori angustissimo intelligi possit; quasi vero, ut Plinius ait, ex eo loco territi pisces saxi aspectu miri candoris peterent Byzantium. At locus ubi fuit hoc saxum, non fuit in Euripi angustiis quinque aut quatuor stadiorum, sed, ut infra ostendam, in trajectu lato plus minusve mille passibus. At enim, quantum oculis æstimare potui, euripus intercedens inter Chalcedonem et Byzantium non attingit duodeviginti stadia.

Fr. 5.

Dionysius Byzantius canalem Bospori intercurrentem inter promontorium nuncupatum Bovem sive Damalim, et contrarium promontorium Bosporium nominatum, in quo Byzantium situm est, scribit latum esse septem stadia.

IV. *De figura Bospori et de ejus decursu.*

Quæ Bospori figura quive decursus, an continuatus a principio ad finem decurrere perseveret, an interdum intermittat defluere, qui flexus, qui sinus, utrum canalis per planitiem an inter montes, rapidusne sit locorum angustiis an objectionibus promontoriorum, quodnam ejus littus præceps et præruptum, et quod planum, jam declarare conabor. Bosporus non rectus procedit, sed flexuosus (σκολιὸς πόρος), ut scribit Apollonius Rhodius (2, 549) et Eratosthenes[1]; at quo modo, non scribunt. Progreditur enim non Mæandri more aut aliorum fluminum, quæ recurvis et tortuosis flexibus feruntur, non aptis ad navigandum : sed ita ipsum natura incurvavit, ut subinde ad parallelas promontoriorum eminentias fractus[2], per multosque anfractus retentus, sedatior mearet aptiorque ad navigandum decurreret undique montibus cinctus. Unde fit, ut non modo triginta portus nobiles habeat, sed totus fere portuosus sit, qui si planitie cingeretur aut rectus pergeret, valde ad navigandum incommodus esset; at per anfractus portuosos et amplos pergens, ad navigandum commodissimus habetur. Ut enim norma fabrilis constat regulis duabus, ita junctis capitibus duobus, et divaricatis alteris capitibus, ut rectum angulum efficiant : ita Bospori decursus ex Ponto exiens a positione cœli media inter orientem solstitialem et septentriones ad hibernum occasum directo cursu procedens amplius duo miliaria primum latus anguli normalis efficit ad sinum Bathycolpon nuncupatum, a quo flexus ad orientem hibernum recto itinere pergens in longitudinem paulo amplius duorum miliarium alterum latus normæ complet. Exinde alio facto angulo normali accedit ad promontorium Hermæum circiter tria millia passuum Romanorum ad occasum versus. Inde a septentrionibus ad meridianum cardinem a regione cœli media inter septentrionem et ortum solstitialem ad occasum hibernum pervenit Byzantium, unde a septentrione ad meridiem rapitur in Propontidem. In summa, ab initio ad finem septem facit anfractus non modo Bosporicus canalis, sed littus etiam utrinque canalem cingens. Hi septem anfractus alterni retundunt alternas septenas rapidas confluentis percussiones, et retorquent in contrarium littus. Primus decursus effluentis Bospori ab initio rectus defertur in Europam ad locum appellatum petram Dicæam. Alter in Asiam ad locum *Glarium* nuncupatum. Tertius in Europam contra Hermæum promontorium. Non igitur decursus Bospori a Ponto ad Hermæum promontorium similis est ob similitudinem, ut Polybius[3] ait, locorum utrinque Bosporum attingentium,

1. Cf. Etym. M. p. 718, 30 v. σκολιός : Σκολιὸν πόρον λέγουσι καὶ τὸν ἀπὸ Βυζαντίου πλοῦν ἕως τοῦ στομίου τοῦ Πόντου, ἔνθα εἰσὶν αἱ Κυάνεαι πέτραι διὰ τὸ σκαμβὸν εἶναι καὶ οὐκ ἴσον· ἔοικε δὲ τῷ ξ στοιχείῳ καὶ θηρίῳ ἕρποντι. Eratosthenis nomine hunc ipsum, opinor, locum Gyllius indicat. Etymologicum τοῦ μεγάλου γραμματικοῦ (sic in codd. quibusdam opus inscribitur) retulerit ad Eratosthenem ‖ — 2. *parallelas* etc.] Cf. in fr. 1 Dionysii verba : τῶν ἀκρωτηρίων τὴν παραγωγὴν παρ' ἀλλήλων ἀναπτυσσομένων.

3. Polybius de fluxus Bosporici ratione ita habet lib. IV, 43, 3. Κατὰ μὲν δὴ τὸν ἄλλον τόπον ἀπὸ τοῦ Πόντου παραπλήσιός ἐστιν ἡ φορὰ τοῦ ῥεύματος, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς παρ' ἑκάτερον τὸ μέρος τῷ στόματι παρηκόντων τόπων. Ἐπὰν δὲ εἰς τὸ τῆς Εὐρώπης Ἑρμαῖον, ἢ στενώτατον ἔφαμεν εἶναι, φερόμενος ἐκ τοῦ Πόντου καὶ συγκλειόμενος ὁ ῥοῦς βίᾳ προσπέσῃ· τότε δὴ τραπεὶς, ὥσπερ ἀπὸ πληγῆς, ἐμπίπτει τοῖς ἀντικρὺ τῆς Ἀσίας τόποις. Ἐκεῖθεν δὲ πάλιν, οἷον ἐξ ὑποστροφῆς, τὴν ἀνταπόδοσιν ποιεῖται πρὸς τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἄκρα καλούμενα τῆς Εὐρώπης. Ὅθεν αὖθις ὁρμήσας, προσπίπτει πρὸς τὴν Βοῦν καλουμένην· ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας τόπος, ἐφ' ὃν ἐπιστῆ-

cum jam viderimus ob similitudinem duos decursus confici ultra promontorium Hermæum, diversos a communi decursu Bospori : id quod ego iterum et sæpius vidi, et piscatores testantur; atque Dionysius Byzantius (v. infra fr. 63) inter Dicæam petram et promontorium Hermæum ponit Ὀξύρρουν καὶ Περίρρουν promontoria ita nuncupata a vehementi defluxu Bospori. Quartus decursus defertur in Asiæ promontorium vulgo nominatum *Moletrinum*. Quintus in Europam ad promontorium Hestias, a quo violenter rejectus ita fertur in Asiam, ut exiliter deinde repulsus ab Europa jactetur fluctuans juxta Asiam, primo ad utrumque promontorium claudens vicum *Chrysoceramum*, postea ad promontorium dictum Bovem sive Damalim. A quo septimus repulsus rapidus fertur ad promontorium Bosporium sive Byzantium nuncupatum. Cujus mucrone discissus defluit in duas partes, quarum rapidior præcipitat in fretum ad Propontidem versus, altera debilior exsilit in sinum Cornu appellatum. Hi septem decursus fluctuum adeo impetu rapido feruntur, ut remos præternavigantium vi rapiant, molasque versare valeant, ut novem locis moletrina constitui possint, neque tantum molas [versent], sed et naves remis et velis impulsas retardent et longe retro interdum convertant atque adeo pisces ipsos et cancros a celeritate nominatos equites iter terrestre inire cogant. In ceteris locis defluxus Bosporici feruntur similes ad similitudinem locorum ex utraque parte canalem attingentium, quibus contractus fluvii in modum descendit. Unde autem fiat, ut hi septem decursus defluxionis Bosporicæ sint rapiores ceteris fluctibus, et effervescentes in terram, cum littus attigerint, refervescant et revolvantur idemtidem? Profecto id fieri existimo non tam locorum angustiis, ut quidam putant, quam anfractibus promontoriorum, quibus ut refractus retardatur, sic angustiis proclivior incitatiorque labitur. Si enim angustiis locorum id fieret, rapidior esset apud Fanum Jovis; at ibi rapidus non est ob directum canalis alveum. Nam primus anfractus et ultimus patentes in latitudinem circiter miliaris, non tam angustiis utriusque continentis refringuntur, quam objectione promontoriorum fluctus rejicientium in contrarium littus, ut ab Hermæo promontorio tanquam ictu quodam repulsus in opposita Asiæ loca recidat, illinc rursus revertens, ad promontorium Hestias feratur, a quo refractus incurrit in locum Bovem. Tantoque impetu hi anfractus retorquentur, ut non modo undarum partem majorem et violentiorem deorsum detrudant, sed etiam debiliorem et communem Bospori decursum sursum versus recurrere cogant. Vidi etiam reflante vento rejectos fluctus a promontorio Bosporio per vortices ferri ad Hestias versus promontorium, ubi colluctatio quædam vorticosa videtur contrariorum fluctuum, aliorum descendentium, aliorum ascendentium. Sic enim undarum cursus fertur contra promontorium Bosporium, ut et fluvios ingredientes sinum nuncupatum Cornu, et fluxum Bospori illuc rejectum exire non permittat, sed cogat eos ascendere ultra tria miliaria : id quod percipitur etiam oculis vulgi, cum fluminą sinum Cornu ingressa, turbida ex multis pluviis, non possunt subire cursum fluxus

---

ναί φασι πρῶτον οἱ μῦθοι τὴν Ἰὼ περαιωθεῖσαν. Πλὴν ὅ γε ῥοῦς, τὸ τελευταῖον ὁρμήσας ἀπὸ τῆς Βοὸς, ἐπ' αὐτὸ φέρεται τὸ Βυζάντιον· περισχισθεὶς δὲ περὶ τὴν πόλιν, βραχὺ μὲν εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ διορίζει, τὸ καλούμενον Κέρας, τὸ δὲ πλεῖον πάλιν ἀπονεύει. Διευτονεῖν μὲν οὖν οὐκ ἔτι δύναται πρὸς τὴν ἀντιπέραν χώραν, ἐφ' ἧς ἐστι Καλχηδών. Πλεονάκις γὰρ τὴν ἀνταπόδοσιν πεποιημένος, καὶ τοῦ πόρου πλάτος ἔχοντος, ἤδη περὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐκλυόμενος ὁ ῥοῦς, οὐκ ἔτι βραχείας πρὸς ὀξεῖαν γωνίαν ποιεῖται τὰς ἀνακλάσεις ἐπὶ τὴν περαίαν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ἀμβλεῖαν. Διόπερ ἀπολιπὼν τὴν τῶν Καλχηδονίων πόλιν, φέρεται διὰ πόρου. Καὶ τὸ ποιοῦν τὴν μὲν τῶν Βυζαντίων πόλιν εὐκαιροτάτην, τὴν δὲ τῶν Καλχηδονίων τἀναντία, τοῦτ' ἔστι τὸ νῦν ὑφ' ἡμῶν εἰρημένον· καίπερ ἀπὸ τῆς ὄψεως ὁμοίας ἀμφοτέρας δοκούσης εἶναι τῆς θέσεως πρὸς τὴν εὐκαιρίαν. Ἀλλ' ὅμως εἰς τὴν μὲν βουληθέντα καταπλεῦσαι οὐ ῥᾴδιον· πρὸς τὴν δὲ, κἂν μὴ βούλῃ, φέρει κατ' ἀνάγκην ὁ ῥοῦς, καθάπερ ἀρτίως εἴπομεν. Σημεῖον δὲ τούτου· ἐκ Καλχηδόνος γὰρ οἱ βουλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον, οὐ δύνανται πλεῖν κατ' εὐθεῖαν διὰ τὸν μεταξὺ ῥοῦν· ἀλλὰ παράγουσιν ἐπί τε τὴν Βοῦν, καὶ τὴν καλουμένην Χρυσόπολιν· (ἣν Ἀθηναῖοί ποτε κατασχόντες, Ἀλκιβιάδου γνώμῃ παραγωγιάζειν ἐπεβάλοντο πρῶτον τοὺς εἰς Πόντον πλέοντας·) τῷ δ' ἔμπροσθεν ἀφιᾶσι κατὰ ῥοῦν, ᾧ φέρονται κατ' ἀνάγκην πρὸς τὸ Βυζάντιον. Ὅμοια δὲ τούτοις καὶ τὰ κατὰ τὸν ἐπὶ θάτερα πλοῦν ἐστι τῆς Βυζαντίων πόλεως. Ἄν τε γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντου τρέχῃ τις τοῖς νότοις, ἄν τ' ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκ τοῦ Πόντου τοῖς ἐτησίοις, παρὰ μὲν τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Βυζαντίων πόλεως ὀρθὸς, ἅμα δ' εὐπαρακόμιστος, ἐστὶν ὁ πλοῦς ἐπὶ τὰ τῆς Προποντίδος στενὰ κατ' Ἄδυδον καὶ Σηστὸν, κἀκεῖθεν ὡσαύτως πάλιν ἐπὶ Βυζάντιον. Ἀπὸ δὲ Καλχηδόνος παρὰ γῆν Ἀσίαν τἀναντία τούτοις, διὰ τὸ κολπώδη τὸν παράπλουν ὑπάρχειν, καὶ προτείνειν πολὺ τὴν τῶν Κυζικηνῶν χώραν. Ἀφ' Ἑλλησπόντου γὰρ φερόμενον εἰς Καλχηδόνα, χρήσασθαι τῷ παρὰ τὴν Εὐρώπην πλῷ, κἄπειτα συνεγγίζοντα τοῖς κατὰ Βυζάντιον τόποις, κάμπτειν καὶ προστρέχειν πρὸς τὴν Καλχηδόνα, διὰ τὸν ῥοῦν καὶ τὰ προειρημένα δυσχερές. Ὁμοίως δὲ πάλιν ἐκπλέοντα προστρέχειν εὐθέως τῇ Θράκῃ, τελέως ἀδύνατον, διά τε τὸν μεταξὺ ῥοῦν καὶ διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους ἑκατέρους ἀντιπίπτειν πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἐπιβολάς. Ἐπειδήπερ εἰσάγει μὲν εἰς τὸν Πόντον Νότος, ἐξάγει δὲ Βορέας· καὶ τούτοις ἀνάγκη χρῆσθαι πρὸς ἑκάτερον τὸν δρόμον τοῖς ἀνέμοις. Τὰ μὲν οὖν τὴν κατὰ θάλατταν εὐκαιρίαν ποιοῦντα Βυζαντίοις, ταῦτα ἐστί· τὰ δὲ τὴν κατὰ γῆν ἀκαιρίαν, τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι. Inter recentiores v. Lechevalier Voyage de la Prop. t. I, c. 3; Andreossy l. l. p. 126.

delati a loco Bove nuncupato ad promontorium Byzantinum, ubi videntur aquæ turbidæ ascendentes amplius stadia quindecim, divisæ a decursu fluxus clari et cerulei descendenti a promontorio Hestiis, ad quod decursus rapidus quidem defertur, sed paulo infra multis vorticibus circumfertur ob rejectiones aliorum promontoriorum. Itidem fluxus ad promontorium Asiæ, quod vulgo vocant *Moletrinum*, etsi assiduo et rapido cursu dejicitur, ut ejus murmur circumsonans audiatur, tamen paulo infra varie et multipliciter revolvitur ob repulsiones contrariorum fluctuum. Itaque duplici cursu ferme usque ad Fanum Jovis fluxus Bospori movetur, uno quidem deorsum versus depulsus a locorum angustiis et rejectionibus promontoriorum, altero sursum rejecto a violentia fluxus descendentis, et coercito sinibus et flexibus. In summa, quos dixi promontoriorum et fluctuum anfractus septies cursum communem Bospori sistunt, et violenter coercent, ut cogant ipsum retrorsum currere. Nimirum primus decursus contra petram Dicæam olim nuncupatam delatus retundit fluxum Bospori communem in Bathycolpon sinum ita nominatum usque ad Scletrinum sinum. Secundus a promontoriis Asiæ, quorum unum appellat Dionysius Ὀξύρρουν, alterum Περίρρουν, repulsus decursum repellit communem in sinum *Soltanicum* dictum, usque ad promontorium *Turcicum* nominatum. Tertius a promontorio Hermæo rejectus rejicit in sinum Phidaliæ usque ad Comarodes. Quartus a promontorio *Moletrinario* in sinum Anapli appellatum, usque ad promontorium *Amanolium*. Quintus a promontorio appellato Hestiis in sinum τῶν Χηλῶν, ad *Neocastrum* usque. Sextus et septimus refracti a Damalico et Bosporio promontoriis rejiciunt defluxum debilem ad loca superiora, ad promontorium Hestias versus. Hæc quidem multa attuli, ut planius percipiantur Hipparchi perpauca verba [4], sed multi momenti. Is enim narrat Bosporum, etsi solum defluxum habeat, et non refluxum, tamen μονάς ποτε ποιεῖσθαι, hoc est, mansiones facere, stare, subsistere.

Ex ante dictis jam facile cognoscimus Mæotim esse matrem Ponti, et Pontum Bospori patrem et Propontidis et Hellesponti, contra Procopium (B. G. 4. 6 p. 485) scribentem duo maria Ægæum et Euxinum nominatum Pontum coire inter se ad Byzantii partem orientalem, contra etiam eos [5], qui asserere audent illorum originem esse a freto Gaditano, per quod dicunt mare ingrediens nusquam desinere, quoad in Colchos pervenerit. Nam quod, ut ipsi etiam fatentur, effluxus Ponti velut fluvius descendat ad urbem Byzantium, dicunt nihil ad rem referre; omnibus enim fretis affectiones accidere solitas esse, quæ nulli rationi perspicuæ videntur, quas nemo unquam explicare potuit, ne Aristoteles quidem ratiocinationis naturalis princeps, qui hujusce rei causa ad Chalcidem Eubœæ profectus Chalcidici freti, quod Euripum nominant, rationem naturalem exactissime scrutari volens, cum diu multumque hujus cursus instabiles et vagos considerasset, misere mortuus est.

Maxima pars scriptorum tradit hunc Euripum septem cursus in die definire, totidemque referre. *Quid,* Cicero (N. D. 3, 10) inquit, *Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius?* T. Livius (28, 6) contradicit, ventosque affert ab utriusque terræ prærealtis montibus subitos ac procellosos dejici, fretumque ipsum Chalcidici Euripi ciere ejusque motum non septies die (sicut fama fert) temporibus statis reciprocari, sed temere in modum venti, nunc huc nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti devolutum, torrentem rapi. Equidem in Chalcidem cum venissem, Livii sententiam probare non poteram, cum nullo flante vento certis temporibus contemplarer modo ferri ab ortu solis, modo ab occasu, tanto impetu, ut ventos contrarios et plena navigia contra navigantia secum asportaret: molasque multas ab eo versari vidi, aliquot horas ab ortu ad occasum solis, aliquot ab occasu ad orientem. Cum autem ipse a moletrinariis, qui ex molarum motu accessum et recessum omnium maxime animadvertere habent necesse, percunctatus essem, quoties et quot horas nunc huc, nunc illuc converterentur molæ, responderunt communiter intra viginti quatuor horas cursum quater mutari solitum esse; sex horis ab una parte accedere, totidem ab altera recedere. Cum autem adjungere inciperent, esse quædam tempora, cum has certas vices non observaret: ipse nimium attento vultu et animo excipiens illorum sermonem, et rei veritatem scire cupiens, quænam essent illa tempora inquirere aggressus, deprehensus a quibusdam Coryceis, et repente correptus, ut explorator aliquandiu in custodia retentus sum.

Jam in freto [6] dividente Italiam a Sicilia multa præ-

4. *Hipparchi*] Posidonius apud Strabon. p. 55 : ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον πορθμὸς οὐδὲ μετέβαλλεν, ἀλλὰ διατέλει τὸν ἔκρουν μόνον ἔχων τὸν ἐκ τοῦ ποντικοῦ πελάγους εἰς τὴν Προποντίδα, ὡς δὲ Ἵππαρχος ἱστορεῖ, καὶ μονάς ποτε ἐποιεῖτο.

5. *Contra etiam eos... mortuus est.*] Leguntur hæc ap. Procopium in B. Goth. 4, 6, p. 484, 9—486, 8 ed. Bonn.

6. *Jam in freto... sursum ad Fanum versus*] Hæc quoque e Procopio l. l. p. 486, 8—487, 10 Gyllius transtulit. Cf. Macrobius in Saturnal. 7, 12 p. 618 ed. Janus : *Meatus enim qui solus de oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano quod Hispaniam Africamque interjacet, et sine dubio inundatio ipsa per Hispaniense et Gallicanum litora in Tyrrhenum prodit : inde Hadriaticum mare facit, ex quo dextra in Parthenium, læva in Ionium et directim in Ægæum pergit, atque ita ingreditur in Pon-*

ter rationem fieri solent. Videtur enim ex mari Adriatico fluxus illuc accedere, et ex mari Tyrrheno, sed hoc repente crebros vortices a nulla nobis perspecta causa ciere et naves perdere perspicitur, quæ propterea a poetis dicuntur a Charybdi absorberi. Qui vero dicunt in freto Siculo multa fieri præter rationem, iidem putant plurima ejusmodi præter rationem fieri in omnibus fretis ex proxima utrinque terra, cujus angustiis aiunt cursum fluxus in quasdam necessitates cogi rationem non habentes. Quamobrem etsi fluxus a Fano Jovis ad urbem Byzantium videtur ferri, tamen nemo, inquiunt, recte asseret mare Ægæum et Pontum illuc desinere; quorum opinionem confirmare videntur piscatores nostræ ætatis piscari in Bosporo soliti. Hi enim testantur Bosporum immensos gurgites et voragines habere, neque omnino totum Bospori fluxum abire Byzantium, sed ejus quandam partem superam et summam, hominum oculis perspicuam, ex Ponto deferri Byzantium versus, alteram vero partem inferam, attingentem vadum, contra decursum superi et summi fluctus procedere, id quod ipsi secolligere dictitant ex eo, quod postquam retia dejecerunt in profundam altitudinem, semper ab imo fluxu asportata feruntur sursum ad Fanum versus. »

Vidi tempestatibus navigia demersa nusquam exstitisse neque eorum vectores; quod argumento est fretum hoc quosdam abyssos et voragines habere, in quarum altitudinem contrariis fluctibus præcipitia agantur ea quæ demerguntur. Sed de his ut quisque volet, judicet : ego tamen Pontum per Bosporum in Propontidem non modo decursus perpetuos medii alvei tenere, sed etiam ad certos anfractus conversiones perpetuas sempiternasque conficere cum ex antedictis perspicio, tum ex illis causis, quas, ut probent paludem Mæotidem exsiccandam esse et Pontum conversum iri in paludem, quidam afferunt, nimirum multitudinem fluminum exaggerantium et differentiam vadorum : ex his enim causis Pontus mihi potius assiduo decursu defluxurus per Bosporum, quam aut Mæotis in terram, aut Pontus in paludem convertendus esse videtur. Dicunt enim 7, permeantium in alveos fluminum multitudine cum humor continenter augeatur, nec aliunde exitum habeat, necesse fore, excrescat, ut tandem efferri per ostia cogatur : propterea quæ cœni arenæque et reliquæ materiæ multitudine, quam continenter innumeri amnes defluentes in Mæotidem et Pontum devehunt, adeo alveos Mæotidis et Ponti complendos esse, ut superfluere humorem et per ostia exire futurum sit necesse, tandemque Mæotidem in terram, et Pontum in paludem conversum iri. Nam quod ad Mæotidem pertinet, Aristoteles (Meteorol. 1, 14 t. 3, p. 573 ed. Didot) tradit ejus vadum exaggeratione eorum, quæ assidue deferuntur a fluminibus, excrevisse, ut naves sua ætate multo minores quam anno ante sexagesimo quæstus gratia in Mæotidem ingrederentur. Mæotis enim, ut Polybius (4, c. 40, § 8) ait, jam repleta est, et altissima ejus pars quinque vel ad summum septem ulnis altior non est. Miror intra sexagesimum annum majorem exaggerationem factam esse quam abhinc ætate Aristotelis et Polybii. Nam nautæ nostræ ætatis testantur similiter adhuc habere septem ulnas. Quid? quod ratione, qua demonstrare conantur Pontum ex accumulatis fluviorum coacervationibus replendum esse, eadem probare possemus mare internum ex Ponti perpetuo influxu exaggerandum esse. Nam quod dicunt vadum Ponti minus altum quam maris Ægæi, idcirco tardius Pontum existimo paludem fore quam si magna altitudine esset; nam ut fluminum lubrici congestus assidui ponticum vadum sublimius reddiderint, sic Pontus in sublime elatus declivior delabitur in Ægæum, et quanto hinc atque illinc fit pressior atque angustior, tanto celerior in Bosporum devolvitur. Quod si in minorem altitudinem Ægæum mare deprimeretur quam Pontus, eo putarem Pontum exaggeratiorem fore, repulsante Ægæi vado eminentiori. Adde quod antequam Ponti os apertum esset, facilius exaggerari debuit Pontus, cum undique circumclusus esset montibus; at tum infinitis seculis exaggeratus non est. Eo minus exaggerabitur, cum habeat exitum per quem continenter tantum possit efferri quantum infertur; ac si vadum magis allevaretur, tamen palus non fieret; ut enim illud extolleretur, ita Pontus assurgeret, præsertim infinitis fluminibus auctus, et eminentibus montibus clausus. At maris natura est, ut sua vi spirabili rejiciat ea quæ ingerantur. Neque eadem maris ratio est quæ fluminum, quantum pertinet ad exaggerationem. Illa enim in ostiis suam vim ostendunt; sed suos aggeres paulo ultra ostia promovent, vel sua imbecillitate, vel repellente vi Ponti. Ac tantum abest, ut ostiorum exaggerati congestus Ponti vada efferant, ut Pontum, si fortasse paulo angustiorem reddere possint, eo violentiorem facere debeant ad transmittendam fluminum materiam rejectam, atque vehementiorem ad vada excavanda in majorem altitudinem. Cur tot lacus immensa profun-

tum. Quæ igitur ratio facit ut rivatim aquæ de Ponto fluant, cum foris influentes aquas Pontus accipiat? Sed constat utraque ratio. Nam superficies Ponti propter nimias aquas quæ de terra dulces influunt foras effluit, deorsum vero intro pergit influxio. Unde probatum est natantia quæ, ut supra dixi, jaciuntur in Pontum, foras pelli, si vero columna deciderit, introrsum minari. Et hoc sæpe usu probatum est ut graviora quæque in fundo Propontidis ad Ponti interiora pelluntur.

7. *Dicunt enim*] V. Polyb. 4, 36 sqq.; Strabo p. 50 sq; Aristoteles Meteorol. 1, 14. 2, 1 et quæ collegit alia Ukert. Geogr. 3, 2, p. 172.

ditate, undique influentibus, nullis manifesto effluentibus, paludes non efficiuntur? Cur sinus Bospori nuncupatus Cornu tanta altitudine est? in quem cum duo flumina devehant assiduam terræ aggerationem, et purgamenta Constantinopolis utrinque projiciantur, cur non tot annis aggeratur, præsertim rapido cursu Bospori fluxum sinus retardante et impediente? Quia tanta est Bospori rapiditas, ut sensim ea extrudat in Propontidem. Quare ut ex his rationibus Pontus obruendus esse non videtur, ita majori impetu effluere videtur per Bosporum. Quo enim magis Ponticum mare attolletur, eo facilius deferetur quam si id in altam profunditatem deprimeretur, quam si abyssos haberet, per quas penetrans in Tartarum Platonicum secum aquæ partem deportaret: quas si, ut Oceanus, unde recedunt et accedunt omnia flumina, haberet, profecto minus efflueret in Bosporum. Ex eo etiam colligitur Bosporum exsistere ex Ponti accessu, et non Ægæi maris, quod illius aqua dulcis sit, ut Ponti longe dulcioris mari Ægæo ob copiam fluminum Pontum subeuntium. Dulcem Pontum Arrianus (Peripl. § 10) probat ex eo, quod pecora circumvicina ejus aquam bibant; ipse Bosporum etiam percipio similiter dulcem esse, quod totus aliquando conglaciaverit tempore Copronymi tyranni. Anno enim a Christo concepto septingentesimo et quinquagesimo sexto, hiems fuit perfrigida acerrimaque et gelu maximum, ut Ponti Euxini ora maritima in latitudinem centum milliarium glaciei rigore in lapidis duritiem conversa sit, glaciesque a summo mari ad profundum crassa exstiterit triginta cubita. Præter hæc cum ejusmodi glacies fuisset nive tecta, crevit viginti alia cubita ita mare, ut continenti assimilaretur, et pedibus calcaretur hominum ceterorumque animalium mansuetorum et agrestium a Zicchia ad Danubium, et reliqua ora maritima usque ad Mesembriam, ut Bosporum Thracium ultro citroque transirent jumenta onusta et boves plaustra onusta trahentes. Deinde februario mense glacies, in plurimas sectiones collibus et insulis multorum jugerum similes et pares disrupta, ventorum vi per Bosporum acta est in Propontidem et in Hellespontum. In his sectionibus erant animalia mansueta et agrestia viva, et mortua gelu constricta. Sectio quædam in Acropolim Byzantii impacta contrivit gradus, quibus e mari in urbem ascendebatur; alia glaciei sectio ingentis molis ad murum allisa illum magno impulsu concussit, ut non modo muri, sed etiam domus vicinæ labefactarentur; alia pergrandis glaciei moles urbem a Manganis ad Bosporium portum, hoc est primum collem, olim Byzantium, nunc regis claustrum, cinxit, cujus altitudo muros superabat. Equidem ipse unam et alteram hiemem Byzantii frigidam sensi, semelque et iterum vidi Bospori sinum nominatum Cornu ab ostiis fluminum ad Galatam conglaciasse, non quidem glacie, quæ sustineret homines, sed tamen tanta, ut scaphæ ultro citroque commeare non possent, nisi remis ante glacies frangeretur. Sed hæc hactenus generatim de Bosporo. Nunc per partes singula ejus loca tam antiqua quam nova proferam, tum promontoriorum et vallium situs, et fluviorum ortus et perennitates, et portuum commoditates, et sinuum felicitatem; e quibus primum tractabo sinum Cornu appellatum, Bospori nobilissimam partem.

V. *De Bospori sinu Cornu nuncupato.*

Cum ex Ponto Bosporus ad Byzantii accessit promontorium Bosporium appellatum, hujus promontorii rostro in duas partes scinditur, quarum major et violentior inter Chalcedonem et Byzantium per fretum pergit ire ad meridiem, altera debilior cursum suum inflectit ad occasum in sinum, quem efficit Bosporus intercedentem inter Constantinopolim et Galatam. Hunc sinum Procopius (*De æd.*. 1, 5) scribit indigenas appellare Cornu, a Ceroessa matre Byzantis, qui Byzantium condidit.

Fr. 6.

Dionysius Byzantius similiter Cornu nuncupat, et rationem hujus nominis affert a similitudine quam habet cum cornu.

Strabo (p. 320) appellat Cornu Byzantiacum, et declarat, cui cornu similis sit, nempe cervino; nam in multos sinus quasi in ramos quosdam diffunditur. Plinius (9, 20. 4, 18) [2] ejusque simiolus Solinus (16, 10) promontorium, in quo situm est Byzantium, vocant modo Chrysoceras, modo Auri cornu; Marcianus Capella (6 p. 212) Ceras Chryseon. Arbitror Capellam et Solinum secutos Pliniani codicis erratum,

---

Fr. 6. Procop. de ædif. 1, 5 : .. ἀμφὶ τὸν κόλπον, ὅνπερ Κέρας οἱ ἐπιχώριοι Κεροέσσῃ τῇ Βύζαντος μητρὶ τοῦ τῆς πόλεως οἰκιστοῦ ἐπωνύμως καλοῦσιν. Cf. Hesychius Milesius fr. 4 § 8 (Fr. Hist. 4, p. 148) : Αὐτὴ δὲ (Io) πρὸς τὸ καλούμενον Κέρας ἐπανελθοῦσα, καθ' ὃ Κύδαρός τε καὶ Βαρβύσης συμμίσγονται, τοῖς ἐνοικοῦσιν προθεσπίζουσα τὰ ἐσόμενα παρὰ τὸν Σεμέστρας βωμὸν τὴν λεγομένην Κερόεσσαν ἀπεκύησε κόρην, ἐξ ἧς καὶ Κέρας ὁ τόπος ὠνόμασται. Ἄλλοι δὲ μᾶλλον τῇ θέσει τοῦ χωρίου τοὔνομα προστιθέασι· οἱ δὲ τῇ τῶν καρπῶν εὐπορίᾳ τὸ τῆς Ἀμαλθείας αἰγὸς κέρας προσαγορεύουσιν. Numum qui altera parte caput mulieris, altera cornu Amaltheæ præfert cum inscriptione : ἐπὶ Θράζωνος Βυζαντίων, memorat Ducangius in Constant. Christ. p. 5.

2. Plin. 4, 18 § 46 : *Promontorium Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium, liberæ conditionis, antea Lygos dictum.*

aut Plinium ipsum errare, id quod vel ex Plinii verbis percipi potest, cum ait (9, 20) ex ea causa Byzantii promontorium Auri cornu appellatum esse, quod thunni aspectu saxi albi in littore Asiæ siti repente territi semper præcipiti agmine *promontorium* Chrysoceras petant, cum ea de causa potius *sinus* appellandus sit Auri cornu, præsertim civibus Byzantinis ita sinum suum appellantibus, e quorum numero est Dionysius Byzantius, cui potius quam Plinio fidem adhibere debemus, et Straboni, quos vidisse constat Ceras Byzantiacum. At Plinium fortasse decipere potuit ambiguitas [3] Polybii (4, 43, 7), scribentis Bospori fluxum repulsum a loco Asiæ nominato Bove ferri Byzantium, a quo, inquit, scissi Bospori parva pars in sinum suum delata definit Cornu nominatum, major vero fertur per meatum. Aut si Plinius deceptus non est ex eo, quod fortasse Polybius sit in eadem sententia, poterimus utrumque appellare Cornu, cum permulta promontoria a geographis cornua appellentur, ut Cyprus Cerastis a multitudine promontoriorum, præsertim cum Byzantii promontorium multos colles habeat, quibus curvata in tria cornua Constantinopolis tricornis rectius quam triangula appellari possit. Sed illi ferendi non sunt, qui tabulis etiam iterum et sæpius editis tradunt Cornu Byzantium esse promontorium Galatæ, situm contra Constantinopolim. Sinus initium faciunt duo promontoria, unum a meridie appellatum Bosporium, alterum a septentrionibus Metopum olim dictum. Tria enim promontoria triangulum efficientia, inter se distantia plus minusve milliare, supra Bosporum eminent : duo quidem ab Europa in fauces sinus impendent, scilicet Bosporium et Metopicum, tertium ab Asia, Damalicum appellatum, a quo Bosporus tendens ad occasum flectitur ad meridiem. Ex quibus cognoscitur Procopius (*De æd.* 1, 9) errare, tradens a Sycis nuncupatis fretum Cornu nominatum incipere. Ostia Cydaris et Barbysæ fluminum sinui Cornu finem constituunt, cujus longitudo ab ortu æstivo procedit circiter octo stadia ad occasum hiemalem, deinde ad occasum æstivum, inde flectitur ad septentriones. Quem jure Ceras Chryseon appellavit antiquitas, cum et piscosus et portuosus maxime sit, uno ore multos intra se portus amplectens, universos usque ad marginem littoris profundos, montibus circumdatos efficientibus octo flexus, quatuor quidem a latere dextro ingredientium, in quo est Galata. Primum flexum in longitudinem circiter bis mille passuum collis Metopicus et Galatinus leviter incurvant, ut nusquam hic flexus latior sit centum passibus. Secundus flexus fit a colle Galatino, ita eminenti in sinum Ceratinum, ut ille ex tribus partibus eo alluatur, collisque Galatini latus vergens ad occasum hunc flexum efficiat longe intus recedentem, ut si ab intimo flexu rectam lineam duceres ad collem Metopicum, eminentem supra ostium sinus, intra lineam includeres totum oppidum Galatam et maximam partem ædificiorum suburbanorum, partim eminentium supra Galatam, partim in collis jugo sitorum. Hujus flexus maxime portuosi recessus longior quam navale longissimum triremium regiarum in circuitu ejusdem explicatum, altero tanto latiorem reddit sinum Ceratinum quam patet inter Constantinopolim et Galatam. Terminatur mucrone vireti regii inchoante tertium flexum minus curvum, sed eadem ferme circuitus longitudine, post quam sinus inflexus ad septentriones, quarto flexu mediocri accepto, finitur ostiis Cydari et Barbysæ. Jam vero sinistrum sinus latus, in quod eminent sex colles Constantinopoleos, similiter quatuor flexus admittit. Urbis primus collis adeo eminet in sinus ostium, ut totus ultra alios colles in altum projectus sit, et tanquam de industria immissum brachium protegat sinum a ventis; secundus et tertius colles interius recedunt ad meridiem versus; reliqui sic eminent in septentriones, ut duos recessus duorum arcuum similitudinem gerentes accipiant: Quorum primum exprimunt radices primi et et quinti collium eminentes, alterum quinti et sexti in sinum projectæ. Hos duos recessus tertius maximus flexus intra se includit. Adeo enim extra ceteros sinistri lateris colles eminet primus collis, efficiens angulum urbis ab ortu solis, et sextus, inflectens alterum urbis angulum ab occasu, ut si lineam ab horum alterutro mucrone duceres ad alterum mucronem, intra lineam includeres sinum Ceratinum et Galatæ planitiem maritimam. Id quod divino munere tributum tuetur sinum atque defendit a ventis. Quartum recessum extra urbem recipit sinistrum latus, ubi sinus ipse et colles circumsurgentes inflectuntur ad septentrionem magno naturæ beneficio, ne ab occasu venti incurrere directi possint in longitudinem sinus. Unde fit, ut ex omnibus partibus (excipio fauces) circumdatus sit collibus perpetuo dorso conjunctis, quos inter etsi intercedunt crebræ valles, tamen dorsum non penetrant et breves sunt; aut si una aut altera oblonga est, in valliculas desinit flexuosas, inter quas interjectus aliquis collis in earum fauces eminet. Strabonis (p. 320) longitudo, quam sexaginta stadiorum attribuit sinui Ceratino, congruit fere cum mea dimensione; Procopii (*De æd.* 1. 9) longe dissentit a rei veritate, tradentis sinus ambitum continere quadraginta stadia [4]; longius a vero aberrat Laonicus Chalcondylus scribens Byzantii portum se-

3. *Pol. ambiguitas*] Polybii verba (περισχισθεὶς δὲ (sc. ὁ ῥοῦς) περὶ τὴν πόλιν, βραχὺ μὲν εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ διορίζει, τὸ καλούμενον Κέρας, τὸ δὲ πλεῖον πάλιν ἀπονεύει) nihil ambigui habent, sed non recte a Gyllio explicantur.

4. In nostris tabulis longitudo sinus non multum

cundum urbem intus procedere ad stadia octoginta. Sinus altitudo varia; nam ab ostio ad medium sinum nusquam minor dicitur viginti passibus, ubi multis locis excedit triginta, alicubi quadraginta aut amplius. Cum autem ultra Byzantium processit usque ad ostia fluminum, partim vadosus est partim palustris, ut navicularum cursus dirigatur palis fixis signantibus partem navigabilem. Primo enim syrtes, deinde paludes et permulti euripi circumdantes plusquam triginta insululas. Illius similiter latitudo varia est. In faucibus plus minus sex stadiis patet; deinde paulatim stringitur usque ad mediam Galatam, ubi in stadia paulo plus tria coarctatur, quæ arctiori catena claudi possint quam latior ejus alveus inter Acropolim et Galatam situs, contra hostium naves olim constringi catenis solitus. Neque modo tormentis bellicis saxa emittentibus ex utroque littore, sed etiam machinis ignem liquidum profundentibus hostiles naves ab his aditu arceri, atque etiam exuri igne speculari posse demonstravit Prœlus, quem dicunt specula ignifera, quæ ipse fabricatus esset, ex muro Constantinopolis appendisse contra naves hostiles, quæ his speculis ignem ex solaribus radiis concipientes in se ipsas projectum conflagrarunt, atque vectores; quod olim *Dion* Archimedem excogitasse narrat, obsidentibus Syracusas Romanis. Denique sinus ubi latissimus est, sex stadia non excedit. Nec dubium est, quin olim latior esset, pluresque recessus haberet quam nunc habet, coarctatus emissitiis purgamentis assiduis et substructionibus ædificiorum. Ne quis miretur, si minus Cornu cervino similis sit, minusque in multos sinus perinde, ut in ramos quosdam, ut Strabo (p. 320) ait, scindatur, in quos irruentes pelamides capiantur. Nam cum ex sublicis, quas crebras vidi immitti et defigi in littore sinus in substructionem ædificiorum atque ad oram maris efficiendam magis portuosam, tum ex Dionysio Byzantio percipio, alios recessus aliamque oram olim fuisse quam nunc est, tum ex Zosimo (2, 35), qui ante mille annos scripsit usque adeo urbem excrevisse hominum multitudine, ut etiam in foris anguste habitarent [1], et non parva pars maris circum urbem in terram conversa esset palis in circuitu defixis ædificia sustinentibus. Verum ut ex his sinus alicubi coarctatus fuerit, profecto non minus profundus factus est, atque adeo magis portuosus, ut navis appulsæ puppis mare intueatur, prora vero terræ assideat, velut utroque elemento inter se certante, utrum magis possit urbi inservire. Hic sinus omnes portus maris commoditate applicandi præstat; in ceteros enim omnes portus vi remorum aut ventorum applicatio fit, in illum sine ventis, sine remis, naturalis et perennis Bospori cursus naves inducit et reducit [2]. Postquam enim naves ad hujus ostium aditumque accesserunt, deinde absque gubernatione eunt et sua sponte ad portum appelluntur; totus enim sinus portus est.

Et hæc quidem ab initio Bospori ad finem deorsum versus generatim dixi; nunc oram maritimam per partes describam a fine littoris Europæi sursum ad initium, quod est ad Cyaneas. Inde deorsum Chalcedonem usque, *imitatus Anaplum Dionysii, quem potissimum sequor,* Menippique et Arriani aliorumque Periplos in declarandis nominibus locorum antiquis, quæ cum respublica Byzantiorum floreret, in usu erant ante Severi ruinas.

LIBER SECUNDUS.

I. *De Bospori ora Europæa, ejusque locis intra Constantinopolim sitis.*

Bospori latus Europæum in angulo desinit, quo urbis latus orienti expositum flectitur ad occasum, et Propontis incipit efficere latus urbis meridianum. Simul et ab eodem flexu urbis latus ad ortum solis spectans incipit procedere ab occasu ferme brumali ad ortum solstitialem in longitudinem plus minus miliarii usque ad tigna in speculam sublata piscatorum regiorum. Deinde amplius quatuor stadiis pergit a meridie ad septentrionem ad promontorii Bosporii rostrum usque quo Bosporus scinditur in duas partes,

---

excedit stadia quadraginta, qui numerus in Procopio, sive auctoris sive librariorum errore ad ambitum sinus refertur. Contra stadia octoginta quæ Laonicus habet, non ad longitudinem sinus, sed ad circuitum pertinent.

1. *In foris anguste habitarent*] Zosimus ita habet: Τὰς οἰκήσεις οὕτως εἶναι συνεχώρησαν συνεχεῖς, ὥστε καὶ οἰκουροῦντας καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς (ἀγυιαῖς v. l.) ὄντας στενοχωρεῖσθαι τοὺς ταύτης οἰκήτορας, καὶ μετὰ κινδύνου βαδίζειν διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων καὶ ζώων πολυπληθίαν. Ἐπεγαιώθη δὲ καὶ τῆς περὶ αὐτὴν θαλάσσης οὐκ ὀλίγον, πάλων κύκλῳ παγέντων καὶ οἰκοδομημάτων αὐτοῖς ἐπιτεθέντων, ἃ καὶ καθ' ἑαυτὰ πόλιν ἀρκεῖ μεγάλην πληρῶσαι.

2. V. Procopius de ædif. 1, 5: Πραύνεται δὲ διηνεκὲς ὁ κόλπος οὗτος, καὶ ἀναθολοῦσθαι οὐδαμῇ πέφυκεν, ὥσπερ ὁρίων τῷ κλύδωνι κειμένων... Χειμῶνος δὲ, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ ἀνέμων σκληρῶν τοῖς τε πελάγεσι καὶ τῷ ποθμῷ ἐπιπεσόντων, ἐπειδὰν εἰς τὴν εἴσοδον ἵκωνται τοῦ κόλπου αἱ νέες, ἀκυβέρνητοί τε τὸ λοιπὸν ἴασι, καὶ ἀπροβουλεύτως ὁρμίζονται. Anonymus in vita Joannis Acacii a Ducangio laudatus: Τοῦ γε μὴν λιμένος θέσιν τε καὶ κάλλος καὶ μέγεθος, καὶ ὡς εὖ μὲν τῶν ὅρμων καὶ νεωρίων ἔχει, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς καὶ χρείας καὶ τῆς ἐξ ἄκρων εἰς ἄκρα διαβάσεως, ὥσθ' ὁλόκληρον ὡς ἀληθῶς θάλασσαν ἐξεῖναι, μὴ λίμνην, καλεῖν· ἔνθ' εὐχερὴς μὲν ὁ ἔκπλους, εὐχερέστερος δὲ ὁ κατάπλους, ἔνθα γαλήνην βαθεῖαν εὑρεῖν ἔστιν κἂν ταῖς θυέλλαις καὶ καταιγίσιν, ὅτε καὶ τὰ τῆς γῆς θεμέλια κλονεῖσθαι δοκεῖ.

quarum major cingit urbis latus vergens ad orientem, id est urbis frontem et primam peninsulani promontorii partem, in qua olim fuerunt illustria loca nuncupata Mangana et Arcadianæ Thermæ et primæ regionis pars, quæ continebat domum Placidiæ Augustæ, domum nobilissimæ Marinæ, porticus perpetuas duas, gradus quatuor. In hac etiam urbis fronte fuit pars secundæ regionis, quæ ab initio theatri minoris post æqualitatem latenter molli sublevata clivo, mox ad mare præcipitiis abrupta descendebat, continebat in se templum magnum et antiquum, senatum, tribunal, thermas Zeuxippi, porticus magnas quatuor, nunc continet claustri regii partem sitam in latere primi urbis collis pertinente ad solis ortum, quem quidem collem circuit ultima pars Bospori proprie a Dionysio Byzantio appellata promontorium Bosporium, in quo situm fuit antiquum Byzantium.

Fr. 7.

« *De promontorio*, inquit, *quod Bosporium appellamus, duplex vulgatur sermo : alii dicunt bovem æstro stimulatam ad ipsum illatam transiisse meatum medium ; alii fabulosius commemorant Io Inachi filiam illinc in Asiam transiisse.*

Idem Dionysius alibi ait : *parum abfuisse, quin Byzantium conderetur in loco nuncupato Semystra a nutrice Ceroessæ matris Byzantis, nisi corvus rapuisset ex media flamma partem victimæ, eamque in promontorium Bosporium tulisset, quod signum secuti coloniæ Megaricæ deductores Byzantium condiderunt in promontorio Bosporio* (V. infra fr. 18).

Idem alio loco loquitur de Metopo loco ita appellato : *Ostreodem*, inquit, *locum excipit Metopon appellatum ex eo quod urbis aspectui objicitur. Nam intuetur ipsum promontorium Bosporium* (V. fr. 27).

Nicephorus historicus appellat promontorium aquilonare. « Prospiciebatur, inquit, classis Latinorum jam præternavigans Byzantii aquilonare promontorium, ubi duæ turres constructæ exsistunt ex lapidibus albis et expolitis, ubi etiam Demetrii martyris constitutum est templum; videbatur autem Latinis laboriosus flexus ob maris vortices et velut labyrinthos quosdam, qui illic semper fieri solent ad similitudinem Scyllæ et Charybdis, quas Græci decantant in freto Siculo esse. »

Fr. 8.

In hoc promontorio Dionysius ponit aram Minervæ Ecbasiæ ex eo nominatæ, quod huc egressi primum coloniæ deductores statim tanquam pro patria terra pugnassent.

Similiter Cyzici fuit ara Apollinis Ecbasii. Argonautæ, inquit Apollonius (1, 996), cum navem extra urbem appulissent, Cyziceni illos interius navem appellere suaserunt in portum urbis, ubi Ecbasio Apollini in littore aram excitarunt ex eo, quod navis Argo in Dolioniam egressa fuisset. Deilochus (ap. schol. Apoll. l. l) templum esse dicit, non Ecbasii Apollinis, sed Jasonii Apollinis. Socrates (ἐν Ἐπικλήσεσι, ap. eund. schol.) dicit id templum appellari Cyziceni Apollinis. Quam Dionysius appellat Ecbasion Minervam, possemus etiam appellare Ecbateriam, ut Syphnii Dianam appellarunt (Hesychius : Ἐκβατηρίας [l. Ἐκβατηρία aut Ἐκβατηριάς] Ἄρτεμις ἐν Σίφνῳ).

II. *De ora sinus Ceratini cingente urbis latus vergens ad septentriones, et de ejus antiquis locis.*

Mœnia urbis a Propontide usque ad mucronem promontorii Bosporii alluuntur extremis faucibus Bospori nullo spatio a mœnibus et mari intermisso, nisi paulo antequam perveniatur ad Bosporium mucronem ducentorum passuum in longitudinem, ubi navale exiguum regiorum lemborum, quibus enavigare rex solet in agros suburbanos, et machinæ bellicæ. Inde a mucrone promontorii Bosporii, unde incipit ora sinus Ceratini claudens latus urbis conversum ad aquilonem usque ad finem urbis, mœnia non attingunt mare, sed spatium relinquunt. Quod quale sit et quantum, quibusve rebus occupetur, dicam per partes. Id spatii quod est in summo mucrone, patet in latitudinem alicubi circiter viginti passuum, sed latiorem mediam, nempe circiter octoginta passuum, ubi est porticus tecta plumbo, sustentata duodenis columnis marmoris ophitæ, laqueata lacusculis auratis et persica arte pictis, exiguo vireto cincta; præ se habet Bosporum, a tergo portam ferream, qua patet aditus in claustrum regium. Hæc aperta navigantibus retegit viam decumanam regii horti molliter assurgentem ad regis palatium. Ab hac porticu usque ad urbis portam Oriam appellatam ora intermissa inter murum regios hortos claudentem et littus magnis saxis præmunitum inclusa tenetur, a rege consita malis punicis ceterisque plantis. In qua media est mediocris recessus maris, opere abductus in tectam stationem navigiorum, quibus cultores regiorum hortorum utuntur ad vehenda regi necessaria. Juxta est domus amœna, præ se habens mare, a tergo portam, qua patet aditus in regios hortos. In hanc domum secedere solitus regiis hortis præfectus negotiatur cum urbis incolis. Hæc ora priusquam esset conversa in claustra regia, continebat domos piscatorum et forum piscarium; cum vero Byzantiorum respublica floreret,

---

Fr. 7. Duplex vulgatur sermo etc.] Sic Dionysii verba exhibet Gyllius De topograph. Const. p. 59. Nostro loco pro his nihil nisi hæc : ... *appellamus. Pervulgatur sermo bovem æstro stimulatam*

duos portus intra murum catenis clausos habuit, quorum brachia sustinebant turres valde eminentes. Fuit etiam portus Phosphorius a Stephano (v. Βόσπορος) commemoratus; fuit Neorium, fuit scala Timasi, ut in tractatione urbis plenius monstrabitur. Pro porta quam vulgo vocant Oriam corrupte, quasi olim Neorii portam, spatium jacet vacuum ad exonerandas naves accommodatum; patet ducentos quadraginta passus in longitudinem, in latitudinem vero ante portam centum passuum; paulo ultra portam in quinquaginta stringitur, unde trajectus est ad Chrysopolim et Chalcedonem, ubi etiam oræ maritimæ præfectus tribunal habet, ubi item domus portorii Turcici, ut in contrario littore Galatino est altera domus constituta ad exigendum portorium Francorum. Post hoc intervallum est forum piscarium, ex quo magnus trajectus patet ad Galatam, quem antiqui appellabant trajectum Sycenum. A tergo est urbis porta Piscaria nuncupata, qua ascenditur ad magnum forum, quod Turci nominant *Bezesten*. A porta Piscaria ora maris frequens suburbanis in longitudinem quadringentorum quinquaginta passuum continuatur ad portam Fructuariam, quam Turci appellant *Gemicapi*, ubi omne genus fructuum tam recentium quam conditorum et frugum esculentarum venalium mercatus habetur : unde magnus trajectus exsistit ad Galatam. A porta Fructuaria ad portam Lignariam, ab acervis lignorum venalium constructis in ampla area ante portam explicata appellatam, intercedunt ducenti passus juxta littus, pleni ædificiis et variis tabernis, aliis obsoniorum, fructuum, aliis aliarum rerum. Inter ædificia et murum urbis excurrit via lata silicibus strata, et juxta muri crepidines constituta sunt aquæ castella, quorum alia perenni fistula aquam largiuntur, alia operculis ad tempus reserantur. A porta Lignaria in longitudinem trecentorum passuum invenio domos perpetuas, exceptis viis intercurrentibus, alias ubi ligna materiaria venduntur, alias ubi capsæ fiunt. Deinde succedit spatium trecentorum passuum ab ædificiis vacuum, solam viam silicibus stratam et Escharidas a Græcis dictas, in quas subducuntur navigia, et palos defixos, ad quos illa alligantur, continens, aquasque salientes extra muros ex aquæductibus urbis claras et liquidas, partim potabiles, partim resilientes in euripos marmoreos ad pannos lavandos. Deinde brevi spatio exædificato succedit porta Farinaria, a Turcis vocata *Uncapi*. Ante portam est area lata, ubi frumenta et farinæ venduntur. Est etiam ædificium magnum, plenum saccis farinæ quadratis, lancis. Juxta naves stant frumentariæ permultæ et scaphæ plurimæ, trajicientes in ulteriora suburbana. Est item ædes Mametana plumbo tecta, cum turri excelsa, unde exclamare preces presbyter et evocare solet incolas viculi suburbani siti ante hanc portam, ex qua ingressus patet in viam assurgentem per mediam vallem, tertio et quarto urbis collibus clausam. Hæc quidem etsi pervulgata, tamen negligenda non censui, ut facilius perveniatur in notionem antiquorum locorum, quæ a promontorio Bosporio ad portam Farinariam ponit Dionysius Byzantius.

Fr. 9.

« *Supra etiam*, inquit, *promontorium Bosporium templum est Neptuni antiquum, apud quod fuit lapis in mare eminens, quem Byzantinis in locum ornatiorem supra stadium transferre conantibus, non permisit se transferri, sive amans locum mari vicinum, sive ostendens parvi momenti esse pietati divitias. Sub templo Neptuni intra urbis murum, in locis in planitiem explicatis, erant stadia et gymnasia. At ex maris parte erat navigatio in sinum Ceras leniter fluens. Primam promontorii Bosporii conversionem sive circumflexionem excipiebant tres portus, quorum medius satis profundus a ceteris ventis tegebatur, ab Africo tutus omnino non erat; deinde turris bene magna rotunda continenti jungebat urbis mœnia. Primus post mœnia campus erat peninsulæ cervicis sensim descendentis ad littus, et ne urbs esset insula*

---

ex promontorio Bosporio transnatasse in Asiam.

Fr. 9. *Circumflexionem excipiebant*] Legebatur : *conversionem, circumflexionem, quæ excipiebat*. Cf. Gyllius in Topogr. Const. p. 12 : *Dionysius Byzantius tradit Bospori primam circuitionem excipere tres portus*, et p. 60 : *Adjungit Dionysius ... post mucronem promontorii Bosporii sinum Ceras appellatum immisisse tres portus turribus et molibus munitos*. Dio Cassius apud Xiphilinum p. 401 nonnisi duos portus memorat : Οἵ τε λιμένες ἐντὸς τείχους ἀμφότεροι κλειστοὶ ἀλύσεσιν ἦσαν, καὶ αἱ χηλαὶ αὐτῶν πύργους ἐφ' ἑκάτερα πολὺ προέχοντας ἔφερον, ὥστ' ἄπορον τῷ πολεμίῳ τὸν πρόσπλουν ποιεῖν. Ducangius in Const. Christ. p. 11 tertium portum ut inutilem a Byzantiis exaggeratum ante Severi tempora existimat, idque esse causæ cur duorum duntaxat portuum Dio meminerit. Fieri etiam potest ut tertius portus, quamquam suo distingueretur nomine, reapse nonnisi pars esset aut primi aut secundi. Duos autem istos veteris Byzantii portus Ducangius eosdem esse censet cum Neorio et Bosporiano Constantinopolis, quorum illud in sexta, hic in quinta urbis regione siti erant. ‖ — *Continenti jungebat urbis mœnia*] Ambitus Byzantii sec. Dionysium erat 40 stadiorum, prodente Gyllio De topogr. Const. p. 15, ubi postquam Zosimi narrationem de veteris Byzantii ambitu attulerat, pergit : *Sed Dionysius Byzantius, Zosimo multo antiquior, ut ex ejus scriptis cognoscatur ante Severi ruinas scripsisse, ait ambitum Byzantii circiter quadraginta stadia complexum fuisse, quæ longe majus spatium complectuntur quam illi tradiderunt.*

prohibentis. Post erat templum Telluris super mare, cujus quidem fastigium tecto carens significabat antiquam terræ libertatem. Ejus parietes, quibus claudebatur, erant facti ex lapide expolito. Paulo supra Telluris ædem erant templa Cereris et Proserpinæ paria, in quibus picturæ multæ, priscæ felicitatis insignes reliquiæ, et statuæ exactæ artis, nihilo summa arte elaboratis inferiores, erant. Item in abscessu maris duæ ædes Plutonis et Junonis, quarum solum nomen exstat. Illud enim Persæ exusserunt in expeditione Cyri contra Scythas, ea ulciscentes, quæ Byzantina civitas commisisse contra regem accusabatur. Plutonis templum Philippus Macedo inopia materiæ demolitus est, locorum vero nomina remanserunt. Hic enim Plutonis aera, ille Junonia aera dicitur, ubi quotannis victimam primo anni die mactat gens Megarica. »

Hæc quidem Dionysius, qui cum ait Junonis et Plutonis ædes fuisse κατὰ ἀπόβασιν τῆς θαλάσσης, videri potest aeram significare oram maris potius quam promontorium, quod nullum sit in hac oræ parte, nisi Dionysii temporibus mare attingeret radices secundi collis. At nunc ab hujus radicibus simulque a mari intermissa est planities. Ac si ætate Dionysii non attingeret mare radices secundi collis, possumus interpretari κατὰ ἀπόβασιν τῆς θαλάσσης, ad recessum abscedentem a mari. Nam Junonia aera mihi fuisse in clivis potius secundi collis quam in ora maris sub ipsum subjecta videtur ex coloniæ Byzantinæ deductoribus partim Megarensibus, partim Corinthiis, qui magna religione colebant Junonem Acræam appellatam ex eo quod statuta esset in acropoli Corinthi. Fuit etiam non longe a Corintho altera Juno Acræa in promontorio sita cujus meminit T. Livius (32, 23). *Promontorium*, inquit, *est adversus Sicyonem Junonis, quam Acræam vocant, in altum excurrens.*

Fr. 10.

Post aeram Plutonis et Junonis Dionysius ponit Scironias petras nuncupatas a Corinthiis participibus coloniæ deductæ Byzantium, qui his petris nomen imposuerunt a similitudine loci difficilis, qualem habebant petræ Scironiæ, sitæ inter Megara et Isthmum Corinthiacum. »

Ex his Dionysii verbis has petras etsi nunc non exstantes, olim excisas ad molliendos urbis clivos, tamen exstitisse ad imas collis tertii radices ostendam in descriptione urbis. Nunc redeo ad continuandum spatium inter sinum et mœnia situm, quod relinqueram ad portam Uncapam, ultra quam in longitudinem quadringentorum passuum ora sinus procedit occupata aut ædificiis aut acervis coctorum laterum venalium partim integrorum partim in pulverem contritorum ad testacea et figlina opera conficienda; inde domus piscatorum usque ad portam Blacherneam tenent oram sinus patentem in longitudinem ter mille et quadringentorum sexaginta passuum, quorum primi octingenti finiuntur porta Jubalica nuncupata, contra quam est medius flexus navalis regii siti in contrario littore. A porta Jubalica ad portam vulgo appellatam Agiam a vicina æde divæ Theodosiæ trecenti sexaginta passus; ab Agia porta ad secundam portam Phanarii sexcenti passus. Phanarium est pars urbis oræ maritimæ, quam murus urbis claudens duas portas habet, in quas eminent clivi quinti collis, quibus finitur flexus sinus primus inchoatus a promontorio Bosporio, et incipit secundus flexus finitus radicibus sexti collis. Quicquid est muri inter portas Phanarias, caret turribus, sed est duplex murus, alter in littore, alter in clivo collis quinti; uterque cingit locum nominatum Phanarium. A porta Phanarii, cujus e regione est finis navalis regii, processi octingentos passus, usque ad portam appellatam Palatinam, contra quam in ulteriore littore est finis vireti regii et initium frequentis vici, quem Agiam parasceven Græci vocant. Ultra portam Palatinam progressus circiter centum viginti passus, animadverti tres magnos arcus astructos urbis muro, et substructos, per quos olim imperatores subducebant triremes in portum opere factum, nunc exsiccatum et conversum in hortos concavos præ se gerentes speciem portus obruti. Ab his arcubus discedens trecentos passus offendi spatium in centenum passuum longitudinem ab ædificiis vacuum, ubi attingit muros mare vadosum, ut facile sit super id ædificare. Post, octingentis passibus confectis, perveni ad portam Blacherneam, qua finiuntur domus piscatorum, ex media parte fundatæ in terra, ex altera parte substructæ sublicis in mare vadosum defixis. Inter sublicas locum relinquunt portuosum, quo

---

Sed vereor ne numerus μ′ (40) corruptus fuerit ex κ′, ut passim. Nam præterea quod aliorum testimonia in 40 stadiorum ambitum non quadrant, ea quoque quæ nostro loco leguntur, cum tanta urbis magnitudine vix concilianda sunt. Liquet ex Dionysio mœnia urbis pertinuisse juxta Cornu usque ad radices collis primi, post quam sequebatur vallis inter primum et secundum colles interjecta. Concinit hoc cum iis quæ ab aliis quoque traduntur. Sin nihilominus 40 stadiorum ambitum urbis fuisse credere volueris, statuendum foret urbis partem longe majorem juxta Propontidis oram vel in mediterraneis fuisse, ad Ceras vero sinum haud ita multam pertinuisse. Quod quam sit veri dissimile, vix est quod moneatur.

Cyri] Debebat : *Darii*. Similiter Philostratus Heroic. p. 677 et Ammianus Marcellinus 23,6, 7 Cyrum per Thraciam contra Scythas progressum esse perhibent.

navigia piscatoria subducuntur in stationem sub domos piscatorum. Pisces velut in latibula et pascua refugientes capiuntur retibus appellatis *hypocis* suspensis ex tigno. Hoc genus piscationis tanquam domesticum exercent fœminæ; viri autem procul piscantur; neque ad hanc piscationem opus est magnis instrumentis, sed duntaxat uno tigno sive stipite sive arboris trunco sive navis exolescente malo sive antenna, habente infimum caput intra domum piscantis subnixum, alterum supremum extra domum eminens leniter pronum. Ex cujus summo capite appensam hypocam fune per trochleam trajecto demittunt in aquam fœminæ fenestris insistentes, et subtrahunt aliquanto post, cum fœminis licet esse otiosis a ceteris negotiis domesticis; aut, si nihil aliud negotii habent, sedent in tabulatis prominentibus vel mœnianis nentes aut sarcientes aut omnino animi causa otiantes, speculantur pisces retia subeuntes, ad eosque subtrahendos assurgunt, et, remissis hypocis, ad officia domestica redeunt. Cum hanc piscationem spectarem, videbar intueri tale quippiam quale etiam fieri vidi in palude Prasiade, quam accolentes supra defixas sublicas in media palude tabulata collocant sustinentia casas, uno ponticulo aditum habentes ex continenti, et fores inter tabulata compactas deorsum ad paludem versus deferentes, in quibus degunt. Puerorum parvulorum pedes fune alligant, metuentes ne in paludem delabantur. Tanta est in hac palude piscium copia, ut quoties quis januam reseraverit, ex eaque calathum aut sportam demiserit vacuam, paulo post retrahat piscium plenam. Paulo ultra portam Blachernæam objicitur murus transversus, a mœnibus urbis sinuque intermissum spatium secans, habens portam, ex qua, sexagenis passibus confectis, alter murus transversus obducitur primo muro similis; abhinc centum passus urbs finitur angulo uno ex tribus grandibus urbem triangulam efficientibus. Ab hoc angulo ad portam Neorii via lata patet, silicibus constrata secans spatium quod dixi ambire muros, contractum quidem, sed variæ latitudinis; nam ante urbis portas plerasque latius est quinquagenis passibus. Id minutatim excutere volui, ut pateant loca facilius antiqua, quæ Dionysius Byzantius describit a tertio colle ad sextum collem.

Fr. 11.

« *Post*, inquit, *Scironides petras* (quas ante dixi fuisse olim ad radices tertii collis) *longum littus ad piscatum atque ad vadi altitudinem nullis littoribus etiam optimis deterius; nam ex paucis usque ad marginem profundum est, et mare placidum et quietum, et littus aditu facile, nuncupatum Cycla, ex eo quod in hoc littore Græci barbaros circumclusos devicissent. In eodem littore ara consecrata est Minervæ Dissipatoriæ, designans ex circumclusione multitudinis dissipationem.* »

Hucusque Dionysius. Cycla et ara Minervæ Dissipatoriæ fuerunt in maritima planitie subjecta sub vallem urbis tertiam, quam efficiunt tertius et quartus colles, Cyclobium a posteris appellatum arbitror ex Zonara, cum ait imperatore Constantino Progonato Agarenos gravi classe urbem obsedisse, quæ stationem habebat a promontorio Hebdomo sito ad occasum usque ad Cyclobion. Similiter alii historici tradunt ab Hebdomo promontorio atque a domo Magnaura ad occasum pertinentibus usque ad palatium Cyclobion, spectans ad orientem, stetisse classem Agarenorum. Quid sit Hebdomum promontorium, ostendam in tractatione urbis.

Fr. 12.

Deinde Dionysius : « *Cycla*, inquit, *Melias sinus excipit, piscosus quidem si quis alius : in omnibus enim omnes superat, promontoriis prominentibus et cautibus sub aqua delitescentibus utrinque conclusus. Hic sinus, a quodam heroe indigena nuncupato Melia nomen adeptus, ut plurimum nunquam fallit piscatorem.* »

Cum ex his verbis Dionysii, tum ex ejus anapli ordine sinum Meliam existimo alibi esse non potuisse quam in tertia urbis valle cincta utrinque promontoriis tertii et quarti collis; quæ etsi jam intra muros

---

Fr. 11. *Cycla*] τὰ Κύκλα, ut e fr. 12 patet. Si quid tribuendum est etymologiæ a Dionysio allatæ, exspectaveris locum dici Κύκλια, nisi forte huc trahere velis quod legitur apud Gramm. in Crameri Anecd. t. 2, p. 383, 30 : Κύκλα, ἐπίρρημα τοπικὸν, ἀντὶ τοῦ κυκλόθεν, ubi Dindorf (in Thes. v. κύκλος) κύκλῳ reponendum esse suspicatur. Quod Cycla Gyllius cum Cyclobio castello, cujus persæpe sequiores scriptores meminerunt, componit, id parum recte fieri, quum Cyclobium ad urbis latus Propontidi obversum pertineat, docet Ducangius l. l. p. 45. — *Minervæ Dissipatoriæ*] probabiliter Ἀθηνᾶς τῆς τροπαίας, sicuti Lacedæmone templum erat τοῦ τροπαίου Διός (Pausan. 3, 12, 9). Junonem quoque τροπαίαν occurrere memini. Nescio an recte huc referam verba Hesychii Milesii § 31 p. 152 : Τοῦ δὲ Χάρητος εἰς Ἀθήνας ἐκπλεύσαντος, Πρωτόμαχος τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν διαδέχεται· ὃς τοὺς ἐπαναστάντας Θρᾷκας καταδουλώσας τοῖς ὅπλοις ἐν τῷ καλουμένῳ τῆς πόλεως Μηλίῳ χάλκεα ἀνέθηκε τρόπαια. Fortasse pro Μηλίῳ e Codino reponendum est Μιλίῳ (*Miliario*), quamquam fieri etiam potest ut legendum sit Μηλίᾳ, quum Cyclis contiguus esset Melias sinus.

Fr. 12. *Melia heroe*] Ni fallor, Melias est Thracum rex, cujus in Byzantis herois historia meminerunt Hesychius Milesius § 11 p. 148 et Codinus De orig. Const, p. 5 ed. Bonn. Apud utrumque scribitur Μελίας.

urbis clausa est, tota exædificata et sicca, tamen eam olim recessum maris fuisse, posteaque exsiccatam et terra aggeratam fuisse ad suscipiendas domorum sedes, vero proximum videtur, cum ex eo quod ejus longa planities ad libellam fere æquata supra mare parum eminet, tum ex illis causis quas supra demonstravi, cur Bosporus minus nunc sit sinuosus.

Fr. 13.

Post Melianum sinum Dionysius ponit locum nominatum Κῆπον, *aitque nomen adeptum esse ex terra inter paucas ad culturam hortorum idonea, maris vero lucrum adventitium acquisivisse. Non enim mare olim ibi indagabatur, sed otiosum manebat, cum tamen piscibus diversorium præbere soleat.* Ἀψασιεῖον *ab Arcadio nominatum in hoc loco situm est, et Jupiter* Ἀψάσιος *colitur.*

Ita vocatur a Dionysio, nisi codicis erratum sit : cum tamen a Callimacho in iambis Apesas appellatus sit, sicut Stephanus scribit : « Non Jovi Apesanti sacrificavit equas Arcadicas. » Pausanias (2, 15, 3) « Supra Nemeam, inquit, Apesas mons, in quo Perseum primum Jovi Apesantio rem divinam fecisse tradunt. » Statius Papinius (Theb. 3, 460) de eo sic dicit :

> Mons erat audaci seductus in æthera dorso,
> Nomine Lernæi memorant Apesanta coloni.
> Gentibus Argolicis olim sacer.

An Byzantius Κῆπος sit ex his quos adeptus est avus Demosthenis Gylon appellatus, assequi non possum ex Æschine (C. Ctes. § 171) tradente Gylonem figulum (*deb.* Ceramiensem), avum Demosthenis, cum hostibus prodidisset Nymphæum Ponticum, quod tum Atheniensium erat, mortis condemnatum ab Atheniensibus, effugisse, et pervenisse ad Bosporum, et illic accepisse donum a tyrannis nominatos Κήπους [1]; neque declarat Æschines, neque quisquam alius, an apud Bosporum Thracium an Cimmerium hi horti fuerint, an tyranni illi essent Byzantii, qui tum ab Atheniensibus defecerant, et a potentibus civibus tyrannice gubernabantur, an Nymphæum prope Heracleam Ponticam, consanguineam Byzantiorum, nempe coloniam Megaricam, situm Gylonis proditione adepti sint.

Fr. 14.

Post Apsasion Dionysius ponit promontorium plurimum super alia promontoria eminens, ventorum violentiam excipiens. Hujus promontorii eminentia abrupta abit in mare, et haud firma præterit profundum mare. Nam promontorii pars inferna sectionem petræ in multam avulsionem abrumpens exigua conjungitur continenti, dissolvendæ et quam mox ruinam edituræ similis : unde similitudo aspectus illi nomen dedit; nam Mellapocopsas nominatur.

Ex hac Dionysii descriptione et ordine narrandi alibi esse non potest hic locus quam ad radices quinti collis, ubi paulo ante dixi nunc esse locum Phanarium nuncupatum. Is etsi opere excisus est jam ante tot secula, tamen adeo natura rupibus præruptis et præcipitibus existit, ut nondum penitus excisus sit, quin adeo alicubi præcisus, ut ob directos clivos ædificia non habeat, et si qua pars habet, ea casuris similia videantur.

Fr. 15.

Inde Dionysius : *Post locum*, inquit, *qui appellatur Mellapocopsas, duo loca sunt, omnibus anni*

Fr. 13. Ἀψασιεῖον... Ἀψάσιος] In fr. 14 legitur *Apsasion*. Hæc corrupta esse recte procul dubio censet Gyllius, sed quod Jovem Ἀπεψάντιον reponendum esse putat, id ex Pausania et Stephano non consequitur. Stephani verba, quæ haud recte Gyllius reddidit, ita habent : Ἀπέσας, ὄρος τῆς Νεμέας, ὡς Πίνδαρος καὶ Καλλίμαχος ἐν τρίτῃ, ἀπὸ Ἀφέσαντος ἥρωος βασιλεύσαντος τῆς χώρας, ἢ διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων ἢ τοῦ λέοντος· ἐκεῖ γὰρ ἐκ τῆς Σελήνης ἀφείθη. Ἀφ' οὗ Ζεὺς Ἀπεσάντιος. Καλλίμαχος δὲ ἐν τοῖς ἰάμβοις τὸ ἐθνικὸν Ἀπέσας φησί·

> κοὐχ ὧδ' Ἀρείων τῷ Ἀπέσαντι πὰρ Διί
> ἴθυσεν (ἔθυσεν codd.; em. Mein.) Ἀρκὰς ἵππος.

Cf. Etym. M. s. v. et Plutarch. De fluv. c. 4. Pro Ἀρκὰς ἵππος codex A habet Ἀρκάδας ἵππους, quam lectionem versui contrariam etiam Gyllius expressit. Ceterum Arion est notus ille equus a Tellure vel Cerere in Arcadia editus, qui ad explicandum Dionysii locum nihil facit. Apesas autem mons (hod. *Phuca*), in quo Jupiter Apesantius colebatur, in Argolide erat, dum verba *ab Arcadio nominatum* indicant locum cultumve qui ex Arcadia repetebatur. Quare pro Ἀψάσιος neque Ἀπεσάντιος, neque (quod in mentem venire posset) Ἀφέσιος neque Διάσιος fuisse puto. Proxime ad traditas literas accedet Ἀλάσιος, quum λ et ψ literæ in minuscula scriptura facile confundantur. Ἀλάσιος vero Byzantii dorice dixerint pro Ἀλήσιος. Scilicet Argivis Byzantii colonis nonnulli ex proxima Argolidi Arcadiæ parte Mantinenses se adjunxisse videntur; quorum amœnæ (ἐρατεινῇ) planitiei quum immineret Alesius mons (Pausan. 8, 10, 1), ipsaque planities in oraculo (Paus. 9, 4) vocetur Ἀλήσιον οὖδας, princeps autem civitatis deus fuerit Jupiter : nihil mirum est Arcades illos in amœno Κήπου campo Alesii Arcadici memoriam renovasse.

1. Κήπους] Κῆποι et Nymphæum, quorum Æschines meminit, ad Bosporum Cimmerium pertinent. De Cepis sive Cepo vide quæ laudavi ad Scylacis peripl. t. I, p. 59, ubi adde Procopium in Bello Goth. 4, 5 p. 480 ed. Bonn.

Fr. 14. *Apsasion.*] Leg. videtur *Apsasieon*, nisi Dionysius dixit : *Post Jovem Apsasion.*

temporibus piscium captum largientia a summissionibus promontoriorum et remissione maris in hæc loca refusi, alte sinuosi, placati et tranquilli. Horum locorum unus appellatur Ingenidas, alter dicitur Piræicus, ut multorum hominum habet sermo, a Piræeo Attico, ut quidam dicunt, a quodam antiquo heroe indigena. Inter hæc duo loca est Cittos locus ita dictus a multitudine hederæ ibi facile provenientis. Piræico succedit continuo Camara, acclive et ventis expositum littus, quod multam maris refractionem excipit.

Ex his, quæ jam dixit Dionysius et postea dicet, Ingenidam et Piræicum et Camaram fuisse existimo partim in radicibus sexti collis, partim in ima planitie vallis quartæ, clausæ quinto et sexto urbis collibus, sinum efficientibus in mediam vallem insinuatum; sed temporibus Dionysii longe penitius insinuabatur, nunc minus in vallem recedit tot seculis aggeratus substructionibus urbis. A radicibus sexti collis sinus incipit esse vadosus ex parte urbis, ob brevia et syrtes, ex altera parte profundus; deinde utrinque vadorum frequentia navigatio palis defixis regitur, ut a flexu, quo incurvatur ad septentrionem, usque ad ostia fluminum sit palustris et lutulentus, ut vento agitatus turbidus fluat, frequentibusque insulis sit aggeratus, quas habet ampliùs quadraginta silvis cannarum tectas, infirmas, ut etsi in aliquarum parte siccis pedibus insistere queas, tamen in alia cœnosa nequeas. Prima insulula incipiens a radicibus collis siti inter flumina, dividens eorum ostia, producitur in passuum longitudinem circiter sexcentorum, reliquæ divisæ exiguis euripis parum altis et cœnosis, qui dudum obruti essent cœno delabente ex proximis ostiis fluminum, nisi excrescentes insulas ad fingendos lateres rescinderent laterum figuli. Hi ubi palam in terram palustrem defixerunt, sese totos demergunt, ne capitibus quidem supra aquam exstantes, ut palam frusto terræ exciso onustam extrahere queant. Insularum euripi piscosi sunt, latibula piscibus præbentes, qui cum hieme alii capiuntur, tum æstate mugilum copia supra storeas exilientium ad id præparatas, ut Venetiis solent supra rates ad horum piscatum accommodatas. Nunc in his insulis cervi non sunt, ut olim erant, propter proximam vicinitatem urbis, propterque propinquos utrinque colles antiquis nemoribus spoliatos, quibus olim vestitos fuisse ostendam ex Dionysio Byzantio. Nunc quam pulchre describat hanc Bospori partem palustrem, subjungam.

Fr. 16.

Locum, inquit, *nuncupatum Camaram* (quem ante dixi fuisse ad radices sexti collis) *excipit* Σαπρὰ θάλασσα, *id est, Marcidum mare, finis totius sinus. Jacet enim in fundo sinus nuncupati Cornu. Invenit hoc nomen sive a vicinis fluminibus in se exeuntibus nativas aquas maris corrumpentibus, sive ex eo nomen reperit, quia immobile ventis agitari non potest ob vadorum aggerationem, quam deferunt ostia fluminum continuam et mollem, palustre efficientem mare, in quo etiam pisces capiuntur. Primus hujusce maris marcidi locus appellatur Polyrrhetius a viro Polyrrheto. Post hunc locus est nominatus* Βαθεῖα σκοπιά, *hoc est Profunda specula, ab altitudine maris. Tertius vocatur Blachernæ a quodam rege ibi regnante.*

Hæc quidem Dionysius. De his paludibus intelligit Nicephorus historicus, cum ait, adventante classe Latinorum regis Constantinopolitani, triremes subductas fuisse circum fluminis ostia, ubi et sinus finis et fluminis, ubi exaggerata multa arena et materia utrinque stringens os, et vix angustum quendam aditu difficilem meatum intermittens; non modo magnis triremibus, sed et dicrotis et vacuis navigiolis, ob brevia et vada. Ex Dionysii verbis postremis percipitur, quæ fides adhibenda sit recentibus scriptoribus Blachernas tradentibus ex eo appellatas fuisse, quod ibi sinus palustris sit, propterea que obrutum fuisse dicunt illis temporibus, cum Marcianus et Pulcheria magnum templum Blachernarum ædificarunt. Verum etsi obrutus fuit, et Græci vulgo in hunc diem locum palustrem appellare soleant βλαχόν, unde illi putant Blachernas vocatas fuisse : tamen Dionysio antiquissimo scriptori potius credendum censeo.

Fr. 17.

Is deinde subjungens : *Maris*, inquit, *Marcidi ultimus locus appellatur Paludes, ex eo quod in illo subsideat lutulenta fluminum secessio. Non enim illius vadum arena, sed cœno tectum est, neque navigiis, nisi perparvis, navigabilis est. Inde cœnum sublime usque ad exitus fluminum, quorum uterque fertur separatus ab altero; in exitu ambo conjunguntur, et velut per unum ostium exeunt in sinum Cornu. In mediis paludibus boûm nutricibus sunt prata uberes pastiones largientia, etiam cervis. Hos deus designa-*

Fr. 17. *Hos deus designavit*] Exspectabas : *Hos deus designasse videbatur*, quum ipse Dionysius postea (fr. 18) narret Græcos dei ostento monitos Byzantium in Bosporio promontorio condidisse; quod ne verbis oraculi contrarium esset, ἔλαφον vocem interpretati fuerint de ipso sinu, quem cum cervino cornu Strabo comparat. Dionysius varias de Byzantii conditoribus narrationes, quas bene distinxit Hesychius Milesius p. 147, ita miscuisse videtur ut urbem conditam diceret a Byzante, Ceroessæ filio, Græcorum duce colonorum (v. fr. 18). — Oraculum habes etiam ap. Hesych. l. l.; Codinum; Stephanum Byz., ex eoque ap.

vit, cum deductoribus coloniæ consilium petentibus, ubi conderent urbem, appellatam Byzantium, ita respondit :

Ὄλβιοι οἳ κείνην πόλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν,
ἀκτῆς Θρηικίης στενυγρὸν παρ' ἄκρον στόμα Πόντου,
ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτόν.

Hæc quidem dicta sunt de re, quæ accidit. Cervi enim tempore hiberno ex silvis descendentes depascunt palustrem arundinem ; pisces vero maris et fluminum participes in tranquillitate sinus Ceratini delitescunt pigri, in ubertate pabuli deglutiunt vadi radices.

Hæc quidem Dionysius. Mihi vero potius oraculum videtur hunc locum non intellexisse, sed promontorium Bosporium, ubi extremum os Bospori, ut postea admonuit Apollo coloniæ deductores deceptos illo loco ; qui cum ad has sinus extremas paludes pararent condere Byzantium, corvus rapuit victimæ partem, eamque deferens ad promontorium Bosporium, declaravit oraculum præsignificare Bosporium promontorium, quod definit extremum os Bospori, ubi cum essent nemora et oræ maris palustres compascuæ, iisdem pastionibus vescebantur cervi et pisces. Verum ut ab initio litoris Europæi usque ad finem urbis, quæ olim loca antiqua habuerit, quæve nunc nova habeat Bospori ora, declaravi : ita deinceps usque ad Cyaneas declarare ab urbis fine constitui. A quo quidem fine in longitudinem bis mille passuum progressa ad flexum, quo sinus tendens ad occasum incurvatur ad septentriones, maritima planities continuatur cum ima vallis planitie in bis mille passuum longitudinem et latitudinem quadringentorum patente, et paulo quidem amplius qua vallis insinuatur in plures quam quindecim valliculas, alias rectas, alias transversas, omnes in unum collium dorsum desinentes, natura favente quieti sinus. Hæc planities, sive maritima sive in vallem insinuata, tota ædificiis fere occupata est suburbanis, vicum efficientibus partim in planitie partim in collibus positum, quattuor millia passuum circuitu complexum. Non enim ubique ædificia inter se continentia, sed sparsa vagantur. Totus a Mechmetanis vicus habitatur [1]. Itaque undecim ædes habet ceremoniæ Mechmetanæ. Earum ceteris præstant tres, ad quarum maximam Turcorum rex sacrificium, quod Corbanum vocant, facere solet, cum quippiam arduum aggreditur. Juxta ædis vestibulum, ornatum duodecim columnis marmoris Thebæi, situm est sepulchrum, hemisphærio cylindraceo clausum, nescio cujus hominis, quem Turci valde sanctum habent, et perpetui sodales Flamines custodiunt, circumlucentibus noctes diesque amplius septuaginta funalibus cereis, tectum purpura ; hunc Turci vocant Aibasarium, a quo vicus nomen adeptus est. Sæpe ab his Flaminibus percunctatus sum, qui sanctus esset Aibasarius, a quibus nihil aliud assequi potui, nisi Aibasarium appellari Mechmetanæ religionis unum ex assertoribus, inter quos numerant tanquam principem Arium. Græcus nescio quis mihi confirmabat esse sepulchrum Job, sed nihil ex monumentis litterarum proferebat, in quibus duntaxat legi Arcadium imperatorem ossa Samuelis prophetæ a Judæa Constantinopolim transtulisse, tam hilariter obviam illis procedente populo quam si Samuelem viventem cernerent. Quidam afferunt Aibasarium vicum appellatum ab Agio Basilio, sed nullum ex literis producunt testimonium. Mihi potius locus hic sacer fuisse videtur divo Mamanti, ut litteratis testimoniis ostendam in descriptione urbis. Ab hoc vico usque ad ostia fluminum ora sinus in septentriones flexa aliquantum spatium procedit hortis frequens et ædificiis paulo ultra castellum aquæ defluentis ex collis valde proni medio clivo, ubi sacer fons perennis fluit, quem circumdant fundamenta antiquæ ædis, quam vulgus Græcorum appellat divam Photinen, cum tamen in hoc loco aut non longe remoto fuisse videatur ædes divi Cosmæ et Damiani ex Procopio [2], cum ait ad finem sinus in loco arduo et vehementer sublimi templum divis Cosmæ et Damiano jam ab antiquis usque temporibus constitutum fuisse, quod statim videtur ab ingredientibus sinum Ceras. Justinianus imperator habitus medicis jam vicinus ad moriendum, divorum precibus servatus, ut illis gratiam referret, templum illis sacrum immutata pristina forma, quæ ignobilis erat et ornamenti expers, pulchre et magnifice instauravit, et luminum splendore illustravit. Id templum si forte accuratius exquirere velis, vide Anthymi martyris ædem, quam Procopius ponit e regione in littore ulteriore. Jam autem a fonte divæ Photinæ ad ostia fluminum et promontorium Semystræ ambulavi circiter mille passus. Cur vero vocetur Semystra, et quibus nominibus appellentur flumina, Dionysius Byzantius docet.

Eustathium ad Dion. Per. 803, et in Chron. Constantin. Ceterum Hesychius post verba στόμα Πόντου alium interponit versum : ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν λάπτουσι θάλασσαν. Hunc versum et sequentem ἔνθα ἰχθὺς etc. solos exhibent Codinus et Chron. Constant. Denique Stephanus Byz. præter tres versus, qui apud Dionysium leguntur, quartum subjicit hunc : στέλλειν δ' ὡς ὤκιστα καὶ εἰς φρένα πάντα λαβόντα. De alio oraculo, quo coloni jubentur sedem quærere cæcorum terris adversam, vide Tacitum in Annal. 12, 7 ; coll. Strabone p. 320, Polybio 4, 43 et Plinio 5, c. 32. Cf. not. ad fr. 18. — In versu secundo στενυγρὸν dedit Bergkius Comment. crit. 2, p. 9 ; ὑγρὸν præbent codices Stephani et Dionysii ; apud Hesych. legitur : ἀκτῆς Θρηικίης τ' ἔνυγρον.

1. Vicus nunc *Ejub* vocatur. V. Hammer. *Constantinopolis und der Bosporus*, tom. 1, p. 21-37, ubi uberrime de hoc loco exponitur.

2. V. Procopius De ad. 1, 6, Ducangius Const. Christ. lib. 4. p. 182.

III. *De flumine Cydari et Barbyse ex anaplo Dionysii.*

Fr. 18.

Flumen, inquit, *Cydaris venit ab occasu æstivo, Barbyses vero a borea vento. Barbysem alii dicunt educatorem Byzantis, alii navigationis ducem eorum qui cum Jasone et Minyis navigarunt ad Colchos, quidam heroem indigenam fuisse. Ubi flumina delata ad obvium promontorium crassum inter se coeunt in mare exeuntia, ibi ara est Semystræ, a qua locus nomen invenit. Semystra nutrix fuit Ceroessæ matris Byzantis. Io enim cum Jovis arte in vaccam conversa, iraque Junonis æstro alato stimulata multas terras percurrisset, apud hunc locum parturiendi dolore affecta (nam erat divini seminis plena), infantem fœminam peperit. Hanc tollens Semystra lactat et nutrit gerentem insigne transformationis maternæ; cornuum enim typi ex fronte eminebant, unde appellatur Ceroessa. Ex hac et Neptuno genitus est Byzas, vir similiter ut deus honoratus, a quo Byzantium conditum est. Semystra locus parum abfuit, quin urbs efficeretur; nam ibi duces coloniæ urbem condere constituerant, nisi ex media flamma corvus rapuisset partem victimæ, eamque in Bosporium promontorium tulisset. Hoc ab Apolline ostentum conjecerunt Græci a pastore edocti, qui ab specula intuitus erat, ubi corvus victimæ rapinam deposuisset, secutique signum condiderunt Byzantium in promontorio Bosporio.*

Hucusque dicta sint ex Dionysio, quæ jam inde ab antiquissimis temporibus pervulgata, si quis me otiosior altius consideret, non sine physica ratione inveniet Io vaccam cornigeram peperisse Ceroessam juxta fluviorum ostia, hoc est cornua, juxtaque sinum Cornu nuncupatum : e quibus aqua dulcis prodiens supra salsam sinus et freti summam aquam fertur velut altera Io, sinusque Ceratinus agnoscetur verus filius Ceroessæ et Neptuni, id est, aquæ dulcis et salsæ, veriorque quam quisquam Byzas deprehendetur conditor Byzantii. Quod attinet promontorium, ad quod dicit Dionysius flumina exire in mare, profecto obtusum est et, ut ille ait, crassum, in altitudinem editum amplius mille passuum, quorum septingenti inferiores sunt decliviores, quadringenti superiores minus proclives. Jugi cervix, qua promontorium adnectitur dorso montis, latior non est triginta passibus, angustata duabus vallibus : una a meridie, in qua summa depressa est fossa conservatrix nivium, suis labris sustinens ligneum tugurium fastigiatum in mucronem metæ, cujusmodi plurimæ circa urbem videntur : altera valle promontorii stringitur a septentrione, in qua ima est sacer fons, quem Græci Agiasma appellare solent. Promontorii radices partim attingunt ripam Cydaris, partim impendent in planitiem a ripa et promontorio intermissam, latitudinis trecentos, longitudinis plus minus quingentos septuaginta passus habentem, circuitu complectentem circiter mille et quingentos passus. Secundum hanc mediam est coitus Cydaris et Barbysæ fluminum, quorum uterque paulo supra eandem planitiem fluit ab altero separatus promontorio longo et acuto : id existimo esse, quod Dionysius Drepanum vocat.

Fr. 19.

A tergo, inquit, *Semystræ, paulo supra fluminum ostia initium circumflexus in alterum latus sinus Ceratini efficit promontorium Drepanum inflexum, cujus cacumen acutum appellarunt Bucolon, hoc est Bubulcum, grata memoria prosecuti indicem ex hoc loco speculatum urbis conditorem corvum.*

Ex his Dionysii verbis adverte, quem is appellat Barbysem, Suidam reliquosque recentes scriptores scribere Barbyssum; quam recte, fides sit penes emendatos codices. Barbysæ nomen adeo jam ignotum est etiam accolis, ut aliter appellare Byzantini nesciant quam Chartaricon : fluvium ab officina ostiis fluminum propinqua, ubi chartæ contusæ explanantur; rustici, qui accolunt ejus fontes, hunc nominant Pectinacorion (hod. *Petino-Khori*) a vico ita nuncupato illius fontibus vicino. Longus est circiter quindecim miliaria; lenis adeo fluit, ut in neutram partem mo-

---

Fr. 18. *Cydaris*] *Cydarus* ap. Codinum et Hesychium § 3 p. 147 : Κύδαρός τε καὶ Βαρβύσης ποταμοὶ, ὁ μὲν τῶν ἀρκτῴων, ὁ δὲ τῶν ἑσπερίων προρρέοντες. || — Βαρβύσης] Βαρβύδης libri Codini; Βαρβύσσος Suidas s. v. Ἡράκλειος et alii; Βάρνυσσος corrupte Nicephorus Breviar. p. 15. || — *heroem indigenam*] Sic Chronicon Paschal. p. 493. || — *ibi ara est Semystræ*] Præter aram Semystræ etiam Dioscurorum lucum ad fluviorum confluentes fuisse tradit Hesychius Milesius p. 149. || — *corvus rapuisset*] De his oraculum fuisse perhibet Simeon Logotheta in Chron. ms.· Βυζάντιον εἴρηται ἀπὸ τοῦ κτίσαντος, ᾧ κατὰ χρησμὸν προαναπεφώνηται, κρέως τι ἁράμενος αἰετὸς ἐφ' οὗ ἂν καταπτήσεται χώρου καὶ αὐτὸ ἑλοῖτο·(l. ἀποβάλοιτο), ἐκεῖ τὴν πόλιν ἱδρύσασθαι. Eadem fabula de Alexandro Alexandriam condituro narratur ap. Pseudocallisth. 1, 32, p. 56, et de Cardiæ conditoribus ap. Steph. B. v Καρδία et schol. in Demosth. p. 63, 16 R. Similiter Cedrenus tradit Constantinum, quum urbem in Chalcedonis a Persis dirutæ loco condere cœpisset, mox sententiam mutasse edoctum aquilis, quæ lapillos architectorum iterum iterumque rapientes in eum transtulissent locum, ubi dein condita est Constantinopolis.

Fr. 19. *Bucolon*] Cf. Hesychius § 3 : Βουκόλου τὴν τοῦ ὄρνιθος ὑποδείξαντος πτῆσιν, ἀφ' οὗπερ καὶ Βουκόλια ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἐκλήθη. — 1. *Chartaricón fl.*] Hodie turcice eodem sensu fluvius vocatur *Kiagadchane*. V. von Hammer *Constantinopolis u. d. Bosporus* t. 1, p. 15. Barbyses vocatur *Ali-bey-sou.*; Hydrales autem *Belgrad-sou*.

veri videatur, adeoque profundus, ut pontibus etiam tota æstate transeatur. Eadem est ejus latitudo spatio ferme decem miliariorum, in quo quidem spatio euripi ab eo derivati omni anni tempore præcipites versant molas moletrinorum sexdecim. Fluit per mediam vallem planam et pratensem, ut a fontibus usque ad ostium sit perpetuum pratum, cujus maximam partem rex possidet. Quæ quanta sit, conjectare etiam absens potes ex quadringentis agricolis Christianis, quos, cum illuc profectus essem, offendi uno ordine dispositos herbam secantes, quibus præerant Turci quinque equites, octo pedites opus urgentes; totidem quadrigas fœno onustas inveni, singulas uno pare boum tractas, quatuor rotis sustentatas posterioribus majoribus excelsioribusque ad excipiendas priores. Incidi item in Genisarios, qui circiter trecenti emissi dicebantur ad colligendas fluminum et lacuum nymphæas, quibus Barbyses et Cydaris abundant, quibusque regiæ potiones fiunt regi usitatæ, ut Christianis vinolentæ. Sed redeo ad Barbysem. Primo a septentrione ad meridiem aliquot miliaria procedit, deinde varios flexus efficit, nunc ad ortum æquinoctialem, nunc ad hibernum, nunc inter ortum et meridiem, tandemque spatium quatuor miliariorum progrediens ab ortu solstitiali ad occasum hibernum, exit in sinum Ceratinum. Illius vallis per anfractus normales similiter ut Bosporus pergit, quem habet parallelum, ita ut si porrigeretur usque ad Pontum, ut quidam ipsius vallem porrigi dicunt, insulam efficerent Barbyses et Bosporus. Qui ab illius ostio proficiscuntur ad ejusdem fontes, vident illum a ripa dextra duos fluvios accipere, utrosque venientes ab ortu solis, tota æstate perennes; unum in medio cursu, alterum paulo infra suos fontes, perlucidum, etiam totam æstatem molas versare valentem, quem scriptores vocant Hydralem; nunc ejus nomen ignorantes, alii appellant Belgradum a vico prope ipsius ripas sito, alii flumen nominant Camerarum a fornicibus quibus ducebatur Constantinopolim. Hunc enim Andronicus rex excelsis fornicibus opereque subterraneo in urbem perducere aggressus est, cum ut cetera urbs aqua abundaret, tum maxime hi, qui habitarent circa Blachernas, ubi cogitabat magnum nymphæum construere, ut ibi habitantes copiosiorem aquam haberent : at morte interceptus, opus reliquit imperfectum, quod posteri reges absolvere neglexerunt, ut opus nimium sumptuosum, ut etiam Isacius rex, qui Andronicum et regno et vita privavit, turrem et palatium, quæ Andronicus ad secessum temporis æstivi prope fornices fluminum ædificaverat, demolitus fuerit, hoc pulcherrimum factum Andronico invidens. Hac ætate prope fornices, quos dixi transversos secare Barbysem, vicus est, quem Pyrgon vulgo appellant. Etiam si jampridem ibi nulla turris, nullum palatium sit, tamen olim fuisse Pyrgi incolæ dicunt, saxaque effossa ex fundamentis murorum se vidisse testantur incisum nomen Andronici habentia. Jam Hydralis influit in Barbysem fornicibus diruptis, quibus Constantinopolim ducebatur. Cydarus fluvius, quem vulgo Machleuam appellant, similiter ut Barbyses fornicibus transversis secatur, Hydralem et Barbysæ partem Constantinopolim ducentibus. Longior quidem est quam Barbyses, sed minor, similiterque ferme ut Barbyses per anfractus fertur, a quo velut fere parallelo curvo ipse curvus distat vario quidem intervallo, sed perpetuo collino inter fornices utriusque patente in latitudinem circiter quattuor miliariorum, vario etiam cursu progreditur. Nam a fornicibus, ultra quas non progressus sum, vidi ipsum ab occasu ad ortum solis tendere, deinde flecti ad meridiem; postremo amplius duo miliaria a septentrionibus ad meridiem proficiscentem influere in sinum Ceras. Quamobrem Dionysium, cum ait Cydarum venire ab occasu æstivo, intelligere non[1] oportet, cum intervallo circiter duum miliariorum ostio propinquus accedit.

IV. *De locis appellatis Mandris et Dryi et de luco Apollinis et ponte Philippi et de Cubis Canopi.*

Fr 20.

Post Bucolon, inquit Dionysius, *sunt loca nuncupata Mandræ et Drys; ille quidem a loco quieto et tecto, mari enim tranquillo allaitur; Drys vero habet lucum Apollini sacrum. Post promontorium est longus sinus Aulon appellatus.*

Id promontorium a septentrione clauditur valle Barbysæ, a meridie valle efficiente sinum longum, quem Dionysius appellat Aulona, cujus ora lunata patet in longitudinem mille et septingentorum passuum, in qua media est regis viretum insinuatum in imam planitiem vallis a septentrionibus clausæ promontorio elato in passus circiter octingentos, quorum imi trecenti valde declives, reliqui leniores. Dionysii ætate puto imam vallem, in qua nunc est regis viretum, fuisse palustrem, et partem sinus Aulonis, cujus e regione in ulteriore littore fuit locus nominatus Semystra.

Fr. 21.

Post Aulona Dionysius dicit esse pontem, Philippi Macedonis opus, quo sinus Cornu trajiceretur. Philippus enim in vadum saxa dejecit, eorumque multitudinem supra vadum accumulavit multis ope-

---

1. *Non*] An *nos*? Vel sic tamen oratio claudicat. Quid dicere voluerit Cyllus, patet ex antecedentibus.

Fr. 20. *Bucolon*] sic scripsi pro *buculam*. V. supra. fr. 19.‖— *Aulon*] erat *auleon*, et h. l. et in sqq.

ris, ut pontis commoditate uti posset abunde ad commeatum terrestrem. Nam classe Byzantiis par non fuit, multo mari imperantibus. Juxta hunc pontem fuit Nicei herois ara, et locus leniter circumflexus, ad capiendos pisces receptaculum, et locus, qui dicitur Νέος βόλος, *id est novus jactus.*

Inter promontorium, quo sinus prius pergens ad occasum flectitur ad septentriones, interque vicum Aibasarium supra aquam paulum exstantia videntur æstate pilarum fundamenta, quæ an sustinuerint pontem Philippi, an aliorum, judicare non possum. Hoc unum duntaxat possum ex Dionysii verbis elicere, vel in illarum loco vel in propinquo fuisse pontem Philippi. Ante trecentos annos fuisse pontem vel in prædicto vel propinquo liquet e Tzetze (Ch. 1, 835), ut alibi dicetur; ante mille autem annos fuisse pontem sublicium, ostendemus in antiqua descriptione regionum Constantinopolitanarum[1]: qui omnes bellis subsecutis eversi sunt. Mechmetes rex, qui Constantinopolim cepit, ut urbem strictius obsideret, pontem effecit a contrariæ continentis regione appellata τῶν Κρομαρείων[2] ad urbem ferentem doliis ligneis inter se apte colligatis et firmiter, ut trajicere posset milites ab exercitu obsidente Syeas ad urbemque, ut eam undique obsideret. Jam vero in littore, quod modo descripsi a loco appellato Mandris usque ad aram Nicei herois, percipitur ex Procopio (l. l.) fuisse templum Anthymi martyris, cum ait Justinianum in clivo arduo ad finem sinus ædificasse ædem divorum Cosmæ et Damiani, in alteraque sinus parte templum, ubi nullum prius fuerat, dicasse Anthymo martyri secundum sinus oram, ubi maris fluxus templi crepidines alluit jam mitigatus. Non enim cum fremitu murmurantis maris ad illius saxa frangitur, sed jam mollis et lenis tacitusque accedit ad id templum, in magnam altitudinem editum, lapidum decore auroque ornatum. Nunc nulla exstant illius vestigia, neque quisquam reperitur, qui in quo loco id fuerit a majoribus audierit aut legerit; quin potius omnes prorsus ignorant ullum templum in hoc littore fuisse. A promontorio, quo dixi sinum incurvari ad septentriones, incipit flexus longus et molliter curvatus, finitur mucrone vireti regii ab Abramo Bassa consiti. Hujusce flexus ora ædificiis plena est et figlinis laterculorum coctilium et crudorum, cum in multas insinuata valliculas, tum penitius in vallem divæ Parasceuæ longam duo miliaria, cujus ima planities attingens sinus oram, lata quadringentos passus, deinde statim stringitur in ducentos, sensimque angustata attollitur in clivos. Clauditur duobus collibus, uno exædificato, ab occasu tres tumulos emittente, qui in sinum eminentes efficiunt duas valliculas; ab ortu solis includitur altero colle ex tribus lateribus pleno ædificiorum, usque ad oram maris, ut mediæ ædificiorum partes sublicis sustineantur in sinus vadum defixis. In summa valle olim fuit templum Pantelcemonis juxta fontes rivi perennis, olim in sinum influentis: nunc partim derivatus est opere subterraneo in propinquum regis viretum, partim in balneum et hortos sub vallem subjectos consumitur, ne quis miretur, si illum jam non videat supra terram fluere, qualem Dionysius informat, describens hæc loca.

Fr. 22.

Circa, inquit, *locum re et nomine Actinen, sunt Cubi Canopi et fontes: valde enim locus irriguus est. Cubi autem sunt insignia Persicæ historiæ: huc enim nonnulli descendebant ad animorum remissionem et ludos, ut amœnitate littoris perfruerentur. Canopi nomen invenit a similitudine deliciarum, quæ huic loco est cum Ægyptio Canopo. Cison fluvius hanc oram secans sinui nomen dedit. Fluit perennis, sed haud navigabilis est.*

Hæc quidem Dionysius, quem miror ex eo quod fluvium ait non esse navigabilem, cum jam tam exilis sit, ut ad irrigandos hortos totus consumatur. Itaque arbitror partim terræ motibus, quibus obnoxia est regio Constantinopolitana, partim subterraneis subductionibus in regium hortum attenuatum esse. Nunc in hoc loco vicus est longus, aquis abundans, quo Constantinopolitani frequentes secedere solent, ut maris et terræ deliciis fruantur. Recte appellatur hic locus Cubus Canopi, sive quia Ægyptiorum Plato τὴν κυβείαν inventum esse dicit, et Canopus mollioris remissionis Ægyptiis ludus erat, sive quia Byzantii coloni Attici mores sequebantur Atticorum, unde oriundi erant. Attici enim maximo studio τὴν κυβείαν amplectebantur, ut etiam in ædes sacras congregati taxillis lusitarent. Hunc locum jam Græci appellant Agian Parasceuen, quem imperatore Justiniano divi Laurentii appellatum fuisse existimo ab æde divi Laurentii in hoc suburbano constituta, quam Procopius antea ignobilem et obscuram tradit Justinianum nobilem et præclaram reddidisse, in sinistra sinus parte sitam e regione divæ Mariæ in Blachernis. Nunc neutra exstat; funditus enim utraque eversa est, exceptis fundamentorum exilibus vestigiis. Procopius obscure locutus videri potest, cum ait Laurentianam ædem in sinistra sinus parte sitam fuisse, neque addit, quorum ratione, ingredientiumne in sinum, an egredientium; ego illam appellavi dextram, habens rationem ingredientium et naturalis sinus principii, quod nascitur a Bosporo,

1. Topogr. Const. lib. 4, c. 6 p. 206. ‖ — 2. Τῶν Κρομαρείων] an τῶν κεραμέων seu κεραμείων?

Fr. 21. *Nicei herois*] Legendum suspicor *Nisi*, notissimi herois Megarici

Fr. 22. *Re et nomine Actinen*] *Actinen* quid significare possit, nihil video; an *actinem*, ἀκτῖνα, dicere auctor voluit? Sed hoc quoque mirum foret. Legendum puto Acticen, Ἀκτικήν, quod nomen, sicuti

non ab ostiis fluminum, ubi sinus finitur. Ultra templum divi Laurentii Procopius scribit Prisco et Nicolao divis ædem Justinianum ex integro construxisse, ubi Byzantii loci amore capti plurimum versabantur, partim loci amœnitate ducti, partim venerantes divorum ædem decoram, quam longe in altum rex vim impetui maris afferens constituit.

De regio navali, et de locis antiquis, quæ olim fuerunt, ubi est nunc navale. — Post vicum suburbanum Canopicum sequitur viretum regium, quod olim partem fuisse Canopi existimo ex loci situ et ex auditione senum testantium, priusquam id consitum esset, Constantinopolitanos frequentes eo secedere solitos ob loci amœnitatem. Amplius decem stadia circuitu complectitur. Ejus media pars posita in maritima planitie, altera in colliculis et valliculis silva cupressorum arborumque fructiferarum adumbratur, ut regia domus arboribus circumsita a præternavigantibus non perspiciatur. Distinctum est viis, et herbis consitum eo ordine, quo cetera vireta, quæ cupressos non obliquis ordinibus in quincuncem dispositas, sed secundum vias habent directas in ordines rectos. Vireti ora maritima, parietibus clausa, media angulatum mucronem agit, procurrentem in sinum, velut linguam, cum natura tum magis opere productum : ex quo extremo ædicula in sinum eminet velut specula sublicis sustentata, quibus velut clathris pisces subeunt in piscinam proximam. Hujusmodi ædiculas undique fenestratras Turci Sardaca appellare solent, quæ vel in locis eminentibus vel undique patentibus, ut in mediis domorum areis aut in earum frontibus, velut Mæniana construere solent, aut quadrata aut hexagona aut octogona, aut ligneis testudinibus aut hemisphæriis præclare laqueatis et Persica pictura collucentibus. Illa ædicula finitur flexus a nobis jam excursus, incipitque alter finitus Sycarum promontorio. Recessus intimus abductus in hunc medium flexum cuneatus est, deinde molliter dilatatur in longitudinem octo stadiorum, occupatam triremium regiarum sicco navali loculato. Sic enim triremes centum et tredecim in aridum subductæ exsistunt, ut totidem ædificiis, velut loculamentis continuis, separentur, clausis ab utroque latere parietibus tectum imbricatum sustinentibus a fronte, a tergo apertis, præ se habentibus sinum, a tergo murum claudentem totum navale. Is, cum venissem Byzantium, ex crudis erat laterculis, post ex lapidibus cæmentitiis, atque inter loculamenta et murum additæ sunt cellæ usibus triremium accommodatæ; etiam addita ædificia armamentaria plumbo tecta. Supra navalis partem quæ pertinet ad occasum, eminent colliculi, valliculis distincti, tecti sepulchris Turcorum et Judæorum. A medio sinus et navalis flexu vallis nascitur pergens a meridie ad septentriones, cujus ima planities ad libellam æquata angustior non est quadringentis passibus, neque ubi in valliculas insinuatur, latior sexcentis. Ejus maritima pars attingens navale, habitatur frequenti vico, quem vocant Cassin Bassam (*Cassim Pacha*), a satrapa, qui in eo loco amplas thermas construxit plumbo tectas, vario marmore constratas. Reliqua vallis planities tota consita est hortis uberibus; per hanc mediam fluvius, sed haud perennis fluit. Olim perennem fuisse existimo, nunc partim permultis jugibus puteis usque fere ad labrum plenis, partim aquæ ductibus et terræ motibus exhaustus, cursum æstivum perpetuare nequit. Vallis latus, quod efficit collis Sycenus editum in altitudinem septingentorum passuum, tegitur sepulchris Turcicis, quæ ornant stelæ lapideæ et virentes silvæ cupressorum; alterum vallis latus ad solis ortum pertinens, proclivius quidem, sed non altius quadringentis passibus, continens sepulchra Judæorum, tecta aut mensis lapideis, aut carinatis operculis. Hæc vallis cum processit quatuor stadia in longitudinem, objectu duorum collium singulorum vicos singulos habentium scinditur in tres valles pratis, hortis, vineis cultas, quarum duæ extremæ majores, quæ in valliculas quatuordecim intercidunt, desinentes omnes in dorsum perpetuum, alias flexuosas, alias tortuosas, id quod efficit navale tutius a ventis septentrionibus. Palustrem fuisse olim hanc vallem et nemorosam, conjicio ex Dionysio Byzantio.

Fr. 23.

Post, inquit, *Cubos Canopi est palus habens radices sub aqua latentes, claudens sinum, ubi est receptaculum piscibus capiendis aptum, saxis concavis ad ipsos introitus obviam procedentibus, in quæ delabuntur pisces noctis tenebris errantes. Post paludem sunt Chœragia nuncupata, a rebus, quæ ibi fiunt, nominata, quoniam apri ex montibus descendentes, ad hæc loca abacti, a venatoribus fraude capiuntur. Omne enim sinus latus, vento noto objectum, silvis plenum erat.*

Ex his Dionysii verbis percipio vallem illam palustrem fuisse; nunc exsiccata est vel exædificationibus vel agriculturis vel puteorum copia vel aquæductibus, atque omne sinus latus, vento noto expositum, ab arboribus nudum est, nisi manu satis.

ἀκτήν, de regione in mare procurrente dici constat e Strabone, p. 391 aliisque. Intelligenda autem nostro loco est regio inter *Cassim Pacha* vicum et armamentarium (*l'arsenal*) in sinum procurrens. Huc accedit quod Stephanus Byz. dicit : Ἀκτή· οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο... Ἔστι. . καὶ ἄλλη ἐν Βοσπόρῳ.

Fr. 23. *Chœragia*] Olim fortasse dicebantur Chœragria, τὰ Χοιράγρεια, sicut dicere licet τὰ συάγρεια. Cf. Σύαγρα, Ciliciæ locus a Stephano Byzantio memoratus.

V. *De Isthmo Cerătini recessus, de sepulchro Hipposthenis, de Sycis, et delubro Amphiarai.*

Fr. 24.

Deinde Dionysius addit : *Secundum locum, ad quem desinit recessus Ceratini sinus, incipit Isthmicum promontorium, apertam jam et multam Propontidem prospiciens, in quo sepulchrum Hipposthenis exstat, herois Megarensis, a quo locus nomen adeptus est.*

Quod Isthmicum promontorium Dionysius dicit, id intellige esse collem in quo nunc situm est oppidum nuncupatum Galata. Nam si a primis faucibus Ceratini sinus lineam duceres ad ejusdem recessum intimum, in quo ante dixi regium navale esse, intra lineam includeres collem Galaticum, ex cujus jugo prospicientibus multa aperitur Propontis.

Fr. 25.

Post Hipposthenem, inquit Dionysius, *locus est appellatus Sycodes a multitudine et pulchritudine ficuum arborum : quidam curiosiores dicunt, primam ficum arborem ibidem natam esse.*

Locum hunc, cum declarabo Sycenam regionem decimam tertiam urbis, ostendam esse Galatam, quam olim primum appellarunt Sycas, post Justinianas, postremo Peram sive Galatam.

Fr. 26.

Inde Dionysius, persequens suum anaplum, ponit Amphiarai delubrum, quod Byzantii Megarensium coloni construxerunt memoria et honore prosequentes Amphiarai Oiclei filium.

Amphiaraum cum ceteri Græci tum Megarenses honorarunt, deum ut haberent atque ab ejus solo, in quo fuit humatus, oracula peterent.

VI. *De ædibus Dianæ Luciferæ et Veneris Placidæ et de loco Ostreode et Metopo et de ara Apollinis.*

Fr. 27.

Post, inquit, *Amphiarai delubrum est Syamphas locus, Auletes nominatus; is una cum aliis colonis Byzantium deductus fuerat, cui Apollinis ars reliquit nominis memoriam. Inde est Bolos, is est jactus ad piscationem hibernam percommodus loci natura, in quo est templum Dianæ Luciferæ et Veneris Placidæ; existimatur enim largiri ventorum commoditatem, eosque turbulentos placare. Deinde est locus Ostreodes, a rebus, quæ ibi fiunt, nominatus. Maris enim vadum ostrearum multitudine exalbescentium constratum fit perspicuum aspicientibus maxime in tranquillitate et quiete ventorum. Hic autem locus semper alit quod impendatur et in commune conferatur. Est enim luxuriosis locus generationis ostrearum contendentis cum earum piscatione. Ostreoda locum excipit nuncupatum Metopon; hoc sub aspectum urbis subjectum est; aspicit enim Bosporium promontorium. Nomen invenit a figura; nam ex continentis parte planum est terrenis tumulis, ex parte maris, declive et præceps : non tamen divini testimonii expers est; etenim apud ipsum colitur Apollo.*

Ex his Dionysii verbis scimus Metopon esse frontem ante urbis oculos positam, quam prius nisi cognitam habeamus, assequi nequimus, intrane oppidum Galatam, an paulo an longe extra Galatam fuerint templa Amphiarai, Dianæ Luciferæ et Veneris Placidæ et locus Ostreodes. Cum igitur nulla pars Europæ posita sit ante oculos Byzantii, nullaque recte intueatur promontorium Bosporium, nisi collis nascens prope portam Galatæ, cum ejus frons tota subjecta sit sub aspectum promontorii Bosporii, patet illum esse, quem Dionysius appellat Metopon, Græci hujus ætatis appellant acram Spandoninam; quæ quam sit in conspectu Byzantii rex Soleimanus declaravit, cum nullam aliam ob causam id usurpavit longo vireto, quam ut in conspectu suo colles haberet silva virenti vestitos, et ut excluderet oculos id incolentium, despicientium in claustrum sui palatii in promontorio Bosporio siti. Quale illud jam sit, subjungam. Ex duabus partibus mari alluitur, ab ortu solis Bosporo, a meridie sinu Ceratino; interius ad septentriones recedit quam collis Galatinus, quem antiqui Sycenum appellabant, ut velut de industria cedere videatur colli Syceno, ne illi aspectum solis orientis tollat. Duobus cornibus prominet, uno in sinus ostium, altero in portam Sycenam; triplici latere deprimitur, primo in vallem,

---

Fr. 24. *Hipposthenes*] Megarensem non novi Hipposthenem, sed Hippomenem, Megarei vel filium (Theocrit. 3, 40; Apollodor. 3, 9; Ovid. Met. 10, 606), vel patrem (Apollodor. 3, 15, 8). Hipposthenem Lacedæmonium habes apud Pausan. 3, 19, 9. 3, 15, 7. 5, 8, 9.

Fr. 26. *Amphiarai delubrum*] Cf. Hesychius p. 149 : Ἀμφιαράεω δὲ τοῦ ἥρωος (fanum sc.) ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς ᾠκοδόμησεν, αἳ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων ἐδέξαντο. De Megarensi Amphiarai cultu apud veteres scriptores nihil traditur, quantum sciam. De Argivo Amphiarai fano v. Pausanias, 2, 23, 2. Aut hinc in Bosporum translatus fuerit herois cultus, aut e celeberrima ejus sede Bœotia; nam inter Byzantii colonos etiam Bœotos fuisse tradit Constantinus Porphyr. De them. 2, p. 46 ed. Bonn : Αὐτὸ δὲ τὸ Βυζάντιον Μεγαρέων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν ἐστιν ἀποικία. Aliud Amphiarai delubrum et oraculum memoratur fr. 40.

Fr. 27. *Veneris Placidæ*] Ἀφροδίτης Γαληναίας. Cf. Philodemus in Anthol. Palat. 10, 21 : Κύπρι γαληνάτι.

qua clauditur ab occasu, quaque separatur a colle Syceno, vineis, hortis, ædificiis plena, desinenti in planitiem, quæ ante portam Sycenam explicatur, in qua jacent globorum marmoreorum magni acervi simulque magna multitudo machinarum bellicarum, unde porta nomen habet, ubi thermæ et officinæ fabriles fusilium machinarum bellicarum; alterum promontorii latus demittitur ad meridiem, totum objectum oculis veteris Byzantii, valde proclive, ut ejus ascensus gradibus aut anfractibus moliatur, usque ad mare pronum dejicitur, ut littus sit excelsum, præceps, præruptum; lateris media pars intumescit duobus tumulis ab infera parte præcipitibus, a supera explicatis in planitiem leniter assurgentem ad promontorii fastigium, porrectum in longam planitiem. Ora maritima sub hoc latus subjecta producitur in longitudinem mille passuum, quorum quadringenti Sycenæ portæ propinquiores patent in latitudinem quinquaginta passuum, ubi communis ambulatio suburbana platanis adumbratur, in qua olim ædes divi Constantini, cujus superficies nunc non exstat. Duntaxat gradibus lapideis in fornicem subterraneam Græci descendunt ad potionem aquæ fontanæ Constantino sacræ; reliqua oræ maritimæ pars tota proclivis, excepta via humano opere explanata. Tertium promontorii latus, similiter valde proclive et præceps usque ad littus, vergens ad solis ortum, intuens promontorium Asiæ Damalicum, quo Bosporus contendens ad occasum flectitur ad meridiem. Ex antedictis apparet Metopon esse aut totum promontorium, aut ejus partem eminentem in primas sinus fauces, quam vulgo appellant acram Spandoninam. Si totum Dionysius intelligit, existimare debemus Bolum, templa Dianæ et Veneris locumque Ostreodem fuisse intra urbem Galatam, eamque urbis partem non comprehensam fuisse intra locum Sycodem (ut non videtur ex antiqua regionum urbis descriptione, ponente in latere Galatæ meridiano Sycenam regionem, quæ etiamnum cernitur in media Galata propriis muris clausa, opposita Constantinopoleos valli, in qua ima est trajectus Sycenus), Galatæque latus urgens ad solis ortum post Sycodem fuisse, quod incipit ab angulo divæ Claræ, quo sinus, tendens ad occasum brumalem, flectitur ad occasum fere solstitialem, quoque finitur recessus inchoatus a promontorio Spandonino, longus duo millia passuum, quorum octingenti intra urbem. Jactus hibernæ piscationi aptus videtur angulus soli expositus, à ventis septentrionibus tectus, in quo hodie spectantur duæ ædes sacræ, quarum unam Franci appellant divam Claram, alteram Græci Photinen, quasi Phosphoron, non sine antiqua ratione, quoniam hic esset ædes Veneris Placidæ et Dianæ Phosphori, quæ etiam Phosphoros, ea est Lucifera, nominatur. Nam primi illi propagatores religionis Christianæ, quo facilius nationes a cultu antiquorum deorum ad verum pietatis cultum paulatim abducerent, veramque religionem illos colere assuefacerent, sub antiquis deorum nominibus nova induxerunt divorum nomina. Suidas [1] scribit Constantinum regem Romanorum, filium Leonis Isauri Iconomachi, Venerem coluisse, eique humanas victimas mactasse in regione urbis Peræa, ubi divæ Mauræ templum esset, quod is demolitus, locum effecit homicidiarium, quem Mauram nominavit, in quo nocte pueros sacrificabat. Existimo illam ædem primo appellatam Phosphoron a Diana Lucifera, deinde Photinam, post Mauram. Vide an sit vitiatus codex Suidæ habens sanctam Mauram pro sancta Photina. Nam cum Iconomachus Constantinus imaginum cultum oppugnaret, verisimile videtur ædem divæ Photinæ contumeliose appellasse divæ Mauræ. Nunc nemo est, qui audierit aut legerit in regione urbis Peræa divæ Mauræ ædem fuisse, sed duntaxat Photinæ. Adde quod littora contraria multa de paritate et similitudine inter se contendunt, ut duæ Cyaneæ, ut duo angustiarum fana, ut alia pleraque, ut littus divæ Photinæ fortasse ideo ædem Dianæ Phosphori habuit, quod sit e regione Phosphorii portus in contrario littore siti, ex eo appellati, quia illic Diana Phosphoros lucem Byzantiis attulerit contra Philippum Macedonem cuniculis Byzantium oppugnantem (Steph. v. Βόσπορος). Venus vero Placida non commodius collocari potuit, quam in hoc littore, ubi Bosporus labitur placidus et silens. In qua parte regionis Perææ Constantinus Veneris cultor colere Venerem melius potuit quam in antiquissima Veneris sede? Jam cognitis ædibus Dianæ Luciferæ et Veneris Placidæ et Metopo, judicare possumus Ostreodem locum fuisse inter ædem divæ Photinæ et primas radices promontorii Spandonini, præsertim si id totum intelligit Dionysius Metopon esse. Quamvis ostrearum piscatio frequentius hodie exerceatur a Sycarum porta ad finem promontorii Metopici et eo ulterius ob vadum maris purgatum et apertum, in quod sparguntur et disseminantur quotannis ostreæ integræ, non, ut olim falso acceperam, divisæ atque disruptæ: tamen antequam esset littus subjectum sub partem oppidi Galatæ objectam orienti, ostrearum piscationem copiosam præbere potuit. Postea vero quam hujus littoris pars vadosa ædificata est, pars quotidie aut obruitur projectis oppidi purgationibus, aut frequentium navigiorum stationibus occupatur. Piscatio ostrearum nunc minus exercetur in hoc suburbano littore, etiamnum exal-

1. Suidas v. Κωνσταντῖνος p. 385 ed. Bernh.: Τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἐτίμα καὶ ἀνθρωποθυσίας ἀνέφερε πέραν τῆς πόλεως, ἔνθα ὁ τῆς ἁγίας Μαύρας (an Φωτίνης?) ναός· ὅνπερ ἐδαφίσας καὶ φονευτήριον ποιήσας Μαύραν ὠνόμασε τὸν τόπον, ἐν ᾧ καὶ νύκτωρ ἐπετέλει θυσίας καὶ παῖδας κατέσφαττε.

bescente ostreis sua sponte provenientibus, non autem seminatis, ut seminantur circa promontorium Metopicum quotannis in hunc modum. Posteaquam Græci a piscibus sanguine participibus suam longam abstinentiam sustentarunt ostreis luculentis quidem, sed sanguinis, ut ipsi putant, carentibus, ex locis paulo remotioribus ab urbe naves ostreis plenas ad hæc loca maritima urbi propinquiora adducunt, atque in mare palis abjiciunt ostreas integras, non dissectas, ut mendaces quidam monstrosarum narrationum fictores in Italiam sparserant et disseminaverant, ut me imprudentem deceperint, ut vix cum venissem Byzantium, prudens factus a peritis piscatoribus, dissuadere potuerim imperitorum opinionem jamdudum confirmatam. Ex illa igitur sparsione et disseminatione fit, ut quotannis ostrearum genus renovetur, luxusque morum Græcorum redintegretur. Sin autem minus totum promontorium intelligit Metopon esse Dionysius, sed solam promontorii linguam eminentem supra primas sinus fauces : tum conjectare possumus Ostreodem locum occupasse oram maritimam alluentem urbis latus orienti adversum, et radices promontorii Spandonini spectantes ad meridianam cœli regionem.

VII. *De Æantio et Palinormico et templo Ptolemæi, de Jasonio et luco Apollinis et de aliis antiquis locis.*

Fr. 28

Sed redeo ad Dionysium, qui a Metopo deinceps ita anaplum persequitur : *Post*, inquit, *Metopon, est Æantion nomen adeptum ab Ajace Telamonio, quem propter quandam vaticinationem colunt Megarenses ex instituto eorum qui deduxerunt coloniam. Inde procidens præcipitium, conversum in mare, nominatum est Palinormicum a secunda applicatione. Postquam enim coloniæ deductores ad eum locum naves primo appulissent ex eoque solvissent, rursus ad eundem locum reverterunt. Paulo supra præcipitium Palinormicon exsistit templum Ptolemæi Philadelphi, quem Byzantii æque ac deum venerati sunt, quod ex ejus in urbem animi magnitudine fructum magnum accepissent. Etenim Byzantiis Ptolemæus in Asia regionem frumentique multas myriades et sagittas et pecunias dederat. Deinde est locus dictus Delphinus et Charandas. Causa nominum hæc est. Vir Chalcis nominatus, genere Byzantius, scientia citharœdus, nullis summis citharœdis inferior, cum Orthium carmen caneret, delphinus ex pelago exstitit, seque ad audiendum erexit cantilenæ impetum, maritimæ oræ insistens, extra mare eminens, aspectum sublimem gerens, ut vehementi cantu impleretur, ob audiendi studium nihil a vadi commotione læsus : cum autem Chalcis canere desinebat, delphinus mare subibat, ad locumque consuetum redibat. Charandas pastor accola, sive invidia atque odio in Chalcidem sive avaritia incitatus, delphino insidiatus est sensim ad maris oram allabenti, eumque sublimem accedentem interfecit : non tamen piscatione potitus est. Chalcis enim suum auditorem magnifica sepultura affecit, locisque nomina Delphinum et Charandam imposuit, illum donans honoris memoria, hunc ignominiæ. Postea est acra in brevem recessum insinuata; basis ipsius et radix petra in fundo Thermastis appellatur. Post hanc ipsam littus noto vento apertum nominatur Penteconterícon a navibus quinquaginta remos habentibus ad littus id appulsis. Scytham enim dicunt nuncupatum Taurum ex suis sedibus migrantem huc appulsum fuisse, atque ad Cretam navigasse, in eaque Pasiphaen Minois filiam stuprasse : unde nata fabula amoris et prolis ex ipso procreatæ. Deinde succedit Jasonium, ex eo nomen adeptum, quod Jason navigans ad Colchos illuc appulsus fuerit, ubi est nemus profundæ laurus plenum, araque Apollinis, littus autem longum, omne ventis occiduis et meridianis expositum.*

Fr. 28. *Templum Ptolemæi Philadelphi*, etc]. Fugit hic locus viros doctos qui Ptolemæorum historiam exposuerunt. Scimus Byzantios, Ptolemæi Philadelphi tempore, ab Antiocho Theo (c. an. 258) bello petitos esse, iisque auxiliatos esse 40 navium classe Heracleenses (V. Memno c. 24. Fr. hist. t. 3, p. 538). Præterea eundem Antiochum in Thracia Cypsela urbem expugnasse e Polyæno 4, 16 colligitur : adeo ut Thraciam, qua olim Seleucus post victum Lysimachum potitus erat, recuperare voluisse videatur. Eo in bello Byzantium ab Antiocho obsessum esse ad eamque obsidionem pertinere quæ ex Damone refert Athenæus 10, p. 442, C, suspicatur Droysenius *Hellenism.* t. 2, p. 330. Mihi Athenæi quidem narratio ad priora tempora pertinere videtur (v. Fr. H. t. 2, p. 330); ad bellum autem ab Antiocho illatum spectare collata in Byzantios a Ptolemæo beneficia suspicor. Regio Asiatica Byzantiis data in Bithynia quærenda est. Phylarchus Hist. libro sexto, quo hujus temporis historiam tractavit, Byzantios refert οὕτω Βιθυνῶν δεσπόσαι ὡς Λακεδαιμονίους τῶν εἱλώτων (Athenæus p. 271, B). Cum cetera Ptolemæi in Byzantios munificentia confer quæ Memno § 25 narrat : Πτολεμαῖος... λαμπροτάταις μὲν δωρεαῖς εὐεργετῶν τὰς πόλεις προήγετο· ἔπεμψε δὲ καὶ Ἡρακλεώταις ἀρτάβας πυροῦ πεντακοσίους, καὶ νεὼν αὐτοῖς Προκοννησίας πέτρας ἐν τῇ ἀκροπόλει Ἡρακλέους ἀνεδείματο. Locus templi Ptolemæi ibi fere fuisse debet ubi nunc est *Dolman Baktscheh* (*jardin de melons*), sicut Æanteum cum hodierno *Fondoukli* componendum fuerit. ‖—*Taurum*] Taurum Pasiphaæ fuisse virum Cretensem tradit Palæphatus p. 272 in Mythogr. Westerm. (cf. Philochor. fr. 39; Demonis fr. 3). Dionysii auctor ultra progressus Scytham e Taurica Chersoneso advenam finxit.

Ubi ostendero Jasonium esse vicum, quem Græci hodie vocant *Diplociona*, Turci *Bisitas*, facilius percipietur Æantion, templum Ptolemæi, Delphinum et Charandam, petram Thermastin, Pentecontoricon loca sita fuisse inter Metopon et vicum Diplociona. Ea ut magis perspicua fiant, prius pergo exponere situm reliquæ oræ maritimæ, quam continuare intermiseram ad promontorii Metopici mucronem præcipitem et præcisum usque ad mare, via duntaxat intermissa humano opere explanata, jactis in mare vadosum et saxosum ædificii aut molis substructionibus, ubi finitur longus flexus a promontorio Clidio inchoatus. Ab illius igitur mucrone seu rostro passus trecentos progressus, incidi in vallem dividentem Metopicon promontorium a colle, in quo est suburbanum Æatis Bassæ, cujus imæ radices maritimæ porriguntur in passuum longitudinem circiter octingentorum, quorum primi quadringenti maritimam habent planitiem patentem in passuum circiter quadraginta latitudinem. Supra impendent clivi, imi quidem præcipites et fere directi in altitudinem ferme centenum passuum, inde a medio colle ad summum verticem exigue proni; at reliqui quadringenti planitiem maritimam non habent, sed clivos a mari ad supercilium collis præcipites, excipio imam planitiem valliculæ mediæ inter clivos interjectæ, quæ medium Ajacis viretum, perennibus frontibus irriguum, secans cingitur duobus tumulis præcipitibus et præruptis, altero eminente supra scalam commercii, ubi fundamenta videntur antiquæ molis, partim sub aqua delitescentia, partim supra mare exstantia, quæ piscatores vocant Caridata (nescio an quasi fortasse Charandam a Dionysio nuncupatam); altero tumulo præcingitur usque ad mare præcipiti atque imminente in vallem, qua a septentrionibus clauditur, lata juxta littus ducentos octoginta passus. Ipsa a septentrionibus clausa colle radices præcipites agente et propagante ad mare usque latas centum passus. Ab earum initio ora maris, quæ tendebat a promontorio Metopico ad cœli partem mediam inter Ursam et Aquilonem, flectitur ad ortum æstivum. Jam vallem et collem occupat regius hortus circuitu quatuor millia passuum complexus, virens silva cupressorum arborumque frugiferarum, Carabolus vocatus a satrapa illius constructore : quem aiunt piscatores obruisse maris recessum insinuatum in imam horti vallem, cinctam a septentrionibus colle, radices præruptas et saxeas usque ad mare spargente. Sub his radicibus Dionysius ponere videtur petram Thermastin; nam, ut ipse ait, hæc acra insinuabatur in brevem recessum, et post eam littus est noto vento apertum : quæ aut excisa est, aut si nunc exstat, non agnoscitur [1] : præsertim si Dionysius acram non intelligit esse promontorium, sed simpliciter oram maris, quæ tota ab hoc loco ad collis Metopici promontorium alluitur mari vadoso crebris petris supra aquam eminentibus inculcato. Earum quænam sit Thermastis, internoscere difficile est, jam tot seculis ora maritima immutata, aliis saxa littorea exscindentibus, aliis imos collium clivos explanantibus, aliis sinus vallium obruentibus. Hæc commutatio me impedit, quo minus judicare audeam, an Palinormicon fuerit juxta collis Metopici promontorium, an ad radices collis eminentis in scalam commercii. Hoc unum arbitrari possum Palinormicon fuisse secundum radices alterutrius horum collium. A vallicula regii horti, ad quam conjectavi fuisse Thermastin petram, ora maritima, quæ dirigebatur ad septentriones, flectitur ad plagam cœli mediam inter solstitialem et æquinoctialem ortum : in qua plaga longi latique horti Rostanni Bassæ et Ænobarbi regiæ classi præfecti, ejusque sepulchrum juxta littus situm, circumclusum ædicula rotunda desinente in convexum, tegulis plumbeis tecta; ædiculæ area quadrata circumsepta muris, platanis et populis adumbrata : et ne maris fluctus mortuum piratam submergant, quem vivum submergere non potuerunt, cum aliis saxis littus muniverunt, tum duabus columnis marmoris Thebæi, terræ motu collapsis, a quibus stantibus vicinus vicus proximus appellatus est Diplocion, constitutus in maritima planitie, cujus plurima pars patet in latitudinem quadringentorum passuum, et amplius, cum insinuatur in duas valles, quarum una diffunditur in planitiem septingentis passibus longiorem, hortis collucentem, fontibusque perennibus, utrinque collinis vineis et agris frumentariis cinctam, in qua est vicus Diplocion, ubi olim fuisse Jasonium aramque Apollinis et lucum profundæ laurus conjicio cum ex eo, quod situs hic locus est in littore longo ventis meridianis occiduisque exposito, ut ait Dionysius, tum ex ejus ordine narrandi ante dicta loca et consequentia. Locum, ubi fuit ara Apollinis et magnus lucus laurorum, vero proximum videtur eum fuisse, quem posteri appellarunt Daphnen, cujus meminit Stephanus [2]. « Daphne, inquit, Insana portus est juxta os Ponti, in dextro littore constitutus navigantibus ad Pontum; in sinistro vero ascendentibus ad Anaplum exstat suburbium Daphne nuncupatum, quod etiam appellatur Sergium. » Ex Procopio aliisque scribentibus

1. Thermastin petram etiamnunc e mari prope *Dolmabagdche* eminere, vocarique *Kabatach* (grandem lapidem), ad eamque naves, postquam Constantinopoli solvissent, subsistere in anchoris solere, ut vel aquam vel merces vel vectores assumant, refert Hammerus in libro de Bosporo.

2. Stephanus v. Δάφνη : Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη μαινομένη ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι. Ἔστι καὶ προάστειον Δάφνη ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν ἀριστερᾷ ἐπὶ τὸν Ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν, [ὃ λέγεται Σέργιον, excerptoris additamentum]. Stephanum exscripsit Eustath. ad Dion. 916.

Anaplum esse ad promontorium Hestias, hoc duntaxat assequimur, Daphnen suburbium esse inter Byzantium et promontorium Hestias, nulliusque scriptoris traditione propius accedi potest ad cognitionem Daphnæ, quam ex his quæ modo Stephani et Procopii attuli: at vero Dionysius ad ipsius notionem nos, aut *quam proxime, perducit*. Quispiam fortasse objiciet, in hoc sinistro latere fuisse item Daphnen Medeæ, quam postea ex Dionysio ostendam fuisse inter locum nuncupatum Senem marinum et promontorium Hestias in valle, in qua etiam nunc visuntur rudera ædis Demetrianæ, dubiumque sibi atque controversum videri dicet, utra Daphne fuerit suburbium Byzantii. Mihi vero propius videtur Byzantios Daphnen aramque Apollinis coluisse et frequentasse quam Daphnen Medeæ pharmacidis. Cultus enim deorum loca incolis frequentia efficere solet. Ut enim Antiochia Daphnen suburbium frequentans effecit nobile et maximum ob cultum Apollinis Daphnici : ita Byzantium Daphnen aramque Apollinis frequenti cultu effecit suburbium Daphnen in planitie Diplocionis ampla, culta, urbique vicina, mitibus et vitiferis collibus cincta, potius quam in vallicula Demetriana angusta, undique asperis collibus circumclusa, nondum exædificata, longe ab urbe remotiori. Præterea in Diplocionis planitie potius quam in valle Demetriana fuisse suburbium Daphnen conjicio ex historia Euagrii narrantis Mammianum insignem senatorem in Daphne suburbio construxisse Antipharon e regione balnei publici, in quo statuta esset Ammiani ænea statua. Antipharon appellatam arbitror ex eo quod sita esset contra Pharum, quam Marcellinus dicit fuisse Byzantii in promontorio Chrysocera nuncupato, quod Dionysius appellat Bosporium. Illa si fuisset constituta in valle Demetriana, non urbi adversa fuisset, sed prorsus ab urbe aversa, longe posita extra conspectum urbis impeditum intermedio colle excelso Clidio appellato. Agathium historicum suburbanum habuisse in vico Daphne conjicere possumus ex ejus Epigrammate inscripto in hortum maritimum (Anthol. gr. c. IX, 665) :

Εἶξον ἐμοὶ δάφνης ἱερὸν κλέτας, ἔκτοθι Πόντου
κείμενον, ἀγραύλου κάλλος ἐρημοσύνης.
Ἐνθάδε γὰρ νύμφαι δενδρίτιδες, αἵτ' ἐνὶ Πόντῳ
Νηρεΐδες ξυνὴν θέντο συνηλυσίην·
ἀμφ' ἐμὲ γὰρ μάρναντο· δίκασσε δὲ Κυανοχαίτης,
καὶ μὲ παρ' ἀμφοτέραις μέσσον ἔθηκεν ὅρον.

(Si Agathii poemata, quæ inscripsit Daphnica, nactus fuissem, scrutatus diligenter essem, num a suburbio Daphne Daphnica sua poemata appellaverit.) Ex hoc Apollinis luco tripodem illum factum fuisse verisimile videtur, cujus Sozomenus (6,25) meminit [1]. Tempore Valentis imperatoris, inquit, Hellenes quosdam in philosophia præstantes habitos, religionis christianæ incrementa ægre ferentes, scire studentes quis Valenti successurus esset, omnibus vaticinationibus exquisivisse; denique tripodem ligneum ex lauro confecisse, et nominibus et verbis, quibus soliti erant, peregisse, ut comprehensione literarum secundum unumquodque elementum sub machinatione tripodis et vaticinationis significantium demonstrarent nomen regis. Cum autem ipsi inhiarent Theodoro Hellenicæ religionis viro in aula regia præclaro, in re militari eximio, Theodori nominis literarum compositio accedens usque ad delta decepit philosophos, ut quam mox Theodorum regnaturum sperarent. Etenim hoc facinore patefacto, adeo Valens exacerbatus est, et jusserit comprehendi Theodorum et tripodis artifices, imperaritque illum quidem vivum exurendum, illos vero securi feriendos esse, adeoque Valens effreni ira exarsit, ut etiam in eos qui philosophi non essent, sed simili veste atque philosophi uterentur, cædes processerit.

VIII. *De Rhodiorum portu et de Archio loco.*

Fr. 29.

Post Jasonium lucumque Apollinis Dionysius, Anaplum continuans, ponit Rhodiorum τὸν περίβολον, *ad quem rudentibus naves alligabant Rhodii, metuentes maris tempestatem. Cujus tria saxa ad suam ætatem servata exstitisse dicit, reliqua permulta temporis vetustate cecidisse.*

Hunc Peribolon fuisse ut existimem eo in loco, quem hac ætate piscatores nominant *Rhodacinion*, non modo nominis similitudo, sed etiam Dionysii ordo narrandi antecedentia et consequentia me adducit. Hoc enim proprium habet imperitum vulgus, ut nomina locorum, quæ non intelligit, immutatione literarum in alia nomina aliquid sibi notum præsertim ridiculum sonantia derivet. Dicax enim vulgus et ridiculum esse solet, præsertim Græculum, quod omnia nomina finire gaudet hac terminatione *acion*, quam literati solent attenuare et diminuere in *ion* vel *arion* : ut ψωμὸς ψώμιον, παῖς παιδίον vel παιδάριον, vulgus ψωμάκιον, παιδάκιον : sic Ῥοδίων νεῶν detorsit in ῥοδάκιον νεῶν. Hæc quidem nimium fortasse minutatim excussa, sed quæ indicent magnam depravationem antiquorum nominum. Jam vero quod Rhodacinion appellant, nihil aliud est, quam saxum supra aquam eminens, ad alia saxa adnitens, olim ad portuosæ molis substructionem in vadum dejecta : distat quidem aliquot passus ab ora maris, at ab Ænobarbi sepulchro passus circiter sexcentos.

1. Locum hunc, quem non satis intellexit Gyllius, in ipso Sozomeno legas.

Fr. 30.

Post Rhodiorum Peribolon Dionysius ponit Archium nuncupatum locum campestrem, agri bonitate præditum et vitium amantem, collibus cinctum circumsurgentibus, ad mare procidentibus : per medium eorum fluvius descendit in maritimam oram mollem et profundam. Hunc incoluit Archias Thasius Aristonymi filius : qui cum in hoc loco urbem condere pararet, a Chalcedonensibus prohibitus est, metuentibus exædificatum locum contra se fore. Archias illis, qui cum eo solum vertissent, Ænon dedit habitandum, locoque nomen reliquit Archium.

Archias Thasius etsi locum hunc terra marique præstantem delegerat, tamen quod præterita sede Byzantii hunc locum elegisset, non minus cæcus fuit quam Archias Megarensis, quem Pomponius Mela scribit condidisse Chalcedonem. Archium locum esse vicum, quem nunc Græci Agion Phocam appellant, situs præ se fert constitutus in maritima planitie vallis, in valliculas amplius quinque divisæ, patentis in longitudinem plus minus duobus millibus passuum, in latitudinem juxta mare circiter sexcentorum, fertilis vitium et cerasorum, ab utroque latere collibus cinctæ procumbentibus ad mare, per quam mediam defluit rivus alveo prope oram maris profundo, utrinque ingentibus saxis munito; is æstate etsi perennis non fluit, tamen ejus gurgites perennes restant. Bonitate terræ incolæ dicunt hanc vallem præstantiorem et fertiliorem valle Diplocionica. Juxta vicum nominatum Agion Phocam, situm in illius vallis planitie, ora maris mediocriter sinuosa portum efficit assiduis navibus frequentem. Ora maritima inter Jasonium et Archium media passuum millibus amplius duobus in longitudinem patens explanata est, partim excisis imis clivis collium impendentium, non in magnam quidem altitudinem elatorum, sed præcipitem et pene directam, partim obruto oppressoque mari a servis Ænobarbi, qui brevi tempore eam totam exædificarunt, portuosamque effecerunt, usque ad marginem maris magnarum navium capacem, perpetuaque ædificia et continuos hortos substruxerunt in mari vadoso, marisque partem intra substructiones intermiserunt, quæ portus vicem præstat, et piscinæ crebræ piscium frequentia multorum quotidie subeuntium excuntiumque.

IX. *De Sene marino et Parabolo, et de Calamo et Bythia.*

Fr. 31.

Dionysius, loca oræ Bosporicæ sinistræ prosequens, *Post Archium*, inquit, *promontorium eminet; in altitudinem præcipitem abrumpitur discedens ad mare, fluctus maris densos et violentos, quibus crebris verberatur, excipiens. In promontorii vertice senex marinus statutus est, quem alii aiunt Nereum, alii Phorcyn, alii Proteum, quidam patrem Semystræ, nonnulli indicem navigationis et demonstratorem Jasoni fuisse, ducemque angustiarum Bosporiarum. Quidam vates Latiades oraculum in somnio sibi visum dedit posteris colonis Megarensium, oportere sacrificare marino seni : itaque in hoc loco publice colitur senex marinus.*

Hunc senem marinum statutum fuisse in promontorio, quod nonnulli historici atque etiamnum vulgus Græcorum appellant Clidion, assequor cum ordine Dionysianæ narrationis antecedentium locorum et consequentium, tum situ oræ maritimæ, quæ ab Archio loco quadringentos passus usque ad Clidion progressa nullum promontorium, nullum littus habet, cui conveniat descriptio loci senis marini, quam promontorium Clidion (hod. *Defterdar Bournou*) : quod ut melius noscatur, subjiciam, quale nunc exsistit. Id præceps et præruptum usque ad mare excipit suo mucrone fluctus ictusque maris adeo vehementer, ut hi, postremo ab ipso repulsi, deferantur juxta Asiam usque ad Byzantium, littusque Europæum non amplius excipiat fluctus Bospori descendentes per anfractus, sed a promontorio Clidio velut clave claudatur, et protegatur, nomen adepto ex eo, quod Byzantinis Bosporum claudere et finire videtur. Bospori enim aspectus ex urbe Byzantio sursum versus juxta littus Europæum navigantibus non patet ultra Clidion, cujus clivus medius in altitudinem ducentorum passuum adeo pronus est, ut scandi non possit nisi anfractibus, in latitudinem patens plus minus quadraginta passuum; inde brevi cervice lata sex passus dilatatur assurgens in altitudinem bis mille passuum; ab aquilone cingitur planitie insinuata in vallem Demetrianam, ab altera parte cingitur valle in tantam edita altitudinem, in quantam ipsius promontorii jugum. Sed redeo ad Dionysii Anaplum.

Fr. 30. *Archium*] Potius *Archiam* locum dictum esse putaverim. Situs erat ubi nunc exstat *Orta-Keui*.

Fr. 31. *Vates Latiades*] Nomen hoc alibi non videtur occurrere. Fuerit *Laciades*, Λαχιάδης. Cum hoc nomine bene noto cf. Λάχιος, nomen ejus qui Phaselidem Doriensium coloniam deduxit (v. Fr. Hist. t. 4, p. 319 et 428). Sicut vero Lacius ipso suo nomine sacerdotem Apollinis prodit (v. Müller, *Dor.* t. 1, p. 113 et 227), sic nostrum quoque Laciadem vatem fuisse videmus.‖— *posteris colonis*] Quomodo hæc ex auctoris sententia intelligenda sint, tanto minus liquet quum ex aliis locis (v. c fr. 33) colligatur Dionysium de variis colonorum græcorum in Bosporo conatibus multo plura legisse quam nos tradita accepimus.

Fr. 32.

Marino, inquit, *seni vicinus est* Παράβολος, *id est jactus temerarius, nuncupatus a piscatione temeraria incertaque ob maris asperitatem inæqualem. Fluctus enim descendens in littus asperum, piscationes efficit temerarias, parum voti compotes et fere frustratorias. Deinde est Calamus et Bythias : ille a calamorum multitudine, hic ab alta protectione promontoriorum circumsurgentium nominatur. In ipso est laurus Medeæ, Æetæ filiæ planta, ut fama est; huic parallelus est collis sensim supinus declinans ad mare, nominatus Baccha Isidis matris deorum.*

Ex his Dionysii verbis consequimur Parabolon, Calamum, Bythiam loca esse inter Clidion promontorium et promontorium claudens vallem Demetrianam ab aquilone. Hæc duo promontoria sinum efficiunt leniter inflexum, in quo insulæ seu scopuli seu syrtes, quarum una est vadosa et sicca, arenosa, paulum eminens supra aquam, statio avium marinarum. In hunc sinum desinunt duæ valles; minor prima est, distans a mucrone Clidii quingentos passus, in quo intervallo olim fuit Parabolos; nunc exædificatus est. Ultra valliculam septingentis passibus confectis, incipit major vallicula, habens contra se turrim vireti regii, in littore Asiatico sitam, nominatam Phylacen; desinit in medium sinus flexum, Demetriana nominata ab æde divi Demetrii sita in clivo, ubi fons divo Demetrio sacer, exilis quidem, sed perennis scaturit ex alto specu concamerato hominum opere. In valliculæ maritima planitie, porrecta in passuum longitudinem circiter octingentorum, exsistunt etiam nunc pauci calami, olim multi, a quibus locus nominatus fuit; deinde Bythias, a quo arbitror Bytharia, quorum meminit Euagrius[1], cum ait Vitalianum usque ad nominatas Sycas incursionem fecisse, contra quem in tentoriis versantem ad Sycas defixis rex misit Marinum Syrum. Congressi igitur ambo exercitus, ille a prora habens Sycas, hic Constantinopolim, primo se continebant, deinde post leves pugnas, inter duos exercitus prœlium navale commissum est circa Bytharia appellata. Fugit Vitalianus, læsa prora et magna parte exercitus amissa; reliqui etiam fugerunt, ut nulli hostes reperirentur neque in Anaplo, neque circa urbem. Promontorium, quod ab aquilone vallem Demetrianam claudit, saxeum eminet in mare, in quo olim Baccham Isidis fuisse puto. Id intus recedit, neque impedit mutuos aspectus promontoriorum Clidii Hestiarumque ultra hoc promontorium eminentium, flexum admittentium amplius tria millia passuum circuitu littoreo complectentem, intra se includentem duos sinus, Demetrianum et Michaelium, divisos promontorio Bacchico.

X. *De vico Michaelio et de promontorio appellato Hestiis.*

A promontorio jam dicto progressus sexcentos passus, perveni ad vicum Michaelium in maritima vallis planitie situm, lata juxta mare quingentos passus, longa sexcentos; inde supra maritimam planitiem vallis mille et quadringentos passus in altitudinem erigitur, tota valde angusta et proclivis circumsurgentibus collibus usque ad fluvii ripas valde pronis, excepta semita humano opere facta. Summa dilatatur in campestrem planitiem, ex qua nascitur fluvius æstate exilis, sed perennis, et qui omni anni tempore fistulæ quincunciali sufficere posset. Per mediam vallem delabitur ad vicum Michaelium, quem Græci hodie appellant *Asomaton*, ab æde olim nobili Michaelis Archangeli militis incorporei, quam Sozomenus (2, 3) Constantinum Magnum tradit exstruxisse in Hestiis aliquando nuncupatis, atque ex eo, quod ibi Michael Archangelus apparuisse creditur, locum dicit Michaelium appellatum esse juxta medium fretum Bospori situm in dextro latere ex Ponto navigantibus Byzantium, distantem a Constantinopoli itinere marino stadia circiter triginta quinque, terrestri circuitu septuaginta. Ora maritima ab ortu ad occasum procurrens, in qua dixi situm esse vicum Michaelium, circuit sinum intimum valde portuosum, usque ad marginem magnarum navium capacem, quem colles undique tuentur ab omnibus ventis, excepto meridiano, quem frangunt cursus rapide incitati contra meridiem præcipitantes. Locum quem Sozomenus appellat nunc Michaelium, nunc Hestias, Procopius (De æd. 1, 8) appellat Anaplum. « Duo, inquit, erant templa Michaeli Angelo dicata, inter se opposita, Bospori freto divisa, unum in loco appellato Anaplo in sinistro littore navigantibus ad Pontum Euxinum, alterum in contrario littore, quod antiqui Προσ́χθους nominarunt,

Fr. 32. *Bythias*] Legebatur *Bythius;* sed in seqq. ipse Gyllius habet *Pythias*. ‖ — *Baccha*] Legebatur *Bacca*. Infra tamen legitur *promontorio Bacchico*. In sequentibus alium Bospori locum Βαχχείας πέτρας vocari videbimus. Cf. Βαχχίς locus Ægypti ad Mareotin paludem ap. Ptol. 5, 12. Græcos Ægypti ad Bosporum consedisse jam arguerunt Cubi Canobi in sinu Ceratino. Porro Ptolemæum III Thraciæ partem ad Pontum tenuisse constat e monumento Adulitano. Cf. Fr. H. t. 3 p. 709 sq.

1. Euagrius Hist. Eccl. III, 43 p. 376 : Συνήτην οὖν ἄμφω τὼ στρατὼ, ὁ μὲν ἐπὶ πρύμναν τὰς Συκὰς, ὁ δὲ τὴν Κωνσταντινόπολιν ἔχων. Καὶ πρῶτον μὲν ἀνεκώχευον, εἶτα μετὰ τοὺς ἔκπλους καὶ τοὺς ἀκροβολισμοὺς μεταξὺ τοῖν δυοῖν στρατοπέδοιν ναυμαχίας καρτερᾶς συστάσης περὶ τὰ καλούμενα Βυθάρια, φεύγει μὲν προτροπάδην πρύμναν. κρουσάμενος δ Βιταλιανὸς, τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως ἀποβαλών· φεύγουσι δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν οὕτω τάχιστα, ὡς μηδένα πολέμιον ἀνὰ τὴν ἑξῆς περὶ τὸν Ἀνάπλουν ἢ περὶ τὴν πόλιν αὐτὴν εὑρεθῆναι.

ex eo, existimo, quia littus multum projiciatur ex hac ora, nunc autem nominatur Βρόχοι, temporis longitudine accolarum inscitia depravante nomina. Hæc duo templa cum vetustate temporis sacerdotes prospicerent ruinas editura, et metuerent eorum casu oppressum iri, a Justiniano deprecabantur instaurationem amborum ea forma, qua olim fuerant. Non enim ulla ædes sacra ædificari nova, vel exolescens reædificari poterat, nisi ex pecunia regia, non modo Byzantii, sed ne usquam quidem locorum Romani imperii. Rex his motus, utrumque a fundamentis demolitus est, quorum alterum in Anaplo reædificavit in hunc modum : saxis injectis oram illam circumplexus ad tegendum portum, littus maris in forum transformavit. In hoc loco mare quietum communicat applicationem navigiis, quæ mercatoris ad saxa injecta appellentis merces ex transtris navium in terram exponunt. Aula post maritimum forum ante templum sita est. Qui illic spatiantur, marmorum decore lætantur et aspectu maris, fruuntur communibus auris excitatis tum ab impetu undarum tum ex collibus impendentibus. Porticus in orbem ambit templum, solum ab oriente intermittens sacrum adytum. Templum mille coloribus variatur; tectum in tholo sublime effertur. Quis pro dignitate hujus operis enuntiare posset elegantes columnas et totius ædificii structuram? Quis marmorum venustatem, quibus muri et sola vestita sunt? Quis auri multitudinem immensam circa omne templum velut ipsi innatam fusam? Hoc igitur templum in Anaplo nuncupato in hunc modum Archangelo elaboratum est. In contrario littore paulum a mari distat locus natura quidem planus, compositione vero lapidum in altum effertur. Hic Archangelo constructum est templum decore quidem excellens, magnitudine vero primum. » Hæc ex Procopio addere volui, tum quod in editis codicibus Procopii non habentur, tum necessaria futura ad declarationem contrarii littoris. Horum templorum etiam fundamentorum substructiones effoderunt, ut nihil ex his jam supersit, nisi ut in oculis erutis fossæ et scrobes effossarum substructionum. Hoc loco Procopius restrictius definit Anaplum quam Dionysius, qui scripsit Bospori Anaplum esse totam navigationem ab urbe Byzantio ad Pontum Euxinum[1]. Similiter Stephanus (v. Χρυσόπολις) Anaplum ponit in dextro Bospori latere, cum ait Chrysopolim esse prope Chalcedonem in Bithynia, Anaplum naviganti in dextra; idem tamen aliis locis (v. Γυναικόςπολις), sive Stephani compendiarius Hermolaus grammaticus, restringit Anaplum. Portus, inquit, Mulierum est circa Phidaliam inter Anaplum et Leosthenium, ubi intelligit Anaplum esse aut ad promontorium Hermæum, aut apud Hestias. Scholia in Dionysium scriptorem orbis incerta (ad v. 140) tradunt fretum Bospori angustissimum inter Ciconium et Anaplum; verum ubi Ciconium sit, suo loco explicabimus. Sed ne quis decipiatur inscitia illius, qui in libros Sozomeni edidit Elenchos, dum Michaelium locum, quem Sozomenus dicit esse in locis quondam nominatis Hestiis, enarrat esse Sosthenium, procul inde remotum amplius duodeviginti stadiis. At Hestias alio loco esse non posse quam ad promontorium claudens ab aquilone Michaelium sinum, statim monstrabo ex Polybio (4, 43). « A promontorio, inquit, Hermæo (quod infra ostendam nunc appellari Neon castrum) decursus Bospori convertitur in Asiæ oram, inde rursus in Europam ad promontorium Hestias. » Qui norunt Bospori decursus deferri per anfractus alternos Asiæ Europæque, plane illi sciunt illos ex Neocastro deferri in promontorium Asiæ, ubi molæ versantur, inde rursus converti in Europam ad promontorium, quo excipitur nominatum a Græcis Mega rheuma, cingens ab aquilone vicum Michaelium. Quale autem sit Mega rheuma et promontorium Hestiæ, Dionysius Byzantius apertius declarat.

Fr. 33.

Post collem sensim supinum, inquit, *promontorium protenditur multum, portum insinuans, crasso præruptoque incursu boreales maris ictus propulsans. Ab occasu enim portum præbet sufficienti magnitudine, protectum a ventis; reliqua promontorii pars excipit fluctuum vim multam audacemque et similem, statuæ virili: nunc enim mare miscet et convolvit in orbem, nunc impetus undarum in contrariam partem*

[1] Similiter Scylax Peripl. § p. 46 : Καλεῖται δὲ Ἀνάπλους ὁ τόπος ἀνὰ Βόσπορον μέχρι ἂν ἔλθῃς ἐφ' Ἱερόν. Plerique angustiore sensu vocem usurpant : Stephanus v. Γυναικόσπολις, Procopius, Schol. Dion., Eugrius l. l., Marcellus in Chron. (indict. 4, Placido solo cons. : *Theodericus, Triarii f., rex Gothorum, adscitis suis usque ad Anaplum quarto urbis miliario advenit*), Eustathius ad Dionys. 140, angustias Bospori potissimum vocari dicens τὰ ἄνω (Πόντου, quod dele) τοῦ καλουμένου Ἀνάπλου, quibus angustiæ ad Hermæum significantur. Hi Anapli nomine eum tractum Bospori intellexerunt qui juxta Europæ litus (ubi navigari solebat) est a Clidio pr. (*Defterdar-Bournou*) usque ad Hestiarum promontorium (prope *Arnaut Keui*), sive eam partem ubi in angustias Bosporus contrahi et boream versus dirigi cœpit. Recentiores nonnulli in veteris geographiæ tabulis Anaplum vicum notant eo loco situm ubi erat vicus Michaelius. Cujus sententiæ idoneum testimonium desidero.

Fr. 33. *Similem statuæ virili*] Quonam pacto vis fluctuum cum *statua virili* comparari possit, me haud assequi fateor, nec dubito quin græca quæ in suo libro Gyllius legit, corrupta fuerint. Vertit auctor quasi Dionysius scripsisset : ὁμοίαν εἰκόνι ἀνδρείᾳ :

impellit; multas naves vidi onustas secundo vento currentes retrocessisse fluctu oppugnante ventum; rursus vero ad saxa promontorii revertitur impetus undarum, et ex refractione velut avulsus et separatus a pelago contra pelagum ipse per se currens urgetur: unde fit, ut nautæ necesse habeant, iter pedibus conficientes, funibus naves trahere, in quas fluxus multus incursans nautas vi agit, et retrahit in contrariam partem, metusque et desperatio subit, tanquam non iterum tentandum sit. Nonnunquam fluctibus cedentibus ad ipsa saxa crepidinis littoreæ contendunt contra fluctus, firmantes remos ad cautes, et vim maris inhibent auxilio continentis. Postea vero quam coloniæ deductores, promontorium Bosporium prætergressi, viderunt magnam multitudinem barbarici exercitus tenere oram maritimam, in quam descendendum erat, occuparunt locum[1] *nuncupatum Hestias, vacuum a custodibus, et barbaris anteverterunt. Fuit enim illis compendiaria navigatio, at barbaris longus terræ circuitus ob sinus. Demonstrantur autem quædam semitæ impressiones in saxis cancrorum marinorum pedestri itinere rapidissimum fluxum præterceuntium.*

Hæc quidem Dionysius recte narrat. Vidi ipse ibi saxa attrita longo cancrorum excursu; ac si non vidissem, a vero remotum non existimassem, cancrorum forcipibus duris posse atteri saxa, cum assiduo pedum attritu formicas excavare silices viamque facere videamus. Quæ de cancrorum itinere terrestri Dionysius scribit, Ælianus[2] confirmat, sed in qua Bospori parte id fiat, non explicat. « In Thracio, inquit, Bosporo fluctus rapidi ex Ponto deferuntur, et angustiis diffringuntur, ut cancros contra venientes facile evertere possint; quod ipsum cancri præsentientes, postquam eo pervenerunt, singuli in sinuoso quodam loco se tenent, simul et reliquos exspectant, deinde in eundem locum congregati, adrepentes per præcipites crepidines, in siccum ascendunt, et fluctuum vim evadunt, iter pedibus conficientes. Cum autem hanc violentiam pedibus prætergressi sunt, rursus per crepidines in mare recurrunt. » Adverte non modo hoc promontorium Hestias appellari, sed etiam magis proprie maritimam planitiem promontorio clausam, ubi vicus Michaelius, quem Sozomenus situm esse dicit in Hestiis nuncupatis, cui consentit Polybius (4, 43, 5), cum antedictum promontorium appellat τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἄκρα καλούμενα : quæ Perotus vertit promontorium Hestiæ : rectius vertisset promontorium circa Hestias, aut Hestiam, nisi hunc locum Hestias in numero plurium appellarent Polybius, Sozomenus, Dionysius Byzantius. Ex cujus causis, quas affert, cur appellentur Hestiæ, verisimilius videtur coloniæ deductores prætergressos promontorium Bosporium, cum vidissent maximam multitudinem barbarici exercitus tenere oram maritimam, ad quam descendere ipsi constituerant, classem

---

in quibus quidnam lateat, eruendum videtur e sequentibus : *nunc enim mare miscet et convolvit in orbem, nunc impetus undarum in contrariam partem impellit*. Itaque pro ΕΙΚΟΝΙ fuerit ΚΥΚΕΩΝΙ, et in ΑΝΔΡΕΙΑΙ lateat ΑΝΑΡΟΙΑΙ, adeo ut legendum sit ὁμοίαν κυκεῶνι καὶ ἀναρροίᾳ. Ut κυκᾶσθαι mare Homerus dicit, sic κυκεῶνα mari tribuit Synesius in Epist. 4, p. 166, C. : ἠκόσμει τὰ πνεύματα, καὶ ἡ θάλασσα κυκεὼν ἐγεγόνει.

[1] *Occuparunt locum*] Ut integra sit et cohæreat narratio, Hestiæ in eo ipso loco fuisse debent de quo in præcedentibus et sequentibus sermo est, i. e. in promontorio ad *Arnaut koi* sito, contra quod vehemens fertur fluctus marinus. Nomen Ἑστίαι de aris quæ in hoc loco periculis pleno nautæ pro more posuerant, explicandum esse videtur. Quæ a Plinio 5, 44, § 150 in Asiatico Bospori litore memorantur *Estiæ*, ex ordine locorum referendæ sunt ad aras deorum angustiis Fani Jovis Urii adjacentes. De situ Europæarum Hestiarum e Polybii verbis τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἄκρα καλούμενα accuratioris nihil colligi potest. Quod Sozomenus Hestias cum vico Michaelio componit, id Gyllium induxit ut totum tractum qui a vico Michaelio ad promontorium pertinet Hestias dictum esse suspicaretur; mihi Sozomenus parum accurata tradere videtur. Ceterum de Ἑστιῶν nominis origine aliam narrationem habet Hesychius Milesius p. 150 : Ὡς οὖν σὺν πλείοσι ναυσὶ ὁ Δίνεως (Δίναιος, Codinus) εἰς συμμαχίαν ἦκε τοῦ Βύζαντος (quem Strombus frater bello petiverat), μὴ δυνηθεὶς προσορμῆσαι τῇ πόλει, ἅρτι τοῦ βασιλέως αὐτῶν Βύζαντος μεταλλάξαντος καὶ τοῦ δήμου παντὸς ἐν ἀγωνίᾳ τυγχάνοντος, πρὸς τὸν καλούμενον Ἀνάπλουν ἀφίκετο, ἔνθα καὶ διατρίψας Ἑστίας τὸν τόπον ὠνόμασεν.

[2] Ælianus H. An. VII, 24 : Ἐν δὲ τῷ Θρᾳκίῳ Βοσπόρῳ ἐπειδὰν τὸ ῥεῦμα βίαιον ἐκ τοῦ Πόντου καταφέρηται, βούλονται μὲν οἱ καρκῖνοι πρὸς ἐναντίον ὠθούμενοι τὸν ῥοῦν βαδίζειν· ταῖς δὲ ἄκραις, ὡς τὸ εἰκός, βιαιότερον τὸ ῥεῦμα περιρρήγνυται· τοὺς οὖν καρκίνους ὠθήσει τε πάντως καὶ ἀνατρέψει, εἰ μέλλουσιν ἰέναι τῷ ῥῷ ὁμόσε. Οἱ δὲ ταῦτα προΐσασι, καὶ ἐπειδὰν ἀφίκωνται τῆς ἄκρας πλησίον, ἕκαστος ἔν τινι κολπώδει χωρίῳ εἶτα ἑαυτὸν ἐπέχει, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀναμένει· εἶτα ἀθροισθέντες ἐν ταὐτῷ, προσανέρπουσιν ἐς τὴν γῆν, καὶ ἀναρριχῶνται ἐπὶ τοὺς κρημνούς, καὶ τὸ μάλιστα ῥοῶδες καὶ βίαιον τοῦ πελάγους πεζοὶ διέρχονται· εἶτα ἔξω τῆς ἄκρας γενόμενοι καὶ παραμείψαντες αὐτήν, ἐς τὴν θάλατταν κατίασιν αὖθις. Φείδονται δὲ αὐτῶν οἱ ἁλιεῖς, ὅτι ἑκόντες ἐπὶ τὴν γῆν προσέρπουσι, σωθῆναι δεόμενοι ὁμοῦ αὐτοῖς· οὔκουν αὐτοῖς ὑπομένουσι τοῦ κλύδωνος ἀγριώτεροι δοκεῖν οἱ ἄνθρωποι. Cf. Plinius IX, 51 : *Universi aliquando congregantur; os Ponti evincere non valent; quamobrem egressi circumeunt, apparetque tritum iter*. Schneiderus (ad Ælian. l. l.) Ælianum sua e Dionysio nostro sumpsisse opinatur. Quod parum probabile, quum Dionysius nonnisi paucis verbis meminisse videtur rei, quam fusius exponit Ælianus.

appuli sse in sinum subjectum sub planitiem vici Michaelici quam applicuisse ad ipsum promontorium importuosum. Ex antedictis jam manifestum est, promontorium Hestias esse id, ad quod defertur fluctuum vehemens incursus, quem Græci hujus ætatis μέγα ῥεῦμα proprie appellant a maximo fluctu totius oræ Europææ, qui etsi promontorio refringitur longeque et valenter repellitur in contrariam partem, sæpe autem repulsus, sæpius rursus impellitur, urgeturque contravenientibus fluctibus, ut eorumdem a fronte, a tergo, a lateribus repulsorum colluctatio quædam vorticosa videatur, etiam nullis flantibus ventis, qui aliquo promontorio repercussi, atque in se volutati facere solent vortices non modo in terra, sed etiam in mari : tamen hic tanta vis est decursus præcipitantis Bospori, ut rapido cursu semper deorsum secundum promontorium feratur, ut navigantibus sursum versus partim sit in terram descendendum, navisque funibus trahenda, partim remis adnitendum ad saxeam maris oram. Neque modo cancris iter pedibus suscipiendum, sed etiam vidi hamiarum piscium impetu fluctuoso gaudentium celeritatem retardari; qui etsi hamos maxime internoscere solent, tamen nusquam minus hamorum insidias deprehendunt, quam hic fluctibus impediti; itaque frequentissimi ibidem capiuntur, reliquorumque piscium greges fluxu retardati pigre ascendunt, ut interdum ex terra lapide aut bacillo aut conto eos ex nave ferias ac capias. Ac si tot et tantas molas versare posset, quos moletrina collocari possent juxta promontorii radices orienti objectas, tamen non collocantur, ne impediatur navigatio. Nulla enim navis silentibus ventis sursum navigare potest, nisi ex terra funibus trahatur, aut valenti remigatione impellatur. Ceterum Hestiacum promontorium, quod tantos fluctus efficit, profecto non est in magnam aut altitudinem editum, aut latitudinem protensum, sed humile, non latius quadringentis passibus neque trecentis excelsius, neque circuitu octo stadiorum patentius, duos sinus claudens, alterum a meridie, alterum a septentrionibus, illud ipsum duplici valle clausum, altera Michaelica (quæ multo longior quam promontorium ipsum), altera tam longa quam id longum exsistit. Ab ejus radicibus orienti objectis in longitudinem minus quingentorum passuum protensis clivi saxei attolluntur in altitudinem plus minus ducentorum octoginta passuum; inde jugum planum non excedens quingentorum passuum longitudinem; in quo constituta sunt moletrina ventis versatilia. Reliquum promontorium totum undiquè proclive est, excepta cervice plana quidem, sed quaternorum passuum latitudinem non excedente, qua assurgit in excelsum collem triplici clivo depressum, in passuum altitudinem elatum circiter duum millium, clausum duabus vallibus, una desinente in sinum Michaelicum, altera in sinum in quo postea Dionysius ponit τὰς Χηλάς. In collis summo vertice exstat luculenta cisterna, lateritio opere facta, perennem optimamque etiam nunc aquam continens in mediis substructionibus antiqui ædificii dudum diruti, unde videtur tota fere Propontis, et Bosporus a Byzantio ad Daphnen Insanam, non impediente excelso promontorio Hermæo, quo ille excelsior exsistit.

XI. *De locis nominatis Chelis.*

Fr. 34.

Deinde adjungit Dionysius : *A promontorio Hestiaco flexus jam navigationem quietam stabilemque efficit. Post Hestias sunt* Χηλαὶ *nuncupatæ a similitudine figuræ; harum quidem alteræ breviores, alteræ majores, ambæ vero portus exsistunt; apud ipsas templum est Dianæ Dictynnæ.*

Hoc loco Dionysius scalas sive molis brachia appellat Χηλὰς a similitudine forcipum sive brachiorum, quibus portuum moles scalæque similes esse solent, sive sint rates in mare projectæ sive saxa in vadum abjecta, ponticulorum vicem præstantia, quæ Hellenes a figuræ similitudine χηλάς proprie appellarunt, posteri Græci βάθρα, Latini *scalas* seu *gradus* nominarunt ab usu potius quam a similitudine scalarum nauticarum. Hæ, ab scandendo dictæ, nihil aliud sunt quam trabes latæ inclinatæ, in gradusque exasperatæ, illæ vero planæ collocantur et plano pede adeuntur. Sed tamen ex illis ad naves quia velut gradus jacitur, ideo jamdudum inveterata consuetudine etiam scalæ nominantur, depravate quidem. Nam primum χηλαί, deinde χαλαί a Græcis jam ignorantibus, quid significent χηλαί, deinde vulgi consuetudine, quæ literas depravare solet, scalæ : ut jam Græcorum vulgus ignoret, quid sibi velint χηλαί, quid βάθρα, sed duntaxat novit scalas. Quam autem celebres olim essent hæ Chelæ [ad hod. *Bebek* sitæ], declarant piscatores, qui ex tot oræ Bosporicæ nominibus vix paucula quædam retinentes, medium sinus fluxum Hestiaco et Hermæo promontoriis clausum etiam nunc appellant *chalas*, quasi χηλάς, cum tamen in hoc sinu nulla portus brachia, nullæ scalæ sint publicæ, nisi breves paucis trabibus compactæ, parum in altum projectæ, et quæ excipere duntaxat possunt parva navigia, quibus rex regisque olitores descendere solent in hortos proximos fontibus perennibus irriguos, virentes silvis cupressorum plantisque fructiferis, sitos partim in ima vallis planitie desinente in medium sinus flexum, partim in ejus clivis eminentibus supra sinum circuitu terrestri ter mille et septingentos passus complectentem, e quibus mille et quadringentos occupant regii horti, maritimam oram attingentes. Scalæ aut molis brachia hic constituta non fuerunt ad protegendum portum a ventis (nam utrinque excelsis montibus clauditur, emittentibus quidem

ex sese quinque valliculas in sinum valde pronas et minime montis dorsum penetrantes), sed quod sinus intimus vadosus sit, ideo χηλαὶ adstructæ sunt, ut e navibus in alto stantibus pateret descensus ad templum Dianæ Dictynnæ situm in medio sinus flexû : nam descendendi alia quæ causa fuisset, nisi templum Dianæ Dictynnæ, quod piscosi Bospori permulti piscatores frequentabant, hac quotidie sursum deorsumque transeuntes? *Non enim*, ut quidam existimarunt, venatorum solis retibus, sed etiam piscatorum Diana præest. Non enim video, cur si solis venatoribus Dictynna faveret, Byzantii illi veteres, non ignari unde Diana Dictynna appellata esset, ejus templum secundum littus remotum a venatione posuissent.

XII. *De promontorio Hermæo et rapido cursu Bospori, de Pyrrhia Cyone, de Bospori summis angustiis, de ponte Darii.*

Mons dividens duos sinus Chelarum et Phidaliæ clausus non modo his sinibus, sed etiam duabus longis vallibus in hos sinus desinentibus, supra ceteros oræ Bosporicæ montes ex Europa in Asiam longe prominet, et promontorium velut mucronem procul in Bosporum projicit, ut Bospori fretum cogat in summas angustias, ut radices maritimas usque ad littus pronas propaget in longitudinem excedentem ter mille et quadringentos passus, cum ejus cervix interjecta inter summas valles, quibus ipse cingitur, latior non sit septingentis passibus. Ejusdem latus meridianum claudens sinum Chelium, mari quieto alluitur; orientale vero tertio anfractu ex septem decursibus fluctuum, quos ante dixi facere Bosporum, cum totum fere inquietum, tum maxime duobus locis, primo medium latus orientale transverso impetu circumsonante percutitur, deinde ad ejusdem lateris finem secundum arcem oppositam arci Asiæ, appellatam Neon castrum, in promontorii mucrone non amplius transversus fertur, sed rectus præcipitat rapido impetu, ut naves sursum navigantes juxta marginem oræ procedere cogat, et mordaciter urgeat, ut rufus ille canis, a quo Byzantini locum hunc nominarunt Pyrrhiam Cyonem, quasi malitiosum canem. Laus enim comæ apud antiquos erat rufus color, sed comœdia postea hunc in malam partem vertit, ut jam apud comicos Pyrrhiæ et Xanthiæ appellentur servi malitiosi.

Fr. 35.

Post, inquit Dionysius, *Dianæ Dictynnæ ædem turbulenta est et vehementer contento fluxu commota navigatio. Locus autem dicitur Pyrrhias Cyon, ut mihi videtur, a similitudine, quam habet mare hoc cum cane; ut vero plurimorum obtinet sermo a cane pastoritio littus hoc circumcursante latranteque eos, qui violentia fluctus juxta marginem littoris navigare haberent necesse. Ibi quoque meatus freti arctissimus, dirimens duas continentes. Ibidem etiam dicitur fuisse Darii transitus. Hinc enim Androcles Samius pontem junxit in Bosporo. Hic locus cum alia præbet historiæ monumenta, tum sellam in petra excisam; in hac enim aiunt sedentem Darium spectatorem fuisse pontis et transeuntis exercitus.*

Quam Dionysius δίφρον, Herodotus (4, 88) προεδρίην appellat. Omne saxum movissem, quo sellam Darii invenirem, nisi arcis custodes non modo pedibus iter facientes, sed etiam navigantes scrutarentur, perennique vigilia hoc littus circumcursarent servi Pyrrhiæ, acerbiores non modo canibus Pyrrhiis, sed etiam odiosiores Pyrrhæis hominibus, de quibus olim pervulgatum est proverbium; si quid mali contingeret, deprecabantur Pyrrhæis odio omnium vicinorum execrabilibus. Sella Darii jam non exstat, excisis saxis in ædificationes, aut oppressis jacto fundamento arcis totum littus occupantis, quo Darii pons pertingebat. Herodotus non meminit sellæ Darianæ in Bosporo excisæ, sed in Hellesponto scribit Xerxi præparatam fuisse, qui postquam in media Abydo fuit, videre voluit omnem exercitum. Erat enim illic in clivo solium prius factum ei aptum ex albo lapide. Id enim fecerant Abydeni regio mandato, in quo rex sedens spectavit exercitum et classem. Verisimile est Darium sedentem in solio spectasse exercitum transeuntem, cum more Persico reges Persarum delectati sint conspectu exercitus sui, ut Xerxes Darii filius pugnam etiam navalem commissam ad Salaminem spectaverit

---

Fr. 35. *Pyrrhias Cyon*] Πυρρίας Κύων nomen non de mari sed de promontorio, cui *Rumili Hissari* impositum est, intelligendum fuerit. Id enim indicat fabula. Præterea constat montibus, promontoriis locisque his impositis sæpius nomina indi a canibus repetita, ut Κυνὸς κεφαλαί, Κυνόσουρα sive Κύνουρα, Κυνόσσημα. Cf. Hesychius : Κυνουρία· ὅπου μετὰ χειμῶνος κῦμα ἐκβάλλει. Similiter Lycophronis (v. 99) verba πρὸς κύνουρα interpretantur πρὸς τραχείας πέτρας vel πρὸς τραχεῖς καὶ ἁλιμένους τόπους. Etiam Κύων (sic cod. Rhedig.; vgo Κύον) Cariæ oppidum a Stephano memoratur, quod antea dictum sit Κυνήβιον, pro quo nescio an fuerit Κυνήριον, *Canis monumentum* (Cf. Κυνὸς ἤριον Pamphyliæ in Stadiasm. § 219), adeo ut idem significetur Cariæ locus quem Strabo p. 656 vocat Κυνόσσημα in promontorio situm quod hodie vocant *Cavo Alopeki*, i. e. pr. vulpis, quasi canis rufi, Κυνὸς πυρρίου, sicuti simplex Πύρρα nomen nonnullis fuisse promontoriis constat. Apud Polybium Bospori promontorium Hermæum vocatur a fano, ut videtur, vel ara Mercurii. Simili ratione Cynosura Arcadiæ a Mercurii filio nomen habere tradit Stephanus.

sedens, de quo Æschylus in tragœdia nuncupata Persis (456) sic ait :

> Ξέρξης δ' ἀνώμωξε κακῶν ὁρῶν βάθος·
> ἔδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ,
> ὑψηλὸν ὄχθον ἄγχι πελαγίας ἁλός.

Itemque hac in re verisimile est imitatum fuisse Xerxem patris Darii rationem, præsertim cum Darius Mandroclem haberet Darianæ gloriæ studiosum, quem est vero proximum in clivo eminente supra pontem excidisse solium, cum is ponte confecto a Dario magnis præmiis affectus, ad vivum depinxerit totum pontem Bospori et regem Darium in regio solio sedentem ejusque exercitum transeuntem, eaque depicta in Heræo, hoc est templo Junonis, cum hac inscriptione suspenderit et dicaverit (Herodot. 4, 88) :

> Βόσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας ἀνέθηκε
> Μανδροκλέης Ἥρῃ μνημόσυνον σχεδίης·
> αὑτῷ μὲν στέφανον περιθείς, Σαμίοισι δὲ κῦδος,
> Δαρείου βασιλέος ἐκτελέσας κατὰ νοῦν.

In edito Herodoti codice Μανδροκλέης legitur; in quodam manuscripto Ἀνδροκλέης[1], quod nomen Græcis usitatum est et nobile, illud ignobile et prorsus pastoritium. Quo loco fuerit Ἡραῖον, in quo hæc dicarit Androcles, non explicat Herodotus, an id esset juxta Bosporum, an illud quod inter Chalcedonem et promontorium nuncupatum Acritas ponit Menippus[2] in periplo Bithyniæ (ap. St. Byz. v. Χαλκηδών) ; an, cum Samius esset Androcles, in loco Thraciæ appellato Ἡραίῳ a Samiis habitato, an in templo Junonis Samiæ, quod illustre Samos insula habebat, eam picturam suspenderit. Quod si Ἡραῖον fuit in loco, ubi Darius pontem junxit, ut verisimile videtur, miror Herodotum, cum ait (4, 87) : « Locus Bospori, quem ponte junxit rex Darius, mihi, inquit, conjectanti videtur medius inter Byzantium et fanum in ore Ponti situm », cur non locum nominaverit Ἡραῖον. Neque Dionysius Byzantius meminit, cum ceterorum templorum juxta Bosporum sitorum meminerit; at neque Hermæi meminit, cum ex Polybio Hermæum alibi esse non possit, quam ubi est Pyrrhias Cyon. « Hermæum Europæ, inquit Polybius (4, 43, 2), in promontorii eminentia quadam, juxta os Ponti, inter Byzantium et Fanum situm, distat ab Asia quinque stadia, secundum locum strictissimum totius oris Pontici, qua aiunt Darium ponte Europam junxisse Asiæ, cum transiret contra Scythas. » Censerem in Polybio legendum Ἡραῖον potius quam Ἑρμαῖον, nisi omnes codices Polybii, quos mihi videre contigit, haberent Ἑρμαῖον. Cur vero ita appellatum sit, nemo scribit, an a templo Mercurii, an a lapidum acervo in viis dubiis consecrato, an a lapidibus quadrangulis Hermæis nuncupatis, quales esse potuerunt stelæ, quas marmoris albi Darius in hoc loco posuit, in una incidens literas Assyrias, in altera Græcas. Itaque recte potuisset Herodotus Darii stelas appellare Hermas, ut Æschines nominat Hermas honoris causa excitatos cum inscripta laude alicujus. Sic enim ait Æschines contra Ctesiphontem (Or. 3, § 183) : « Dedit populus Atheniensis eis honores magnos tres lapideos Hermas statutos in porticu Hermarum, atque in singulis inscripsit laudem illorum » : deinde narrat, quid inscriptum in primo Hermarum, quid in secundo, quid in tertio. Denique omnes stelas lapideas, omnes cippos, Hermas appellare possumus. Tzetzes (1,826), nobilis grammaticus, et qui exactius omnibus historicis geographisque se Bosporum scire gloriatur, hunc locum non appellat Hermæum, sed Heræum, cum ait : « Mandrocles, Samius architectus, Bosporum Hellespontium navibus junxit sive circa Damalim sive circa Heræum (εἴτε περὶ τὴν Δάμαλιν, εἴτε καὶ τὸ Ἡραῖον) », idque Herodotum scribere asserit. Equidem fateor Herodotum scribere, ut Androcles, quæ pinxisset de ponte et Dario ejusque exercitu, ea suspenderit ad Heræum : sed in quo loco id fuerit, Herodotum declarare nego. Verumtamen ut non absurde Tzetzem puto conjectasse, Heræum fuisse circa locum ubi Darius pontem junxit, ita absurdissime ambiguum ponit locum, ubi pons junctus est, esse sive circa Heræum sive circa Damalim. Qui, si existimasset, ut existimare debebat, Herodotum verum et diligentem geographum fuisse, si Herodoti historiam, quam citat, perpendisset, nunquam Bosporum appellasset Hellespontium, non confudisset tria maria, quæ Herodotus tribus nominibus dividit in Bosporum, Propontidem, Hellespontum, nunquam scripsisset Darii pontem junctum fuisse circa Damalim. Damalis enim sive Bos locus ex his, quæ antea attuli et postea afferam, fuit in promontorio Scutarico septem stadia distante ab urbe Byzantio, ubi si pons junctus fuisset, alterum pontis caput aut attigisset Byzantium, aut littus ultra Peram situm, ubi Bosporus octo stadiis latior est. At ex multis scriptoribus scire poterat, Darii pontem

1. Ἀνδροκλέης] In nostris Herodoti codicibus omnibus Μανδροκλέης legi videtur, sicut apud Tzetzem in Chil. 1, v. 826. In Anthol. Pal. 6, 341 legitur Μανδρόκρεων. Epigramma exstat etiam in Chron. Simeonis Logothetæ (cod. Paris. 1702, fol. 73), ubi pro Μανδροκλέης habes Σμαρδοκλέης, et in ultimo versu: Δαρείῳ βασιλεῖ. Ceterum picturam istam vir Samius dedicasse censendus est in pinacotheca Heræi Samii.

2. *Quod... ponit Menippus*] Dicendum erat : *quod erat inter Chalcedonem et promontorium quod Acritam vocat Menippus*. Nam Menippus apud Stephanum v. Χαλκηδών Heræi non meminit. Neque infra, ubi de Heræi situ fusius agitur, ulla mentio fit Menippi, quem Gyllius non integriorem habuit quam nos jam habemus.

fuisse in angustiis quinque stadiorum, Herodotumque animadvertere poterat, cum ait : « Locus, ubi Darius pontem junxit, mihi conjectanti videtur medius inter Byzantium et Fanum ; » ubi recte scribit Herodotus, qui non ut Tzetzes se scire gloriatur, sed simpliciter dicit se conjicere; quanquam locus revera medius non est, si Herodotus μέσον intelligit in duas æquas partes divisum. Nam cum Bospòrus sit longus centum viginti stadia, oporteret locum, ubi pons junctus est, distare Byzantio sexaginta stadia, cum non distet amplius quadraginta quinque stadiis, ut non mihi soli videtur, sed etiam Straboni, qui ab angustiis usque ad Byzantium numerat quadraginta quinque stadia[3]; cui accedit Sozomenus (2,3), inquiens Hestias distare a Constantinopoli triginta quinque stadia. Ab Hestiis ad promontorium Hermæum conjicio rectam navigationem plus minus esse decem stadiorum : sed Sozomenus non recte Hestias dicit esse in medio Bospori freto. Jam ex antedictis deprehenduntur etiam illustres literarum monumentis imperiti fuisse Bospori, in quorum numerum redigere possem Eustathium cum aliis locis tum eo quod nusquam locum, ubi pontem Darius junxit, nominare audet, cum illi opportunitas frequens data fuerit, præsertim ubi ait (ad Dion. 140) Thracium Bosporum Darium junxisse περὶ ποῦ τὸ Ἱρὸν στόμα : qui si intelligit Sacrum os, ut alii plerique, partem Bospori inter duo fana sitam, longe errat; sin Bosporum totum, profecto præ se fert ignorare nomen loci, ubi pons junctus fuit. Nam quid attinebat dicere circa alicubi Sacrum os potius quam circa Hermæum promontorium, ut Polybius clare dicit? Prætereo alia ejus loca, ubi propemodum necessitas eum adducebat, ut nominaret Hermæum, præsertim ubi disputat, quæ pars Bospori existimanda sit strictissima. Alios ait existimare, ubi sunt angustiæ circa Anaplum[4] nuncupatum, neque declarat, in quo loco sit Anaplus, cum explicare debuisset se intelligere Anaplum circa Hermæum aut Hestias. Quod si illius sunt etiam scholia in Dionysium, quæ vidi antiquis literis scripta, tradentia totius Bospori fretum angustissimum esse inter Anaplum et Ciconium, magno beneficio nos affecisset, si nobis explicuisset, ubi Ciconium, ubi Anaplus. Quod utrumque cum sit aut ad Hestias, aut ad Hermæum, cur abstinet ab eruditis antiquisque nominibus? Nam Jornandi homini Gotho ignosco, tolerabili scriptori rerum Gothicarum, in quibus tradit Darium navibus a Chalcedonia ad Byzantium tabulatis petiisse Thraciam. Jornandes Bosporum non viderat; at Tzetzes et Eustathius totam fere vitam vixerunt apud Bospòrum. Laonicus Chalcondylus in historia, quam scripsit de bellis Ottomanorum regum, arcem in Hermæo promontorio sitam, quæ nunc a Græcis appellatur Neoncastrum, id est nova arx, ut proprie nominat Ἀκμοχοπίην, quasi Bospori fauces frangentem, ita non recte eam dicit sitam esse in Propontide, cum ex jam dictis constet, illam esse juxta medium Bosporum; sed ut discamus a quo et quando hæc arx constructa sit, et qua ratione, ipsum Laonicum audiamus. « Incunte, inquit, vere Mechmetes Amurati filius in Europa juxta Propontidem, ubi ex Asia angustissimus Bospori trajectus est in Europam, ædificavit oppidulum Læmocopien appellatum, hucque Asianis Europæisque coactis, et partibus hujus oppiduli tributim ædificandis datis, celeriter opus confecit. Id autem effecit, ut sibi tutus ultro citroque trajectus esset, et ut ne occidentales homines triremibus se a transitu prohibere possent, resque in Asia innovare; magno etiam usui hanc arcem fore sibi in obsidionem Byzantii prospiciebat. Ædificavit autem turres tres maximas omnium quas vidimus, duas quidem versus continentem, tertiam versus mare, easque plumbo texit. Muri quidem latitudo crassa est viginti duos pedes, turrium vero crassior triginta pedibus. Post autem quam in hunc modum spatio trimestri hanc arcem ædificavit, statim excurrit in solum hosticum. Ineunte hieme Turachanem misit in Peloponnesum, iterumque ineunte vere Mechmetes exercitum duxit in obsidionem Byzantii, quem trajecit angustias freti, ubi prius in Propontide arcem ædificaverat Læmocopien, quam in hunc diem Turcicum præsidium vigilanter tuetur. A solis Turcis hæc incolitur. Turribus ejus utuntur pro carceribus ad tuendos principes viros Christianos in bello captos. Extra arcem secundum littus ædificia continuantur in longitudinem circiter quatuor stadiorum, habitata similiter a solis Turcis, ubi ædes Mamethanæ religionis et balnea publica et aquæ salientes subterraneo opere adductæ. » Jam ex ante scriptis liquet, pontem Darii fuisse in angustiis Bospori juxta Pyrrhiam Cyonem Hermæumque promontorium, sed in qua parte angustiarum, conjecturæ relinquitur ejus, qui cum judicio vidit Bosporum. Nam intervallum angustiarum ab Europa in Asiam obductum transversum patet circiter quin-

3. *Quadraginta quinque*] immo : *quadraginta*. De Strabonis loco corrupto, qui ad rem nostram nihil pertinere mihi videtur, dixi supra pag. 9. Sozomeni stadia triginta quinque a Byzantio pertinent non ad Hestiarum promontorium sed ad vicum Michaelicum, qui ab Hermæo distat stadia viginti et amplius. Quæ Herodotus tradit de pontis loco inter Fanum et Byzantium medio, ad verum quam proxime accedunt.

4. *circa Anaplum*] immo accuratius dixit : *supra Anaplum*, a borea Anapli, τὰ ἄνω τοῦ (Πόντου) καλουμένου Ἀνάπλου, in quibus Πόντου vocabulum delendum est.

que stadia, at sursum versus secundum decursus Bospori in longitudinem circiter trium stadiorum directum. Diversus est defluxus Bospori; alicubi enim rapidior, alicubi sedatior. In primo stadio pertinente sursum strictior est et sedatior; at in aliis duobus stadiis rapidior et vorticosior. A porta enim Neocastri ad finientem latus orientale angulum, quo promontorium Hermæum abducitur in occasum ad sinum Chelæum, fluxus rapidus est et vorticosus, et minus angustus trajectus. Itaque Mandrocles nobilis architectus evitare debuit vortices et rapidum fluxum. Ultra igitur Neocastri portam pons junctus fuit, non recta via a castro Hermæo procedens ad castrum Asiæ, sed obliqua paulo supra castrum ad locum, quem jam Græci appellant Cormum, corrupte quasi Ciconium, quod ex Anaplo Dionysii post ostendam eo loco fuisse, quem nunc appellant Cormum. Darii pontem quamvis Herodotus non aliter describit, quam duntaxat navibus junctum fuisse : tamen talem, qualem postea Xerxes Darii filius in faucibus Hellesponti, junxerit. Verisimile enim est filium secutum patris architectos; tum ratio suadet melius fieri non potuisse a Dario quam aut a Xerxe in Hellesponti angustiis, aut a Romanis in Rheno Euphrateque et Tigri. Fecerunt hunc ferme in modum : naves planæ a littore ad littus contrarium, certum intervallum distantes, inter se disponuntur, quarum proræ contra decursum confluentis directæ stabiliuntur ancoris aut acervis lapidum, virga aut ramo circumtorto circumclusis, in vadum dejectis, ex prora appensis. Supra naves trabes transversæ immittuntur, navigia colligantes et stabilientes, partim inter se, ne collidantur, partim ut axes sustineant transitum præbituras; præterea duo validi funes aut ferreæ catenæ sublimes supra navigia ex utroque latere suspensæ, una paulo supra proram, altera infra puppim, succulis contentæ in littore defixis, stabiliunt naves, atque tuentur contra ventos; a tergo, a fronte, a lateribus trabes transversæ positæ defendunt. His præscitis facilius intelligetur dubia et perplexa Herodoti (7, 35) descriptio, cum ait Xerxem, ubi primus pons, qui navibus junctus fuerat in Hellesponto, dissolutus fuit, indignatum trecenta verbera mari inflixisse, duoque vincula ferrearum pedicarum injecisse in mare, ut id tanquam servum constringeret, et pro uno ponte duos pontes ex trecentis circiter navibus fieri jussisse, ancorisque firmari, ut immotæ manerent, atque a continenti ad contrariam continentem validissimos funes contendisse unguibus ligneis, hoc est, quasi succulis. Equidem ipse primum pontem puto non ancoris, sed lapidum acervis, non catenis, sed funibus stabilitum, tempestatibus dissolutum fuisse. Itaque Xerxem duos pontes postea fecisse trecentis circiter navibus, totidemque ancoris ferreis, duplicique catena ferrea stabiliisse; hocque Græcos poetas, Xerxis hostes, quibus Herodotus interdum seduci solet, designasse, cum, tragice exaggerantes trajectum Xerxis, dicunt Xerxem dissoluto primo ponte trecenta verbera Hellesponto inflixisse [1], hoc est projectione trecentarum ancorarum Hellespontum tanquam ictu percussisse, et duo vincula ferrearum pedicarum injecisse, id est duplicem catenam, ut apud oppidum nuncupatum Zeugma ex eo, quod navibus ibi pons junctus diuturnus permanserit, duplici catena corroboratus ferrea, quam ab ætate Alexandri ad suam ætatem Plinius (34, 43) tradit exstitisse apud Euphratem in urbe appellata Zeugmate, ubi Alexander Magnus pontem vinxerat, cujus annulos, qui refecti fuissent, ait rubigine infestatos fuisse, carentibus ea prioribus. Cum ex Media per Mesopotamiam iter faceremus ad Syriacam Berœam, quam nunc vocant Chalep, in arce Byrana (*Bir*) sita in Mesopotamia juxta Euphratem, inter Zeugma etiamnum appellatum et Hierapolim, exstabat ferrea catena; eam antiquissimam esse dicebant; quæ cum tot secula illæsa permansisset, paulo post quam hac exercitus trajectus est dissoluta est. Alii dicebant, metu Persarum, alii avaritia ferrique attriti vetustate (quo attritissimo opera quæ dicuntur Damascena fieri solent) Turcorum satrapas adductos, catenam hanc dissolvisse. Quæ utrum esset illa, quam Plinius commemorat, scire non potui, pervetustam certe conjectavi ex annulo uno, quem vidi Berœæ vetustissimum quidem, sed pene totum rubigine carentem. Miror Pomponium Melam (2, 2, 79) exaggerantem mirum atque ingens facinus, Xerxem ex Asia in Græciam peditem maria transgressum fuisse, Ciceronemque (De fin. 2, 34) in immensum Xerxis trajectum extollentem. « *Xerxes*, inquit, *maria ambulavit, terramque navigavit.* » Idem alio loco : *Maria pedibus peragravit, classibus montes;* quum mare Adriaticum tempestuosum, intercedens inter Hydruntum et Apolloniam, amplius sexagenis millibus passuum latius Hellesponto, pedestri continuare exercitu pontibus jactis primum Pyrrhus Epiri rex cogitaverit, post eum M. Varro, cum classibus Pompei piratico bello præesset; sed utrumque aliæ impedivere curæ. Rex Turcorum quoties exercitum trajicit in Asiam, paucis diebus posset Bosporum navibus consternere ponte superimposito, totumque exercitum brevi tempore trajicere, sed utriusque continentis dominus multos dies consumere potest in exercitu transportando, quem paucis navibus triremium similitudinem gerentibus latis trajicit ita accommodatis, ut plano pede in navem, velut in pontem ex littore ingrediantur equi.

1. De Herodoti narratione varias virorum doctorum sententias congessit, de eaque satis recte sentit Bahrius ad Herod. tom. 3, p. 495.

XIII. Περὶ τοῦ κλύδωνος ῥοώδους; *de petra Phidalia et portu Mulierum et de loco Cyparode.*

Fr. 36

Post Pyrrhiam Cyonem Dionysius ponit promontorii in directam altitudinem editi oram maritimam sursum navigantibus arduam et difficilem prætervectu ob violentum coitum utriusque continentis repugnantem anguste præterfluenti Bosporo. Fluctus enim ebullit effervescitque continuis vorticibus non minus quam lebes igne subdito effervescere, flammæque excessu ebullire, æstuosoque sonitu strepere solet. Itaque ora hæc a natura sua nominata est Ῥοώδης, *hoc est fluctuosa.*

Ex his Dionysii verbis, tum maxime ex locis antecedentibus et consequentibus cognosco eam oram esse quam Græci nunc vulgo appellant Φωνῆα corrupte, quasi Φώνημα, a vociferante sono fluctuum, qui ex contrario littore Asiatico rejecti, magno impetu in medium incurrunt latus vergens ad solis ortum promontorii Hermæi intumescentis in multos tumulos : quorum medio ex latere tumulus impendens in oram maritimam nuncupatam Φώνημα, præcipitibus et directis rupibus propendet usque ad littus, excepta via in rupe humano opere excavata explanataque. Locus dictus Phonema passus paulo amplius mille, totos fere exædificatos suburbanis ædificiis Læmocopiæ, distat a mucrone promontorii Hermæi; totidem abest a sinu Phidaliæ et portu Mulierum : quem ubi statim ostenderimus illum esse, qui nunc a Græcis appellatur Sarantocopa, sine ulla dubitatione assequemur promontorium Ῥοῶδες aliud esse non posse quam Phonema, cum inter Pyrrhiam Cyonem et sinum Phidaliæ ad nullam maritimam oram tantopere fluctus resonent quam ad medium Hermæi promontorii latus; quod etsi a medio usque ad finem sui mucronis decursu Bospori incitato alluitur : nulla tamen promontorii pars tam apertis oculis quam media percipitur circumsonare murmure circumfluenti. Ab hac enim parte fluctus refracti resonant, partimque revolvuntur, partim juxta littus deorsum rapidi præcipitant, ut nautæ sursum navigantes necesse habeant navem remorum contentione impellere, et ne deorsum retrocedant, contorum firmitudine ad littoris crepidinem adniti. Hunc fluxum, quem Dionysius tradit in medium promontorii latus effervescere, Polybius (4, 43) dicit in finem lateris ad frontem Hermæi promontorii incurrere, cum ait secundum alia loca decursum Bospori similem esse ob similitudinem locorum utrinque Bosporum cingentium : cum autem incurrat in Europæ Hermæum promontorium, ubi ostium Ponti angustissimum non pateat amplius quinque stadiis, ubi Darius ponte navibus juncto Bosporum transiverit, tum defluxum in angustias coactum, velut plaga accepta, a promontorio Hermæo se vertere ad contraria Asiæ loca. At plagam non accipit ab ea promontorii parte, ad quam Darii pons junctus fuit, ubi duntaxat rapidus defertur secundum litus, sed longe amplius mille passibus a medio promontorii latere. At ferendus Polybius; ut communis historicus geographice res ipsas describens communiter intelligit totum decursum Bospori a medio latere ad finem usque, quem Dionysius topographice et proprie distinguit in duos vehementes defluxus : unum appellat ἄκραν ῥοώδη, alterum Pyrrhiam Cyonem.

Fr. 37.

Deinde, inquit Dionysius, *promontorium prætergresso occurrit petra a natura, non ab hominum manu facta, colore albo, alarum similitudinem aquilæ præ se gerens, et tanquam plantam pedis extendens atque in alteram partem contrahens, velut ludicrum quiddam naturæ omnia imitantis; nominatur Phidalia, quam nescias, dicerene debeas insulam, an continentem : illam quidem ob naturam, hanc vero ob vicinitatem. Quidam aiunt appellatam esse* Φαιδαλίαν *ex eo quod primum in ea piscatio appareat. Alii dicunt filiam Barbyssæ fuisse; cum autem complexu venereo se miscuisset cum Byzante, commotam verecundia stupri et metu patris, se in mare projecisse, atque periisse; Neptunum autem progenitorem cum misericordia adductum, tum benevolentia sui generis, continentis magnam partem abrupisse, eamque in profundo defixisse ac firmasse, posterisque insulam habitam fuisse sepulchrum Phidaliæ. Sinus ab oriente interius recedit profundus et satis capax, brevi continentis circuitu conclusus. In medium sinum descendit* χειμάρρους, *is est rivus hibernus; nam summa æstate deficit. In hoc sinu est portus Mulierum nominatus, sive ex eo, quod nihil offenditur neque a mari neque a continenti (non enim minus a fluctibus maris tutus est quam a vehementibus ventis, terra protectus), sive ex eo ita appellatus est, quod absentibus viris magnam multitudinem piscium hunc portum ingressam mulieres ceperunt.* »

Fr. 36. *Pyrrhiam Cyonem*] i. e. πυρρίαν κύνα. Fieri potest ut nomen proprium a serioris ævi hominibus nautarumque vulgo in genitivo casu diceretur Κύωνος. || — *ora...* ῥοώδης] In Græcis erat ἄκρα ῥοώδης, ut ex sequentibus colligitur.

Fr. 37. *Et tanquam plantam pedis extendens etc.*] Parum hæc perspicua sunt, et fortasse non integra. Quodsi auctor dicere voluit petram istam referre figuram humanam alis aquilæ instructam, etc. comparari potest fabula, qua Argonautæ viri imaginem aquilæ alas habentis ad Sosthenium posuisse perhibentur. Cf. not. ad fr. 40. De loco ubi hæc petra fuerit vel etiam nunc sit, neque Gyllius monuit neque aliunde quidquam mihi innotuit. — Φαιδαλίαν] An Φαιναλίαν?

Hæc quidem Dionysius. Stephanus [1] vero, urbium scriptor, aliam rationem adfert, cur Phidalia et portus Mulierum appelletur. « Circa, inquit, nominatam Phidaliam Mulierum portus est inter Anaplum et Leosthenium, ubi dicunt Phidaliam, uxorem Byzantis, una cum mulieribus usque ad hunc locum eos, qui cum Strœbo, fratre Byzantis, civibus viris absentibus, urbem invasissent, insecutam fuisse, ac vicisse, indeque portum Mulierum nominatum fuisse. » Suidas [2] scribit : « Cum in palatio Heraclius versaretur, appellato Heræo, præfectusque exercitum collegisset, et navigiis pontem in freti angustiis junxisset, ad littora sinus Phidaliæ trajecit, et per pontem Barbyssæ ad urbem accessit. » Præter hos nemo meminit portus Mulierum nisi Plinius [3]. Sed percipere ex Plinio non poteram, neque plane ex Stephano (quippe qui quamvis tradat illum esse inter Leosthenium et Anaplum, non docet, ubi Leosthenium, ubi Anaplus), quis in tam portuoso, tam sinuoso Bosporo esset portus Mulierum, nisi tandem incidissem in Dionysii Anaplum, ex quo assecutus portum Mulierum esse inter Pyrrhiam Cyonem et Leosthenium (quem post ostendam eum esse quem jam Græci appellant Sosthenem) : sine ulla dubitatione assero sinum Phidaliæ et portum Mulierum illum esse quem Græci nostræ ætatis appellant *Sarantacopam*, cum inter Pyrrhiam Cyonem et Leosthenium nullus sinus intercedat, in quem fluvius descendat, nisi Sarantocopeus ita nuncupatus a ponte ligneo quadraginta sublicis velut pilis sustentato, passus circiter trecentos longo, quo paludes transeuntur cannis plenæ. Hic sinus portuosior et profundior a septentrione est quam a meridie; procedit ab ortu ad occasum; illius recessus interior paulo amplius octingentos passus circuitu littoreo complectitur. Desinit in paludes cannis plenas, in quas medias descendit fluvius ex valle, quæ a medio sinus flexu pergit ad occasum, utrinque continetur arduis collibus vitiferis et pomiferis. Paulo supra paludes in duas scinditur valles, rectam et obliquam, utramque in multas insinuatam valliculas, omnes refertas vitibus et cerasis. Ex recta valle rivus descendit perennis spatio millium circiter trium et quingentorum passuum; deinde assumpto exiguo rivulo, sed perenni, defluente ex obliqua valle ad dextram manum sita, defluit in paludes, parvus quidem, sed tamen gurgites habet omni anni tempore piscosos, et fluit perennis etiam summa æstate, contra quam tradit Dionysius qui profecto hunc perennem dixisset, si tam diligenter eum perscrutatus fuisset quam alios non perenniores neque majores, quos perennes esse tradit.

Fr. 38.

Inde addit idem Dionysius : *Portum Mulierum continuo subsequitur locus* Κυπαρώδης *nuncupatus a cypresso arbore.*

Ad hunc usque diem piscatores nomen retinuerunt. Locum enim, quo finitur flexus cœptus a Pyrrhia Cyone, etsi in vallicula situm cypressis carente et tota consita vineis, Cyparisson tamen appellant, distantem a ponte, quo transiri dixi intimum sinum Phidaliæ, circiter septingentos passus.

Fr. 39.

Post Cyparodem Dionysius ponit templum Hecatæ super petram, quæ accessu ventorum fluctibus percussa valde resonat; circum enim ipsam fluctus concitatus diffringitur : hæc vero quantum in se suscipit, tantum rejicit sub crepidinem oræ maritimæ.

Piscatores hujus ætatis locum maritimum situm inter Cyparodem et Leosthenium sinum appellant *Triviam*, Latino nomine, ignorantes Hecaten græcum nomen, longa Romani imperii consuetudine aliquot Latina nomina usurpare assuefacti. A vallicula

---

1. Stephanus v. Γυναικόςπολις : Ἔστι καὶ Γυναικῶν λιμὴν περὶ τὴν λεγομένην Φιδάλειαν, τὸ μεταξὺ Ἀνάπλου καὶ τοῦ Λεωσθενείου· ἔνθα φησὶ τὴν γυναῖκα Βύζαντος Φιδάλειαν διώξασαν ἅμα ταῖς γυναιξὶ τοὺς μετὰ Στροίβου (Στρόμβου Hesych.) τοῦ ἀδελφοῦ Βύζαντος τῇ πόλει ἐπιθεμένους, τῶν πολιτῶν μὴ παρόντων, νικῆσαι διώξασαν μέχρι τοῦ λιμένος, καὶ οὕτως ὀνομάσαι. Cf. Hesychius Miles. § 18, p. 149, qui narrat, Byzante Thraces persequente, Odrysem, Scytharum regem, Byzantium obsedisse; πρὸς ὃν, inquit, ἡ τοῦ Βύζαντος γυνὴ ἡ θαυμαστὴ Φιδάλεια... τῇ γυναικείᾳ χρησαμένη χειρὶ διηγωνίσατο, σοφισαμένη τὸν βάρβαρον τῇ τῶν δρακόντων συμμαχίᾳ. Ὡς γὰρ τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ὄφεις εἰς ἕν τι χωρίον συλλαβοῦσα ἐφρούρει, ἀθρόως τοῖς ἐναντίοις ἐπιφανεῖσα ὄϊκην βελῶν καὶ ἀκοντίων ἔπεμπε τὰ θηρία καὶ πλείστους λυμηναμένη τούτῳ τῷ τρόπῳ διέσωσε τὴν πόλιν. De Phidaliæ et Byzantis statuis in Basilica urbis a Calliade prætore erectis v. epigramma ap. Hesych. § 34 p. 152, et in Anthol. 4, 4. Cf. Ducangius Const. Christ. p. 16 sq.

2. Suidas v. Ἡράκλειος p. 882 Bnhdy. : Πυθόμενος δὲ ἀποθανεῖν, ἐν τοῖς εἰς τὰ Ἡρία (sic seriore ævo τὸ Ἡραῖον vocatum esse constat) παλατίοις διέτριβε· καὶ συναγαγὼν ὁ ὕπαρχος καὶ συζεύξας πλοῖα εἰς τὸν πορθμὸν τοῦ καλουμένου Στενοῦ, διέβη κατὰ τὰς ἀκτὰς τοῦ καλουμένου κόλπου Φειδαλίας. Καὶ διὰ τῆς γεφύρας τοῦ Βαρωβύσσου ποταμοῦ (Barbysæ fl.) εἰς τὴν πόλιν εἰσῆλει.

3. Plinius 4, 18, 46 : *Sed a Bosporo sinus Casthenes* (l. Lasthenes), *portus Senum et alter qui Mulierum cognominatur.* Plinius quum in recensendis oppidis a borea ad meridiem procedat, portus Senum, qui post Lasthenem memoratur, is fuerit qui promontorio *Senis marini* subjacebat. Hunc si *Senum* portum nonnulli appellaverint, nominis ejus ratio in causa esse potuit ut etiam *Mulierum portus* mentionem subjungeret præter ordinem geographicum.

Cyparode quadringentos passus progressus sum ad alteram valliculam, ex qua usque ad portum Mulierum totum littus excelsum est atque præruptum et saxeum, in quo fere toto videntur fundamenta antiquorum ædificiorum. Inde amplius octingentis passibus confectis per oram maritimam leniter pronam perveni ad imam tertiæ valliculæ planitiem, a qua circiter ducentos passus abest sinus Leosthenii initium.

XIV. *De sinu Leosthene.*

Sinus Leosthenius ab ortu solis ad occasum porrigitur in passuum longitudinem circiter mille et quadringentorum. Ejus latitudo varia. Prima enim in ostio patet in latitudinem paulo minus quatuor stadiorum; media non patentior duobus stadiis; deinde sensim coarctatur in passus ducentos, postremo in sinu intimo centum non attingit. Ex tribus partibus excelsis collibus cingitur, itaque undique ab omnibus ventis tutissimus est, etiam ob oriente flantibus; nam solstitiales repellit cornu lateris dextri eminens in sinus aditum; reliquos orientis ventos, ut debiliores, facile frangit ora Bospori Asiatica, quæ editis collibus continetur. Ac si in medium sinum vallis intimum penetrat, tamen ad portum non adspirat ventorum vis ob flexiones vallium objectusque collium, quibus fit, ut etiam in medio sinu navigantibus is ex parte vallis clausus esse videatur. Valde portuosus est, ut naves admittat usque ad marginem littoris ob profundam altitudinem ejusdem latus dextrum, quod situ differt a latere sinistro; nam sinistrum ab ostio in longitudinem circiter mille passuum habet littus excelsum, præceps et præruptum; inde par longitudinem quadringentorum passuum planitiem intermittit angustam quidem, sed hortis et ædificiis plenam. Dextrum latus planitiem maritimam habet, ædificia admittentem hortosque, quod a Græcis habitatur frequenti vico, tam ferme longo quam ipsum latus longum est. Turci intimum recessum accolunt frequentiori vico, sito in maritima planitie vallis ab ortu solis ad occasum excurrentis, cujus ima planities in pratorum pastiones diffusa, cincta utrinque collibus vitium aliarumque arborum fructiferarum feracibus; a sinu progreditur librata paulo amplius bis mille et ducentos passus, nusquam strictior centum passibus, neque latior ducentis; in duas inde valles dividitur, utrasque tantumdem fere longas, ex quibus rivi descendunt, qui simul conjuncti, omni anni tempore perennes per mediam vallis planitiem defluunt in medium sinum intimum, emittentes profluentem in alveo angustiore exiguum quidem (ut qui summa ætate circulum implere possit haud multo patentiorem circuitu sesquipedali), verumtamen major esset, nisi ex ejus fontibus opere subterraneo ad hominum potiones et lavacra deduceretur in vicum Leosthenium, per quem medium fluvius partim salsus delabitur, auctus ex recessu sinus octo passus in latitudinem patens, scaphis tutam stationem præbens. Sed ut et sinus et fluvius magis perspicui et clari fiant, afferam ea quæ de his Dionysius scribit.

Fr. 40.

Post templum, inquit, *Hecatæ sequitur* [*sinus*] *Lasthenes appellatus a viro Megarensi Lasthene, si-*

Fr. 40. *Lasthenes*] Quod nomen attinet, cf. Λασθένης, dux Thebanorum, ap. Æschyl. in Sept. cont. Theb. 602. Alios Lasthenes habes in Steph. Thes. s. v. Idem nomen pro *Casthenes* apud Plinium reponendum est, monente Gyllio. Locus noster Λαοσθένης vocatur in excerpt. Salmasianis Joannis Antiocheni (v. Fr. Hist. 4, p. 548 not.); Λεωσθένειον ap. Steph. Byz. s. v. Γυναικόπολις; Σωσθένιον (pro Σωσθένειον), ap. Anonym. Peripl. Pont. Eux. (t. 1, p. 424); Joannem Antioch. fr. 15; Cedrenum p. 210, 15; Leontium et Agathiam in epigrammatis; Theophanem p. 332 ad an. 1 Leonis Isauri; Σωσθένης, ap. Malalam p. 78, 19; *Sosthenes* ap. Victor. Tunens. in Anastasio; *Sosthenense prædium*, ap. Marcellin. Comitem. Adde Anonym. Peripl. (t. 1, p. 422): ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ εἰς λιμένα Δάφνης τῆς Μαινομένης τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένην στάδια μ', ἀπὸ δὲ Σωσθένους εἰς τὸ Βυζάντιον στάδια π'. In his Daphne Mainomene est ex Arriani Periplo (§ 37, p. 401) assumta et perperam cum Sosthene composita. Rationem Sosthenis nominis hac narratione reddit Joannes Antiochenus (fr. 15, t. 4, p. 548): Ὡρμημένοι (sc. Argonautæ) τὴν Ποντικὴν διαπεράσαι θάλασσαν καὶ φθάσαντες περὶ τὸν καλούμενον Ἀνάπλουν, ἔμαθον ὅτι τὸ στενὸν ἐκεῖνο τῆς θαλάσσης βάρβαρός τις Ἄμυκος κατέχει καὶ τοὺς πλέοντας, ληστεύει καὶ φονεύει. Καὶ καταφυγόντες ἐν κόλπῳ δασυτάτῳ (an βαθυτάτῳ?) ἐθεάσαντο ἐν ὀπτασίᾳ τινὰ φοβερὰν [ἀνδρὸς] εἰκόνα ἀετοῦ ἔχοντος πτέρυγας κατὰ τῶν ὤμων, προθεσπίζοντος αὐτοῖς τὴν κατὰ Ἀμύκου νίκην. Συμβαλόντες γοῦν ἀναιροῦσι τὸν Ἄμυκον καὶ ὑποστρέψαντες ᾠκοδόμησαν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ἱερὸν, γράψαντες ἐν εἰκόνι ὅπερ εἶδον ἐκτύπωμα καὶ ὀνομάσαντες τὸν τόπον Σωσθένιον (Σωσθένην, διότι ἐκεῖ φυγόντες ἐσώθησαν, Malala). Ὅπερ ἱερὸν χρόνοις ὕστερον ὁ τοῦ Βυζαντίου βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ μέγας εἰς ὄνομα τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ ὠνόμασεν. Cf. de eadem re Malalas p. 77, Cedrenus p. 209, Nicephorus Callisth. lib. 7, c. 1. Exstat etiam epigramma Agathiæ (p. 363 ed. Bonn.) qui inscribitur εἰς εἰκόνα τοῦ ἀρχαγγέλου ἐν τῷ Σωσθενίῳ. Archangelum Sosthenii meminit etiam Joannes, Euchaitarum episcopus versibus hisce a Ducangio in Const. Christ. laudatis: Οἱ γὰρ μοναστὰι τῆς μονῆς τῆς τιμίας Τοῦ Σωσθενίτου τοῦδε τοῦ πρωταγγέλου. Ceterum Joannes Antiochenus ejusque asseclæ templum Michaelis Sosthenium non diversum fecisse videntur ab eo quod erat in Anaplo a meridie Hestiarum. Quare Ducangius l. l. p. 187 dubium non esse dicit quin Sosthe-

milis sinui nuncupato cornu. Est intimo recessu palustri, et promontoriorum eminentia, et profunda altitudine, quantum magna cum parvis licet conferre; ad introitum strictus est, procedens autem valde dilatatur; tranquillus et tutus est, circumdatus montibus, quibus velut muris munitur contra ventos, in quem descendit quidam fluvius perennis quidem, sed navibus inaccessus. In hoc loco Amphiaraus ex oraculi divino præcepto colitur.

Dionysius introitum sinus appellat recessum intimum, cum tamen introitus rectius appellaretur ostium aditusque, quo Bosporus ingreditur in sinum, et quo navigantes introeunt in portum. Sed in hac re ille similis videtur magnis scriptoribus, quos ante dixi introitum Bospori appellare exitum, ostiaque fluminum vocare capita. Quem Dionysius appellat Lasthenem, Stephanus (v. Γυναικούπολις) Leosthenium nominat. Leosthenes notum et nobile nomen; Lasthenes ignobilius est et minus notum. Itaque mihi potius Leosthenes aut Laosthenes legendus videretur, nisi etiam Lasthenem, hoc est saxeo robore præditum, dici posse ex Plinii (4, 18 § 46) colligi possit codice habente *Casthenem* pro *Lasthene*. Quidam Byzantini hodie appellant *Sthenion*, alii *Sosthenium*, utrique depravate. In eodem errore sunt recentes scriptores, inter quos est Leontius Scholasticus, aut qui hanc inscriptionem scripsit in Leontii versus :

ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΙΚΟΥ ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΟΡΧΗΣΤΡΙΔΟΣ ΙΣΤΑΜΕΝΗΣ ΕΝ ΤΩ ΣΩΣΘΕΝΕΙΩ.

Εἰμὶ μὲν Ἑλλαδίη Βυζαντιάς· ἐνθάδε ἔστην
ἦχι χοροστασίην εἴαρι δῆμος ἄγει,
ὁπόθι πορθμῷ γαῖα μερίζεται· ἀμφότεραι γὰρ
ἄντυγες ὀρχηθμοὺς ἤνεσαν ἡμετέρους.

Quod autem Dionysius Leosthenium sinum similem esse dicit sinui Cornu appellato, recte addit qua re similis sit, nempe profunda altitudine, circumclusione montium recessuque palustri; at figura dissimilis videtur. Ille enim similis Cornu cervino, hic bubulo, quod a medio retorquetur paululum in lunatum mucronem, cujusmodi nonnulla habentur, quibus pulverem machinæ bellicæ milites gestare solent. Jure igitur Leosthenium appellare alterum Bospori Cornu possumus. Nam post simum Chrysoceras maximus sinus Leosthenius, et tutissimus portus totius Bospori maxime sinuosi et portuosi censendus est. Solus Plinius (4, 18 § 46) meminit portus Senum, oram Bospori Europæam persequens hoc modo : *In Bosporo*, inquit, *sinus Casthenes, portus Senum, et alter Mulierum;* qui si rectum ordinem servat, Lasthenes sinus est portus Senum, cum inter Lasthenem et Portum mulierum nullus portus sit, præsertim si honorifice appellatus est ex eo, quod senili consilio uti viderentur, qui ad eum undique tutum appellerentur, sive ridicule ita nominatus, quod debilis nautæ etiam navigia infirma eo applicare possint. Dicaces enim Bosporani nonnulli, nihil cedentes Leoni aut Pasiadi Bosporianis, quos perfacetos habitos fuisse legimus. Sed hæc conjecturâ non minus incerta quam Plinius incertus in persequendo recto ordine locorum. Quid si portum Senum conjiciamus esse sinum divi Demetrii, ex eo, quod claudatur promontorio nuncupato Sene marino? At hoc incertum. Quodsi ea de causa eum putemus appellatum, qua Chii portus, cujus Ælianus (N. An. 12, 30) meminit (In Chio, inquit, ad portum nominatum Γερόντων, magnus cicurum est piscium numerus, quos Chii ad solatium senectutis exacta ætate affectos alunt), adhuc dubium erit, in quo Bospori loco ille fuerit. Quamobrem cum sententiam meam fluctuantem nullis ancoris retinere queat portus Senum, hunc non minus incertum quam Plinium, qui illum introduxit, relinquo, meque ad Dionysium, velut ad helicem nautæ, dirigo, certissimum Bospori circumnavigatorem omnium senum, qui Bosporum navigarunt jam inde a ruinis Severi, qui Byzantium et Bosporica loca evertit et longissima caligine circumfudit.

A dextro cornu sinus Lasthenici septingentos passus progessus sum, usque ad rivum hiberno tempore fluentem per vicum magnum, quem Neochorion [1] appellant, ex eo quod recenter habitari cœptus sit : ex cujus rivo procedens mille et quingentos passus inveni flexus angulum, quo littus pergens ad plagam septentrionum vicinam ortui solstitiali incurvatur ad occasum solstitialem. Hunc angulum piscatores jam appellant *Comarum*, cum tamen jampridem hujuscemodi arbor nulla ibi exstitisse dicatur sed fuisse olim liquet ex Dionysio.

---

nium diversum prorsus fuerit a Leosthenio, licet secus senserit Gyllius. At pro Gyllio facit fabula de Argonautis contra Amycum pugnantibus, quum Amyci sedes (*Beikos*) et Laosthenium in eodem Bospori tractu sint. Deinde 40 stadia quæ Anonymus a Fano ad Sosthenem computat, non ad Michaelis in Anaplo templum, sed ad hod. *Sthenia* pertinent. Denique Malalas l. l. p. 79 de Constantino M. narrat : Ἐξάμενος γνῶναι ποίας ἐστὶ δυνάμεως τὸ ἐκτύπωμα, παρεκοιμήθη τῷ τόπῳ, κτλ., quibus item ad Lasthenem sinum ducimur; huic enim adjacebat Amphiarai delubrum; ab Amphiarao autem oracula petentes ἐγκοιμηθῆναι sive *incubasse* constat.

1. *Neochorion*] Nunc quoque *Ieni-Koi*, i. e. novus pagus, a Soleimano ædificatus. V. Hammer *Constant. u. d. Bospor.* t. II, p. 240.

XV. *De Commarode et Bacchiis petris et Thermemeria et de portu Pitheci et sinu appellato Pharmacia.*

Fr. 41.

Post Lasthenium, inquit, *Comarodes* [1] *existit, a silva comarorum nominatum, mari fluctuoso verberatum. Post Comarodes consequitur litus editum, asperum, cautesque concavæ ex mari eminentes, quas antiqui Bacchias nominarunt ex eo quod circum ipsas concitato motu fluctus furere et bacchari videntur. Hic Demetrium* [2]*, Philippi ducem exercitus, cum vicissent Byzantii,* Θερμημερίαν *nominarunt locum a re ipsa quæ contigerat; pugnam enim navalem illius diei magna solertia et summo ardore pugnaverant. Sub oram autem prominentem subit et succedit sinus, in quo est portus Pitheci, quem aiunt regem barbarorum hunc locum accolentium Asteropæo* [3] *una cum suis filiis ducem exstitisse trajectionis in Asiam. Huic continens est ora prærupta et præceps; deinde consequitur littus inclinans in sinum nominatum* Εὔδιον Καλόν, *quem circuit littus et mare exiguo spatio contractum* [4]*, ut continens quidem natura exsistat, at aspectu insula esse videatur. Inde statim succedit sinus nuncupatus Pharmacias a Medea Colchide, quæ in hoc loco reposuit pharmacorum arculas. Est autem pulcherrimus et commodissimus ad piscationes, et ad naves appellendas aptissimus. Etenim usque ad marginem littoris profundus a ventisque maxime tutus habetur. Piscium multitudinem ad se allicit. Silvæ autem densæ et profunda nemora omnis generis et prata impendent, velut, arbitror, certante terra cum mari. Ejus circuitus adumbratur silva imminente in mare, per quam mediam in sinum descendit fluvius sine strepitu fluens.*

Pharmaciam locum illum esse, quem nunc Græci appellant Therapiam, paulo infra ostendam quam declaraverim, quo jam nomine appellentur, et quo siti loco sint Pitheci portus et sinus vocatus Εὔδιος Καλός. Hos cum esse constet inter Comarodes et Pharmaciam, subjiciam quale et quantum littus interjectum sit inter Comarodes et Pharmaciam; hoc enim littore cognito percipiemus facile, in qua littoris parte illi positi fuerint. Ab angulo flexus, qui incipit a loco Comarode, secundum oram Bospori præruptam et præcipitem mille et ducentorum passuum processus feci usque ad vallem, quam Græci *Libadion*, id est herbidum locum, appellant; nunc pratensis non est, sed totus vineis consitus; fuisse tamen antea dictitant, ignari λιμένα Πιθήκου traductum fuisse in *Libadion* vulgi consuetudine soliti ea, quæ non intelligit, traducere ad similia sibi nota. Sed vocent Græci jam ut libet, tamen alibi, etiam si nomine careret, esse non posse quam secundum vallem Libadicam, percipio ex eo quod inter Comarodes et Pharmaciam nullus sinus manifestus exsistit nisi Libadicus, leniter curvatus, profundus et portuosus usque fere ad marginem littoris, duobus promontoriis præruptis et præcipitibus interclusus. Sinum intimum attingit ima vallis Libadicæ planities, lata passus circiter ducentos, in qua olim vicum fuisse apparet ex ruinis fundamentorum. Jam explorato perceptoque portu Pitheci, percipiuntur inter Libadicam vallem et Comarodes exstitisse saxa illa et cautes, quas Bacchias appellavit antiquitas; quæ si tot et tantæ nunc non exstant, quantæ traduntur a Dionysio, id attribuendum vel avaritiæ vel

---

Fr. 41, 1. *Comarodes*] Legebatur *Commarodes... commarorum*. De κομάρῳ arbore (*arbuto*) v. Theophrast. Hist. Pl. 1, 15 et 13, 16; Dioscorides 1, 176. Ab eadem arbore fortasse nomen habet Comarus Nicopoleos in Epiro portus. Promontorium quod est prope *Ieni-Koi*, etiam hodie arbutis ex parte consitum esse monet Hammerus l. l., dum Gyllius eo in loco quem Κομαρῶδες a Græcis dici refert, arbores istas non vidit. Ceterum mucro promontorii, inde a quo ad ortum solstitialem ora flectitur, vicum habet *Koi-bachi*, litus vero asperum, et inaccessum, mare denique humile saxisque horrens : adeo ut in hunc mucronis tractum jam cadant Dionysii *cautes Bacchicæ*. Itaque si accurate auctor dixit cautes illas esse *post* Comarodes, consequitur silvam comarorum a promontorio fuisse versus meridiem prope *Ieni-Koi* ejusque rivulum.

2. *Demetrium*] Quinam iste fuerit, nescio. ‖ — 3. *Asteropæo*] Legebatur *a Steropeo*. ‖ — 4. *Quem circuit litus et mare exiguo spatio contractum*] Vix accurate hæc reddidit Gyllius. Sensus fuerit : *qui in aliqua circuitus sui parte oram mari in exiguum spatium contractam habet*. Situm locorum Gyllius bene explicavit. A *Koi-bachi* post duodecim stadia sequitur vallis præruptis montibus intersecta rivoque irrigua, in qua nunc est *Kalender-Kiosky*. Hanc Græci recentiores *Libadion*, a pratis scilicet, vocabant, ad eamque pertinet λιμὴν Πιθήκου. Deinceps per decem fere stadia est ora prærupta usque ad hodiernum *Therapia-Sarai*, ubi recedentes a litore montes planitiem maritimam semicircularem (*Linon*) admittunt, quæ nunc tecta est ædificiis. Olim profundius in terram mare penetrasse per est probabile, sicuti dubium non est quin ponendus ibi sit sinus Εὔδιος καλός; nam claditur lingula, quæ molis in modum excurrit, et objectum habet scopulum. Deinde *statim succedit* hodiernus Therapiæ sinus, olim Pharmacias dictus, in quem exiens fluviolus nunc vocatur *Souk-sou-deresi*. Miror Hammerum, qui, neglecta Dionysii descriptione, Eudien-Calon portum componit cum hodierno *Kalender*, quod in eo maris recessu mare tranquillum esse soleat. Et quamvis nomen turcicum ex eo ductum esse videatur, quod *Kalender* sive monachus mendicus ibi sepultus sit, fieri tamen potuisse censet, ut natum sit ex Καλὸς εὔδιος.

inopiæ hominum, qui, ut exigua impensa servorum ædificent, saxa ex latomiis non eruunt, sed agrestes cautes, non modo cæmentitiis operibus ineptas, sed etiam abhorrentes a calce, ex omnium littorum crepidinibus et præcipitiis exscindunt ad structuram vilium ædificiorum. A valle Libadica littus excelsum et abruptum paulo plus mille passus excurrit ad vallem quam appellant *Linon*, sitam prope sinum Pharmaciam, cujus maritima planities ducentorum et sexaginta passuum latitudinem complet. Olim habitatam fuisse ostendunt permulta ædificiorum fundamenta. Vallem subsequitur promontorium, dividens sinum vallis a sinu Pharmacia, quod in centenum passuum latitudinem suam radicem agit, sub qua exsistit insulula seu potius scopulus in multa saxa divisus, in passuum longitudinem circiter centum sexaginta ab ortu solstitiali ad occasum brumalem porrectus; distat a continente quadraginta passus, circumdatus mari vadoso, genu tenus alto; a Græcis appellatur *Catergo*, hoc est triremis, a similitudine quam præ se gerit triremis. Hoc scopulo et promontorio super scopulum impendente ab occasu solstitiali clausus sinus, sub vallem *Linon* subjectus, ab ortu brumali cinctus promontorio præcipiti et pene directo, ille ipse est quem Dionysius nominat Εὔδιον Καλόν, id quod percipitur cum ordine Anapli Dionysiani, tum situ exiguæ insululæ, qua clauditur. Adeo enim exiguo maris spatio ea separatur a continenti, ut cum natura sit insula, aspectu videatur continens. Temporibus Dionysii insulam non fuisse, sed visam fuisse patet ex ejus verbis, cum ait : littus id, quod claudit sinum Εὔδιον Καλόν, adeo contractum fuisse brevi maris spatio circumdatum, ut cum natura esset continens, aspectu insula videretur. Nunc a continente abscissa est, vel temporis longa vetustate, vel potius hominum opere, omnia saxa vel deformissima in viles ædificationes exscindentium.

Atque ut clarius noscatur sinus Pharmacias esse, quem hodie appellant Therapiam, subjiciam qualis sit. Ab ortu æstivo ad occasum æstivum in passuum longitudinem circiter septingentorum procedit varia latitudine; nam a faucibus ad medium in passus laxatur paulo plus trecentos; a medio ad intimum recessum astringitur in plus minus ducentos; ambitu littoreo amplius mille et quadringentos complectitur. Profundæ altitudinis est a latere pertinente ad septentriones, et navium capax usque ad oram maris; littus meridianum magna ex parte vadosum et præruptum. Undique a ventis tutus est; a meridie quidem excelsis collibus, quorum ultimus efficit promontorium quo sinum Εὔδιον Καλὸν ante dixi sejungi a sinu Therapico; ab omnibus ventis septentrionibus atque solstitialibus illum protegit promontorium peninsulanum, ab una parte freto Bosporico, ex altera clausum sinu, undique proclive, excepta cervice media et mediocri dorso, in quo statuta sunt moletrina vento versatilia; ex eodem paulo ante eminebat turris olim pharus navigantibus, quam a Turcis everti vidi. Promontorii mucro in tria latera declivem radicem in passuum latitudinem agit sexaginta, editur in altitudinem centenum passuum : inde dorsum molliter assurgit. Ab occidente etsi sinus leniter aperitur valle, tamen hæc postquam ab intimo sinu in planitiem centenum pedum processit, in duas dividitur valles objectu collis, qui valles recurvat, ne directi venti deorsum descendant in sinum. Ex altera valle fluvius omni anni tempore perennis defluit in medium sinus recessum. Æstivo tempore exsistit ea magnitudine qua fluvius Leosthenicus. Vidi ejus fontem ab ostio et sinu distantem paulo amplius mille et quadringentos passus. Ab æstivo occasu ad solis ortum similiter æstivum per vallem decurrit angustam, ex qua nascitur, sed non ex summa; nam ea ultra fontem altius assurgit. Jam etsi colles vallesque, sinum Therapicum cingentes, nemorosi non sunt, ut tradit Dionysius eos esse qui claudunt Pharmaciam, sed exculti vineis, et cerasis consiti, aut, ubi hæ desunt, erycis tecti : tamen sinum Pharmaciam alium esse non posse quam Therapicum, cum ex antedictis intelligi potest, tum ex consequentibus locis Anapli Dionysiani, a quibus ad Comarodes nullus sinus est, in quem descendat fluvius aliquis, neque in quem conveniant cetera quæ tradit Dionysius. Nimirum solus inter sinum Leosthenium et Bathycolpon, paulo ultra sinum Therapiæ situm, pulchritudine portus et copia piscium excellit. Quod autem silvæ densæ et profunda nemora non circumsepiunt sinum Therapicum, ut Dionysius scribit circumsepire Pharmaciam, id agricultura accidit, non natura loci. Nam olim cum eodem ex Dionysio noverimus totum sinus Ceratini littus silvis tectum fuisse, nunc a nemoribus nudum, videamusque oram Bospori Asiaticam, sinui Therapico oppositam, nemoribus vestitam : quis dubitat, quin littus Bospori Europæum fuerit nemorosum similiter ut Asiaticum, non ob aliam causam silvestre quam quod abhinc centum annos agricultura vacat, conversum in saltus venationum regiarum? — Sinum Pharmaciam appellavi Therapicum, a vico sito in ejus littore, quem Græci jamdudum nominant Therapiam, ex eo arbitror, quod vulgus Græcorum aliter venenum appellare nescit quam φάρμακον, quod venenatum et expiabile nomen mutarunt in expiatum et salutare, ne nautæ portum optimum detestarentur, exsecrarenturque ut venenum, ut κάθαρμα. Erat enim pharmacum olim tale : si deorum indignatione fames aut pestis aut alia quæpiam calamitas urbem apprehenderet, hominem omnium deformissimum in urbis laborantis expiationem ad victimam ducebant, ipsique pro hostia statuto de manu dabant caseum, offam, ficus; quem tanquam pharmacum ubi septies scyllis

et ramis ficuum agrestium concidissent, igne ex agrestibus lignis facto cremabant, ejusque cineres ad expiandam urbem laborantem projiciebant in mare. Itaque non sine causa commutatum nomen arbitror, etiam intercedente regis decreto, cujus maxime intererat nobilem portum vindicare ab infami nomine. Nam nisi regio jussu, difficile videtur pertinaciter dicacem nautarum nationem abstinere potuisse a tamdiu inveterato nomine mordaci, idque perniciosum acerbumque salutari nomine mitigasse, præsertim mulierum precibus male audientium ob Medeæ cistam ibi depositam, ut male in hunc diem audiunt Thessalæ mulieres ob cistam pharmacorum, quam fugiens Medea abjecit in Thessaliam; neque modo nomine Medeæ, sed etiam re ipsa in hunc diem male audiunt ut pharmacides. Equidem cum perlustrarem Thessaliam, incidissemque in panegyricum totius Græciæ maximum, celebrari quotannis solitum mense Maio apud vicum nuncupatum Moscolurum, non longe distantem a Pharsalia, percontatus sum ab hospite, num essent in Thessalia pharmacides; qui affirmabat nonnullas esse, quæ edere crederentur non minus mirabilia quam illa quæ de Thessalis mulieribus tradit Lucianus.

XVI. *De saxis et cautibus littoris excelsi, prærupti præcipitisque; de Clavibus Ponti; de petra nominata Dicæa.*

Fr. 42.

Pharmaciam, inquit Dionysius, *subsequuntur saxosa littora et præcipitia in mare impendentia, velut visionis flexamina, ex eo quod oculis flexibilem aspectum objiciant. Aperitur enim Pontus* [1] *tectus eminentibus promontoriis, nullo amplius impediente verum aspectum. Quod enim crebro finis esse videtur, idem rursus invenitur principium. Postea maris latentis visio conciliat fidem rei quæ non credebatur. Illa autem saxa et cautes littoris nominarunt* Κλεῖδας καὶ Κλεῖθρα τοῦ Πόντου, *hoc est, Claves et Claustra Ponti. Jam prætergresso Claves aspectus magis quam Ponti adest petra in acutam verticem fastigiata, nucis pineæ similitudinem gerens, quæ Dicæa, id est Justa, nominatur ex eo quod triremibus navigantes in Pontum mercatores apud hanc petram deposuissent aurum, pacti inter se, non prius alterum illud esse sublaturum quam ambo simul ad petram convenirent. Altero pactionem prætergresso, sermo hominum habet aurum delituisse, recusante petra impiam fidem socii perfidi, quousque simul ambo eo convenientes depositum acceperunt; petræ autem præmium remansit hujus justitiæ nomen.*

Quantopere res humanæ inter se differant felicitate memoriæ et posteritatis, cum ex urbibus et libris antea animadverteram, quorum non meliores, sed bonum genium sortiti pervenerunt ad æternam posteritatem, tum nuper consideravi ex petra Dicæa, cujus historia usque ad hanc diem remansit in memoria et sermone Bosporanorum, cum memoria aliorum nominum longe nobiliorum funditus interierit. Nunquam cognovissem petram Dicæam, nisi forte incidissem in sermonem piscatorum de petra in littore sita narrantium historiam quam narrat Dionysius de petra Dicæa, quæ ubi et qualis sit, postea dicam quam ostendero, unde incipiant aperiri claustra Ponti.

Supra littus saxosum et rupibus crebrum, quas velut radices in mare projiciunt clivi prærupti et præcipites, a Therapia progressus sum quingentos passus usque ad vallem quam Græci hodie appellant *Dialithra* [2] corrupte, quasi τὰ Κλεῖθρα. Ab hac valle aperiri incipit Pontus, sensimque latius panditur ulterius pergentibus. Ima hujus vallis planities maritima nunc est plena vineis, olim ædificiis, ut ostendunt rudera non modo parietum, sed etiam columnarum marmorearum. Hanc ipsam vallem mille passus prætergressus exigua semita vix unius hominis capace, transversa inter directos et præcipites clivos eminentes supra littus arduum et saxeum, perveni ad locum appellatum *Brologenem* [3], unde mihi rectus Bospori canalis usque ad Pontum perspiciebatur, et simul tota porta Ponti aperiebatur, atque Pontus ipse tantum patens quantum porta retegebat, longe prospiciebatur recta via petere locum, ubi juxta petram Dicæam subsidebam in clivo, qui in altitudinem circiter centenum passuum ex mari editus erat. Inde paululum recreatus surrexi ad considerandam petram, an esset illa Dicæa, quam describit Dionysius. Circumspexi eam passus circiter sexaginta ambitu complecti, ipse hinc primum lineam rectam per Bosporum in Pontum ducere licet. Fortassis totum litus quod ab hac valle ad *Kiretch bournou* pertinet, τὰ Κλεῖθρα vocabatur.

Fr. 42. 1. *Aperitur enim Pontus*, etc.] Hunc Dionysii locum jam attigit Gyllius p. 8, iterumque de eo agit infra (v. fr. 53 a).

2. *Dialithra*] Nomen hoc etiam nunc in usu est. In tabulis nauticis notatur ad promontorium quod Turci vocant *Kiretch bournou* (i. e. calcarium promontorium) a Therapiæ sinu linea recta sex stadia distans. Gyllius vero Dialithra vallem dici refert a Therapiæ sinu nonnisi 500 passus, sive ne duo quidem stadia, dissitam, ideoque valliculam illam significat prope quam nunc exstat palatium legati gallici.

3. *Brologenem*] Hic locus et Dicæa petra secundum Gyllii mensuras ad *Kiretch bournou* fuerunt. Cf. Hammerus p. 244: « Zwischen *Kiredsch burnu* und *Kefeli-Koi* zeigt sich auf der halben Hœhe des aufsteigenden Felsengestades ein abgerundeter durch seine Gestalt ausgezeichneter grosser Felsen, welcher schon zur Zeit des Dionysius von Byzanz der *gerechte* Stein, πέτρα δικαία, hiess. »

samque dimensus sum a latere supernos clivos suspiciente erigi in altitudinem duodenum pedum, a contrario latere, despiciente mare, dimidio altiorem esse. Cum ex mari suspicitur, similis est nuci pineæ, non modo lateribus, sed etiam vertice in multos mucrones leniter fastigiato, pineorum nucleorum similitudinem gerentes. Quo enim longius remotam prospicis, eo propius accedere videtur ad similitudinem pineæ nucis; nam longo ex intervallo conspicitur; etiam ultra Cyaneas ex Ponto eam assequebar desinere in verticem acutum. In hanc petram cum ascendissem, ex ejus summo vertice vidi foramen in altitudinem concavam deprimi penitus abditam, penetrans latus petræ despiciens ad mare, quod imum velut fundum pertusum fuisse videtur ab hominibus longa auditione opinantibus ex superno foramine aurum penitus abditum fuisse. Jam Bosporani hanc petram nonnulli dicunt esse illam in quam aurum abditum fuit; alii aiunt sub hac ipsa fuisse alteram petram huic similem, sitam in littore, undique mari circumdatam, sed ante paucos annos quam huc venissem a servis Ænobarbi Turcicæ classi præfecti, incitatis auri cupiditate, quam hauserant, ex sermone hominum aurum ibi delitescere, excisam in fragmentaque dissectam fuisse; quam piscatores soliti erant appellare Brologenem, adjunguntque unum ex ejus excisoribus oculum amisisse ex rejectione cæmentorum petræ, nomen justitiæ usque, arbitror, ad interitum retinentis. Verum ut petram exciderint, semper versabitur sermo, illic thesaurum absconditum fuisse, ut longe antea versatum fuisse arbitror quam a Dionysio petra hæc diceretur similitudinem gerere pineæ nucis. Nam, ut quidam scribunt Lampsacum urbem Hellespontiam prius Pityam [4] appellatam ex eo quod Phrixus thesauros hic posuerit (Thraces enim thesaurum πιτύην dicunt), ita petram Dicæam suspicor primum Pityam nominatam fuisse, quam, amissa antiqua cognitione Thracicæ linguæ, posteri, ignorantes Pityam a thesauro nuncupatam fuisse, postea fortasse petram στροβιλοειδῆ dixerunt esse, ex eo quod στρόβιλος sit ἡ πίτυς καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς.

XVII. *De sinu nuncupato profundo; de fluvio ejusdem nominis et Saronis ara; de agro nominato Calo.*

A Dicæa petra littus recedere in sinum incipit introrsus in profundum angulum, qui convertit circumscribitque primum anfractum Bospori; hunc sinum Dionysius appellat Bathycolpon.

Fr. 43.

Prope, inquit, *petram Dicæam nuncupatus* Βαθύκολπος, *is est Sinus profundus, non tam circumscriptione sui intimi recessus perpulcri et in profundam latamque arenam porrecti, quam magna altitudine maris. Clivi enim ardui et præcipites proximi sunt oræ maritimæ. Fluvius in sinum exit, cui idem quod sinui nomen est. Hic existit Saronis* [1] *herois Megarici ara, et jactus piscium sibi idoneo et maturo tempore conferta et continenti natatione primo sursum, deinde deorsum commeantium, maris altitudine deceptorum.*

Hunc Megaricum heroem arbitror esse illum Saronem deum marinum, qui nauticarum rerum scientiæ præesse existimatur, a quo Megaræ vicinus sinus Saronicus appellatur. Cujus ara facilius ut cognoscatur, ubi sita fuerit, et qualis sinus sit nuncupatus Bathycolpos, subjungam littus quod sub petram Dicæam succedit. Qua quingentos passus discedens, imam vallis [2] attigi planitiem, quæ panditur in passuum latitudinem quadraginta, ubi vestigia quædam ædis divæ Euphemiæ spectantur. In littore ultra vallem ducentos passus est fons Euphemiæ sacer, perenni rivulo scaturiens, lateritio opere concameratus. A fonte octingentos passus progressus sum ad petram mari circumdatam, paululum ex aqua exstantem, quam piscatores Trapezam [3] appellant, ex eo quod tanquam mensa plana supra aquam emineat. Ab hac Trapeza brevi decurso spatio est profundæ vallis ima planities, intimum Bathycolpi recessum claudens, montanam finiens oram maritimam, quæ a Comarode incipit pergere ab ortu brumali ad occasum solstitialem, saxea, montosa, in quam impendent ardui clivi, per quos transversos iter fit male tutum obliquis semitis exiguis, valde a littore altis, ex quibus permultis sine præcipiti casu ne transversum quidem pedem discedere licet.

Bathycolpos ad similitudinem quandam anguli normalis accedit, quo Bosporus, prius pergens ad occasum brumalem, flectitur ad ortum hiemalem, normæ similitudinem gerens, non modo alveo, sed etiam utra-

4. *Pityam*] Schol. Apoll. Rhod. 1, 933 : Ἡ Λάμψακος τὸ πρότερον Πιτύεια προσηγορεύετο, ἣν τινες Πιτύαν (Πιτύουσσαν Steph. Byz.) ὀνομάζουσι [διὰ τὸ πιτύων ἔχειν πλῆθος addit St. B. et schol. Hom. Il. 2, 829]. Τινὲς δέ φασιν ὅτι Φρίξος γενόμενος ἐνταῦθα θησαυρὸν ἔθηκεν καὶ ἀπὸ τούτου ἡ πόλις ὠνομάσθη. Θρᾷκες γὰρ τὸν θησαυρὸν πιτύην λέγουσι.

Fr. 43. 1. *Saronis herois Megarici*] De Sarone heroe nautico, qui nomen mari Saronico dedit, v. Aristides t. II, p. 208 ed. Dindf. Cf. proverbium Σάρωνος ναυτικώτερος. Aliam de Sarone isto narrationem habet Eustathius ad Dionys. 422. Cf. St. Byz. et Etym. M. s. v. Σάρων. || — *Jactus piscium*] eo loco fuit ubi etiamnunc est piscatio (*talian* turcice), ad *Kefeli-Koi* et initium meridionale Sinus Profundi (*baie de Bujukdere*, i. e. sinus magnæ vallis). || — 2. Vallis in qua Euphemiæ templi rudera Gyllius vidit, est ad hod. *Agatch-Alty*. || — 3. *Trapeza* ex Gyllii mensuris ad

que ora angulum normalem efficiens inter Bathycolpon et promontorium in contrario littore situm, quod mucrone intus recurvato angulum Bospori interiorem agit. Bathycolpos in exteriorem anguli partem incurvatur. Hic sinus etiam olim appellari potuit *Saronicus*, sive ab ara Saronis in eo statuta, sive a querno nemore [4], quo olim redimitus erat. Saronem enim antiqua Græcia quercum appellabat, unde Saronicus sinus et Saronidæ philosophi [5] Gallorum, alio nomine Druidæ appellati. Aram Saronis jam constat esse in littore Bathycolpi, sed in qua sinus parte, etiam ex verbis Dionysii consequentibus assequimur.

Fr. 44.

Paulo, inquit, *sub promontorio Saronico situs est* Καλὸς ἀγρός; *ob utramque commoditatem terræ et maris a natura nomen habet.*

Usque ad hanc ætatem nomen retinet, senes enim antiqui Καλὸν ἀγρόν, juvenes Καλὸν ἀϐρόν appellant agrum, qui claudit Bathycolpon. Quo cognito percipimus aram Saronis fuisse in promontorio inter Trapezam et maritimam planitiem vallis claudentis intimum recessum Bathycolpi, in quem medium descendit fluvius Bathycolpus, a sinu nomen adeptus, per latam vallem, quam Turci appellant alii Biutere, quasi magnum nemus, alii Biudere (*Bujuk-dereh*), quasi magnum fluvium, quod olim a Græco nomine transtulisse videntur. Græci jam nesciunt ubi sit Bathycolpos, sed Turcico nomine appellant Biudere aut Καλὸν ἀγρόν. Is hodie qualis sit, quantusque fluvius Bathycolpus, ut facilius percipiatur, describam vallem continentem boni agri maximam partem, per quam mediam fluvius Bathycolpos defluit in sinum sui nominis. Hæc ab ortu solis æstivo ad occasum æstivum procedit, cujus ima planities librata patens septingentos passus in latitudinem, primum a mari pergit pratensis in passuum longitudinem circiter octonum millium, cincta utrinque collibus vitiferis et frugiferis; inde insinuatur in multas valliculas nemorosas, ipsa tota nemorosa, circumsepta collibus silvestribus, ubi vagantur greges cervorum et aprorum. In valle intima ac penitus abstrusa sunt regii horti, quos irrigant rivuli perennes ex summa valle in unum alveum coeuntes, altis ripis coercitum et densis arboribus circumvestitum, ut introrsus perspicere nequirem. Itaque fortasse primum Bathys appellatus nomen dedit sinui, sive a profundo alveo sive a profunda valle recedente in profundos saltus excelsis arboribus obscuros, ex valle Bathycolpo longe lateque porrectos ad Pontum usque atque ad fontes Barbysæ et Cydari, agrestium animalium venationibus refertos. Fluvius Bathycolpus exiguam paludem prope ostium efficit, omni anni tempore perennem, etsi ipse summa æstate usque ad mare perennis non fluit, ex eo quod partim in regis hortos, partim in prata consumitur, partim privatur rivo manante ex summa valle desinente in vallem Bathycolpon, derivato opere subterraneo ad usum vici Turcici juxta sinum siti, cui vicinus est alter vicus explicatus in passuum longitudinem circiter duum millium, maxima ex parte a Græcis habitatus. Totus tractus continens hos duos vicos, vallem Bathycolpon collesque impendentes, nunc vulgo Καλὸς ἀγρὸς appellatur, idque recte : abundat enim ex terra frugibus fructibusque, ex mari piscium multitudine, ut nusquam in toto Bosporo piscatio luculentior exerceatur, densis piscium gregibus in hunc sinum aberrantium anniversariis transitionibus, quas quotannis bis factitare solent, primas sursum verno tempore, alteras deorsum ineunte hieme.

XVIII. *De promontorio Simæo; de sinu Scletrina; de aris Apollinis et Matris deorum.*

A Bathycolpi valle trium millium et quadringentorum passuum ora maritima progressionem habet ad vicum, quem etiam nunc Græci nominant Scletrinam, situm in sinu quem a meridie claudit promontorium, sub quo piscatorum speculæ tres in littore defixæ sunt, singulæ duobus tignis constantes in excelsum excitatis quæ intercipiunt et jungunt trabes crebræ immissæ ad facilem ascensum speculatoribus præstandum. Id promontorium Dionysius appellat Simam.

Fr. 45.

Post, inquit, Καλὸν ἀγρὸν *est Simas promontorium et Veneris meretriciæ statua. Simam enim quandam habet hominum sermo valde pulchram et ingeniosam et solertem hunc locum incoluisse* [1].

---

talian sive piscationis locum fuisse debet. ‖ — 4. *A querno nemore*] Plinius 4, 5, 9 : *Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græcia antiquitus appellante quercum*. Hesychius : Σαρωνίδες, πέτραι ἢ αἱ διὰ παλαιότητα κεχηνυῖαι δρύες. Schol. ad Callimach. hymn. in Jov. 22 : Σαρωνίδας] δρῦς, παρὰ τὸ σεσηρότα καὶ συνεστραμμένον τὸν φλοιὸν ἔχειν. Cf. Parthenius Erot. 11, 2. ‖ — 5. *Unde Saronidæ philosophi*] Sic sacerdotes Gallorum appellantur in libris Diodori 5, 31, ubi nunc pro Σαρωνίδαι editores dederunt Δρουίδαι.

Fr. 44. Καλὸς ἀγρός] Quum probabile sit maximam hanc Bospori vallem olim etiam oppidulum habuisse, nescio an huc pertineat Καλλίπολις, quam κατὰ τὸν Ἀνάπλουν esse refert Stephanus Byzantius. Nihil adeo obstat, quominus Callipolis vel in Καλῷ ἀγρῷ vel ad Εὔδιον καλὸν sinum fuerit, modo τὸν Ἀνάπλουν Stephani auctor, sicuti Scylax, usque ad Fanum pertingere statuerit.

Fr. 45.—1. *Simas prom.*] hodie *Mezar-bournou*, i. e. sepulcrorum promontorium, ita dictum a propinquo κοιμητηρίῳ *Sari-jeri* vici. De Simætha præter

De præternavigantibus merere solitam stipendia Veneris hanc primum existimo appellatam Simætham, deinde, ut vulgus contrahere solet nomina, Simam, a Simætha meretrice Megarica, nobilitata amore Alcibiadis et versibus Aristophanis (Acharn. 524), cum inquit:

Πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μέγαράδε
νεανίαι κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι.

Megarenses enim, qui Byzantium coloniam deduxerunt, cum alia Bospori loca nobilitarunt nominibus suorum nobilium civium, tum hoc promontorium illustrarunt sua nobili Simætha, a qua multas postea meretrices Byzantias, ut ab urbe Megara oriundas, appellatas fuisse Simæthas vero proximum videtur. Ad hæc Dionysius adjungit:

Fr. 46.

Promontorium nuncupatum Simam prætergressos excipit Scletrinas sinus, nescio utrum ex asperitate silvestris terræ, anne a flumine in seipsum descendente; atque etiam succedunt aræ Apollinis et Matris deûm, et brevi intervallo ad Pontum navigatio.

Promontorium Simæthicum, a meridie continens Scletrinam sinum, radices maritimas agit in passuum longitudinem quingentorum, a quibus imi clivi eriguntur in ascensum præcipitem trecentorum passuum; inde æquior ascensus exsistit ad verticem, quo vallis Bathycolpica dividitur a valle Scletrina. Hæc quidem a fluminis ostio ab ortuque æstivo proficiscitur in passuum longitudinem circiter duum millium; inde flectitur ad septentriones intervallo duorum plus minus milliarium, cujus ima planities partim pratensis et vitifera, partim cerasis consita, quæ, quantum oculis æstimare potui, non minus patet quam quadringentos latitudinis passus, in longitudinem mille passuum. Inde vallis coarctatur, circumsurgentibus montibus arduis adeoque proclivibus, ut ejus latus meridianum ascendi solitum sit longis anfractibus, vestitum profundis silvis, cervos, apros aliasque feras adumbrantibus, continuatis cum nemore Biutericæ vallis. Latus claudens vallem a septentrionibus præcipites quidem imos clivos habet, superos vero longe remissiores, præsertim ubi metallorum secturæ eminent. Flumen Scletrinas a summa valle oritur, post ex ejus lateribus augetur rivulis cum aliunde manantibus, tum maxime a lateris meridiani clivis continentibus tria monasteria solivagorum hominum, sustentata præcipuo vectigali quod colligitur ex cerasis, inter se parvo intervallo distantia; e quorum fontibus tres rivuli, omni anni tempore perennes in Scletrinam delabuntur, singuli implentes fistulam ferme quincuncialem. Sed etsi multis rivulis pĕrennibus augetur; summa tamen æstate ejus alveus exarescit, ex eo quod alicubi absorbetur terra arenosa et rara in longitudinem quatuor stadiorum; deinde in longitudinem octingentorum passuum exsistit usque ad ostium et vicum Scletrinam secundum mare situm, ubi exiguam paludem cannis plenam efficiens, duobus ostiolis in mare exit, quæ ambo efficerent ea magnitudine fluvium, qua existit Pharmacicus.

XIX. *De Milto promontorio et fano Byzantiorum; de Serapio et templo Phrygiæ deæ.*

A valle Scletrina perrexi mille passus ad vallem nuncupatam *Cerasiam* [1] a cerasis in hujus maritima planitie consitis, patente in ducentorum latitudinem passuum, totam vitiferam. Ab hac progressum feci sexcentorum passuum ad alteram vallem, quæ maritimam planitiem habet non latiorem ducentis passibus, vitium tamen feracem arborumque fructiferarum. Huic valli succrescit promontorium, quod Dionysius appellat Milton [2], jam Græci nominant *Tripition*, nescio a tripode Apollinis, cujus aras Dionysius in sinu Scletrina paulo ante posuit. Mons ipse, qui *Tri-*

Aristophanem vide Athenæum 13 p. 570, A et Lexicographos. Ceterum Gyllii conjectura, quam probat Hammerus, facile caremus, quum Simæ nomen meretrici peraccommodatum sit. Pollux 2, 73 : σιμὸν ὃν εὔχαριν νομίζομεν. Plutarch. Mor. p. 56, D : τὸν σιμὸν καλεῖν εὔχαριν. Amor σιμὸς est et σιμὰ γελᾶν dicitur apud Meleagrum in Anthol. Pal. 5, 177. 178. 179. Hammerus refert inter hodiernos Græcos esse qui putent Σιμᾶς corruptum e Σιμός, idque nomen de promontorio eodem sensu adhibitum esse quo Turci usurpent vocem *bournou* (*nasus*). Hoc saltem constat apud veteres Græcos σιμὰ vocari loca ardua et acclivia.

Fr. 46. *Scletrinas sinus* ad hod. *Sari-jeri* vicum, in valle situm quam de castanearum silva *Kestenesdere* vocant. Idem nomen est fluvio vallem permeanti. Quo pacto Σκληπρίνας nomen a σκληρός voce deduci possit, non video. *Sari-jeri* significat *flavum* vel *rufum locum*. Hammerus rectius dici monet *Sari-jari*, i. e. *flava fissura*. Nomen illud inditum est ob rufum colorem saxorum quæ ferrum et sulphur continent, multasque habent fissuras. Similiter de colore nominatum est quod deinceps a Dionysio memoratur Μίλτον promontorium. ‖ — *et brevi intervallo ad Pontum navigatio*] Hæc sic Dionysius non dixerit.

1. *Cerasiam*] Vallem dicit in qua nunc est *Jeni Mahalle*. ‖ — 2. *Milton*] *Amilton* Gyllius scripsit et h. l. et alibi, nisi quod c. 23 legitur *Smilton*. In ipso tamen Dionysii fragmento 47 scribitur *Milton pr. nominatum a similitudine coloris*. Hudsonus *Milton* etiam *Amilton* dictum esse censet, ut *Mardi* etiam *Amardi*, *Lycus* fl. etiam *Alycus* et similiter alia dicuntur. Promontorium intellige illud cujus in mucrone nunc exstat *Telli Tabia* (*batterie de* 23 *canons*). Ceterum num reapse hoc promontorium μίλτου colorem referat, nescio.

pition promontorium longe in Bosporum emittit, hinc clauditur valle posita contra Fanum Jovis, illinc valle Scletrina, a qua sensim suas maritimas radices projicere et flectere ad solis ortum incipit, ut ejus promontorii mucro et Simæum promontorium efficiant latiorem sinum Scletrinam; inde paulatim ad septentrionem flectitur in vallem Jovis Fano oppositam. Mille et septingentos passus circuitu maris arenosi et vittis quibusdam in vado distincti complectuntur promontorii Milti radices, directæ, præruptæ, præcipites, ut via nulla pateat in littore, sed in clivis arduis semita duntaxat humano opere explanata; quæ non minori complexu maris circumeuntur, nec minus in Bosporum projiciuntur quam radices promontorii Hermæi. Duas angustias illæ efficiunt, unas obliquas ad promontorium Fani Asiatici, alteras rectas ad promontorium Argyronium in littore contrario situm, quas nonnulli piscatores dicunt proxime accedere ad angustias Fani, quod obliquum habet; ac si recta e regione oppositum esset Fano Jovis, angustiæ Fani tribus stadiis astrictiores aut profecto non laxiores essent. Sub promontorium Milton subit vallis opposita Fano Asiæ, dividens collum Fani Europæi ab ipso promontorio Milto, quæ post breve longitudinis intervallum, quo suam imam planitiem mare attingentem explicuit in latitudinem plus minus quadringentorum passuum, coarctatur in duas valles angustas et nemorosas objectu collis intermedii; quarum altera claudit a septentrionibus montem, ex quo projicitur promontorium Milton, altera superiorem collis partem Fani Europæi : nam inferiorem hujus partem claudit planities vallis nondum in duas valles divisæ. Collis hic triplici declivitate propendet, una ad solis ortum, altera ad meridiem, tertia ad occasum, siquidem ipsum a lateribus cingunt valles præcipites et pæne directæ, a fronte vero Bosporus, in quem ille ipse collis demittit dorsum in omnem partem proclive, eminens supra Bospori angustias sitas inter duo Fana inter se quidem opposita et Bosporum in summas angustias cogentia, aliquantum tamen differentia : nam Fanum Asiaticum situm est in promontorio extra ceterum littus Asiæ projecto in Bospori fretum, submittente dorsum ab oriente ad septentriones; at Europæum Fanum positum est in colle emittente dorsum a septentrionibus ad meridiem, impendente quidem in Bosporum, sed non projiciente suas radices extra oram maris antecedentem et consequentem. Nam antecedens longe altius projecta est a vicino promontorio Milto; consequens vero, attingens vallem et radices collis Fani Asiatici, æqualis et par longe cum subsequenti progreditur. In collis clivis vergentibus ad solis ortum et meridiem oppidulum situm fuit, quod Dionysius appellat πολίχνιον, Polybius Serapieum, Strabo Fanum Europæ Byzantiorum, Græci hodie appellant Ἱερὸν Ῥωμελίας, ex eo quod situm sit in ditione Europæa quam nominant Ῥωμελίαν. Illius muri amplius decem stadia circuitu complectuntur, ut patet ex ipsorum fundamentis, quæ anno antequam hæc scriberem, fere tota exstabant, humiliora quidem paulo supra terram, at excelsiora in altitudinem viginti pedum etiamnum eminebant : sed eorum maritimam partem adeo funditus everti vidi, ut ne substructiones quidem reliquerint Muri per clivos sic excurrebant præcipites, ut totum ipsum oppidum valde propenderet, excepta acropoli sita partim in clivis, partim in collis cervice brevi et plana in viginti circiter passus coarctata, utrinque vallibus collem cingentibus. Inde cervix paulatim assurgit in excelsum verticem montis, unde Constantinopolis videtur; in quo quidem vertice veterem pharum fuisse postea ostendam ex Dionysio. Ut enim collis Fani emittit angulum quoquo versus declivem ad suas radices eminentes supra Bosporum, ita oppidum projiciebat mucronem undique proclivem, partim oblique eminentem supra vicum, quem nunc vocant *Bostnicum* a Bostnis eum incolentibus, partim recta impendentem supra angustiarum Bosporicarum portum, quem Græci appellant *Mauram molem* [*Mavromolo*], hoc est *nigram*, a Ponto Euxino proximo, quem Græci jam aliter appellare nesciunt quam mare Nigrum, contra Aristotelem (Probl. 23, 6), qui censet Pontum Euxinum albiorem esse mari Ægæo ob fluminum multitudinem Pontum ingredientium. Sed Græci nautæ magis perspexerunt cœli conditionem quam colorem Ponti. Is enim frequenti caligine circumfundi solet, ut non modo littora vectores, sed ne gubernator quidem in puppi stans proram videre queat. De quo recte Valerius Flaccus :

> Illic umbrosæ semper stant æquore nubes,
> et incerta dies.

Ita enim Cimmerias longe lateque tenebras spargunt in Pontum, ut Constantinopolis interdum caliginibus circumfundatur. Nostrates ex antiqua fama Pontum Euxinum recte vocant *Mare Majus*. « Heroicis enim temporibus simpliciter Ponticum pelagus ut quendam Oceanum arbitrati sunt. Qui illud usque adnavigabant, non aliter in exteriora ingredi maria credebantur, quam qui extra columnas progrediebantur. Quamobrem proprie Pontum appellavere, sicut poetam intelligimus Homerum [3] ». Portus *Mauræ molis* subjectus erat sub Fanum Europæum, portu natu-

3. Hæc translata sunt e Strabone (p. 21) : Ἁπλῶς δὲ οἱ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν ὥσπερ ἄλλον τινὰ Ὠκεανὸν ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς πλέοντας ἐκεῖσε ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν ὥσπερ τοὺς ἔξω Στηλῶν ἐπὶ πολὺ προϊόντας· καὶ γὰρ μέγιστον τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνομίζετο, καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἐξοχὴν ἰδίως πόντον προσηγόρευον, ὡς ποιητὴν Ὅμηρον.

rali carens, qualem habet Fanum Asiaticum. Idcirco Byzantii, cum nollent se invitis quemquam in Pontum navigare, oram sub Byzantiacum Fanum subjectam portu carentem, quo astrictius obsiderent angustias, molibus munierunt, ut earum ex uno brachio, in Bosporum amplius octoginta passus romanos projecto, catena extenderetur usque ad littus Fani Asiatici, ut invitis Fanis nemo navigare posset in Pontum. Itaque adhuc *Commercii Scalas* appellant ruinosas moles etiam nunc exstantes. Illic enim olim portorium persolvebatur. Catena etiam hac ætate asservari dicitur in arce Fani Asiatici. Moles jampridem diminuta erat, sed tamen paulo supra aquam exstabat; at nuper avaritia quorundam barbarorum infinita saxa inde asportata sunt in ædificationes magno damno navigantium, qui jam non vident illius cæca fundamenta sub aqua delitescentia. Sed quid sentiat Dionysius de promontorio Milto, et de oppido Fani Europæi, ipsum loquentem audiamus.

Fr. 47

Post, inquit, *Scletrinam existunt Milton promontorium, nominatum a similitudine coloris, atque contigua domus cujusdam navarchi et littus arduum directumque et præcipitium ad solis ortum inclinatum. Circa autem ipsum est mare tæniis distinctum, et Fanum cunctum contra frontem Fani Asiatici situm. Aiunt hic Jasonem litasse duodecim diis. Hæc Fana sunt oppidula juxta Ponti ostium posita. Est etiam templum deæ, Phrygiæ sacrum illustre et publice cultum.*

Ex his Dionysii verbis cognoscimus etiam tum Fana fuisse oppidula, ut ex vestigiis murorum usque ad hanc diem percipitur. Strabo (p. 820) Fanum Europæum appellat Fanum Byzantiorum, Asiaticum vero Fanum nominat Chalcedoniorum (p. 320. 548. 563), amboque dicit pari intervallo distare a Cyaneis. Polybius (4,39) scribit, cum rediret Jason a Colchis, sacrificasse duodecim diis in loco Fani Asiatici siti contra Serapieum Thraciæ : ex quo patet Serapieum fuisse apud Fanum Europæum. Cujus cum non meminerit Dionysius, videntur Polybius et Dionysius non eadem ætate vixisse. Dii duodecim hi habentur, Jupiter, Juno, Neptunus, Ceres, Mercurius, Vulcanus, Apollo, Diana, Vesta, Mars, Venus, Minerva. Templum Phrygiæ deæ Matris deorum Rheæ nuncupatæ in clivis debuit potius esse quam in maritima planitie, ex eo quod montibus gaudeat, ideoque ὀρεία appelletur et turrita dea, quia olim arces, quibus Rhea patrocinatur, in montibus sitæ essent, ob loci robur. Rheam habentem caput turritum mulieres Cilices et Turcicæ et Mysiæ imitantur, ferentes capitis tegmen turris similitudinem gerens. Itaque illius templum mihi fuisse videtur in his locis, ubi hodie duæ ædes sacræ sunt, altera divi Nicolai, altera divæ Mariæ [4]. Jasonem excitasse aras Rheæ verisimile est, cum duodecim diis in contrario littore excitaret, præsertim Argonautis Rheam maxime venerantibus, ut cujus statuam constituissent in Dindymo monte eminente supra Cyzicum, item aliis locis, ut apud Phasim. Arrianus (Peripl. § 11) ait in sinistro latere Phasim ingredientibus statuam fuisse deæ Phasianæ, quam ipse Arrianus Rheam existimavit fuisse ex figura. Nam manibus gestabat cymbala, et leones sub throno habebat, in quo Rhea sedebat, ut Athenis in æde Matris deorum. Quam a Jasone similiter statutam fuisse colligo ex eo quod Arrianus ait : « In loco, in quo fuit Rheæ ara, fuit etiam ancora lapidea Argûs, qua Jason profectus est ad Colchos. » Illam vero quam statuit apud Bosporum, similem conjicio Phasianæ Rheæ et Dindymenæ : nam Dindymena similiter leones habebat, quam Constantinum Magnum in forum Byzantinum una cum leonibus Zosimus (2,31) tradit traduxisse.

XX. *De Chrysorrhoa fluvio; de secturis metallorum; de pharo antiqua.*

A valle cingente Fani collem amplius mille et sexcentorum passuum ora maritima processum facit ad vallem, in qua summa est ædicula Mariæ virginis, quam vocant Castaniotam a silva castanearum circumvigentium, in qua est fons sacer, perennem etiam summa æstate rivum emittens per vallem angustam et juxta ripas maxima ex parte inaccessam. Hic rivus ille est, de quo Dionysius, postquam commemoravit fanum deæ Phrygiæ, sic ait :

Fr. 48.

Post hæc Chrysorrhoas fluvius per angustam et aditu difficilem vallem a tergo positam delabitur leni fluxu, arenam auro similem deferens. Circa hunc secturæ sunt, et terræ fossiones, et cuniculi acti ad scrutandas metallorum venas, antiquorum virorum operâ scrutantium divitis terræ facultates. Paulo ultra fluvium sunt nuncupata Chalcea, locus vicinus mari fluctuoso quidem, sed tamen piscoso : nominatus est ab ære metallo. In summo vertice collis, secundum quem descendit Chrysorrhoas, existit Timæa, turris admo-

4. *Mariæ*] Fortassis Rheæ templum in Mariæ ædem abiit eodem modo quo Cyzicenum Rheæ fanum, Argonautarum opus, postea Mariæ consecratum est. Ipsos Argonautas ex oraculi jussu id Mariæ dedicare debuisse, sed nominum similitudine deceptos Rheæ dedicasse produnt scriptores Byzantini. V. Joannis Antiocheni fr. 15 ibique notata. De Rheæ templo Byzantino monet Hesychius Milesius p. 149.

dum excelsa, circumspecta[1] *et permulto mari illustris, ad salutem navigantium excitata. Utraque enim Ponti pars caret portubus naves excipientibus. Nam maris insedati et turbulenti littus longum in neutram continentem flexiones habet. Ex hac turre faces ardentes noctu sublatæ perferebantur, rectæ viæ ad Ponti ostium duces. At barbari verarum facium fidem auferebant, prætendentes ex Salmydessi littoribus fraudulentas faces, ut in errorem nautas inducerent, in naufragiaque subducerent. Ora enim maritima importuosa est, et maris vadum ob excessum aquarum ancoris non firmum, et paratum his, qui aberrarunt a recta via, naufragium, signis veris confusis cum falsis significationibus. Jam vero lucernam extinxit tempus omnia consumens, et turrim magna ex parte dissolvit.*

Ex his Dionysii verbis cum cetera Ponti littora assequimur, tum maxime Salmydessi esse importuosa Thracesque naufragiorum deprædationibus maxime deditos esse. Dionysio consentit Xenophon (Anab. 7, 5), cum ait Græcorum exercitum, cujus ipse dux esset, accessisse ad Thraces, qui incolunt Delta regionem sitam supra Byzantium; deinde Salmydessum pervenisse; ad ea littora e mari in brevia et quasi æstuaria quædam impactas naves quamplurimas in Pontum venientes frangi, easque Thraces prædari divisis inter se littoribus, columnarum positione per intervalla erectarum. Nam antequam id fieret, inter eos de præda cædes plurimæ fiebant. Equidem a Bosporo obivi pedibus ad Salmydessum oram Ponti importuosam, longe lateque apertam septentrionibus ventis; in medio itinere vidi locum quem Xenophon appellat Delta, ceteri scriptores Delcon sive Delconem; hodie nominant *Dercon;* id oppidum est, quod ab urbe Byzantio abest iter pedestre unius diei. Ex tribus partibus clauditur lacu dulci, nisi cum tempestatibus mare incitatum exiguo euripo intromittit; a quo piscis δελκανὸς[2] appellatur ab Athenæo commemoratus (Is qualis sit, in nostris piscationibus informabitur). Inde rediens ad Cyaneas, vidi navem nigra caligine Ponti aberrantem ob ostio Bospori in littus importuosum, aquilonibus impulsam, collidi, naufragosque omnes vectores incolumes enatare in littus, Thracesque accolas opem naufragis ferre a prædaque se abstinere, sive olim longa Romani imperii consuetudine mansuefactos, sive nunc coercitos acerba severitate dominantium. Ex antedictis jam liquet, pharum antiquam ostii Pontici non ibi fuisse, ubi nunc est juxta Cyaneas petras, imo longe interius in summo montis emittentis collem Fani vertice, eminente supra vallem, per quam defluit Chrysorrhoas fluvius, unde longe lateque patet Pontus et Bosporus et Propontis et Constantinopolis. Locus enim commodior neque tutior fuisse videtur ad pharum efferendam in altum quam hic omnibus verticibus Bosporanis excelsior, vicinus Fano Europæo sub ipsum subjecto, unde defendi poterat contra barbaros hostes phari, quam prope Fanum olim fuisse Philostratus (Im. 1, 12) significat, atque adeo ostendit expressa pictura, quam sub oculos postea subjiciemus, cum ad Fanum Jovis perveniemus: aut si pharus non extitit in vertice collis eminente supra latus meridianum vallis Chrysorrhoæ, certe eminuit supra latus cingens eamdem vallem a septentrionibus, idque ex his quæ postea affert Dionysius, conjectura assequimur.

Fr. 49.

His, inquit, *ante commemoratis locis proximus succedit Phosphorus locus*[1], *qui vel a Diana vel a vicina antiqua pharo cognomen traxit. Huic adjunctum et continens longum littus vocatum*[2] *Ephesiorum est portus, a multis navibus Ephesiorum huc appulsis.*

Fr. 58. 1. Ad Timæam, φάρον περίοπτον, etiam vicum fuisse qui stationi locum præberet, colligo e Tabula Peutingeriana, in qua *Thimea* (sic) a Sycis duodecim m. p., a Philia viginti m. p. distat. Quæ quidem distantiæ justo minores sunt, quum vel linea recta a Philia ad Sycas ducta longitudinem 32 m. p. excedat. A locis, ubi pharus illa fuit, ad Sycas linea recta circiter 110 stadia computantur, pro quibus Tabula Peut. nonnisi 96 stadia exhibet, scribæ, ut videtur, errore. In regione *Timææ* pharo propinqua urbem condere voluit Argivus quidam quem Hesychius *Timesium* vocat. Ceterum Timæa nomen etiam oppidi erat Bithynici, cujus Ptolemæus meminit.

2. Legebatur *Delcon*. Cf. Hesychius Δέλκος, λίμνη ἰχθυοφόρος περὶ τὴν Θράκην. Athenæus 3, p. 118, B: Εὐθύδημος ἐν τῷ Περὶ ταριχῶν τὸν δελκανόν φησιν ἰχθὺν ὀνομάζεσθαι ἀπὸ Δέλκωνος ποταμοῦ... Δωρίων δ' ἐν τῷ Περὶ ἰχθύων τὸν λεβίαν φησὶ λέγειν τινὰς ὡς ὁ αὐτός ἐστι τῷ δελκανῷ.

Fr. 49. — 1. *Phosphorus locus*] Is fuerit prope *Mauromolo*, ubi postea monasterium erat, de quo v. Hammerus l. l. 2, p. 265. Quemadmodum Dianam Luciferam in Mauram abiisse supra (p. 33) vidimus, similiter noster locus e φωσφόρῳ evaserit μαυρός. ‖ — 2. *vocatum*] Latina laborare videantur, quum *portus* nomen in ipsum litus importuosum non cadat. At ne quid aut in græcis corruptum fuisse aut a Gyllio non recte versum esse putemus, aliis locis impedimur quibus memoratur *litus planum quod vocatur Phrixi portus* (fr. 63) et similiter *litus Pantichium dictum* (fr. 56). Ceterum cf. Hesychius Milesius § 32 p. 152: Κατοιχομένου δὲ τούτου (sc. Πρωτομάχου), Τιμήσιος, ἀνὴρ τῶν ἐν Ἀργείοις γραφέντων, πρῶτον μὲν κατὰ τὸν Εὔξεινον προσαγορευόμενον Πόντον πρὸς τῷ λεγομένῳ Ἐφεσιάτῃ (ἔνθα ποτὲ Ἐφέσιοι ἀποικίας πέμψαντες, καὶ πόλιν οἰκοδομεῖν πειραθέντες, αὖθις τοῦ Βυζαντίου ὑπήκουσαν λογίου·

[Ὄλβιοι, οἳ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσι
ἀκτὴν Θρηικίην στενυγρὸν παρά τε στόμα Πόντου,]

XXI. *De portu Ephesiorum et de Aphrodisio; de portu Lyciorum et de Myrleanorum domicilio.*

Fr. 50.

Post Ephesiorum portum, inquit Dionysius, *est Aphrodisium, formidabili tectum præcipitio. Post hunc est portus Lyciorum; is subarenosum littus et sterile habet, in parvo ambitu valde bonus et firmus tutusque est. Super hoc est Myrlæum domicilium eorum, qui ob seditionem a Myrlæa in exilium projecti huc solum verterunt.*

Cum ex Dionysii descriptione, tum ex his nominibus in hunc diem retentis perspexi Ephesiorum portum esse vel eum, quem Græci jam appellant magnam Aphosiatin (*hodie Bujuk-Limani*), vel eum quem parvum nominant Aphosiatin, vel utrumque angusto promontorio divisum. Græci usque ad hanc diem *Myrelium* appellant sinum quidem parvum, sed portuosum ac primum totius Europæi littoris Bosporici intrantibus ostium Ponti. Quo cognito, intelligo portum Ephesiorum alium esse non posse quam eum, quem vulgo nuncupant Aphosiatin. Nam a promontorio, quod a septentrionibus claudit vallem Chrysorrhoæ, usque ad portum Myrileium nulli portus sunt nisi Aphosiatis magnus et parvus. Hi cujusmodi sint, jam designaturus sum. Littus ferme rectum procedens, quod intercedit inter vallem Chrysorrhoæ et promontorium dividens magnum Aphosiatin a parvo Aphosiate, pedibus obire non potui, propter mare contingens imos montium clivos valde pronos; sed quatenus oculis assequebar, octo stadia superare non videbatur. Promontorium, quod a magno dividit parvum Aphosiatin, inter utrunque portum patet in latitudinem passuum circiter ducentorum. Totum saxeum existit rupibus paululum sinuosis eminens in mare, directis ad perpendiculum more muri, ex ea præsertim parte, quæ attingit parvum Aphosiatin directa, præcisa in semicirculum, in conum velut turris in tectum fastigiata. Ab hoc promontorio paulo amplius mille passus usque ad promontorium ab aquilone claudens magnum Aphosiatin, littus sabulosum procedit in formam arcuatam. In hunc valliculæ etsi desinunt, a ventis tamen non minus tutum ipsum præstant quam colles : non enim dorsum montis penetrant, atque etiam commodiorem descensum in portum præbebant villis, quas olim fuisse in supercilio vallium apparet ex fundamentis ædificiorum, ubi fontes perennes. Promontorium, quo dixi claudi hunc sinum ab aquilonibus, excelsum est, undique præceps et præruptum, et quod pedibus juxta littus circuiri nequit, ter tanto projectius in mare quam promontorium dividens magnum Aphosiatin a parvo Aphosiati. Inter portum magni Aphosiatis et Myrileium sinum intercedunt plus minusve mille et quadringenti passus, quantum metiri potui, incedens in dorso montis per semitas pastorum, densis dumetis implicatas. Nam clivi excelsi a supercilio ad littus præcipitibus rupibus abrupti subsident, ut nulla via pateat. A meridie clauditur promontorio toto saxeo, quod ab exteriori parte habet cavernosas rupes alte sonantes, cum sunt tempestates, ut præternavigantes ignari putent tormentorum bellicorum sonitum esse. Ab interiori parte sinum attingente admittit cavernas, e quibus una longa est plus triginta passus, utrinque præcisa ad perpendiculum, cujus ima depressio tantumdem patet quantum summa labra. In hoc promontorio etiamnum extant vestigia quædam antiquorum ædificiorum, reliquiæ domicilii Myrelei. In Dionysiano codice legendum puto potius *Myrleium* quam *Myreleium* : nusquam enim reperio *Myreleiam*, sed *Myrleiam* [1], urbem Bithyniæ, postea appellatam Apameam. Myrleanus igitur sinus ab occasu insinuatur in vallem, per quam descendit

---

ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν μάρπτουσι θάλασσαν,
ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βοσκοῦσι τὸν αὐτόν.)

ἀντικαταστῆσαι πόλιν ἐπιχειρήσας, καὶ διαμαρτὼν τῆς ἐλπίδος, συνοικίζεται Βυζαντίοις. Eadem Codinus p. 11 ed. Bonn.

Fr. 50. — 1. *Myrlæum... a Myrlæa*] Sic Gyllius h. l. de suo penu scripsit; debebat saltem *Myrleum, a Myrlea*. At infra ipsa Dionysii verba apponit hæc : ἐπ' αὐτῷ [τῷ] λιμένι Λυκίων Μυρίλειόν ἐστι, *ad ipsum portum Lyciorum Myrileum est*. Item in fr. 51 scribitur : *Post Myrileum*, nec non in commentario ad nostrum fragmentum Gyllius modo *Myrileion* modo *Myreleium* exhibet. Quidnam pro *a Myrlæa* Gyllius in codice repererit non liquet. *Myrileion* in *Myrleium* corrigendum esse censet, adeo ut Myrleæ Bithynicæ exules ad Lyciorum portum sedem fixisse putandi sint. Quæ emendandi ratio etsi lenissima est, haud tamen probanda mihi videtur. Videlicet Strabo p. 319 post Phinopolin memorat *Andriacen* ut Salmydesso litori proximam. Hanc vero a Lyciorum portu, cujus Dionysius meminit, non diversam esse nomen testatur: nam Andriacen novimus in Lycia portum et navale Myræ seu Myrorum urbis. Hinc sponte nascitur suspicio aut nomen τῆς κατοικίας, quæ supra portum sita erat, respondisse nomini urbis, cujus in Lycia Andriace erat navale, aut certe portus accolas fuisse Myræos sive Myrenses. Itaque in Dionysio legi debebat : ἐπ' αὐτῷ τῷ λιμένι Λυκίων Μυραίων κατοικία ἐστὶν, οἵτινες διὰ στάσιν Μύρας ἐκπεσόντες δεῦρο μετανέστησαν. E Μυραίων scribæ Byzantini finxerunt Μυρίλειον seu Μυρελαῖον, notissimum iis nomen ob Constantinopolitana Myrelæi monasteria et palatia, de quibus v. Ducangius Const. Chr. l. 4, p. 159 sq. Lyciorum portus situs erat ad hod. *Karybdche-Kalessi*. Fluvius in portum incidens vocatur *Bagl-schewan-deresi*.

1. *Myreleiam sed Myrleiam*] Legebatur : *Myrleiam*

fluvius in sinum, ortus a vertice collis eminentis supra vallem Chrysorrhoæ, in quo dixi antiquam pharum olim fuisse, et a fontibus pergit a meridie ad septentriones, in longitudinem circiter quatuor miliariorum; inde ad orientem procedens circiter octo stadia ingreditur sinum Myrleanum. Omni anni tempore fluit liquidus et clarus, quo factum est, ut sinus hic sæpe a diversis habitatus fuerit, primum a Thracibus Phineo regi subditis, deinde a Lyciis, postremo a Myrleanis, unde sinus appellatus Lyciorum, deinde Myrleanorum. Profundus est et magnarum navium capax, undique fere tutus. Ab ortu solis contra se habet sinum vulgo nominatum Dios sacra; ejus saxa sunt obscure Cyanea, ubi sunt totius Bospori viciniora Ponto. Jam vero ubi fuerit Aphrodisium, quod ex Dionysio ante posui inter portus Ephesiorum et Lyciorum? Id existimo fuisse propius portum Lyciorum quam Ephesiorum. Ut enim Ephesii Dianam colentes verisimile est Dianam Phosphoron posuisse prope portum Bosporanum Ephesiorum dictum : ita Lycios existimo statuisse propre portum sui nominis statuam Veneris, quam cultu eximio prosequebantur, ut Lyciorum reginam, versibus decantatam Procli Lycii philosophi. Prope enim Myrelium formidabilia præcipitia, quorum ima pars subsidet et subducitur, summa projicitur, ut domorum projecta tecta, quibus statua araque Veneris, ut ait Dionysius, tegebatur. Itaque rectius interpretandum putavi Dionysium, cum ait : ἐπ' αὐτῷ [τῷ][2] λιμένι Λυκίων Μυρίλειόν ἐστι, *supra hunc portum Lyciorum est Myrileium*, quam si interpretati fuissemus : *post hunc portum Lyciorum est Myrileium;* nam tum Lyciorum portus esset magnus Aphosiatis, et Aphodisium fuisset in promontorio, quod parvum Aphosiatin a magno dividit : at ibi Aphrodisium non tectum fuisset formidabili præcipitio; illud enim non ab imo subducitur, neque a summo projicitur, sed dirigitur ad perpendiculum.

XXII. *De Gypopoli et de aulis Phinei et Amyci Bebrycis.*

Promontorium, quod a septentrionibus claudit sinum Myrleium, totum saxeum et parum latum existit, ut quod (in passuum longitudinem plus minusve) latitudinem passuum non excedat aliam ducentorum, aliam trecentorum. Ex tribus partibus mari aut flumine circumdatur, a meridie quidem sinu Myrleano et flumine. Illius mucro non latior ducentis passibus cingitur Bospori angusto canali : at ab aquilone jam latioribus primis faucibus Bospori clauditur. Ab hujus quidem promontorii mucrone progressus paulo amplius sexaginta passus, vides ejus latus vergens ad primas Bospori fauces et Pontum rupibus excelsis, præruptis propendere directis a summo promontorii vertice ad imas radices mare attingentes, quæ recessus admittunt parvos, refertos ingentibus saxis, abruptis ex antiqua ruina, desinentes in speluncas prominentibus rupibus tectas, quarum una vergens ad solis ortum in omnes partes patet viginti quinque passus; eam olim arbitror Thracum agrestium latronum domicilium naturale fuisse, priusquam ædificia incolere assuefacti essent. Olim majores speluncas fuisse ostendunt crebra ingentiaque saxa ante speluncas projecta, ab impendentibus ruinosis rupibus abrupta longa temporis vetustate. Nam veteres Thraces ex latrocinio viventes externorum adeo crudeles hostes fuerunt, ut de suo in externos odio cognomen dederint Ponto non modo inhospitalitatis cujusdam, sed perpetui odii sine exceptione omnem peregrinationem præcidentis; ἄξεινον omnes appellarunt, Sophocles ἀπόξεινον, Lycophron κακόξεινον, cum ob ejus navigandi difficultatem, tum ob ejusdem accolas barbaros, qui Bosporum sic clausum tenuerunt, ut poetis materiam dederint fingendi petras Cyaneas inter se concurrisse, easque ante Jasonem unquam apertas fuisse. Hoc interpretari possumus utrinque latrones Bosporum totum olim Cyaneas appellatum accolentes intercepisse navigantes in Pontum, commodioremque juxta Bosporum sedem habere non potuisse ad obsidendas Ponti portas quam hunc locum situm in primis faucibus Bospori, habentem speluncas saxeas naturales, quales tempora illa postulabant, quæ alibi in toto Bospori littore Europæo nullæ aliæ sunt quam hæ, habentes proximum fluvium perennem et potabilem tantumque, quantus nullus longo intervallo reperitur; non Scletrineus, qui propinquior est, non ceteri omnes littoris Europæi majores defluunt in Bosporum. Quamobrem miror Dionysium hunc præteriisse, cum alios minores et toto anno minime perennes haudquaquam præterierit. Hæ rupes suis radicibus ad mare adhærescentes eminent supra mare in longitudinem mille passuum præcisæ, directæ, ubique inter se continentes, excepto exiguo sinu intermedio, ex quo ascenditur in jugum promontorii depressum inter rupes utrinque eminentes multis projectionibus, subsidentesque multis contractionibus in multos vertices fastigiatas, ut castella quædam agrestia præternavigantibus esse videantur, turribus elata, aspectu horrido et plane barbarico. Non uno lapide illæ constare videntur, sed multitudine lapidum inter se compactorum terra Cyanea conversa in saxa fragilia, vetustate inter se cohærentia, Cyaneo quidem colore, sed aliquantum vario; alia enim obscuriora, alia dilutiora[3]. Has rupes, arces Phinei, pulchre describit Dionysius.

---

sed Myrlæam. || — 2. τῷ addidi. || — 3. De natura horum saxorum v. Andreossy l. l. p. 91; Hammer *Constantinopolis u. der Bosporus*, tom. 2, p. 269.

Fr. 51.

Post, inquit, *Myrileum est Licnias, forsitan nominatus sive ex eo, quod ad similitudinem cunarum concavus sit, sive ex eo, quod secundum imas suas partes undique suam projectam eminentiam dilatat. Apud hunc locum est collis saxeus nuncupatus Gypopolis, cognomen adeptus sive ab immanitate Thracica et barbara agrestique (aiunt enim hic habitasse Phineo subjectos crudelitate plurimum eminentes), sive etiam appellatus est Gypopolis ex eo quod vultures frequentes apud hunc locum versari gaudeant.*

Hæc quidem Dionysius. Posset item appellari Gypapolis per alpha ἀπὸ τῶν γυπῶν ἤγουν τῶν σπηλαίων. Num vero hæc an alia quædam vicina fuerit aula illa, decantata quidem scriptis multorum antiquorum, sed recentium omnium ignoratione obscurata, ad quam Phineus Jasonem ceterosque Argonautas excepit : ex his quæ quam mox subjungentur, conjicito. Asclepiades quidem et Didymus narrant Jasonem navigantem ad Colchos, cum venisset ad regionem Bithynorum, exceptum fuisse a Phineo in suam aulam. Sed hæc an fuerit in Asia, an in Europa, dubia videtur ex auctoribus duplicem tradentibus Bithyniam, unam Europæam circa Salmydessum in Thracia constitutam, alteram Asiaticam, Phineumque omnibus Thracibus, etiam Asiaticis [2] nuncupatis Bithynis, imperasse; nec dubium tollunt, scribentes Phineum habitasse circa Salmydessum, Phinopolimque fuisse inter Salmydessum et Cyaneas. Unde quibusdam aula fuisse videtur, in qua Phineus excepit Jasonem, ut mihi etiam videretur, nisi extra Bosporum ab omnibus geographis constitueretur; excepto fortasse Plinio, qui eum (5, 32, 43, § 150) constituere videtur intra Bosporum, cum ait : *Inde fauces primæ, ubi Phinopolis oppidum fuit* [3]. Sed alio loco (4, 11, 18, § 45) secum dissentit, cum oram Thraciam inceptam ab Istri ostiis ad Bosporum persequens narrat *Thyniam, Salmydessum, Deuelton, Phinopolin juxta quam Bosporus; sed a Bosporo sinus Lasthenes;* quo quidem ordine verborum excludit a Bosporo Phinopolin. Quamobrem Phinopolis extra Bosporum sita non fuit aula Phinei, in qua excepit Jasonem Phineus [4]. Nam si usque ad Phinopolim Jason navigasset, jam prætergressus Cyaneas, non necesse habuisset petere consilium a Phineo, qua ratione Cyaneas præteriret. Verum aulam Phinei fuisse juxta Bosporum inter Cyaneas interque aulam Amyci Bebrycum regis, a nemine certius intelligere possumus quam ob Orpheo antiquissimo, qui unus ex Argonautis fuit, a quo omnes didicerunt, si quid veri de aula Phinei scripserunt : verum in qua parte Bospori, intelligere non possumus, nisi prius cognoverimus, ubi fuerit aula Amyci. Utrasque juxta Bosporum, illam in Europa, hanc in Asia fuisse ex Orpheo et Apollonio assequi potuisset Plinius et Hermolaus, si diligenter utrosque perpendisset. Etenim Orpheus ait Argonautas, cum præternavigassent Cyzicum et Rhyndacum, venisse ad Cium, locum situm juxta Propontidem; inde tum solvisse (Arg. 652) :

Αὐτὰρ οἱ μεσάτην ἠὼ φέρον ὠκέες ἵπποι
Ἠελίου, κραιπνὸς δ' ἐξ οὔρεος ἔπνεεν οὖρος,
ἐν δ' ἔπεσ' ἀργενναῖς ὀθόναις. Τῖφυς δ' ἐγεγώνει
νηὸς ἔσω περάαν, θινὸς δ' ἐκ πείσματα λύειν·
οἱ δὲ κυβερνητῆρος ἐφημοσύνῃσι πίθοντο.....
Αὐτὰρ ὑπηῶῖοι λυγρὴν ἐπερήσαμεν αἶαν,
ἔνθ' Ἄμυκος Βεβρύκεσσιν ὑπερφιάλοισιν ἄνασσεν
ὅστε πανομφαίου Ζηνὸς θέμιν οὐκ ἀλεγίζων,

Fr. 51. Licnias quid et ubi fuerit, non satis liquet. Suspicor significari promontorium inter *Karybsche Kalessi* et *Papas bournou* medium; saxosum illud et in mare longe projectum, sed ad imam sui partem meridionalem in planum se expandit, ut habitationi locum concedat A meridie objecta est *Cucnara* insula. Ab ortu in mari est *talian* sive piscationis locus. Hoc si est, Gypopolin ad sequens promontorium *Papas bournou* retulerim; Gyllius eam prope ipsum Lycium portum quærit.

1. *Didymus*] Fortasse legendum est *Antimachus*. Certe in scholiis Apoll. 2, 177 sqq., quæ ante oculos Gyllium habuisse patet, laudantur Ἀσκληπιάδης καὶ Ἀντίμαχος. De Asclepiadis loco v. Fr. H. 3, p. 302. ‖ — 2. *etiam Asiaticis*] *Simul* et in Europæa et in Asiatica Thracia Phineum regnasse nemo, quantum scio, prodidit. Scholiasta Apollonii 2, 181, quem obiter inspexit Gyllius, ita habet : ὅτι δὲ ἦρχεν ὁ Φινεὺς μέχρι τοῦ Βοσπόρου Θρᾳκῶν πάντων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ (εἰσὶ δὲ οὗτοι Βιθυνοί τε καὶ Παφλαγόνες) Φερεκύδης ἐν τῇ ς' φησίν. ‖ — 3. De hoc Plinii loco vide supra p. 10. ‖ — 4. At geographica parum curare solent mythographi. Sic Apollodorus 1, 9, 21 Argonautas Salmydessum venisse, ibique de Symplegadum discrimine a Phineo edoctos esse narrat. Porro Æschylus (Prometh. 728) Salmydessum in Asia ponit, confusis fabulis, quarum aliæ Phineum in Salmydesso Europæ, aliæ in Paphlagonia et Bithynia Asiæ (Pherecyd. fr. 68; Hellanic. fr. 38) regnasse tradiderunt. Sophocles quoque Salmydessum, quem Phinei sedem dicit (Antig. 953), probabiliter in Asia collocavit, siquidem filios Phinei fuisse dicit Parthenium et Crambum (Schol. Ap. Rh. 2, 181), quæ nomina ad fluvium et promontorium Paphlagoniæ pertinent. Gyllii disputatione nihil proficimus. Phinopolis quæ a geographis memoratur, ad Bosporum nihil pertinet, sed in Salmydessi litore posita neque a Philia diversa est. Ex Argonauticorum poetis Orpheus, qui vocatur, Phinei sedem collocat in Bithynia, Apollonius vero in Europæa Bospori parte, ita tamen ut accuratius situm ejus non indicet. Quodsi eum ad Gypopolin Dionysii referre volueris, statuendum foret Argonautas, ut duodecim diis aram struerent, a Phinei stabulis ad Fani locum retro cursum egisse, sed hoc neque prodit poeta, neque eum

ἆθλον ἐπὶ ξείνοισι περικτιόνων ἀνθρώπων,
ὅστις ἐπὶ σταθμοὺς ἠδ' ἀστεμφῆ δόμον ἵξοι,
θήκατο, πυγμαχίης ὑπερόπλου πειρηθῆναι.
Τοῦ μὲν ἄρ' ἠίστωσε βίην κρατερὸς Πολυδεύκης
τύψας ἀπροφάτως κεφαλὴν σκληροῖσιν ἰμᾶσιν.
Λαοὺς δ' αὖ Βεβρύκων Μινύαι χαλκῷ κατένηραν.
Ἔνθα δ' ἀφορμηθέντες, ὑπ' εἰρεσίῃ τε καμόντες,
Βιθυνῶν μέγα ἄστυ πλατείῃ κέλσαμεν ἀκτῇ,
σπεύδοντες προχοαῖς ἠδ' ἐν νιφαργέσιν ὕλαις
ἕσπεροι αὐλισθέντες ἐφοπλίσσαι μέγα δόρπον.
Ἔνθα ποτ' αἰνόγαμος Φινεὺς ὑπερήνορι θυμῷ,
δοιοὺς ἐξαλάωσε γόνους, προβλῆσί τε πέτραις
θηρσὶν ἑλὼρ προὔθηκε γυναιῶν εἵνεκα φίλτρων.

Deinde paulo infra ait (682) :

Αὐτάρ οἱ Φινῆος Ἀγηνορίδαο λιπόντες
αὐλιν, ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης ἐξικόμεσθα
ἀγχοῦ Κυανέαις πέτραις.

et, paucis interjectis, (711) :

Ἀλλ' ὅτε δὴ πορθμοῖο κατὰ στόμα καὶ διὰ πέτρας
Κυανέας ἤμειψε λάλος τρόπις, αὐτίκ' ἄρ' αἵ γε
βυσσόθεν ἐρριζοῦντο, καὶ ἔμπεδον αἰὲν ἔμιμνον.
Οὕτω γὰρ Μοῖραι τάδ' ἐπεκλώσαντο βαρεῖαι.
Καὶ τότε δὴ προφυγόντες ἀδευκέα πήματ' ὀλέθρου,
Ῥηβαίου προχοάς τε, Μέλαιναν θ' ἱκόμεθ' ἀκτήν.

Ex his quidem percipimus aulam Phinei fuisse inter Cyaneas interque aulam Amyci, ad quam Pollux vicit Amycum regem Bebrycum : sed utrum in Europa an in Asia fuerit urbs illa magna, quam dicit esse Bithynorum sitam in lato littore, Orpheus non declarat; nam si legatur (670) :

Ἔνθα δ' ἀφορμηθέντες ὑπ' εἰρεσίῃ τε καμόντες
Βιθυνῶν μέγα ἄστυ πλατείῃ κέλσαμεν ἀκτῇ [5],

videtur ostendere illam fuisse aulam Amyci, ex eo quod Apollonius, poeta quidem Argonauticorum, sed Orphei interpres, aulam Amyci scribit fuisse in lato littore, cum ait (1, 1360) :

Οἱ δὲ χθονὸς εἰςανέχουσαν
ἀκτὴν ἐκ κόλποιο μάλ' εὐρεῖαν ἐσιδέσθαι
φρασσάμενοι, κώπῃσιν ἅμ' ἠελίῳ ἐπέκελσαν.

At potius mihi legendum videtur in Orpheo : ἐνθένδ' ἀφορμηθέντες, ex eo quod ante (662) Orpheus dixit transiisse ad locum :

ἔνθ' Ἄμυκος Βεβρύκεσσι ὑπερφιάλοισιν ἄνασσεν,

ubi Pollux Amycum devicit. Sed tamen etiamnum ex Orpheo dubium videtur, utrum illa magna urbs fuerit in Asia an Europa, itemque an aula Amyci in Europa an Asia, an juxta Bosporum an in Propontide.

Nam Dionysius scriptor orbis (805), post Bithynos postque ostium Ponti ponit Bebrycas. Charon (ap. sch. Apoll. Rh. 2, 2) narrat Lampsacenorum regionem prius appellatam fuisse Bebryciam, unde Tzetzes (Chil. 1, 840) ausus est totum Hellespontum appellare Bebrycium, et totam Propontidem Bebryciam. Sed et Bithynos accolentes Bosporum appellatos fuisse Bebrycas, cum ex Nymphi [6] Heracleota colligitur, tradente Bithynos etiam appellatos fuisse Mygdones et Bebryces (quos Strabo (p. 295. 541) dicit ante Bithynos Mysiam incoluisse, oriundos a Bebrycibus Thraciæ), tum Bithynos Bosporanos nuncupatos fuisse Bebryces liquet ex aula Amyci Bebrycum regis, quam juxta Bosporum in Asia sitam fuisse deprehendo ex Apollonio Orphei interprete, non minus egregio Argonauticorum poeta quam geographo vero, qui postquam narravit, quemadmodum præternavigarint Cyzicum usque ad Cium, deinde subjicit (1, 1358) :

Νηῦν δὲ πανημερίην ἄνεμος φέρε νυκτί τε πάσῃ
λάβρος ἐπιπνείων· ἀτὰρ οὐδ' ἐπὶ τιτθὸν ἄητο
ἠοῦς τελλομένης. Οἱ δὲ χθονὸς εἰσανέχουσαν
ἀκτὴν ἐκ κόλποιο μάλ' εὐρεῖαν ἐσιδέσθαι
φρασσάμενοι, κώπῃσιν ἅμ' ἠελίῳ ἐπέκελσαν.
Ἔνθα δ' ἔσαν σταθμοί τε βοῶν αὐλίς τ' Ἀμύκοιο,
Βεβρύκων βασιλῆος.

Deinde postquam narravit, ut Pollux vicerit Amycum, et lauro coronati Argonautæ cœnaverint, adjungit (2, 164) :

Ἦμος δ' ἠέλιος δροσερὰς ἐπέλαμψε κολῶνας,
ἐκ περάτων ἀνιών, ἤγειρε δὲ μηλοβοτῆρας,
δὴ τότε λυσάμενοι νεάτης ἐκ πείσματα δάφνης...
πνοιῇ δινήεντ' ἀνὰ Βόσπορον ἰθύνοντο.

Post addit, ut toto illo die afflicti tempestatibus fuerint, postridieque pervenerint ad maritimam domum (ἀντιπέρην γαίῃ Βιθυνίδι) Phinei, et quæ Phineus dixerit Argonautis (2, 317, 345) :

Πέτρας μὲν πάμπρωτον, ἀφορμηθέντες ἐμεῖο,
Κυανέας ὄψεσθε δύω ἁλὸς ἐν ξυνοχῇσιν, etc...
... Ἢν δὲ φύγητε
σύνδρομα πετράων ἀσκηθέες ἔνδοθι Πόντου,
αὐτίκα Βιθυνῶν ἐπὶ δεξιὰ γαῖαν ἔχοντες
πλώετε ῥηγμῖνας πεφυλαγμένοι, εἰσόκεν αὖτε
Ῥήβαν ὠκυρόην ποταμὸν σκόπελόν τε Κολώνην [7]
γνάμψαντες νήσου Θυνηίδος ὅρμον ἵκησθε.

Ex his patet aulam Phinei fuisse in Europa juxta Bosporum vicinam Cyaneis, aulamque Amyci fuisse in Bithynia Asiatica : sed an juxta Propontidem, an

---

ita animo rem sibi informasse probabile est. ‖ — 5. Πλατείῃ] sic Gyllius; in nostris libris βαθείῃ legitur. ‖ — 6. *Nymphis.*] Obiter Gyllius inspexit schol. Apoll. Rh. 2, 786, ubi postquam Nymphis de alia re laudatus erat, monetur Apollonium Μυγδόνας (modo ita legendum sit) dicere τοὺς Βέβρυκας ἀπὸ Μυγδόνος βασιλέως.

7. Σκόπελόν τε Κολώνην] Sic Gyllius etiam lib. III, c. 1, ubi denuo idem Apollonii locus laudatur. At in codicibus nostris legitur : ἀκτήν τε Μέλαιναν (hodie *Kara Bouroun*). Colone autem petra memoratur ab Apoll. 2, 650, ubi :

Αἶψα δε τοίγε
Ῥήβαν ὠκυρόην ποταμὸν σκόπελόν τε Κολώνης
Ἄκρην δ' οὐ μετὰ δηθὰ παρεξενέοντο Μέλαιναν.

Iterum Colones mentio fit 2, 789.

juxta Bosporum, conjicere licet ex eo, quod Orpheus dicit Argonautas ex eo solvisse circa meridiem vento secundo. Similiter Apollonius ait ex Cio solventes totum diem et totam noctem secundo vento et copioso vectos fuisse, postridie mane vento cessante remorum vi appulisse navem ad eum locum, ubi esset aula Amyci, ubi Pollux ex provocatione vicit Amycum. Jam vero a meridie ad posterum diem vento secundo usos conficere potuisse amplius centum miliaria existimo ex mea navigatione, qua intra viginti quatuor horas a monte Arganthonio, eminente supra sinum Cioticum, perveni ad Bosporum distantem a Cio plus centum miliaria. Vel ex his verisimile videri posset, aulam Amyci in Bosporo potius quam in Propontide fuisse, etiamsi nulla essent apertiora argumenta ad probandum aulam Amyci esse juxta Bosporum. At alia permulta certiora sunt, quorum cum alia nonnulla ex Apollonio colligere possumus, tum juxta locum, ubi interfectus est Amycus, fuisse νεάτην δάφνην : quam non Apollonium (2, 166) poetice finxisse, sed revera in hoc loco fuisse permagnam, ex Andrœta Tenedio et Apollodoro infra ostendam. Eam posteri appellarunt Laurum Insanam, ubi Plinius dicit fuisse portum Amyci, quem Arrianus appellavit portum Laurus Insanæ, eumque tradit quadraginta stadia distare a Fano Jovis Urii, octoginta ab urbe Byzantio. Ex his manifestum est aulam Amyci fuisse in medio Bosporo, aulamque Phinei fuisse inter medium Bosporum et Cyaneas : sed in quo loco, nunc conjicianus. Vero proximum est, cum Phineus haberet greges boum et ovium equorumque, rexque esset Thraciæ, habitasse prope flumen. A medio Bosporo in Europa ad Cyaneas primus est Pharmacius fluvius, situs contra portum Amyci, in quo non fuisse Phineum, cum excepit Jasonem, Bospori latitudo ostendit, quæ haud excedens miliare, non tenuisset Argonautarum trajectum tantum temporis, quantum Orpheus et Apollonius tradunt consumpsisse ab aula Amyci ad aulam Phinei. Deinceps sequitur Bathycolpus fluvius, ubi aula Phinei fuisse non videtur ex loci intervallo. Ille enim distat a portu Amyci circiter tria miliaria; non enim Argonautæ diem unum consumpsissent in tria miliaria conficienda. Restat ut Scletrinas aut Myrleanus habuerit domum Phinei; sed uter habuerit, ex his quæ mox afferam conjicias. Scletrinas habuisse videtur ex Apollonii versibus, quibus, cum ex hospitio Phinei Argonautæ solvissent, ait (2,531) :

ἐκ δὲ τόθεν μακάρεσσι δυώδεκα δωμήσαντες
βωμὸν ἁλὸς ῥηγμῖνι πέρην, καὶ ἐφ' ἱερὰ θέντες,
νῆα θοὴν εἰςβαινον ἐρεσσέμεν :

hoc est, *in littore ulteriore aram erexerunt*, quod infra ostendam esse in eo loco, ubi est Fanum Jovis Urii, cui domum Phinei propinquam fuisse antedicti Apollonii versus designant. Inde adjungit, ut ex eo loco, ubi Fanum est, solventes navigarunt ad Cyaneas. Promontorium Fani est magis intra Bosporum quam Myrleanus fluvius duobus miliaribus. Itaque si aula Phinei fuit ad Myrleanum, oportuit Argonautas retrocedere duo miliaria. Sed id ferri potest; nam vatis Phinei vaticinio illud templum excitarunt duodecim diis; verisimiliusque videtur aulam Phinei fuisse prope Myrleanum fluvium, ubi fuit Gypopolis, quam prope Scletrinam, ex Orpheo, cum ait Argonautas, postquam reliquissent aulam Phinei, supra magnam undam maris accessisse prope Cyaneas; sed clarius ex Apollonio, apud quem Phineus dimittens Argonautas : « A me, inquit, discedentes quamprimum videbitis Cyaneas », ex quibus oportuit domum Phinei propinquam esse Cyaneis. Adde, quod aulam Phinei dicit Orpheus fuisse ubi excæcavit filios, eosque in petras eminentes projecit. Ex quibus videtur aula Phinei propinquior Myrleano quam Scletrinæ, quod circa Myrleanum rupes sunt eminentes et præcipites, frequentari solitæ vulturibus et corvis milvisque, hoc est, harpyiis rapacibus (In contrario littore est promontorium, quod Dionysius Byzantius appellat Coracium, in hanc diem nomen retinens.); præterea quod nulla pars Bospori quam ea quæ est circa Myrelium et Gypopolim ventos rapidiores habet : venti enim Harpyiæ dicuntur. Homerus (Od. υ, 66 et 77) in synonymia ponit θυέλλας τε καὶ ἁρπυίας ἀντὶ τοῦ καταιγιδώδεις πνοάς· τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ θύειν, ὅ ἐστι μετὰ βίας ἄγειν [1]. Atque ut solemus Harpyias ἁρπακτικοὺς κύνας appellare, ita latrones rapaces Thraces Harpyias vocare possumus. Quodsi Orpheus dicit aulam Phinei fuisse in silvis, nunc quidem nullæ sunt in Myrleano, sed neque item in sinu Pharmacia, cum olim fuisse densa et profunda nemora, ante ex Dionysio acceperimus. Sed de his rebus tam antiquis, quas ne antiqui quidem permulti etiam literarum monimentis clari bene novisse videntur, cuivis curiosius relinquo judicium.

XXIII. *De petra Dotina.*

Fr. 52.

Paulo ultra Gypopolim (inquit Dionysius) *est petra Dotina nominata, non in magnam maris altitudinem abdita, neque supra aquam exstans; naves in ipsam impinguntur. Petræ nomen ironia dissimulantiaque ridet navigantium ignorantiam.* Δωτίνην *vocant Dorienses ab aliis Græcis nominatam* προῖκα. »

Fr. 52. *Dotina*] Cf. Δωτώ nomen Nereidis ap. Hom. Il. 6, 43; Hesiod. Theog. 248; Pausan. 2, 17. Ubinam lateat istud saxum ὕφαλον, nescio.

1. Hæc Gyllius exscripsit e schol. Apoll. Rh. 1, 1016. Cf. Eustathius ad Hom. p. 1414, 38.

Byzantios colonos Megarensium lingua Dorica usos fuisse, cum ex his cognosco, tum magis ex psephismate, quod a Byzantiis decretum in gratiam Atheniensium Demosthenes citat contra Æschinem. « *Dos,* inquit Varro, *erit pecunia, si nuptiarum causa data; hæc Græce* δωτίνη : *ita enim hæc a Siculis nominatur.*

Jam vero ut ab urbe Byzantio ad pharum et Cyaneas pedibus profectus sum secundum littus, ita a pharo similitur pedibus Byzantium reverti, quam proximè ad littus accedere potui. Sed primum a Pharo ad Myrelium non potui, quod littus præceps et præruptum sit, perpetuis rupibus editum in altitudinem plus minusve quadraginta passuum. Supra hoc littus existit planities campestris, colliculis et valliculis distincta, longe lateque patens, sensim assurgens usque ad verticem collis, in quo ante dixi fuisse antiquam pharum. Itaque a pharo ad Chrysorrhoam iter feci per supercilia collium, per desertas pastiones plenas erycis aliisque fruticibus, ubi nihil cultum apparet præter exiguas arationes, non tam iniquitate terræ quam inopia agricolarum. Si qua descensus patet ad littus, ut patet ad Myrelium et ad portum Ephesiorum, statim latæ rupes me impedierunt, ut ex altis littoris crepidinibus mihi sæpe ascendendum fuerit ad circuendas rupes obvias, et per directos et præruptos clivos repere quadrupedis more habui necesse. A Chrysorrhoa juxta littus iter habere potui ad promontorium Milton [2], quod præceps et abruptum non pervium est, nisi in excelsis clivis. Inde ad Bathycolpon juxta Bosporum perrexi. A Bathycolpo ad Comarodes, exceptis vallibus, via non patet in ora maritima, sed angustissima semita habetur in arduis clivis, confragosis et abruptis. A Comarode ad Leosthenium iter confeci fere secundum littus. A Leosthenio ad portum Phidaliæ (excipio valles) via duntaxat patet per altos clivos; a Phidalia ad oppidum nuncupatum Sycas sive Justinianas via patet juxta Bosporum; a Sycis Byzantium trajectus est brevior quatuor stadiis; a quo quidem trajectu appellato Syceno ad finem Bospori planities maritima, Constantinopoleos partem continens, accessum latum largitur etiam quam proxime ad Bosporum.

XXIV. *De Panio promontorio phari et de Cyaneis petris.*

Fr. 53.

Post Dotinam petram, inquit Dionysius, *existit promontorium nuncupatum Panium parallelum Cyaneis, hoc est, quasi par et æmulum contra Cyaneas situm, intercedente medio maris littore; in fine autem promontorii parvæ insulæ, termini Pontici maris, a continente diremptæ parvo maris spatio intermedio, quod nonnisi perlevibus et perparvis navigiis permeari et transiri potest ob mare minime profundum. Sublimes autem Cyaneæ et supra mare elatæ, aspectum gerentes similem* κυανῷ, *sive a terra multiformi, sive ex refractione maris. Supra Cyaneas ara existit Apollinis a Romanis statuta.*

Promontorium Panium totum saxeum nihil aliud est quam isthmus peninsulanus, ex tribus partibus mari circumdatus, ab oriente quidem Bosporo, a septentrionibus sinu Ponti scopuloso, importuoso, patente in longitudinem circiter mille et ducentorum passuum. Ab hujus intimo recessu linea secans promontorii dorsum, hoc est cervicem isthmi, ducta ad Bosporum extenditur in passus septingentos. Clivi a summo mucrone ad cervicem in passuum altitudinem efferuntur circiter mille et ducentorum. Contra Cyaneas emittit duos mucrones totos saxeos. Primus quidem major est, et rectus assurgit in medium promontorium, sub imas radices admittens brevem quendam recessum diuturnis et vehementibus fluctibus excavatum, cavernis et fossulis saxeis plenum, qui exarescit cum est mare tranquillum : cum vero est ventis concitatum, impletur fluctibus; sed cavernæ semper aqua plenæ remanent. Alterum vero mucronem emittit minorem et obliquum, a dorso demissum, velut pollicem porrectum in obliquam manus partem. Is mucro magis meridianus exiguum sinum efficit, admittentem duntaxat scaphas. Littus autem contra Cyaneas situm, intercedens inter utrosque mucrones, longum circiter trecentos passus. In Panii supercilio eminenti supra mucronem majorem exsistit pharus quasi φανός : unde a Græcis hujus ætatis, omnia fere nomina diminuere in άριον solitis, appellatur φανάριον. Turris est octogona, in culmine habens lucernam omnibus noctibus lucentem navigantibus, undique clausam vitreis fenestellis, plumbo, non gypso, compactis, quod ostendit non Turcorum, sed Christianorum opus esse. Ex vertice Panii promontorii quoquo versum vides longe lateque Pontum Euxinum, sicut ex Panio Alexandria olim videbatur. Hac enim ætate spectatur in media Alexandria Panium quoddam manufactum, fastigiatum in acutum verticem, excelsum, colli simile, ex cujus culmine tota undique Alexandria, simulque hinc mare Internum, illinc Mareoticus lacus videtur. Duobus promontoriis Panio et Ancyræo finitur Pontus, incipitque Bosporus. Juxta Ancyræum existunt Cyaneæ Asiaticæ, juxtaque Panium Cyaneæ Europææ, distantes a Panio sibi opposito ab occasu paulo amplius septuaginta passus Romanos. Tantundem enim in latitudinem patet euripus Cyaneas a continente separans, quem vadosum et saxeum nudus transire conatus, de medio cursu revocatus sum. Itaque

2. *Milton*] Legebatur *Smilton*. Cf. supra p. 55.

conscensa scapha per hunc penetrans adverti Cyaneas ab occasu quidem circumnavigari non posse nisi navigiis perparvis ob vadosum euripum, a septentrionibus orienteque circuiri ab omnibus navibus posse. Cyaneæ nihil aliud sunt quam, ut dicuntur, petræ; eas enim nunquam insulas appellant Orpheus, Apollonius, Valerius Flaccus, Herodotus, Dionysius Alexandrinus, sed duntaxat petras nominant. Strabo vero et Dionysius Byzantius vocant insulas magis proprie. Valerius Flaccus nunc scopulos, nunc cautes, nunc rupes nuncupat. Euripides Didymos petras, quæ profecto nihil aliud sunt quam duo scopuli, unus Asiaticus, alter Europæus, divisus in quinque petras una radice nitentes, sed ab imo ad summum rimis divisus : quarum primam pharo viciniorem a petra dividit fissio rimaque alta quinquaginta dodrantes, alicubi patens in latitudinem trium pedum : in qua quidem fissione consistit saxum plaustrici oneris magnitudine, a prima petra gradum atque aditum jaciens ad secundam petram in fissionem projectam ex antiqua ruina, quam summam scopuli verticem edidisse significant circum scopulum permulta abjecta saxa. Primæ quidem petræ jugum in omnes partes patet sexaginta septem dodrantes; secundæ vero dorsum planum, in quo statuta est columna, in dodrantum longitudinem panditur centum et quinquaginta, : in latitudinem vero quinquaginta. Secundam a tertia dividens fissio paulo latior est sexaginta dodrantibus. Tantundem patet fissura tertiam a quarta scjungens. Altitudo totius scopuli, quem dixi divisum in quatuor petras, non excedit octoginta dodrantes. Ambitus superat duo millia dodrantum. Ascensus in hujus jugum non patet nisi uno aditu eoque perangusto, quo quadrupedis in modum irrepitur. Scopulus etsi totus saxeus, tamen ex ejus dorso aliquot frutices enascuntur, ut caprifici, ut pruna agrestia, sed rarissima. Cum sunt maris tempestates, fluctibus obruitur usque adeo ut columna aspersione fluctuum attingatur. Fuit aliquando scopulus integer, nullis rimis scissus, sed saxa circumprojecta ostendunt ruinarum editione scissum fuisse : unde factum est, ut ejus radices multas cavernas et latebras habeant, partim aridas, partim mare admittentes, ubi non modo pisces, sed etiam multi homines delitescere possunt. Quinta petra longe humilior ceteris, fastigiata in duos vertices, exiguo euripo divisos : illius quidem radices sub aqua juxta vadum cum radicibus scopuli, quem jam dixi in quatuor petras divisum, continuantur conjungunturque; sed ab hoc scopulo quadrifido separatur euripo vadoso, pleno ingentibus saxis ex aqua exstantibus, quæ ab ipsis scopulis abrupta esse videntur. Circum hos omnes scopulos similiter ingentia saxa abrupta jacent, euripique vadum intercedentis inter Panium et Cyaneas saxeum et cavernosum introspexi : ut vero proximum videatur Cyaneas olim abruptas a Panio promontorio fuisse similiter toto saxeo. Quare non sine physica ratione, ubi animadvertissent poetæ Cyaneas terræ motu aut temporis vetustate ruinas edidisse et circumfractas esse, finxerunt inter se concurrisse : in quo concursu quid verius esse apparet quam id quod tradit Valerius Flaccus : *Cyaneæ juga præcipites illa remittunt?* Nam revera earum juga ruinis illisa remissiora sunt facta, earundemque moles illisæ. Nam quod Apollonius (2,568) ait de petris Cyaneis :

> Κοῖλαι δὲ σπήλυγγες ὑπὸ σπιλάδας τρηχείας
> κλυζούσης ἁλὸς ἔνδον ἐβόμβεον :

ex ante jam dictis non fictum esse præscimus. Quod autem Cyaneas Asiaticas concurrisse contra Europæas Cyaneas, easque modo clausas, modo apertas videri tradiderint, ex eoque Συνορμάδας[3] et Συμπληγάδας et Πλαγκτὰς appellaverint : non mendacium commenti sunt, sed physicam veritatem expresserunt ex antiquis duabus Cyaneis, hoc est, ex duobus littoribus Bosporum cingentibus, quæ utraque antiquissimis temporibus Symplegades et Planctæ appellatæ sunt, id est, ut Valerius ait, *errantes per altum Cyaneæ*. Illæ redeunt, illæ æquore certant, ex eo, ut ait Eratosthenes (ap. schol. Eurip. Med. 2.), quod angustum fretum et flexuosum multis anfractibus circumseptum navigantibus videtur tum concurrere et congredi, occultari, claudi, tum rursus digredi aperirique : proximo enim accessu aperiuntur, mox digressu rursum delitescunt Cyaneæ.

Fr. 53 a.

Dionysius Byzantius ut Cyaneas constituat insulas esse, tamen omnes Bospori anfractus ait Symplegadas dici posse. *Neque vero*, inquit, *Bosporus directus, sed continuus et parallelis promontoriis fractus; prævertunt enim et tanquam se invicem supplantant et propemodum se decipiunt promontoria prohibentia navigantes ulterius progredi. Unde*, ut ipse ait, *mihi videntur Symplegades nominasse petras, quoniam adnavigantibus modo aperiri, modo claudi videntur, fallente aspectu opinionem : id enim quod videtur finis, statim principium esse apparet.*

Quamobrem magis proprie Bospori anfractibus convenit nomen Symplegadum et Planctarum, quam Cyaneis insulis, quæ traduntur inter se concurrisse, quia, ut Plinius (4, 13, 17) ait, *parvo inter se discretæ intervallo ex adverso intrantibus geminæ cernebantur*

3. Συνορμάδας dixit Simonides, testante Schol. Eurip. Med. 2. Theocritus, 13, 21 Συνδρομάδας dixit. Ceterum de his petris vel insulis omnium notissimis vide quæ congessit Ukert. Geogr. tom. 3, p. 2. ‖ — Fr. 53, a. Cf. supra fr. 42.

tur, paulumque deflexa aeie coeuntium speciem præbebant, id quod non satis probabunt navigantes ex Ponto in Bosporum. Nam Cyaneæ insulæ adeo sunt vicinæ continenti, ut particulæ continentis esse videantur, neque, nisi proxime accesseris, eas a continenti distinxeris. At utrumque latus Bospori intrare volentibus in Bosporum, modo clausum, modo apertum Bospori canalem ostendit, non modo procul ex agitatione navis, modo directa via ad os adnavigantis, modo obliqua, sed etiam proxime, atque adeo intra Bosporum navigantibus crebro claudi et aperiri Bosporus videtur ex crebris promontoriorum flexibus. Recte igitur Frontinus Cyaneas vocat Bosporum. « *Philippus*, inquit, *cum angustias maris, quæ Cyaneæ appellantur, transnavigare propter Atheniensium classem, quæ opportunitatem loci custodiebat, non posset, scripsit Antipatro, Thraciam rebellare, præsidiis, quæ ibi reliquerat, interfectis, ut sequerentur omissis omnibus. Quæ epistolæ ut interciperentur ab hoste, curavit. Athenienses arcana Macedonum accepisse visi, classem abduxerunt. Philippus nullo prohibente angustias freti liberavit*. Sic etiam Cyaneas intelligere videtur fœdus illud illustre, quod Athenienses post pugnas navales percusserunt cum rege Persarum, quæ sic abjecerunt regis animam, ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονιῶν μακρᾷ νηὶ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν (Plutarch. Cimon. c. 13).

Jam etsi ex his, quæ ante dixi de aulis Amyci et Phinei, liqueat Orpheum duas petras Cyaneas non intelligere totum Bosporum aut multiplices anfractus parallelos Bospori : tamen ex eo clare elicere non possumus, an duntaxat intelligat Cyaneas insulas, an etiam utrumque littus circumvicinum Cyaneis. At ex Apollonio, non solum ejus æmulo sed etiam enarratore, assequimur petras Cyaneas aut esse quas insulas diximus, aut rupes et cautes utriusque littoris a Myrleano sinu usque ad Cyaneas. Sic enim Apollonius [2] ait, ubi Argonautæ duodecim diis aram posuissent, in eo promontorio, quod etiamnum Ἱερὸν Græci appellant (2, 536. 549 sqq.) :

.... Γαίης δ' ἀπὸ δίπλοα πείσματ' ἔλυσαν....
Οἳ δ' ὅτε δὴ σκολίοιο πόρου στεινωπὸν ἵκοντο
τρηχείαις σπιλάδεσσιν ἐεργμένον ἀμφοτέρωθεν,
δινήεις δ' ὑπένερθεν ἀνακλύζεσκεν ἰοῦσαν
νῆα ῥόος, πολλὸν δὲ φόβῳ προτέρωσε νέοντο,
ἤδη δὲ σφίσι δοῦπος ἀρασσομένων πετράων
νωλεμὲς οὔατ' ἔβαλλε, βόων δ' ἁλιμυρέες ἀκταί,
Κυάνεαι ἀμυδὶς πάλιν ἀντίαι ἀλλήλῃσιν,
ἄμφω ὁμοῦ ξυνιοῦσαι ἐπέκτυπον. Ὦρτο δὲ πολλὴ
ἅλμη ἀναβρασθεῖσα, νέφος ὥς· αὖε δε πόντος
σμερδαλέον· πάντῃ δὲ περὶ μέγας ἔβρεμεν αἰθήρ.
Κοῖλαι δὲ σπήλυγγες ὑπὸ σπιλάδας τρηχείας
κλυζούσης ἁλὸς ἔνδον ἐβόμβεον.

Ex quibus percipimus Argonautas solventes ex Fano Jovis aliquamdiu navigasse per Bospori flexuosi angustias utrinque asperis cautibus cinctas, jamque sonitum petrarum conflictantium Argonautarum aures vexasse, marina littora mugiisse, Cyaneas inter se concurrentes fremuisse, cavas speluncas sub cautibus mari intus fluctuante resonasse : quæ omnia conveniunt non modo insulis, sed etiam cautibus et rupibus utriusque littoris excurrentis a Cyaneis ad Myrleanum sinum et Coracium promontorium. Ibi enim utrinque excelsæ rupes fluctuum impetu alte resonant, et concurrisse inter se videntur ex ingentibus saxis circum utrumque littus sparsim in mari jacentibus. Jam vero ex antedictis perspicuum est Tzetzem (ad Lyc. 1285), nobilem grammaticum, qui gloriatur se omnibus geographis atque historicis longe melius scire Bosporum Thracium, nescire Cyaneas, non modo quas tradunt geographi historicique, sed ne illas quidem quas poetæ, quorum interpretem se profitetur, commemorant. Sic enim enarrat illos Lycophronis versus :

Πόντος Ἕλλης καὶ πέτραι Συμπληγάδες
Καὶ Σαλμυδησσὸς καὶ κακόξεινος κλύδων | Σκύθαισι γείτων.

« Quas Homerus appellat Planctas, Lycophron Symplegadas petras, Eratosthenes [3] Synormadas, quas dicit apud Pontum Euxinum esse sive circum angustias. Apollonius et Lycophron ipsas quidem dicunt esse Symplegadas, verum Lycophron videtur has ponere inter Chalcedonem et Byzantium, ut videantur esse id quod ab idiotis dicitur Ῥεῦμα ; Apollonius vero [4] videtur apud Pontum Euxinum, sive apud angustia-

1. In fœderis verbis Cyaneas non esse angustias, sed insulas, sicuti Chelidoniæ insulæ sunt, sponte intelligitur. ‖ — 2. *Sic enim Apollonius* etc]. Nihil Apollonius habet unde ejusmodi sententiam eruas. Versus poetæ truncavit Gyllius et de suo immutavit. Nam quod scribit : ἅλμυρέες ἀκταὶ Κυάνεαι, id sic in Apollonio non legitur, apud quem post vocem ἀκταὶ (v. 554) alii novem versus sequuntur, a Gyllio omissi. Deinde poeta pergit : ἡ δὲ (columba) δι' αὐτῶν (τῶν πετρῶν) ἵπτατο· ταὶ δ' ἄμυδις πάλιν ἀντίαι ἀλλήλῃσιν, etc. ‖ —

3. *Eratosthenes*] dicere debebat *Simonides*. Hausit Tzetzes e male inspecto scholio ad Euripid. Med., ubi hæc : τὰς δὲ Συμπληγάδας ὁ Σιμωνίδης Συνορμάδας φησίν. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν Γεωγραφουμένοις φησὶ τὸν πλοῦν στενὸν εἶναι καὶ σκολιὸν, δι' οὗ φαντάζεσθαι τοὺς πλέοντας τὴν ἀπόκλεισιν τῶν πετρῶν.

4. *Apollonius vero* etc.] Hæc in nostris scholiis aliter habent · Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος (4, 786 sqq.) ποτὲ μὲν φαίνεται περὶ τὸν Εὔξεινον Πόντον ἤ τοι τὴν τοῦ Στενοῦ Κλεῖδα λέγων αὐτάς, ποτὲ δὲ ὁμοίως τῷ Λυκόφρονι γράφων·

Πληγάδας ἀξείνους, καὶ ὅπου φοινήια δόρπα.

Qui quidem versus in nostro Apollonio non legitur, sed concinnatus esse videtur e 2, 596, ubi Πληγάσι δινήεις, et 2, 597, ubi πεπέδητο δὲ νηῒα δοῦρα.

rum locum nuncupatam Clavem ipsas statuere, eas similiter ut Lycophron scribens Symplegadas ἀξείνους, quarum una est in Europa apud Byzantium, altera in Asia apud Chalcedonem. Salmydessus vero est mare inter Byzantium et Damalim. Post angustias Bospori et Fanum Jovis est Scythia. » Hæc quidem Tzetzes. At versus Lycophronis, cum nihil dissideant ab Orpheo et ceteris scriptoribus, perverse convertere conatur in sensum ab omnibus auctoribus alienissimum. Non enim his versibus Lycophron dicit Symplegadas esse inter Chalcedonem et Byzantium, ut ipse testatur; neque Apollonius ponit ad Euxinum Pontum, ut Tzetzes ait, neque apud Clavem Ponti, sive eam intelligit quam hodie appellant Κλείδιον, locum vicinum Byzantio, nuncupatum Senem Marinum, sive illas claves, quas Dionysius appellat modo Κλεῖθρα, modo Κλεῖδας, quas ante demonstravimus esse circiter medium Bosporum, prope sinum appellatum Pharmaciam. Sed Apollonius ipse Symplegadas ponit apud partem Bospori, quam modo explicuimus, sic inquiens : Δύω ἅλὸς ἐν ξυνοχῇσι Κυάνεαι πέτραι, hoc est, in primis faucibus Ponti duæ Cyaneæ. Neque ex Lycophrone colligi potest Salmydessum esse inter Byzantium et Damalim, sed ad Pontum eo in loco, quo omnes geographi tradunt; neque post Fanum Jovis esse Scythiam Europæam ex Lycophrone conjectari potest, sed eo in loco, quo ceteri tradunt.

Non modo insulæ Cyaneæ in hunc diem, sed etiam omnes rupes claudentes Bosporum a Cyaneis usque ad Fanum et littora circumvicina Cyaneis spectantur colore cyaneo : aliæ obscuriore, aliæ dilutiore. Planctas Thracicas Homerus velut quadam machina mirabili petras in monstrosam longitudinem jaculante ex freto Thracico jaculatus est in fretum Siculum, fictione architectrice, et quas post Jasonis transitum Orpheus longe ante sempiternis radicibus defixerat in freto Thracio, immobiles in sede Thracica semper mansuras, explantavit, elocavit, transtulit in Siciliam, eas effingens ad similitudinem Symplegadum petrarum Cyanearum, prius ab Orpheo effictarum, aliquid de suo addens. Sed ut Thracicas Cyaneas a Siculis internoscere queamus, subjungam Homericam Siculaarum descriptionem (Od. 12, 59) :

Ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, προτὶ αὐτὰς
κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης.
Πλαγκτὰς δή τοι τάς γε θεοὶ μάκαρες καλέουσιν ...
Οἱ δὲ δύω σκόπελοι· ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει
ὀξείῃ κορυφῇ, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκεν
κυανέη· τὸ μὲν οὔποτ' ἐρώει, οὐδέ ποτ' αἴθρη
κείνου ἔχει κορυφὴν, οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρῃ·
οὐδὲ μὲν ἀμβαίη βροτὸς ἀνὴρ, οὐ καταβαίη,
οὔδ' εἰ οἱ χεῖρες τε ἐείκοσι καὶ πόδες εἶεν.
Πέτρη γὰρ λίς ἐστι περιξεστῇ εἰκυῖα·
μέσσῳ δ' ἐν σκοπέλῳ ἐστὶ σπέος ἠεροειδὲς,
πρὸς ζόφον εἰς ἔρεβος τετραμμένον.

Deinde ut descripsit Scyllam esse in hoc scopulo, adjungit (12, 101) :

Τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει, Ὀδυσσεῦ,
πλησίον ἀλλήλων ..
τῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.

Hæc omnia non conveniunt Thracii Bospori Cyaneis. Nam Homerus poëtice alterum auget scopulorum illorum; attingere cœlum acuto vertice adumbrato perenni nube, illumque ascendi non posse tradit. At Cyaneæ insulæ Thracicæ ascendi possunt; littora vero circumvicina, sic Cyaneæ petræ sunt existimandæ, nullis pedibus nullisque manibus ascendi possunt. Nam quod dicit in illo scopulo speluncam esse ex parte occidentis, in quam abduntur Scyllæ pisces, Bospori Cyaneæ insulæ speluncas quidem habent, sed ex parte orientis et meridiei, in quas subeunt pisces etiam delphini; at canes charcariæ, qui lamiæ et scyllæ nominantur, illuc non subeunt, propterea quod Pontus Euxinus feris piscibus frequentari non solet, nisi delphinis et phocænis; vidi tamen canem charcariam omnium maximum, quos unquam viderim, captum apud muros Byzantii; sed is adeo rarus illic videtur, ut tanquam monstrum spectaretur, a nulloque piscatore cognosceretur.

Vestigia aræ Apollinis, quam Dionysius tradit Romanos statuisse supra Cyaneas, nulla jam exstant, nisi scrobiculi seu fossulæ excavatæ in petræ secundæ vertice, ubi etiamnum exstat columna marmorea, cujus basis, in qua inscriptio continens nomen C. Cæsaris incisa litteris Latinis exesa est temporis vetustate. Existit marmoris candidissimi alta circiter sex dodrantes et sex digitos, cujus perimeter complectitur novem pedes et semissem mediam. Basim cingit vitta laureata flexuosa, modo sursum versus, modo deorsum. Ex medio flexus quadruplicis vertice appensum est caput bubulum; in medio aliorum quattuor flexuum incisi sunt circuli, in quorum uno est effigies quadrupedis, in altero solis imago, in tertio radiorum decussis, in quarto vergente ad aquilonem nihil expressum est. Columnæ [4] scapus non respondet magnitudini spiræ; nempe illius perimeter sex pedes circumplectitur; summus scapus habet apophygem et astragalum partim exesum; capitulum tamen Corinthium integrum existit. Basim existimo reliquias aræ Apollinis, cum ex vittis laureatis, tum ex candore marmoris (aræ enim solitæ erant fieri ex marmore candido); quæ non facta videtur ad hanc columnam sustinendam, sed ex aræ eversæ reliquiis iterum hanc excitasse barbaros puto in honorem Cæsaris, similiter, ut Arrianus (Peripl. Pont. Eux. § 1) scribit Trapezuntios Adriani statuam statuisse ex marmore aspero factam, inscriptionemque depravate incidisse.

4. Columnam hanc vulgo *Pompeii* dici nemo nescit.

LIBER TERTIUS.

De scopulo nuncupato Colone et de Rheba flumine.

Huc usque de littore Bospori Europæo et de Cyaneis Europæis, quas, priusquam nactus essem Anaplum Dionysii, præceperam ex Strabone tradente Cyaneas petras esse duas insululas in Ponti ostio sitas, alteras vicinas Europæ continenti, alteras Asiæ. Europæas facile deprehenderam ex eo quod solæ sint in longissimo tractu littoris Thracici : at Asiaticas cognitu longe difficiliores expertus eram, ob multitudinem scopulorum : quos cum ex vertice Cyanearum Europæarum intuerer, discernere a continenti non poteram nisi duos Cyaneis Europæis oppositos ab ortu æquinoctiali, distantes circiter sexaginta stadia. Eos igitur propius ut explorarem, adnavigare aggressus, repentina maris tempestate ex medio cursu rejectus sum ad Fanum Jovis, unde pedibus per saltus desertos et male fidos accessi ad ipsos scopulos mihi ex vertice Cyanearum ante prospectos, quorum alterum situm ultra Rhebam [1] amnem circiter tria miliaria Græci hujus ætatis nominant *Atroparion* : alterum situm inter Rhebam et Bosporum appellant *Crommyon;* is mihi potius Cyanea Asiatica videbatur ex Orpheo et Apollonio, tradentibus statim post Cyaneas Rhebam fluere in Pontum : sed quod esset ultra promontorium, quod fauces Bospori stringere incipit, mihi nonnullam dubitationem afferebat : verum eam extenuabat Dionysius orbis conscriptor, cum ait (795) : Ῥήβας ὃς Πόντοιο παρὰ στομάτεσσιν ὀδεύει, quod παρὰ interpretarer *apud*, non autem *prope*, ut interpretandum esse postea cognovi. Quamobrem diligenter hunc scopulum [2] considerare cœperam. Obrotundus est et similis τῷ χρομμύῳ, cujus ex forma piscatores putant appellatum. Ambitu quattuor circiter stadia complectitur. Fastigium planum habet sensim in clivos devexum, latera undique saxea, ab oriente quidem et septentrionibus prærupta et directa, ut ascendi nequeant, at ex meridie et occasu mitiora et quæ ascensui pateant, denique totus saxeus est, etsi jugum herbas habet, in quo vestigia videntur antiquorum ædificiorum. Cum est magna maris tempestas, undique mari clauditur, et a continenti separatur eurípo centum sexaginta passuum; cum est tranquillitas, eurípus exsiccatur et velut cervix fit, qua adnectitur continenti, tota sabulosa, larga octoginta passus, longa centum sexaginta; inde ora maritima plana et sabulosa, apta panagris retibus, longa paulo amplius duobus miliaribus excurrit usque ad promontorium, quo littus tendens ad occasum ferme æquinoctialem, flectitur ad occasum brumalem. Ubi hunc scopulum ita explorassem, profectus sum ad Rhebam, ut viderem amnem nobilitatum a tot antiquis nobilibus scriptoribus. Is enim a Dionysio Alexandrino Rhebas nominatur, ab Orpheo (716) Rhebæus, ab Apollonio Rhodio nunc Rhebas (2, 349. 650), nunc (2, 789) Rhebæus appellatur [3], jam a Græcis etiam agrestibus vocatur Ῥήβας, quem Arrianus (Peripl. § 17) tradit distare a fano Jovis Urii nonaginta stadia. Nonne aversus a Musis essem, si instituto nostro operi tam vicinum fluvium præterirem, quem prætermissis majoribus fluminibus tot illustres scriptores honorifice commemorarunt? Dionysius (794) quidem scribit ejus aquam amabilem et pulcherrimam esse. Nomen ejus tribus versibus continuis ter repetit, velut esset amnis magno sermone dignus, cum sit parvus, cujus ostium parva duntaxat navigia in statione admittit. Non longe ab ejus fonte rex Otomanus hortos diligenter cultos habet. Oritur Rhebas in Bithynia inter Pontum Euxinum et Propontidem. Itaque fit, ut nisi expertus essem in multis Eustathium nihil solere scribere de suo, sed ex alienis auctoribus, valde mirarer, unde acceperit Rhebam manare ab Olympo Mysio, cum inter fontem Rhebæ et Olympum duo Propontidis sinus intercedant, nimirum Astacenus et Cioticus, neque eos sinus circuire vidi. Nam ab intimo sinu Astaceno per planitiem utrinque montibus clausam profectus ad Sangarium, nullum inveni amnem ab Olympo ad Pontum penetrare, neque inter Cioticum sinum et lacum Ascanium, quem hodie Nicænum appellant, altissimis intercedentibus montibus, nullis vallibus a Ponto ad Olympum penetrantibus præter eam, per quam delabitur Sangarius. Sed quid longinqua repeto, cum Rhebæ fons non multa miliaria distet a suo ostio. Jam Rheba et scopulo Crommyo perlustratis conjectabam Crommyon esse Cyaneam Asiaticam, cum nondum ullum alium ex Europa intuens scopulum Asiaticum deprehendissem mari circumdatum. Sed Apollonius, Argonauticæ profectionis verus explicator, meam conjecturam infirmavit, introducens Phineum alloquentem Argonautas. Ita enim inquit Phineus, (2, 317. 345) :

> Πέτρας μὲν πάμπρωτον, ἀφορμηθέντες ἐμεῖο,
> Κυανέας ὄψεσθε δύω ἁλὸς ἐν ξυνοχῇσιν...

1 *Rhebam*] Legebatur h. l. et alibi *Rhebantem*.

2. *Hunc scopulum*] V. Andreossy l. l. p. 96, 105, 308; Hammer l. l. 2, d. 277. Κολώνη scopulus, nunc Κρόμμυον, ad occiduam partem parvi recessus, quem Rhebæ ostium efficit, situs est, nec modo conformatione sua memorabilis est, sed eo etiam, quod saxi natura a litoris rupibus differt. Hæ enim quum sint e vario lapide conglomeratæ, scopulus ille e puro puto phonolitho, quem vocant, constat. Humum nonnisi in fissuris habet, in quibus *Belbin minorem*, *Alceam vulgarem*, *Seselin* et *Staticem tataricam* florentes vidit Andreossyus. Olim scopulus insula fuit, nunc arenarum isthmo junctus est continenti.

3. *Rhebas*] Adde quod Plinius 6, 1, 1 notat : *Rhebam, quem nonnulli Rhesum dicunt*.

... ἦν δὲ φύγητε
σύνδρομα πετράων ἀσκηθέες ἔνδοθι Πόντου,
αὐτίκα Βιθυνῶν ἐπὶ δεξιὰ γαῖαν ἔχοντες
πλώετε ῥηγμῖνας πεφυλαγμένοι, εἰσόκεν αὖτε
Ῥήβαν ὠκυρόην ποταμὸν, σκόπελόν τε Κολώνης [4]
γνάμψαντες νήσου Θυνηίδος ὅρμον ἵκησθε.

Idem paulo infra narrans, ut Hercules superavit Mygdones [5] a Billæo flumine ad Rhebæum flumen, sic ait (2, 789):

Ἔστ' ἐπὶ Ῥηβαίου προχοὰς σκόπελόν τε Κολώνης [6]

Ex quibus perspexi Colonen esse scopulum, quem corrupte vulgo appellant Crommyon, quasi Colonen, scopulum vere κολωνοειδῆ. Præterea circa Lycum flumen est promontorium nuncupatum Κολώνη, sed a Rheba longissimum, cujus meminit Nymphis (ap. schol. Apoll. 2, 649) in tractatu suo de Heraclea Pontica. Cum igitur ex Apollonio viderem a Bosporo navigantibus ad Rhebam Colonen esse in aperto mari post Cyaneas, quas in angusto idem ostio ponit, conscendi lembum, paratus scrutari totum littus usque ad Fanum Jovis; sed iterum improvisæ tempestates sævire cœperunt, ut Harpyiæ immissæ viderentur, nescio quo fato nolentes Cyaneas mihi aperiri, at adeo furiose, ut aliquot remis amissis lembi, qui agebatur circiter viginti juvenibus regiis servis redeuntibus ex regio horto, quem ante dixi situm esse prope fontem Rhebantis, crebra et lamentabili voce Dei nomen exclamantibus, inundatus et omnia passus, quæ ad Cyaneas Argonautæ passi traduntur, vehementioreque metu affectus, ut qui carerem Typhi gubernatore et Minerva directrice Argûs et Phineo vate (Remiges enim peritiores erant plantandi olera quam dirigendi navigium; ego nullo Phineo præmonitus illuc accesseram comite Turco imperito non modo maris, sed etiam itineris redeundi eo unde veneramus), redire coactus sim ad Rhebam, tumque præteriens scopulum Coloneum timide aspicerem undique fluctibus tempestatis circumdari, fluctusque usque ad verticem Colonei scopuli exilire. Itaque ad Rhebam reversi, in littore frigido pernoctavimus madidi, non sine metu non modo barbarorum vicinorum, sed etiam servorum regiorum, quos præmiis adduxeram ad mare conscendendum, ne quid irati tentarent; sed pecunias quot habebam, dedi, ut ὀξύγαλα, quod illic in littore agresti solum inveniebatur, emerent, quo permulsi placatique iram continuerunt. Postridie mane cum nondum insanire desinerent tempestates, pedibus redii ad Fanum Jovis, inde Byzantium. Post vero aliquot dies, cum mare tranquillum esset, rursus navigavi ad Fanum, a quo usque ad Rhebam totam oram maritimam perscrutatus, inter scopulum Coloneum et Fanum deprehendi scopulos mari circumdatos circiter quinque, quorum proximum promontorio, quo littus, stringens latum pelagus in angustum fretum Bospori, tendens ad aquilonem flectitur ad ortum fere æquinoctialem, jam priusquam incidissem in Anaplum Dionysii, judicaveram esse Cyaneam Asiaticam; sed falso, si recte scribit Dionysius hunc scopulum appellari Pyrgon Medeæ. Hunc meum longum et laboriosum errorem, quo diu erraveram cum errantibus Cyaneis, profiteri volui, ne quis seducatur scopulo Coloneo mihi quidem molesto, sed fortasse futuro cuipiam jucundo ob Colonæ et Rhebæ cognitionem : quibus cognitis facilius Cyaneæ initiumque Bospori cognoscuntur, comite tamen Dionysio Byzantio, sine quo difficilius cuivis est Bosporum aperire quam Jasoni sine Phineo. Quare ad Dionysium redeo, quem reliqui apud Cyaneas Europæas.

II. *De promontorio Ancyræo et de ancora Iasonis.*

Fr. 54.

A Cyaneis, inquit Dionysius, *ad orientem multus Pontus patet in terminum aspectu incomprehenso et non percepto oculis vastum. Visionis nescio majorne voluptas an admiratio. A meridie autem est promontorium claudens pulcrum Ponti ostium, et magnum pelagus et apertum astringens in fretum angustum. Ex Cyaneis Europæis trajicienti in Asiam primum quidem est promontorium nuncupatum Ancyræum : ab hoc enim aiunt lapideam ancoram accepisse navigantes cum Iasone vatis admonitu, eidemque promontorio nomen dedisse Ancyræum.*

Quam illustris fuerit Jasonis navigatio, tum permultis aliis nobilissimis orbis terrarum monumentis expressum attestatumque habetur, tum ancoris ad

4. Σκόπελόν τε Κολώνης] Hoc loco in nostris Apollonii codicibus hæc verba non leguntur. Vide not. ad p. 62.

5. *Mygdones*] Secundum nostros Apollonii libros Hercules Phryges, nullos vero Mygdones subegit. Fuisse tamen qui (2, 789) pro καὶ Φρύγας legerent Μύγδονας, testatur scholiasta, addens hanc lectionem, si quis probandam duxerit, ita esse explicandam ut aut Mygdonum voce Bebryces designentur, quorum rex Mygdon fuerit, aut Apollonius se addixerit Mœridi (ignoto nobis auctori, nisi fort. legendum est Nymphidi), qui Mygdones ab Hercule subactos esse prodiderit.

6. Adde Apollon. Rhod. 2, 649, ad quem locum scholiasta vocem Κολώνην explicat verbis : τὸν πρὸ τοῦ Ῥήβα σκόπελον κολωνοειδῆ ὄντα (Cf. Hesychius : Κολώνη· τόπος ὑψηλός, ἐπανάστημα γῆς βουνοειδές). Quod vero addit : Κολώνη δὲ ἄκρα οὕτω καλουμένη περὶ τὸν Λύκον ποταμόν· μέμνηται αὐτῆς Νύμφις ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ Περὶ Ἡρακλείας, ad aliam Colonen pertinere debet, siquidem Lycus fluvius prope Heracleam exit.

omnem posteritatem illustrissimis, quæ etsi lapideæ sempiternam memoriam reliquerunt non modo iis locis, ubi vetustæ relictæ sunt, sed etiam illis, unde novæ acceptæ fuerant; cujusmodi hæc quæ promontorio Ancyræo nomen imposuit ex eo, quod hinc sumpta fuerit. Mihi quidem certe veterem, quam ex Cyzico sumpserant, in promontorio Ancyræo relictam fuisse nomenque loco peperisse verisimilius videtur quam novam, quæ a poetis duntaxat sumpta fuisse a Cyzico, relicta vero Cyzici exesa temporis vetustate celebratur, ut ab Apollonio (1, 955) tradente ancoram lapideam propter vetustatem mari corrosam solventes ex portu Cyziceno Argonautas reliquisse in Artacio fonte, atque alteram sumpsisse, Milesiosque ex Attica in Cariam et Phrygiam coloniam deducentes ex fonte Artacio tollentes consecrasse et dedicasse templo Cyziceno Iasoniæ Minervæ de qua Plinius (36, 23) : *Eadem in oppido* (Cyzici), inquit, *est lapis fugitivus appellatus; Argonautæ eo pro ancora usi reliquerant ibi. Hunc e Prytaneo* (*ita vocatur locus*) *sæpe profugum vinxere plumbo*. Hunc ipsum arbitror aut huic similem illum quem tradit Dionysius fuisse Byzantii. *Paulo*, inquit, *supra mucronem promontorii Bospori, in quo Byzantium situm est, ara Minervæ Ecbasiæ existit in loco, ad quem egressi coloniæ deductores confestim pugnarunt, tanquam pro patrio solo* (V. fr. 8). Idem Dionysius (fr. 9) addit *prope templum Minervæ Ecbasiæ fuisse lapidem in mare eminentem, quem Byzantinis in locum ornatiorem supra stadium transferri conantibus non permisisse se transferri, sive quod amaret locum mari vicinum, sive quia ostenderet parvi momenti esse pietati divitias*. Hic lapis ut fuit Byzantii prope aram Minervæ Ecbasiæ, ita ille Cyzici prope templum Apollinis Ecbasii. Cum enim Argonautæ extra urbem appulsi essent, Cyzicenorum invitatu navem appulerunt in portum urbis interiorem, ubi Argonautæ Apollini Ecbasio aram erexerunt a navis egressu in Dolioniam : id templum Deilochus (*ap. schol. Apoll.* 1, 966) appellat non Ecbasii, sed Iasonii Apollinis. Jam vero ancoram, quam tradit Argonautas accepisse a promontorio Bospori Ancyræo, existimo eam esse, quam Argonautæ reliquerant ad Phasim, de quo Arrianus (Peripl. § 11) : « Phasim, inquit, ingredientibus in sinistra parte demonstratur ancora Argûs navis ferrea, quæ non mihi videtur antiqua, etsi ejus magnitudo non est eadem, quæ nunc est ancorarum, et figura aliquo modo immutata est : tamen recentior esse videtur ætate Argonautarum. At lapideæ alterius ancoræ fragmenta antiqua monstrantur, quæ potius conjicio reliquias esse illius ancoræ Argonauticæ. » Hæc quidem Arrianus. Unde autem colligam reliquias ancoræ Phasianæ esse illius, quam sumpserunt a promontorio Ancyræo Bospori? Profecto non aliunde quam a nobilitate scriptorum : qui si inter promontorium Ancyræum et Phasim commemorassent Iasonem ancoram vel accepisse vel reliquisse, non defuisset posteris locus celebratus nomine ancoræ Iasoniæ, ut non defuit quercui Marianæ, poetæ ingenio satæ, quam, ut Cicero ait, cum tempestas vetustasve consumpserit, tamen erit in his locis quercus, quam Marianam vocabunt. Ancoras Iasonis quamvis vetustas consumpsit, tamen litterarum monumentis et locorum permanent. Jam sinum, quem claudit promontorium Ancyræum, vulgus Græcorum appellat ἁγίου Σιδήρου, ex eo fortasse, quod ibi aliquando fuit ædes divi Sideri, quem nautæ venerantur, ut sacram ancoram, quam idem vulgus appellat σίδηρον.

Antiquissimis heroicarum ætatum temporibus usos ancoris lapideis fuisse incredibile videri non debet, cum nostra ætate multæ nationes, non modo in ultimis terris nuper cognitis sitæ, sed etiam in recessu intimo Arsinoitico sinus Arabici, non modo ancoris lapideis Arabes Æthiopesque, sed etiam navibus omnis ferri expertibus navigent, quas (cum essem in portu quem Arabes nunc vocant *Tor*, Græci vero *Rhaïthon*, coloniam Rhaïthinorum populorum Felicis Arabiæ, distantem a monte Sinæo iter circiter duum dierum) perspexi onustas divitiis Arabicis, nullis clavis ferreis compactas, sed tabularum conjunctissimis commissuris, colligatas funiculis, rhesinaque imbutas odorata, quam ex arbore thurifera manare aiebant, totamque navem ex uno genere arboris factam esse, ex qua nascitur nux indica, nimirum omnia membra navis, atque adeo armamenta, ut funes, ut vela, quæ ex illius foliis scite contexta dicebantur. Hæ naves valde capaces nullis transtris tectisque impeditæ sunt, quibus prorsus carebant, ut carent *carbæ* [1] nuncupatæ, quibus Africani utuntur, qui accolunt Syrtes, circumdantes Lotophagiam [2] insulam, nunc vulgo nominatam Gerben, ærumnosæ peregrinationis meæ diuturnæ clausulam tragicam, ubi graviora passus sum, quam socii Ulyxis apud Lotophages. Illi enim voluptatibus Lotophagorum deliniti retinebantur, ego in lugubri scrobe funestorum piratarum diu retentus, nulla spe redemptionis proposita, neque vitæ liberari potui periculo, nisi dissidio barbarorum, quo insula capta, et pirata, qui me ceperat, in vincula conjecto,

1. *Carbæ*] Quodsi recte ita legitur, corrupta vox ex καράβια vel κάραβοι. Sic enim navicula ista dicuntur apud Byzantinos scriptores, quorum locos enotavit Ducangius s. v.

2. *Lotophagiam*] Debebat *Lotophagitidem*. Sane quidem apud Theophrastum in Hist. Plant. 4, 3, 2 codices habent : ἔστι μὲν οὖν (lotus) καὶ ἐν τῇ νήσῳ τῇ Λωτοφαγίᾳ Φάριδι καλουμένῃ πολύς : sed dubium non est quin ibi ex lege linguæ et usu scriptorum cum Dindorfio reponendum sit Λωτοφαγίτιδι καλουμένῃ.

Dei optimi maximi benignitate hæc nostra de Bosporo commentaria resarcio, quæ piratæ a me ante longe accuratius elaborata me verberibus coegerunt, ut distraherem, in mareque projicerem, quamlibet diu prece et præmio proposito eos revocare conarer, ne me in mea viscera sævire cogerent.

Quale autem sit promontorium Ancyræum, et quo nomine appelletur, jam explicemus. Panio promontorio Europæo contrarium Asiaticum promontorium Græci nostræ ætatis appellant Ψώμιον [3], totum saxeum ab imo ad summum exsistit, arduum et directum, ut murus, exceptis duobus locis depressis, in quorum altero est fons sacer virgini Panagiæ. Ad hoc quidem promontorium a Bosporo venientes, postquam accesserunt, repente vident se exire ex angustiis in mare apertum, in omnes partes interminati aspectus. Venientes vero a Rheba flumine, hujus promontorii mucronem prætereuntes, vident latum mare redigi in angustum recessum, ab occasu quidem Panio, ab oriente vero Ψωμίῳ. Hæc enim duo promontoria primas Bospori fauces inchoant, similes sinui accedenti ad formam trianguli crassi et inæqualis, cujus ex lateribus longis circiter viginti stadia, alterum directius efficit littus Asiaticum, pergens a vertice anguli occiduo ad basim aquilonarem; latus vero, quod efficit littus Europæum obliquius pergit a meridie ad cardinem septentrionum ex intimo sinu efficiente verticem trianguli. Os Ponti stringitur velut in collum latum plus minus sex stadia, in quo est Myrelium, velut in anguli vertice; basim vero efficientes duo anguli, seu potius duo cornua, exsistunt promontoria Panion et Psomion. Hoc ipso littus procurrens ad aquilonem flectitur ad solis ortum fere æquinoctialem; illo a meridie ad mundi cardinem arcticum procedens incurvatur ad solis occasum. Jam cum ex antedictis tum ex eo, quod inter scopulum nuncupatum Colonen et primas freti Bosporici fauces nullum intercedit promontorium, sed duntaxat littus rectum, planum, sabulosum, patet Ψώμιον esse Ancyræum promontorium, quod ab oriente, ut ipse notavi, ut vero Dionysius ait, a meridie claudit pulchrum os Ponti, et ex magno pelago et aperto cogit mare in fretum angustum.

III. *De Pyrgo Medeæ et de insulis Cyaneis Asiæ.*

Fr. 55.

Post, inquit Dionysius, *promontorium Ancyræum est Pyrgos Medeæ Colchidis, petra rotunda, in directum tumulum elata. Ultra Pyrgon Medeæ insula existit, quæ maris perturbati fluctibus obruitur, tranquillo mari manifesta apparet. Hujus extremas partes et cacumina Cyaneas nominarunt, ne secundum Asiam natura expers esset insularum, nec fabula fide careret, tradente Cyaneas olim inter se concurrisse, Symplegadesque a re, quæ accidisset, nominatas esse; inde stationem firmam habere apud utramque continentem ad vadum maris suis radicibus adnitentes fato, in utramque partem separationis servantes fidem.*

Hæc quidem Dionysius. Promontorio Ancyræo cingitur ab aquilone sinus a Græcis nuncupatus Divi Sideri [1], in quem medium influit rivus omni anni tempore perennis, qui exile ostium etsi ea magnitudine fluens habet, qua dixi Myrleanum flueret tamen interius paulo supra ostium habet alveum magnum et plenum ob planitiem leniter resupinam, per quam mediam delabitur. In hujus sinus latere, quod efficit promontorium Ancyræum, est scopulus [2] in quatuor petras divisus supra aquam, quæ subter aquam radices conjunctas habent, separatæ quidem a continenti brevi euripo, saxis crebris referto, per quæ velut per gradus, cum est mare tranquillum, siccis pedibus euripum intercidentem inter scopulum et continentem transire licet. Cum autem sunt maris

3. Ψώμιον] A Turcis nunc vocatur *Joum bouroun.* Vox Ψωμίον quum *panem* significet, hoc promontorium nomine respondere Panio (i. e. Πανέλῳ) promontorio Europæo hariolatur Hammerus p. 279.

1. *Sinus Divi Sideri*, qui a borea clauditur Ancyræo promontorio (*Joum bouroun*), a meridie autem eo promontorio in quo pharus et *Anadoli Kalessi* posita sunt, terminatur, hodie dicitur *baie de Kabakos,* vel, ut in Moltkii tabula legitur, *Ary Kujassi.* In sinum exit fluvius *Kabakos-Tchaire* dictus, cui adjacet vicus cognominis (*Kabakos Tchiftelik*). Hammerus p. 278 *Sideri* sinum ab Ancyræo prom. orientem versus ponens, hodiernam vero *baie de Kabakos* ad eum sinum, quem Gyllius *Ampelodem* vocari ait, referens, atque *Psomium* promontorium (Ancyræum Dionysii) cum hodierno *Fanaraki* seu phari promontorio componens, erravit manifesto Gylliumque inspexit negligentius.

2. *Scopulus*] Hic scopulus qui et situ suo et natura omnium optime respondet Cyaneæ Europææ, num talis etiamnunc exstet et ubinam ponendus sit, accuratius dicere non habeo. Moltkius in amplissima Bospori tabula ad ipsum Ancyræum promontorium juxta locum ubi magna spelunca est, complures notat insululas sive cautes, quarum nescio quæ fuerint scopulus a Gyllio descriptus atque turris Medeæ et Cyaneæ Dionysii. Hammerus p. 279 ita habet: « In dieser Bucht (von Kabakos) waren Felsen welche noch zu Gyllius Zeiten jeder einen besondern Namen trugen, die aber heute von den Fluthen bedeckt werden. Dieses waren vermuthlich die asiatischen Kyaneen welche der Wanderer heute vergeblich sucht. » Hæc confusa sunt, quum ad *Kabakos* sive Divi Sideri sinum referantur quæ Gyllius de Ampelode sinu exponit, saxa autem Ampelodis sinus a Gyllio memorata etiam in hodiernis tabulis nauticis notentur.

tempestates, fluctibus circumdantur quatuor petræ, in quas dixi scopulum divisum : quarum tres humiles prorsus submerguntur, media vero, excelsior Cyaneis Europæis, in acutum verticem fastigiata, subrotunda, usque ad fastigium fluctibus quidem aspergitur, sed non obruitur, undique præceps et directa. Ab ortu et meridie ejus fastigium sensim projicitur, ut consistentes juxta imam ipsius crepidinem projectione velut tecto protegantur a pluvia. Non patet in ejusdem undique præcisæ fastigium ascensus, nisi difficulter a septentrione expeditus manibus pedibusque nitens sursum irrepat. Non fuisse aliquando divisum hunc scopulum in quatuor petras indicant ruinæ saxorum circumjacentium : ex quibus mihi priusquam incidissem in Dionysii Anaplum, hæ videbantur Cyaneæ Asiaticæ. Sed ex Dionysiana descriptione nulla petra tam prope accedit ad Pyrgon Medeæ quam hujus scopuli petra. In sinus jam prædicti latere meridiano prope littus visuntur speluncæ saxeæ [3], bene penitus concavæ, multitudinis capaces. Deinceps subsequitur sinus jam a Græcis appellatus *Ampelodes* [4], a vitibus agrestibus ibi sua sponte provenientibus, quem ab aquilone cingit promontorium, cingens a meridie sinum Divi Sideri. In sinu Ampelode existunt duo scopuli [5] toti saxei, inter se aliquanto spatio divisi, quorum magis aquilonaris ac remotior a continenti excelsus non est, ut qui in magnis tempestatibus obruatur mari. Hic usque adeo frequentatur laris, mergis, fulicis, ut totus ex illarum stercoribus albescat, et procul cernens nive tectum ipsum putet. Alter scopulus similiter totus saxeus, altior quidem, sed littori propinquior, ut qui brevi euripo a continenti dividatur, cum est tranquillitas maris; at cum tempestatibus mare concitatur, fluctuum accessu obruitur, deinde vero recessu aperitur. Post promontorium a meridie cingens sinum Ampelodem [6] consequitur scopulus undique mari semper circumdatus, saxeus, quem nautæ appellant *Calogræam*, a forma mulieris monachæ. Concavus existit ex parte occidentis. Inde non longe sequuntur scopuli saxei siti prope latus aquilonare promontorii claudentis sinum appellatum Dios Sacra. Ex his quinque scopulis ante commemoratis, sine ulla dubitatione unus est insulula illa Cyanea Asiatica, quam Strabo designat, cum inquit, duas insululas esse in ore ponti Euxini, Cyaneas appellatas, alteram adhærentem Europæ, alteram Asiæ, euripo viginti stadiorum inter se disjunctas. Dionysius Byzantius, ut ante dixi, primum scopulum demonstrat esse turrem Medeæ. Itaque ex Dionysio unam ex reliquis quatuor scopulis oportet Cyaneam esse Asiaticam. Equidem ipse, nisi Dionysii auctoritas intercederet, etiam nunc relaberer in eundem errorem, in quo me fuisse ante professus sum, nempe Pyrgon Medeæ esse Cyaneas Asiaticas, cum ex eo, quod scopulus Medeæ similior longe est insulis Cyaneis Europæis, et e regione magis contrarius, tum maxime ex eo quod Apollonius, non minus verus locorum conscriptor quam egregius Argonautarum poeta, Pontum latum videri ait utrinque apud Cyaneas. Sic enim Græce scribit (2, 579) :

Ἤδη δ' ἔνθα καὶ ἔνθα διὰ πλατὺς εἴδετο Πόντος.

Similiter Dionysius orbis conscriptor a Cyaneis inquit (146) :

οἰγόμενος παραπέπταται ἀνδράσι Πόντος
πολλὸς ἐὼν καὶ πολλὸν ἐπ' ἀντολίης μυχὸν ἕρπων.

Idem consentit Dionysius Byzantius, latum mare cum dicit aperiri promontorio Ancyræo. Ante monstravi turrim Medeæ esse juxta radicem promontorii Ancyræi : at ex reliquis scopulis, qui deinceps consequuntur, non utrinque latum mare aperitur, etiamsi ex horum verticibus oculos in omnes partes intenderis. Littus enim Asiaticum, nondum curvatum ad solis

---

3. *Speluncæ*] In tabula Moltkiana magna spelunca in sinus latere boreali ad ipsum Ancyræum promontorium ponitur, altera indicatur in latere meridionali ad intimum sinus recessum. Major spelunca 72 pedes lata, 40 pedes alta per 69 pedes in saxa penetrat; minor 12 pedes lata, 20 pedes alta, 14 pedum profunditatem habet. Andreossyus se primum has speluncas indicasse dicens immemor erat Petri Gyllii, quamquam hic in eo minus accuratus esse videtur quod utramque speluncam in sinus latere meridionali collocat.

4. *Ampelodes sinus*] hodie *Tchakal-dereh* secundum Moltkii tabulam.

5. *Duo scopuli*] Eorum primus a promontorio castelli *Anadoli Kalessi* unum stadium et dimidium distat; eodem intervallo versus meridiem a primo scopulo abest alter. Moltkii tabula non insulas, sed litoris apices in mare procurrentes exhibet, adeo ut nunc scopulos, quando sit humilius mare, continenti jungi suspicer.

6. Promontorium a meridie Ampelodem sinum claudens ab *Anadoli Kalessi* sex stadia distat; ante id insulula vel scopulus est, quem *Calogræam* Gyllii esse censeo. Inde post duo stadia sequuntur scopuli illi quos Gyllius sitos esse dicit ad latus boreale promontorii claudentis sinum *Dios Sacra* vocatum. Promontorium hoc nunc vocatur *Pilaw-bournou*, in quo *Poiraz* (i. e. boreæ) castellum situm est. Errat Hammerus qui p. 279 scribit : « Der heutige Name desselben (sc. des Fort von Poiraz), welcher vom Boreas hergenommen zu sein scheint, ist nur eine Verstümmelung des alten Namens dieses Vorgebirges, welches vormals *Coracion*, d. i. das Rabenvorgebirge, hiess. » Nimirum Coracion promontorium (*Fil-Bournou*), cujus in seqq. Dionysius meminit, non borealis sed australis terminus est sinus qui *Dios sacra* vocatur.

ortum, impeditur promontorio Ancyræo, quo minus ab his scopulis latum utrinque mare prospiciatur. Adde quod ratio Cyanearum, quam describit Apollonius ceterique scriptores, magis convenit Pyrgo Medeæ quam reliquis scopulis. Fluctibus enim magis verberatur, ut magis septentrionibus patens. Præterea in quatuor petras divisus undique circumdatur saxis projectis ex ruinis, quas aliquando edidisse videtur vel terræ motu vel temporis vetustate, vel, ut poetæ aiunt, ex concursu Symplegadum. Hunc enim in quatuor petras divisum convenientius videtur appellare Cyaneas, ut omnes antiqui appellant in numero plurium, quam quemvis ex ceteris scopulis singulis una petra constantibus 7. Sed de his relinquo liberum judicium omnibus his, qui post me deligentius Cyaneas pervestigare conabuntur.

IV. *De promontorio Coracio et de Pantichio et de scalis nuncupatis Chelis.*

Promontorium, quod a septentrionibus cingit sinum, vulgo nuncupatum Dios Sacra (ex eo arbitror, quod olim ibi aliqua Jovis vel Neptuni, alterius Jovis, ara exstiterit [1]) undique præceps et saxeum est, longum circiter sexcentos passus, cujus dorsum angustum, in quo olim ara aliqua statuta esse potuit vel Jovis vel Mercurii (ut nunc in eo videmus cumulos lapidum, quos Hermas appellare possis), exaggerata ad indicandam viam nautis, quamvis in hoc medio sinu (ex quo paucis ante annis effossa sunt ædificiorum fundamenta) esse potuit ædes vel Jovis vel Neptuni. Hic sinus situs e regione sinus Myrleani, cingitur a meridie promontorio, etiam nunc appellato Coracio [2], toto saxeo, ex eo, ut dicunt Græci hujus ætatis, quod corvi in ipso nidificare solent. Positum est contra promontorium Europæ, quod claudit portum Ephesiorum. Inter hæc duo promontoria nonnulli piscatores dicunt fretum Bospori tam angustum fere esse quam inter Fana [3]. Jam vero in sinu, quem ab aquilone claudit promontorium Coracium, locus est nominatus a Græcis Mancipium, affirmantibus ibi olim fuisse furnum, quem vulgus Græcorum nominare solet *mancipium*, ignorantium locum hunc olim appellatum fuisse Pantichium, unde ipsi a vicinitate nominis detorserunt in Mancipium : id quod ex Dionysio ostenditur, cum ait :

Fr. 56.

Post Cyaneas esse promontorium Coracium et latum littus, cui nomen Παντείχιον *ab exstructione fossarum omnem hunc locum ambientium* [1].

Duo Pantichia scriptorum monumentis celebrantur sita in ora maritima Chalcedonis, utraque Byzantii suburbana, utraque pari spatio distantia Byzantio : quorum alterum paulo ante commemoratum est juxta Bosporum situm inter Coracium promontorium et Fanum Jovis, alterum inter promontorium nuncupatum Acritas a Menippo in periplo Bithyniæ et Chalcedonem positum juxta Propontidem, quod nunc frequentem vicum habet, etiam nunc a vulgo Græcorum Pantichion nominatum, in quo antiqui muri visuntur valde crassi, indicantes olim ibi castrum permunitum recteque Παντείχιον appellatum fuisse. Hujus memi-

---

7. Ceteris quæ suadent Cyaneas Asiaticas ad Ancyræum promontorium collocandas esse, addere Gyllius potuit viginti stadiorum distantiam qua ab Europæis Cyaneis separari Asiaticæ dicuntur. Hæc enim recte computatur ad Ancyræum promontorium, dum ad scopulos prope *Anadoli Kalessi* sitos nonnisi septemdecim sunt stadia : adeo ut Cyaneæ fuisse videantur aut quattuor cautes minores rupi rotundæ, quam Medeæ turrim Gyllius dicit, adjacentes cum eaque in profundo conjunctæ, aut alia saxa ex quinque illis quæ ad Ancyræum promontorium in Moltkiana tabula notantur.

1. *Jovis ara*] Nunc vetus turris exstat in montis vertice qui *Pilaw* promontorio imminet.

2. *Etiam nunc Coracio*] Hodie *Fil Bournou* (i. e. elephantis promontorio), in quo tredecim tormenta bellica posita sunt.

3. *Tam angustum fere quam inter Fana*] In novissimis tabulis fretum est septem stadiorum.

Fr. 56. 1. *Latum litus.. Pantichium*] Litus hoc, octo fere stadia longum a *Fil Bournou* meridiem versus pertinet usque ad *Ketcheli-liman* (Chelas apud Dionysium). Quum saxosum et præruptum sit, nescio an pro *latum litus* Gyllius scripserit *altum litus*, an in græcis εὐρύς corrupte scriptum fuerit pro αἰπύς : quæ quidem vocabula etiam alias confunduntur (V. Steph. Thes. v αἰπύς). Fieri potuit ut litus excelsum et abscisum diceretur Παντείχιον; at ipse Gyllius in seqq. de Pantichio ita loquitur ut non litus, sed certum quendam litoris locum munitum, similem Pantichio inter Chalcedonem et Nicomediam sito, intellexisse appareat. Sed ne propterea scribi jubeas : *litus* [*et locum*], *cui nomen* Παντείχιον; nam Pantichium litus dicitur pro *litore Pantichii*, sicut in fr. 50 p. 155 littus longum dicitur *portus Ephesiorum*, de portu propinquo. Sed deinceps apud Dionysium scriptum fuisse putes : cui nomen Παντείχιον, ab *exstructione* [*murorum et*] *fossarum*, quoniam locus Παντείχιον, non vero Παντάφριον, dictus τειχῶν potius quam τάφρων mentionem requirat. Fieri etiam potest ut quod Gyllius legebat τάφρων in τειχῶν corrigendum esset. Nunc in hoc litore exstat vetus monasterium, quod *Sanksou* vocant. Num in eodem loco veteris Pantichii situs quærendus sit, nescio.

2. De hoc Pantichio (hodie *Pantik*, *Pandik*, *Pandiki*, *Pendic*) v. Itin. Ant. p. 139, 231; Itin. Hieros. p. 592; Tab. Peut.; Sozomenus 7, 21; Procopius Bell. Goth. 3, 35 p. 427 ed. Bonn.; Theophylact. Bulg. vol. 3, p. 709.

nit Antoninus Pius in suo itinere. Sic enim inquit : *A Constantinopoli ad Chalcedonem trajectus in Bithyniam M. P. IIII ; a Chalcedonia usque ad Pantichion M. P. XV.* Utrum ex his duobus Pantichiis sit illud, de quo Sozomenus ita scribit? « Hi, qui a rege Valente jussi erant Joannis Baptistæ caput ferre ex Cilicia Constantinopolim, cum ad Pantichium venissent locum Chalcedonis, non ulterius progredi poterant : » ex quibus percipitur id Pantichium esse juxta Propontidem, quod sit hoc situm in via eorum, qui a Cilicia veniunt Constantinopolim. Procopius scribit Belisarium possedisse fundum in Pantichio suburbano Byzantiorum. Id an alterum ex utroque prædictorum; et, si alterum, utrum ex his? Afferam illa, quæ ex libro tertio (c. 35) Procopii de bello Gothorum vertere omisit interpres, cum ad cognitionem locorum, tum maxime ad cognoscendam necessaria fortunam Belisarii, quam Tzetzes ignorasse videtur secutus opinionem vulgi. Sic enim scribit Procopius. « Cum Belisarius a Justiniano revocatus esset, substituto Narsete eunucho rediit Byzantium, ubi reliquum vitæ egit, magna divitiarum facultate præditus, vir spectatus et mirabilis ob secundas antea res gestas et felicitates, quas ipsi, priusquam in Libyam duxisset exercitum, signo non obscuro dæmonium præsignificaverat. Signum fuit hujusmodi. Belisario prædium quoddam erat in Byzantiorum suburbano, quod Pantichium nominatur. Situm enim est in Continenti Byzantinis transmarina. Paulo antequam exercitum Belisarius in Libyam duceret contra Gelimerem, evenit, ut vites illic ubertate uvarum redundarent ; earumque vino dolia ministri Belisarii cum implevissent, eaque in cella vinaria reposuissent et defodissent subter terram, diligenterque argilla obstruxissent, res mira accidit. Post enim octo menses vinum in doliis quibusdam ebulliens, argillam perrupit et distraxit, qua dolia obstructa erant, et superfluens adeo multum effluxit, et terram vicinam diluvie obruit, ut lacum magnum in cellæ solo effecerit, quem ministri Belisarii, ut viderunt, valde admirati, multas amphoras ex vino effuso impleverunt, iterumque cum illa *dolia* obstruxissent argilla, rem, quæ acciderat, primo siluerunt. Deinde sub idem tempus cum hoc sæpe factum animadvertissent, ad possessorem fundi retulerunt ; is necessariis multis, quos accersiverat, monstravit ea, quæ accidissent. Illi ex illo signo conjecturam ducentes, prædixerunt magna in hanc domum bona ventura esse. » Ex quibus perspicitur falsum esse, et plane de fece plebis haustum, quod Tzetzes, nobilior grammaticus quam certior historicus, in suam retulit variam historiam (Chil. 3, v. 399), cum narrat Belisarium magnum exercituum ducem Justiniani temporibus exstitisse, eumque, postquam ex triplicis orbis parte victorias reportavisset, invidia excæcatum fuisse, poculumque ligneum tenentem in foro clamavisse apud miliarium aureum : « Belisario obolum date exercitus duci : quem fortuna illustrem fecit, invidia excæcavit. » Procopius quidem in libro nuncupato Περὶ τῶν ἀνεκδότων [3], quem scripsit contra Justinianum regem et Theodoram reginam contraque Antoninam uxorem Belisarii, narrat, ut Belisarium Theodora spoliasset permulto auro, dissimulante Antonina, quam Belisarius oderat ob pervulgatum adulterium; professum postea se fore Antoninæ non virum, sed mancipium, iterum in Italiam exercitus ducem missum, sese iterum pecuniis explevisse et φιλοχρήματον habitum fuisse; inde bene nummatum rediisse Byzantium, ubi, ut ante narravimus, reliquum vitæ vixit. Illud Belisarii prædium fuisse potius in Pantichio Propontico quam Bosporico conjicio ex eo, quod Proponticum in agro amœno ac vini feraci et ceterarum rerum : at Bosporicum est in littore confragoso præruptoque et longe minus amœno et vinctis inepto. Tum nonnihil conjecturæ illud affert, quod non longe a Pantichio Propontico aliud prædium Belisarius haberet nuncupatum Rufinianas, quod fuisse in itinere proficiscentium Byzantio Nicomediam colligo ex Procopio, cum ait Antoninam Belisarii uxorem proficiscentem ad Belisarium bella contra Persas gerentem solvisse Byzantio, mansionemque primam fecisse in suburbano, quod appellaretur Rufinianæ, idque prædium fuisse Belisarii. Rufinianas aliquando appellatas fuisse Dryin (Δρῦν ?) tradit historia incerti quidem auctoris, sed antiquis literis exscripta. Verum redeo ad Dionysii Anaplum, unde digressus sum.

Fr. 57.

Pantichium, inquit, *Chelæ subsequuntur, quarum alteræ nominatæ a figura, alteræ ab aliis rebus appellantur.*

Inter Pantichium et Fanum Jovis, quod Dionysius post Chelas ponit, nullæ nunc sunt chelæ, hoc est scalæ, neque moles, neque viæ frequentes, sed angustæ semitæ ob impendentem montem excelsum, ex quo descendendi in littus nulla causa videtur, cum illius radices oram maritimam attingant. At Chelas olim fuisse patet ex Dionysio, quas non ob aliam causam ibi fuisse suspicari queo, quam ob fanum proximum vel Jovis vel Neptuni, vel ob aliorum deorum aras, quas prope olim a Phryxo excitatos fuisse duodecim iids infra ostendemus.

---

3. V. Procop. Arcan. 4, 3 p. 46 ed. Isambert.; Tzetzes Chil. 3, hist. 88.

Fr. 57. *Chelæ*] Nunc *Kitcheli liman* in intimo angulo sinus, quem efficiunt Coracium et Fani promontoria. Miror hoc fugisse Gyllium.

V. *De Fano Jovis et Neptuni et de aris duodecim deorum.*

Fr. 58.

Inde subjungit Dionysii Anaplus : *post Chelas esse nuncupatum Hieron, hoc est Fanum a Phryxo Nephelæ et Athamantis filio ædificatum, cum navigaret ad Colchos, a Byzantiis quidem possessum, sed commune receptaculum omnium navigantium. Supra templum est murus in orbem procedens; in hoc est arx munita, quam Galatæ populati sunt, ut alia pleraque Asiæ. Possessio autem Fani controversa fuit, multis ipsam sibi vindicantibus ad tempus mari imperantibus, sed*

Fr. 58. Fanum Asiaticum oppidulum esse, sicut fanum Europæum, Dionysius monuit supra (fr. 47); nunc nulla fit oppiduli mentio; arci subjectum fuerit in muri circuitu, qui pone templum fuisse proditur. Χωρίον dicit Marcianus in Menippei peripli epitome p. 568, quam vocem interpretari licet *castellum*. In veteris arcis et oppidi loco hodie habes ruinas castelli a Genuensibus structi, quas antiqui nominis corruptione vocant *Joros* (i. e. Διὸς Οὐρίου) *Kalessi*. Incoluntur agricolis quibusdam quos nulla cum exteris matrimonia contrahere perhibent. Ceterum quum sub meridionalem promontorii partem portus esset, huic quoque oppidulum appositum fuisse credere licet.

Ἱερόν, quod proprio vocis sensu dicitur, sive templum secundum Dionysii narrationem in ipso positum erat litore. Antiquissimus de sacris in Ponti ostio dedicatis testis est Pindarus (Pyth. 4, 204), ubi de Argonautis canit :

> Σὺν Νότου δ' αὔραις ἐπ' ἀξείνου στόμα πεμπόμενοι [μενος.
> Ἤλυθον· ἔνθ' ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἔσσαντ' εἰναλίου τέ-
> Φοίνισσα δὲ Θρηικίων ἀγέλα ταύρων ὑπᾶρχεν
> Καὶ νεόκτιστον λίθων βωμοῖο ξέναρ.

Aram, cui τέμενος addiderunt Argonautæ, primus posuerat Phrixus vel (sec. Herodorum ap. sch. Apoll. 2, 532) Argus Phrixi filius. Qui deinde τοῦ Ἱεροῦ meminerunt, Herodotus 4, 85 et 87, Demosthenes adv. Lacrit. p. 926, 5. 936, 4; adv. Polycl. p. 1511, 25; in Lept. p. 468; Scylax § 67 et 92, de numine loci nihil produnt. Sequentis ætatis scriptores præter Neptuni fanum memorant aram duodecim deorum. Scilicet Timosthenes (ap. sch. Ap. Rh. 2. 531) a Phrixi filiis aram XII deorum, ab Argonautis vero templum Neptuni exstructum esse prodit. Apollonius Rhodius (2, 531) aram duodecim deorum ab Argonautis in Pontum proficiscentibus positam esse tradit (μακάρεσσι δυώδεκα δωμήσαντες Βωμὸν ἅλὸς ῥηγμῖνι πέρην καὶ ἐφ' ἱερὰ θέντες Νῆα θοὴν εἴσβαινον). Polybius 4, 39, 6 redeuntes Argonautas in ara XII deorum sacra fecisse perhibet. Cf. schol. Demosth. p. 468, 10 : Ἱερὸν τόπος ἐστὶ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον οὕτω καλούμενος διὰ τὸ τοὺς Μινύας ἱδρύσασθαι ἱερὸν τῶν θεῶν στελλομένους ἐπὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρας. Plinius 5, 44 § 150, nescio quem auctorem secutus, post Amyci portum recenset *Naulochum promontorium* (*Selvi bouroun?* aut *Umur Seri boroun* sive Argyronium pr.?), *Estias*, *templum Neptuni*. In quibus *templum Neptuni* ad Hieron pertinet; fortasse ad eundem locum aris et sacris insignem etiam Estiæ referendæ sunt. His adde quod Pausanias post victum ad Platæas Mardonium in Ponti ostio craterem æneum *Neptuno* dedicavit, quem Jovi Urio dedicasset, si is inter Fani deos principem locum tum jam obtinuisset. Nam, quod olim conjeceram, Neptunum, quem antiquissimi scriptores memorant, non diversum esse ab Jove Urio, quem posterior ætas celebrat, id vix admittendum est. Quemadmodum in fano Europæo Serapis cultum, quem Polybius testatur, post Alexandri demum tempora institutum esse dei hujus historia suadet, sic in opposito litore Jovis Urii cultum non esse antiquiorem, sed postquam Galatæ Asiæ fanum devastaverant, eodem fortasse tempore in Europa Jovem quendam inferum, in Asia vero Jovem cœlestem Ponti ostio appositos esse crediderim. Antiquissima Jovis Urii mentio exstat in inscriptione lapidis prope ecclesiam *Kadi-koi* vici (veteris Chalcedonis) reperta (V. Corp. Inscr. tom. 2, p. 975) :

> Οὔριον ἐκ πρύμνης τις ὁδηγητῆρα καλείτω
> Ζῆνα, κατὰ προτόνων ἱστίον ἐκπετάσας·
> Εἴτ' ἐπὶ Κυανέας δίνας δρόμος, ἔνθα Ποσειδῶν
> Καμπύλον εἰλίσσει κῦμα παρὰ ψαμάθοις,
> Εἴτε κατ' Αἰγαίην πόντου πλάκα νόστον ἐρευνᾷ,
> Νείσθω τῶδε βαλὼν ψαιστὰ παρὰ ξοάνῳ.
> Ὧδε τὸν εὐάντητον ἀεὶ θεὸν Ἀντιπάτρου παῖς,
> Στῆσε Φίλων ἀγαθῆς σύμβολον εὐπλοΐης.

« Quamquam locus ubi lapsis repertus est, ab Hiero longe distat, nihilominus tamen (Bœckhius inquit) probabile est statuam, cui epigramma nostrum subscriptum erat, fuisse in illo Urii templo vel prope illud in sacro loco collocatam : unde conjicio basin Hiero Chalcedonem delatam navi esse, fortasse saburræ loco ... Ceterum nulla causa est, quare signum, cujus epigramma tenemus, illud ipsum esse putemus quod inter celebratissima Jovis Urii simulacra refert Cicero : quamquam refelli non potest qui ita statuat. » Quinam Philon statuam dedicaverit, sciri jam nequit. Osannus suspicabatur Philonis nostri navigationem non diversam esse ab ea de qua multus est Demosthenes in oratione contra Lacritum : quam sententiam refellit Bœckhius. Nihilo magis se commendat Chishulli, Bentleji et Silligii sententia, Philonem esse statuarium illum, Alexandri M. coævum, quem e Plinio (34, 19, 34) et Tatiano (Or. ad Gr. c. 55) novimus. Ipse Bœckhius : « Nihil est probabilius, inquit, quam quod in Misc. Obss. proposuit vir doctus, aliquem qui felicem perfecisset in ea plaga navigationem, statuam hanc dedicasse Urio. » Inter veteres auctores Jovis Urii in Ponti ore positi meminerunt Cicero in Verr. IV, 57, 127, dein periplon scriptores Menippus et Arrianus, ex iisque Marcianus et anonymus auctor (V. t. 1, p. 380 not.). Mela 1, 19 nudum *Jovis* nomen apponit. Ptolemæus 5, 1 jam aliud numen introducit, Ἱερὸν Ἀρτέμιδος memorans, nescimus

maxime omnium Chalcedonii hunc locum sibi hereditarium asserere conabantur; verumtamen possessio semper remansit Byzantiis, olim quidem ob principatum et domesticum robur (multis enim navibus mare possidebant), rursus vero cum emissent a Callimede Seleuci exercitus duce.

Hæc quidem Dionysius de Fano. Polybius (4, 50, 2) vero ait Prusiam locum natura munitissimum, et supra ipsum Ponti ostium situm Fanum nominatum cepisse, quod Byzantii non multo ante ingenti pecunia mercati fuerant, opportunitate loci pellecti, ne quam commoditatem alicui relinquerent in Pontum, vel ex Ponto navigandi, nisi id cum Byzantiorum voluntate faceret. Verum Prusias postea Byzantiis Fanum reddidit, itemque ligna, tegulas, laquearia [λιθείαν], quæ ex Fano exportaverat, restituit. Pomponius Mela (1, 19) non a Phryxo conditum, sed a Jasone, tradit. Apollonius (2, 531) scribit Argonautas cum Jasone navigantes ad Colchos, in littore Asiatico (quod etiam nunc appellant Ἱερόν) aram constituisse duodecim diis, in eaque sacrificasse. Polybius (4, 39, 6) similiter tradit Jasonem in hoc loco litasse duodecim diis, sed cum rediret a Colchis. Hi enim sunt duodecim dii : Jupiter, Juno, Neptunus, Ceres, Mercurius, Vulcanus, Apollo, Diana, Vesta, Mars, Venus et Minerva[2]. Diodorus Siculus (5, 49) similiter dicit Argonautas redeuntes ex Colchis, cum ad ostium Ponti pervenissent, ad terram appulisse, cui tum imperaret Byzas, a quo Byzantium est appellatum, ibique aras excitasse, et precibus et votis deos veneratos locum consecrasse, quem etiam nunc præternavigantes venerantur. Timosthenes (ap. sch. Ap. Rh. 2, 531) quidem dicit navigantes cum Phryxo aras hic posuisse duodecim diis; Argonautas vero aram constituisse Neptuno. Herodorus (ib.) in ara scribit sacrificasse Argonautas, in qua Argos Phryxi filius rediens ex

---

quam recte. Ultimus testis qui in censum veniat, Tabula est Peutingeriana (e qua sua Geogr. Rav. 4, 9), ubi *Arisurius* (i.e. Jovis Urii) locus notatur, adeo ut Alexandri Severi temporibus nomen Jovis Urii in tabulis auctoritate publica editis adhuc exhiberetur. Non multo autem post quum sub Valeriano et Gallieno Heruli quingentarum classe navium in Bosporum irrumpentes Chrysopolin et Byzantium oppugnarent et hinc ad Hieron retrocederent indeque profecti in Propontidem omnia vastantes progrederentur, porro quum eodem tempore Gothi Bithyniam popularentur Nicomediamque caperent (Syncell. p. 716 sq ed. Bonn.): fieri vix potuit, ut Fanum, celebratissimum Bospori locum, ex quo olim Prusias rex præter aliam materiam vel tegula templi abstulerat, intactum barbari relinquerent. Proclivis igitur conjectura est topographum nostrum, in recensendis diis juxta Bosporum cultis diligentissimum, Jovis Urii propterea non meminisse quod nullus tum superesset. Tempora non adeo obstant; nam suppetunt indicia quæ Dionysii ætatem exeunte seculo tertio non esse priorem comprobent. Quodsi tum Jovis Urii statua salva adhuc fuisset, mirareris sane auctorem, neglecto opere celeberrimo, describendæ pueruli statuæ immorantem. — Anno 866 et iterum an. 941 Russi ad Hierum et fauces Ponti penetrantes regionem vastarunt; de quibus scriptorum Byzantiorum testimonia congessit Spritterus (Memoriæ pop. septentr. t. 2, p. 967 sqq.). Deinde seculo decimo quinto de Fanorum possessione cum Byzantinis contendisse Genuenses constat. Hæc pluribus persequi ad nos nihil attinet. Quod vero Dionysius ait Fani possessionem semper remansisse Byzantiis, id ita intelligendum est, ut sæpius adempta semper ad ipsos rediret. Sic Fanum a Callimede Seleuci duce Byzantii redemisse ab ipso produntur Dionysio. Qua quidem de re aliunde nihil constat. Ni fallor, intelligendus est dux Seleuci II Callinici; nam probabile est hanc Fani redemptionem illam ipsam esse quam Polybius (4, 50, 2) innuit, aiens Prusiam (c. an. 221) Fanum Byzantiis ademisse ὁ Βυζάντιοι μικροῖς ἀνώτερον χρόνοις μεγάλων ὠνησάμενοι χρημάτων ἐσφετερίσαντο διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, βουλόμενοι μηδεμίαν ἀφορμὴν μηδενὶ καταλιπεῖν, μήτε κατὰ τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων ἐμπόρων, μήτε περὶ τοὺς δούλους, καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς τῆς θαλάσσης ἐργασίας. — Ceterum pace inita (an. 219), Prusias quæcunque ademerat Byzantiis restituit, non solum agros et castella, sed etiam τὰ ξύλα καὶ τὴν λιθείαν καὶ τὸν κέραμον τὸν ἐκ τοῦ Ἱεροῦ χωρίου (Polyb. 5, 52, 7). Sed ne ab eo quidem tempore Fanum semper penes Byzantios fuerit. Nam Strabonis ævo Chalcedonios id possedisse ex eo colligas quod Strabo p. 543. 563. 319 dicit τὸ ἱερὸν τῶν Χαλκηδονίων, dum Europæum fanum appellat τῶν Βυζαντίων.

2. In hoc deorum catalago Gyllius omisit Plutonem, de suo intulit Dianam, Cererem non suo loco posuit. Scilicet quæ de hac κοινοβωμίᾳ Pontica scimus, debentur schol. Apollonii Rhod. 2, 531, qui sua e Timosthene vel Herodoro petiisse videtur. Ita habet : Τιμοσθένης δέ φησι τοὺς μὲν Φρίξου παῖδας βωμοὺς δώδεκα ἱδρύσασθαι τῶν θεῶν, τοὺς δὲ Ἀργοναύτας τοῦ Ποσειδῶνος· Ἡρόδωρος δὲ, ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τεθυκέναι ἐφ' οὗ Ἄργος ὁ Φρίξου ἐπανιὼν ἐτεθύκει. Εἰσὶ δὲ οἱ δώδεκα θεοὶ οὗτοι· Ζεύς, Ποσειδῶν, Ἅδης, Ἑρμῆς, Ἥφαιστος, Δημήτηρ, Ἑστία, Ἄρης, Ἀφροδίτη, [Ἥρα] καὶ Ἀθηνᾶ. In scholiorum codice Laurentiano, reliquorum codicum, quos habemus, fonte, omittitur Ἥρα, quam ceteri de conjectura post vocem Ζεύς inserunt. Ego juxta Jovem reliqui Neptunum, et Junonem junxi Minervæ, quoniam etiam in Olympicis duodecim deorum aris Jupiter σύμβωμον habebat Neptunum, et Juno Minervam; quamquam in ceteris ordo Bosporicus ab Olympico recedit. Quod Diana inter aræ deos locum non habebat, id ipsum fortasse in causa erat ut peculiare aliquod sacrum obtineret, adeo ut Ptolemæus (5, 1, 1) Fanum appellare posset Ἱερὸν Ἀρτέμιδος. Ad aras prope templum positas spectare videtur nomen *Estiæ* apud Plinium loco supra laudato.

Colchis prius sacrificaverat. Mihi quidem verisimilius videtur a Phryxo prius aram duodecim diis excitatam fuisse quam a Jasone. Nam cum ex aula Phinei Jason solvisset, sita in Europa, Apollonius dicit eum transiisse ad contrarium littus, ut ibi duodecim diis aram excitaret. Cur in littore Asiatico potius quam Europæo? Non enim necesse erat ex Europa transire in Asiam, sed potius in littore Europæo, in quo erat, aram constitueret et sacrificaret duodecim diis, nisi admonitus fuisset in contrario littore Phryxum prius aram excitasse, in qua, ut ipsi quoque sacrificarent, Argonautæ fas esse putaverunt, cum in Colchos proficiscerentur ad recuperandam pellem auream arietis, quem una cum pelle aurea Phryxus apud Colchos dedicaverat Jovi Phyxio. Nec mihi satisfacit Timosthenes, dum ait Phryxum quidem excitasse aras duodecim diis, Argonautas vero Neptuno, cum Dionysius Byzantius dicat Jasonem vatis jussu sacrificasse duodecim diis. Vatis non nomen explicat : at explicant alii Glauci dei marini Orpheique admonitis, alii jussu Phinei, qui ubi sacrificasset et precatus esset Argonautis bonam navigationem, non eos admonet ad colendum Neptunum, sed Jovem, quem Argonautis narrat cum omnium ventorum auctorem, tum etesiarum, quibus flantibus Argonautæ retinebantur apud Phineum. Navigantibus enim in Pontum etesiæ venti contrarii existunt, qui in Ponto sunt Boreæ, in Græcia Zephyri. Etesiarum dies sunt quadraginta, ut Apollonius (2, 526) ait; ut Timosthenes (ap. sch. Ap.), quinquaginta; incipiunt flare, cum sol est in fine Cancri; flant autem per totum Leonem, et desinunt in media Virgine (v. schol. Ap. Rh.). Etesiis igitur interea dum Argonautæ retinerentur, Phineus his explicat, ut Aristæus Jovi Ἰκμαίῳ cum ceterorum ventorum tum etesiarum aram erexit in Coo insula, propterea quod etesiæ a Jove dantur ad refrigerandos calores : unde postea Cois lege sancitum fuit quotannis cum armis observare exortum caniculæ, ipsique sacrificare, a quo venti etesiæ flare incipiunt ad refrigerandam terræ siccitatem. Hæc narrantem Phineum cum audiissent Argonautæ, eos tradit Apollonius transiisse ad littus contrarium, ubi aram duodecim diis constituerent, eisque sacrificarent : ex quibus Jason videtur cum Neptuno tum maxime Jovi Urio sacrificasse, ut placaret etesias, ventosque secundos daret, unde posteri Fanum Jovis Urii appellarunt, ut Arrianus, Menippus, (Dionysius Byzantius[3]). Sed an idem Fanum sit Jovis et Neptuni et Dianæ (nam horum trium ponitur in Ponti introitu), ac, si diversa, an in eodem promontorio constituta fuerint, assequi possumus ex his, qui scribunt in hoc loco Argonautas aram excitasse, et litasse duodecim diis, inter quos Jupiter et Neptunus et Diana : tum ex Ptolemæo conjicio, qui Jovis Urii cum non meminerit, neque Neptuni, sed duntaxat promontorium Bithyniæ esse dicat juxta Bosporum, in quo[4] Fanum Dianæ sit : arbitror aut in eodem templo fuisse Dianam et Jovem, subsecutisque bellis Jovem, ex introitu Ponti sublatum, nomen reliquisse Dianæ; aut, si in eodem loco duæ ædes fuerunt Jovis et Dianæ, tamen navigantes magis celebrasse Jovem, ut secundorum ventorum datorem. Neptuni templum fuisse in eo loco quo Jovis, designat Plinius, cum non meminerit fani Jovis, sed solius Neptuni ponat in ora Bospori. At clarius Aristides in oratione Isthmica : « Omnes, inquit, illustrissimæ et celeberrimæ partes terræ Neptuno dedicatæ sunt; in Ponti enim introitu, ubi maris angustiæ strictissimæ ex sese aperiunt mare ingens, et petræ Cyaneæ hinc nominatæ sunt, et portæ maris, quæ prius clausæ existimabantur, aræ sunt Neptuni et templa. » Quod si quis ex his Aristidis verbis dicat aras et templum Neptuni fuisse ad Cyaneas, idque confirmare nitatur ex Apollonio et Dionysio orbis scriptore tradentibus multum mare et latum aperiri ex Bospori Thracii ore, ubi fama est Cyaneas petras inter se concurrisse (ad quas a Græcis Planctas nuncupatas profectus est Darius, ut Pontum apertum et latum videret, ubi, ut ait Herodotus, in fano sedens contemplatus est Pontum mirabilem), ac si præterea, quisquis ille fuerit, adjungat ex his sibi dubium videri, an fanum Jovis et Neptuni fuerint apud Cyaneas insulas : illi respondeo, ingentem Pontum aperiri non modo ex insulis Cyaneis, sed etiam ex Fano Jovis, quod hodie Ἱερὸν Græci nominant, atque adeo a loco Bospori penitiore et longe interiori, a Cyaneis plus quam quadraginta stadia distanti, quem Dionysius Byzantius appellat Clavem Ponti, ubi dicit Pontum eminentibus promontoriis clausum incipere aperiri, nullo promontorio amplius impediente verum aspectum maris, Symplegadasque fuisse olim flexiones variorum et multiplicium promontoriorum : itaque Aristidem non intelligere Cyaneas insulas, sed rupes ingentes ex utroque latere cingentes Bosporum, atque radices promontorii, ubi spectatur arx nuncupata Fanum, cum ex antedictis colligere potes, tum ex eo,

---

3. Dionysius Byzantius in iis quæ Gyllius dedit, Jovis Urii non meminit. Gyllium h. l. memoria lapsum esse quam in antecc. Dionysii verba truncasse probabilius est.

4. *In quo fanum Dianæ*] Falso Gyllius h. l. et infra ita loquitur quasi Ptolemæus VI, 1, fanum Dianæ in Bithyniæ, quod vocat, promontorio collocaret. Imo dicit μετὰ τὸ Στόμα καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος (56° 5′. 10′ 43) esse Βιθυνίας ἄκραν (56° 45′. 43° 20′), quæ quidem ἄκρα cum Ancyræo promontorio Dionysii componenda fuerit.

quod ait aras et templum Neptuni esse, ubi maris angustiæ strictissimæ sunt. Longe enim strictiores sunt ad Fanum quam inter Cyaneas insulas, inter se distantes viginti stadia. At angustiæ apud Fanum latiores non sunt quinque stadiis, Dariusque ex Fano Jovis Pontum longe lateque contemplari potuit. Sed fac fuisse aliquod templum in Cyaneis insulis, in quo sedens Darius mirabilem contemplatus fuerit Pontum : tamen cujus dei illud fuerit, non explicat Herodotus, neque Cyaneæ mihi capaces templi videntur, etsi Europæas Dionysius tradat habuisse aram Apollinis. Sed si templum aliquando in Cyaneis fuisset, quædam vestigia restarent vel excavatorum fundamentorum vel excisæ viæ ad ascensum, ubi nulla apparent. Quid? quod etiam si illic fuisset Darii temporibus aliquod templum, tamen ex antedictis constat, Jovis et Neptuni fuisse in loco nuncupato Fano, a Cyaneis distante quadraginta stadia; tum maxime in eodem loco fuisse templum Neptuni, in quo statutæ fuerunt ædes et aræ duodecim diis, patet ex illis quæ scripsi in primo libro, tum ex his quæ scribit Nymphis Heracleota in sexto libro de patria sua (ap. Athen. p. 536). « Cum, inquit, Pausanias vicisset ad Platæas Mardonium, a Spartæ legibus desciscens et superbe sese efferens, cum circa Byzantium ageret, æreum craterem statuit [5] duodecim diis in ore Ponti sitis, in quo ausus est inscribere hanc inscriptionem sui oblitus ob delicias et superbiam :

Μνᾶμ' ἀρετᾶς ἀνέθηκε Ποσειδάωνι ἄνακτι
Παυσανίας, ἄρχων Ἑλλάδος εὐρυχόρου,
Πόντου ἐπ' Εὐξείνου Λακεδαιμόνιος γένος, υἱὸς
Κλευμβρότου, ἀρχαίας Ἡρακλέος γενεᾶς.

Herodotus (4, 81) meminit hujus crateris. « In Exampæo, inquit, loco sito inter Borysthenem et Hypanim jacet ahenum sexies tantum capiens, quantum semel crater qui est in ore Ponti a Pausania Cleombroti filio dedicatus. Quod si quis non inspexit, hunc ei in modum declarabo. Illud situm in Exampæo sexcentarum est amphorarum facile capax, crassitudine sex digitorum. » Cur Neptuno potius quam Jovi Pausanias dedicarit craterem, aut secutum fuisse arbitror Fani nomen, quod tum fortasse frequentius appellabatur Neptuni quam Jovis : aut quia in oppido Fano proprium esset Neptuno delubrum, in quo statuit hunc craterem Pausanias. Nam si eadem ædes fuisset Jovis et Neptuni, haudquaquam video causam, cur non potuerit potius quam Neptuno dedicare Jovi Eleutherio, quod terra potius quam mari vicisset Mardonium. Jovi enim Eleutherio craterem solebant antiqui statuere pro libertate, qui hostes repulissent. Sed in hac re puto secutum Pausaniam commune judicium Græcorum, qui Neptuno, ut σωτῆρι, aram erexissent, quod Neptunum existimarent Græciam liberasse a Persarum servitute. Neptuni statuam similiter æream fuisse non aliunde colligere possumus quam a conjectura illa. Verisimile enim videtur, sive fuerit illa a Chalcedoniis statuta, sive a Byzantiis, utrisque colonis Megarensium et Corinthiorum, eos imitatos fuisse progenitores suos, qui in Isthmo curarunt, ut Lysippus efficeret Neptunum æneum. Qualis autem fuerit statua Jovis Urii in ore Ponti constituti, neque Dionysius, neque quisquam explicat, nisi unus Cicero (in Verrem 4, 57, § 129). *Tria*, inquit, *ferebantur in orbe terrarum signa Jovis Urii*[6] *uno in genere pulcherrime facta : unum illud Macedonicum, quod in Capitolio vidimus ; alterum in Ponti ore et angustiis ; tertium quod Syracusis ante Verrem prætorem fuit. Illud Flaminius ita ex æde sustulit, ut in Capitolio, id est, in terrestri domicilio Jovis poneret. Quod autem est ad introitum Ponti, id, cum tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa porro in Pontum invecta sint, usque ad hanc diem integrum inviolatumque servatum est.* Deinde Dionysius reliqua de Fano ita exsequitur :

Fr. 59.

In fano, inquit, *statua ærea est antiquæ artis, ætatem puerilem præ se ferens, tendens manus. Causæ multæ afferuntur, cur hæc statua sit in hanc figuram*

5. *Aureum craterem statuit*] Græca ita habent : Χαλκοῦν τὸν ἀναχείμενον κρατῆρα τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπὶ τοῦ στόματος ἱδρυμένοις, ὃν καὶ νῦν εἶναι συμβαίνει, ἐτόλμησεν ἐπιγράψαι ὡς αὐτὸς ἀναθείς, ὑποθεὶς τόδε τὸ ἐπίγραμμα, κτλ.

6. *Jovis Urii*] immo *Jovis imperatoris* h. l. legitur, sed in antecedentibus § 127 Cicero dicit : *simulacrum Jovis imperatoris quem Græci* Οὔριον *vocant*. Vide quæ de his annotavimus ad Arriani Periplum in vol. 1, p. 381. De Jove imperatore post Butmannum (in Lexilog. t. 2 p. 32 sqq), Levezovium (De Jove imp., Berolin. 1826, 4), Osannum (in Disputatione de fragmento Peripli Pont. Eux. e codice Hafniensi prompto. Gissæ 1829, 4) fusius disseruit Guil. Abeken in *Annal. dell' istit. archeolog.* vol. 11, p. 62-72. Cf. Bœckh. in. C. Inscr. t. 2, p. 976.

Fr. 59. Statuam istam non esse Jovis Οὐρίου, quæ Jovis imperatoris esse Romanis videbatur, in propatulo est. Neque aliam quandam Jovis statuam parvam, qualem in columna positam Pausanias memorat (5, 24. Παρὰ δὲ τῷ Πελοπίῳ κίων οὐχ ὑψηλὸς καὶ ἄγαλμα Διὸς ἐπ' αὐτῷ μικρὸν, τὴν ἑτέραν χειρῶν προτείνον), sed pueri statuam verba Dionysii indicant. Ceterum verba *in Fano* non de ipso templo, sed de Hiero loco, qui dicebatur, intelligo; nam in litore maris statuam positam fuisse tum e Dionysio colligas tum ex Philostrato (De imag. c. 12, 2), qui simulacrum nostrum indicat verbis : καὶ ὁ Ἔρως ἐπὶ τῇ πέτρᾳ τείνει τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν θάλατταν. Sic Hadriani statua in Trapezuntio Ponti littore posita manu mare monstrabat, teste Arriano in Periplo P. § 2, qui ibidem templum memorat in quo juxta Mercurium Arrianus collocari voluit nepotem

conformata. Quidam, inquit, *aiunt, audaciæ signum esse navigantium, deterrens temeritatem navigationis periculis plenam, atque ostendens redeuntium salutis felicitatem et pietatem : non enim sine terrore utrumque est. Alii dicunt puerum in littore errantem aliquanto post venisse quam e portu navis soluta esset, salutisque desperatione affectum, manus ad cælum tendere ; pueri autem preces deum exaudientem reduxisse navem in portum. Alii aiunt in magna maris tranquillitate, omni vento silente, nave diu retardata, nautas inopia potus laborasse; navarcho autem visionem insedisse, jubentem, ut navarchus filium suum sacrificaret, non enim alio modo posse assequi commeatum et ventos. Navarcho necessitate coacto, et parato puerum sacrificare, manus quidem puerum tetendisse, deum vero misericordia motum ob absurdum pueri supplicium obque pueri ætatem sustulisse puerum, et ventum secundum immisisse. Hæc quidem et his contraria, ut cuique placuerit, credibilia existimentur.*

Hanc historiam Philostratus (Im. 1, 12) aliter interpretari videtur. « Mulierculæ, inquit, in littore acclamant, equos autem rogare videntur, ne pueros abjiciant, neve frena respuant, sed feras capiant et conculcent : quarum precibus commoveri equi videntur. Pueros autem, ubi venati essent, et prædam cepissent, navis ex Europa in Asiam trajicit per fretum latum quatuor stadia (tantum enim intervallum distant duo orbes) et remigum ipsi funguntur officio. Ecce autem rudentem jaciunt, excipit ipsos domus amœnissima, thalamos et andronas fenestrarumque vestigia subostendens, muro circumdata pinnis et propugnaculis exornato, et (quod domus est pulcherrimum) ejus porticus semicirculata, coloris cerei speciem gerens a lapidibus in ipsa constitutis, circumstat mare. Hi lapides gignuntur ex fonte; aquam enim calidam montes Phrygiæ emittunt, et fluxus inductus [1] in latomias madidas efficit petrarum aliquas coloris aquei, et lapidum excrescentiam facit, ut ipsorum varii colores existant. Ubi enim aqua stagnat, turbidum colorem et cereum inducit; ubi vero aqua pura, colorem crystallinum efficit, multisque epota foraminibus lapides variat. Sed littus excelsum est, et hujusmodi fabulæ fert symbolum. Puella ac puer ambo formosi, eundemque frequentantes præceptorem, ad mutuum amorem exarserunt, et nulla amplectendi data facultate, ex hoc saxo mortem appetiverunt, itaque hinc in primis et postremis amplexibus se præcipites egerunt. Cupido supra petram consistens, manum intendit ad mare. Domus deinde vidua colitur a muliercula ob juvenum molestiam ex urbe egressa; rapturi enim ipsam videbantur, et petulantia quadam lascivisque saltationibus ac carminibus eam frequenter adibant, muneribusque sollicitabant : at ipsa fastu quodam atque animi elatione in eos utens, vellicat adolescentulos, et huc egressa, munitam hanc habitat domum. Contemplare enim, quam munita sit. Præcipitium [2] enim in mare eminet, quod ab ima parte mari alluitur lubricum, a superiori parte projectum hanc maritimam sustinet domum, sub qua mare magis ceruleum videtur demittentibus oculos in ipsum. In hanc domum fortem etsi mulier se contulit, tamen non eam reliquerunt amantes pulchri et coronati : sed hic quidem ceruleæ proræ, alter inauratæ, alius alterius coloris naviculam ingressus navigat, necnon Comus ipse, id est, ebrietatis deus : et hic quidem tibia canit, alter vero plaudit, alius cantat; coronas, ut puto, atque oscula sursum jaciunt, nec remos agitant, sed inhibent, et applicant navigia ad præcipitium : muliercula vero ex domo, velut ex specula videt hæc, et ridet lascivientium more in amantes, eos non solum navigare, sed etiam natare cogens. Ac procedens in spectanda pictura, incides in armenta, et mugientes boves audies, et fistularum vox te circumsonabit, et in venatores incides, et agricolas et fluvios et lacus et fontes (expressit enim pictura et ea quæ sunt et quæ fiunt et ut quædam fieri possent, non ob multitudinem segniter exprimens veritatem, sed perficiens singulorum propriam naturam), donec ad fanum pervenerimus ; templum etiam, quod illic est, puto, vides, et columnas, quæ circa ipsum sunt constitutæ, et in ore Ponti faces ex specula sublatæ ad ostendendum os Ponti navibus. »

Hanc Philostrati picturam attuli, ex ea colligens, si vere Philostratus interpretatur, aliquando revera repræsentatam fuisse ab his, qui angustias Bospori accolunt, volentibus aut re ipsa aut ficta æmulatione apud suas angustias similem amorem puellæ et pueri accidisse ei, qui accidit apud Hellespontias angustias, ad Sestum et Abydum : quanquam puer ille tendens manus videri possit ille quem ante descripsit Dionysius Byzantius. Nam nullus auctor tradit, pue-

---

Mercurii Philesium τετράπουν. Suspicari licet Fani quoque statuam repræsentasse Φιλήσιον, quasi Mercurium quendam camillum sive sacrificulum, manus cœlum versus tendentem.

1. *Fluxus inductus* etc.] In græcis legitur (p. 349 ed. Didot.) : Θερμὸν γὰρ νᾶμα ὑπεκρέον τὰ τῆς κάτω Φρυγίας ὄρη καὶ τὸ ῥεῦμα ἐς τὰς λατομίας ἐσάγον ὑπόμβρους ἐργάζεται τῶν πετρῶν ἐνίας καὶ ὑδατώδη ποιεῖ τὴν ἔκφυσιν τῶν λίθων, ὅθεν αὐτῶν καὶ πολλὰ τὰ χρώματα.

2. *Præcipitium* etc.] Græca ita habent : Κρημνὸς τῇ θαλάττῃ ἐφέστηκε τὰ μὲν κλυζόμενα ὑπωλισθηκώς, τὰ δ' ἄνω προεκκείμενος, ἔφαλόν τινα ταύτην ἀνέχων οἰκίαν, ὑφ' ἧς καὶ ἡ θάλαττα κυανωτέρα φαίνεται καθιεμένων ἐς αὐτὴν τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ γῆ παρέχεται τὰ νεὼς πάντα πλὴν τοῦ κινεῖσθαι.

rum et puellam, ex eo quod ad mutuum amorem exarsissent, se ex Bospori angustiis præcipitasse. Philostratus enim hujus picturæ symbolum interpretatur positæ in domo quadam Neapolis Italicæ : qui tum si vidisset præsentem Bosporum, cum eam interpretabatur Neapoli pueris, non attulisset lapides illos domus cerei coloris esse ex eo, quod montes Phrygiæ similes ferant. Illi enim illinc longissime absunt, quales, cum proficisceremur contra regem Persarum in Tauricen urbem Mediæ, vidi in Galatiæ, quæ magna Phrygia antea dicebatur, urbe nuncupata Bolo, antiquitatum plena, a qua non longe sunt balnea natura calida, ejusmodi lapides efficientia, quales describit Philostratus. At apud Bosporum non ex aqua tales fiunt, sed potius cyanei coloris : nisi fortasse ita Philostratus interpretari potuisset picturam illam, totamque attribuere sacerdotibus Magnæ Matris deorum, quæ colebatur in fano Europæo, supra quod erat pharus antiqua, et juvenes illos navem trajecisse ex Asia in Europam ad repræsentandos quosdam actus Matris deorum amoribus insanientis in Atyn, coloremque cereum videri in lapidibus ex illa ratione, qua Dionysius appellat Milton promontorium oppositum Fano Jovis. Sed etiam hanc picturam Philostrati attuli, ut ex ea colligas Fani situm, et Bospori angustias apud Fanum esse quatuor stadiorum, pharumque antiquam fuisse in conspectu Fani, contra quam sit recens pharus posita extra aspectum angustiarum Fani, et ut circa Fanum essent columnæ, utque sub Fano præcipitia eminerent in mare, ut in radicibus promontorii Fani existeret domus bene munita, ut Fanum esset oppidum.

Sed ut planius intelligatur Fani situs, describam ut nunc est. Ἱερὸν etiamnum a Græcis appellatum, a Latinis *Fanum*, parvum castellum natura et muro munitum, a solis Turcis habitatum, situm est in alto supercilio promontorii, cujus projectu Bosporus in maximas totius oris pontici angustias coarctatur. Projicitur enim a solis ortu ad occasum; at Europæum promontorium, in quo ante dixi etiam nunc restare vestigia antiqui fani Europæi, procurrens a septentrionibus ad meridiem easdem angustias premit stringitque. Illud Asiaticum Ptolemæus (5, 1) appellat Bithyniæ promontorium [3], quod triplici clivo subsidet; unum valde pronum ad meridiem claudit vallis nemorosa, divisa in multas valliculas, et sinus portuosus, quem efficit promontorii projectio; ab oriente habet clausam utrinque vallibus cervicem angustam, qua *molli* et semiplana pervenitur in promontorii jugum planum. Secundus clivus deprimitur ad septentriones præceps et pene directus, cujus radices summas claudit vallis decurrens a summo promontorii jugo ad Bosporum, imas vero cingit idem Bosporus, retinentes vestigia antiqui ædificii, cujus fundamenta in littore jacta perspexi pene penitus effodi, et tympanis a Turcis efferri saxa quadrata ingentia. Ædificium Græci appellabant περιβολήν, alii περιβολίτην, quasi hortum, ut ipsi putabant ibi olim fuisse; ego altius ductum puto, quasi Ποσειδώνιον, hoc est, templum Neptuni; nam hortus qui esse potuit in littore confragoso rupibus præruptis? Adde quod juxta mare templum Neptuni, quod juxta has angustias Aristides tradit, situm fuisse convenit, atque Jovis templum, non autem in arce, hoc est, in summo promontorio, sed in imo, ut cum ex antedictis Dionysii conjicio, tum ex Apollonio tradente Argonautas in littore aram duodecim diis excitasse; at littus distat ab arce circiter quinque stadia [4]; veroque proximum esse videtur, prope littus fuisse ob commoditatem navigantium, atque extra arcem, ne pateret externis accessus ad capiendam insidiis arcem. Tertius promontorii clivus velut dorsum excurrit a summo jugo in occidentem, usque ad Bospori summas angustias, primo quidem leniter se remittit ab arce usque ferme ad Bosporum spatio quidem circiter quatuor stadiorum, quod adhuc utrinque mœnibus antiquis oppidi Fani cinctum spectatur jam penitus deserti et vineis consiti [5] : deinde sub mœnibus antiquis valde propendet usque ad Bosporum clivus efficiens mucronem promontorii, altus circiter centum passus, latus plus minus trecentos, ubi in littore fundamenta videntur ædificata, partim in scopulo distanti a continenti circiter triginta passus, respondentia moli substructæ in littore Europæo subjecto sub Fanum Europæum : inter quas quidem moles catena extendebatur, ne quis munitis Fanis Bospori angustias transiret. Sub imam vallem a cardine meridiano claudentem Fani Asiatici promontorium, subjectus est portus optimus, et valde profundus, quem a septentrionis et orientis ventis tutum efficit promontorium Fani nunquam fere navibus carentem : quo simili portu caret Fanum Europæum; itaque ho-

3. *Bithyniæ promontorium*] V. supra not. p.77, 4.

4. *Littus distat ab arce circiter quinque stadia*] Quodsi recentioribus tabulis fidem habere licet, hæc quinque stadiorum distantia non cadit nisi in descensum qui ab arce est versus occidentem; versus boream descensus multo brevior est.

5. Hunc situm locorum repræsentat imago in Clarke *Travels in various countries* (*London*, 1813. 4°), tom. I, c. 26. p. 680. Clarkius quum in Argyronio prom., cui Herculis lectus, quem Dionysius dicit, superjacet, permagnum columnæ ionicæ capitulum reperisset, fortasse ibi Jovis Urii templum positum esse suspicatur; quod ut fieri possit, nomen Ἱερὸν χωρίον (Marcian. et Polyb.) ad totam regionem quæ hucusque pertinet, referendum esse putat. Clarkii sententiam adoptasse videtur Kiepertus, quantum ex parvula Bospori tabula, quam Ponti Euxini mappæ vir doctissimus inseruit, intelligere licet.

minum opere molibus jactis factus erat. Cujus reliquias nunc appellari Mauromolem ante dictum est. Prope illum portum Asiaticum existit vallicula laurorum silva virens, per quam fluit fons, perennem rivum emittens, etiam æstate implere valentem quinque digitorum fistulam.

VI. *De Argyronio loco et Nymphæo et lecto Herculis et de Moucoporide portu et Lauro insana et de portu Amyci.*

A portu Fani ad Argyronium præcipites montes impendent in littus præruptum et peditibus invium. De Argyronio ita Dionysius persequens suum institutum Anaplum:

Fr. 60.

Sub Fani, inquit, *promontorium subit et succedit Argyronicum nominatum ex eo quod multa pecunia emptum fuisset.*

Promontorium Argyronium usque in hunc diem nomen retinet, patet in latitudinem circiter nongentorum passuum, claudit quidem a meridie sinum, quem vulgus appellat Monocolon : sed idem a septentrionibus clauditur valle, per quam rivus perennis partim defluit in Bosporum, partim fontem efficit, quem juxta spectantur fundamenta antiqui monasterii. In promontorii Argyronici clivo, maritimam oram prædictæ vallis cingente prærupto et præcipiti, sed aliquatenus explanato ad excipiendam ædificationem, exstant parietes antiqui templi et columnæ humi prostratæ, quarum unam marmoris Thebæi vidi exportari in structuram ædis Maomethanæ, quam nunc ædificat rex Soleimanus : quo vero nomine illud templum a Græcis appellaretur, a nemine Græcorum hujus ætatis percipere potui, sed Procopius (De æd. 1, 9) solus mihi indicavit. « In Pontum, inquit, navi-ganti ad dextram promontorium quoddam abruptum in freti Bosporici littus eminet, in quo ædes martyris Panteleemonis constituta [1] temporis vetustate laborabat, quam demolitus Justinianus extemplo persumptuose reædificavit. Ante hanc ædem in loco nominato Argyronio mendicorum fuit domicilium, qui morbo insanabili affecti essent, quod temporis longinquitate dirutum prompta ædificatione renovavit, requietis futurum diversorium insanitate laborantium. » Cur autem hic locus Argyronius magno argento emptus fuerit, exputare non possum aliam rationem quam angustiarum freti, quæ inter promontorium nuncupatum Tripite interque Argyronium a nonnullis habentur ferme tam angustæ quam Fani angustiæ [2]. Ab æde Panteleemonis supra littoris invii clivos præruptos et præcipites, angusta semita passus circiter quadringentos progressus, incidi in vallem exiguam sitam in media latitudine promontorii Argyronici [3], quæ fontem sacrum habet divæ Galatinæ, sinumque admittit Bospori non magnum, in quo piscatores testantur portum fuisse munitum mole, quam Turci paucis ante annis sunt demoliti. Argyronici promontorii mucro magis meridianus, quo Bosporus procedens ad solis occasum flectitur ad orientem, rupibus perpetuis præruptus, confragosam semitam et exiguam vix penetrabilem admittens, atque inchoans magnum sinum, scelerato nomine appellatur Monocolos a lapide [4], ut ipsi dicunt, nuper exciso. Quid si fortasse detorserunt antiquum nomen, et sinus is magnus sit ille, qui a Dionysio appellatur Moucaporis? sed de hoc paulo infra, quum persecutus fuero ordinem Anapli Dionysiani.

Fr. 61.

Post, inquit Dionysius, *succedunt et subeunt loca nuncupata Herculis* κλίνη[1], *hoc est lectus, et Nym-*

Fr. 60. *Argyronicum*] sic h. l. Gylliùs, qui in seqq. modo *Argyronium* modo *Argyronicum* scribit. Dionysius aut ipsum promontorium Ἀργυρώνητον vocavit, aut, quod præstat, Ἀργυρώνιον nomen voce ἀργυρώνητον interpretatus est. Promontorium est cujus mucro borealis *Madchjar bournou* (in quo *Madchjar Kalessi*), meridionalis pars *Umur-Jeri bournou*. Qui deinceps sequitur sinus usque ad *Selvi Bouroun* pertinens a Gyllio Monocolos vocatur.

1. *Ædes Panteleemonis*] Ruinas monasterii S Panteleemonis Hammerus in tab. notat juxta viam qua a *Jucha-tagh* ad *Madchjar bournou* itur. De variis Panteleemonis ædibus v. Ducange Constant. lib. 4, p. 132.

2. *Tam angustæ quam Fani angustiæ*] In tabula nautica quam ante oculos habeo, ad utrasque angustias fretum est ejusdem latitudinis, in Moltkii vero tabula fauces angustiores sunt ad Argyronium promontorium.

3. *In media latitudine prom. Argyronici*] Ibi *Sudludjcha* nomen in ora maritima notat Moltkius. Ab hoc loco, ubi olim portum mole munitum fuisse Gyllius accepit, quinque stadia distantem fontem in valle situm eadem habet tabula Moltkiana. Hic est fons qui Gyllii temporibus dicebatur Divæ Galatinæ, et qui Nymphæi a Dionysio fr. 61 memorati situm indicat.

4. *Monocolos*] Sic ceteris locis; h. l. erat *Monoculos*. Ceterum quo pacto nomen hoc *sceleratum* dicatur et a lapide ductum sit, non perspicio. Hodie sinus ille in gallicis Bospori tabulis vocatur *baie des carrières* de calcis latomiis quæ juxta litus sunt : adeo ut nomen a κοιλία vel τίτανος vocibus ductum exspectaveris. Cf. not. p. 83.

Fr. 61. 1. *Herculis* κλίνη] in monte quem vulgo vocant *mont du géant*, Turci autem *Joucha-tagh*, i. e. mons Josuæ, quem ibi sepultum esse credunt (Dchihannuma p. 665). Idem tamen etiam *Joris-tagh*, (Jovis Urii mons) dicitur, testante Hammero l. l. p. 288. Altitudo ejus sec. Moltkium est 591 pedum (180 metrorum gallicorum sec. Hammerum). E lapide constat calcareo. Sepulcrum quod in eo venerantur,

phœum[2], *ubi nominata Insana Laurus* [δάφνη ψυχόνους], *apud quam aiunt Amycum Bebrycum regem habitasse pugillatus pugna omnibus suæ ætatis hominibus præstantem, nisi a Polluce victus fuisset, Jovis et Ledæ filio. Ille enim in expeditione Colchica ex provocatione conflixit cum Polluce, ab eodemque Polluce periit, pœnasque dedit in externos crudelitatis, exortaque fuit planta illius insaniæ insigne divinius quam humana mens assequi queat. Nam si quis hanc laurum intulerit in convivium, convivas simili insania afficiet, et contumelia implebit. Hoc sane experientia didici, naturam immortali memoriæ regis illius iniquitatem tradidisse ex ipsa lauro.*

Arbitror erratum esse in exemplari Dionysiano habente ἔνθα pro ἔνθεν; nam si ἔνθα legatur, vult dicere Nymphæum esse, ubi est Laurus insana; at Andrœtas Tenedius (ap. Schol. Apoll. Rh. 2, 159.) in periplo Propontidis tradit Amycum locum, ubi esset Laurus insana, distare a Nymphæo Chalcedonio quinque stadia. Nemo declarat, quale fuerit Nymphæum

---

20 pedes longum, 5 pedes latum. Veteres id habuisse sepulcrum Amyci, quem *gigantem* Valerius Flaccus vocat, censet Clarkius (*Travels.* II). Idem in hoc monte olim templum, fortase Jovis Urii, fuisse statuit.

2. *Nymphæum, ubi nominata Insana laurus*] Pro *ubi* Gyllius de suo penu dedit *inde*, in Græcis pro ἔνθα, quod codex habebat, ἔνθεν legendum esse censens, quoniam Andrœtas tradit Amycum locum, ubi esset Laurus Insana, a Nymphæo Chalcedonio distare quinque stadia. Videamus quæ res sit. Apollonius Rhodius 1, 1360 dicit: Οἱ δέ (Argonautæ) χθονὸς εἰσανέχουσαν Ἀκτὴν ἐκ κόλποιο μάλ' εὐρεῖαν ἐσιδέσθαι Φρασσάμενοι, κώπῃσιν ἅμ' ἠελίῳ ἐπέκελσαν. Ἐνθάδ' ἔσαν σταθμοί τε βοῶν αὔλίς τ' Ἀμύκοιο. Navem alligarunt ad laurum quæ in litore exstabat. Id enim docemur eo loco ubi (2, 159) Argonautæ post devictum Amycum et peracta sacra Orphei cantibus delectabantur ξανθὰ ἐρεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα ἀγχιάλῳ, τῇ καί τε περὶ πρυμνήσι' ἀνῆπτο. Ad hæc scholiasta: Οὐ ποιητικῶς δὲ ἀνέπλασε τὴν δάφνην ὁ Ἀπολλώνιος, ἀλλ' ἔστιν ὄντως ἐν τῷ τόπῳ δένδρον δάφνης εὐμέγεθες, ὥς φησιν Ἀνδροίτας ὁ Τενέδιος ἐν τῷ Περίπλῳ τῆς Προποντίδος, παριστορῶν ὅτι Ἄμυκος μὲν καλεῖται τὸ χωρίον, ἔχει δὲ ἐποίκια καὶ νῦν, διέστηκε δὲ τοῦ Χαλκηδονίου Νυμφαίου σταδίους πέντε. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ποντικῶν ἡρῷον αὐτόθι φησὶν εἶναι Ἀμύκου, καὶ εἴ τις ἐκ τῆς δάφνης κλάδον λάβοι, εἰς λοιδορίαν ἀνίστησι.

Ex his patet laurum litoralem, de qua Apollonius agit, non esse laurum insanam, quam in tumulo demum Amyci natam esse produnt Ptolemæus (Hist. nov. c. 3 p. 187 ed Westerm.) et Plinius 16, 48, quibuscum concinit narratio Dionysii. Andrœtas vero, ad illustrandum Apollonium a scholiasta advocatus, cur aliter atque Apollonius de lauro statuisse censendus sit, causa subest nulla. Nihil igitur Andrœtæ locus suppeditat, quod suadeat apud Dionysium pro ἔνθα legendum esse ἔνθεν. Immo quæ de quinque stadiorum intervallo inter Nymphæum et Apollonii laurum litoralem intercedente Andrœtas prodit, cum Dionysii narratione et situ locorum optime possunt conciliari. Nam ipse Gyllius fatetur secundum ordinem quo loca Dionysius recenset, commodissime laurum insanam componi cum Sycia fonte in valle Divæ Galatinæ exstante, cujus laurum vim suam perniciosam fabulæque veritatem in Gyllii comitibus comprobasse dixeris. Jam vero ab hoc fonte, qui lauri insanæ et Nymphæi loco respondere videtur, usque ad portum quem in medio Argyronio promontorio olim fuisse produnt, in Moltkiana tabula quinque metior stadia. Quidni igitur hunc portum Argonautas adiisse ex Apollonii et Andrœtæ sententia, statuamus? Nihil certe est quod repugnet; immo Apollonii εὐρεῖαν ἀκτὴν perapte referre licet ad latissimum Argyronium promontorium, sicuti summæ quæ ibi sunt freti angustiæ bene cadunt in eorum narrationem, qui Amycum produnt τὸ στενὸν Bospori obtinuisse ibique prætervavigantes deprædatum esse (Joann. Ant. in Fr. Hist. t. 4, p. 548, fr. 15: τὸ στενὸν τῆς θαλάσσης κατέχει καὶ τοὺς πλέοντας λῃστεύει καὶ φονεύει). Ceterum alios de lauri insanæ loco aliter statuisse nemo miretur. Plinius 16, 48 § 239 ed. Sillig. ita scribit: « *In eodem tractu* (sc. Heracleæ Ponticæ) *portus Amyci est Bebryce rege interfecto clarus; ejus tumulus a supremo die* (*a supereminente hodieque* conj. Sillig) *lauro tegitur quam insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum inferatur navibus, furgia fiunt, donec abjiciatur.* Quæ ne Plinii negligentiæ referenda esse putes, impedit Theocritus Id. 22, 27 sqq., qui ipse quoque post trajectas Cyaneas in Ponto Argonautas ad Amycum venisse perhibet. Denique Apollodorus ille, a scholiasta laudatus, quicunque fuerit, quum de lauro insana in *Ponti* periplo dixerit, item in Pontica regione eam collocasse videtur. Ut in Bosporo, sic ad Heracleam Ponticam laurum istam in Nymphæo monstratam esse suspicor, quoniam Arrianus (Per. P. § 19) in Heracleotico tractu Nymphæum memorat, a quo quum proxime abesset locus *Tyndaridæ* dictus, devicti a Tyndaridis Amyci memoriam ibi viguisse facile concesseris. Idem hoc Apollonius 2, 806 pro suo consilio ita indicat, ut Lycum, Mariandynorum regem, Tyndaridis ob interfectum Amycum templum in Acherusio promontorio exstructurum fuisse dicat Alia de lauri loco sententia est Arriani qui in Periplo suo portum Δάφνης μαινομένης a Fano 40 stadia distare tradit ideoque in eo sinu collocat qui Gyllii ætate vocabatur *Becoussi* (i e. juglandium sinus), quod nomen nunc abiit in *Beicos*. Restat Stephanus qui s. v. Δάφνη dicit: Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη μαινομένη (φαινομένη codd.) ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι; in quibus si verba ἐν τ. στόματι premenda sunt, portus ille ad Argyronium potius promontorium quam in *Beicos* sinu ponendus esse videatur. *Beicos* sinum Dionysius sicuti Plinius 5, 43, 150, vocat *Amyci sinum*. Quodsi nihilominus lauri insanæ locum, quem ipse oculis usurpaverat, alio transfert, habuisse debet cur ita faciendum esse statueret.

Chalcedonium, an specu Nymphis sacrum, an locus topiario opere spectabilis, an locus sacer virentibus silvis et pratis, an balneum, an lacus, an simile Nymphæo Pontico, quod matris Demosthenis oratoris pater figulus nominatus [1] Glycon hostibus prodidisse accusatus, et mortis condemnatus fugit ad Bosporum. Epicharmus et Pisander (ap. schol. Ap. Rh. 2, 98) dicunt Pollucem loro ligasse Amycum. Deilochus (ap. schol. Ap. l. l.) in primo libro, quem scribit de Cyzico, pugillatu dicit Amycum a Polluce superatum. Orpheus ait Pollucem duris loris caput Amyci percussisse. Dura lora quid aliud, quam cæstus? Pollux enim teste Arnobio pugillator bonus et crudo inexsuperabilis cæstu, qui vicerit Amycum pugillatu omnium hominum suæ ætatis præstantissimum, quem Valerius Flaccus recte appellavit gigantem, regem Bebrycum, quos Orpheus scribit ὑπερφιάλους, cum ob corporum magnitudinem, qua præstabant ceteris suæ ætatis hominibus, tum ob animi immanem perfidiam. Arrianus (ap. Eustath. ad Dion. 805) narrat Bebrycem Arantam fuisse magnitudine octo cubitorum, crassitudine vero respondente symmetriæ altitudinis. Eadem magnitudine historici tradunt fuisse Nicephorum Imperatorem.

Fr. 62.

Inde Dionysius: *Post*, inquit, *Laurum insanam sequitur sinus profundus valde, nominatus Moucaporis a rege quodam Bithyniæ. Portus in ipso perbonus, post quem est promontorium* Ἀετόρυγχον [2] *a figura nominatum: est autem petrosum totum, et proximum habens mare profundum usque ad oram littoris. Inde sinus Amycus* [3] *appellatus, et Gronychia* [4]*, campus supinus et planus; in ipso autem* [sinu] *piscationes cetaceorum piscium; deinde Paludes a simili exaggeratione paludum, quæ sunt in penitissimo sinu nuncupato cornu Byzantii.*

Vide an littus, quod tempore Procopii appellabatur Mocadion, fuerit illud quod attingeret sinum Moucaporidem. Procopius enim (De ædificiis, 1, 6) confestim post descriptionem ædis Panteleemonis sacræ, in Argyronio sitæ, addit littus quoddam esse, cui nomen esset Mocadion [5] vicinum loco, quod sua ætate appellaretur Ἱερόν, hoc est Fanum. In quo quidem Gyllius dicit. Eique sententiæ favet quod Gyllius monet se legisse in incerto auctore Mocaporin sinum postea *Drepanum* dictum esse; hoc enim nomen in istum sinum apprime cadit, quippe qui μηνοειδὴς sive σεληνοειδὴς est falcisque formam repræsentat. Nescio an *Monocolos* nomen, quod apud Gyllium legitur et in quo supra jam offendimus, corruptum sit ex Μηνὸς κόλπος. Nomina a falce et a luna repetita eidem sinui vel promontorio indi poterant. Sic in Libyæ ora promontorium quod apud Strabonem Δρέπανον vocatur, apud Ptolemæum et in Stadiasmo Maris Magni Σεληνίς appellatur (v. tom. 1, p. 436 § 23 not.). Quodsi Græculi Gyllio narrabant nomen ductum esse a lapide nuper ibi reperto, cogitare licet de *Lunari lapide* miraculoso sive de Selenitide, de quo v. Plinius 37, 67 § 181; Solinus 37, 21; Augustinus Civ. Dei 21, 5; Isidor. 16, 4, 6. 10, 7; Diosc. 5, 159 ibique Marcellus, Olympiodor. ad Platon. Alcib. p. 18; Psellus De lapidibus in Ideler. Phys. 1, p. 246.

1. *Figulus nominatus*] i. e. Γύλων ὁ ἐκ Κεραμέων, qui pagus erat Acamantidis tribus.

Fr. 62. *Moucaporis*] Nomen hoc exstat in titulo ap. Bœckh. C. Inscr. t. 2, p. 974 n. 3795: Βουβᾶς Μοκαπόρι[δος], Γιγλίκηκος (?) Δινδιπόρι[δος], χαίρετε. « Homines hi possunt Bosporani videri e Chersoneso taurica, quod simillimum nominibus hujus tituli binis est nomen in Bosporo Cimmerio occurrens *Rhescuporis*, de qua re monuit jam Franckius. Sed *Rhescuporis* potius nomen est ad reges Bosporanos propagatum et hæc quoque nostri tituli nomina sunt Thracum ad quorum gentem Bithyni pertinent. ... Eodem pertinere videtur nomen Μωκάδιον, de quo Procopius De ædif. 1, 9: ἀκτὴ δέ τίς ἐστι Μωκάδιον ὄνομα, τοῦ χωρίου ἐγγὺς ὃ καὶ νῦν Ἱερὸν ὀνομάζεται. Ad nomen Βουβᾶς cf. nomen regis Bithynorum Βᾶς ap. Phot. Bibl. cod. 224 p. 228 ed. Bekk. ex Memnone, nisi ibi quoque potius Βουβᾶς legendum. » Boeckhius. Fortasse ad Mocadion Procopii pertinet Μόκατα, quod Bithyniæ oppidum esse dicit Stephanus.

2. Ἀετόρυγχον] *Aquilæ rostrum referens*. Legebatur ἀετόρηχον et in seqq. *aetorechon*, quæ vox sensu caret. Emendavit Cramerus in Steph. Thes. v. ἀετόρυγχος, conferri jubens v. ὀξύρρυγχος. Quinam sint Mocaporis sinus et Aetorynchum pr. Gyllius dijudicare non ausus est. Hammerus l. l. 2, p. 291 et Moltkius Mocaporin sinum agnoscunt in hod. *baie de Chunkar* sive *Hunjkar isklessi* (i. e. locus ubi rex appellere solet), et Aetorynchum pr. habent hod. *Selvi Bouroun* sive *Mesar Bouroun*, quod sinum modo dictum a boreali parte claudit. At Dionysii verba postulant ut promontorium Aetorynchum meridiem versus sinum terminet. Quare si de promontorio recte illi statuerunt, Mocaporis sinus ex Dionysii sententia quærendus est in hod. *baie des carrières* sive in Monocolo sinu quem Gyllius dicit. Eique sententiæ favet quod Gyllius monet se legisse in incerto auctore Mocaporin sinum postea *Drepanum* dictum esse; hoc enim nomen in istum sinum apprime cadit, quippe qui μηνοειδὴς sive σεληνοειδὴς est falcisque formam repræsentat. Nescio an *Monocolos* nomen, quod apud Gyllium legitur et in quo supra jam offendimus, corruptum sit ex Μηνὸς κόλπος. Nomina a falce et a luna repetita eidem sinui vel promontorio indi poterant. Sic in Libyæ ora promontorium quod apud Strabonem Δρέπανον vocatur, apud Ptolemæum et in Stadiasmo Maris Magni Σεληνίς appellatur (v. tom. 1, p. 436 § 23 not.). Quodsi Græculi Gyllio narrabant nomen ductum esse a lapide nuper ibi reperto, cogitare licet de *Lunari lapide* miraculoso sive de Selenitide, de quo v. Plinius 37, 67 § 181; Solinus 37, 21; Augustinus Civ. Dei 21, 5; Isidor. 16, 4, 6. 10, 7; Diosc. 5, 159 ibique Marcellus, Olympiodor. ad Platon. Alcib. p. 18; Psellus De lapidibus in Ideler. Phys. 1, p. 246.

3. *Amycus*] Cf. Plinius 5, 43 § 150: *dein Nicopolis* [sc. *fuit*], *a quo nomen etiamnum sinus retinet, in quo portus Amyci*. Alium Amyci sinum Plinius (16, 89) in Ponto memorat, ut supra p. 82 monuimus. Apud Arrianum (Per. § 37) in hoc sinu ponitur portus Δάφνης Μαινομένης.

4. *Gronychia*] Vix sanum vocabulum. Fuerit *Acronychia*, Ἀκρωνυχία, πεδίον ὕπτιον καὶ ὁμαλόν, aut Ἀκρωνυχίας πεδίον etc. Quum quæ deinceps sequuntur *Paludes* ad hodiernæ *Sultanie* planitiem perapte a Gyllio et Hammero referantur, Acronychia pertinebit ad juga montana quæ *Beicos* loco imminent.

5. *Mocadion*] Μωκάδιον. Apud Gyllium ubique scribitur *Mochadium*. Archangeli templum probabiliter fuit in *Jouchæ Tagh*, ubi Herculis κλίνην Dionysius memorat. Certe templum ibi olim fuisse censet Clarkius.

Mocadic dicit Justinianum templum Archangelo ædificasse, non inferius aliis duobus templis sacris Archangelo, quorum alterum ante dixi Justinianum construxisse juxta promontorium Hestias, alterum in contrario littore : quanquam ex ordine Procopii Mocadion fuisse videtur inter Argyronium et Fanum. At ex Dionysii verbis intelligimus post Argyronium et lectum Herculis et Nymphæum et Laurum insanam fuisse sinum Moucaporidem. Præterea noscimus ex antedictis Dionysii, Laurum insanam et sinum Amycum duo loca esse inter se separata; nempe inter ipsa intercedunt Moucaporis sinus et promontorium Aëtorynchon; ubi vero fuerint, ex nominibus locorum hujus ætatis assequi non potui, quantumlibet iterum et sæpius hac de causa obierim totum littus Bospori Asiaticum, neque a quoquam nato ex indigenis antiquis quicquam intelligere potui. Nam omnes, qui jamdudum accolunt Bosporum, peregrini sunt; indigenæ vero capta Constantinopoli ex Bosporo aufugerunt, et vici aut exustì aut diu deserti manserunt, et aliquot post annos a longinquis nationibus barbaris bello subactis agrestes agricolæ abducti sunt ad Bosporum accolendum, ut omnes hujus ætatis accolæ Bospori sint aut peregrini aut peregrinorum filii. Præter hæc incommoda huc accedit aliud incommodum, quod Bospori littus Asiaticum regiis viretis totum ferme occupatum est, exstinctis et funditus deletis antiquis vicis, ut ne vicorum quidem quisquam jam teneat nomina. Itaque ad conjecturas convertere me oportuit. Primo conjiciebam Laurum insanam fuisse in vallicula divæ Galathinæ, idque ita colligebam, ut sinum Moucaporidem accommodarem sinui jam ante nominato Monocolo; quem cum perspicerem magnum et longo littoris flexu incurvatum in formam falcis, legissemque apud incertum scriptorem [6] sinum Moucaporidem postea Drepanum appellatum fuisse, descendebam in eam opinionem, ut putarem hunc esse Monocolon, et promontorium Aetorynchum esse jam vulgo nuncupatum Turcum. Sed Arrianus (Per. Pont. § 37) me retinuit, tradens in suo periplo Bithyniæ a Fano Jovis ad portum Laurus insanæ esse quadraginta stadia. At divæ Galathinæ vallis non distat a Fano viginti stadia; quamobrem ex Arriano Laurum insanam convenit esse ultra Galathinam longe amplius viginti stadiis. Verum ut situs locorum clarius fiat perspicuus, designabo littoris sinus et promontoria.

A flexu promontorii Argyronici, quo primus Asiæ angulus normalis oppositus angulo Europæo appellato Bathycolpo quadratur et perficitur, et quo Bosporus tendens ad occasum flectitur ad orientem, littus Bospori Asiaticum quatuor sinus admittit, antequam rursus convertatur ad occasum : quorum primus est Sycia sive Monocolus appellatus, amplus, littoreo circuitu molliter flexo plus duo milliaria complectens : cujus supra medium flexum est fons perennis Sycia appellatus a proxima ficu. Cum ad hunc fontem accessissemus, et laurum vicinam decerpsissemus, eamque in navigium attulissemus, tot contentiones inter remiges et vectores exortæ sunt, ut putarem Syciam olim appellatam fuisse ψυχόνουν [7] (id est, Laurum insanam), ut appellat Dionysius. Sed Arrianus iterum me retinuit, cum ait Laurum insanam distare a Fano quadraginta stadia; nam Sycia longe minus distat. Alter sinus a sinu Sycia dividitur promontorio nominato Turco [8], in quem quidem sinum medium ingreditur perennis fluvius [9], versans molas, paludem efficiens cannarum silva tectam, habens ostium, quod ponticulis trajicitur, delapsus per vallem amœnam, planam, in qua regii horti cum regia villa [10] adumbrata silvis cum aliarum arborum, tum maximarum platanorum. In hoc sinu, quem jam Græci appellant Turcon, existit scala lignea [11], qua rex oram maris vadosam trajiciens descendit in hortos. Tertius sinus deinceps statim, interposito tamen promontorio [12] vineis pleno, ab ima parte petroso subsequitur appellatus a Turcis Becoussi [13], id est, nux juglans, a Græcis Amæa [14] sive Marmorea Scala. Quartus positus est in angulo Soltaniæ, quo Bosporus tendens ad orientem, convertitur ad occasum, quoque angulus Asiæ normalis efficitur oppositus angulo Europæo nuncupato Comarodi. Hunc quartum sinum esse Paludes similes Byzantinis, quas Dionysius ponit post sinum Amycum, paulo infra ostendam : quo cognito facilius assequemur unum esse Amycum ex tribus reliquis sinibus. Amycus sinus esse non potest ille ipse quem dixi primum nominatum Monocolon. Nam inter Argyronium oportet esse Moucaporidem sinum profundum, portuosum : at inter Monocolon et Argyronium nullus talis existit. Relinquitur, ut sinus Amycus sit aut sinus secundus, in quem defluit rivus versans moletrina, aut tertius, quem Græci appellant Amæam a petra [15] extra aquam eminenti, gerenti similitudinem mulieris, τῆς μαίας : sed altius, ut opinor, desi-

6. *Apud incertum scriptorem*] Quinam ille fuerit dicere non habeo.

7. Ψυχόνουν] vox alibi non obvia, quantum sciam.

8. *Turco*] hod. *Selvi Bouroun.* ‖ — 10 *perennis fluvius*] *Kutchuk deresi.* Ab hoc non longe distans alius fluvius in eundem sinum exit. ‖ — 10 *Regia villa*] *Kiet-hane kiosk.* ‖ — 11. *scala* etc.] hod. *Chunkar s. Hunkjar iskelessi.* ‖ — 12. *promontorio*] cui a meridie subjacet *Jalik-koi.* ‖ — 13. *Becoussi*] hod. *baie de Beicos.*

14. *Amœa*] Infra legitur *Amia sive Lamia.*

15. *A petra*] Hanc in tabulis non invenio. Fortasse nunc continenti junctus est in loco ubi Moltkius notat in mare procurrentem contignationem piscibus capiendis aptam, *talian Kaik-kane.*

gnante antiquum Amycum. Nam huic uni et soli convenit illud, quod tradit Dionysius apud sinum Amycum pisces cetaceos capi. In hoc sinu duo vici sunt a solis Turcis habitati, quorum alterum Græci appellant Amæam, alterum vocant Marmoream scalam; Turci utrumque nominant *Becoussi*, non sine causa fortasse prius appellatum Καρύαν [16] nomen Insanæ laurus effugientibus mutata arbore et nominatione, ut Pharmaciam in contrario littore accolæ mutaverunt in Therapiam. Inter Amæam et Marmoream scalam piscatores æstivo tempore tendunt retia ad capiendos ξιφίας pisces cetaceos, qui in nullo alio loco Bospori capiuntur, idque maris spatium appellant Amiam sive Lamiam, nescio an ab Amyco. Hoc unum scio, hunc sinum esse portum, quem Arrianus (Per. Pont. § 37) appellat Laurus insanæ, ex eo, quod distat a Fano quadraginta stadia [17]. Itaque oportet Dionysium errare, aut Arrianum. Nam Arrianus sinum Amycum [18] et portum Laurus insanæ eundem facit. Dionysius a sinu Amyco separat Laurum insanam intervallo interposito sinus Moucaporidis, et promontorii Aetorynchi : sed uter rectius scripserit, conjice ex his quæ subjungam. Et primum considera id, quod Dionysius tacet, cur appellatus fuerit sinus Amycus. Profecto a loco vicino nuncupato Amyco. Præterea perspice, cur locus ille vicinus appellatus fuerit Amycus; nimirum ex eo, quod ibi vel Amycus aulam habuerit, vel pugnaverit cum Polluce, vel quod ejus sepulcrum fuerit, vel quia Laurus insana ibidem extiterit : nam hæc quatuor de eo traduntur. An in eodem loco eadem hæc omnia fuerint? Quod si in eodem loco, oportet esse apud sinum Amycum, aut nulla causa relinquitur, cur nominetur sinus Amycus. Apollonius (1, 1361) illa in eodem loco ponere videtur, cum ait Argonautas ad littus, quod videbatur ex sinu extendi eminenter, navem appulisse, ubi essent stabula boum, aulaque Amyci Bebrycum regis; quem ubi Pollux devicisset, et ob hujus victoriam Argonautæ lauro coronati cœnassent, postridie rudentes solvisse, quibus navis alligata esset ad laurum vegetam [19]. Andrœtas Tenedius in periplo Propontidis (ap. schol. Ap. Rh. 2, 159) dicit Apollonium [20] non poetice finxisse laurum, sed revera fuisse in hoc loco arborem laurum bene magnam Idemque præterea narrat hunc locum appellari Amycum, habuisseque sua ætate ædificia a colonis excitata, et distare a Nymphæo Chalcedonio quinque stadia. Magni Etymologici auctor (p. 87, 11) ex antiquis scriptoribus tradit Amycum urbem esse, at in quo loco sit, non declarat. Plinius (5, 43 § 150) Nicopolim appellat. Stephanus (v. Νικόπολις) Nicopolim quidem dicit esse in Bithynia, sed locum non definit. Apollodorus in primo Ponticorum (ap. schol Apoll. Rh. l. l.) dicit in loco nuncupato Amyco sepulcrum Amyci et laurum esse, ex qua si quis ramum cepisset, in convicia et contumelias concitaretur. Plinius etsi portum Amyci alias (5, 43) ponit apud Bosporum, alias (16, 89) in tractu Heracleæ Ponticæ, tamen, id quod excerpserat ex antiquis scriptoribus, tradit portum Amyci Bebrycum rege interfecto clarum esse, ejusque tumulum a supremo die lauro tegi, quam Insanam vocant, quoniam si quid ex ea decerptum inferatur navibus, jurgia fiant, donec abjiciatur. Sed quid plura inculcem? cum jam satis ex antedictis pateat, in eodem loco fuisse portum Amyci, portum Laurus insanæ, sepulcrum Amyci et locum pugnæ inter Pollucem et Amycum, et locum Amycum et sinum Amycum. Quare miror Dionysium separare Laurum insanam a sinu Amyco, interposito intervallo sinus Moucaporidis et promontorii Actorynchi. Verum Dionysius, ut homo Byzantius longe accuratius describens littus Bospori Byzantium, quam Chalcedonium, decipi potuit varia quadam opinione, quæ tum fortasse pervagabatur de Lauro insana. Sed quantumlibet fuerit pervagata, tamen ex antedictis constat sinum Amycum esse, quem Arrianus appellat portum Laurus insanæ, et Plinius portum Amyci : nuncque appellari Amiam et Marmoream scalam, apud quam est fons distans a Bosporo centum passus, emittens fluvium perfrigidum, etiam summa æstate versare valentem molas, si ejus alveus esset proclivis : et major erat antequam ejus pars derivata esset in vicum proximum appellatum *Becoussi*, ubi, ut hodie est accommodata regiæ Turcorum aulæ, sic longe commodior sedes fuit armentis Amyci ejusdemque aulæ quam apud Laurum insanam, quam Dionysius ponit inter Argyronium et sinum Turcum, ubi dixi fluvii ostium efficere paludem cannis plenam, in quo spatio nullus est fluvius, qui necessarius erat aulæ regis Amyci; ideoque etiam hac ætate caret ædificiis. Nec me movet etiam si hodie nulla spelunca appareat talis, qualem describit Valerius, cum ait :

> Littore in extremo spelunca apparuit ingens
> Arboribus super et dorso contecta minanti.

16. Καρύαν] i. q. *Becoussi*, juglandium oppidum. Legebatur *Cariam*.

17. Ceterum quadraginta stadiorum distantia justo major est. ‖ — 18. *Sinum Amycum*] sc. quem Dionysius dicit; nam Arrianus ejus non meminit.

19. *Ad laurum vegetam.*] Apollon. 2, 159 : δάφνῃ ἀγχιαλῷ, τῇ καὶ τῇ περὶ πρυμνήσι' ἀνῆπτο. Sic codices nostri, in quibus quum vitium lateat, Merkelius dedit τῇ καί τε περὶ, in annotatione addens corrigi posse τῇ καὶ περάτῃ, τῇ καὶ νεάτῃ, τῆς καὶ στύπεϊ. Gyllius, quem Apollonii recensionem a nostra diversam habuisse complura produnt indicia, fortasse legit : τῇ καὶ στιβαρῇ. ‖ — 20 *Apollonium*] Legebatur Orpheum.

Nam ea aut tot per secula ædificationibus obruta est, aut a Turcis inclusa tenetur intra ædificia, quæ ipse excutere non potui : aut fortasse poetice locutus est : quod non solent physici poetæ in descriptione locorum. Ex antedictis Plinii perspicitur non modo error ponentis Laurum insanam et sepulcrum Amyci extra Bosporum in tractu Heracleæ Ponticæ, sed etiam ejusdem incerta commentatio modo ponentis portum Amyci extra Bosporum, modo intra Bosporum, cum tot ex auctoribus, quos citat, apertissime declarare potuisset Laurum insanam et sepulcrum Amyci et portum Amyci esse intra Bosporum. Hermolao ignoscendum est, quatenus fortasse non viderat Arriani Periplum, neque Dionysii Anaplum : at viderat Apollonium, quem citat ad probandum, ubi esset Laurus insana et portus Amyci et sepulcrum Amyci : ex quo assequi poterat illa esse juxta Bosporum ; tum maxime ex Stephano, quem frequentissime affert, consequi facile poterat portum Laurus insanæ esse in ore Ponti in dextra navigantibus ex Propontide in Pontum, nisi fortasse codicem Stephani depravatum non animadvertit, in quo edita est Δάφνη φαινομένη pro μαινομένη. Quæ quidem paucula si Hermolaus, diligentior peregrinator librorum quam regionum, expendisset, profecto in multiplicem errorem non incidisset, qui ut probet in Plinio posse legi *portum Amyci* [21], tamen in Bosporo non vult intelligere illum esse, sed haud procul a Bosporo, nempe in tractu Heracleæ. In quo multipliciter decipitur : primum ignorans portum Amyci esse intra Bosporum ; secundo Laurum insanam et sepulcrum Amyci ponens extra Bosporum ; tertio Azani portum et Azanim urbem statuens juxta Bosporum ; quorum nemo meminit, ne Dionysius quidem : cum Azanis sit extra Bosporum teste Strabone (p. 576), qui ait ex Azanitide Rhyndacum exoriri. Jam cognitis Amyco loco et Amyco sinu, cognoscimus Nymphæum Chalcedonium teste Androeta Tenedio distans quinque stadia a vico nuncupato Marmorea scala esse, aut in regiis hortis nuncupatis *Becoussi*, aut ab eis non longe, portumque Moucaporidem esse inter Argyronium et vicum Marmoream scalam appellatum, nimirum esse aut Monocolon aut proximum sinum, ubi fluvius versat molas, promontoriumque Aetorynchum existere alterum ex duobus promontoriis sitis in horto, et quem Græci vocant Turcon corrupte, quasi Aetorynchon. Paludes, quas post sinum Amycum ponit Dionysius, fuerunt in sinu, quem vulgo vocant Soltaniam, a Soltano rege Soleimano, qui in eo Sardacum luculentum (sic enim Turci appellant tholum undique fenestratum) in littore ædificavit cum hortis et silvis et ædibus regiis : ubi priusquam hortos ille construxisset, a senibus piscatoribus accepi ibidem paludes a Soleimano obrutas, ædificiis hortisque occupatas fuisse : atque ubi nunc Sardacum et cetera ædificia existunt, insulam prius extitisse circumdatam mari vadoso jam obruto, arcisque projectis in hortos redacto.

VII. *De sinu Catangio; de promontorio, quod Dionysius appellat* ὀξύρρουν, *et portu Phrixi ; de promontorio Lembo nuncupato et de insula exigua.*

Fr. 63.

Post (inquit Dionysius) *Paludes subsequitur sinus nuncupatus* Κατάγγειον, *ad se maxime alliciens pisces, si quis alter, ac potius (si nihil decet supprimere eum qui veritatem dicit) solus ex littore Chalcedoniorum est bene piscosus. Verumtamen tantum differt ab Europæo, quantum differt mare a terra.* Ἐπ' αὐτῷ ὀξύρρους ἄκρα (*hoc est, in ipso vel post ipsum est promontorium Oxyrrhoum*). *Post Oxyrrhoum succedens littus planum et multum appellatur Phrixi portus, post quem alter portus et Phiela Chalcedoniorum valde potentum.* Ἐπὶ δὲ αὐτῷ (*id est, in ipso vel post ipsum*) *Phiela est tumulus supinus et rotundus, in circuli figuram circumscribens basim. Theatrum aliquis conjectaret se videre improvisum a natura constitutum. Prope autem est promontorium*

---

21. *Posse legi portum Amyci*] Scilicet apud Plinium 5, 43, 150 pro *portus Amyci*, quod codex Snackenborgianus et codd. Gelenii habent, in reliquis legitur *Achimi*, *Acymy*, *Acymi*, et in codicibus Hermolai Barbari *Azini* et *Azani*, unde Hermolaus Barbarus aut *Azani* aut *Azari* legendum esse putavit.

Fr. 63. Catangium (Κατάγγειον), Gyllii ætate Gastacium dictum, intellige eum maris recessum, cui intimo adjacet *Tchiboukli* locus. Ὀξύρρους ἄκρα est mucro promontorii inter *Tchiboukli* et *Kanlidche* medii, quod Magnum Glari promontorium seriores dicebant. Quæ deinceps legimus : *Sequitur litus planum et multum Phrixi portus appellatum*, eodem modo dicta sunt quo legimus § 49 : *longum litus vocatum Ephesiorum portus*, et § 56 : *latum litus cui nomen Pantichium*. Phrixi portum ad hodiernum *Kanlidche* pertinere probabiliter statuunt Hammerus et Moltkius. Etiam cum Fano Asiatico memoriam Phrixi conjunctam fuisse supra vidimus. Sequens portus, ad quem Phiela erat, *Kanlidche* loco e Gyllii sententia proximus fuisse debet ; ubinam potissimum collocandus sit, ego dicere non habeo, sed facillime dijudicet is cui suis loca oculis usurpare licet. — In verbis ἐπὶ δὲ αὐτῷ offendimus. Nam si ea explices : ἐπὶ δὲ αὐτῷ τῷ λιμένι, mira est mentio duplicis Phielæ ; sin in græcis fuisse putes : ἐπὶ δὲ αὐτῷ τῷ Φιέλᾳ λόφος ἐστὶ ὕπτιος, in antecedentibus nominativum *Phiclas* exspectaveris. Suspicor fuisse ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ Φιάλῃ, Phialamque censeo locum fuisse cujusmodi duo Constantinopolis loca Φιάλαι dicta, de quibus vide Ducangium in Constant. Christ. lib 2, p, 161 et lib. 3, p. 21. Altera harum porticu circumdata erat, ad alteram vero βάθρα

nominatum Lembus a similitudine lembi. Sub littus illi continuum est insula valde brevis, juxta quam maris vadum exalbescens cautibus sub aqua jacentibus in Europam avertit piscium cursum, cujus aspectu exterriti fretum transeunt secundo Bospori fluxu. Chalcedonii ipsam insulam appellant Βλάβην, *apto nomine et proprio experientiæ rei quæ accidere solet. Inde est Potamonion; post Potamonion succedit Nausiclia, apud quam dicunt Chalcedonios bello navali superasse adversarios contra se navigantes; inde Echæa,* περίρρουν *promontorium, et sinus appellatus Lycadium satis profundus, illud quidem a viro Megarensi, Lycadium sive Cycladion a quodam indigena.*

Catangium videtur is esse sinus, quem hodie vocant Castacium, non modo nominis similitudine, sed etiam vera Dionysii descriptione. Piscosus enim si quis alius littoris Asiatici. Verum ut ejus situs et consequentis littoris intelligatur, scito sinum Soltaniæ a septentrione habere regis hortos, a meridie vicum habitatum a Turcis, nuncupatum Sycia [1]. Post vicum in littore est locus, quem piscatores vocant Bolaca a jactu retis. Hic sinus jam Soltanicus, prius Cyclaminus appellatus, longo circuitu leniter flexo quadratur in angulum normalem; piscosus habetur; a meridie clauditur promontorio nominato Stridio [2], ab ostreis potius arbitror, quas vulgus Græcorum appellat stridia, quam a stridore, nam ibi fluxus non stridet. Hoc promontorium ab aquilone includit sinum Castacium, valde piscosum, habitatum a piscatoribus. In hunc perennis rivus per vallem delabitur, in qua ima et plana regis horti silvis virentes. In sinus parte extrema ad meridiem pertinente videntur fundamenta illius antiqui magni monasterii, quod appellabatur Ἀκοιμήτων [3] a monachis nunquam noctu dormientibus. Hujus solitarii domicilii moderatorem et gubernatorem tradit fuisse Cyrillum Euagrius in sua Christianæ concionis historia (5, 16). Meminerunt et alii historici aliorum monachorum vel eruditione vel sanctitate illustrium qui hic solivagam vitam egerint. Jam vero a meridie Castacium sinum cingit promontorium duo cornua præ se gerens : alterum sinum Castacium claudens, quod vocant Magnum Glari [4], quodque celeri acutoque fluxu circumsonat; alterum cornu claudens sinum, quem Πλάκα Græci appellant, circumfluit Bosporus rapido cursu et simili prioris, quod dicunt Parvum Glari. Vide horum alterum, an sit Ὀξύρρουν, alterum vero Περίρρουν [5]. Medium promontorium, dividens Castacium a sinu Placino, incurvatur in duo cornua, parvulum sinum admittens, supra quem impendet concavus locus similis magno theatro. Post promontorium parvi Glari statim subsequitur sinus mediocris, quem Græci appellant Πλάκα a quadam, ut ipsi aiunt, mensa marmorea. Hunc sinum a meridie claudit promontorium, cujus ad radicem duo saxa supra aquam eminent, undoso mari circumdata. Itaque cum in toto littore Asiatico nulla sit insula neque scopulus inter Fanum Jovis et Chalcedonem quam hic et alter situs sub promontorio Damalico : aut horum alterum oportet esse illam, quam Dionysius commemorat, aut non extare. Jam vero scopulum positum sub radicibus promontorii Damalici non esse insulam traditam a Dionysio, liquet ex his quæ et ante dixit Dionysius et ex iis quæ postea dicet. Quod si juxta illa duo saxa supra aquam extantia sit maris vadum exalbescens cautibus, quibus sub aqua jacentibus Dionysius scribit pisces averti in Europam, profecto hic sive scopulus sive insula major esse debuit, adjacentesque cautes erutas fuisse convenit : aut si alibi insula Dionysii fuit, funditus eversa est a Chalcedonensibus illam appellare solitis Βλάβην. Strabo (p. 320) insulam esse tacet, sed duntaxat petram esse dixit. « Pelamydes, inquit, descendentes ex Ponto, cum præterierunt Cyaneas, ex Chalcedoniaco littore petra quædam alba ipsis objecta, adeo exterret, ut statim in contrarium littus convertantur. » Plinius (9, 20) saxum duntaxat esse dicit. « *Est*, in-

---

sive ἀνάβαθρα erant, sicut Bospori Phiala clivo adjacebat in theatri modum assurgenti. De Phiala Alexandriæ loco v. Procopius De ædif. 6, 1 p. 331, ed Bonn. Ad nostrum locum nescio an pertineant quæ Stephanus v. Φιγάλεια habet : Ἔστι καὶ Φιάλεια Βιθυνίας. — *Lembus* promontorium secundum Gyllium inter *Kandlidche* et Placem sinum sive istum maris recessum cui nunc *Korfes* vicus adjacet, ponendus est; nam in ipso hoc recessu Blaben insulam vel, ut Plinius ait, *petram e vado ad summam perlucentem* Gyllius sibi reperisse videtur. In recentioribus tabulis nauticis nulla ibi insula scopulusve notatur. — *Potamian* pertinet ad hodiernam *vallée de l'eau douce* sive ad ostium Aretæ, fluvii in Asiatico Bospori latere maximi, qui nunc vocatur *Boujouk-Gök-sou* i. e. magna cœlestis aqua. — *Nausiclia*, Ναυσίκλεια, fuerit ad ostium sequentis fluvii quem dicunt *Koutschouk Gök-sou* sive parvam cœlestem aquam. Gyllii ætate, ibi Naple vicus exstabat. — *Echæa*, ἄκρα περίρρους (quæ nescio an potius Ἠχεία dicta sit) nunc est promontorium *Kandilli*, i. e. *lucernas habens*, λυχνοῦχος. Sequens sinus Λυκάδιον (Λυχνίδιον?) potius dictus fuerit quam Κυκλάδιον.

1. *Sycia*] hodie eodem sensu : *Indchir-koi*, i. e. ficuum vicus. ‖ — 2. *Stridio*] hodie Turcis *Bouroun Bagtche*. ‖ — 3. Ἀκοιμήτων] Plura de his vide apud Ducangium in Const. Christ. l. 4, p. 151.

4. *Glari*] de laro ave; nam λάρον posteriores γλάρον dicebant. Similiter Deli insulæ promontorium Γλαρόπoδα vocari monet Schneider. ad Aristot. hist. an. vol. 3 p. 278. ‖ — 5. *Alterum vero* περίρρουν] At promontorium quod Dionysius περίρρουν dicit, ad hunc tractum minime pertinet.

quit, *in Euripo Thracii Bospori, quo Propontis Euxino jungitur, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis saxum miri candoris a vado ad summum perlucens, juxta Chalcedonem in littore Asiæ : hujus adspectu repente territi (thynni) semper adversum Byzantii promontorium, ex ea causa appellatum Aurei Cornus, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii est, magna Chalcedonis penuria, mille passuum medii interfluentis euripi,* » Quos Plinius appellat thynnos, Strabo pelamydes, sicut hodie piscatores eas appellant ascendentes in Pontum, easdem vero descendentes ex Ponto vocant lacerdas. Sed an hæ sint thynni, an pelamydes, separato volumine erit ostendendum. Hermolaus dum Plinianum codicem habentem *M. P.* corrigit, et censet legendum *D. P.*, designare videtur saxum illud esse inter Hermæum promontorium et Ciconium : at ex Dionysio id verum non est, qui multa loca ponit inter insulam Βλάβην et Ciconium. Nam Plinius ponens illud saxum juxta Chalcedonem, denotare videtur Damalicum scopulum, aut alterum propinquum nunc non extantem; Dionysius vero procul a Chalcedone ponit. Cornelius Tacitus (Ann. 12, 63) *Byzantium* ait, *fertili fœcundoque mari, quia vis piscium Pontum erumpens* [6] *et obliquis subter undas saxis exterrita, omisso alterius littoris flexu, hos ad portus defertur.* In quo Cornelius labitur. Non enim id fit, cum pelamydes erumpunt in Pontum, sed cum ex Ponto per Bosporum erumpunt in Propontidem. Piscatores nostræ ætatis ignorant saxum illud, et negant id verum unquam fuisse, pelamydesque affirmant incursum delphinorum declinare et decedere de recto decursu. Equidem ipse petram candicantem nunquam puto fuisse causam, cur potius Byzantium quam Chalcedonem petant : sed quod ex illa petra loca Bospori naturaliter apta sint ad deflexum in Europam. Nam a promontorio Hermæo littus Europæum incurvatur, et recedit tribus magnis flexibus, quorum primus fit a Neocastro ad promontorium Hestias, secundus a promontorio Hestiaco ad Clidium promontorium, tertius a Clidio usque ad sinum Chrysoceras. Unde fit, ut cursus defluxionis Bosporicæ directus, delatus juxta latus Asiæ rapidius, pelamydes avertat in littus Byzantiacum tranquillius, id quod vel ex ipso Dionysio colligitur, qui ut id attribuat fieri cautibus exalbescentibus, tamen earum dicit aspectu exterritas fretum transire secundo Bospori fluxu. Tum Strabo (p. 320), interea dum profitetur id accidere occursu petræ albæ, concedit simul etiam idem fieri defluxu et locis naturaliter aptis ad defluxum Byzantium versus, atque ad ipsum Cornu sinum Byzantiacum. Jam si a meridie promontorium claudens sinum Placa sit Lembus, tum conjicere possemus sinum Placa non magnum quidem, veruntamen profundum, esse portum Phrixi, et Potamonion esse aut sinum nuncupatum Manolum aut Enaretem fluvium, Nausicliamque opinaremur locum quem vulgus appellat Napli, atque promontorium τὸ περίρρουν putaremus illud, quod hodie vulgo nominant Moletrinum, ex quo cursus celeris defluxionis Bosporicæ defertur ad promontorium Hestias. Nam inter sinum Placa et Moletrinum [7] nullum existit promontorium περίρρουν : unde fieret, ut Ciconium non foret Neocastrum Asiaticum, sed locus jam appellatus Cecri [8] situs contra Hestias promontorium : tum ἄκρας Ῥοιζούσας existimare conveniret esse rapidos illos fluxus, qui deferuntur ad promontoria Heliæ et Stauri et Hermoniani. At mihi potius ἄκραι Ῥοιζοῦσαι videntur existere ad promontorium, ubi rapiditas confluentiæ Bospori versat molas, quam ad ulla alia promontoria, ob fluctus rapidissimos totius Bospori et maxime circumsonantes, Ciconiumque habendum esse Neocastrum [9] Asiaticum. Sed ubi sit portus Phrixi et Ciconium, ubi ἄκραι Ῥοιζοῦσαι, non ex his quæ ante dixi, judicato, sed per te expendito ex iis quæ de illis Dionysius scribit.

VIII. *De Naumachio et Ciconio et de promontoriis nuncupatis* Ῥοιζούσαις *et de duobus Discis.*

Fr. 64.

Prope Lycadium promontorium, inquit Dionysius, *est Nausimachium, locus altera pugna navali illustris; inde Ciconium nominatum ab excessu malitiæ incolarum; seditione enim violenta pressi ex loco exciderunt. A tergo autem Ciconii sunt partim* Ῥοιζοῦσαι ἄκραι *ex eo nominatæ, quod circa ipsas franguntur fluctus, et cursu murmurante feruntur, partim Disci : major*

6. *Pontum erumpens*] i. e. e Ponto erumpens. Gyllius legebat *in Pontum erumpens*, ideoque erroris Tacitum incusat. ‖ — 7. *Moletrinum*] hod. *Kandilli* ‖ — 8. *Cecri*] Infra p. 90 legitur : « in planitie quam Græci jam vocant *Cieri* a genere frumenti, » ubi legendum est *Cecri*; sic enim κέγχρον frumentum vocant Græci recentiores. Ceterum *Cecri* locum fuisse puta ad sinum cui nunc appositum est *Wani-koi*. — 9. *Neocastron*] *Anadoli Hissari*. At ibi fuisse Ciconium, a Dionysii narratione abhorret.

Fr. 64. Primus et secundus Discus aperte pertinent ad promontoria subrotunda, quorum primum est ad vicum *Begler-bey*, alterum autem vocatur *Tambourbournou*. Nausimachii et Ciconii situs accuratissime indicari vix possunt, sed patet tractum, qui his locis relinquitur non ita magnus, oppositum fuisse Europæi litoris parti ei quæ Ἀνάπλους angustiore vocis sensu vocabatur; idque Eustathius quoque comprobat, quippe a quo memoratur (ad Dion. 142) ὁ μεταξὺ τοῦ Ἀνάπλου καὶ τοῦ Κικονίου πόρος. Mira est etymologia qua Κικόνιον nomen nactum sit ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τῆς κακίας (vel κακονοίας) τῶν ἐναικούντων.

quidem primus, multo minor secundus, ambo appellati a similitudine figuræ.

Hæc quidem loca ponit Dionysius media inter Lycadium et Chrysopolim. Plinius (5, 43, § 150) ait *Ultra Chalcedona Chrysopolis fuit; deinde Nicopolis, a quo nomen etiamnum sinus retinet, in quo portus Azari* [1] *[Amyci?] dein Naulochum promontorium.* Ex antedictis Dionysii existimo depravate legi in Plinio *Naulochum*, rectius legendum esse *Nausimachium*. Nam quod Hermolaus interdum censet legi posse, non *Amyci*, sed *Azari*, citans Strabonem (p. 563) scribentem, in ore Ponti esse Chrysopolim et fanum Chalcedonium et regionem, quæ habet paulo supra mare fontem Azaritium nominatum, qui crocodilos parvos alit : id mihi ex flumine Neocastri influenti in Bosporum hodie nominato Enarete sive Arete [2], atque ex loco vicino appellato Naple, interdum verisimile videbatur, existimanti fortasse Naplen corruptum quasi Nicopolim. At illud idem dubium mihi videri cœpit, posteaquam profectus ad Propontidis sinum Astacenum, nostra ætate appellatum Nicomedicum, in ejus ora, non longe a vico hodie nuncupato Diacybissa, olim Libyssa [3], ubi fuit sepulcrum Annibalis, vidi oppidum nomine Aritium, cujus in fontibus cepi eos, quos Aritini appellant mauledones similes crocodilis, quos describam in Periplo Propontidis. Sed etiam inveniri dicuntur in fontibus vicinioribus Chalcedoni. Itaque non semel conatus sum proficisci ad fontes Aretæ fluminis, ut viderem, an mauledones ibi sint, an alii : sed gentis immanis barbaria bis me ex media via retraxit, et coegit deserere institutum iter.

Nunc autem, ut facilius intelligatur, ubi fuerit portus Phrixi, ubi Ciconium, ubi Ῥοιζοῦσαι ἄκραι, describam littus a sinu Place usque ad Chrysopolim. Post sinum Placa sequitur sinus vulgo dictus Manolius, contra medium Hermæi promontorii latus sive ἄκραν Ῥοώδη situs, egregius portus et piscosus, quem de bonitate piscationis cedere aiunt piscatores nulli sinui littoris Asiatici. Hic valles luculentas habet, olim adeo pastionibus celebratas simul et luculento monasterio ornatas, ut copiosum lac ex circumjacentium collium clivis Græci nimium inaniter nunc dictitent in monasterium tubulis subterraneis ductum fuisse : quod idem proficiscens in Mediam a Cappadocibus Neocæsariensibus audivi, suorum montium ubertatem pastionum usque adeo extollentibus, ut opere subterraneo in celebre illud cœnobium Gregorii Thaumaturgi suburbanum Neocæsareæ lac deductum fuisse jactitare non desinant, viamque ostendant, quam in hunc diem sua lingua appellent viam lactis. Post Manolium sinum deinceps sequitur locus situs juxta Neocastrum, quem Piscatores appellant Cormion [4] ab arbore, ut ipsi putant, quæ ibi nulla talis est, ignorantes se depravasse Ciconium. Quod cum ex ordine Anapli Dionysiani fuisse apud Neocastrum Asiaticum colligo, tum ex scholiis quibusdam perantiquis in Dionysium scriptorem orbis tradentibus maximas Bospori angustias esse inter Anaplum et Ciconium. Ubi vero esset Anaplus, disserui, cum tractarem promontorium Hestias. Flumen autem Aretæ, quod Turci vocant *Iocsou* [5], id est, aquam viridem, progrediens a solis ortu ad occasum, ingreditur Bosporum juxta Neocastrum, quod ab ostio sursum versus etiam summa æstate scaphis navigatur paulo amplius octo stadiis. Ejus ostium subeuntibus ad dextram spectatur amœnissimus et maximus regis hortus, opacus densa silva arborum fructiferarum; ad sinistram extat Neocastrum, ex Asia similiter coarctans Bospori angustias, ut easdem ex Europa cogit stringitque arx, quam ante dixi appellari Læmocopiam. Omnium maximus fluvius est eorum, qui intra Chrysopolim et Pontum ingrediuntur Bosporum. Omni anni tempore molas versare potest, triaque moletrina exercet, unum distans ab ostio circiter octo stadia, alia interiora absunt plus quam tria miliaria. Fluit per vallem pulcherrimam, undique nemoribus virentem, refertis multitudine ferarum. Pisces fert, quos Græci accolæ lelingia appellant, cujusmodi plurimos procreat palus Ascania, quos crudos sole exsiccatos edere solent Byzantini. Producit etiam cephalos, et in altis gurgitibus glanes etiam cetaceæ magnitudinis. Sinus Neocastri duo flumina admittit, unum quem jam dixi nominari Areten, alterum ego Napliticum [6] appello, ex eo quod effluit in Bosporum juxta locum, quem vulgus vocat Naple, nescio an a Nicopoli, an ab Anaplo, an a Nausiclia. Hic a meridie cingit regis hortos, quos Arete cingit a septentrione. Utriusque ostium silvas cannarum efficit, Napliticique confluens summa æstate etiam in locis vadosis ea magnitudine fluere videtur, qua rivi aquæ

1. *Azari*] ex Hermolai Barbari conjectura. Nunc recte procul dubio in Plinio legitur *Amyci* (cf. quæ supra p. 86 de lectionis varietate monui). Consequitur Naulochum et Nicopolin Plinii ad Nausimachium Dionysii pertinere tum demum posse, si ordinem geographicum a Plinio neglectum esse arbitreris. ‖ — 2. *Hodie Arete*] Idem nomen inde ab antiquis temporibus fluvio fuerit. Aretum Bithynum inter Amyci regis comites memorat Apollonius Rhodius 2, 65. ‖ — 3. *Diacybissa olim Libyssa*] Perperam hæc nomina ejusdem loci fuisse putantur.

4. *Cormion*] Neque nomen hoc neque ordo locorum Dionysianus eo faciunt, ut Ciconium ad Neo-Castrum (*Anadoli Hissari*) quærendum esse putemus.

5. *Joc-sou*] Hammerus aliique scribunt *Gök-sou*. ‖ — 6. *Napliticum appello*] Turci appellant *Koutchouk Gök-sou*.

ductuum. In gurgitibus, quos multos habet, eadem genera piscium quæ in Arete perspiciuntur. Equidem ipse non longius tribus miliaribus secundum ejus ripam progredi metu barborum ausus, prospexi duntaxat hunc fluere per longam vallem nemorosam, venationi regiæ accommodatam. Ab hujus fluminis ostio incipit promontorium, cujus mucro undique percutitur fluxu Bospori, qui rapiditate, altitudine, strepitu sonoro superat omnes fluxus totius Bospori, multas molas quotidie versare solitus. Hujus promontorii dorsum ab occasu solstitiali ad brumalem ortum surgit, situm contra sinum τῶν Χηλῶν. Clauditur duabus vallibus, una a septentrionibus, altera a cardine meridiano, utraque producta in longitudinem stadiorum circiter octo. Undique proclive et præceps promontorium, cujus a summo mucrone ascendi quingentos passus, primos præcipites et valde directos, reliquos semiplanos efficientes dorsum promontorii, quod valde strictum ob valles utrinque coarctantes et scrobes tres, quos velut theatra promontorium efficit, primum extantem supra mucronem promontorii, complectentem ambitu passus amplius trecentos, distantem a Bosporo circiter viginti passus : alterum ab altero divisum tenui promontorii dorso, non latiori tribus passibus. Promontorii radices a primo scrobe ad secundum excurrunt in longitudinem passuum circiter trecentorum. Secundus scrobs magnitudine superat primum, et lapidicina olim fuisse videtur : passuum intervallum plus minus ducentorum interest inter secundum et tertium scrobem desinentem in imam planitiem vallis prædictum promontorium claudentis, sitæ e regione promontorii Hestiarum. In hanc vallem multi fontes rivulos emittunt irrigantes regis hortos clausos excelsis lauribus, positos in ima vallis planitie, quam Græci jam vocant Cieri a genere frumenti, ignorantes temporibus Justiniani appellatam Crochon sive Brochon : id quod perspicietur ex Procopio (De ædif. 1, 8). « Duo, inquit, erant templa Michaeli Archangelo dicata[7] inter se opposita, Bospori freto divisa : unum in loco appellato Anaplo, in sinistro latere navigantibus ad Pontum Euxinum : alterum in contrario littore, quod antiqui Προόχθους[8] nominarunt, ex eo existimo, quia littus multum projiciatur ex hac ora, nunc autem nominatur Βρόχοι, temporis longitudine accolarum inscitia depravante nomina. » Hæc quidem Procopius, cujus in altero codice leguntur Crochi, et in margine quidam literis antiquis eundem locum notat Cronychion[9] sive Bronychion. Quid si fortasse olim appellabatur Πρῶτος δίσκος? nam littus ibi non prominet, sed potius retrahitur in sinum, quem efficiunt promontoria ex una parte Moletrinarium, ex altera Heliacum. Itaque temporis vetustate fieri potuit, ut πρῶτον δίσκον depravarint in προόχθους. nam si promontorium Moletrinarium sit ἄκρα Ῥοιζοῦσα, ut esse videtur, in latere hujus [ad meridiem] vergente, potuit esse Πρῶτος δίσκος. Promontorium Heliæ, quod fluxu rapido verberatur, aliquando molas versare solito, claudit sinum nuncupatum τῆς Φυλαχῆς : ubi regius hortus cum silva et turri, ex qua summa aquæ ex altis collibus subductæ saliunt. Inde brevi promontorio superato, adest vicus dictus Chrysoceramus[10] ex eo quod olim templum haberet tegulis inauratis tectum. Ex hoc vico effodi vidi saxa quadrata ingentia fundamentorum antiquorum, sub terra abdita in duodecim altitudinem pedum, indicantia ibi olim fuisse castellum munitissimum, cujusmodi fuerunt regiæ Sophianæ nuncupatæ aut his antiquiora palatia, quæ non longe ab æde Michaelis extrema jam commemorata Procopius (l. l.) fuisse subsequentibus verbis designat : « Non multum, inquit, procul ab æde Michaelis templum Deiparæ virgini sacrum longa vetustate exolescens renovavit : cujus dignitatem longum esset excutere et sermone significare. In hoc sane littore dextro navigantibus in Pontum spectatu dignæ jam usque ab antiquis temporibus ædes regiæ erant, quas rex Justinianus omnes Deo consecravit. » Deinde narrat, ut Byzantii esset magna multitudo meretricum, quibus pœnitentibus vitæ prioris ædes regias in eodem littore sitas convertit in monasterium magnificum.

Chrysocerami fluvius æstate exarescit. Inde sequitur vicus appellatus Stauros, ab occasu cinctus promontorio, vulgo vocato Nagalon, quod rapido cursu fluxus verberatur valente volvere molas, continuato usque ad Moletrinum, a peritioribus quidem Hermonianum nuncupatum, a vulgo vero Tamborlianum[11]. Inde fluxus littoreus remissior usque ad Chrysopolim. Deinceps Dionysius institutum Anaplum continuat in hunc modum.

IX. *De Chrysopoli et loco appellato Bove, sive Damali.*

Fr. 65.

Post Discos (inquit Dionysius) *sequitur portus magnitudine et tranquillitate pulcherrimus et optimus. Ipsius magnitudinem circumscribit littus profundum et molle. Supra mare jacet campus acclivis in littus,*

7. Cf. Ducangius Constant. Christ. lib. 4, p. 187. ‖ — 8. Προόχθους] Hunc locum, qui ταῖς Ῥοιζούσαις ἄκραις Dionysii respondere videtur, cum Hammero p. 305 censeo ponendum esse ad hod. *Kulle baghdchessi.* ‖ — 9. *Cronychion*] An Ἀκρωνυχιῶν?

10. *Chrysoceramus*] nunc *Beglerbey*. De ecclesia Χρυσοκεράμῳ v. Anonymus Descr. Constant. in Bandurii Ant. Const. lib. 3 § 165 (Histor. Byz. t. 22, p. 51) ibique not. Bandurii.

11. *Tamborlianum*] hod. *Tambour-bournou.*

appellatur autem Chrysopolis, ut quidam dicunt, ex eo, quod Persæ imperantes in hunc locum cogerent auri acervos exactos ab urbium tributis : ut vero multi tradunt, a Chryse filio Chryseidis et Agamemnonis ibi mortuo et sepulto. In hunc enim locum dicunt Chrysen fugientem metu Ægisthi et Clytæmnestræ pervenisse, cogitantem in Tauros transire ad sororem Iphigeniam, sacerdotem initiatam Dianæ; sed illum morbo laborantem, hîc sepultura affectum fuisse, suoque ex nomine loco nomen reliquisse. Posset etiam ob portus commoditatem ita appellari ab iis qui mirabilia auro comparare solent.

Ex his Dionysii verbis facile assequimur, Bospori Anaplum esse Dionysii illius Byzantii antiquissimi scriptoris, quem jam sæpissime citavi. Nam Stephanus [1], antiquus urbium scriptor, superiora Dionysii verba affert. « Chrysopolis, inquit, in Bithynia prope Chalcedonem Anaplum naviganti in dextra. Dionysius autem Byzantius Anaplum Bospori scribens de nomine hujus hæc dicit : Appellata autem est Chrysopolis, ut aliqui dicunt, a Persarum imperio huc acervos auri collecti ex vectigalibus redigente : alii vero plures dicunt, a Chryse filio Chryseidis et Agamemnonis. » Neque solum ex his Stephani verbis cognoscimus Dionysii Anaplum esse Stephano antiquiorem, sed etiam ex ipsius Anapli discursu percipimus illum scripsisse Bospori Anaplum, antequam Severus Byzantium evertisset. Chrysopolis emporium fuit Chalcedonis, ubi Xenophon (Exp. 6, 6, 38) tradit Græcos, qui meruissent stipendia in Cyri expeditione Persica mansisse dies septem, vendentes prædas quas cepissent. Idem in historia rerum Hellenicarum (1, 1, 22) : « Attici, inquit, duces Chrysopolim Chalcedoniæ profecti, muris eam munierunt, eandemque ad servandas decimarum pecunias constituerunt, in ipsaque decimam exegerunt ex navibus Ponti, præsidiumque triginta navium cum præfectis duobus ibi reliquerunt. Postea muris nudatam fuisse ex Strabone (p. 563) patet, dum ait Chrysopolim vicum esse. Similiter hodie urbs non est, sed vicus laxe habitatus multis ædificiis non continuis, circuitu miliaria complectens circiter duo; situs partim in valle, partim in promontoriis vallem cingentibus, quorum unum Damalicum quam mox appellabimus, totum fere ejusdem ædificiis occupatum. Portum profundum habet in sinu mediocriter curvato : sed longe olim majorem habuisse, occupantem imam vallis planitiem, in qua sita est nunc Chrysopolis, oportet, cum Athenienses triginta triremes illic in præsidio tenerent, et navale esset Chalcedoniorum. Socrates enim (H. Eccl. 1, 4) inquit, Constantinum Magnum post multas pugnas terra marique pugnatas Licinium imperii consortem et generum ad Chrysopolim Bithynicam vicisse, quæ erat navale Chalcedonis [2]. Ex quibus possem multis verbis disserere hunc portum multo majorem extitisse, sed obrutum fuisse partim olim deleta Chalcedone, partim postea barbarorum metu, partim nostra ætate. Vidi partem portus obrui ad excipiendam sedem ædis Maometanæ et Xenodochiorum, quæ construxit regis Soleimani filia, omniaque texit plumbo, et columnis marmoreis et porticibus et areis amplis et fontibus exornavit Denique Chrysopolis reædificata est a Turcis, quæ diu jacuerat deserta bellis Persarum et Turcorum, ut nullum vestigium restet eorum, quæ Georgius Cedrenus dicit Philippum regem condidisse Chrysopoli, ut monasterium τῆς παναχράντου θεοτόκου, ut palatia ad excipiendum regem regiosque liberos, hortosque et piscium vivarium (id quod in vallis planitie, ubi nunc sunt præcipua Chrysopolis ædificia, existimo lacum fuisse, nimirum reliquias portus antiqui). Chrysopolis quanquam est suburbana Byzantii, tamen omnes fere Byzantini ignorant, ubi hæc fuerit, ex eo quod, nomine antiquo exoleto, jamdudum vocatur Scutaris [3], nescio a Francisne aliquamdiu Byzantio imperantibus, Chryson appellantibus scutum, an potius a statione militum scutariorum, id quod designare videretur Marcellinus, cum ait : *Per Chalcedona et stationem transcurrit*, si apposite legeretur sine conjunctione, *Chrysopolim stationem*, brevitatis ergo, ut vulgo fieri solet, suppresso nomine scutariorum, quod Constantinopolitanos reges crebro usurpasse eorundem historia frequens testis est. Verum ex codice Marcellini maxime depravato fateor me conjecturis vagari potius quam certo judicio sententiam dicere. At haudquaquam ferendi nonnulli, qui putant vicum, quem paulo ante dixi appellari Chrysoceramum, fuisse Chrysopolim, cum jam declararim hanc nominatam ex eo, quod templum haberet tectum inau-

1. Stephanus : Χρυσόπολις, ἐν Βιθυνίᾳ, πλησίον Χαλκηδόνος τὸν ἀνάπλουν πλέοντι ἐν δεξιᾷ... Διονύσιος δ' ὁ Βυζάντιος, τὸν Ἀνάπλουν τοῦ Βοσπόρου γράφων, περὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τάδε φησί· « Κέκληται δὲ Χρυσόπολις, ὡς μὲν ἔνιοί φασιν, ἐπὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἐνταῦθα ποιουμένων τοῦ προσιόντος ἀπὸ τῶν πόλεων χρυσοῦ τὸν ἀθροισμόν, οἱ δὲ πλείους ἀπὸ Χρύσου παιδὸς Χρυσηίδος καὶ Ἀγαμέμνονος. » Cf. Etym. M. p. 815, 59, et Hesychius Milesius § 11 (Hist. t. IV, p. 148).

2. Cf. etiam Socrates Hist. Eccles. 7, 25 p. 366.

3. *Scutari*] Orientales populi urbem vocant *Uskudar*, quod abiit in *Scutari*. *Uskudar* autem vocem Persicam esse et significare tabellarium regios jussus ab una statione ad alteram transferentem. (ἀστάνδην ap. Xenophont.) monet Hammerus l. l. p. 311. « Scutari, inquit, war also in den ältesten Zeiten, was es noch heute ist, eine Poststation für Asiatische Couriere, der grosse Unterstand aller nach Europa ziehenden Caravanen, und der Aufbruchsort aller von Constantinopel nach Osten Reisenden. »

ratis tegulis. At ex vico Chrysoceramo ultro citroque trajectus fieri non solet, sed ex portu Scutarico, ut loco accommodato ad trajiciendum, unde, ut nunc, trajectus olim fieri solebat. Est etiamnum Byzantii scala omnium frequentissima prope portam Neorii, nominata Scutarica, quam olim eandem fuisse quæ Chrysopoleos et Chalcedonis, cum ex his quæ afferam in descriptione Constantinopoleos, tum ex usu hodie quotidiano colligere possumus. Nam ex porta Neorii, quæ nunc appellatur Oria, quotidie jam videmus necessitate quadam fieri trajectum in portum Scutaricum, si quis trajicere velit Byzantio Chalcedonem, et si quis navigare velit Chalcedone Byzantium, illum necesse habere sursum navigare usque ad Scutarim : id quod frequenter quotidie videtur multis navigiis ferentibus homines et jumenta recte via non valentibus transire Chalcedonem, sed ob rapidi fluxus decursum ascendere coactis usque ad Scutarim; atque ex Chalcedone volentibus transire Byzantium, opus est ascendere ad promontorium Scutaricum olim appellatum Bovem sive Damalim, atque ad portum usque Chrysopoleos : id quod ut fit hodie, ita olim factitatum fuisse patet e Polybio (4, 43) qui ait : « Ex urbe Chalcedone volentes transire Byzantium, non possunt recta navigare ob intermedium rapidum defluxum Bospori, sed necesse habent iter deflectere prope Bovem, et Chrysopolim navigare. Idem « a promontorio, inquit, appellato Hestiis fluxus Bospori impulsus prolabitur ad Bovem nuncupatum, qui est Asiæ locus, ad quem constitisse aiunt primum fabulæ Jo, cum transivit hoc fretum. Rursus fluxus impulsus a loco Bove nominato fertur ad ipsum Byzantium. » A quo non dissentit Georgius Cedrenus, cum ait Leonem Phocam Chrysopolim occupasse, populumque in ulteriore ora in aciem struxisse apud locum, ubi in columna extat Damalis lapidea, itaque exterruisse eos, qui essent Byzantii. Ex antedictis collegeram Scutarim esse Chrysopolim, et locum quem Polybius appellat Bovem, Arrianus Damalim, existere promontorium Scutaricum, situm contra promontorium Bosporium, in quo positum fuit Byzantium : verum postea multo planius novi, cum incidi in Dionysii Anaplum.

Fr. 66.

Post Chrysopolim, inquit Dionysius, *promontorium maris ictibus expositum prominet; multa enim navigatio ad ipsum impulsa contra promontorium nominatum Bovem concertat. Est autem is locus tanquam e carceribus emittens trajicientes in Europam. In hoc promontorio existit columna lapidis albi, in qua extat Bos, Charetis imperatoris Atheniensium conjux, quam hic mortuam sepelivit. Inscriptio autem significat sermonis veritatem; at illi, qui vanam reddunt historiam, putant antiquæ Bovis statuam, aberrantes a veritate. Inscripti enim in columnæ basi hi versus sunt :*

Ἰναχίης οὐκ εἰμὶ βοὸς τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμεῖο
Κλήζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον πέλαγος·
Κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρης
Ἐς Φάρον· ἤδε δ' ἐγὼ Κεκροπίς εἰμι νέκυς.
Εὐνέτις ἦν [δὲ] Χάρητος, ἔπλων δ' ὅτε πλῶεν ἐκεῖνος
Τῇδε Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
Βοιίδιον δ' ἤκουον [ἐγὼ] τότε, νῦν δὲ Χάρητος
Εὐνέτις ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέραις.

Temporibus Photii, qui hypotheses præcipuorum scriptorum velut indices antiquæ bibliothecæ conscripsit, vixit Georgius Codinus; is hæc fere omnia, quæ ante dixi, ex Anaplo[1] Dionysii (p. 9 ed. Bonn.) retulit in sua scripta « Postquam, inquit, Leo excessit e vita, Atheniensium imperator Chares, cum quadraginta navibus in auxilium Byzantiorum profectus ad bellum contra Philippum, occupavit promontorium Propontidis, quod inter Chalcedonem et Chrysopolim situm est, et in illo loco contra Philippum prælio feliciter decertavit, ubi conjugem comitem habens morbo laborantem amisit, eamque sepultura affecit, eique excitavit aram et columnam in qua Damalis statua spectatur ex lapide albo facta. Sic enim appellabatur illa Charetis uxor, quod etiam in ea incisis usque ad nostram ætatem versibus patet. » Deinde eosdem versus affert, quos supra scripsi. Prætereo jam non recte Codinum tradere Charetem Atticæ classis ducem quadraginta navibus auxiliatum fuisse Byzantinis, cum ex Demosthene constet, Athenienses succurrisse Byzantiis centum et viginti navigiis. Omitto etiam illud, quod dicat promontorium, in quo sita esset statua Damalis, esse Propontidis, cum sit Bospori : hoc unum, quod recte scribit, accipio, nimirum hanc columnam statuamque excitatas fuisse a Byzantiis in gratiam imperatoris Atheniensium, ut cum ex antedictis percipi potest, tum ex psephismate Byzantiorum,

Fr. 66. Eadem narrant Hesychius Milesius p. 153, et Codinus p. 9 ed. Bonn. Præter hos epigramma istud memorant etiam Constantinus Porphyrog. De them. 2, 12 (ex quo in Steph. Byz. p. 178 Meinekius intulit), Anthologia Palat. 7, 169 et Suidas v. Βοΐδιον. Cf. Heyne in Antiquit. Byz. excursu III : *De Damalide Charetis conjuge ejusque statua.* — In versu 3 ἤλασεν apud Gyllium excidit. In seqq. legebatur : Εἰς Φάρον· οὔ γε ἐγὼ... ἦν Χάρητος, ἔπλεον ὅτ' ἐπλώθει ἐκεῖνος .. Βοιίδιον δ' ἤκουον τότε. Versum penultimum varie veteres exhibent. Cum Dionysio facit Codinus, e quo adscivi vocem ἐγώ. Hesychius ita habet : Βοΐδιον οὔνομα δ' ἦεν ἐμοὶ τότε. Anthologiæ codices : Βοΐδιον καλεύμαν ἐγὼ τότε. Constantinus : Βοΐδιον καλεύμαν ἐγώ, νῦν δὲ Χάρητος. Suidas : Βοΐδιον καλεύμαν τότε ἐγώ, νῦν κτλ.

1. *Ex Anaplo Dionysii*] Nihil video unde hoc probetur.

quod ingenue profitetur Byzantium a Philippo Macedone obsessum, liberatum fuisse auxilio Atheniensium, quod Demosthenis codex editus sic habet lingua Dorica conscriptum, qua Byzantii utebantur coloni Megarensium Doricorum (Or. De coron. § 90 p. 255): Ἐπὶ ἱερομνάμονος Βοσπορίχῳ Δαμάγητος ἐν τᾷ ἁλίᾳ ἔλεξεν ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν, ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ἔν τε τοῖς προγεγεναμένοις καιροῖς εὐνέων διατελεῖ Βυζαντίοις καὶ τοῖς συμμάχοις καὶ συγγενέσι Περινθίοις καὶ πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται, ἔν τε τῷ παρεστακότι καιρῷ Φιλίππω τῷ Μακεδόνος ἐπιστρατεύσαντος ἐπὶ τὰν χώραν καὶ τὰν πόλιν ἐπ' ἀναστάσει Βυζαντίων καὶ Περινθίων καὶ τὰν χώραν δαίοντος καὶ δενδροκοπέοντος, βοηθήσας πλοίοισιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι καὶ σίτῳ καὶ βέλεσι καὶ ὁπλίταις, ἐξείλετο ἄμμε ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων, καὶ ἀποκατέστασε τὰν πάτριον πολιτείαν καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως, δεδόχθαι τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων καὶ Περινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκιᾶν, προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι, πόθοδον ποτὶ τὰν βωλὰν καὶ τὸν δᾶμον πράτοις μετὰ τὰ ἱερά, καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλουσι τὰν πόλιν ἀλειτουργήτοις ἦμεν πασᾶν τᾶν λειτουργιᾶν, στᾶσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπορίχῳ. Prætereo cetera. Si hoc psephisma vitiatum non esset, perspiceremus has statuas tres sexdecim cubitorum statutas fuisse apud locum Bovem nuncupatum, ubi Chares Atheniensium bello navali pugnavit contra Philippum, tumque legeremus non Βοσπορίχω, sed Βοσπορίῳ χώρῳ [2]. Cujusmodi fuit locus nuncupatus Bos, aut promontorium Bosporium nominatum, in quo situm erat Byzantium.

Ex Polybio, Arriano, Dionysio Byzantio patet locum appellatum sive Bovem sive Damalim fuisse promontorium nunc nominatum Scutaricum, positum e regione promontorii Bosporii Byzantium continentis, sententiaque Polybii ita appellatum, quod Io vacca illuc ex Europa fretum transiens appulsa fuerit. Dionysius quidem Byzantius promontorium appellari Bovem consentit, sed Bovis statuam in eo excitatam ex antiquo epigrammate negat esse Iûs Inachi filiæ, eamque huc non transiisse, sed in Pharon. Quam autem Pharon epigramma intelligat? vide an Pharon antiquam, quam supra ostendi fuisse prope angustias Fani; an illam, quam Marcellinus statuit supra promontorium Chrysoceras, hoc est in urbe Byzantio. At nemo Io tradit hac aut illac transisse; mihi potius epigramma intelligere videtur Pharum Alexandrinam, negareque Bosporum appellatum ab Io Inachi filia. Nam etiam Arrianus scribit quorundam sententia aliam vaccam fuisse, quæ nomen dederit freto Thracio, quam dicit Phrygibus hominibus eam urgentibus incolumem nullo metu fretum transisse, situm inter Chalcedonem et Byzantium, ducemque illis extitisse, quibus divinum oraculum datum erat, ut buculam itineris ducem facerent. Cui obtemperantes, incolumes transierunt. Et monumentum tradit hujus transitionis Damalim æream excitatam a Chalcedonensibus, locumque in regione Chalcedonia esse ait, qui forsitan esset is qui usque ad suam ætatem nominaretur Damalis. Dionysius quidem fatetur columnam ex lapide albo fuisse, sed non declarat, Damalisne esset lapidea, an ærea. Georgius Codinus dicit statuam Bovis uxoris Charetis fuisse ex lapide expolito. Itaque oportet illam antiquam, unde Bosporus appellatus fuit, quam Arrianus tradit æream, dejectam et sublatam esse, deinde alteram lapideam positam fuisse tempore Leonis Phocæ, ut ante dixi. Damalis lapidea stabat in columna. Jam non repetam, quantopere erret Tzetzes, dum statuit Cyaneas inter Damalim et Constantinopolim : id enim supra ostendi, cum agerem de Cyaneis; quam item aversus a cognitione locorum labatur, cum circa locum Damalim testatur Darium pontem junxisse, declaravi, dum de Hermæo tractarem promontorio.

X. *De fonte nominato Heragora et templo Veneris et de æde Synodi Chalcedonensis; de Chalcedone.*

Fr. 67.

Post, inquit Dionysius, *locum appellatum Bovem sequitur fons nominatus Hermagora, et delubrum heroïs Eurosti; secundum id existit littus supinum et planum, lenissimo fluvio irrigatum, in ipsoque Veneris templum, atque juxta ipsum parvus isthmus multam circumscribit cherronesum, in qua urbs Chalcedon, paulo supra fluvium appellatum Chalcedonem sita, portus utrinque habens in flexibus in isthmum recedentibus, unum quidem ad vesperam spectantem, alterum ad solis ortum. Ipsa quidem effertur colle quidem humilior, planitie vero asperior. Multa in urbe hac admiratione digna ob antiquitatem et res gestas et fortunas et in utramque partem mutationes : maxime autem admirabilia Apollinis templum et oraculum nullo summorum oraculorum inferius. Verum finis esto meæ Bospori historiæ.*

Hæc quidem Dionysius, qui, ut planius cognoscatur, littus describam a promontorio Damalico usque ad Chalcedonem, de qua nonnulla addens, finem ipse quoque faciam Bospori, qui procedens ad solis occasum, fle-

---

2. Ἐν τῷ Βοσπόρῳ nunc legitur.

Fr. 67. *Fons Hermagora*] Κρήνη Ἑρμαγόρα, i. e., puto, *fons Hermagoræ*, sicut dicitur Φαναγόρα πόλις, *Pharnagoræ urbs*, in Bosporo Cimmerio. || — *Eurosti*] Eurostus heros aliunde non notus. Fuerit Εὐνόστου. Tanagræum Eunosti fanum memorat Plutarchus Qu. gr. c. 40. Portus Eunosti dictus erat Alexandriæ. V. Strabo p. 697.

ctitur promontorio Damalico ad meridianum cardinem. Jam vero inter duo promontoria, nimirum alterum Europæ, Bosporium nominatum, et alterum Asiæ Damalim appellatum, supra mare paululum eminet scopulus seu parva insula [1] distans promontorio Damalico circiter centum passus, tota ferme occupata ab arce, machinis bellicis munita ad arcendas naves hostiles, si quæ penitius in Bosporum ex Propontide erumpere conarentur, atque ab ea arce ad promontorium Damalicum transversus murus cæcus sub aqua obductus erat, velut quædam moles, ictus septentrionum excipiens, navibus ob rapidum intermedium Bospori fluxum ascendere nequeuntibus, ventumque a puppi exspectantibus in eo loco, quem Dionysius tanquam e carceribus inquit emittere trajicientes. Is etsi tutiorem stationem efficiebat, tamen avaritia nationis dominantis paulo ante dirutus est, ejusque saxa translata in privatas ædificationes. A promontorio Damalico, distanti a Chalcedone paulo minus quam tria miliaria, littus est fere totum importuosum et præruptum, mareque juxta littus vadosum, cautibusque sub aqua latentibus confragosum, ut vix tentans multis locis reperire potuerim applicationem scaphæ; littorisque crepidines in plus quam quinquaginta passus efferuntur præcipites, ut ascensus directus sit et præruptus a Damalico promontorio usque ad valliculam, quæ sinum efficit, ubi ora humilis et littus demissum et non præruptum mareque portuosum, in quo cernuntur ruinæ molis antiquæ, quæ olim muniebat portum seu potius stationem [2], nunc gradum præstat ad fontem in littore proximo fluentem perennem, a Dionysio appellatam Hermagora: quem paulo ante subductum vidi in hortos, quos supra Heragoram rex Soleimanus longis muris circumsepsit, aliis eo etiam fontibus opere subterraneo derivatis, ut eorum redundantia hortis superflua sit restituendus fluxus Heragoræ longe copiosior. A fonte Heragora littus est fere saxosum et præruptum usque ad planitiem Chalcedonis suburbanam, ubi olim erat ædes Veneris, et postea fuit templum divæ Euphemiæ [3] funditus jam eversæ supra terram, atque adeo substructiones erutæ, excepto cuniculo subterraneo, ex quo etiamnum scaturit fons. Prope est rivulus [4], cujus meminisse Dionysium ante vidimus: qui si nunc longe minor fluit, id attribuendum fonti constructo in eadem planitie juxta viam Chalcedone tendentem ad urbem *Nicomediam*, perennem fistulam quoque versus quatuor digitos patentem implente. Fons autem, quem jam dixi scaturire ex antiquo aquæ ductu divæ Euphemiæ, distat, a scala Chalcedonensi mille et centum passus. Qualis autem fuerit ædes divæ Euphemiæ, in qua celebrata fuit synodus Chalcedonensis, et qualis ejus situs, Evagrius Scholasticus (2, 3) ample scribit; quæ ego breviter attingam. Sacrorum hominum cœtum ait habuisse concilium in Euphemiæ martyris æde, distanti a Bosporo non amplius duobus stadiis, sita in suburbano agro Chalcedoniorum Bithynorum molliter acclivi, ut ambulantes in templum non sentiant se in illud subiisse, repenteque velut ex sublimi specula undique campos sub aspectum subjectos contemplentur supinos et planos herbis, frugibus, arboribus virescere, mareque partim tranquillum violaceo cæruleoque colore purpurescens ad littora adludere amœnumque quiddam exhibere, partim murmure sonans fluctibus efferatum lapillos et conchas et algas provolvere. Inde addit Euphemiæ ædem vel hoc ipso ornari, quod sita sit ante oculos Constantinopoleos, et quod constet tribus membris magnorum ædificiorum ornatis amplitudine et laxitate et pulchritudine columnarum et tectis elegantibus. Sed quid conor in lucem edere scripta Evagrii, vel hoc ipso nobilia facta, quod nobilibus et plane regiis Parisiorum characteribus jam dudum pervulgata etiam longe ultra Chalcedonem vagentur. Chalcedon, quam Herodotus (4, 85) appellat Chalcedoniam [5], a Dionysio quidem constituitur paulo supra Chalcedonem fluvium. Sed tacet Dionysius, id quod Arrianus et Menippus [6] loquuntur, appellatam ab eodem flumine Chalcedone. Arrianus [7] in sua historia Bithynica dicit eam nominatam a filio Saturni nuncupato Chalcedone, a quo primum fluvius illic fluens nominatus est Chalcedon; deinde urbs a Doriensibus, illuc coloniam ubi deduxissent, nominata est eo nomine quo flumen. Incertus quidam historicus [8] dicit vocatum a filio

1. *Insula*] quæ Turcice vocatur *Kis-Kalessi*, vulgo dicta *tour de Léandre*.

2. *Stationem*] ubi nunc *Haider Pacha Iskelessi*, ut Hammerus quoque p. 342 statuit. || — 3. *Templum Divæ Euphemiæ*] in hodierno *Kadikoi*. Cf. Hammer. p. 347. || — 4. *Rivulus*] quem in recentioribus tabulis non reperio.

5. *Chalcedoniam*] Herodot. 4, 85 : Δαρεῖος... ἀπίκετο τῆς Καλχηδονίης ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἵνα ἔζευκτο ἡ γέφυρα, in quibus vox Καλχηδονίη de regione potius quam de urbe intelligenda est. || — 6. *Menippus*] Obversabatur Gyllio locus Stephani Byzantii v. Χαλκηδών, ubi laudatur quidem Menippus, at non de Chalcedone fluvio, cujus Stephanus meminit hisce : Ἐκλήθη δὲ (Χαλκηδών) ἀπὸ Χάλκιδος (ceteris Χαλκηδόνος) τοῦ παρακειμένου ποταμοῦ, ὡς οἱ ἱστορικοὶ ἅπαντές φασιν. || — 7. *Arrianus*] apud Eustathium ad Dionys. v. 803 : Κατὰ δὲ τὴν Ἀρριανοῦ ἱστορίαν (sc. Bithyniacam. V. Fr. Hist. t. III, p. 597, fr. 61.) ἐπώνυμός ἐστιν ἡ τῶν Χαλκηδονίων πόλις τῷ Κρόνου υἱῷ Χαλκηδόνι, ἀφ' οὗ πρῶτα μὲν ὁ ἐκεῖ ῥέων ποταμὸς ἐκλήθη Χαλκηδών, ἔπειτα ἡ πόλις, Δωριέων ἀποικησάντων ὑστέροις χρόνοις, ὁμώνυμος γίνεται τῷ ποταμῷ. || — 8. *Incertus quidam historicus*] Nos eadem novimus e scriptoribus bene notis. Hesychius Milesius § 20 (Fr. Hist. t. IV, p. 150): Χαλκηδὼν δὲ ὠνόμασται τὸ χωρίον, ὡς μέν τινές φασιν,

Calchantis vatis. Alii aiunt a Chalcide urbe Eubœæ, quæ illuc coloniam misisset. His quidem Dionysius orbis descriptor (v. 803) consentire videtur, Chalcedonios appellans Χαλκιδέας. Ille vero tradens a filio Calchantis vatis, motus fuisse videtur nobilitate oraculorum 9 Chalcedonicorum. Arrianus (l. l.) narrat, ut alter et vicesimus dies omnium mensium nefastus a Chalcedonensibus institutus est ex eo quod illo die cum alia haudquaquam prospera passi sint, tum Pharnabazus Persa eorum pueros exciderit et penitus castrarit et miserit ad Carium. Idem ait morbum in Chalcedonios sævisse divina ira, eosdemque sua virilia abscidisse, quod sacrificia quædam neglexissent. Cæcos Chalcedonios oraculum dixit ea de causa, quod Megarenses huc primum navigantes eligere nescissent Byzantiorum solum uberius. Herodotus (4, 144) similiter scribit Megabyzum, cum intellexisset decem et septem ante annis Chalcedonios quam Byzantios urbem Chalcedonem condidisse, cæcos dixisse, quod præsente meliore loco elegissent pejorem. Chalcedonii, inquit Theopompus (fr. 55 ex Athenæo p. 526), priusquam rempublicam participassent, communicassentque cum populari gubernatione Byzantiorum, omnes quidem in officiis institutisque recte vivendi erant; post vero quam democratiam Byzantiorum gustaverunt, vitam quotidianam maxime frugalem et temperatam luxu deliciisque corruperunt ac depravarunt, simulque evaserunt sumptuosi potandique amantes. Viros excellentes procreavit Chalcedonia, e quibus Thrasymachus sophista, qui primus periodum et colum demonstravit, discipulus Platonis et Isocratis. Recentes historici, qui ante quadringentos annos scripserunt, tradunt sua ætate Chalcedonios non dare operam literis, sed thunnorum piscationi artique ceterorum piscium retibus et lineis capiendorum, victumque manibus quærere, parumque aut nihil curare literas : at nunc ne piscari quidem sciunt, ac potius agros duntaxat colunt, piscandi adeo ignari, ut thunnos et pelamydes ex foro Byzantiorum emere habeant necesse, cum olim constet notiores fuisse pelamydes Chalcedonias quam Byzantias. Sic enim inquit Varro : *Paguri Samii, Phrygia attagena, grues Melicæ, hœdus ex Ambracia, pelamys Chalcedonia, murena Tartessia, aselli Pesinuntii, ostrea Tarentinâ, pectunculus Chius, elops Rhodius, scari Cilices.* Quod autem Dionysius tradit, Chalcedone oraculum Apollinis fuisse non inferius Delphico, Lucianus id confirmat, antiquissimum qui asserit, cum Alexandrum ait τὸν ψευδόμαντιν societatem iniisse cum Byzantio quodam chronographo scelerato, qui appellaretur Cocconas. Hi cum inter se cogitarent Delphos, Claron, Delum, Branchidas divites factos ex arte divinandi, constituerunt vaticinationis oraculum excitare, ac primum considerarunt de loco. Cocconas Chalcedonem probabat locum commodum esse mercatoribus frequentem. Alexander præferebat urbem Paphlagoniæ nominatam Aboni mœnia, cujus sententia vicit. Itaque profectis ipsis Chalcedonem utile quippiam urbs visa est habere in Apollinis templo, quod illic antiquissimum est. Tabulas æreas defodiunt, in quibus inscriptum incisumque erat, ut quam mox Asclepius cum ipso Apolline patre accederet in Pontum, ut occuparet Aboni mœnia. Harum tabularum de industria inventarum fama statim Bithyniam et Pontum pervagata pervenit Aboni mœnia, urbem, ut dixi, Paphlagoniæ, ejusque incolas ita movit, ut templum ædificare cœperint, quo Alexander profectus est. At Cocconas Chalcedone remansit duplicia planeque ambigua oracula quædam conscribens. Ex Apollinis Chalcedonici tripode manasse arbitror oraculum, quod Socrates (4, 8) sacræ historiæ conscriptor tradit, qui cum Valentis imperatoris indignatione muri Chalcedonis everterentur, in fundamentis inventam esse dicit tabulam lapideam, versus continentem subsequentes :

Ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι δροσερὴν [10] κατὰ ἄστυ χορείην
τερπόμεναι στήσονται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς,
καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ·
δὴ τότε μύρια φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων
ἄγρια, μαρμαίροντα, κακὴν ἐπιείμενα ἀλκήν,

ἀπὸ τοῦ Χαλκηδόνος ποταμοῦ· ὡς δὲ ἕτεροι, ἀπὸ τοῦ παιδὸς Κάλχαντος τοῦ μάντεως, ὕστερον τοῦ Τρωικοῦ πολέμου γενομένου· ὡς δὲ ἄλλοι ἀπὸ Χαλκίδος πόλεως τῆς Εὐβοίας, ἀποίκων ἐκεῖ πεμφθέντων, οὓς δὴ καὶ τυφλοὺς ἀπεκάλεσαν, παρεωρακότας τὸ Βυζάντιον. Eadem Codinus p. 8. Cf. Simeon Logotheta in Chron. ms. Paris. fol. 72 : Καλχηδὼν ἡ Βιθυνίας, ὡς μέν τινές φασιν, ὑπὸ Κάλχαντος φυγάδος τῆς Ἀττικῆς, ὡς ἕτεροι δὲ, ὑπὸ τῆς Νικομήδους ἀδελφῆς οὕτω λεγομένης ἐκτίσθη ὀλίγοις ἔμπροσθεν τοῦ Βυζαντίου χρόνοις. Ceterum constat in numis et titulis et scriptoribus antiquioribus urbis nomen esse Καλχηδόνα. Hanc formam spectat etymologia a Calchantis nomine ducta. Ad eandem ut altera etymologia a fluvio petita accommodetur, fluvius Καλχὶς vel Καλχηδὼν dicendus erat, sicut dixisse videtur Stratis comicus ab Hesychio laudatus : Κάλχας (f. Κάλχις). Στράττις τὸν ποταμόν φησιν ὃς ἐστὶ τῆς Χαλκίδος, in quibus Χαλκὶς vox Chalcedoniorum regionem indicat, quam Dionysius quoque Periegeta v. 764 Χαλκίδα ἄρουραν vocat. Ordine inverso, Calchantis nomen in vetustis Homeri codicibus haud paucis Χάλχαντα scribi refert Eustathius ad Hom. p. 289, 38 : Οἱ δὲ παλαιοὶ εὑρεθῆναί φασιν ἐν πολλοῖς... Κάλχαντα Χάλχαντα λεγόμενον. ‖ — 9. *Oraculorum*] De Apollinis vatis cultu Chalcedonio cf. Bœckh. in C. Inscr. t. 2, p. 973.

10. Δροσερὴν] legebatur ἱερὸν (deb. certe ἱερὴν); sed ipse Gyllius De topogr. Const. l. 3, c, 9, iterum e Socrate oraculum hoc apponens, δροσερὴν dedit; ἱερὴν legitur apud Zonaram et Cedrenum. ‖ — 11. Καὶ Σκυθικὴν etc.] Hunc versum Gyllius omisit.

Ἴστρου καλλιρόοιο πόρον διαβάντα σὺν αἰχμῇ,
(καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην (καὶ) Μυσηΐδα γαῖαν [11])
Θρηϊκίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν,
αὐτοῦ κεν βοιότοιο τέλος καὶ πότμον ἐπίσποι.

Hujus oraculi declarationem afferam, cum tractabo decimam regionem Constantinopoleos.

Sed ut planius perspiciatur Dionysii Chalcedonica descriptio, et quales sint hodie portus, quos idem Dionysius antea dixit Chalcedonem utrinque habere, atque ut internoscatur, uter horum postea appellatus fuerit Eutropii portus, subjiciam nonnulla. Chalcedonia usque ad hanc ætatem suum nomen retinet, olim magna et præclara urbs, nunc exiguus vicus : hæc enim iterum et sæpius vastata, primo a Persis, iterum a Valente imperatore muris spoliata, deinde a Gotthis eversa, quam post Cornelius Avitus aliqua ex parte restituit; postea a Saracenis, postremo a Turcis funditus deleta, ut duntaxat perparvus vicus[12] supersit. Nulla extant mœnium vestigia supra terram, neque sub terra, nisi raris locis fundamenta alta ingentibus saxis quadratis constructa, quæ penitus effodi nuper vidi in ædificationem substructionum, quas rex Soleimanus molitur in tertio Constantinopoleos monte. Portuum aliquot ruinæ cernuntur, atque nonnulla scoria metallorum in ea regionis parte ubi moneta excudebatur, tum extat aquæductuum subterraneum opus lateritium, quo per urbem aqua ducebatur, sicque portui accommodabatur, ut supra molem longe excurreret ad usum navigantium. Chalcedon sita erat in promontorio peninsulam efficiente, ad medium intumescente, ex tribus partibus leniter acclivi, ex quarta parte paulo acclivore et depressiore in vallem, per quam fluvius Chalcedon delabitur in Propontidem. Promontorii pars solis occasum conspiciens cingitur Bosporo, pars vero vergens ad meridiem ortumque hibernum clauditur Propontide; at ad orientem æstivum spectans eminet in vallem, per quam Chalcedon rivus quidam parvus, sed ripis altis coercitus profundus delabitur et salsus in longitudinem amplius mille passuum usque ad pontem lapideum transmittentem Chrysopoli viatores Nicomediam. Ab eo ponte usque ad Bosporum isthmus patet in latitudinem circiter octo stadiorum. Hic fluviolus etsi exiguus, ut jam nomine careat, accolæque duntaxat appellent Potamion, prorsus ignorantes olim nominatum fuisse Chalcedonem : tamen omnium fere scriptorum testimoniis nomen dedit urbi Chalcedoni : cujus etiam Xenophon meminit libro primo Hellenicorum (1, 3, 2), cum Alcibiadem quidem ait universo exercitu Chalcedonem a mari ad mare cinxisse, et partem, quæ pertinebat ad flumen, muro ligneo sepsisse. Pharnabazum vero, cum is propter fluminis angustias ac munitionum propinquitatem in urbem ingredi ad ferendum Chalcedoniis auxilium non posset, in Heraclium Chalcedoniorum discessisse. Littus, quod plus quam ex dimidia parte circuit promontorium, in quo jam dixi sitam Chalcedonem, excepta parte, quæ plana est, ubi portus est, et vicus Chalcedon, abrumpitur in præcipitem proclivitatem, ut fere erectum sit in altitudinem amplius viginti quinque passuum, non modo in terra saxeis crepidinibus invium, sed etiam in mari cautibus male tutum navigiis, nisi ubi portus fuerunt. Si ab extremo mucrone seu angulo promontorii Chalcedonici dirigas lineam ad medium promontorii dorsum, in quo sita est Constantinopolis, perspicies lineam dirigi ab ortu hiemali ad occasum solstitialem, et dividere Bosporum a Propontide, et secare Hippodromum, et tendere ad ædes Paiasiti regis positas in jugo tertii collis, inde procedere ad ædes Mamethi regis sitas in quarto colle, totumque dorsum promontorii secare a fronte ad muros, partem urbis circuitu maris carentem claudentes. Si vero ex eodem extremo mucrone promontorii Chalcedonici lineam duceres ad angulum Scutaricum, videres eam progredi a meridie ad septentrionem, relicto flexu molliter curvato, ubi est portus Chalcedonis et littus humile et planum. Nunc portus obrutus, et moles quotidie exportantur, atque ubi olim portus magnis navibus patebat, nunc alicubi non patet scaphis, ob syrtes et brevia. Juxta isthmum existit colliculus a septentrionibus situs inter isthmum et planitiem, in qua dixi ædem fuisse divæ Euphemiæ, humilis quidem ille, sed commemoratus ab Appiano[13], quem, Mithridates cum obsideret prætorem Cottam intra Chalcedonem clausum, uterque exercitus occupare conabatur. Chalcedonem habuisse portum catena clausum, capientem amplius sexaginta naves, patet ex Appiano (Mithr. 71) : is enim ait classem Mithridatis in portum Chalcedoniorum vi irrupisse, catenasque, quibus ostium portus claudebatur, rupisse, et quatuor naves exussisse, sexagintaque ex portu captas secum abduxisse.

XI. *De portu Eutropii et Heræo promontorio et de antiquis regiis ædibus appellatis Heræis.*

Latus promontorii Chalcedonici vergens partim ad meridiem, partim ad ortum hibernum, efficit sinum vulgo appellatum Calamotum, intus recedentem plus minusve octo stadia. In hoc medio latere videntur vestigia antiquæ molis portus, quem episcopus Chalcedonensis mihi persuadere conabatur fuisse olim appellatum portum Irenæ, corrupte quasi Ἡραίου : mihi potius a regina Irene. Nam portus τοῦ Ἡραίου

12. *Vicus*] hod. *Kadi-Koi*, i. e. judicum vicus. ‖ — 13. *Commemoratus ab Appiano*] Appianus in Mithrid. c. 7 de certo quodam colle non loquitur, sed Nudum, Cottæ navarchum, cum exercitus parte τὰ ὀχυρώτατα τοῦ πεδίου occupasse dicit.

est in contrario promontorio, potiusque appellatus ille olim fuit portus Eutropii, cujus meminit Zonaras. « Ad cædem, inquit, Mauritii regis movetur Phocas, et in Eutropii portu primum ejus quatuor filios interficit, nihil aliud tum dicentis quam hoc ipsum : Justus es, domine, et justum judicium tuum : denique ipsum Mauritium tollunt. » Idem alio loco dicit, Chalcedone esse portum Eutropii, sed non declarat, an in Bosporo, an in Propontide. Nam ex antedictis Dionysii scimus Chalcedonem utrinque habuisse portus. Verum ex Procopio (De ædif. I, II p. 208 ed. Bonn.) assequi possumus, fuisse non longe ab Heræo, cum ait Justinianum portum alium construxisse in ulteriore continente in locis Eutropii nominatis, non procul remotis ab Heræo. At ubi fuerit portus Eutropii, plane scire nequimus, nisi sciamus, ubi fuerit Heræum. Itaque id paulo altius investigandum est. Demosthenes (ap. Steph. Byz. v. Ἡραία) in libris, quos scripsit de rebus Bithynicis, sic ait :

Ἔστι δέ [τις] προπάροιθε κλυτῆς Καλχηδόνος ἄκρη
Ἡραία, τρήχουσα, πολυσπιλάς· ἔντοθι δ' αὐτῆς
λαΐνεον περὶ τεῖχος ἰὼν κοιλαίνεται εἴσω
κόλπος ἁλός· φαίης κεν ἰδὼν βαθυδινέα πάντῃ
ἔμμεναι, εἰαμενὴ δὲ καὶ οὐ πάντῃ βυθός ἐστι θαλάσσης.
Ἔνθα τε νῆας [ἐν]ῆγον, ὀϊόμενοι σκέπας εἶναι
αὐτοφυοῦς ὅρμοιο, κακῷ δ' ἐνέκυρσαν ἑτοίμῳ.

Ex quibus assequimur Heræum promontorium esse contra Chalcedonem, habens multas cautes concavas circa mare, quod intus recedens sinum efficit, quem intuens putat profundum esse, cum revera sit prorsus fruticosus et herbosus et minime profundus : nam eo qui naves adduxerunt, putantes protectionem naturalis portus, in præsens inciderunt periculum. Ex his Demosthenis versibus percipimus Ἡραῖον esse promontorium, quod hodie vocant acram Joannis Calamoti [1], et sinum, quem Demosthenes describit, esse illum, quem ab occidente claudit promontorium, in quo fuit Chalcedon, et promontorium Joannis Calamoti cingit ab oriente; cujus ostium patet in latitudinem octo circiter stadiorum. Totus vero ejusdem ambitus complectitur plus minus quinque miliaria; cannarum silvis herbisque frequens ejus ora cernitur : unde nomen templum proximum divi Joannis Chrysostomi Calamoti invenit. Hic sinus olim duos portus molibus munitos habuit, unum olim nominatum Eutropii, nunc Irenæ, situm in littore sinus occiduo juxta Chalcedonem, alterum nominatum Heræum positum contrario in littore ad orientem pertinente. Hos ambos portus fuisse in sinu Joannis Calamoti ex Procopio (De ædif. I, II extr.) percipimus, cum ait ædes regias Justinianum construxisse in Heræo, quod Justiniani temporibus Hierion sive Hieriam [2] appellarent, ibidemque portum molibus sepsisse et littus, antea utrinque ventis et undarum incursibus expositum, tutum a ventis effecisse, innumerabilibus et maximis arcis saxorum plenis in vadum aliis supra alios usque injectis, quoad utrinque brachia exaggerata supra aquam extiterunt, extrinsecusque circa moles saxis rudibus et duris projectis ad excipiendos impetus fluctuum et ventorum hiemalium portum quietum perfecisse, unumque in portum aditum navibus reliquisse. Addit Procopius, ut juxta portum Justinianus ædes sacras condiderit, et porticus et vias, balna publica et alia fere omnia ædificarit, nihilo inferiora regiis ædibus urbis; deinde adjungit portum alium construxisse in contrario continente, in locis Eutropii nominatis, non longe remotis ab Heræo. Ex quibus patet portum Eutropii esse Chalcedonis portum spectantem ad solis ortum, portumque Heræum illum quem nunc vocant molem Joannis Calamoti. Horum amborum portuum usque ad hanc diem molium et brachiorum vestigia extant magna quidem ex parte diruta, sed quæ nonnullam stationem navibus accommodent : reliquorum vero ædificiorum vestigia funditus deleta sunt, exceptis parietibus ædis sacræ, et cisterna maxima, undique lateritiis parietibus cincta, sed spoliata tecto testudinato et columnis testudinem sustinentibus, de qua Georgius Cedrenus ita scribit : « Macedonius rex palatia in Heræis exornavit, et cisternam expurgavit, quam Heraclius terra obruerat, in hortumque redegerat oleribus consitam. » Idem paulo infra ait : « Rex Heraclius ubi sui diei natalis rationem a Stephano philosopho didicisset, prædicente Heraclium ex aqua interiturum, cum alias cisternas obruit, tum illam sitam in Heræis, quam Macedonius perpurgavit, regiasque ædes in antiquam formam restituit, et pro horto in cisterna consito Nymphæum aqua lucida abundans induxit. [3] »

1. *Acra Joannis Calamoti*] *Fener Baghdhchessi bouroun.* ‖ — 2. *Hierion sive Hieriam*] Procopius De ædif. I, 3, p. 185, 11 : Κἂν τῷ Ἡραίῳ, ὅπερ Ἱερεῖον καλοῦσι τανῦν, τῇ θεοτόκῳ νεὼν οὐκ εὐδιήγητον κατεστήσατο. Idem I, II p. 207, 5 : Καὶ βασίλεια δὲ ἀλλαχόθι δεδημιούργηκεν αὐτὸς καινουργήσας ἔν τε τῷ Ἡραίῳ ὃ νῦν [Ἱερεῖον suppl. Dindf.] ὀνομάζουσιν, κἀν Ἰουκουνδιαναῖς καλουμέναις... Ἐνταῦθα δὲ καὶ λιμένων σκέπας ἀποτετόρνευται οὐ πρότερον ὄν· ἀκτὴν γὰρ εὑρὼν ἑκατέρωθι τοῖς τε ἀνέμοις καὶ ταραχῇ τοῦ ῥοθίου ἀποκειμένην, σωτήριον εἶναι τοῖς πλέουσι κατεστήσατο ὧδε, κτλ. Heræi Procopius etiam in Hist. Arcan. c. 15 meminit. Serioris ævi scriptorum Byzantinorum, qui Ἱέρετον s. Ἱέρειαν vel Ἡρίαν commemorant, locos sat multos congessit Ducangius in Const. Christ. l. 4, 175 sq. ‖ — 3. Gyllii de Heræi situ sententiam impugnavit Hammerus l. l. p. 349 sq. Scilicet *Fener Baghdchessi Bouroun* non Heræum prom., ut Gyllius statuit, sed Acritam promontorium esse contendit. At hoc falsissimum esse e Menippi et Artemidori et tabulæ Peutinge-

Quum autem multorum scriptis celebretur palatium Heræum, e multis nonnullos, qui mihi jam veniunt in mentem, afferam. Sozomenus (7, 5) scribit Theodosium regem mandasse Demophilo præfecto Arrianis Constantinopolitanis, ut curaret statuta in concilio Nicæno servare, et populum in unum consensum reducere, aut ab ædibus sacris cedere. Demophilus advocavit concionem populi, atque regis sententiam declaravit, et abstinens ab ædibus urbis concionem indixit in suburbana Hieria nuncupata [4]: « quoniam, inquit, lex præcipit si vos persecuti fuerint ex una urbe, fugite in aliam. » Alii historici tradunt Constantinum Iconomachum contra imaginum cultum concilium iniquum triginta octo episcoporum habuisse in palatio Hieriæ. Prætereo ceteros, unam duntaxat inscriptionem subjungam, quæ erat incisa in aditu Hieriæ (Anthol. gr. epigr. lib. IV, c. 4.)

Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγακλέα δείματο χῶρον
ὕδατι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας.
Κοίρανοι, ὑμετέρην ἀρετὴν κάρτος τε καὶ ἔργα
αὐδήσει χρόνος αἰὲν ἕως πόλος ἀστέρας ἕλκει.

Jam ut planius intelligatur situs promontorii Heræi, et an idem, quod aliqui existimarunt, Heræum et Eurion et Hyris, describam oram maritimam, ab acra Joannis Calamoti usque ad aliquem *finem*. Promontorium Calamoticum circuitu complectitur amplius octo stadia; ejus cervix efficiens isthmum non excedit latitudinem ducentorum passuum; urnæ similitudinem gerit, seu ollæ; nam ut olla est collo angusto, ita illud cervicem habet angustam, deinde dilatatur, intumescitque in ambitum circiter octo stadiorum, sed ita, ut undique sit crepidinibus præruptis et saxosis, præterquam a cervice, quæ ita plana est, ut ex utroque littore aspicientes mutuo aspectu fruantur. Forsan ita Heræum promontorium appellatum est Εὖρον ab olla defossa [5]. Sic enim Stephanus ait: « Promontorium Heræum contra Chalcedonem situm, quod alii Εὖρον sive Εὔριον appellarunt, hi qui

rianæ indiciis patet luculentissime. Deinde Hammerus in *Fener* promontorio non Junonis, sed Veneris fanum fuisse dicit. At hoc testimonio aliquo probandum erat; nam quod Dionysius memorat Veneris fanum, id a borea Chalcedonis vel in boreali Chalcedonis suburbio erat; aliud vero Veneris fanum qui in hoc tractu posuerit, ego novi neminem. Ipse Hammerus Heræum fanum fuisse putat in hodierno *Kawak-bournou*, quod promontorium a *Scutari* urbe versus meridiem pauca stadia distat; portum vero Heræi quærit in sequenti sinu, ubi nunc est *Pacha Haider Iskelessi*, et Hermagoræ fons a Dionysio collocatur. Nimirum quæ Procopius (De æd. I, 11) dicat de litore abrupto, saxoso et fluctibus exeso, ea ad *Kawak bournou* aptius referri existimat quam ad *Fener bournou*, quod sit planum promontorium. At Procopius ista non dicit; laudandus erat Demosthenes qui τὴν Ἡραίαν ἄκραν τρήχουσαν et πολυσπιλάδα esse tradit; id vero cadere etiam in *Fener bournou* expressis verbis docet Gyllius, peninsulam dicens undique crepidinibus abruptam et saxosam esse, excepta cervice quæ sit plana et humillima. Denique Hammerus suam de Heræi situ sententiam confirmari opinatur Stephani (v. Χαλκῖτις) loco; ex eo enim patere Heræum etiam Hyrin vocatum esse, atque quæ ibidem notetur inter Acritam et Hyrin 110 stadiorum distantia, eam a *Fener bournou* ad *Kawak bournou* pertinere ait. At ista distantia, quæ 110 stadiorum esse deberet, ne 40 quidem stadiorum est; et quæ de Hyri promontorio post Acritam πρὸς εὖρον sito et Pityodæ insulæ vicino Stephanus habet, cum Hammeri sententia conciliari nequeunt (v. infra). Itaque quum nihil sani Hammerus protulerit, nos iis acquiescimus quæ e vett. scriptorum indiciis et cisternæ moliumque ruinis sagaciter eruit Gyllius.

4. *In suburbana Hieria nuncupata*] Gyllius vitiato Socratis codice usus esse videtur. Socrates p. 709, C ita habet: ὁ δὲ τὸ πλῆθος συγκαλέσας, τὴν βασιλέως ἐδήλωσε γνώμην· καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν (εἰς τὴν Ἱέρειαν

Gyllius legit) πρὸ τῶν τειχῶν ἐκκλησιάζειν προηγόρευσεν.

4. Quæ in sequentibus parum recte disputantur, duobus locis innituntur Stephani Byzantii, quorum rationes Gyllius non perspexit. Videlicet Stephanus ita habet: Χαλκῖτις, νῆσος ἀντικρὺ Χαλκηδόνος, ἔχουσα χαλκοῦ μέταλλον. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἑνδεκάτῳ γεωγραφουμένων· « Ἀπὸ δὲ Ἀκρίτου παραπλεύσαντι [πρὸς] εὖρον στάδια ἑκατὸν δέκα ἄκρα κεῖται Ὑρὶς καλουμένη, καὶ νῆσος αὐτῇ παράκειται Πιτυώδης καὶ ἄλλη νῆσος καλουμένη Χαλκῖτις καὶ ἄλλη Πρώτα λεγομένη. Ἀπὸ δὲ ταύτης εἰς τὴν Χαλκῖτιν (i. e. Chalcedonem) λεγομένην πόλιν στάδια τεσσαράκοντα. In his et res et verba docent ante v. εὖρον excidisse præpositionem ἐπὶ vel πρὸς quam supplevit Holstenius. De loco et Εὖρον et Ὑρὶς dicto cogitari nequit. Quod deinde etiam tertium ejusdem loci nomen, Εὔριον, affertur, id fluxit ex altero Stephani loco, ubi: Ἥραια, ἄκρα οὕτως λεγομένη καταντικρὺ Καλχηδόνος· Ταύτην δ' ἐν τῇ συνηθείᾳ Ἑρίαν φασί τινες κακῶς· ἄλλοι δε Ἥριον (Εὔριον Gyllius vel repperit vel intulit), μυθολογοῦντες ὡς ἐκεῖσε ὀρύξαντες τάφους χύτρας εὗρον καὶ ὀστᾶ. Cf. Codinus p. 117, 9, ed. Bonn.: Ἡραῖον δὲ ἐκλήθη, ὅτι πάλαι τῆς Ἥρας ἦν ὁ ναὸς ἐκεῖ, ἢ Ἥριον, ὅτι τὸ παλαιὸν ἐκεῖ ἐθάπτοντο οἱ πολῖται· καὶ δηλοῖ τοῦτο τὰ πολλὰ μαρμάρινα κιβούρια. Præterea Holstenius ex codice ms. reginæ Christinæ enotavit hæc: Ὅτι τὸ τῆς Χαλκηδόνος ἀκρωτήριον τὸ παλαιὸν Ἥριον καὶ ὃν καὶ λεγόμενον· ταφεῖον γὰρ ἦν τῆς πόλεως Χαλκηδόνος. Ὁ μὲν Ἰουστινιανὸς ἀνασκάψας τὸ ὅλον ἀκρωτήριον καὶ ἀνακαθάρας τὸν τόπον βασίλεια ἔκτισε περιφανέστατα, καὶ Ἑρία ὁ τόπος μετωνομάσθη ἢ Ἀερία. Jam quod situm locorum attinet, Acritas promontorium, quod 60 stadia a Chalcedone abesse Menippus tradit, ponendum est prope hodiernum *Maltepe*, quem locum Gyllius sua ætate *Abriam* sive *Obriam* dici prodit; nec longe ab *Abria* meridiem versus dissitum promontorium etiamnunc Acritam dici testatur. Hyris autem quum, Artemidoro teste, centum et decem stadia ab Acrita orientem versus distet

aiunt ibi χύτρας, hoc est ollas, defossas invenisse, et ossa : » Verum aliam esse acram Heræam, aliam Εὖρον sive Hyrim, patet ex Artemidoro : is enim scribit ab Acrita promontorio naviganti centum decem stadia situm esse promontorium Hyrim sive Euron nuncupatum, cui objecta sit insula Pityodes et alia insula nomine Chalcitis. Quæ ut explicatius perspiciantur, describam subsequens littus. Post promontorium Heræum pergenti ad sinum Nicomediæ succedit aliud promontorium, quod vulgus vocat Zaritrion, nescio, an quasi Χυτρίδιον ; nam accolæ in hunc diem jactitant invenisse ollam auro plenam in hujus loci vicinia. Ex insula Pityode navigavi recta via in continentem ad villam sitam in ora maritima, quam Græci vocant Obriam sive Abriam, Turci appellant eam *Maltepet*, sitam ad radices extremas promontorii positi contra Chalcitim. Vide, an hoc sit Euron sive Hyris promontorium, an illud quod jam dixi appellari Zaritrion. Verum ut melius intelligatur situs Chalcedonis, et ubi fuerit Ἡραιον, paulo extra Bosporum vagabor, sed in conspectu Chalcedonis et Byzantii, quod paulo post descripturus sum.

XII. *De insulis suburbanis Byzantii et Chalcedonis, et primum de insula Prota et Oxia et Platy.*

Artemidorus in undecimo libro Geographiæ ait : « ab Acrita promontorio præternaviganti Euron [1] stadia centum et decem, promontorium situm est appellatum Hyris, et insula huic objicitur Pityodes, et altera insula nominata Chalcitis et alia Prota dicta, a qua ad urbem Chalcedonem stadia quadraginta. » Protam appellatam existimo, quod prima occurrat venientibus Byzantio et Chalcedone; a Græcis usque ad hanc diem nominatur Πρώτη [2] ; distat ab urbe Byzantio paulo amplius sexaginta stadia ; ejus longitudo a septentrionibus procedit ad meridiem ; juxta ejus littus vergens ad orientem vicus est sub se habens portum subjectum ; supra vicum duæ cisternæ rotundæ, quarum major laxatur in amplitudinem magni hemisphærii. Thermarum magnarum Byzantiarum insula duobus verticibus prominet, altero vergente ad septentriones, altero ad cardinem meridianum. Dicitur circuitu complecti circiter tria miliaria; a meridie habet insulam Antigonon, a qua abest octo circiter stadia ; inter meridiem et occasum brumalem intuetur duas insulas, quarum altera Platys, altera Oxia appellatur, in acutum verticem fastigiata, undique præceps et prærupta; altitudine ad perpendiculum dimensa superat omnes colles Byzantii. Ex aliquibus partibus ascensus in ipsam non patet ob directos clivos. Multa etiam nunc vestigia retinet cisternarum aliorumque ædificiorum. Aiunt ibi regiam arcem, et velut secessum Caprensem aliquorum regum extitisse, quod a rei veritate omnino alienum non videtur, propterea quia naturali munitione tuta videtur. Habet portum subjectum orienti, cujus moles distractæ cernuntur ; lauro abundat, et multis generibus florum ; sed nusquam circa Byzantium tanta cibi bonitate ostreæ capiuntur quam circum hanc insulam. Ab hac non longe est Platys insula, humilis et fere plana.

---

illud esse debet promontorium quod peninsulæ ad modum in mare projectum hodie vocatur *Touzla bouroun* a *Touzla* vico propinquo. Non ita longe a *Touzla* alius exstat locus *Yos Yri* dictus, cum quo Hyris promontorii nomen componendum esse facilis est conjectura. Pityodes insula (*île Prinkipos*) non ipsi quidem promontorio adjacet, attamen ex insulis hujus tractus ei proxima est. Accuratius situm locorum Artemidorus indicasset, si Pityodem insulam cum Acritæ promontorii mentione junxisset; nam Acritæ proxima est insula, adeo ut Acritæ nomen ad ipsam insulam in tabula Peutingeriana transferatur. Hammerus Acritam pr. in hodierno *Fener bournou* agnoscere sibi visus est, quamquam id non 60, sed 8 fere stadia a Chalcedone distat. Hammerum temere secutus est Kiepertus in *Atlas von Hellas* etc. tabula 17; non tamen sibi constat; nam in tab. 5 Acritam ponit ab *oriente* Hyridis pr., ad sinum Astacenum, ubi nunc est *Jeldem kaya bouroun*. Quod quam sit ab Artemidori narratione alienum, sponte intelligitur. In alterum hunc errorem induxisse videtur Ptolemæus, qui quum sinum Astacenum Acrita et Posidonio (h. *Bos bouroun*) promontoriis claudi statuat, Kiepertus Acritam nomen ad illud promontorium transtulit quod ad initium est interioris recessus et a Plinio vocatur Leucatas promontorium. At nihil impedit quin putemus Ptolemæum sinus Astaceni initium sumsisse ab eo loco qui Acritæ promontorio ex Menippo et Artemidoro assignandus est; Kiepertum vero tanto minus probaveris, quum suæ opinionis in gratiam seriem locorum a Ptolemæo traditam mutaverit. — Promontorium Gyllii ætate *Zaritrium* nuncupatum quonam potissimum loco fuerit, dicere non habeo; suspicor autem ad ejus regionem pertinere τὴν Ζάρητα κρήνην, quam Stephanus s. h. v. esse ait ὑπὲρ τῆς Καλχηδονίας θαλάσσης, μικροὺς τρέφουσαν κροκοδείλους (lacertarum genus) οἳ καλοῦνται ζαρήτιοι. Eundem fontem Ἀζαριτίαν vocat Strabo p. 563, qui inter Chalcedonis et Astaceni sinus mentionem inserit hæc : ἔχει δὲ ἡ χώρα (Chalcedoniorum) μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κρήνην Ἀζαριτίαν, τρέφουσαν κροκοδείλους μικρούς. In Lapiei tabula imperii Turcici complures fontes juxta mare sitos in tractu inter *Maltepe* et Astacenum sinum medio notari video.

1. *Præternaviganti Euron*] debebat : *præternaviganti versus ortum*, παραπλεύσαντι [ἐπ'] εὖρον.

2. Πρώτη] Eadem a Plinio 5, 44, § 151 *Elæa* vocari videtur. Protam inter veteres geographos unus Artemidorus memorat. Frequens tum Πρώτης, tum Ὀξείας et Πλατείας mentio occurrit in Historia Byzantina. Vide quæ laudat Hammerus l. l. p. 361.

XIII. *De insula Antigono et insula Pityode.*

Quam Græci nostræ ætatis appellant Antigonon [1], Zonaras ait olim vocatam Panormum insulam nunc Antigoni nominari. Plinius inter insulas Proponticas numerat Antiochiam; vide num aliquis codex Plinii antiquus habeat Antigoniam. Insula ab aquilone efficit littus excelsum et præruptum; ejus quædam pars intuens meridiem eminet rupibus abruptis usque ad summum ferme verticem. Ab occasu sunt littora rupibus præruptis aspera, sed longe demissiora; in omnes partes existit diclivis; undique ejus ascensus est stadiorum circiter quatuor; in multo excelsiorem altitudinem effertur quam Prota; in summo vertice ædes sacra etiamnum exstat, et juxta ædem cisterna Signino opere munita, concamerata lateritio tecto. Sunt ibidem etiam putei jugis aquæ. Ab oriente habet vicum in littore situm; circa vicum sunt aliquot vineæ; reliquæ partes sunt tectæ eryca, arbuto, rore marino, ilice, ladano. Tota insula lapidosa scatet minutis lapillis. Contra vicum est insula exigua, cujus circuitus non excedit quatuor stadia, altitudo non superat quinquaginta passus (intellige quos conficere soleo in ambulando, ut intelligi oportet in omnibus passibus ante jam a me commemoratis); quæ vulgo appellatur Pitys. Hæc Pityodes dicitur [2] ab Artemidoro, quam tradit sitam contra continentis acram nuncupatam Ὕρτιν. Equidem cum Artemidorus ordinatim ponat Pityodem et Chalcitin et Protam, existimo Pityodem Artemidorum intelligere aut Antigoniam aut eam, quam jam Græci appellant insulam principem; nam cur commemoraret tam exiguam insulam, et proximam magnam præteriret?

XIV. *De Chalcitide insula.*

Chalcitis insula a Græcis nostræ ætatis nominatur Chalcis; distat ab Antigonia quatuor stadia. Menippus [1] in periplo Bithyniæ Chalcitidem insulam constituit contra Chalcedonem, eamque dicit habere æris metalla. Chalcitidem eandem esse, quam Stephanus [2] appellat Demonesum, assequor ex eo quod dicit Demonesum insulam, sitam circa Chalcedonem, habere cyani metalla et chrysocollæ, et aurum pretiosum et coronarium [3] quod oculis ægrotantibus medicinam afferat. Nulla alia insula circa Chalcedonem metalla habet, nisi Chalcitis. Aristoteles similiter scribit: « Demonesum inquit, insulam Chalcedoniorum (sic enim legendum est, non ut habet Codex editus Χαρχηδονίων [4]) a Demoneso homine appellatam esse, habereque cyani metalla et chrysocollam, et aurum eximium in ea inveniri, quod sit oculis remedium, atque æs quod Aristoteles appellat χαλκὸν κολυμβητήν, ex eo, opinor, quod, ut ipse addit, ex mari profundo duos passus urinatores illud extrahant; ex quo factam idem adjungit statuam in urbe Sicyone statutam in antiquo

1. *Antigonon*] sic Gyllius etiam in antecedentibus; dicere debebat, opinor, *Antigonen*. Zonaras 15, 18: Πάνορμος ἡ καὶ Ἀντιγόνη λέγεται καὶ Θερέβινθος. Apud Plinium 5, 44, § 151 memoratur *Erebinthos* (*Erebinthodes* Harduin.), ubi Mannertus, quamvis Zonari locum non noverit, *Therebinthus* fortassis legendum esse suspicabatur. Mihi e plurimis Plinii codicibus Zonaras potius corrigendus esse videtur. Nomen Erebinthos nihil habet in quo offendas. Eodem modo insula maris Ægæi Λέβινθος a λεβινθίοις (i. q. ἐρεβίνθοις), nec non, eodem nominis sensu, Ὀροβῖτις ab ὀρόβοις (Vide tom. I, p. 44 not.). Ceterum Plinius ita habet: *Est et contra Nicomediam Demonesus; item ultra Heracleam adversa Bithyniæ Thynias, quam barbari Bithyniam vocant. Est et Antiochia, et contra fauces Rhyndaci Besbices XVIII mil. circuitu; est Elæa et duæ Rhodussæ, Erebinthos, Chalcitis, Pityodes.* In his Thynias ad Propontidis insulas omnino nihil pertinet. Sed cetera quoque tumultuarie ex compluribus fontibus Plinius corrasisse videtur. Antiochiam eandem esse cum Antigona nostra Gyllius statuit probabiliter. Quemadmodum ejusdem insulæ alterum nomen Erebinthus, quasi alius insulæ esset, Plinius exhibet, sic etiam *Megale* et *Pityodes* nomina ad eandem insulam pertinent, nec non *Demonesus* eadem est cum *Chalcitide* aut cum *Pityode*.

2. *Hæc Pityodes dicitur*] debebat: *hæc Pityodes dici videri possit*, quum ipse Gyllius Pityodem Artemidori aliam insulam majorem esse censeat, idque rectissime. Pityodes, Hyri pr. proxima, esse debet insularum harum maxima, quam nunc appellant *Prinkipos*.

1. *Menippus*] apud Stephanum v. Χαλκηδών, ubi tamen nihil legitur nisi hoc: Μέμνηται ὁ αὐτὸς (Menippus) καὶ τῆς Χαλκίτιδος νήσου. Insulam a Chalcedone 40 stadia distare recte tradit Artemidorus ap. St. v. Χαλκῖτις. ‖ — 2. *Stephanus* (qui sua ex Aristotele De mir. auscult. c. 59. habet ex eoque corrigendus et supplendus est): Δημόνησος, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός (ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφεν. Arist.). Ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλης, καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον (lege καὶ χρυσοκόλλης, ἧς ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκεται τιμήν, coll. Arist.), ὀφθαλμῶν τε (γὰρ Arist.) φάρμακόν ἐστιν. Cf. Antigon. Mir. c. 131 et Hesychius Lex.: Δημονήσιος χαλκός· Δύο εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι, κοινῇ μὲν Δημόνησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ διαλλάττουσαι, ἡ μὲν Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσσα. Pollux Onom. 5, 39: τὰς Χαονίδας καὶ Μολοττίδας (κύνας) ἀπογόνους φασὶν εἶναι κυνὸς, ὃν Ἥφαιστος ἐκ χαλκοῦ Δημονησίου χαλκευσάμενος δῶρον ἔδωκε Διΐ. Demonesum etiam Plinius l. l. memorat. ‖ — 3. *Aurum pretiosum et coronarium*] sec. vulgatam Stephaniani loci lectionem, quam Gyllius etiam in Aristotelis locum intulisse videtur, ut e sequentibus colligas. ‖ — 4. Χαρχηδονίων] Codices nostri habent Καρχηδονίων, unde Westermannus reponere debebat Καλχηδονίων, non vero Χαλκηδονίων.

templo Apollinis. Ex antedictis liquet, quam erret Plinius, qui dum enumerat insulas Propontidis dicit Demonesum insulam sitam esse ante Nicomediam, cum nulla insula existat in sinu Nicomediæ olim appellato Astaceno. Verum ut clarius perspiciatur Demonesus eadem insula esse quæ Chalcitis, ut nunc sunt ostendam vestigia metallorum, et situm insulæ, quæ tribus verticibus seu collibus intumescit : unus vergit ad aquilonem, alter ad occasum, tertius ad orientem. Insulæ latus meridianum est præceps et abruptum in rupes, excepto sinu, admittente recessum maris portuosum, quoquo versus patentem paulo plus stadio, tutum ab omni vento, excipio austrum. Circa hunc sinum existunt aggeres scrobium, pleni ruderibus cæruleis, rejectis ex effossione æris et chrysocollæ et cærulei; atque inter ipsa rudera collegi eximium cæruleum et absolutam chrysocollam. Quod si vadum maris ibi effoderetur, sine dubitatione inveniretur aurum illud ab Aristotele laudatum. Aggeres scrobium sunt in radicibus vallis supra sinum jam dictum eminentis, et secantis insulam a mari meridiano ad mare septentrionale, cujus quidem vallis in parte media elata in jugum insulæ est domicilium solitariorum sodalium Græcanicæ religionis, ubi Nymphæa magna signino opere elaborata, plena jugi aqua manante ex vertice pertinente ad orientem. Littus intuens solis ortum habet vicum nuncupatum a nomine insulæ; sub vico statio navigiorum.

XV. *De insula Principis.*

Insula Principis, distans a Chalcitide circiter quinque stadia, nominata est a frequenti habitatione filiarum principum, virginitatem solitariam profitentium. Georgius Cedrenus ait Justinum, nepotem Justiniani, ædificasse solitariam vitam agentium domicilium, nominatum Principis suburbanum Constantinopoleos. Zonaras scribit Nicephorum Irenen exulem ejecisse in insulam Principis appellatam, in qua monasterium ipsa ædificaverat, unde fortasse insula appellata fuit Principis. Longe dimidio major existit quam Chalcitis, omnes antedictas insulas altitudine superat aut æquat. Ab oriente æstivo vicum habet nominatum Principis, situm in planitie littorea. In ejus littore vergenti ad ortum æquinoctialem spectantur fundamenta sumptuosa antiqui monasterii, ubi amplius quingentæ fœminæ vivere solebant. Contra monasterium sita est insula exigua, parvo intervallo distans, nominata Anterovitos. Inde in eodem littore sequitur vicus nominatus Carya; supra vicum modice eminet jugum contractum in vallem, cinctam duobus verticibus, quæ secat mediam insulam ab ortu ad occasum. Insulæ littus intuens meridiem rupibus circumvallatur; littus vero spectans ad solis occasum, minoribus rupibus cingitur; denique insulæ circuitus non excedit sexaginta stadia. Habet a meridie vicinam insulam, quam vocant Andron; ab oriente æquinoctiali habet alteram insulam nominatam divi Andreæ, distantem plus minus decem miliaria, undique excelsis rupibus et præruptis munitam, excepto latere conspicienti solis ortum, ubi domicilium sodalium sectæ solitariæ. Dividitur hæc insula a continenti mari lato quatuor stadia. Paulo ultra hanc insulam pergenti ad sinum Astacenum eminet promontorium, quod usque ad hanc ætatem appellatur Acrita, ut vocatur a Ptolemæo, quod Menippus dicit distare ab urbe Chalcedone stadia sexaginta. Omnes antedictæ insulæ abruptæ a continente videntur, quarum quatuor, nimirum Prota, Antigonos, Chalcitis et Princeps faciunt sinum suo latere vergentem ad aquilonem, ut Prota et Princeps sint sinus cornua, Antigonos et Chalcitis efficiant intimum sinus recessum. Cum aspicis ex Protæ latere vergente ad solis ortum, advertis sinum factum ex quatuor insulis, nec vides euripos intercedentes inter insulas, ut rei ignarus quatuor insulas unam eandemque insulam existimaret quatuor collibus intumescentem, primumque collem numeraret Protam, secundum Antigoniam, tertium Chalcitim, quartum Principem. Euripus separans insulas a continenti patet in latitudinem paulo amplius sexaginta stadiorum Hæc adjungere volui de insulis suburbanis Byzantii, velut præparationem ad clarius percipiendum situm Byzantii, quem e vestigio subjungere cogito; reliquas Propontidis insulas longe ab urbe remotiores, ut Proconnesum, Ophiusam, Acanthum, Phœben, Scopelon, Porphyrionem, Halonem, Delphaciam, Polydoram, Elæam et duas Rhodiussas, et contra fauces Rhyndaci Besbicon, cujus meminit Dioscorides, rejicio in meum periplum Propontidis et Hellesponti.

BIBLIOTHÈQUE

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

DIONYSII

ORBIS DESCRIPTIO.

ARGUMENTUM.

TERRA in Oceano quasi insula exstat oblonga fundæque similis. In tres dividitur continentes, quas disterminant aut freto Gaditano et Nilo et Tanai fluviis, aut Caucasio isthmo et Pelusiaco (1-26).

OCEANI terram cingentis partes quattuor : Oceanus Occidentalis sive Atlanticus, mare Concretum seu Cronium Mortuumve, Oceanus Orientalis sive Indicum mare, Erythræum mare sive Æthiopium (27-43).

SINUS OCEANI majores in terram infunduntur quattuor : mare Internum, mare Caspium, sinus Arabicus, sinus Persicus (44-57).

MARE INTERNUM. Ejus ambitus (58). Partes : Ibericum mare (69), Gallicum (74), Ligusticum (76), Sardoum (82), Tyrrhenum (83), Siculum (85), Adriaticum seu Ionium (92), Libycum, in quo Syrtes (104), Creticum (109), Pharium (116), Sidonium (117), in quo Issicus sinus usque ad Chelidonias et Patarense promontorium pertinens (128); Ægæum mare (131), Hellespontus et Propontis (136); Bosporus Thracius (140), ad quem Cyaneæ petræ (144); Pontus Euxinus bimaris et arcus formam referens (146); Bosporus Cimmerius et Mæotis palus (163).

LIBYÆ situs, forma, termini (174). — Ad Columnas Herculeas sunt Maurusii; hinc versus ortum Nomades Masæsylii et Masylenses (186); tum Carthago, nunc Libyum olim Phœnicum (196); Syrtis minor et major (198); media inter eas Neapolis, supra quam Lotophagi (204); tum Nasamonum, quos Romani armis debellarunt, sedes nunc desertæ (209); tum in mediterraneis Asbystæ et Jovis Libyci templum (211). Cyrenaica (213). Marmaridæ ad Ægyptum usque pertinentes (214). — Supra has Libyæ borealis gentes sunt Gætuli, Nigretes, Pharusii, Garamantes (215), ultimi denique Æthiopes ad Cernen regionem oceani accolæ (218); juxta hos Blemyum montes, unde ortum versus Syris fluit, qui deinde, cursu in boream converso, Nilus vocatur (220). Ægyptiorum fluvii accolarum artes et inventa (232). Ægypti fertilitas, figura (240), urbes Thebæ (248), Alexandria (254), Pelusium (260). Ceterum aliæ plurimæ in Libya gentes sunt (265).

II. EUROPÆ situs et figura (270). Gentes : Iberes, supra quos Britanni et Germani ad Oceanum et Hercyniam silvam degentes (281). Iberiæ figura (287). Pyrenæus mons. Celtæ. Eridanus, post quem Tyrrhenia (288) et initium Alpium, in quibus sunt fontes Rheni et Istri (295). Istri ostia quinque (301). Ab eo boream versus usque ad Mæotidis ostium sunt Germani, Sarmatæ, Getæ, Bastarnæ, Dacæ, Alani, Tauri in Achillis Cursu et hinc usque ad Mæotidem (302). Super hos degunt Agaui, Melanchlæni, Hippemolgi, Neuri, Hippopodes, Geloni et Agathyrsi (308). Eo in tractu est Borysthenes fluvius prope Criumetopon, in eodem meridiano situs in quo sunt petræ Cyaneæ (311). Ibidem Aldescus et Panticapes e Rhipæis defluunt; ad quæ flumina in Agathyrsorum regione electrum et adamantes colliguntur (314). A meridie Istri sunt Gerræ (?), Noricorum oppida, Pannonii, Mysi et Thraces (320), apud quos in Pallene asterius lapis et lychnis reperiuntur (327-329). Hactenus de boreali Europæ parte; in meridiem vero tres crepidines procurrunt, Iberia, Italia, Hellas (331). In Iberia est Abyle, Columnarum Herculearum altera; supra hanc Tartessus; tum Cempsi sub Pyrenæo (334). In Italia, quam mediam Apenninus secat (339), primi sunt Tyrrheni iisque juncti Pelasgi ex Arcadia advenæ (345); dein Latini, apud quos Tiberis et Roma (350); tum Campani, Parthenopes urbs, Sirenum petra, Silarus fl. (357); sequuntur Lucani et Brutii (362); Locri Epizephyrii, Metapontum, Croton ad Æsarum fl. Junonis Laciniæ templum (364), Sybaris (372) In mediterraneis Samnitæ et Marsi (375). Tarentum (376). Calabri et Iapyges (378). Aquilejæ sinus; Tergeste (380). Liburnorum ora (384), Hyllorum peninsula et Bulini (386). Illyricum (388), ubi Ceraunii montes et Cadmi Harmoniæque monimentum et petræ mirabiles (389). Deinde post Oricium Græcia incipit, Siculo mari et Ægæo cincta (398). Peloponnesus ejusque figura (403). Triphylia (409); Alpheus et Eurotas (410); Arcades Apidanees, Erymanthus mons; Melas et Iaon et Ladon fluvii (415). Argivi et Lacones (418). Isthmus inter Corinthium et Saronicum sinum intercedens (420). Attica, in qua Ilissus fl. (423). Bœotia et Locris (426). Thessalia et Macedonia (427). Thracia (428). Versus occasum Epirus, in qua Dodona (430); hinc in austrum Ætoli et Aracynthus (432), Achelous fl. et Echinades inss. (433); Phocis, in qua Cephisus fluvius et oraculum Delphicum (437).

III. INSULARUM DESCRIPTIO. Gades olim Cotinusa (450). Gymnesia et Busus (457). Sardinia et Corsica (458). Æoliæ sive Plotæ inss. (461). Sicilia (467). In Africo mari juxta Syrtes Meninx et Cercinna (477). In Adriatico Diomedeæ inss. (481), Apsyrtides (487), Liburnicæ (491). Dein Ambracicæ inss. et Corcyra (492). Ithaca (495). Insulæ Acheloo objacentes (496). Ab Amniso, Cretæ fluvio, boream versus sitæ sunt Ægila, Calauria, Carpathus (498). Creta ipsa (501). Ægypto objacens Rhodus (505). Ante Sunium pr. Salamis et Ægina (506). In Pamphylio sinu Cyprus (508); hinc ortum versus Chelidoniæ tres (510). Juxta Phœniciam Aradus (512). In Agæo mari juxta Europam Eubœa (520), Scyrus, Peparethus, Lemnus, Thasus, Imbrus, Samothrace (521). Juxta Asiam Cyclades Delum cingentes (525); Sporades (530); Ionicæ insulæ Caunus, Samus, Chius (533); Æolicæ insulæ Lesbus et Tenedus (536), ad quam Melas sinus (538). Per Propontidem in Pontum naviganti obviam fit Heroum insula Leuce Borystheni objacens (539). In dextro Mæotidis latere insula est, in qua Phanagoria et Hermonassa urbes (552). — Sequuntur OCEANI INSULÆ (555) : In Atlantico Erythia, ubi Æthiopes Macrobii (558), et Cassiterides ad Sacrum promontorium, Iberum sedes (561). In septentrionali Oceano contra Rheni ostia maximæ insulæ Britannicæ duæ (565); Amnitarum insulæ, in quibus mulieres Bacchica orgia celebrant (570). Thulæ insulæ situs (580). In orientali oceano Chryse [587]; Taprobane, circa quam cete monstrosa maris Erythræi (591). Ogyris, in qua Erythræi regis sepulcrum (606). Icarus insula in sinu Persico (608).

IV. ASIÆ figura, situs, magnitudo (620). Taurus mons mediam Asiam secans (638). Gentes : Juxta Mæotidem paludem Mæotæ et Sarmatæ (652); in his Tanais fl., terminus Europæ et Asiæ (660), e Caucaso per Scythiam perpetua hieme infestatam delabens (663). Sindi, Cimmerii (681). Cercetii, Toretæ, Achæi (682); Heniochi et Zygii (686); Colchi, ubi Phasis fl. (688). Iberes in isthmo Caspii maris et Ponti Euxini (695). Camaritæ eorumque Bacchanalia (700). Caspii maris figura et magnitudo (706). Ad hoc mare crystalli et iaspides reperiuntur (723). Accolæ Scythæ (728), Albani (731), Cadusii, Mardi, Hyrcanii, Tapyri (732). Post hos Dercebii et Bactri circa Mardum (*Margum*) fl. (734). Massagètæ ad Araxem fl. (739). Chorasmii (746). Sugdiana regio, in qua Oxus fl. (747). Sacæ ad Iaxartem (749). Tochari, Phruni, Seres (752). Scythæ (758). — Gentes et regiones quæ sunt ad Pontum inde a Phasi fl. usque ad Bos-

porum Thracium : Byzeres et Bechires (762). Macrones, Philyres, Mossynœci (766). Tibareni (767). Chalybes ferrum cudentes (768). Assyria, ubi Amazones circa Thermodontem fl. (772). Sinope (775). Iris et Halys fl. (783). Paphlagones (787). Mariandyni, ubi Hercules Cerberum in lucem extraxit (788). Bithyni, ubi Rhebas fl. (793). — In reliqua Asiæ ora deinceps sunt Chalcidenses (799); Bebryces et Mysi, ubi Cius fl., ad quem Hylam Nymphæ rapuerunt (805). Phrygia minor juxta Hellespontum (809), major ad Sangarium (811) In minori est Troja ad Xanthum fl. (814). Æolia (820). Ionia (830); in hac Mæander fl., Miletus, Priene, Ephesus (823). Mæonia, in qua Pactolus et Caysler (830). De Lydis mulieribus (839). Lycii ad Xanthum fl. (847), ubi Cragus mons (850) et Aspendus urbs (852). Pamphylia, in qua Corycus, Perge, Phaselis (854). Lycaones (856). Pisidæ, in quibus Termessus, Lyrbe, Selge (858). Cilicia, ubi angustiæ Asiæ inter Euxinum et Issicum sinum, atque Pyramus et Pinarus et Cydnus qui Tarsum prætertluit (861). Ciliciæ urbes (874). Commagene et Syria (877). Quod reliquum Asiæ figuram habet quadrilateram (887). Syria Cava inter Libanum et Casium versus ortum et austrum porrecta (897). Phœnices eorumque urbes (905). Daphne et juxta eam Antiochia (916). Apamea (918). Post Syriam Ælaniticus est sinus (923), et Arabia inter Persicum et Arabicum sinum (927). Arabiæ felicitas ob Bacchum ibi natum (933); ejus gentes (954). Altera Syria (970), in qua Cappadoces (973). Euphrates fl. et ad ejus ostia Teredon (976). Tigris fl. (983). Thonitis palus (987). Mesopotamia (992). Babylon (1005); istic beryllus lapis nascitur (1011). Postea Cissi, Messabatæ, Chalonitæ (1015). Media (1016), in qua Geli, Mardi, Atropateni et Medi a Medea sic dicti (1019). Caspiæ portæ (1034). Parthi (1039). Persæ et eorum opes (1053). Gabæ, Pasargadæ et Taoci (1069). Corus et Choaspes fl., juxta quem achates lapis gignitur (1071). Carmani (1080). Gedrosi et Indoscythæ (1086). Indus fl. et in eo Patalene insula (1089). Prope eum Oritæ, Aribes, Arachotæ (1095). Satraidæ (1097). Ariani (1098), apud quos coralium et sapphirus (1103). Indi (1107); eorum vivendi genus et artes (1114); lapides pretiosi (1120). Indiæ figura, situs, termini (1128). Ejus gentes : Dardanes ad Acesinæ et Hydaspis confluentes (1135); Cophes fl.; Sabæ, Taxili, Scodri, Peucalenses (1140); Gargaridæ ad Hypanim et Magarsum fl. qui ex Emodo monte defluunt in Gangeticam regionem (1144); hæc in austrum tendit ad Coliadem terram (1148). De orgiis Bacchicis apud Nysæos circa Gangem (1152). Conclusio operis (1167).

Ἀρχόμενος γαῖάν τε καὶ εὐρέα πόντον ἀείδειν
καὶ ποταμοὺς πόλιάς τε καὶ ἀνδρῶν ἄκριτα φῦλα,
μνήσομαι Ὠκεανοῖο βαθυρρόου· ἐν γὰρ ἐκείνῳ
πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος, ἐστεφάνωται,
οὐ μὲν πᾶσα διαπρὸ περίδρομος, ἀλλὰ διαμφὶς
ὀξυτέρη βεβαυῖα πρὸς ἠελίοιο κελεύθους,

Exordiens terramque et vastum mare canere,
et fluvios urbesque et hominum gentes innumeras,
mentionem faciam Oceani profunde fluentis ; illo enim
tota tellus velut ingens insula cingitur,
non tota quidem penitus circularis, sed bifariam
acutior vergens ad solis vias,

Vs. 2. ἄκριτα] ἄσπετα *BELKMYcdm* ; in *ELd* margo habet : γρ. ἄκριτα ; in *u* : γρ. ἄσπετα. Male Priscianus : *per orbem discretos*. ‖ — 4. ἐστεφάνωται] V. Steph. Thes. tom. 7, p. 743, B. ἀπείριτος] *parva* Avienus, in quo *magna* reponi voluit Wernsdorfius. Cf. Cicero De nat. deor. 2, 66 : *His quoque hominibus consulunt, qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. Sin autem his consulunt, qui quasi quandam magnam insulam incolunt quam nos orbem terræ vocamus, etiam illis consulunt qui partes ejus insulæ tenent, Europam, Asiam, Africam.* Idem in Somn. Scip. c. 6 : *Omnis enim terra quæ colitur a vobis, angusta verticibus, lateribus latior, parva quædam insula est circumfusa illo mari quod Atlanticum, quod Magnum, quem Oceanum appellamus in terris.* ‖ 5. μὲν] *ABCEFKLMNOYbcdghopr*, tres codd. Florentini, mgo *X*, edit. Ald.; μὴν cett. codd. et editt. Steph., Passov., Bernh. Cf. v. 154 et 120, ubi pro οὐ μὲν unus *E* οὐ μὴν habet. ‖ — 6. ὀξυτέρη] sic libri plurimi optimique ; εὐρυτέρη *BGMQ*, unus Flor., mgo *x* et alius codicis Flor.; εὐρυτέρη καὶ ὀξυτέρη legitur in γ. Lectiones e glossematis ortas habent *u* προμήκης, et *d* πλατυτέρα. In *KL* supra v. ὀξυτέρη glossa interlinearis legitur πλατυτέρα ; in *Y* vero hæc : ἤγουν ἐκ δύσεως καὶ ἀνατολῆς προμήκης, εὐρύτερον ἐρχομένη. Haud cadit in nostros codices quod dicit Scholiasta : ἡ ἐπιπολάζουσα γραφὴ καὶ ἐν πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, εὑρισκομένη τοῖς ἀντιγράφοις ἡ εὐρυτέρη ἐστίν, ἥτις ἐναντία παντελῶς τῷ σφενδόνῃ εἰοικυῖα. Pravam hanc lectionem jam expressit Avienus, non item Priscianus. De re v. Strabo p. 118 : αὐτῆς (τῆς οἰκουμένης) χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμά ἐστιν ἐκ τοῦ τὰ ἄκρα μυουρίζειν τὰ τοῦ μήκους ἑκατέρωθεν. Idem p. 116 : λέγεται δὲ καὶ χλαμυδοειδές πως τὸ σχῆμα· πολλὴ γὰρ συναγωγὴ τοῦ πλάτους πρὸς τοῖς ἄκροις εὑρίσκεται, καὶ μάλιστα τοῖς ἑσπερίοις. Agathemerus 1, 1 : Ποσειδώνιος (τὴν γῆν φησι) σφενδονοειδῆ καὶ μεσόπλατον ἀπὸ νότου εἰς βορρᾶν, στενὴν πρὸς ἕω καὶ δύσιν· τὰ πρὸς εὖρον ὄμως πλατύτερα τὰ πρὸς τὴν Ἰνδικήν. Cf. Eustathius ad Dion. et ad Hom. p. 690, 43. Adde quæ ipse Dionysius de Europæ Asiæque figura exponit v. 277 sqq. et v. 620 sqq. Nihilominus fuerunt qui εὐρυτέρη istud tuerentur. Sic Henricus Stephanus « Terram, inquit, εὐρυτέρην ad ortum occasumque esse, nihil est aliud quam vastius illac longiusque exporrigi. » Eadem multis verbis recoxit Spohnius ad Nicephor. Blemm., quamquam meliora discere potuit e Dionysii vs. 242. Haud magis admittenda protulit Salmasius, de quibus Bernhardyus monuit. Ego quæro quomodo prava ista lectio inferri in poetam potuerit. Patet terræ habitatæ formam e sententia geographorum quos Dionysius in his secutus est, similem esse fundæ explicatæ : ◇ Jam vero quum iidem geographi dicant orientalem terræ partem occidentali latiorem esse, facile aliquis induci potuit, ut id ita intelligeret quasi ab occasu versus ortum terra in majorem subinde latitudinem excresceret, adeoque forma ejus non esset fundæ explicatæ, sed plicatæ sive talis, qualis apparet quando torquetur a funditore : ◁

Ac sane sic sibi rem informare debuit Nicephorus Blemmides, qui in sua Dionysiani loci paraphrasi, postquam dixerat terram esse σφενδόνῃ ἐοικυῖαν, id explicat verbis : τοῦ γὰρ πρὸς δυσμὰς τὸ τῆς ἑῴας πλατύτερόν ἐστι μέρος. Hanc autem sententiam e poeta nostro ita extorserunt, ut verba πρὸς ἠελίοιο κελεύθους interpretarentur : *versus regionem unde viam init sol, versus ortum*, deinde autem pro ὀξυτέρη scriberent εὐ-

σφενδόνῃ εἰοικυῖα· μίαν δέ ἑ καίπερ ἐοῦσαν
ἄνθρωποι τρισσῇσιν ἐπ' ἠπείροισι δάσαντο·
πρώτην μὲν Λιβύην, μετὰ δ' Εὐρώπην Ἀσίην τε.
Ἀλλ' ἤτοι Λιβύη μὲν ἀπ' Εὐρώπης ἔχει οὖρον
λοξὸν ἐπὶ γραμμῇσι, Γάδειρά τε καὶ στόμα Νείλου,
ἔνθα βορειότατος πέλεται μυχὸς Αἰγύπτοιο
καὶ τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβου·
Εὐρώπην δ' Ἀσίης Τάναϊς διὰ μέσσον ὁρίζει,
ὅς ῥά θ' ἑλισσόμενος γαίης διὰ Σαυροματάων
σύρεται ἐς Σκυθίην τε καὶ ἐς Μαιώτιδα λίμνην,
πρὸς βορέην· νότιον δὲ μεσούριον Ἑλλήσποντος·
σῆμα δ' ὑπερτέταται νοτιώτερον ἐς στόμα Νείλου·
Ἄλλοι δ' ἠπείροισι διὰ χθόνα νοσφίζουσιν.
Ἰσθμὸς ἄνω τέταταί τις ὑπέρτατος Ἀσίδος αἴης,
Κασπίης τε μεσηγὺ καὶ Εὐξείνοιο θαλάσσης·
κεῖνον δ' Εὐρώπης Ἀσίης θ' ὅρον ηὐδάξαντο·
ἄλλος δ' αὖ μακρὸς καὶ ἀθέσφατος ἐς νότον ἕρπει,
Ἀραβίου κόλποιο καὶ Αἰγύπτοιο μεσηγύ,
ὅς ῥά τε νοσφίζει Λιβύην Ἀσιήτιδος αἴης.
Τοῖα μὲν ἀμφ' οὔροισι βροτοὶ διεφημίξαντο·
πάντῃ δ' ἀκαμάτου φέρεται ῥόος Ὠκεανοῖο,

fundæ similis. Una autem quamvis sit,
homines in tres eam continentes partiti sunt,
primum in Libyam, deinde in Europam Asiamque.
At vero Libyæ et Europæ confinia obtinent
per obliquam lineam Gades Nilique ostium,
qua maxime borealis est Ægypti recessus,
et sacrum famosum Amyclæi Canopi.
Europam vero ab Asia Tanais medius dirimit,
qui quidem labens per terram Sauromatarum
serpit in Scythiam ac Mæotidem paludem,
versus boream; australis autem terminus Hellespontus;
hinc australior limes protenditur in ostium Nili.
Alii vero continentibus terram diffindunt.
Isthmus quidam sursum tendit, Asiaticæ regionis
supremus, Caspium inter et Euxinum mare;
hunc Europæ Asiæque terminum definierunt.
Rursum alius longus et ingens versus austrum serpit,
Arabicum inter sinum et Ægyptum,
qui Libyam sejungit ab terra Asiatica.
Talia de finibus mortales divulgarunt.
Undique vero indefessi feruntur fluenta Oceani,

ρυτέρη. Testis rei est Avienus v. 13 : *sed matutino quo cælum sole rubescit, latior; accisi curvatur cespitis arvo; cetera protentus :* in quibus Vlitius pro *latior* legi voluit *arctior*, quod, quamvis probare Bernhardyus (p. 523) videatur, ferri nullo modo potest; contra vero miror neminem adhuc vidisse pro *arva*, quod vulgo legitur, reponendum esse *arvo*. ‖ — 8. εἰοικυῖα] ἐοικ. *NY*, εἰκυῖα *GHckmt*ô*ζ* et unus Flor. ἐπ'] ἐν *ikos*, mgo *X*, paraphrasis. ‖ — 9. πρώτην μὲν Λιβύην] *CADG LNOY Uaefghot*, tres Flor., prima manu *s*, edit. Ald., paraphrasis, probantibus Brunkio et Schæfero; *primam Libyam* Priscian., πρῶτον μὲν Λ. *M* schol., Eustath. (apud quem πρῶτα μὲν cod. *E*); πρῶτα μὲν Λ. cod. *Lo* et e correct. *s*; πρῶτα μὲν οὖν cett. et edit. Bernh.; πρώτην μὲν οὖν *q*. ‖ — 11. Cf. vs. 313 : ὀρθὸν ἐπὶ γραμμῆ. ‖ — 12. βορειότατος] θερειότατος in margine notat Stephanus. Meminit ejus lectionis scholiasta miroque modo eam explicare studet. ‖ — 13. « Τέμενος Κανώβου Eustathius vere ad poeticam rettulit amplificationem; in tanta Canobi sive Canopi herois celebritate, publica tamen quam geographus posset literis compendiariis mandare veneratio, siquidem a conjecturis novitiis discesseris, reperiri videtur nulla. » *Bernhardyus*. Canobum gubernatorem ejusque uxorem Eumenuthin cultos fuisse narrat Epiphanius Ancorat. § 108, t. 2, p. 109 ed. Petav. (Κάνωβός τε, ὁ Μενελάου κυβερνήτης, καὶ ἡ τούτου γυνὴ Εὐμενουθὶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τεθαμμένοι τιμῶνται πρὸς τῇ ὄχθῃ τῆς θαλάσσης, ἀπὸ δεκαδύο σημείων διεστῶτες). Aliam de Canobi dei cultu historiam habes apud Rufinum in Eccl. Hist. 2, 26, indeque apud Suidam v. Κάνωβος. Canobum vero deum a Sarapi non diversum esse perprobabiliter statuunt Jablonskius et Creuzerus (in Dionyso p. 109 sqq.). Sarapidis templum Canobicum novimus e Strabone p. 801 et Pausania 2, 46 (Σαράπιδος ἐν Κανώβῳ καλούμενον τέμενος). Eodem facit Heraclides Ponticus (ap. Plutarch. De Is. et Osir. c. 27) τὸ χρηστήριον ἐν Κανώβῳ Πλούτωνος memorans. Ipsa denique Canobi et Serapis nomina, quorum illud antiquius, hoc recentius fuerit, ab uno eodemque *Sanapes* sive *Sinopes* urbis nomine derivanda esse censet Movers (*Das phœn. Alterth.* 2, p. 198). Hunc igitur cultum dei inferi et e peregrino advecti, quem fabulæ vel Charonem quendam vel Menelai gubernatorem exhibent, a Dionysio voce τέμενος indigitari credi-derim. ‖ — 14. Pro Εὐρώπην δ' Ἀσίης in quibusdam libris fuisse videtur Εὐρώπης δ' Ἀσίην; certe Εὐρώπης præbent *fh*, et Ἀσίην *r* et corr. *d*. ‖ — μέσσον] μέσον *ACGKMNcoq*; μέσσου *i*. Hunc Dionysii locum citat Tzetzes ad Lycophr. 1288 et schol. ad Æsch. Prom. 788. ‖ — 15. ὅς ῥά θ'] ἔνθ' *N*. ‖ — 16. De Tanai e Caucasiis montibus defluente, cf. v. 663. ‖ — 17. μεσούριον (ionice pro μεσόριον) vox num alibi occurrat, quæro. ‖ — 18. νοτιώτερον] *CANdefoqg*ε, unus cod. Flor., var. lect. Stephani, Paraphr., schol.; *magis australis* Priscianus; νοτιώτατον cett. codd. et editt. ‖ — ἐς μέσα *C DGNΩXacefoqr*; ἐς στόμα *ABEFHKQY*, mgo *X*. Illud tuetur Bernhardyus haud accurate poetam locutum esse statuens. Linea quæ ab Hellesponto versus meridiem ducta Asiam a Libya disterminet, non per media Nili ostia sive per mediam Delta regionem transit, sed in ostium incidit Canobicum. Cf. vs. 11. ‖ — 19. Ἤπειροι h. l. fluminibus opponuntur. Terræ continentes nonnullos disterminasse isthmis Caucasio et Pelusiaco noveramus ex Eratosthene ap. Strab. et ex Aristotele De mundo c. 3 (t. 3 p. 631 ed. Didot). ‖ — 21. θαλάττης *t*. ‖ — 22. Εὐρώπης τ' Ἀσίης θ' codex ζ (Barberinus), quod, si in melioribus codd. legeretur, recepissem. ‖ — 24. Ἀραβίου] Ἀρραβίου *ALM* et pr. m. *C*; Ἀρραβικοῦ *BDH KNOQYa*ζ et sec. m. *C* aliique, ut vid., plurimi; Ἀραβικοῦ ed. Passov. Ceteris quoque locis codices plurimi in hac voce ρ literam geminant; simplex ρ in Dio-

εἷς μὲν ἐὼν, πολλῇσι δ' ἐπωνυμίῃσιν ἀρηρώς·
ἤτοι ὁ μὲν Λοκροῖο παρ' ἐσχατιὴν ζεφύροιο
Ἄτλας ἑσπέριος κικλήσκεται, αὐτὰρ ὕπερθεν
πρὸς βορέην, ἵνα παῖδες ἀρειμανέων Ἀριμασπῶν,
πόντον μὶν καλέουσι πεπηγότα τε Κρόνιόν τε·
ἄλλοι δ' αὖ καὶ νεκρὸν ἐφήμισαν εἵνεκ' ἀφαυροῦ
ἠελίου· βράδιον γὰρ ὑπεὶρ ἅλα τήνδε φαείνει,
αἰεὶ δὲ σκιερῇσι παχύνεται ἐν νεφέλῃσιν·
αὐτὰρ ὅθι πρώτιστα φαείνεται ἀνθρώποισιν,
ἠῷον καλέουσι καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης·
ἄγχι δ' Ἐρυθραῖόν τε καὶ Αἰθόπιον καλέουσιν
πρὸς νότον· ἔνθα δὲ πολλὸς ἀοικήτου χθονὸς αὐλὼν
ἐκτέταται, μαλεροῖσι κεκαυμένος ἠελίοισιν.
Οὕτως Ὠκεανὸς περιδέδρομε γαῖαν ἅπασαν,
τοῖος ἐὼν καὶ τοῖα μετ' ἀνδράσιν οὐνόμαθ' ἕλκων.
Κόλπους δ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἀπερεύγεται, εἰς ἅλα βάλλων

qui, unus licet, multis est instructus cognominibus.
Is enim qui extremos Locri favonii fines attingit,
Atlanticus occiduus vocatur; at superum,
qui ad boream spectat, ubi genus ferocium Arimaspo-
mare Concretum vocant Croniumque; [rum,
alii etiam Mortuum dixerunt propter debilem
solem; tardius enim super mare istud lucet,
ac semper tenebricosis in nubibus crassescit.
At qua primum apparet hominibus,
Orientalem vocant et salum maris Indici.
Proximum vero Rubrum et Æthiopium vocant,
qui ad austrum spectat, ubi magnus terræ incultæ
tractus patet, fervidis perustus solibus.
Sic Oceanus ambit terram universam
talis taliaque apud homines nomina cirumferens.
Sinus vero huc illuc eructat, salum injiciens

---

καὶ μορφήν· οὐ μὲν γὰρ ὀλίζονος ἔμμορε τιμῆς·
οὐδὲ μὲν οὐδ' ὀλίγη μέγεθος πέλει, ἀλλά τις ἄλλων
εὔβοτος εὐλείμων τε καὶ ἀγλαὰ πάντα φέρουσα.
Σχῆμα μὲν οὖν τρισσῇσιν ἐπὶ πλευρῇσι βέβηκεν,
εὐρὺ μὲν ἀμφ' ἀκτὰς βορεήτιδας, ὀξὺ δ' ἐπ' ἠῶ
ἑλκόμενον καὶ μέχρι βαθυκρήμνοιο Συήνης,
οὔρεσιν ἀμφοτέροισι περισκεπέεσσιν ἐρυμνόν,
τῶν μέσα καλλιρόοιο κατέρχεται ὕδατα Νείλου.
Καὶ τὴν μὲν πολλοί τε καὶ ὄλβιοι ἄνδρες ἔχουσιν,
ἠμὲν ὅσοι Θήβην ἐρικυδέα ναιετάουσιν,
Θήβην ὠγυγίην, ἑκατόμπυλον, ἔνθα γεγωνὼς
Μέμνων ἀντέλλουσαν ἑὴν ἀσπάζεται Ἠῶ·
ὅσσοι θ' ἑπτάπολιν μεσάτην ἤπειρον ἔχουσιν,

Inde ad boream prolapsus varius varias in partes
septem per ostia distractus in mare devolvitur,
opimum Ægypti solum aquis pinguefaciens.
Non enim fluviorum quisquam cum Nilo comparandus,
ad limum immittendum terræque fertilitatem augen-
qui et Libyam dirimit a regione Asiatica, [dam,
ita ut in libem sit Libya, in ortum vero Asia.
Hunc insignium virorum gens accolit,
qui primi vitæ distinxerunt ordines,
primique jucundum experti sunt aratrum,
ac sementem per directum sulcum disperserunt,
Iidemque primi lineis cœlum sunt emensi,
quum mente obliquum solis cursum percepissent.
Horum autem eloquar et ipsius terræ fines
et formam : non enim minorem sortita est honorem;
ac ne magnitudine quidem modica est, sed si qua alia
pascuis abundat ac pratis et profert eximia quæque.
Figura igitur tribus est lateribus superstructa,
lata quidem versus litora borealia, sed in austrum
quæ usque ad altas Syenæ ripas extenditur, [acuta,
montibus tegentibus ab utraque parte munita,
quos media perfluunt splendidi Nili fluenta.
Atque eam multi et opulenti homines habitant,
tum quiqui nobilissimas Thebas incolunt,
cascas illas centumque portis aptas, ubi vocalis
Memno exorientem suam Auroram salutat,
tum qui mediam septem oppidorum regionem tenent;

φθέντα] *ABFHKLMNOYXUbcdeghkqε*ζ; στρεφέντα *t*; στραφέντα *i*; στραφέντε *f*, ut videtur; στρέψαντε var. lect. apud Rob. et Henr. Stephan.; στρεφθέντι cett. codices et editt. ‖ — 225. κεῖθεν] κεῖνος *eq*; ἔνθεν margo *e*; τετανυμένος *o*; ἄλλυδις] ἄλλοθεν *d*; ἄλλος] ἄθλος ε, ἄλλη *Kεωζ*, m. sec. *O*, Ald.; ἄλλη, supra scripto ἄλλο, *E*. ‖ — 226. πίπτει] βάλλει *Ykp*.; στομάτων εἰς ἅλα πίπτει εἰλιγμένος *cod*. ε. ‖ — 227. ὕδασι] ὕδατι *BFGcioptx*. ‖ λιπαρὸν] ἱερὸν *k*. ‖ — 228. ποταμῶν] ποταμὸς *bf*; ἔπλετο κείνῳ *eq*. ‖ — 230. Λιβύης ἀποτέμνεται Ἀσίδα γαῖαν *k*. ‖ — 231. εἰς λίβα *f*; γαίην *C*. Cf. Eustath. ad vs. 175. ‖ — 232. παραναιετάουσιν *b*; πέρι ναιετ. *ABc*; μένος ἄνδρων *Ege*; in *e* mgo : γρ. γένος. ‖ — 233. διεστήσαντο] συνεστ. *AHEKLMNOcegklqrγ*; in *Ee* supra scriptum est διεστ. Porro ξυνεστ. habet *b*. ‖ — 234. ἐπειρήθησαν] ἐπειρήσαντο *DQY*; ἐπειρήσαντ' *CG*; ἐπειρήσαν *A*; ἀρότρου] Osiridi aratri inventum tribuebant, uti constat. V. Tibull. 1, 7; Philostephanus περὶ εὑρημάτων (fr. 28) apud Servium ad Virg. Georg. 1, 19. ‖ — 235. ἡπλώσαντο *GHKLbw* Eust. ‖ — 236. Hunc versum et seq. laudat Tzetzes Exeg. Il. p. 5. Vs. 236 omittunt *Nqe*; in *e* tamen ad marginem notatur. γραμμαῖσι cod. *E*. ‖ — 237. φρασάμενοι *ACHNXbdeoqr*; φραξάμενοι *D*ζ; λόξον πόρον *LKbr*. ‖ — 238. τῶν δὲ ἐναυδήσαιμι *cB*, suppleto manu rec. κεν. ‖ — γαίης] γαίας *x*; χέρσου mgo *c*; γρ. χέρσου *B*. ‖ — 239. γὰρ omis. *e*. Verba ὀλίζονος ἔμμορε τιμῆς citat Etym. M. p. 622 v. ὀλίζων. ἔμμορε] ἔτυχε ex interpolatione *Eeq*. quorum *e* ἔμμορε notavit in margine. ‖ — 240. οὐδέ κεν *eqε*. « ἄλλων Noster insolenti ratione voluit ab εὔβοτος esse aptum; nam poetarum illa, φίλη γυναικῶν et δεῖλος βασιλέων pluraque de vulgari sapientia, distant longissime. Compares tamen Apollonium 2, 559 : λοίσθιον ἄλλων. » Bernh. ‖ — 241. πάντα] τέκνα *BMO* et *c* supra scripto πάντα. ‖ — 242. πλευροῖσι *HZ*; συμβέβηκεν *F*. ‖ — ἐπ' ἠῶ] i. e. ἐπ' ἠῶ ἠελιόντε, versus plagam meridionalem. Cf. 332. Figuram Ægypti poeta statuit esse τριπλεύρου ἰσοσκελοῦς, cujus brevissimum latus ora maritima, latissima Ægypti parte, describitur; reliquorum laterum lineæ ab Alexandria et Serbonibe lacu ad Syenen ducuntur. Aliter Scylax, ubi vide. ‖ — 244. πολυκρήμνοιο *q* Eustath. ‖ — 246. καλλιρόοιο omis. *rs*. ‖ — 247. καὶ om. *Ne*; καὶ τοὺς μὲν cod. ζ, sed correct. in margine. ‖ — 248. ἠμὲν] οἳ μέν, suprascrip. ἡ, *C*. ‖ — 249. Hunc vs. et sq. laudat Tzetzes ad Lyc. 1206. ‖ 250. Secundum ea quæ de Memnonis statua Letronnius (*Mém. de l'acad.* t. X) disputavit, Memnonis nomen ad colossum Amenophi sive *Amenatep-Meiamoum* dedicatum, qui an. 27 a. Chr. terræ motu fractus vocalis esse cœperat, eo temporis spatio translatum est quod est medium inter annum 17 a. C., quo Strabo Ægyptum visit, et Neronis annum nonum. Restaurasse colossum, sed eo ipso istam sonum edendi facultatem sustulisse videtur Alexander Severus; certe post Severi tempora nemo Memnonis vocalis meminit, neque ulla inscriptionum, quæ in colosso leguntur, ejus imperatoris ætate posterior est. Itaque Dionysii ævo miraculum istud adhuc vigebat, neque verbis

ἠδ' ὅσσοι νοτερῇσιν ἐπ' ἠιόνεσσι θαλάσσης
παραλίην ναίουσιν ἔσω Σερβωνίδος ἅλμης.
Τῆς πρὸς μὲν ζεφύροιο Μακηδόνιον πτολίεθρον,
ἔνθα Σινωπίταο Διὸς μεγάλοιο μέλαθρον,
χρυσῷ τιμήεντι κεκασμένον. Οὐκ ἂν ἐκείνου
νηὸν ἐν ἀνθρώποισι θεώτερον ἄλλον ἴδηαι,
οὐδὲ μὲν ἀφνειὴν ἑτέρην πόλιν, ἧχί τε μακραί
φαίνονται σκοπιαὶ Παλληνίδος Εἰδοθεείης.
Τὴν δὲ μέτ' ἀντολίηνδε παραὶ Κασιώτιδα πέτρην
Πηλῆος πτολίεθρον ἐπώνυμον ἄνδρες ἔχουσιν
ἔξοχα ναυτιλίης δεδαημένοι. Οὐ μὲν ἐκεῖνοι
ἀνέρες ἐν Λιβύεσσιν ἀρίθμιοι· ἦ γὰρ ἐς αὐγὰς
ἑπταπόρου Νείλοιο νενασμένον ἔλαχον ἄστυ·
ἄλλοι δὲ πλεῖστοι τήνδε χθόνα ναιετάουσιν·
οἱ μὲν ἐπ' Ὠκεανῷ, οἱ δ' ἠπείρους ἀνὰ μέσσας,
οἱ δ' ἀμφ' εὐρείης Τριτωνίδος ὕδατα λίμνης,
ἥτε μέση Λιβύης ἀμφέλκεται εὐρέα κόλπον.
Τοίη μὲν Λιβύης μορφὴ καὶ σχῆμα τέτυκται·
εἰ δὲ καὶ Εὐρώπης ἐθέλεις τύπον, οὔ τί σε κεύσω.
Ὠὐτὸς μὲν Λιβύης δυσμὸς πέλει, ἀλλὰ μετ' ἄρκτους
ἔστραπται, καὶ τοῖος ἐπ' ἀντολίην πάλιν ἕρπει,
οἷος καὶ νοτίης Λιβύης ἐπὶ τέρμα βέβηκεν·
ἄμφω δ' ἶσον ἔχουσιν ἐπ' Ἀσίδα νείατον ἴχνος,
ἡ μὲν πρὸς βορέην, ἡ δ' ἐς νότον. Εἰ δέ κε θείης
ταύτας ἀμφοτέρας γαῖαν μίαν, ἦ κεν ἐπιπρὸ
σχῆμα πέλοι κώνου πλευρῇς ἶσον ἀμφοτέρῃσιν,
ὀξὺ μὲν ἑσπέριον, πλατὺ δ' ἀντολίην ὑπὸ μέσσην.

et quotquot præter uda maris litora
oram incolunt usque ad Serbonidem lacum.
Ejus autem in occasum spectat Macedonum civitas,
ubi maximi Sinopitæ Jovis templum exstat,
splendido auro ornatum; non aliud
inter homines sacrum illo divinius conspexeris,
neque alteram istius opis urbem, ubi celsæ
speculæ apparent Pallenidis Idotheæ.
Post quam orientem versus juxta Casii rupem
oppidum Pelei cognomine homines tenent,
inprimis navigandi periti. At enim illi [tem
homines non inter Afros censentur, ut qui ad orien-
septemflui Nili conditam obtinuerint urbem.
Plurimi autem alii hanc terram incolunt,
partim ad oceanum, partim mediam per continentem,
alii vero circum vastæ Tritonidis paludis aquas,
quæ media in Libya lati sinus ambitu continetur.
Talis igitur Libyæ forma speciesque exstitit.
Jam si Europæ quoque quæras figuram, non te celabo.
Idem Europæ qui Libyæ tractus est, sed ad boream
conversus; eademque ratione versus ortum serpit
qua in meridie Libyæ tractus suum ad limitem tendit.
Ambæ æqualiter Asiam ultimo vestigio tangunt,
illa versus boream, hæc versus austrum. Quodsi
ex utraque terra unam confeceris, protinus
figura exstiterit coni utrumque latus æquale habentis,
acuta ad occasum, lata vero sub ortum medium.

---

de Memnone fusis ἀναχρονισμὸς inest, qualem produnt quæ de Thebe ἑκατομπύλῳ poeta canit. ‖ — 251. ὅσσοι δ' *q*; ἑπτάπολιν] i. e. Ἑπτανομίδα, mediæ Ægypti regionem. Post hunc versum in *O* legitur versus 253. ‖ — 252. νοτεροῖσιν *fq*; θαλάσσης] νέμονται. cod. ε (e glossa ad vs. 253 notata huc aberravit). ‖ — 253. παρραλίην *Qf* et alii complures ‖ — ναίουσιν] νέμονται *fζ*; ναιετάουσιν *BMcdeq*; Σερβωνίδα λίμνην *AHO ghζ*; ἅλμης] λίμνης *GKoxef*. ‖ — 254. μὲν om. *M*; ζέφυρον *Lbr*; Μακεδ. *Ddo*. ‖ — 255. Hic versus post vs. 261 legitur in *M*. ‖ — 256. οὐκ ἂν] οὐ μὲν *BEKcrw*, sed correctum est in *EKc*. ‖ — 257. ἐν om. *bfr*; ἴδηαι] ἴδοιο *ABEGHLMNQζ* et margo *Y*; ἴδοις *s*; ἴδοι *b*. ‖ — 258. τε μακραὶ] περ ἄκραι *DYq* et e correct. *O*; περ μακραὶ *BEGL* et margo *Y* et pr. m. *O*. ‖ — 259. σκοπιὰς Schol. et Eust. et Priscianus intelligunt de Pharo vel de Pharo et Antipharo, recte procul dubio; Bernhardyus alta Alexandriæ ædificia indicari opinatur. φαίνονται σκοπιαὶ *C*; Εἰδοθέης *CKeoqsε*. ‖ — 260. δὲ omis. *f*; τὸν δὲ μέτ' *br*; ἀντολίην τε *brqBGM*; παρὰ *dfu* Ald.; Κασιήτιδα *BEKLMNOYXbdiprwε*; Κασιητίδα *f*; πέτραν *UY*, χώρην *BEGHLMNOXbdeipqwrsζ*; χώραν *y*, λίμνην mgo *c*. ‖ — 261. Πηλῆος] De Peleo Pelusii conditore cf. Ammianus XXII, 16, 3, cujus verba in not. ad Scylac. t. 1, p. 81 adscripsi. Scylax pro Peleo habet Pelusium quendam. ‖ — 262. ἔξοχα om. *e*; ναυτιλίας *B*; ναυτιλίῃ *br*. ‖ — 263. ἄνδρες *d* Ald.; ἐν] om. *GLfr*., ἐπ' *BMO* ἐς var. lect. in *O*. ‖ — 264. ἐνασμένον *f*; ἔλαχον *DEGHNXd* Ald. Vix erat cur moneret Dionysius Pelusiotas ad Asiam non vero ad Libyam pertinere, quippe qui in antecc. (13) Libyam ortum versus nonnisi ad Canobicum ostium extendi dixerat. ‖ — Post hunc versum ponitur vs. 269, Τοίη μὲν Λιβύης μορφὴ καὶ σχῆμα τέτυκται in *BKLMNOcfg*; eodem modo Priscianus et Avienus. Cod. *s* versum et post vs. 264 et eo quo vulgo legitur loco habet. ‖ — 266. τοὶ δ' ἐπ. *ABCKLMNXbehlqrζ*; ἐπὶ μέσσας *Kb*. ‖ — 267. εὐρείης] ἰμερτῆς *BELMNOXbdeiqr* Priscian.; ὕδατα] οἴδματα *BCEMOXdegiq*, mgo ζ, Paraphr.; ὕδατι *A*. ‖ — 268. μέση] μέσης *IIEbs*, μέσην *LNx*, μέσον *Yfp*; ἔς τε μέσην *w*. ἀμφέλκεται *Cbr*, ἐφελκ. *EGeoqε*; κόλπον] πόντον *AQX*. ‖ — μορφὴ] ἀρχὴ cod. ε. σχῆμα] τέρμα *Hlsζ*, σῆμα *q*. Hic versus in *E* recenti manu additus est. Cf. not. ad vs. 264. ‖ — 270. ἐθέλῃς *Xi*, θέλεις *Hζ*; τύπον] πόρον *Ae* et mgo *O*; οὔτι] οὔτοι *Dε*, οὐκέτι *Ed*; κεύσω] κεύθω *U* et var. lect. in *Y* κρύψω ε et gloss in *d*. ‖ — 271. ῥυσμὸς] ῥυθμὸς *bre*, ῥεσμὸς *g*, ῥυμὸς *h*. ‖ — 272. τέτραπται *p*. ‖ — 273. Λιβύης νοτίης *BEGHKLMNO UXYbdeqrζ*; ἀμφὶ τέρμα *eq*. ‖ — 274. ἄμφω δ' ἶσον] Schol. ad vs. 10 hunc versum citans habet: ἄμφω δ' εἰς ἕν. ‖ — 275. βορέαν *Yd* Ald. ‖ — 277. πέλει *CEGHd eoqε*, correct. in *d*; πλευροῖς *ABDFGHLMhiζ*; ἀμφοτέροισιν *ABDGHMbchiorζ*. ‖ — 278. ὑπὸ] ἐπὶ *ACY ghiklmp*. « Vulgatæ dictionis insolentiam tum μέσσην adjectum imminuit, quod conspectum et propinquitatem duntaxat regionum orientalium innuere debet, tum usus ille formularum quarundam longe significantior, quales sunt comprimis ὑπ' ἠῶ, ὑπ ἠέλιον. » Bernhardy.

Τοὔνεκά μοι, τοιοῦτον ἰδὼν πόρον ἀμφοτεράων
ἠπείρων, ῥέα τέρμα κιχήσεαι Εὐρωπείης.
Τῆς ἤτοι πυμάτην μὲν ὑπὸ γλωχῖνα νέμονται
ἀγχοῦ στηλάων μεγαθύμων ἔθνος Ἰβήρων,
μῆκος ἐπ' ἠπείρου τετραμμένον, ᾗχι βορείου
Ὠκεανοῦ κέχυται ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα Βρετανοὶ
λευκά τε φῦλα νέμονται ἀρειμανέων Γερμανῶν,
Ἑρκυνίου δρυμοῖο παραθρώσκοντες ὀρόγκους.
Ἤπειρον κείνην ἰκέλην ἐνέπουσι βοείῃ.
Τοῖς δ' ἔπι Πυρηναῖον ὄρος καὶ δώματα Κελτῶν,
ἀγχόθι πηγάων καλλιρρόου Ἠριδανοῖο,
οὗ ποτ' ἐπὶ προχοῇσιν ἐρημαίην ἀνὰ νύκτα
Ἠλιάδες κώκυσαν, ὀδυρόμεναι Φαέθοντα·
κεῖθι δὲ Κελτῶν παῖδες, ὑφήμενοι αἰγείροισι,
δάκρυ' ἀμέλγονται χρυσαυγέος ἠλέκτροιο.

Hinc quum talem utriusque continentis tractum
perceperis, facile fines Europæ consequere.
Sub extremum ejus angulum habitat
prope Columnas magnanimorum gens Iberum,
qui per ambitum regionis eo pertinent, ubi borealis
oceani frigida diffunditur unda, quem Britanni
albæque ferocium Germanorum nationes accolunt,
Hercyniæ silvæ juxta juga oberrantes.
Iberiæ terram pelli bubulæ similem esse perhibent.
Post hos est Pyrenæus mons et Celtum sedes,
fontibus Eridani, pulcerrimi fluminis, propinquæ,
cujus ad undas tacitam per noctem
Heliades olim flebant, Phaethontem lugentes;
ibique Celtæ homines sub populis considentes
lacrimam electri colligunt pellucidi.

Ceterum poeta dicit Libyam et Europam, si in unam conjunxeris, figuram exhibere coni, cujus basis Asiæ continiis innitatur. Infra (v. 620) docet Asiam figuram habere eam quam habent conjunctæ Europæ Libyæque continentes, ideoque ab altera sive orientali orbis terrarum parte conum repræsentare. Duo hi coni conjunctim terræ formam σφενδονοειδῆ constituunt. Quæ quum in aprico sint, miror Bernhardyum qui p. 586 Libyci tractus conformationem tamquam κωνοειδῆ a Dionysio exprimi dicit. Forbigerus (*Geogr.* 1, p. 436) contra, Passovium secutus, Europæ coni formam tribui ait, illum vero conum, quem Asiæ figura describi poeta vult, nonnisi ad borealem Asiæ partem, Tauro monte ab australi diremtam, referendum esse; nam si Arabiam quoque et Persiam et Indiam Dionysius intelligi voluisset, nullo pacto Asia cum cono, cujus basis Europam (dicere debebat Europam et Libyam) tangeret, comparari potuisset. Quæ quidem quam a verbis et sententia poetæ aliena sint, non est quod exponatur. Ineptum vero foret poetæ nostri verba detorquendo ad Eratosthenicam doctrinam exigere, a qua Noster in his abest longissime. Nam Eratosthenes χλαμυδοειδῆ, non σφενδονοειδῆ, terram dixit. Ex Eratosthenis placito Asia longissime versus ortum extenditur meridionali Coliacorum promontorio, dum Dionysii ratio flagitat ut Asiæ extremitas orientalis in Tauri montis parallelo sit. Secundum Dionysium conus Libyæ Europæque æqualibus lateribus esse nequit, nisi Nilum et Tanain in eodem meridiano sitos esse statuas (id quod nonnullis placuisse constat); Eratostheni vero Tanais est Nilo longe orientalior. Denique duorum conorum basis mediam propemodum fundæ vel orbis habitati partem constituere debet: at ex Eratosthenis mensuris conus occidentalis ad Nilum usque pertinens nonnisi 24500 stadiorum, alter vero 47300 stadiorum longitudinem haberet. Velles sane Dionysium dedisse meliora, nollesque eum miscere repugnantia (sicut quæ h. l. de Libyæ forma habet non satis concinunt cum trapezii forma quam alibi Libyæ vindicat): at vitia ejus corrigere non nostrum est. ‖ — 279. τοσοῦτον ἰδὼν] τοῖον ἰδὼν *Hζ*; τοσοῦτον ἐσιδὼν *eq*; ex his elicias fuisse qui legerent τοῖον δ' ἐσιδών; πόρον om. *q*. ‖ — 280. κιχήσεο *e*, quod deinde correctum est; κιχησέω *q*, κιχήσαιο *d*, κιχήσεται *Hζ*. ‖ — 281. πυμάτης *AGbw*; πυμάτῃ *F*; πυμάτῃ ὑπὸ γλωχῖνι var. lect. ap. schol. ὑπαὶ] ἐπὶ *HKe*; ὑπὸ πλευρῇσι *b*; ἐπὶ πλευρῇσι *ANdw* (sed in *d*: γρ. ὑπὸ γλωχῖνα); ἐπὶ πλευροῖσι *G*; πυμάτης μὲν ἐπὶ πλευρῇσι *ELr*. Cf. schol. ‖ — 282. Versum laudat Stephanus v. Ἰβήριαι. ‖ — 283. μῆκος δ' ἠπείρου *LNbeq*; ἠπείροιο *ACDQY* et alii, ut videtur, plurimi; τε τετραμμένον *e*; τετραμμένοι *H*; τεταμμένον var. lect ap. Rob. Steph.; τεταμένοι Eustath.; τετασμένον var. lect. ap. Rob. Steph. Cum nostro τετραμμένον Bernhardyus confert Herodoteum (6, 22) illud: πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς Σικελίας, additque: « Eundem in sensum Dionysii doctrinam intelligimus: *Iberi per amplissimam diffusi regionem spectant in Oceani Britannici tractum.* » ‖ — 284. Versum laudat Stephanus v. Βρεττία. ψυχρὸς κέχυται *Ud* Ald. — Βρεταννοί *Bco*, Βρεττανοί *eq*. ‖ — 285. ἐρειμανέων *E*, ἐρισθενέων *kγ*. Cf. Eustath. et Schol. — λευκά de cute Bredovius interpretatur, de flavis capillis rectius Bernhardyus. ‖ — 286. Ἑρκυνοῖο *Deoq*; ὀριμοῖο *Fn* cum glossa χαλεποῦ; ὀρόσκους *eq*. Hercyniam silvam non longe ab Oceano abfuisse Dionysius statuerit, sicuti statuit Apollonius Rhod. 4, 640. ‖ — 287. Bovis tergori Iberiæ figuram comparavit etiam Strabo p. 84, 127, 137. ‖ — 288. Πυρρηναῖον *AGHLN QX* alii. ‖ — 289. πηγάων] πυλάων *G*. Vs. 289-293 citat Etym. M. v. Ἠλιάδες. Cf. Apoll. Rhod. 4, 624 sq. Eridanum Dionysius intellexerit non fluvium aliquem in borealem vel occidentalem (ut Eudoxus ait) oceanum exeuntem, sed Rhodanum; id enim suadent verba (v. 294) τὸν δὲ μέθ' ἑξείης Τυρσηνίδος ἤθεα γαίης, quum Rhodanus in prisca geographia hujus regionis populos disterminet. Fontes Rhodani in poetica hac geographia e Pyrenæo derivari nihil habet quod offendat. V. Apollon. Rhod. 4, 628 sq. ‖ — 290. ᾗ ποτ' *e*; προχοαῖσιν cod. ε. ‖ — 291. Versus in *Bc* hoc loco omissus, sed in ima pagina adscriptus. κώκυσαν] κώκυον *Eeq*; κώκυσσαν *B* et sec. Bernhardyum in aliis plurimis nescio quibus; editt. ante Bernhardyanam. ‖ — 292. ὑφείμενοι *Do*, ἑψείμενοι cod. ζ', ἐφήμενοι *K* et mgo *e*. ‖ — 293. δάκρυ' *eq* Ald.; ἀμέργονται *GQ*, edit.

Τὸν δὲ μέθ' ἑξείης Τυρσηνίδος ἤθεα γαίης·
τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην ἀναφαίνεται Ἄλπιος ἀρχή,
τῆς διὰ μεσσατίης κατασύρεται ὕδατα Ῥήνου
ὑστάτιον ποτὶ ϰεῦμα βορειάδος ἀμφιτρίτης.
Ῥήνῳ δ' ἑξείης ἐπιτέλλεται ἱερὸς Ἴστρος,

Hunc autem excipiunt sedes Tyrrhenæ regionis.
Cujus ad orientem Alpis conspicitur principium,
quam per mediam Rheni cursus devolvuntur,
qui ad extremum borealis oceani fluctum pertinent.
Post Rhenum continuo sacer Ister exoritur,

ante Bernh. ‖ 294. τὸν δὲ] τῶν δὲ *Ccghilnot;* τῷ δὲ *br.* τὸν δὲ μεθεξείης *M*, τὸν δὲ μεθεξείης *O;* ἔνθεα (supr. sc. ἤθεα) γαίης *M;* ἔθνεα etiam in margine *O*.‖ — 295. διαφαίνεται Etym. M. s. v. Ἄλπιος h. versum citans; ἀναφέρεται *D;* ἀναφαίνεται ὕδατα Ῥήνου, missis intermediis, *M*. Ceterum quod Tyrrhenia inter Rhodanum et Alpium initium occiduum collocatur, id aut vetusto librorum vitio debetur aut insignem auctoris errorem arguit. Exspectabas : τὸν δὲ μέθ' ἑξείης Λιγυστίδος ἤθεα γαίης; nam Rhodano et Alpium initio sive Varo fluvio et Nicopoli fines Ligurum Scylacis ætate describebantur; porro Ligurum mentio tanto minus omittenda erat, quum in antecc. auctor pelagus Ligysticum inter partes maris interni recensuerit; Tyrrheniæ autem mentione tanto facilius hoc loco caremus, quoniam infra (v. 347) in Italiæ descriptione multo aptior occurrit. Recte ibi Tyrrhenia a meridie Alpium ad Apennini latus occiduum posita esse proditur : adeo ut mireris hoc loco de regione notissima tam inepta expromi. Attamen interpretes Dionysii istam Τυρσηνίδος vocem non addubitarunt, aliis autem modis, vel corrigendo vel explicando, succurrere huic loco studuerunt. Mitto quæ Hillius in medium protulit a Bernhardyo jam explosa. « Sanius, Bernhardyus ait, fuit Holstenii judicium, qui quum Dionysium sibi non persuaderet tam rudem geographicæ cognitionis esse potuisse, ut Alpes in ortum Tyrrheniæ compingeret, quum oportuisset aut occidentem tradere aut ex accurata ratione situm aquilonarem, Holstenius igitur, altera difficultate relicta, τῶν δὲ loco τῆς δὲ (295) jussit reponi, quod esset cum respectu Celtarum dictum; idem tamen, qui sententiam de Tyrrhenis interjectam probe sentiret tenorem retardare orationis castigatæ, suspicari non dubitavit, quum Avienus versus 292-294 neglexerit, male aptum superiorem versiculum pravo fuisse consilio subornatum, quem librarii vel emendatoris imperiti invexerit libido. Quo remedio Bredovius arrepto τῇ δὲ maluit conjicere, unde tantum profici videtur, ut narrationis habitus existat paulo horridior; quamquam id ipsum Tanaquilo Fabro (Epist. part. 1, p. 68 : τῇ δὲ πρὸς ἀντολίης) dudum in mentem venerat. Verumtamen ille veriorem viam inibat, dum Tyrrhenum nomen opinatur in patentiorem multo quam pro vulgari consuetudine provinciarum complexum, quem fere cum vetusta Liguriæ significatione liceat comparare, vetustissimo tempore discessisse : quo pacto facile quovis criticorum molimento supersedemus. Cui rationi, qui nullum originis spuriæ vel corruptionis agnoscit indicium, Spohnius quoque sese addixit, eandemque adoptandam duxi. Etruscorum quippe antiquissimum imperium longe lateque per cisalpinam Galliam erat dissipatum, quam in rem gravissimum edidit testimonium Livius 5, 33 (cf. Plin. 3, 24). Fugit hic poetæ locus, qui literis auctoris eruditi procul dubio debetur, quum alios (ut diligentissimum Cluverum Ital. ant. 2, 1, p. 434 sq.), tum qui nuperrime priscam Italiam enodavit, Niebuhrium H. R. 1, p. 113 sq. Ac ne miremur ipsa hac ætate, qua Dionysium viguisse verisimillimum est, tam vaga narratione cascam antiquitatem potuisse comprehendi, primum ἤθεα sedes ac domicilia vitæque instituta, denique gentis ingenium et locorum proprietatem, legitima notione designabat, ut huic orationi nihil nisi potestas subsit originum (quam voluisse dicas cod. *B* ubi : γρ. ἔθνεα). Deinde vero illud est perpendendum, minus expressam Iberiæ Tyrrheniæque adumbrationem, quam geographus crassiore filo deduxit ab occidente progressus ad borealem Europæ descriptionem, deinceps novo quodam ordine repetito perfectam esse atque explicatam. Unde hæc versus mens efficitur : *Celtas excipit tractus in Etruscorum ordinibus et possessionibus censendus.* » Hæc Bernhardyus, quibus nihil expediri censeo. Ista ἤθεα vocis explicatio subtilior est quam verior. Haud alio sensu Τυρσηνίδος ἤθεα γαίης poeta dixit quam quo infra (408) scripsit Τριφυλίδος ἤθεα γαίης et (820) Αἰολίδος...ἤθεα γαίης et (378) Καλαβρίδος ἤθεα γαίης. Quod vero Tyrrheniam quidam, nostri geographi loco perplexo innitentes, ultra Alpes in Galliam ad Rhodanum usque promovent, id qua probabilitate fiat jure quæras. Nam quod Livius (5, 33) narrat Etruscos olim ad Alpes usque pertinuisse, et Alpinis quoque gentibus, maxime Rhætis, Etruscam haud dubie originem esse, id quadrat cum Scylacis et Scymni, quem vocant, ratione, qua Etruria usque ad Varum et Antipolim sive usque ad Alpium initium pertinet; at ab iis quæ in Dionysio legimus abest longius. Denique, quodcunque de his statuas, istud τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην aptam explicationem non admittit. Aut igitur miro errore poeta h. l. priscum Tyrrheniæ terminum occidentalem pro orientali sumpsit, aut verba ejus traxerunt vitium. Quorum hoc est probabilius propter ea quæ infra de Tyrrhenia recte exponuntur. Poeta scripserit Λιγυστίδος, quod ob λι syllabam male productam sciolus in Τυρσηνίδος mutaverit. Sin minus, suspicari licet verba τὸν δὲ μέθ' etc. laxiori sensu dici, adeo ut significent post Celtas esse Tyrrheniam, ea sc. ratione quam Scylax et Scymnus sequuntur; in seqq. vero refingendum esse : τῆς δ' ὅρος Ἄντιον, ἔνθ' ἀναφαίνεται Ἄλπιος ἀρχή; nimirum Scylax tanquam oppidum in confiniis Ligurum et Tyrrheniæ positum memorat Ἄντιον, quod ap. Scymnum aliosque vocatur Ἀντίπολις. ‖—297. ποτὶ] παρὰ *BMOn;* βοριάδος *X*, βορεάδος *b*, ut videtur. ‖ — 299. Ἴστρος] αὐτὸς *AFHKMNO YXciklpqrtu;* αὐτὸς δ' *BEGnbζ* (in mgine ζ correct. Ἴστρος); καὶ αὐτὸς mgo *c;* ἄχρι] sic *ABKMNOYrbuiq;* ἄγχι cett. et editt. Eodem modo ἄχρι in ἄγχι abiit vs. 764; contra ἄγχι in ἄχρι corruptum est v. 178. ‖ —

Ἴστρος, ἐς ἀντολίην τετραμμένος ἄχρι θαλάσσης
Εὐξείνου, τόθι πᾶσαν ἐρεύγεται ὕδατος ἀχνην,
πενταπόροις προχοῇσιν ἐλισσόμενος περὶ Πεύκην.
Τοῦ μὲν πρὸς βορέην τετανυσμένα φῦλα κέχυνται
πολλὰ μάλ' ἐξείης Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης,
Γερμανοὶ Σαμάται τε Γέται θ' ἅμα Βαστάρναι τε,
Δακῶν τ' ἄσπετος αἶα καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοί,
Ταῦροί θ', οἳ ναίουσιν Ἀχιλλῆος δρόμον αἰπύν,
στεινὸν δμοῦ δολιχόν τε, καὶ αὐτῆς ἐς στόμα λίμνης.
Τῶν δ' ὕπερ ἐκτέταται πολυίππων φῦλον Ἀγαυῶν·
ἔνθα Μελάγχλαινοί τε καὶ ἀνέρες Ἱππημολγοί,

Ister in ortum conversus usque ad Euxinum
mare, in quod omnem aquarum spumam exonerat,
ostio quintuplici circum Peucen prolabens.
Ei ad septentriones diffusæ deinceps habitant gentes
admodum multæ Mæotidis paludis ostio tenus,
Germani, Sarmatæ, simulque Getæ et Bastarnæ,
Dacorumque immensa terra et bellicosi Alani,
atque Tauri, qui arduum Achillis cursum inhabitant,
angustum longumque, et usque ad ipsius os paludis
Super hos gens equestrium Agauorum expanditur,
ibique Melanchlæni sunt et Hippemolgi,

---

300. πᾶσαν] γὰρ *BB*; πενταπόροιο *BMn*; προχοαῖς *D*, προχοῦσιν *b*; περὶ] παρὰ *OYeq*, κατὰ *D*. ‖ — 302. τοῦ δὲ *c*. Brunkius voluit τοῦ πρὸς μὲν βορέην, cui responderet vs. 321 πρὸς δὲ νότον. κέχυνται] *BEFGHKLMN OYXbcghklmnoprζ'* et mgo *C*; νέμονται cett. et mgo *c* et editt. ‖ — 303. Versus 303 et 304 citat Stephanus Byz. Βαστάρναι. « πολλὰ μὲν *d*, sed Kœhlerus μεγάλ' enotavit. » Bernh. — ἀν στόμα *eq*; εἰς στ. *N*. ‖ — 304. Σαρμάται *ABCDFGHKMNObcefhrs*, Stephani codices, in quibus Perusinus τε ante Γέται omisit, pro Γέται codex *c* habet Γαῖται : adeo ut quidam versum excudisse videantur scribendo Σαρμᾶται, Γέται. Cf. Eustath. ad v. 284. ‖ — 305. Δακῶν δ' *de* Ald.; Δακῶν θ' *c*; ἀλκήεντες] *ardentes* dicit Valerius Flaccus Arg. 6, 42. Cf. *duros æterni Martis Alanos* ap. Lucan. 8, 30. Alani inter Dacos et Tauros memorantur. Quod si premere licet, Dionysius inter Istrum et Borysthenem alicubi eos posuit, cum rectius Plinius juxta Rhoxalanos ad maritimam oram, Ptolemæus supra Rhoxalanos in mediterraneis ponat. At quum Alani Europæi maxime incursionibus suis in Danubianas regiones Dionysii tempore innotuerint, eam ob causam his regionibus vicinas sedes poeta iis assignavit. Ad ipsum Istrum Alanos ponunt Seneca (Thyest. 629) et Valerius Flaccus 8, 217. De Alanis terras Danubio proximas infestantibus vide Ælian. Spart. Hadrian. c. 4, 6, Jul. Capitol. Anton. Pii c. 6, 8, Marc. c. 22, ubi Bastarnæ et Peucini et Rhoxalani cum Alanis componuntur. Ceterum de Alanis vide quæ congessit Ukertus *Geogr.* 3, 2, p. 552 sqq. et passim. ‖ — 306. αἰπύν] ὀξὺν *Kkm*. Epitheton αἰπὺς minime quadrat in humilem istam tæniam quæ Cursus Achilleus vocabatur. Hillius quidem a Strabone excelsum promontorium in extremo cursu memorari dicit, at nihil tale apud Strabonem (p. 307) legitur. ‖—307. ἐς στόμα] ἔσχατα *EGKLNXbilmpr*. Nonnulli ægre tulisse videntur repetitionem verborum ἐς στόμα λίμνης vs. 303 et 307. Ceterum λίμνην istam esse Mæotidem, ut recte intelligunt Priscianus et alii veteres interpretes, vel ex voce αὐτῆς colligas. Quod moneo propter Bernhardyum sinum Carciniten indicari opinantem. Tauroscythas in Cursu Achilleo etiam Ptolemæus et Plinius 4, 26 § 83 collocant. Eosdem sponte intelligitur consedisse in Chersoneso Taurica, cujus *Taurum* montem Bosporo Cimmerio imminentem memorat Dionysius 168. ‖ — 308. Τῷ δ' *q*; Ἀγαυῶν] Ἀγαρῶν *F*, Ἀγανῶν *git*, Ἀλανῶν ceteri, quantum sciam. Berkelius tamen ad Steph. Byz. v. Ἄβιοι Salmasium in optimis Dionysii libris Ἀγαυῶν reperisse refert. Rob. et Henr. Stephanus item variam lectionem annotant Ἀγαυῶν et Ἀγανῶν. Eustathius legit Ἀλανῶν, siquidem Alanos a poeta et ἀλκήεντας et πολυίππους vocari dicit. Ἀγαυῶν lectionem agnoscis in Ἀγανῶν codicum *git* (similiter ap. St. B. v. Ἄβιοι in 3 codd. legitur Ἀγαβῶν pro Ἀγαυῶν); eandem prodit Ἀγαρῶν scriptura codicis *F* (quamvis memorentur Agari Scythæ a Dioscoride 3, 1 et Appiano Mithr. 88 atque Ἄγαρος fl. ap. Ptol. 3, 5 supra Tauricam peninsulam in Mæotidem exiens); denique Ἀγαυῶν lectionem exprimunt et Paraphrasta et Nicephorus Blemmides et Priscianus 299 (Avienus hunc Dionysii versum non reddidit), assensuque suo probarunt Berkelius, Holstenius et Heynius ad Hom. Il. 13, 5, quorum in partes ego quoque secedo. Nam cur Alani v. 305 memorati jam iterum memorentur, rationem probabilem desideras. Contra vero constat in Homericis istis (Il. 13, 5) : καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν, γλακτοφάγων ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων, multos ἀγαυῶν vocabulum habuisse pro gentis nomine proprio. V. Schol. Ven. ad Il. 13, 5, Eustathius ad Hom. l. l., Hesychius v. Ἀγαυοί, Apollonii Lex. Hom. p. 25 : σημαίνει καὶ ἔθνος ὀνοματικῶς οὕτω λεγόμενον; Stephanus Byz. v. Ἄβιοι : οἱ πλείους δὲ τῶν ὑπομνηματιστῶν ἐπίθετά φασι τῶν Ἀγαυῶν τὸ γλακτοφάγων καὶ τὸ ἀβίων. Eodem igitur modo etiam Dionysii auctor, quantumvis perperam, statuerit. Agauos istos, qui grammaticorum Alexandrinorum commentis debentur, poetæ eruditulo (qui simile grammaticorum homericorum commentum vs. 465 recepit) probatos esse facile concesseris, at vix credideris serioris ævi paraphrastas nomen istud obscurum introduxisse in locum Alanorum, qui tum omnium erant notissimi. Bernhardyus vulgatam Ἀλανῶν ita tuetur, ut duplicem Alanorum stirpem sumat a poeta distingui, quorum pars locorum quadam societate cum Dacis esset conjuncta, pars longe copiosissima plurimas Europææ Sarmatiæ nationes a Tauris ad Mæotidem usque complecteretur. Ac sane hæc sola ratio relinquitur, si quovis pignore vulgatam defendere velis. Quamquam si hoc dicere voluisset poeta, disertius id eloquendum erat. Quo accedit quod subtiliores ejusmodi distinctiones a poetæ nostri simplicitate alienæ esse videntur. Minus etiam probaveris Hillium, qui v. 305, ubi Alani inter Dacos et Tauros memorantur, nonnisi obiter gentem memorari, versu autem 308, ubi supra Tauros siti di-

Νευροί θ' Ἱππόποδές τε Γελωνοί τ' ἠδ' Ἀγάθυρσοι·
ἧχι Βορυσθένεος ποταμοῦ τετανυσμένον ὕδωρ
μίσγεται Εὐξείνῳ, Κριοῦ προπάροιθε μετώπου,
ὀρθὸν ἐπὶ γραμμῇ κατεναντία Κυανεάων.
Κεῖθι καὶ Ἀλδήσκοιο καὶ ὕδατα Παντικάπαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσι διάνδιχα μορμύρουσι.

Neuri, Hippopodes, Geloni, Agathyrsi: ubi Borysthenis fluvii longe patens unda Euxino miscetur, ante Criumetopon, per rectam lineam e regione Cyanearum. Illic etiam Aldesci aquæ et Panticapæ in Rhipæis montibus bifariam murmurant.

---

cuntur, accuratius sedes eorum indicari putat. ‖ — 309. Ammianus Marcellinus 31, 2, 13 Alanos, qui a Tanai orientem versus longissime pertinuissent, paullatim nationes conterminas crebritate victoriarum attritas ad gentilitatem sui vocabuli traxisse dicit. Eas autem inter nationes recenset Neuros, Budinos, Gelonos, Agathyrsos, Melanchlænas et Androphagos. Eodem modo etiam Dionysium statuisse putare videtur Bernhardyus, qui particulas quasdam communis nominis recenseri demonstrari ait loco simillimo: v. 186: τοῖσι δ' ἐπὶ Νομάδων παραπέπταται ἄσπετα φῦλα, Ἔνθα Μασαισύλιοί τε καὶ ἀγρόνομοι Μασυλῆες. At cum his tum demum noster locus comparari posset, si vs. 308 pro φῦλον legeretur φῦλα, ut v. 186 et 302; neque ita scribere potuisset nisi auctor Ammiano non multo antiquior. Vocibus ἔνθα, ἧχι, κεῖθι vagum in modum Dionysius situm regionum populorumque indicare adamat. Sic hoc loco ἔνθα nihil aliud significat nisi Melanchlænas et sequentes populos a borea habitare eorum, quos vs. 302-307 recensuit. Ἱππημολγοί] Ἱππομ. *CDε*. ‖ — 310. Νευροί] Νεθροί *C*. Cf. Eustathius, qui ad hanc lectionis varietatem attingit. Dionysium citat Stephanus Byz. v. Νευροί. — Ἱππόποδες] « Hippopodes Plinius (4, 27), Mela et Solinus (19, 6) in insulis maris Sarmatici locant, quas tamen *ob alternos maris accessus et recessus modo insulas videri modo continenti jungi* refert Mela 3, 6. » Hillius. In oceani orientalis et alio loco in borealis oceani insulis Hippopodes collocat Anonymus quem vulgo Æthicum vocant. In insula oceani Indici *Hippodes* (sic) memorat Jornandes Getic. c. 1. ‖ — 311. ἧχι] in hoc terrarum tractu. ‖ — 312. Quam manca fuerit harum regionum imago, quam poeta animo sibi efformavit vel in tabula pictam vidit, ex verbis κριοῦ προπάροιθε μετώπου colligas. ‖ — 313. Borysthenis ostia et Bosporus Thracius in eodem meridiano sita erant secundum geographos Alexandrinos. ‖ — 314. Ἀλδήσκοιο] Ἀλδίσκοιο *Ogh*, Ἀδήσκοιο *M*. Ἄλδησκος etiam Paraphr., Nicephor. et Eustathius ad h. l. et ad Iliad. p. 720, 18 et Odyss. p. 1837, 58: πρωτότυπον δὲ τοῦ ἀλθαίνειν τὸ ἄλδω, ἀλδήσω, ἐξ οὗ καὶ ἀλδήσκω καὶ ποταμός που Ἄλδησκος. Suidas: Ἀλδῆσκος (sic), ὄνομα πόλεως καὶ ποταμοῦ, in quibus verba πόλεως καὶ cum duobus codicibus omittunt Gaisfordius et Bernhardyus. Avieni (450) et Prisciani (306) codd. plurimi præbent *Ardisci* vel *Ardesci*. Eadem lectionis varietas in Hesiodi Theogon. v. 345, ubi poeta inter fluvios recenset: Εὔηνόν τε καὶ Ἄρδησκον (Ἄρδισκον, Ἄλδισκον v. l.; Ἄρδεισκον schol.) θεῖόν τε Σκάμανδρον. Simile nomen Ἀρτισκός (Ἀρτησκός) apud Herodotum 4, 92, qui sic vocat Thraciæ fluvium per Odrysas in Hebrum influentem. De Dionysii Aldesco vel Ardisco aliunde non constat. « An Aldescus civitas Suidæ sit Ordessus Ptolemæi, et Aldescus sit Ptolemæi Axiacus Ordessum alluens, doctis dijudicandum relinquo. » Hillius. Panticapes fluvius sec. Herodotum (4, 18. 19. 47. 54) ab oriente in Borysthenem influit; sec. Plinium 4, 26, 83 (cf. Mela 2, 1, 5) in mare exit: *Ultra Panticapes amnis qui Nomades et Georgos disterminat; mox Acesinus*. Prope Panticapæum urbem fluit sec. Stephan. Byz. v. Παντικάπαιον; scholiastæ Panticapes συναφής ἐστι τῷ Ἴστρῳ (Βορυσθένει?), ubi aut Istrum cum Borysthene, aut Panticapen cum Ardesco confundi putes; certe sec. Herod. 4, 48 in Istrum incidit Ordessus (hod. *Ardschich*, ut videtur), qui cum Ardesco componi poterat. Dionysium Priscianus ita interpretatur, ut Panticapes et Aldescus in Pontum exeant (*Immiscent qua se Ponti glacialibus undis*), assentiente Wernsdorfio; at secundum poetam nostrum fluvios istos in boreale mare e Rhipæis deferri alii inter eosque Ukertus (tom. 3, 2, p. 192) monuerunt verissime; in hanc enim sententiam ducunt quæ de glesso sive sucino ad ostia fluviorum juxta Concretum mare nascente subjiciuntur. Neque alio faciunt quæ de adamante legimus. Nam sucinum et adamantem in eadem regione reperiri jam narravit Mithridatis coævus Metrodorus Scepsius apud Plin. 37, 4, 15: *Metrodorus Scepsius in eadem Germania et Basilia insula* (adamantem) *nasci, in qua sucinum, solus quando equidem legerim, dicit, et præfert Arabicis; quod falsum esse quis dubitet?* Cf. Ammianus Marcell. 22, 8, 31: *Agathyrsi apud quos adamantis est copia lapidis*. Agathyrsi ex Dionysii mente non quærendi sunt in Carpathicis montibus, sed ad Oceanum Germanicum ponendi, ubi posuit Ptolemæus. Nullos Ptolemæus novit Panticapen et Aldescum fluvios neque in Pontum nec in Oceanum exeuntes; at sicut Dionysius duo e Rhipæis in Oceanum flumina emittit, sic Ptolemæus quoque secundum Marcianum (t. I. p. 559) ex iisdem montibus duos fluvios in boreale mare defluere statuit, Chesinum et Turundum; quorum Chesinus, ni egregie fallor, idem est cum Acesino, quem Plinius juxta Panticapen inter Ponticos fluvios recenset. Quod *Turundum* attinet, nomine tenus conferre licet *tarandum* animal (ἀλκὴν alchin, *élan*) quod per hunc tractum apud Gelonos nasci Pseudo-Aristoteles (Mir. c. 29) aliique (inter quos Eustathius ad vs. 310) referunt. Inter utrosque fluvios Ptolemæus collocat *Ossios*, quibuscum componendi sunt *Æstii*, apud quos solos Tacitus (German. c. 45) sucinum legi contendit. — Dionysium Bithynum sua e Metrodoro Scepsio sive Chalcedonio atque Mithridaticôn scriptoribus hausisse suspicor. ‖ — 315. Cf. Apollonius Rhod. 4, 286: Ἠγαὶ

Τῶν δὲ παρὰ προχοῇσι πεπηγότος ἐγγύθι πόντου
ἠδυφαὴς ἤλεκτρος ἀέξεται, οἷά τις αὐγὴ
μήνης ἀρχομένης· ἀδάμαντά τε παμφανόωντα
ἐγγύθεν ἀθρήσειας ὑπὸ ψυχροῖς Ἀγαθύρσοις.
Ἴστρου μὲν τοσσοίδε βορειότεροι γεγάασιν·
πρὸς δὲ νότον Γέρραι καὶ Νωρίκι' ἄστε' ἐρυμνά,
Παννόνιοι, Μυσοί τε, βορειότεροι Θρηίκων,
αὐτοί τε Θρήικες, ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες,
οἱ μὲν ἐπὶ προβολῇσι Προποντίδος ἀμφιτρίτης,
οἱ δ' ὑπὲρ Ἑλλήσποντον ἀγάρροον, οἱ δ' ὑπὲρ αὐτῆς
Αἰγαίης βαθὺ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
Ἔνθα μελισσοβότοιο κατὰ σκοπιὰς Παλλήνης
φύεται ἀστέριος καλὸς λίθος, οἷά τις ἀστὴρ

Horum autem ad gurgites, prope congelatum mare,
jucundi nitoris electrum viget, quasi splendor quidam
novæ lunæ, atque lucidissimum adamantem
in vicinia conspexeris juxta frigidos Agathyrsos.
Tot igitur numero magis sunt Istro septentrionales.
In austrum vero Gerrhæ et Noricorum præsidia,
Pannonii Mœsique, Thracibus magis boreales,
atque ipsi Thraces, qui terram immensam obtinent,
alii ad latera Propontidis maris,
alii supra æstuosum Hellespontum, alii supra ipsius
Ægæi maris multisoni fluctus profundos.
Illic Pallenes in jugis, apum nutricis,
pulcher nascitur asterius lapis, quasi stella

γὰρ (Istri fluvii) ὑπὲρ πνοιῆς βορέαο Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν ἀπόπροθι μορμύρουσιν. ‖ — 316. τῶν] vocem ad Rhipæos montes referendam esse perperam statuit scholiasta. προχοῇσι] προβολῇσι *Bn* (Cf. 324); τῷ δὲ περὶ προχοαῖς *q*; περὶ etiam *i* habet; πεπηγότες *e*. ‖ — 317. ἠδυφανὴς *Xi*. De electro post alios multos disseruit Uckert in *Zeitschrift für Alterthumswissenschaft*. 1838, n. 52 sqq. ‖ — 318. τε] δὲ *Hm*. ‖ — 319. ἐγγύθεν] ἐκεῖθεν *q*. ‖ — 321. νότου correct. *d*. Ald.; Γέρραι τε καὶ *BCFGcdenoq* mgo *H* (γεραίρεται in ε). Sic scripserunt qui deinde pro Νωρίκι' scriptum repererunt Ὠρίκι', ut nunc legitur in *BHMNnq*; ὠρύκια *C*; Νωρύκι' *t*. Pro Γέρραι Nicephorus Γέραι. ἐρυμνά] ἐρεμνά var. lect. ap. Rob. et H. Stephan., ex Eustathio ut videtur. Cf. Schol. et Nicephor. Ceterum quosnam poeta Gerras istos (quos etiam Avienus et Priscianus agnoscunt) intelligi voluerit, quæritur. « Nam quum populos a fontibus inde Danubii poetam constet ad ipsa ostia continuo tenore persecutum esse, nusquam tamen Gerras istos, qui compluribus gerræ nugæque viderentur, licuit investigare. Igitur Γραιοί conjecit Hillius esse scribendum, quos fando nullusdum accepit; Ῥαῖτοι, quamvis id inventum longius a literarum ductibus recedat, certatim tamen reponebant Cluverius Ital. Antiq. p. 114, Tanaq. Faber Epist. p. 1, p. 71; Schraderus ad Avien. 459; Wernsdorfius ad Priscian. 313, quam suspicionem Ceporinus nescio quibus imputaverat. Gerrhi quidem fluminis Gerrhorumque ad paludem Mæotin sitorum notitia restat apud Herodot. 4, 56. 71. Neque adeo mirandum esset, gentem inter alias bellicosam ab ornatu singulari, ut erant Rhoxolani plerumque γερροφόροι, id nominis traxisse. Sed ut in re desperata, quamquam nihil sane prohibet istam gentem, id quod Bredovio placuit, in montes Helvetiorum rejicere, ampliandum tamen censemus. » Bernhardy. Nescio an pro Γέρραι legendum sit Τεῦροι vel etiam Τέρροι. Scilicet juxta Norici oppida memorari exspectaveris Tauriscos, qui inter hujus tractus populos jam Eratosthenis temporibus erant notissimi. Nomen vero populi variis modis efferebatur. Ταυρίσκοι, Ταυρισταί, Τευρίσκοι formas e Strabone p. 293 et 295 novimus. Præterea Stephanus s. v. Ταυρίσκοι prodit: Ἐρατοσθένης Τερίσκους αὐτούς φησι διὰ τοῦ ε, οἳ καὶ Τρῶοι λέγονται, in quibus pro Τρῶοι aut Ταῦροι cum Salmasio legendum est, aut Τεῦροι, quod apud Dionysium quoque in Γέρραι abiisse modo suspicabar. Fieri etiam potuit ut juxta Τερίσκοι formam exsisteret brevior forma Τεροί, quam metri causa in Τερροί poetæ mutare licebat. — Νωρίκι' ἄστεα] Cf. Walckenaer. *Gaule* t. 2, p. 82. ‖ — 322. Παννόνιοι *Neor*, Μύσσοι *Ud* man. 2, Ald. Μυσοί] « Proprætor qui Mœsiam primus administravit sub Tiberio demum appellatur, ut hæc quoque inter ætatis documenta quæ Noster subsignificavit locum sibi possint vindicare. » Bernhardy. At si Mysorum nomine provinciam Romanam indicari sumamus, id jam Augusti ætate fieri potuit, siquidem jam tum in provinciæ formam Mœsiam redactam esse colligas e Dione Cass. 55, 29, ubi (an. 6 p. Chr.) memoratur ἄρχων Μυσίας (Cf. Dion. 53, 7; Tacit. An. 1, 79). Parum accurata tradidit Appianus Illyr. c. 30. ‖ — 324. προβολῇσι] *bcefghoqrtxζ*; προβλῇσι *div*; πλευρῇσι *AC DHKQXYζ* et mgo *O*, editt. ante Bernh., quod e glossemate ortum sicut v. 281; προχοῇσι *MBn*, quod nescio an recipiendum sit, collato versu gemello 614: αἱ μὲν (sc. νῆσοι) ἐπὶ προχοῇσι Λιβυστίδος ἀμφιτρίτης. Inverso ordine iidem codices *Bn* in vs. 316 προβολῇσι dant pro προχοῇσι ceterorum codicum. Similiter vs. 127 alii προχοῇ, alii προβολῇ præbent. Vs. 316. electrum reperiri dicit fluviorum παρὰ προχοῇσι, vs. 1118 beryllum legi narrat ἐπὶ προβολῇσι ἀναύρων. « Ceterum ne quis Propontidem miretur atque Hellespontum conjunctim proponi, divisionem quandam monemus Thraciæ subesse, quam insequens ætas sex provinciis constitutis amplificavit (v. Ammian. Marcell. 27, 4) Et regiones quæ Propontidem attingerent, Europa significabat (v. Wesseling. ad Itin. p. 602, et not. ad Eustath. v. 270), proxima Rhodope cum Hæmimonto: cujus partitionis potuit forsan Vespasianus auctor exstitisse, sed multo probabilius est eam ævo recentiore, quo ipsum hunc scriptorem vixisse necesse fuerit, paulatim invaluisse. » Bernhardy. Equidem miror quomodo Dionysius, Thraciam et Propontide et Hellesponto et Ægæo mari allui dicens, istiusmodi suspicionibus ansam dare potuerit. ‖ — 326. κῦμα] χεῦμα *HXd*. — Αἰγαίας *Lr*. ‖ — 327. Παλλήνης *FN*. ‖ — 328. καλός om. *ox*; οἷά τε *U* Ald. De asterio lapide v. Plinio 37, 48 § 132: *Similiter candida est quæ vocatur astrion* (*astrios v. l.*, *asterios* Gessner De reb. fossil. f. 39), *crystallo propinqua in India nascens et*

μαρμαίρων, λύχνις τε πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὁμοῖος.
Ἴστρον μὲν ποταμὸν τόσσοι περιναιετάουσιν·
φράζεο δ' Εὐρώπης λοιπὸν πόρον, ὅστ' ἐπὶ τρισσὴν
ἐκτέταται κρηπῖδα πρὸς ἠῶ, τὴν μὲν Ἰβήρων,
τὴν δὲ Πανελλήνων, τὴν δ' ἐσθλῶν Αὐσονιήων.
Ἀλλ' ἤτοι πυμάτη μὲν ἀγαυῶν ἐστιν Ἰβήρων,
γείτων Ὠκεανοῖο πρὸς ἑσπέρου· ἐν δέ οἱ ἄκρη
στηλάων Ἀλύβη κεῖται μία· τῆς δ' ὑπένερθεν

splendens, ac lychnis, ignis flammæ prorsus consimilis.
Atque Istrum fluvium tot gentes accolunt.
Jam specta reliquum Europæ tractum, qui triplici crepidine extenditur versus meridiem, Iberum scilicet et Græcorum et generosorum Ausonum.
At ultima harum ad nobiles pertinet Iberes, oceano vicina ab occasu; in ea est promontorium Alybe, Columnarum altera (infra quod

---

in Pallenes litoribus; huic intus a centro stella lucet fulgore pleno lunæ. Quidam causam nominis reddunt, quod astris opposita fulgorem rapiat et regerat. Optumam in Carmania gigni dicunt nullamque minus obnoxiam vitio. Ad hæc Silligius monet virum doctum Güthe (*Ueber den Astrius des Plinius* p. 5) pro *Pallenes* legi jubere *Pattelenes* (vel potius *Patalenes*), quia hæc regio in India sita multo propior sit Carmaniæ et de aliis gemmis in Pallenæ litoribus inventis Plinius nihil dicat. Conjecturam istam infirmat versus Dionysii, qui nescio an Güthium fugerit. An vir doctus putavit Plinium et Dionysium ex eodem hausisse fonte corrupto? ‖ — 329. λύχνις] λύχνος *ap*, unde eruas λύχνις; vulgo legitur λυχνίς (Cf. Eustath. ad h. l. et Steph. Thes.); λυχνῆς τε φλογὸς (πορὸς p. 772) in quibusdam codd. se legisse dicit Salmasius ad Solin. p. 532 et 772. De lychni sive lychnite gemma v. Lucian. De dea Syr. c. 32, Orpheus Lith. 268, Plutarch. De fl. 21, Strabo p. 830, Plin. 37, 8. 36, 5; Psellus de lapid. p. 258. Gemmam in India, Libya et Syria nasci aiunt. ὅμοιος] *BDEFGHXabdepruw*; ὁμοίη *ACQYζ* aliique et editt. ante Bernh. Cf. Eustathius. ‖ — 330. πέρι ναιετάουσιν *Bt*. ‖ — 332. πρὸς ἠῶ] omisit *q*. Dictum est sensu Homerico, ut vs. 242; πρὸς νότον habet mgo ζ. De re v. Strabo p. 108 et 92, ubi ex Eratosthene proditur τρεῖς ἄκρας ἀπὸ τῶν ἄρκτων καθήκειν, μίαν ἐφ' ἧς ὁ Πελοπόννησος, δευτέραν δὲ τὴν Ἰταλικὴν, τρίτην δὲ τὴν Αιγυστικήν. Triplicem hanc in quam Europa excurrit ἄκραν descripturus poeta denuo loquitur de Iberia quam supra jam attigerat. Hariolantur de hoc loco Eustathius et schol. et paraphr. ‖ — 333. αὐτῶν Αὐσ. *A*. ‖ — 334. ἐστιν ἀγαυῶν *HZ*. ‖ — 335. ἔσπερον *s*, ἑσπέραν *FLNbflmr*, ἑσπέρη *i*. ‖ — 336. Ἀλύβη] Ἀλβη supra scr. υ; *c; Calpe* Avienus 478 et Priscianus 335. Ac sane constat Europæam columnam a geographis vocari *Calpen*. Contra vero Libyca stela simili nomine Ἀβύλη vel Ἄβιλη dicitur; Ἄβιλη est in optimis libris Strabonis p. 827, eandemque formam e codicibus in locum vulgatæ *Abyla* reponere licet apud Plinium 3, 1, 1 et 5, 11 et apud Melam 1, 5, 1 et 2, 6, 8. Apud Avienum Orb. Descr. 111 et Or. mar. 87 et 345 libri mss. in *Abylam* videntur conspirare. Nescio an ex *Abila* (*Abilla* et *Abilia* var. lect ap. Plin. et Melam) orta sit altera forma Ἄβιννα apud Philostrat. Vit. Apoll. 5, 1, 1, Tzetzem 2, 339, Suidam (ubi Ἄβιννα, ὄνομα πόλεως), Ampelium c. 7 (*Abinna*), schol. in Dionys. 64, ubi libri fluctuant inter Ἄβιννα et Ἄβεννα; Eustathius in vs. 64 habet Ἄβεννα, sicut Orosius 1 2 præbet *Avenne*, quod ap. Martian. Cap. 6, p. 201 abiit in *Abæthnæ*, et ap. Æthicum p. 732 in *Ænæ* (*Abylenæ* dedit Gronovius). Alia nominis forma est Ἄβιλυξ (Ἀβύλυξ v. l.) ap. Strabon. p. 170, Suidam s. v. et Eustathium l. l., quibus addatur Ἀβιλύκη apud Hesychium. Jam vero, quemadmodum Thraciæ urbs Κάβυλα nonnullis in libris Κάλυβα vocatur, sic apud Ptolemæum pro Ἀβύλη (quod cod. Palat. præbet) in plurimis codd., quibus editores perperam se addixerunt, legitur Ἀλύβη, ut in Dionysio quoque exstat. Hinc facile in mentem venerit, aut Dionysium pro Ἀλύβην scripsisse Κάλπην, quod in Ἀλύβην mutaverit sciolus Libycæ columnæ nomen corruptum in Europæam præpostere transferens, aut Ἀλύβη et Ἀβύλη nomina ipsum poetam confudisse. Hoc placuit Hillio; nobis probatur neutrum. Nam ne quid aut mutandum aut certe reprehendendum putemus, impedit Charax Pergamenus, scriptor Dionysio non multo junior, ex quo schol. ad v. 64 affert hæc: Ὄνομα δὲ τῇ μὲν Εὐρωπαίᾳ (στήλῃ) κατὰ μὲν βαρβάρους (Ἕλληνας?) Κάλπη, κατὰ δὲ Ἕλληνας Ἀλύβη· τῇ δὲ Λιβυκῇ κατὰ μὲν Ἕλληνας Κυνηγετική, κατὰ δὲ βαρβάρους Ἄβιννα, ὡς Χάραξ ἱστορεῖ. Cum quibus conferatur Tzetzes (Chil. 2, 339), apud quem Hercules Ἀλύβην καὶ τὴν Ἄβιννην στήλας ἱστᾶ τὰς δύο. Num probanda sit Characis narratio necne, ad nostram rem parum facit. Errasse utique in eo videtur quod Κάλπη nomen barbaricum, Ἀλύβη vero græcum esse dicit; nam κάλπη græcis *hydria* vocatur, cujus formam Calpe mons referre videbatur (V. Avien. Or. mar. 348: *Calpe... in Græcia species cavi teretisque usu nuncupatur urcei.* Schol. in Juvenal. sat. 14, 279: *Calpe urnæ similis mons, unde Calpe in extrema Spania.* Mela 2, 6, 8: *Is*, Calpe sc., *mirum in modum concavus*, etc.). Bocharto teste (Geogr. sacra p. 615), κάλπη lingua Phœnicia similiter sonat *galpha*; quod num libyce dici potuerit *alyba* seu *aliba*, videant peritiores. Si ita est, consequitur *alybam* vocem plane diversam esse ab *abila* Libycæ columnæ nomine, quod significat *altum montem* vel *altam silvam* (v. Avien. et Bochart. l. l.), et cum *abinna* seu *cynegetica* Characis componi debet. Notandum est apud Polybium (3, 13, 5) Calpen sive Cartejam urbem Ἀλθαίαν dici. An legendum est πρὸς Γαλφαίαν? ‖ ὑπένερθεν *DEY*, τῆς ὑπέν. *A*; sub monte sc., inferius. Cf. v. 423: νέρθε γε μὴν Ἰσθμοῖο πρὸς αὐγὰς Ἀττικὸν οὖδας; Avienus 480 et Priscianus 335 vertunt *supra*, quasi ἐφύπερθε legissent. Tartessidem Eratosthenes aliique ad Calpen montem ponebant, urbemque Tartessum in Carteja ævi posterioris agnoscebant. Ceterum cf.

Ταρτησὸς χαρίεσσα, ῥυηφενέων πέδον ἀνδρῶν,
Κεμψοί θ', οἳ ναίουσιν ὑπαὶ πόδα Πυρηναῖον.

amœna Tartessus, hominum opulentorum solum), et Cempsi qui ad radices Pyrenæi habitant.

not. in Geogr. tom 1, p. 201.‖— 337. Ταρτήσὸς] *AB CEFGLYadmo* Bernh.; Ταρτησσὸς vulgo; ῥυηφέων *d*; ῥυηφανέων γένος ἄνδρων *q* et edit. Antw. ‖— 338. Κεμψοί] Κεμεγοί addito γρ. Κεμψοί, *d*: Κεψοί Nicephorus. Cempsos alius nemo memorat præter Avienum, qui in Or. mar. p. 195 ita habet :

Cempsi atque Sæfes arduos colles habent
Ophiussæ in agro; propter hos pernix Ligus
Draganumque proles sub nivoso maxime
septemtrione collocaverant larem.
Pætanion autem est insula ad zephyrum latens,
patulusque portus; inde Cempsis adjacent
populi Cynetum; tum Cyneticum jugum
qua sideralis lucis inclinatio est,
alte tumescens ditis Europæ extimum
in belluosi vergit Oceani salum.

In antecedentibus Avienus (145) tradit Ophiussam, in oceani sinu intimo sitam, et prius OEstrymnidem dictam, situ et magnitudine Peloponneso similem esse, ex eaque ad Sardoum mare septem dierum tendi pediti viam. Ukertus (*Geogr.* t. 2), Iberiæ tabulam ex mente Avieni delineare conatus, nescio quo pacto Ophiussam ad Artabrorum promontorii regionem retulerit, quum sit manifestum collocandum esse ad intimum sinum Gallicum, in extremis Pyrenæis, a quo ad mare Sardoum isthmus est, quem Strabo, ab OEassone ad Tarraconem viam computans, 2400 stadiorum esse prodidit. Ophiussam Græci finxerint e nomine barbaro Ὀϊασσώ, Οἰασσώ vel Οἰαρσώ (quod hodie superstes est in *Oyarco*, *Oyarzun*). Nulla sane ibi chersonesus est quam cum Peloponneso comparare possis; at finxisse talem veteres, e Ptolemæi tabulis colligis, ubi OEasso promontorium ingens per gradum integrum ortum boreamque versus in mare projicitur. Similiter in Adriatico Hyllicam peninsulam figura et magnitudine Peloponneso similem casca geographia perhibuit. Cempsi igitur, ut Dionysius quoque testatur, Pyrenæorum accolæ erant in hodierna *Guipuscoa* provincia ejusque vicinia, ubi in altero Pyrenæorum latere novimus Aquitaniæ gentem *Cambonos* (ad hod. *Camban*. V. Plin. 4, 19). Cempsorum vicini Ligyes ex Avieni mente latissime diffusi usque ad Oceanum borealem pertinebant. Quænam sit *Draganum proles*, dicere non habeo. Neque magis constat de *Sæfibus* vicinis. Ni fallor, *Sæfes* librariorum vel auctoris errore scriptum est pro *Gletes*, ΓΛΗΤΕΣ; nam quemadmodum Avienus Cempsos Cynetum vicinos esse dicit, sic Herodorus (ap. St. B. v. Ἰδηρίαι) Gletes Cynetibus a borea facit conterminos; unde Cempsos et Gletes finitimos fuisse colligitur. Ceterum Gletes sive, ut Strabo habet, *Igletes*, non diversi sunt ab iis quos Avienus alio loco et ex alio fonte *Ileates* vocat. Quod ad Cynetes attinet, quorum sæpe veteres mentionem faciunt, constat eos circa Anam fluvium habitasse extremamque occiduæ Iberiæ partem obtinuisse. Num igitur obscuros nostros Cempsos inde a Pyrene eousque per totam fere Iberiam patuisse cum Ukerto statuamus? Immo notissimos istos Cynetes longe boream versus usque ad Cempsos Oceani borealis et Pyrenes accolas habitasse olim censuerunt. Ex Straboniana geographia Cempsorum vicinos occiduos dixeris *Coniscos* vel *Coniacos*, quos prisci Cynetum nomine comprehendisse videntur, nisi fortasse Conisci cum ipsis *Cempsis* componendi sunt. — Alius Avieni locus, quo Cempsorum mentio fit, legitur vs. 298, ubi, postquam de Tartesso fluvio dixerat, pergit poeta :

qua dehinc ab æquore
salsi fluenti vasta per medium soli
regio recedit, gens Etmaneum accolit,
atque inde rursus usque ad Cempsorum sata
Ileates agro se feraci porrigunt;
maritima vero Cilbiceni possident.

Hæc ita Ukertus in tabula repræsentavit, ut Etmanei et Ileates in media Bætica, Cilbiceni autem Oceano propinqui sint; perperam, opinor. Nimirum dubium vix est quin ignoti isti *Ileates* sint Ἰγλητες Strabonis. Quodsi *Etmaneum* Avienus in fonte suo scriptum reperit, codicem adhibuit in quo ΑΔ abierat in Μ, et Ἐτμανέων legebatur pro Ἐταδανέων, qui sunt *Edetani* vel *Sedetani* Strabonis, Livii, Appiani, Ptolemæi. Jam vero Edetani sec. Strabonem inde fere a Carthagine Nova usque ad Iberum fluvium pertinent, Igletes vero ab Ibero boream versus habitant, adeo ut ad ipsos Pyrenæos juxta Cempsos collocari possint commodissime. Cilbicenos Strabo non novit, sed ipsos Edetanos et Igletes, quos mediterraneorum vastæ regioni Avienus assignat, oram maritimam attigisse censet. Quæ vero fuerit ora Cilbicenorum, Avienus indicat vs. 421, ubi in orientali Iberiæ ora primum nominat Libyphœnices, tum Massienos, tum *Cilbicena regna feracis agri et divites Tartessios qui porriguntur in Calacticum* (*Galaticum* em. Meineke in Vind. Strab. p. 39) *sinum;* quamvis in his Cilbiceni potius quam Tartessii usque ad Galaticum sinum pertinere debuissent. Nimirum ab Herodoro (ap. St. B. l. l.) post Cynetes, quibus a borea Gletes imminent, recensentur Ταρτήσιοι, μετὰ δὲ Ἐλβυσίνιοι (Ἐλβέστιοι Hecatæi), μετὰ δὲ Μαστιηνοί, μετὰ δὲ Κελκεανοί, ἔπειτα δὲ ἤδη ὁ Ῥοδανός. In quibus Κελκεανοί neque in Καλπιανοί cum Berkelio, neque in Κελτικοί cum Meinekio est mutandum. Manu lenissima scriberes Κελβεανοί, modo constaret Avienum Stephano meliora tradere. — Ceterum Cempsi in continentem venerant ex insula, teste Avieno 254 :

Pars porro Eoa continet Tartessios
et Cilbicenos. Cartare post insula est,
eamque pridem, influxi (sic) *satis est fides*
[*eamque pridem, si Phileo satis est fides* conj. Meineke l. l.]
tenuere Cempsi; proximorum postea
pulsi duello, varia quæsitum loca
se protulere.

Μέσση δ' ἀμφοτέρων παραπέπταται Αὐσονὶς αἶα,
πουλυτενής· τὴν μέν τε μέσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει
ὀρθὸν, ἅτ' ἐκ στάθμης ἰθυμμένον· οὐκ ἂν ἐκεῖνο
ἴδρις μωμήσαιτο σοφῆς ὑποεργὸς Ἀθήνης·
ὃν ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον· ἐκ δὲ βορείης
Ἄλπιος ἀρχόμενος Σικελὴν ἐπὶ πορθμίδα λήγει.
Πολλὰ δέ οἱ φῦλ' ἀμφί, τά τοι ῥέα πάντ' ἀγορεύσω,
ἀρξάμενος πλευρῆς ζεφυρίτιδος ἐκ βορέαο·
Τυρσηνοὶ μὲν πρῶτ', ἐπὶ δέ σφισι φῦλα Πελασγῶν,
οἵ ποτε Κυλλήνηθεν ἐφ' ἑσπερίην ἅλα βάντες,
αὐτόθι ναιήσαντο σὺν ἀνδράσι Τυρσηνοῖσιν.
Τοῖς δ' ἔπι μέρμερον ἔθνος ἀγαυῶν ἐστι Λατίνων,
γαῖαν ναιετάοντες ἐπήρατον, ἧς διὰ μέσσης
Θύμβρις ἑλισσόμενος καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει;
Θύμβρις εὔρρείτης, ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων,
Θύμβρις, ὃς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα Ῥώμην,
Ῥώμην τιμήεσσαν, ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων,
μητέρα πασάων πολίων, ἀφνειὸν ἔδεθλον.
Τῇ δ' ἔπι Καμπανῶν λιπαρὸν πέδον, ἧχι μέλαθρον
ἁγνῆς Παρθενόπης, σταχύων βεβριθὸς ἀμάλλαις,
Παρθενόπης, ἣν πόντος ἑοῖς ὑπεδέξατο κόλποις.
Πρὸς δὲ νότον, μάλα πολλὸν ὑπὲρ Σειρηνίδα πέτρην,

Inter utramque media Ausonum terra expansa est,
longe porrecta, quam mediam mons bifariam secat,
rectus ille, tanquam ad amussim directus; neque eum
peritus doctæ Minervæ reprehenderit minister:
eum vocant Apenninum; a boreali autem
Alpi exorsus in fretum desinit Siculum.
Multi circa hunc populi, quos facile tibi recensebo,
latus occidentale auspicatus a borea.
Primum igitur Tyrrheni; post eos gentes Pelasgorum,
qui olim a Cyllene ad occiduum mare profecti
hic prope Tyrrhenos consederunt.
Hos subsequitur præpotens fortium gens Latinorum,
amœnam terram incolens, quam per mediam
Tiberis labens limpidum fluentum in mare immittit,
Tiberis pulchrifluus, aliis amnibus majestate præstans,
Tiberis, qui jucundam Romam duas in partes dividit,
Romam venerabilem, magnam meorum principum
sedem, matrem omnium civitatum, opulentum locum.
Post hanc Campanorum pingue solum, ubi domus
sanctæ Parthenopes, acervis spicarum gravis,
Parthenopes, quam suo complexu mare suscepit.
Versus austrum vero aliquammultum ultra Sirenum

Quæ sit Cartara insula nescio; nomen phœnicium essé videtur, ut Καρτήια, Καρταλιάς, Καρτέννα, etc. Quærere licet an Cartara fuerit ea quam alii Ophiussam vocant, adeo ut ex hac in Ophiussam continentis Cempsi abierint. An in Οἰασσώ regionem asperam venerunt ex una τῶν Χοιράδων seu Balearidum, quas Iberes Ὑασοῦσσαι vocasse dicuntur (teste Zonara IX, 20 apud Moversium *Phœniz. Alterth.* 2, p. 5)? ‖ Πυρρηναῖον *AEFNQY*, Πυρρηναίων *oq*. ‖ — 339. Μέσση] ἔσω *E*, μέσσω *LNbcmr*, μέσον *G*. αἶα] ἄκρη *Cdeh koqx*; ἄρα et ad mg. ἄκρη *X*. Cf. vs. 98. ‖ — 340. πουλυτενής *CDHNXcdoq*, πουλυταινής *bre*, πουλυτελής Ald. Stephanus Byz. v. Ἀπέννιον, non nominato auctore, citat verba: τὴν μέν τι (sic) μέσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει, ὃν ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον. ‖ — 341. ἅτ' ἐκ] ἅτε *AGL ber*; ἅτε σταθμὴ *L*; ἰθυμένον *CEHKNObceqr*; ἰθυνόμενον *Do*; οὐκ ἂν] οὐ γὰρ *ELNbeg*. Italiam itaque recta versus meridiem extendi Dionysius putasse videtur. ‖ — 342. ἴδρις *e*; σοφὸς *BDMNeq* et prima manu *C*. ‖ — 343. ὃν ῥά] *ABbcdn* et Steph. Byz.; ὅρρά *KL NY*; οἵ ῥά *Xi*; ὃς ῥά, supra scripto ὃν ῥά, cod. ζ; ὃ ῥά ceteri et editt. ‖ — Ἀπέννινον *LYX*, Ἀπένιον *Doe*; ὃν ῥ' Ἀπεννῖνον κικλήσκουσ' Ald. ‖ — 344. ἀρχόμενος] *BCD FHKLMNQert*, manu secunda *U*; in *bx* ἀρχόμενος mutatum est in ἀρχόμενον, quod præbent ceteri. ‖ — Σικελικὴν *q*; Τυρσηνικὴν cod. ε. λήγει] τείνει *CXkm*, τέμνει *FHclζ* mgo *K*; in *cl*ζ adscribitur λήγει. ‖ — 345. δέ οἱ] δέ μιν *A*; τά τοι desunt in *X*. ‖ — 346. ζεφυρήτιδος *BDFMOco*, ζεφυρίδος *q*. ‖ — 347. Τυρσηνοί] *CO*, Τυρρηνοί *ABDEKLMNQY* ceterique, ut vid. Versu 349 Τυρσηνοῖσιν habent *Coqe*, ceteri Τυρρ. ‖ — 448. οἵ ποτ' ἐκ K. *o*; Κυλλήνηθεν *DYde*. Anonymus periegeseos auctor vs. 218 (tom. 1, p 204) Pelasgos istos ἐκ τῆς Ἑλλάδος advenisse dicere satis habet. De Arcadicis Dionysii Pelasgis, sive Euandri comites sive alios poeta intellexerit, accuratiora non traduntur. Tyrrhenos Dionysius cum vulgo Græcorum Lydos intellexerit. Recentiorum dé his rebus sententias varias paucis optime comprehendit vir doctus in Smithii Lexico Geogr. s. v. Etruria ‖. — 349. νηήσαντο *DQ*. ‖ — 351. Voces διὰ μέσσης noli premere. Similiter poeta v. 432 Achelòum per mediam Ætolorum regionem, vs. 747, Oxum per mediam Sugdianam fluere canit. ‖ — 352. Hic versus post vs. 353 ponitur in *L*. καθαρόν, poeticum fluviorum epitheton, quod in flavum Tiberim parum cadit. Longe petita sunt quæ Bernhardyus excogitavit. « Dictionem, inquit, optima ratione licet interpretari de fluvio puro puto et perenni, qui sui sit juris neque a vicinis amnibus ullos exortus aut rivulos ab origine desumserit, sed suos in cursus navigabilem aquarum vim inducat. » ‖ — 353. Versus in *K* omissus. εὔρείτης *Cab*, εὐρείτης *deqr*; ποταμὸς *f*. ‖ — 354. ἱμερτὸν *f*. ‖ — 356. πολήων *ABDFHce* (in *c* supra scr. πολίων), πολέων *t*. « Illud μητέρα πασάων πολίων proxime accedit ad numi Nicomedensis versiculum, quem Eckelius D. N p. 1, vol. 2, p. 431 comparavit, hoc exemplo: ΡΩΜΗΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΝ ΝΕΙΚ. ΠΡΩ. ΒΙΘ. ΚΑΙ Π. » Bernhardy. ‖ — 357. λιπαρόν] om. *q*; ἱερὸν *CFXUYhite*, schol., Ald.; quod nescio an recipiendum sit. Infra vs. 788 poeta Μαρυανδυνῶν ἱερὸν πέδον dicit, ubi ad Acherusium pr. Hercules Cerberum ex Orco protaxit. Simili de causa ἱερὸν epitheton Campaniæ tribui potuit ob Acherusiam paludem vel Avernum lacum et Plutonia et νεκυομαντείαν Homericam, quam his locis veteres vindicabant. ‖ — 358. ἁγνὸν *LNbhklmsw* et pr. m. *G*. Cf. Priscian. 352. Verba σταχύων βεβριθὸς ἀμάλλαις, Παρθενόπης omisit *N*; ἀμάλαις *Cdq* Ald. ‖ — 359. Παρθενόπην *Ac*. ‖ — 360. ὑπὲρ] ὑπαὶ *CY* et Paraphr., ὑπὸ *t*; πέτραν *dr*; Σειρηνίδα πέτρην dixit Sirenum pro-

φαίνονται προχοαὶ Πευκεντίνου Σιλάροιο·
ἄγχι δὲ Λευκανοὶ καὶ Βρέντιοι ἄνδρες ἔασι,
τοσσάτιον ναίοντες, ὅσον Λευκὴν ἐπὶ πέτρην.
Κεῖθεν δ' ἐς βορέην Ζεφύρου παραφαίνεται ἄκρη·
τῇ δ' ὕπο Λοκροὶ ἔασιν, ὅσοι προτέροις ἐτέεσσιν
ἦλθον ἐπ' Αὐσονίην, σφετέρῃς μιχθέντες ἀνάσσῃς,
τῶν καὶ νῦν γένος ἐστὶν ἐπὶ προχοῇσιν Ἄλησος.
Τοὺς δὲ μέθ' ἑξείης Μεταπόντιοι· ἐγγύθι δέ σφεων
ἱμερτὸν πτολίεθρον ἐϋστεφάνοιο Κρότωνος,
ναιόμενον χαρίεντος ἐπ' Αἰσάρου προχοῇσιν,
ἔνθα κεν αἰπὺν ἴδοιο Λακινιάδος δόμον Ἥρης.
Ἔστι δέ τοι κἀκεῖθι, Διὸς μέγα χωσαμένοιο,
δειλαίη Σύβαρις, ναέτας στενάχουσα πεσόντας,
μηναμένους ὑπὲρ αἶσαν ἐπ' Ἀλφειοῦ γεράεσσιν.
Σαυνῖται δ' ἐπὶ τοῖσι μέσην χθόνα ναιετάουσι
καὶ Μαρσῶν θοὰ φῦλα· Τάρας δ' ἄλλος ἐγγύθι ναίει,
ἥν ποτ' Ἀμυκλαίων ἐπολίσσατο χαρτερὸς Ἄρης.
Ἑξείης δ' ἐπὶ τοῖσι Καλαβρίδος ἤθεα γαίης,
φῦλά τ' Ἰηπύγων τετανυσμένα μέσφ' Ὑρίοιο
παραλίης, Ὑρίου, τόθι σύρεται Ἀδριὰς ἅλμη

scopulum apparent fluenta Picentini Silari;
Finitimi autem sunt Lucani et Bruttii,
tantum habitantes, quantum ad Leucopetram pertinet.
Inde ad aquilonem Zephyri promontorium apparet;
sub hoc autem Locri sunt, quotquot ætate superiore
in Ausoniam venere, postquam suis cum dominis consueverant; quorum etiamnunc genus est ad Alecem fl.
Post hos deinceps sunt Metapontii, quibus adjacet
amœnum oppidum, Croto mœniis bene cinctus,
situm hilaris ad Æsari fluenta,
ubi excelsam Laciniæ Junonis ædem videas.
Est quoque ibidem Sybaris, quæ vehementi Jovis ira
infortunium incurrit, occisosque deplorat incolas,
qui insanierunt supra modum ob honores Alphei.
Post hos Samnites mediterranea tenent
et strenuæ Marsorum catervæ. Tarentum vero mari
adjacet, quod olim acer Amyclæorum Mars condidit.
Post hos continuo Calabricæ terræ domicilia,
Iapygumque nationes ad Hyrium usque
maritimum extentæ, Hyrium, ubi Adriæ salum

montorium Sirenussis insulis objectum Sirenumque ἱερῷ nobile. A Dionysio πέτρα vocatur, sicuti σκόπελον dixit Eratosthenes, qui Sirenussas, quas alii insulas tres esse dicebant, contendit εἶναι σκόπελον τριχόρυφον διείργοντα τὸν Κύμαιον καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον (Strabo p. 23 Cas., p. 18, 29 Didot). Versus 360-382 in *M* post versum 367 leguntur, sed appositis numeris verus ordo restitutus est. ‖ — 361. Πικεντίνου *D*, Πευκεντίου *Hζ*. ‖ — 362. Βρέντιοι] Βρόντιοι *q*. Cf. Hesychius : Βρέντιοι, ἔθνος ἐν Ἰταλίᾳ. Vulgo Βρέττιοι, uti constat. Similiter Adriatici maris insulam et Βρεττίαν et Βρεντίαν vocatam esse puto. De ea hæc legimus ap. Stephanum : Βρεττία, νῆσος ἐν τῇ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ἔχουσα Βρέττιον (Βρέντιον Etym. M. p. 212, 32). Ταύτην Ἐλαφοῦσσαν Ἕλληνες, οἱ δὲ Βρεττανίδα, καλοῦσι. Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεττιανὸς.... νῦν δὲ Βρέττιοι (Βρέντιοι Etym. M.) λέγονται. In quibus ne istud Βρέντιοι mero scribæ errori imputem, eo impedior quod insula græce vocabatur Ἐλαφοῦσσα, cervi autem caput lingua Messapica βρέντιον dicebant, teste Stephano v. Βρεντέσιον. ἔασι] ἔασιν *L*, ἔασσι *OYQd*. Ald. et R. Stephan. ‖ — 364. παραφαίνεται] παραπέπταται *EGHINbdhorζ*, et marg. *OY*, παραπέταται *C*. ‖ — 365. ὑπὸ] ἐπὶ vel ἔπι *GNXYehioqrx*; προτέροις ἐπ' ἔτεσσιν *Xki*. ‖ — 366. ἐπ'] ἐς *km*, μετ' *o*; Αὐσονίους *Km*; σφετέραις *ABEGKL NXYeoqr*; ἀνάσσαις *ABEGHQKLNYX*. μιχθέντες] πεισθέντες *Hζ*; in ζ margo habet μιχθέντες. Lectionem σφετέρῃ πεισθέντες vel μιχθέντες ἀνάσσῃ notat Eustathius, expressitque Priscianus 366 : *illuc reginam propriam venere secuti*. Quod inventum est eorum qui quid spectent verba μιχθέντες ἀνάσσαις non assequerentur. Indicat poeta quæ de Locrorum origine ex Aristotele (Polit. fr. 229 in Fr. H. t. 2, p. 173) tradit Polybius 12, 8, 2 : τὴν ἀποικίαν αὐτῶν (Locrorum) εἶναι δραπετῶν οἰκετῶν, μοιχῶν, ἀνδραποδιστῶν. Cf. Timæi fr. 68, Eustathius, Heynius Opusc. vol. 2, p. 46 sqq. ‖ — 367. προχοαῖσιν cod. ε; Ἄλησος *Y* et correct. *d*, Ald.; Ἄλικος *f*. ‖ — 368. τοὺς δὲ] τὰ δὲ (correct. τῶν δὲ) *C*; τῶν δὲ μεθεξείης *Oε*; σφιν *C*, σφῶν *BKLMNQ*. ‖ — 369. ἱμερτὸν αἰπεινόν *HklZ*, quod ex vocis ἐϋστέφανος interpretamento ortum esse suspicatur Bernhardyus. ἐϋστεφάνου *doε*. ‖ — 370. ἐπ'] ὑπ' *Nehoq*. « Αἰσάρου producta media Theocritus quoque (4, 17) sibi indulsit. » *Bernh*. ‖ — προχοαῖσιν cod. ε. ‖ — 371. ἔνθα κεν] κεῖθι δ' ἂν *BEGHLM NOXbdeirζ*; ἔνθα καὶ *A*; Λακαινιάδος *f*, Λακηνιάδος cod. ε. ‖ — 372. ἐστὶ δέ τοι] ναὶ μέντοι cod. ζ, correct. in margine. τοι κἀκεῖθι] τι καὶ κεῖθι *Gber*; τοι καὶ κεῖθι *BMO*; τοι κἀκεῖ *Nq*; τοι κεῖθι *D*. Versus 372-374 laudantur in libro ms. Guidonis. V. Prolegomena. « Fama quædam Græcis commentariis tradita obtinuit Sybaritas fastu et miro splendore copiarum eum in modum esse elatos, ut celebritatem certaminum Olympiorum, quasi qui Jovis, Græci conventus præsidis, numen tutelare studerent in contemtum adducere, magnificentia ludorum suorum dejicere conarentur, quos et eodem die et præmiis atque contentionum generibus longe luculentissimis instituerunt. » *Bernhardy*. Vide not. ad Anonymi Perieg. v. 355 in tom. 1, p. 210. ‖ — 373. ναιέτας *BCε*; στονάχουσα *de*. ‖ — 374. μαρναμένους *g*, μαιναμένους *r*. ἐπ'] ἀπ'. cod. ζ; γεράεσσι *GQL MYζ*, γεράεσι *Neq*, γεράασι *C*. ‖ — 375. Hunc versum omisit *d*. ‖ — 376. ναίει] *EFGNbdehimqrx*, κεῖται *AB CDHMOQζ*. ‖ — 377. ἣν] ὃν *Kklm*; ὃν ἣν *br*. Dicebatur et ὁ et ἡ Τάρας. Vid. Steph. Byz. s. v. ἐπολίσατο *Kcdq* Ald.; κρατερὸς *CGLNbceq*. ‖ — 379. Ἰαπύγων *Ubd*; ἐκ πύγων *r*; Ἰηπυγίων tamquam variam lectionem R. et H. Stephani notarunt, quam versus causa probavit Passovius, perperam. Ἰαπῦγεσσι habes in oraculo ap. Strabon. p. 279; Ἰηπῦγων in Callimachi fr. 444, Ἰαπῦγων ap. Theodorid. in Anthol. Palat. 6, 222. ‖ — 380. παραλίης] *CKbd* Ald., παρραλίης *BLMQUer*, παραλίας *oq*; παρραλίας cett.; Ὑρίου] De Hyria ista ad Garganum montem sita vide Scylac. not. in

πόντον ἐς ἀγχίπορον Ἀκυλήιον· ἔνθα νέναστται
ἄστυ Τεγεστραίων, μυχάτοις ἐπὶ πείρασι πόντου.
Τόσσα μὲν Αὐσονίην περιβόσκεται ἔθνεα γαῖαν.
Κεῖθεν δ' εἰς αὐγὰς στρεπτὴν ἀπερεύγεται ἅλμην,
θῖνας ὑποξύουσα Λιβυρνίδας, ἀμφί τ' ἐρυμνὴν
Ὑλλήων χθόνα πᾶσαν, ὅση παρακέκλιται ἰσθμῷ
Βουλίνων τ' ἀκταῖς· ἐπὶ δ' ἄσπετον ὅλκὸν ἄγουσα,

diffunditur in proximum Aquilejæ mare, ad quod sita urbs Tergestæorum, intimis in finibus maris.

Tot igitur populi circa terram Ausoniam habitant. Inde vero salsuginem propellit in ortum conversam, litora Liburnica radens, circumque munitam Hyllorum terram omnem, quanta isthmo adjacet et Bulinorum litori; immensumque tractum movens

---

tom. 1, p. 23. Japygiam Dionysius latiore vocabuli sensu dicit, sicuti Scylax aliique. A Gargano monte Adriæ initium sumit etiam Scylax. Attigit nostrum locum Letronnius in libro Dicuili p. 204, sed quæ ibi probare studet, neque Bernhardyo neque mihi persuasit. ‖ — 381. πόντον] πόρον cod. ε; κόλπον *BCH MO*ζ Eustathius et Paraphr.; *sinus* Priscianus 374, *ponto* Avienus 527. ‖ — 382. Τεγεστραίων] Τεγεστραῖον ex Eustathio reponi voluit Brunkius. Oppidum vulgo vocatur Τεργέστη, Τεργέσται, Τέργεστον. Artemidorus (teste Stephano) dixit Τέργεστρον, ipse Stephanus cum Dionysio dixit τὰ Τέγεστρα et civem Τεγεστραῖον. His adde Suidæ glossam: Τεγεσταῖοι, ἔθνος· Τεγέστη πόλις, quod in Τεργ. mutari nequit ob ordinem alphabeticum, at licet scribere Τεγεστραῖοι, quamquam in tanta varietate affirmare nihil ausis. μυχάτοις] μυχάτης *c*, μυχάτου *ABMO*, fort. recte. ‖ — ἐπὶ πείρασι] ἐπ' ἠπείροισι *q*, παραπείρασι *C*, παρὰ κύμασι *H* et cod. ζ. ‖ — 383. γαῖην *CX*. Ceterum ab hac Italiæ descriptione longe abest ἀκρίβεια geographica. Justum rerum ordinem neglexit poeta post Locros memorans Metapontum et deinde Crotonem Sybarimque. Tum Samnitum et Marsorum mentionem introducit verbis ἐπὶ τοῖσι, quæ quomodo intelligendi sint aliunde scis, ex ipso autem poeta non intelligis. Post hæc Japygiæ mentione facta, reliquam Italiæ oram orientalem prorsus neglexit. ‖ — 384. εἰς] ἐς *Coc*. ‖ — στρεπτὴν ἀπερεύγεται ἅλμην *Coxh* Paraphr., στρεπτὴν ἐπερεύγεται ἅλμην *Fcglt*, στρεπτὴν ὑπερεύγεται ἅλμην *af*, στρεπτὴν περισύρεται ἅλμην *Xi* Ald.; στρεπτὴ ἀπερεύγεται ἅλμη *q* et marg. *OY*, στρεπτὴ περισύρεται ἅλμη *ABGH KLMNOYdr*ζ, στρεπτὴ παρασύρεται ἅλμη *Q* et editt. ante Bernhardyum. Præterea R. et H. Stephanus in var. lect. apponunt: στρεπτὴ ἐπισύρεται ἅλμη. Facile intelligitur cur ἅλμην in ἅλμη quidam orationis concinnitati consulturi mutaverint. ‖ — 385. Λιβυρνίδος *CY cdx*; ἐρέμνην *d*. ‖ — 386. Ὑλλήων] sic Eustathius, Ὑλίων *A*, Ὑλλείου, Ὑλλείων ceteri; cf. Eust. Bernhardyus fort. Ὑλλείην χθόνα scribendum esse censuit. Formam epicam Ὑλλήων et Ὑλλῆας habet etiam Apollonius Rhodius 4, 524 et 527, cujus Argonautica in multis Noster ante oculos habuit. Gens ista Ὑλλεῖς vocatur etiam ap. Steph. Byz. s. v., Etym. M. p. 776, 38, schol. Apoll. Rh. 4, 524; Ὕλλοι vocantur ab Apollodoro ap. St. Byz. v. Ὑλλεῖς, Scylace § 22 et Anonym. Perieg. (Scymno) v. 408, ubi vide quæ de Hyllica peninsula veteres fabulati sint (tom. 1, p. 28 et 213). ‖ — ὅση παρακέκλιται ἰσθμῷ] Cf. Callimachus in Del. 72: φεῦγε δ' ὅλη Πελοπηὶς, ὅση παρακέκλιται ἰσθμῷ. ‖ — 387. Βουλίνων *h*, Βουλήμων *Kl*, Βουλιμαίων *ABCDG HMO*ζ*df* Nicephorus, Βουλημαίων *ber*, *Bulimeon* Priscianus 380 (Avienus gentem non memorat). Eustathius legit Βουλιμέων, quod habent *LNY* et supra scr. *B*; idem receperunt editores plurimi. Ceterum e verbis Eustathii: ἐκεῖ δέ φησι καὶ οἱ Βουλιμεῖς, οὕς τινες διὰ τοῦν γράφουσι Βουλινεῖς ἢ Βουλίνους (Βουλινούς var. lect.), conjicias in aliis codicibus fuisse Βουλινέων et Βουλίνων, quorum hoc habet *h*, illud reperisse videtur auctor editionis Basiliensis (an. 1523), quæ exhibet Βουλινέων, probantibus Henrico Stephano et Holstenio ad Steph. Byz. et Hillio ad hunc locum. Nos gentem istam in his saltem sedibus non novimus nisi e Scylace l. l. et Anonymi Perieg. v. 404 et Stephano. Apud Stephanum vocantur Βουλῖνοι; nam quod vulgo apud Steph. legebatur Βουλινοί, non codicibus nititur sed arbitrio debetur Xylandri; Scylacis codex habet Βουλινοί, sed hujus libri corruptissimi auctoritatem esse nullam probe novisti. In Anonymi periegesis versu 404: Τούτοις συνάπτον δ' ἐστὶ Βουλιμῶν ἔθνος, non liquet num ι litera correpta sit an producta, quamvis accentum in ultima ponentes corripi penultimam voluerunt. Ceterum Bulini secundum Scylacem Hyllorum ἀγχιτέρμονες erant, ita ut ab Hyllica peninsula pertinerent usque ad Nestum fluvium. Optime cum his concinit Dionysius Hyllensium regionem adjacere dicens isthmo peninsulam efficienti atque Bulinorum litori. Quæ corrupta apud Scylacem leguntur ἀπὸ δὲ Χερρονήσου παραστόνιον ὀρθόν· ταύτην παροικοῦσι Βουλῖνοι, nescio an hunc in modum refingenda sint: ἀπὸ δὲ Χερρονήσου ὑπώρεια στενὴ ἐν ὀρθῷ sive ἐπ' ὀρθόν, aut :.. ἀπὸ δὲ Χερρονήσου παρατείνει ἠὼν [ἐπ'] ὀρθὸν vel ἠὼν ὀρθή. Anonymus vs. 404 Bulinos inter Liburnos et Hyllos collocat, quod in Dionysii verba minus quadrat; contra vero Dionysius cum Anonymo poeta eo consentit quod Illyridis initium post Bulinorum regionem ponit, dum Scylax Hyllos et Bulinos Illyriæ finibus comprehendit. ‖ — ἀκταῖς] *abcdefoqr* Ald. Steph. et codices Parisini plurimi et optimi; ἀκτὰς ceteri, inter quos codex *A*. Ceterum Bernhardyus ita distinxit: Βουλιμέων τ'· ἀκταῖς δ' ἐπὶ ἄσπετον κτλ. Nimirum Bernhardyus cum Hillio censet Bulinos Dionysii non diversos esse a Bullionibus quos Strabo, Plinius, alii (v. tom. 1, p. 213 not.) non longe a Ceraunii montibus circa Aoum fluvium in Illyridis et Epiri confiniis collocant. Quum autem Hillius caute subjecerit Dionysium videri verum Bullionum situm ignorasse quoniam poeta immensum tractum (totius scilicet Dalmatiæ longitudinem) inter Bulinos et Ceraunicos interponat: Bernhardyus hoc negat et geographicam auctoris sui peritiam corrigendo tueri conatur. « Quis est enim, inquit, quin talem hujus oræ descriptionem cum Hillio stupeat, ut immensum

Ἰλλυρικὴν περὶ χέρσον ἑλίσσεται ἄχρι κολώνης,
οὐρέων τ' ἠλιβάτων, τὰ Κεραύνια κικλήσκουσιν.
Κεῖνον δ' ἂν περὶ κόλπον ἴδοις ἐρικυδέα τύμβον,
τύμβον, ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φῆμις ἐνίσπει·
κεῖθι γὰρ εἰς ὀφίων σκολιὸν δέμας ἠλλάξαντο,
ὁππότ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λιπαρὸν μετὰ γῆρας ἵκοντο.
Ἔνθα σφιν τέρας ἄλλο θεοὶ θέσαν· ἀμφὶ γὰρ αἶαν
κείνην ἀμφοτέρωθεν ἐρηρέδαται δύο πέτραι,
αἵτ' ἄμφω ξυνίασι δονεύμεναι, εὔτέ τις ἀρχὴ
γίγνεται ἐνναέτῃσι κυλινδομένοισι κακοῖσι. [λον
Πρὸς δὲ νότον, μάλα πολλὸν ὑπὲρ Θρῄκην ἐρίβω-
Ὠρικίην θ' ὑπὲρ αἶαν, ἐρείδεται Ἑλλάδος ἀρχή,
πολλὸν ἀνερχομένη, διссῇ ζωσθεῖσα θαλάσσῃ,
Αἰγαίῃ Σικελῇ τ'· ἄνεμον δέ τοι ἔλαχ' ἑκάστη,
ἑσπέριον Σικελὴ, τόν τε ζέφυρον καλέουσιν,

circa terram volvitur Illyricam usque ad jugum
et excelsos montes, quos Ceraunios vocant.
Juxta illum sinum videre licet celebrem tumulum,
tumulum, quem Harmoniæ Cadmoque fama tribuit:
Illic enim flexuosas in formas serpentum mutati sunt,
quum ab Ismeno vegeta in senectute venissent.
Aliud ibi portentum iis dii obtulerunt: nam præter
regionem illam utrinque duæ rupes exstant,
quæ agitatæ concurrunt, quum quod principium
appropinquantis mali incolis existit.
In austrum vero longe ultra Thraciam glebosam
Oriciamque regionem Græciæ constat initium,
longe ascendens, duplici cinctum mari,
Ægæo Siculoque; ventus autem suus cuique obtigit,
occiduus Siculo, quem zephyrum vocant,

---

maris tractum a Bulinis ad Ceraunia, quamquam ea loca perparvo dirimantur intervallo, pertinere credamus? Verumtamen nemo sanus, nisi puerilia commenta scriptoris imperitia volumus prætexere, Illyridem, qui fuit ejusdem Hyllii sensus, arctissimos in fines Dalmatiæ Cerauniorumque coegit. Sed huic dubitationi, quam ambiguæ particulæ positus excitavit, leni succurremus remedio... Quid cessamus distinctione reficta hæc probare: Βουλιμέων τ'· ἀκταῖς ἐπὶ δ'-? quo pacto maris adumbrationem intelligimus esse perfectam accurata conclusione: *ita cum Hadria sinus per universos litorum ambitus evolvat, alluit ille totum Illyrici complexum.* » Quæ vix cuidam vir doctissimus persuaserit. Quodsi prisci ævi geographiæ, quam exprimere Dionysius solet, justam habuisset rationem, neque Bulinos a Nesto fluvio ad Ceraunios montes rejecisset, neque miratus esset quæ de Illyricæ oræ longitudine poeta tradit. Contra si conjecturam Bernhardyi admiseris, quanta Dionysius laboraret obscuritate! nam ex ipsis poetæ verbis nemo elicuerit Illyriæ nomine Dionysium etiam Liburniam et regiones Hyllorum et Bulinorum velle comprehendi. Quodsi Bulini, quos Hyllorum vicinos Scylax et Anonymus et Dionysius dicunt, non diversi erant a Bullinis vel Bullionibus Aoi accolis, quæritur an eadem gens simul in compluribus locis degerit, an sedes subinde mutaverit, an accusanda sit priscorum geographorum ignorantia. Confusionis aliquid deprehendere mihi videor in Anonymo (vs. 404), qui Bulinos conterminos esse dicit Liburnorum et *Pelagonum;* quæ conciliari inter se vix possunt; Liburni sane vicini erant locis quos Bulinis poeta assignat; sed Pelagones, quos nos novimus, nonnisi eorum Bulinorum, qui ad Aoum consederant, finitimi dici poterant. — ὁλκὸν ἄγουσα] ὅλκ. ἔχουσα *q*. ‖ — 388. περὶ] ἐπὶ *A*; ποτὶ *K* et var. lect. ap. Rob. et H. Stephan. ‖ — 389. οὐραίων *d*; τὰ] ἃ *GKNbder*, ἅπερ *L*. ‖ — 390. ἂν] αὖ *Bdgkls*; κόλπον] χῶρον *ABGKLMNXbd eilr*; ἐρικυδέα] περιηγέα *AGHK-Lbekrwζ* et correct. *d*. ‖ — 391. φῆμις] φήμη *qs*; ἐνίσποι *Gber*. ‖ — 392. Versum om. *M*. σκόλιον] σκολιῶν *Af*, manu sec. *c*. In Schol. Nicandr. Ther. 607, qui versum hunc citat, vulgo legitur: κεῖθι γὰρ εἰς ὀφίων σκολιῶν γένος ἠλλάξαντο, at codex Gœttingensis habet: σκολιὸν... ἠλλάχθησαν. — δέμας] γένος *ABCDFGHKLNOQUXYζa*, mgo *c*, correct. *df*; *corpora* Priscian. 385; *membra* Avienus 544. ἠλλάξαντο] ἠλλάχθησαν *AOB* schol. Nicandr. ‖ — 393. ὁππότ' *G*. ‖ — 394. σφι *AYX*. γαῖαν *Aqs*. ‖ — 395. ἐρειδέδαται *d* Ald., ἐριδέδαται *f*, ἐρηδέδαται *U*. Cf. Tzetzes Chil. 4, 707: Ἰλλυρίοις οἱ τάφοι δὲ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας | κακοῦ τινὸς Ἰλλυριοῖς καὶ βλάβης γινομένης, | ἀλλήλοις κυλινδούμενοι πάταγον συνεκρότουν, | ὥσπερ ἐπαλγυνόμενοι ταῖς συμφοραῖς καὶ βλάβαις ‖ — 396. ξυνίασι] *C*; συνίασι cett.; δολεύμενοι *t*. γίνεται] sic codd. optimi; γίγνεται cett. ‖ — 397. ἐνναιτῇσι *b* (*s*), ἐνναέτοισι *d*. Veterum testimonia de Cadmo et Harmonia in Illyria defunctis cultisque indicavi in not. ad Scylac. § 24 p. 35. Quatenus fabulis de Cadmo et Harmonia græcanicis subsint vestigia religionis phœniciæ, exposuit Movers *Phœniz.* t. 1, p. 507 sqq., t. 2, p. 91 sqq. et in *Ersch u. Gruber Encyclop.* t. 24, p. 394. 408. Sic quæ nostro loco dicuntur πέτραι et apud Scylacem λίθοι vocantur, componendæ sunt cum lapidibus sacris, Phœniciorum deorum symbolis. Cuinam loco eas Dionysius vindicaverit, accuratius dici nequit; verba κεῖνον περὶ κόλπον ad totum tractum qui a Bulinis ad Ceraunios pertinet, sive ad Manium sinum quem Scylax dicit, referenda sunt. In notis ad Scylacem confidentius dixi Dionysium monumenta Cadmi ad Ceraunios montes collocasse; quamquam nonnullos sic statuisse constat ex Eratosthene, nec aliter statuisse videtur Nonnus 44, 27: Παρ' Ἰλλυρικοῖο δρακοντοβότου στόμα πόντου | Ἁρμονίη καὶ Κάδμος, ἀμειβομένοιο προσώπου, | λαϊνέην ἤμελλον ἔχειν ὀφιωδέα μόρφην. Cf. idem 4, 418: Κάδμος ἀμειβομένων μελέων ἑλικώδεϊ μορφῇ | ἀλλοφυὴς ἤμελλε παρ' Ἰλλυρίδος σφύρα γαίης | ξεῖνον ἔχειν ἴνδαλμα δρακοντείοιο προσώπου. ‖ — 398. ὑπὲρ] ὑπὸ *A* Eustath. ‖ — 399. Ὠρυκίην *C*, Ὠριβίην *br*; αἶαν] γαῖαν *D*. ‖ — 401. δέ τοι ἔλαχ'] δέ τε ἔλαχ' *r*, δέ τ' ἔλαχ. *L*, δ' ἔλαχ' *DX*, δέ τοι λάχεν *G*; ἔλαχ' *cc*, ἤλαχ' *Ad*. ἔλαχεν *oq*, ἔλλαχεν *b*. Eosdem fere versus habes vs. 928 sq. Ceterum hæc nihil aliud significant nisi Ægæum mare ab ortu, Siculum ab occasu esse

Αἰγαίῃ δ' εὖρον. Πέλοπος δ' ἐπὶ νῆσος ὀπηδεῖ,
εἰδομένη πλατάνοιο μυουρίζοντι πετήλῳ.
Ἄκρῳ μὲν γὰρ ἔοικεν ἐεργόμενος στενὸς Ἰσθμὸς
πρὸς βορέην, καὶ ξυνὸν ἐφ' Ἑλλάδος ἴχνος ἐρείδων·
φύλλῳ δ' ἤπειρος πολυδινήτῳ περίμετρος,
κόλποις εἰναλίοις ἐστεμμένη ἔνθα καὶ ἔνθα.
Τῆς μὲν πρὸς ζεφύροιο Τριφυλίδος ἤθεα γαίης,
ἔνθ' ἐρατεινότατος ποταμῶν Ἀλφειὸς ὀδεύει,
σχιζόμενος προχοῇσι Μεσηνίου Εὐρώταο,
οἵτ' ἄμφω Ἀσέηθεν ἀναβλύζουσι ῥέεθρα·
ἀλλ' ὁ μὲν Ἠλείων, ὁ δ' Ἀμυκλαίων χθόνα τέμνει.
Καδδὲ μέσην νῆσον κοίλην χθόνα ναιετάουσιν
Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες ὑπὸ σκοπιὴν Ἐρυμάνθου,
ἔνθα Μέλας, ὅθι Κρᾶθις, ἵνα ῥέει ὑγρὸς Ἰάων,

eurus Ægæo. Tum excipit Peloponnesus,
platani consimilis folio in acumina distracto :
nam petiolo similis est coartatus in angustias Isthmus
versus boream, et communi vestigio Græciæ insistens,
folio autem multifariam circumducto similis est continentis ambitus, sinibus marinis passim exornatus.
In ea ab occasu sunt Triphylicæ regionis sedes,
quam jucundissimus fluviorum Alpheus pervadit,
fluentis sejunctus ab Eurota Messenio;
nam uterque Aseâ ebulliunt aquas :
quorum hic Eleorum, ille regionem Amyclæorum secat.
At media in insula cavam inhabitant terram
Arcades Apidanei sub jugo Erymanthi,
ubi Melas et Crathis fluunt humidusque Jaon,

Græciæ. Cf. not. ad 101. ‖ — 403. ὀπηδεῖ *o*. ‖ — 440. πλατάνου corr. *deq*, πλατάνῳ *GN*, πλατάνοι *Ad*. Cum platani folio Peloponnesus confertur a Strabone p. 84, 335, Mela 2, 3, 3, Plinio 4, 5. ‖ — 405. ἄκρῃ cod. ε. ‖ ἐεργόμενος] ἐρειδόμενος *H*, ἐρευγόμενος *f*. ‖ — 406. ξυνὸν] κοινὸν *Q*. ‖ — 407. ἠπείρου *O* et corr. *d*; πολ.] περιδινήτῳ *Q*. ‖ — 408. ἐναλίοις *q*, ἐναλίοισι *H*; ἐστεμμένοι *D*, ἐστεμμένος *d*. ‖ — 409. μὲν πρὸς] πρὸς μὲν *ADFG IIKNQ*, alii plures; ζεφύρου *ghlm*; ζέφυρον *LNUbdfrt*; Τριφυλλίδος codd. ‖ — 410. ποταμὸς *A*, ὀδεύων *D*. ‖ — 411. προχοῇς *C*, προχοαῖσι cod. ε; Μεσσηνίου *H*, Μεσονίου *F*. Eurotam haud recte poeta *Messenium* dicit, quæ negligentia eo quod Messenia Lacedæmoniæ olim juncta erat, excusari nequit. Lacedæmonia memoratur v. 418. ‖ — 412. Ἀσέηθεν] Ἀσίηθεν *CFUXcdghi* Ald., Nicephor., Ἀσαίηθεν *Ge*, Ἀσίαθεν, suprascripto Ἀσίηθεν *b*; ϑ σειαθεν, apposito Ἀσίαθεν, *r*; γαίηθεν *ABHKMm*, cf. Schol.; Λιβύηθεν *s*. De re v. Strabo p. 243 : Ῥεῖ (ὁ Ἀλφειὸς) ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων ἐξ ὧν καὶ ὁ Εὐρώτας· καλεῖται δὲ Ἀσέα κώμη τῆς Μεγαλοπολίτιδος, πλησίον ἔχουσα δύο πηγὰς, ἐξ ὧν ῥέουσι οἱ λεχθέντες ποταμοί. ‖ — 413. ἀλλ' ὁ] καὶ ὁ *Q*. ‖ — 414. νήσου *N*. ‖ — 415. Ἀπιδανῆος *Cgo* et pr. *c*. Cf. Callimachus in Jov. 13, ubi de loco Parrhasiæ, in quo Jovem Rhea peperit, dicit : ἀλλὰ ἓ Ῥείης ὠγύγιον καλέουσι λεχώιον Ἀπιδανῆες. Apollonius Rhod. 4, 263 : οἷοι δ' ἔσαν Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες, | Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται | ζώειν, φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν. Ad quæ scholiastes : Ἀπιδανήων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἀπὸ Ἄπιδος τοῦ Φορονέως. Plura vide ap. Eustathium et Steph. Byz. v. Ἀπία. « Jam quod e Dionysii versu, Eustathio comparato, Buttmannus (Lexilog. 1, 19) priscum Arcadiæ gentis eruebat cognomen, id arbitror in certorum indiciorum defectu haud temere posse concedi; miror tamen virum ingeniosissimum Herodoti (4, 59) verba, quibus suam de primæva nominis istius vi corroboraret suspicionem, præteriisse. Sed Ἄπις cum aliis eodem de genere postquam exquisitior usus ac ne poetis quidem pervagatus in significationem Peloponnesi liberam introduxerat, Dionysium, cujus opera magis vetusta doctrina quam accuratione in fabulis pervestigandis est spectata, non miramur id in notionem minus propriam detorsisse, ut homines inter Græcos vetustissimi innui viderentur. » Bernhardy. Ceterum Dionysius Ἀπιδανῆας istos e Callimacho adscivit, quem in sqq. quoque ob oculos habuisse patet. ‖ — 416. ἔνθα Μέλας κτλ.] Callimachus l. l. 18 sqq. Arcadiam totam, quo tempore Rhea Jovem in Parrhasia peperisset, fluviis caruisse dicit :

> Λάδων ἀλλ' οὔπω μέγας ἔρρεεν, οὐδ' Ἐρύμανθος...
> ἦ πολλὰς ἐφύπερθε σαρωνίδας ὑγρὸς Ἰάων
> ἤειρεν, πολλὰς δὲ Μέλας ὤχησεν ἀμάξας,
> πολλὰ δὲ Καρνίωνος ἄνω, διεροῦ περ ἐόντος,
> ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα· νίσσετο δ' ἀνὴρ
> πεζὸς ὑπὲρ Κρᾶθίν τε πολύστειόν τε Μετώπην
> διψαλέος.

Vides unde sua Noster hauserit. Jam quod Crathin attinet, constat eum per Arcadiæ partem, deinde per Achajam delapsum prope Ægas eructari. Minus liquet de Melane et Jaone. Bernhardyus Jaonem sono aperte referre dicit Jones priscæ Ægialeæ incolas. Quibus innitens Curtius (*Peloponn.* t. 1, p. 489) Selinum, Achajæ fl. maximum, qui in Erymantho fontes habet, Jaonis nomine fortasse indicari suspicatur. Similiter Melam Dionysii componunt cum Mela fluvio, quem in Achaja prope Olenum exire Strabo p. 386 (p. 331, 24 Didot) dicere videtur (At vid. annotat. crit. ad h. l.). Parum hæc probabilia sunt, quum vix fontes horum fluviorum Arcadiæ vindicari possint. Haud magis placet quod Sylburgius (ad Pausan. 6, 21) Jaonem fluvium eum esse censuit qui Diagon a Pausania, Dalion a Strabone vocatur et in Elidis Arcadiæque confiniis Alpheo miscetur. Ego nullus dubito quin Jaon idem sit cum Alpheo. Sane quidem Alphei Dionysius jam meminit; at in hac quæstione non cum Dionysio nobis res est, sed cum fonte ejus Callimacho. Hunc vero jure mireris post Erymanthum et Ladonem non memorasse tertium Arcadiæ fluvium maximum, Alpheum, qui ipsam regionem Rheæ partu celebrem præterlabitur, cujusque vel affluentem Carnionem poeta memorat. Sponte igitur nascitur suspicio Alpheum, quem olim Stymphelum appellatum esse Plutarchus (De fl. c. 19) refert, et in superiore cursus parte Λεοντοφορείου nomen tulisse Hesychius prodit, a Callimacho poeta erudito vocari Jaonem. Hunc ὑγρὸν

ἦχι καὶ ὠγύγιος μηκύνεται ὕδασι Λάδων.
Ἀγχοῦ δ' Ἀργείων ἄροσις καὶ γαῖα Λακώνων,
ἡ μὲν ἐς ἀντολίην, ἡ δ' ἐς νότον εἰσορόωσα.
Δοιαὶ δ' Ἰσθμια νῶτα περιβρομέουσι θάλασσαι,
ἥ τ' Ἐφύρης ἀντικρὺ ποτὶ ζόφον, ἥ τε πρὸς αὐγὰς
ἑλκομένη, τὴν μέν τε Σαρωνίδα κικλήσκουσιν.
Νέρθε γε μὴν Ἰσθμοῖο πρὸς αὐγὰς Ἀττικὸν οὖδας,
τοῦ διὰ θεσπεσίου φέρεται ῥόος Ἰλισσοῖο,
ἔνθεν καὶ Βορέης ποτ' ἀνήρπασεν Ὠρείθυιαν.
Τῷ δ' ἔπι Βοιωτῶν τε πέδον καὶ Λοκρὶς ἄρουρα·
Θεσσαλίη δ' ἐπὶ τοῖσι, Μακηδονίης τε πόληες.
Γαῖς δ' ἔπι φαίνονται κορυφαὶ χιονώδεος Αἵμου
Θρηικίου· τοῦ δ' ἄντα ποτὶ ῥιπὴν ζεφύροιο
Δωδώνης ἤπειρος ἀπείριτος ἐκτετάνυσται.
Τῆς δ' ὕπερ ἐς νότον εἶσι, μετὰ σκοπιὴν Ἀρακύνθου,
ἀνδρῶν Αἰτωλῶν πεδίον μέγα· τοῦ διὰ μέσσου

ubi etiam priscus Ladon longas trahit aquas.
Prope vero Argivorum arvum ac terra Laconum,
altera in ortum, in austrum altera spectans.
Duo autem Isthmi dorsum maria circumfremunt,
hoc contra Ephyram in occasum, illud in ortum
tendens, quod Saronicum vocant.
Isthmo autem inferior in orientem est Attica tellus
quam divini cursus Ilissi permeat,
unde etiam Boreas olim Orithyiam abripuit.
Post hanc Bœotorum solum et Locrorum arva;
quæ subsequuntur Thessalia Macedoniæque urbes.
Deinceps vertices conspiciuntur nivalis Hæmi
Thracii, cujus e regione versus flatus favonii
immensa patet Dodonæ continens.
Hanc super in austrum vergit sub Aracynthi cacumina
Ætolæ gentis magna planities, quam mediam

---

dicit, quod epitheton in Alpheum præ ceteris Peloponnesi fluviis cadit. Porro in Alphei locis querceta (Rheæ sacra) memorat, sicut Strabo p. 343 Alphei regionem dicit μεστὴν Ἀρτεμισίων καὶ Ἀφροδισίων καὶ Νυμφαίων ἐν ἅλσεσι ἄνθεων πλέως τὸ πολὺ διὰ τὴν ἐνυδρίαν. Ipsum denique nomen Ἰάων seu Ἴων unde ductum sit, abunde explicatur iis quæ de Jone in Alpheo cruorem abluente deque Joniadis nymphis violarum (ἴων) coronam offerentibus narrat Nicander, poeta φιλάρχαιος Callimacho simillimus. Is enim in Georgicôn libro secundo (ap. Athenæum 15, p. 683, A) ita canit:

...Γένη γε μὲν ἰάσι δισσά
ὠχρόν τε χρυσῷ τε φυὴν εἰς ὦπα προσειδές,
ἅσσα τ' Ἰωνιάδες νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ἴωνι
Πισαίοις ποθέσασαι ἐνὶ κλήροισιν ὄρεξαν.
Ἴηνυσε γὰρ χλούνην τε μετεσσύμενος σκυλάκεσσιν
Ἀλφειῷ καὶ λῦθρον ἑῶν ἐπλύνατο γυίων,
ἐσπέριος νύμφαισιν Ἰαονίδεσσι νυχεύσων.

His adde quod Strabo p. 357 (coll. Pausania 2, 22, 6) in Pisatide ad Cytherium rivulum, qui in Alpheum exit, memorat τὸ τῶν Ἰωνιάδων νυμφῶν ἱερὸν τῶν πεπιστευμένων θεραπεύειν νόσους τοῖς ὕδασι. Dionysius igitur Jaonem e Callimacho, quem non intelligebat, temere arripuit. Melas qui fuerit inter tot Arcadiæ fluviolos, quorum nomina ignoramus, dicere non habeo. An fuit fluvius cui adjacebant Melaneæ in via qua Gortyne itur Heræam? An in Arcadiæ parte boreali et Argolidi propinqua non longe ab Aroanio fluvio quærendum putemus, quoniam Vitruvius 2, 8, 12 narrat Melam et Areuaniam (Aroaniam) Argis ac Trœzene communem coloniam deduxisse in Asiam? ‖ — 417. Versum laudat Eudocia in Violet. p. 439. ‖ — 418. « ἄροσις loco ἄρουρα mutuatus est Noster ab Apollonio 1, 826. 868. » Bernh. Λακώνων] Λυκαώνων *GNbmw*. ‖ — 421. ποτὶ ζέφυρον ἥ τε πρὸς ἠῶ *Hζ*; hoc interpretamentum versui accommodavit *X* scribendo ἀντικρὺ ποτὶ ζέφυρόν τε πρὸς ἠῶ. — ζέφυρον pro ζόφον habet *o*; ἀντικρὺ ζέφυρον (γρ. ποτὶ ζόφον) *d*. — ἠῶ *AB DEFGHKLMNOYXbcdeghikmopqrstxε*, αὐγὰς cett. ‖—422. ἑλκομένη] ἐρχομένη *p* et mgo *Y* var. lect. ap. R. et H. Stephan. τὴν μέν τε] τήν περ τε *ACO*. Cf. Etym. M. p. 708: Σαρωνίς. Εὔφορίων φησίν· ἐπειδὴ Σάρων τις κυνηγὸς ἐπιδιώκων, ἐκεῖθεν κατεχρημνίσθη εἰς θάλασσαν, διὰ τοῦτο Σαρωνικὸν ἐκλήθη τὸ πέλαγος. Διονύσιος ὁ περιηγητής· « τὴν μέν τε Σαρωνίδα κικλήσκουσι. » Strabo p. 335: τινὲς δὲ καὶ τὸν Σαρωνικὸν πόρον πέλαγος ὀνομάζουσι. Cf. supra p. 53 not. ‖ — 423. νέρθε] πρόσθε *ACEGNYXabdehmpquw* marg. *O*; πρό θεμὴν *s*. Vox νέρθε eodem sensu adhibetur quo vs. 336 ὑπένερθε ‖ — 424. θεσπεσίοιο *DGNbceqrtε*; κατέρχεται pro φέρεται cod. ε. ‖ — 425. ἔνθεν] ἔνθα *q*; πότ'] πρῶτ' *Ds*; Ὠρειθίαν *o*, Ὠρείθοιαν *A*. De re cum Nostro facit Apollon. Rhod. 1, 215. De Boreæ ἱερῷ ad Ilissum v. Herodot. 7, 189. Simonides Orithyiam a Brilesso, Chœrilus a Cephissi fontibus abductam esse dixerunt, testante schol. Apoll. Rh. 1, 211. ‖—426. τῷ] τοῖς *BGHEKLe mrζ'*; δ' ἔπι] δὲ *b*; τε] omis. *EGKLNe*; Λοκρῶν *CEFG Ncdeo*; Λοκρόν *f*. ‖—427. τοῖσι] τῇσι *ABEGHKLMNb cdeortζ'* Nicephor.; Μακεδ. *CDGKLQYabεε*. ‖—428. ταῖς] τῆς *GHLXNYbde*. ‖—429. τοῦ] τῶν *Be*; περιρριπήν *B*. ‖—430. ἐκτετάνυσται] ἑστεφάνωται *ABEGHKLMN OXbeghikmoqruwεζ*. « Manifesto hæc diversitatis singularitas e vs. 4 derivata est. » *Bernhardy*. Citat hunc versum Steph. Byz. v. Δωδώνη. Quod τὴν παρήχησιν verborum ἤπειρος, ἀπείριτος attinet, confert Bernhardyus Euripidis versum (fr. 1037 p. 864 ed. Didot): ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐκβαλὼν πόδα. ‖ — 431. τῆς] τοῖς *D*; εἶσι μετὰ] εἰσὶν ὑπὸ *AGKLNQXζe*, nisi quod εἰσὶν deest in *GLNe*, sicut etiam in *br*; *subter* Avien. 591, *sub* Priscian. 445. Cf. Eustath.; ἐπὶ σκοπιήν corr. *d*; ἴδοις σκοπιὴν *q*; Ἀρακίνθου *ACEKLNYdefghkmr*, Ἀρακάνθου *B*, Ἀρακαύθου *M*. « Quod Acarnanes Dionysius silentio prætermisit, haud dubie significavit ad Epirum eos pertinuisse, cujus finibus Romani jusserant Acarnaniam contineri. » Bernhardy. Immo, Acarnaniæ mentio inest verbis ὁμούρων Κεφαλλήνων πτολίεθρα; Cephallenes enim apud Homerum non insulas modo sed Acarnaniam quoque tenuerunt. V. Strabo p. 452. 461. ‖ — 432. πεδίων *s*; μέσου *HMXd oq*, μέσον *f*, μέσσος *Y*; πεδίον· τοῦ δ' δ' αὖ διὰ μέσσον correct. *O*. Vox μέσσου non premenda est. V. not. ad 531. De superiore Acheloi

σύρεται ὁλκὸν ἄγων Ἀχελώιος ἀργυροδίνης,
Τρινακίης ἐπὶ πόντον ἑλισσόμενος διὰ μέσσων
νήσων, ἃς καλέουσιν Ἐχινάδας, ἧσιν ὁμούρων
ἕσπεται ἄλλυδις ἄλλα Κεφαλλήνων πτολίεθρα.
Τῷ δ' ἔπι Φωκὶς ἄρουρα, πρὸς ἀντολίην τε καὶ ἠῶ
ἑλκομένη βορέηνδε κατὰ στόμα Θερμοπυλάων,
Παρνησοῦ νιφόεντος ὑπὸ πτυχί· τῆς διὰ μέσσης
Κηφισοῦ μέγα χεῦμα κατερχόμενον κελαρύζει.
Τῷ πάρα Πυθῶνος θυόεν πέδον, ἧχι δράκοντος
Δελφύνης τριπόδεσσι θεοῦ παρακέκλιται ὁλκός,
ὁλκός, ἀπειρεσίῃσιν ἐπιφρίσσων φολίδεσσι,
νηῷ ἐν ἰμερτῷ, τόθι πολλάκις αὐτὸς Ἀπόλλων,
ἢ ἀπὸ Μιλήτου ἠὲ Κλάρου ἄρτι βεβηκώς,
ἱστάμενος χρυσέης ἀναλύεται ἅμμα φαρέτρης.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἱλήκοι· σὺ δέ μοι, Διὸς, ἔννεπε, Μοῦσα,
νήσων πασάων ἱερὸν πόρον, αἵτ' ἐνὶ πόντῳ
ἀνδράσι ναίονται, τετραμμέναι ἄλλυδις ἄλλαι.
Ἥτοι μὲν κατὰ μέσσον ὑφεσπερίων στηλάων
ἐσχατόωντα Γάδειρα φαείνεται ἀνθρώποισι,
νήσου ἐπ' ἀμφιρύτης, ἐπὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο.
Ἐνθάδε Φοινίκων ἀνδρῶν γένος ἐνναίουσιν,
ἁζόμενοι μεγάλοιο Διὸς γόνον Ἡρακλῆα·
καὶ τὴν μὲν ναετῆρες, ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων
κληζομένην Κοτινοῦσαν, ἐφημίξαντο Γάδειρα.

pervagatur aquas albicantes volvens Achelous,
dum in Trinacriæ pelagus fertur medias
per insulas, quas vocant Echinades; quibus finitimæ
circumcirca Cephallenum civitates sequuntur.
Post hunc Phocis regio ad ortum et auroram conversa,
quæ in boream extenditur ad fauces Thermopylarum,
sub nivalis Parnasi convalles, quam per mediam
ingens Cephisi flumen delabens reboat.
Juxta vero Pythonis ædes odorata, ubi serpentis
Delphynæ spiræ dei tripodem circumvolvuntur,
spiræ plurimis squamis inhorrescentes,
in augusto delubro, ubi sæpenumero ipse Apollo,
quum aut Miletum aut Clarum recens deseruit,
subsistens aureæ pharetræ nervum solvit.

At ille propitius esto; tu vero mihi, Jovis Musa,
omnium insularum sanctum exponas ordinem, quæ in
mari aliorsum aliæ conversa ab hominibus habitantur.

Igitur occiduas inter Columnas mediæ
mortalibus extremæ Gades apparent,
insula in circumflua, ad oceani terminos.
Ibi sedes Phœnicum gens constituit,
qui stirpem magni Jovis Herculem venerantur,
insulamque incolæ, quum ætate superiore
Cotinusa nominaretur, Gades nuncuparunt.

---

parte vocem intelligi voluit Palmerius Gr. Ant. 4, 1. Idem censet Hillius, addens tamen Dionysium fortasse Acarnaniam Ætoliæ nomine comprehendere, quum fœderis Ætolici tempore Acarnaniæ pars ab Ætolis steterit. ‖ — 433. ἄγων omisit *q*; ἀργυροδίνης] Cf. vs. 497; ob albicantem aquæ colorem fluvius nunc *Aspropotamo* (albus fluvius) vocatur. ‖ — 434. Τρινακρίης *LMabfghorwx*, Θρινακίης *GNe*; μέσσων νήσων] νήσων, νήσων *EM*, νήσων μέσσων *Bbnv*. ‖ — 436. Κεφαλήνων *BDFKeoqs*. ‖ — 437. ἠῶ] δύσιν *t*. Non memorat poeta Locros Ozolas, satis habens in orientalis lateris regionibus Locridem recensuisse (v. 426). ‖ — 439. Παρνησσοῦ *BXQ*, Παρνασοῦ *GVaeq* et pr. man. *L*; Παρνασσοῦ *M*; νεφόεντος *i*. ‖ — 440. Κηφισσοῦ codd.; κελαρίζει *Ler*. ‖ — 441. θυόεν] ἱερὸν *Hζ*. ‖ 442. δελφίνης *Ka*, δελφήνης *bdr*. Δελφύνη etiam codex Laurent. Apollonii Rh. 2, 706, Nonnus 13, 28, Apollodor. 1, 6, 3, Tzetzes Exeg. Il. p. 117, 19. Cf. schol. Apollon. l. l., Tzetzes ad Lyc. 208. ‖ — παρακέκλιται] παραπέπταται *BGELMNXbdimqsuw*. ‖ — 444. ἐν ἱμερτῷ] ἐνὶ μεγάλῳ *AHεζ*. Cf. Eustathius. ‖ τόθι] ὅθι *EGQX*. ‖ — 445. Hunc versum post versum 446 ἱστάμενος etc. exhibent *GHEKLNbdrwζ*. ἠὲ Κλάρου] *XY*; ἢ ἐκλάρου *act*, ἢ ἐκλαύρου *s* (manus sec. erasit literam υ), ἢ ἐκ λάρου *C* (correct. ἢ ἐκ Κλ) *q*; ἢ ἐκ Κλάρου cett. Cf. Apollon. Rhod. 1, 307 : οἷος δ' ἐκ νηοῖο θυώδεος εἶσιν Ἀπόλλων | Δῆλον ἀν' ἀγαθέην ἠὲ Κλάρον ἢ ὅγε Πυθώ. ‖ — 446. ἱστάμενον *F*. ‖ — 447. ἰλάκοις *D*. Cf. Apollonius 2, 708, qui, post narratam Delphynes cædem, pergit : Ἱλήκοις· ἀεί τοι, ἄναξ, ἀτιμηται ἔθειραι. — μοι omis. *eoq*; με cod. ε. ‖ — 448. πόρον] χόρον *t*, χῶρον *F*; αἵγ' *Neq*; ἐνὶ] ἐπὶ cod. ζ. ‖ — 449. ναίονται] φαίνονται *ABEGHKLMNOYXU bklmrζ*. ἄλλαι] ἄλλη *BEL*, ἄλλη aut ἄλλῃ *MNObeq*. ‖ 450. μέσον *eqst*, μέσοι *o*; ὑφ' ἑσπ. *GOcdgqr* et pr. m. *e*, ἐφεσπερ. K; ἐφ' ἑσπερ. *Hζ* et sec. m. ε. « Vocem sine dubio Dionysius eodem artificio, unde provenit ὑπερνότιος, exudebat. » *Bernh.* « Κατὰ μέσον] non quidem exacte; insula enim hæc extra Columnas in ipso Oceano est; sed quum columnis vicina sit, hoc poeticæ licentiæ facile condonari potest, præsertim quum alii ita fere locuti sint, ut Mela 3, 6 : *Gades fretum attingit*. Sed videtur Dionysius Eratosthenem imitatus, qui juxta Columnas Erythiam collocat (quam quidem alii eandem cum Gadibus, alii insulam illi proximam faciunt), teste Strabone lib. 3 : Καὶ Ἐρατοσθένης δὲ τὸν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησίδα καλεῖσθαί φησι, καὶ Ἐρύθειαν νῆσον εὐδαίμονα. » *Hillius*. Nonnullos Columnas ad ipsas Gades posuisse constat, quod fortasse hoc loco etiam Dionysio obversabatur, quamquam supra de Columnarum loco aliter statuit. ‖ — 451. ἐσχατόεντα *Yeqt*ε. Cf. Eustathius. ‖ — 452. ἐπ'] ἀπ' *U* Ald.; ἀμφιρρύτης *DFGNX*; ἐπὶ] περὶ *BOYXeghopq*, παρὰ *AHζ*. ‖ — 454. μεγ. Δ. γόνον] υἱὸν Διὸς γόνον *D*, Διὸς υἱὸν μέγαν *C*, μεγάλοιο υἱὸν μέγαν cod. ε'. — Ἡρακλῆα] αἰγιόχοιο *ELNbdr*, γρ. αἰγιόχοιο *Cw*. ‖ — 455. Versum laudat schol. ad v. 10. ‖ — 456. Κοτίνουσαν] Κοτύνουσαν *K*, Κοτινοῦσαν *BQ*, quod si mavis recipe. Meminit hujus loci scholiasta ad Aristoph. Plut. 586, qui sua ex Eustathio habere videtur. Cf. Tzetzes Chil. 8, 715 : καὶ Κοτινοῦσα πόλις δὲ, τὰ Γάδειρα δὲ νῆσος. Hesychius Κοντινοῦσα (deb. Κοτιν.)· τὰ Γάδειρα οὕτω ἐκαλεῖτο. Plinius 4, 36 § 120 : *Timæus Cotinusam ab oleis* (deb. *oleastris*) *vocitatam* ait. ‖ Γυμνάσιαι *C* et

Νῆσοι δ' ἑξείης Γυμνήσιαι· ἄγχι δὲ Βοῦσος,
Σαρδώ τ' εὐρυτάτη καὶ ἐπήρατος εἰν ἁλὶ Κύρνος,
ἣν ῥά τε Κορσίδα φῶτες ἐπιχθόνιοι καλέουσιν·
ὕλη δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσον, ὅσσον ἐκείνη.
Τὴν δὲ μετ' Αἰόλου εἰσὶ περίδρομοι εἰν ἁλὶ νῆσοι,
Αἰόλου Ἱπποτάδαο, φιλοξείνου βασιλῆος,
Αἰόλου, ὃς θνητὰ μετ' ἀνδράσιν ἔλλαχε δῶρα,
κοιρανίην ἀνέμων κλονεόντων θ' ἱσταμένων τε.
Ἑπτὰ δέ οἱ ταί γ' εἰσίν, ἐπώνυμοι ἀνδράσι Πλωταί,
οὕνεκα μέσσον ἔχουσι περίπλοον ἀμφιέλικτον.
Τρινακίη δ' ἐπὶ τῇσιν ὑπὲρ πέδον Αὐσονιήων
ἐκτέταται, πλευρῇσιν ἐπὶ τρισὶν ἑστηκυῖα·
ἄκρα δέ οἱ Πάχυνός τε Πελωρίς τε Λιλύβη τε.

Deinceps sunt insulæ Gymnesiæ; prope has Busus
ac patentissima Sardinia et amabilis in mari Cyrnus,
quam quidem indigenæ homines Corsicam appellant;
silvis autem tantum quantum illa abundat nulla.
Quam post Æoli sequuntur insulæ per mare circum-
Æoli Hippotadæ, hospitalis tyranni, [fusæ,
Æoli, qui spectabilia inter homines munera sortitus est,
ventorum arbitrium, turbentne an componantur.
Eæ sunt autem septem, Plotæ ad homines cognominatæ,
quod intermediam præstant navigationem varia
conversione. Trinacria deinde ultra regionem Ausonum
est porrecta, tribus innixa lateribus.
Capita sunt enim Pachynus et Peloris Lilybeque.

Nicephorus. Cf. Plin. 3, 11 § 77 : *Baliares funda bellicosas Græci Gymnasias dixere.* ‖ — δὲ Βοῦσος] δὲ Βαῦσος *dζ*, δὲ Βοῦσσος *BCXot*; δ' Ἔβουσος Bernhardyus. Apud Strabonem quoque p. 123 omnes codices præbent Βύσος. Similiter in nummis Cabiricis nomen libyphœnicium modo legitur *J-Busim* (אי־בשם), i. e. νῆσος πιτύων, πιτυοῦσσα, modo brevius *Busim*. Forma phœnicia est *brusim*. Hinc explicandum esse quod apud Diodorum 5, 16 legitur Ἔρεσος nomen, utpote a ברוש (βέροσος) ductum, censet Moversius *Phœniz.* t. 2, p. 586 not.; Wesselingius scrib. conjecit Ἔβεσος vel Ἔβουσος ‖ — 458. εὐρυτάτη] Sardinia Timæo aliisque erat maxima insularum maris interni. V. tom. 1, p. 96. ‖ — ἐπήρατος] *ABCDFHKMNOY UXceghloqrt*, Paraphrast., Ald.; ἄπειρος *E*, ἀπείριτος ceteri, probante Bernhardyo. Ut Cyrnum ἐπήρατον Dionysius, sic Sardiniam Callimachus in Del. 21 ἱμερόεσσαν dicit. ‖ — 459. Κορσίκαν varia lectio apud Eustathium. ‖ — 460. τόσσον *G*, ἐκείνης *HOζ*. Cf. Callimachus hymn. in Apoll. 42 : τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων. ‖ 462. Ἱπποτάδεω *C*, φιλοξένου *Ud* Ald. ‖ — 464. κοιρανέειν var. lect. ap. R. et H. Stephanos; κλονεόντων] τῶν ἀέντων *oε*. Hunc versum omisit *q*. ‖ — 465. δέ οἱ] δέ τοι *ABLKOre*.— ταί γ'] ταί δ' *NXe* et supr.scr. *O*; μετώνυμοι *e*.—Πλωταί] Apud Homer. Odyss. 10, 3 Æolus Hippotades habitasse dicitur πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ. Similiter Apollonius Rhodius Hieram, unam ex Æoli insulis, Hephæsti officinam, πλαγκτὴν, vel, si fides esset scholiis Florentinis, πλωτὴν dixit, id est *natantem*, sicut Nili insulam quandam πλωτὴν dixit Herodotus 2, 156. Hinc igitur profectus Dionysius, nescio quem auctorem secutus, septem Æoli insulas, quas posterior ætas agnovit, Πλωτὰς vocari dicit, sicut Apollonius Rhodius 2, 296 canit : Στροφάδας δὲ μετακλείουσ' ἄνθρωποι Νήσους τοῖο γ' ἔκητι, πάρος Πλωτὰς καλέοντες (cf. Plin. 4, 19 § 55). Ceterum Πλωτὴν vocem varium in modum Homeri interpretes explicarunt. Eustathius ad Hom. p. 1644, 47 : Πλωτὴ ἢ κατά τι κύριον ὄνομα ἢ ἡ κειμένη ἐν πλεομένοις τόποις καὶ διὰ τοῦτο γνωριζομένοις· κατ' ἄλλους δὲ φράσαι ἡ προσπλεομένη ὑπ' ἀνθρώπων· ἢ ἄλλως ἡ περιπλεομένη κύκλῳ καὶ μὴ κατὰ τὰς ἄλλας οὖσα πλήρης ὑφάλων πετρῶν. Ἀρίσταρχος δὲ, φασί, πλωτὴν λέγει φορητὴν καὶ οἷον περιφερομένην ἢ συνεχείᾳ σεισμῶν ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν ὡς ποτὲ μὲν ἐν δεξιοῖς ὁρᾶσθαι μέρεσι, ποτὲ δὲ ἐν ἀριστεροῖς, ὁποῖον δή τι καὶ περὶ Δήλου ἱστόρηται. Ex his quænam probaverit Dionysius, liquet e vs. 466. Similiter schol. Apollon. l. l. Πλωτὰς esse dicit τὰς περιπλεομένας. Inepta sane hæc explicatio, nihil tamen video cur a Dionysio alienam et versum 466 a grammatico quodam additum esse cum Bernhardyo putemus. ‖ — 466. μέσσον] μέσον *Ddqs*. Insulas illas septem intermedio spatio satis amplo separari dicit, ut singulæ possint circumnavigari. περίπλοκον *Hζ*. ‖ — 467. Τρινακρίη. *EXbdghklmorw*, Τρινακίνη *C*. ‖ τῇσιν] τοῖσιν *CDc*; ἐπὶ πέδον *q* et *e*, cujus margo ὑπὲρ. ‖ Αὐσωνήων *D*, Αὐσονίων *H*. ‖ — 468. τρισσῇσιν ἐπὶ πλευραῖς *BM*; τρισσῇσιν etiam in *edeoq*. Varietas procul dubio petita e vs. 242, monente Bernhardyo. ‖ ἑστηυῖα *Ac*, ἑστακυῖα *e*. ‖ — 469. ἄκρη *N e*, ἄκρῃ *q*. In Πάχυνος media corripitur etiam v. 471, sed recte producitur vs. 86; Λιλύβη τε] Λιβύη τε (mgo Λιλύβη τε) *r*, Λιβύη omisso τε *b* (margo Λιβύη τε). Vitiosam scripturam produnt etiam quæ leguntur in Etym. M. p. 659, 51 : Πελωρίς, νῆσος ἢ τόπος. Διονύσιος ὁ Περιηγητής : γραφεται δὲ [δι' ο]μικρόν, ὡς τὸ « Ἄκρα δέ οἱ Πάχυνος Πελορίς τε Λύβη τε ». Καὶ [δι' ω] μέγα, ὡς τὸ Ἠνεμόεσσα Πελωρὶς ἐς Αὐσονίην ὄρωσα. » Ad quæ Sylburgius : « Si Πελορίς o brevi legendum sit, talis quæpiam requiritur lectio : Πελορίς τ' αἰπεῖα Λύβη τε, vel potius additione in primo hemistichio facta : ἄκρα δέ οἱ τελέθει Πάχυνος, Πελορίς τε Λύβη τε. » Bernhardyus vero ita habet : « Alii via probabiliore censent hæc e vitiosa scriptura ortum cepisse; equidem ob ipsam orationis indiligentiam non tam pravam scriptionem vel potius monstrum lectionis huc arcessiverim, sed arbitror imperitam male feriati grammatici manum, quæ passim in utilissimo Lexicographi labore grassabatur, emendationem licentiæ quam Periegetes sibi sumsit tentasse. Neque enim Spohnium prorsus videtur ratio fefellisse, dum talem verborum collationem inde colligit exstitisse : ἄκρα δέ οἱ Πελορίς τε Πάχυνός τε Λιλύβη τε : suo enim merito Πάχυνος potuit criticum turbare, ut quod media correpta, Dionysium modo unum excipiamus et utrumque Romanum interpretem, in Græcia Latioque fuerit inauditum. » At si ita res haberet, quidni tum etiam versum 471 grammaticus ille correxit; et cur quis versum in voce Πάχυνος corrigendum putaverit pessumdando vocem Πελωρίς? Quare vitiosam potius scripturam subesse loco Etymologici

Ἀλλ' ἤτοι Λιλύβη μὲν ἐπὶ ριπὴν ζεφύροιο
εἰσανέχει, Πάχυνος δὲ πρὸς αὐγάς, αὐτὰρ ἐπ' ἄρκ-
ηνεμόεσσα Πελωρὶς, ἐς Αὐσονίην ὁρόωσα. [τους
Τῆς μὲν πρὸς βορέην ὁλοὴ ναύτῃσι κέλευθος,
στεινή τε σκολιή τε καὶ ἄσχετος, ᾗχι θάλασσα
συρομένη μακρῇσι περιβρέμεται σπιλάδεσσιν,
Ἀονίῳ τμηθεῖσα πολυγλώχινι σιδήρῳ.
Πρὸς δὲ νότον Λιβυκός τε πόρος καὶ Σύρτιδος ἀρχὴ
τῆς ἑτέρης· ἑτέρην δ' ἂν ἴδοις προτέρωσε περήσας,
ἑσπερίην· τῆς πρόσθε δύω νησῖδες ἔασι,
Μῆνιγξ καὶ Κέρκινναι, Λιβυστικὸν ὅρμον ἔχουσαι.
Ἀλλ' ὁπότ' Ἀδριάδος σκαιὸν πόρον ἀμφιτρίτης
εἰσελάσῃς ἐπὶ νηός, Ἰηπυγίην ἐπὶ γαῖαν,
δήεις ἰφθίμου Διομήδεος αὐτίκα νῆσον,
ἔνθ' ἥρως ἀφίκανε, χαλεψαμένης Ἀφροδίτης,
ὁππότε τριλλίστων μετεκίαθεν ἔθνος Ἰβήρων,

Quorum Lilybe ad favonii flatum exposita est,
Pachynus ad ortum, at versus septentriones
ventosa Pelcris in Ausoniam spectat.
Jam in aquilonem nautis adest iter periculosum,
angustum et obliquum atque intractabile, ubi mare
protractum altos ad scopulos remugit
Aonio scissum multas cuspides habente ferro.
In austrum vero est Libycum mare et Syrtis principium
alterius; alteram autem ulterius evectus conspicias
occiduam; cui duæ imminent insulæ,
Meninx et Cercinna, portu Libyco instructæ.
Verum quum sinistram Adriatici maris viam
nave eris ingressus in Iapygiam terram conversus,
fortis Diomedis insulam extemplo deprehendes,
quo heros advenit, irata Venere,
quum gentem Iberum adiret multum exoptatorum,

---

ego quoque censeo. Num forma Λιλύβη (לִלְבִי i. e. versus Libyes. V. Bochart. Geogr. Sacr. p. 507, Movers *Phœniz.* t. 2, p. 333) apud alios scriptores occurrat, quæro. Apud Apollonium Rhod. 4, 919 ἄκρα Λιλυβήις. ‖ —470. ἐπιρριπὴν *Beq*, ὑπερριπὴν, *NC;* supra scriptum ὑπαὶ ριπήν, in *CY*. ‖ —471. ὑπ' ἄρκτους *H*. ‖ —472. ἐς] πρὸς codex ε. ‖ —473. τῆς μὲν πρὸς] τῆς πρὸς μὲν *YU* et Ald.; τῆς μὲν πρὸς μὲν X. ‖ 474. — σκολιή] δολιχὴ edit. Antev.; ἄσχετος] ἄπλετος margo *Oζ*. ‖ —475. περισύρεται *Hζ*. Abstinet Dionysius, quantumvis poeta, a Scyllæ Charybdisque nominibus. ‖ —476. Ἀονίῳ] Cf. Callimachus in Del. 31 : ἄορι τριγλώχινι, τὸ οἱ Τελχῖνες ἔτευξαν, νήσους εἰναλίας εἰργάζετο (Neptunus). Aonia sive Bœotia principem deum coluit Neptunum; Etym. M. p. 547, 17 : ἡ Βοιωτία ὅλη ἱερὰ Ποσειδῶνος. Quare nummi Bœotiæ Neptunum cum tridente exhibent (V. Eckhel. D. N. I, 1, p. 197), fabulisque Neptunus prædicatur pater Aonis (Statius Theb. 1, 34 ibique schol.) et Bœoti (Corinna ap. Herodian. π. μον. λεξ. p. 164 ed. Lehrs, Euphorion ap. Steph. Byz. v. Βοιωτία etc.). Itaque Bœotorum deum gestare tridentem e ferro Aonio fabricatum consentaneum est; quæritur autem cur in freti Siculi descriptione Dionysius *Aonii* tridentis meminerit. Ni fallor, Bœoti, quemadmodum in Japygiam (in qua Hyria oppida et Orionem montem novimus V. tom. 1 p. 23 not.) migrasse dicuntur, sic etiam ad fretum Siculum consedisse ferebantur, de quo Bœoticas fabulas jam Hesiodus novit. Certe Diodorus (4, 85), varias de freto Siculo sententias proferens, ex Hesiodo narrat fretum inter Siciliam et Italiam intercedens, quum olim latius fuisset, coarctatum esse ab Orione, notissimo heroe Bœotiæ, quem nonnulli Neptuno natum esse ferebant. Hunc enim Hesiodus narravit προσχῶσαι τὸ κατὰ τὴν Πελωρίδα κείμενον ἀκρωτήριον καὶ τὸ τέμενος τοῦ Ποσειδῶνος κατασκευάσαι, τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφερόντως. Eundem Orionem Zanclo regi portum exstruxisse Diodorus, prodit. Minoris momenti est Pelori nomen in Bœotiæ fabulis recurrere, ubi Pelorus est unus Spartorum. De Ποσειδωνίῳ ad fretum posito v. Strabo p. 257 (213, 47 ed. Didot). ‖ —478. ἑτέραν *X ceoq;* περάσας *q*. E regione Siciliæ sita est Syrtis minor, cui Meninx et Cercina insulæ sunt appositæ. Dionysius vero perperam ita loquitur quasi Siciliæ objecta esset Syrtis major, a qua versus occasum ad minorem progrediendum foret. Errorem poetæ Wernsdorfius ad Avien. v. 644 tollere voluit corrigendo : ἑτέρην δ' ἂν ἴδοις προτέρωσε (versus ortum) περήσας. Ἑσπερίης δὴ πρόσθε etc., quod recte repudiarunt Spohnius et Bernhardyus. Avienus vocem ἑσπερίης non expressit. ‖ —479. πρόσθεν *bo*, δύο *KLX boeqζ*; ἔασιν *K*. ‖ —480. Μῆνιξ *BDGKMNUegnqwζ*; Κέρκινα *AKcegmq*, Κέρκυνα *hk*, Κέρκυννα corr. *dn;* ἔχουσα *e*. ‖ —481. ὁπότ' ἂν Ἀδρ. *d*. ‖ —482. εἰσελάσῃς] *BEFUbdefnqt*, εἰσελάσεις *CDGHQX* ceterique, ut videtur. Ἰαπυγίαν *d;* ἐπὶ γαῖαν] ἐπὶ γαῖας cod ε; μετὰ πέτρην *BHKk* schol., μετὰ πέτραν cod. ζ (supra scripto ἐπὶ γαῖαν). Scholiasta : πέτραν δέ φησι τὴν Λευκήν· τῆς γὰρ Ἰαπυγίας ἐστὶ χώρας, quibus innuit Japygium sive Salentinum promontorium (*Capo di Leuca*), ad quod τὰ Λευκά oppidum unus, quantum sciam, Strabo p. 281 memorat. Inde ab hoc promontorio auctor lectionis μετὰ πέτρην initium maris Adriatici posuisse videtur, quamvis ida Dionysii mente alienum esse patet ex vs. 91. Brunkius pro ἐπὶ γαῖαν fort. παρὰ γαῖαν legendum esse suspicabatur. Contra quem Bernhardyus : « Omnia recte habent, modo a consuetis poetarum formulis ἐπὶ γῆν, ἐπὶ θάλασσαν, hunc usum fluxisse statuas : nam litorales cursus per oram Japygiam prætervehentium significari conspicuum est. » ‖ — « Auctor noster cum Stephano, Mela 2, 7, Solino c. 8, unicam Diomedis insulam nominat; Strabo duas, quarum alteram cultam, alteram desertam esse refert; Ptolemæus quinque numerat, quem numerum exstare, si quæ scopuli potius quam insulæ formam repræsentant, annumeres, testatur Ortelius. » *Hillius* ‖ — 485. τριλλίστων] τριλίστων *blm*, τρίλιστον *D*, τριληίστων *C*, τηλίστων *AG*, de qua lectione etiam Eustathius monuit; ποιλίστων, supra scripto τριλίστων, cod. ζ. Fortunatissimas regiones extremæ Europæ occiduæ veteres vindicasse constat. Cf. Strabo p. 150: ὁ τοίνυν ποιητὴς τὰς τοσαύτας στρατείας ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς

ἧς ἁλόχου βουλῇσι κακόφρονος Αἰγιαλείης.
Ἐξείης δὲ πόροιο πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο
Ἀψύρτου νήσων ἀναφαίνεται ἄσπετος ὁλκός,
τάς ποτε Κόλχων υἷες ἐπέδραμον, εὖτ' ἐμόγησαν
ἴχνια μαστεύοντες ἀλήμονος Αἰητίνης.
Ἐξείης δ' ἐπὶ τῇσι Λιβυρνίδες ἐρρίζωνται.
Πρὸς δὲ νότον μετὰ δρυμὰ Κεραύνια νηὶ θεούσῃ
νῆσοί κεν φαίνοιντο περαιόθεν Ἀμπρακιήων
καὶ λιπαρὴ Κέρκυρα, φίλον πέδον Ἀλκινόοιο.
Τῇ δ' ἔπι Νηρικίης Ἰθάκης ἕδος ἐστήρικται,
νήσων τ' ἀλλάων, ὅσσας τ' ἀπὸ Χαλκίδος ἕρπων

conjugis propter insidias, Ægialeæ infestæ.
Deinde in hoc mari versus ortum solis
Apsyrtidum insularum apparet tractus ingens,
quas olim Colchorum manus invasit, quum defecissent
in vestigiis profugæ Æetinæ indagandis.
Post has deinceps Liburnicæ exstant.
In austrum vero post Ceraunios saltus navi currenti
insulæ ex ulteriore comparebunt Ambraciensium,
nitidaque Corcyra, dilectum Alcinoi solum.
Post hanc Ithacæ Nericiæ sedes est fixa,
aliarumque insularum, quotquot Chalcide delapsus

Ἰβηρίας ἱστορηκὼς, πυνθανόμενος δὲ καὶ πλοῦτον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς (οἱ γὰρ Φοινίκες ἐδήλουν τοῦτο), ἐνταῦθα τὸν τῶν εὐσεβῶν ἔπλασε χῶρον καὶ τὸ Ἠλύσιον πεδίον. Diomedem in Hispaniam profectum esse tradit Silius Italicus 3, 367; 16, 369. Fortasse *Tyden*, Callaicæ in Hispania castellum, quod Grajorum esse opus Plinius 4, 34, 112 refert (sicut in eadem regione Amphilochos urbem ab Amphiarai filio conditam Strabo memorat) ad Diomedem Tydidem fabulas retulisse suspicatur Bernhardyus. Cf. schol. Ven. Hom. Il. 5, 412 : ὅθεν αὐτὸν (Diomedem) φυγόντα φασὶν ἥκειν εἰς Ἰβηρίαν, κἀκεῖ, ὡς μέν τινες, δολοφονηθῆναι ὑπὸ Δαύνου τοῦ βασιλέως, in quibus Ἰβηρίαν natum est ex Ἑσπερίαν quod in scholiis Didymi legitur. Scholia codicis Lipsiensis pro Ἰβηρίαν exhibent Καλαβρίαν. Ceterum e Νόστων scriptoribus iter istud Diomedis Ibericum vix fluxerit; sed seriores quidam Diomedem ex Ἑσπερίᾳ Italia transduxisse videntur in Ἑσπερίαν Iberiam; idque tanto facilius fieri potuit, quum in ipsis illis Italiæ inferioris regionibus, quas Diomedes adiisse fertur, etiam Siculi sive Sicani habitarent, quos Iberes genere esse Thucydides, Philistus, Ephorus, alii tradiderunt. Porro quum Iberia apud priscos historicos usque ad Rhodanum pertineret, atque Celtici populi Iberum nomine comprehenderentur (quod ipsum in Sicanos Iberos cadere videtur, quos reapse Celtas fuisse probabiliter Grotefendius statuit), vel Veneti-Galli, ad quos Diomedes venisse fertur, Iberes vocari poterant. ‖ — 486. βουλαῖσι *eq*; ἠελίοιο] ἰονίοιο *EKLX*, ἰωνίοιο *Hζ*. Eandem lectionem etiam Priscianus 515 et Avienus 653 exprimunt. Fortassis recte; certe quæ contra monet Bernhardyus, levioris sunt momenti. Ceterum quum v. 481 legerimus Ἀδριάδος σκαιὸν πόρον, hoc loco nescio an fuerit δεξιτεροῦ δὲ πόροιο; certe illud ἔξείης δὲ πόροιο male habet. ‖ — 488. Ἀψύρτων, suprascripto.. ου, *E*. ‖ — 489. ἃς ποτὲ *A*. ‖ — 490. ἀλήμονος Αἰη. ἴχνια μαστ. *C*. ἀλήμονος] αἰήμονος *o*; Ἀλήτιδος *L* et var. lect. ap. Rob. Steph., quam recepit H. Stephanus. Cf. Etym. M. p. 62, 4 : Ἀλῆτις· τινὲς τὴν Ἐριγόνην, τὴν Ἰκαρίου θυγατέρα, ὅτι πανταχοῦ ζητοῦσα τὸν πατέρα ἠλᾶτο· οἱ δὲ Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας φασίν· οἱ δὲ τὴν Μαλεώτου τοῦ Τυρρηνίου θυγατέρα, οἱ δὲ τὴν Μήδειαν, ὅτι μετὰ τὸν φόνον τῶν παίδων πρὸς Αἰγέα κατέφυγεν ἀλητεύσασα. ‖ — 491. τῇσι] τοῖσι *CNbcdeoqt* Ald.; Λεβυρνίδες *f*., ἐρίζωνται *H*, ἐρίζονται *e*, ὀρίζονται *q*. ‖ — 493. μὲν φαίνονται *o*; φαίνονται etiam *ADbcmte*; κεν omis. *s*; Ἀμβρακ. *EMNOYXo*, Ἀμβρακιήνων mgo *b*. ‖ — 494. Κέρκυρα] Hæc ex ordine ante insulas Ambraciotis objectas recensenda erat. ‖ — 495. τῇ] ᾗ *B*, τῆς *s*; Νηρικίης *e*, Νηρικῆς *F*, legi voluerunt Salmasius ad Solin. p. 504, Hillius, Wassius ad Thuc. 3, 96, Oberlinus ad Vib. Seq. p. 341. Scilicet Νήρικον esse Leucaden Ambraciæ urbem, Νήριτον vero Ithacæ montem, neque hæc nomina esse confundenda docet Strabo. Confudit vero Plinius 4, 2, 5, qui « *Oppidum Leucas*, inquit, *olim Neritum dictum;* Dionysius aut item confudit, aut Ithacam Νηρικίην simili modo dicit, quo Cephalleniam aliasque insulas dixit νήσους Ἀμπρακιήων. V. Eustathius. Cf. Stephanus v. Νήρικος. Subtilius quiddam excogitavit Bernhardyus : « Cum Laertes (ap. Hom. Od. ω, 377) in eo quod Nericum oppresserit cum manu Cephallenum glorietur, Dionysio non indignam, cujus verba non debeamus ad trutinam ponderare, feremus eam sententiam, ut imperium Ithacensium leni quadam ac dilutiore significatione existimemus describi. » ‖ — ἕδος] omis. *D*; πέδον *C*; ἔθος *F*. ‖ — 496. ἄλλων *DF*. Laudat hunc versum Stephanus Byz. v. Χαλκίς. Tetigit Eustathius ad Il. β, p. 279, 12. Fontes Acheloi prope vicum esse qui nunc *Khaliki* vocatur, id autem nomen ex Χαλκίς corruptum videri, præeunte Leakio, monet vir doctus (E. H. B) in Lexico Geogr. ed. Smith. s. v. Achelous. Quæ quidem veri simillima est sententia, quamquam de ista Chalcide aliunde non constat. Veteres interpretes Chalcidem Dionysii censent montem vel urbem esse quæ ad Ætoliæ oram maritimam sita erant. In qua sententia primum hoc offendit quod fluvius maximus a monte vel oppido maritimo serpere dicitur inepte, deinde vero quod Chalcis mons (hodie *Varassova*) ad Acheloum nihil pertinet; situs enim est ad ripam orientalem Eueni fluvii. Restat ut dicas Dionysium geographorum quorundam auctoritate, qui Chalcidem ad Acheloum false collocassent, fuisse deceptum, idque suadere Strabonem p. 359, qui Artemidorum prodat Chalcidem sive Chalciam posuisse μεταξὺ τοῦ Ἀχελῴου καὶ τῆς Πλευρῶνος. At ne hinc quidem multum profeceris. Nam qui apud Strabonem l. l. exhibetur Ætoliæ paraplus, dubium non est quin ex Artemidoro petitus sit. Jam vero in hoc paraplo post Acheloum versus orientem primo memoratur Euenus, tum Chalcis sive Chalcias mons, tum Pleuron et Halicyrna et Calydon oppida, tum Taphiassus mons. Recte igitur in his quoque Chalcis ab oriente Eueni ponitur, falso autem deinceps

δίνῃς ἀργυρέῃς Ἀχελώιος ἀμφὶς ἑλίσσει.
Πολλαὶ δ' Ἀμνισοῖο βορειότεραι δρόωνται,
Αἴγιλά τ' ἠδὲ Κύθηρα Καλαύριά τε τρηχεῖα·
Κάρπαθος αὖθ' ἑτέρωθι ποτὶ ζόφον· ἐγγύθι δ' αὖ-
Κρήτη τιμήεσσα, Διὸς μεγάλοιο τιθήνη, [τῆς
πολλή τε λιπαρή τε καὶ εὔβοτος, ἧς ὕπερ Ἴδη,
Ἴδη, καλλικόμοισιν ὑπὸ δρυσὶ τηλεθόωσα
καὶ τῆς τοι μέγεθος περιώσιον. Ἄντα δὲ πέζης
Αἰγυπτίης Ῥόδος ἐστὶν, Ἰηλυσίων πέδον ἀνδρῶν

argenteis vorticibus Achelous circumfluit.
Multæ vero ab Amniso versus boream sitæ spectantur, Ægila et Cythera et aspera Calauria; Carpathus quoque ab altera parte versus brumalem tractum spectat; huic vicina Creta venerabilis, magni Jovis nutrix, vasta pinguisque et pascuis dives, super quam Ida, Ida pulcherrima quercuum coma florens.
Et istius quidem ingens magnitudo. Contra oram autem Ægyptiam Rhodus est, Ialysiorum patria.

---

memorantur Pleuron et Halicyrna et Calydon, quæ ab Eueno versus occasum sita erant. Quare Palmerius pro μεταξὺ Ἀχελῴου καὶ τῆς Πλευρῶνος legi voluit μεταξὺ Εὐήνου κ. τ. Πλ., Kramerus vero ea quæ de Chalcide inter Pleuronem et Acheloum sita leguntur, Dionysii nostri auctoritate defendi posse opinans, verba quibus Pleuron et Alicyrna et Calydon præter ordinem geographicum memorentur, transponenda esse putavit. Quorum neutrum admiserim. Immo ita statuendum videtur, ut Strabo, neglectis quæ de Pleuronis positione Artemidorus falsa tradidit, ad hoc solummodo attenderit, Chalcidem apud Artemidorum esse ab occasu Pleuronis, ideoque inter Pleuronem et Acheloum poni. ‖ — 497. Cf. vs. 433. ἀμφιελίσσει *Qcl*, ἀμφελίσσει corr. *d* Ald., ἀμαὶς ἑλισσει *q*. ‖ — 498. Ægila et Cythera et Calauria insulæ Laconiæ et Argolidi objectæ sunt, idque moniturum fuisse poetam exspectabas; is vero situm earum ab Amniso, Cretæ fluviolo et oppidulo, quod Cnossi navale erat, definire maluit, dicens insulas istas ab Amniso boream versus esse, addensque ab altera parte (ab orientali Amnisi parte) versus boream exstare Carpathum insulam, ab hac autem non longe abesse Cretam. Qua quidem narrationis dispositione ineptius quidpiam excogitari vix potuit. An fortassis Amnisum non Cretæ fluvium Cnossique navale, sed Δίαν νῆσον (hodie *Stan Dia*) ei objectam, intellexit? Ἀμνισοῖο] Ἀμνησοῖο *ALNObeq*, Ἀμνισσοῖο *m*. De Amniso vide quæ laudavimus tom. 1, p. 514, § 348, ubi adde Nonnum 8, 115 et 13, 251. ‖ — 499. Αἴγιλα] Αἴγυλα *ABDEGKMNOYRX*, Αἴγηλα *o*, Αἴγυλος *w*; Ἄργυλα *p*. *Ægila* Plinius 4, 19 § 57, *Ægilia*, *Æglia*, *Eglia* codices Plinii 4, 22 § 65, ubi *Ægila* reposuit Silligius, monente Meinekio qui Αἴγιλα reposuit apud Stephan. Byz. s. v. Αἰγιλία. Ibi enim quod codices habent : Ἔστι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου Αἰγιάλεια (leg. Αἴγιλα), ὁ οἰκήτωρ Αἰγίλιος ὡς Κυθήριος, mendo laborare docet forma nominis gentilis. Simili corruptione apud Plutarchum in Cleomen. c. 31 et 32 olim legebatur Αἰγιαλίαν et Αἰγιαλῶν, quod in Αἴγιλα et Αἰγίλων mutavit Corayus. Apud Melam 2, 7, 11 codices habent *Ægina*, *Egina*, *Egyna*, quod in *Ægilia* mutavit Tzschukkius, mutandum vero est in *Ægila*. Idem valet de Scylace § 113 (t. 1 p. 96), ubi codex habet Αἴγινα, cujus loco editores scripserunt Αἰγιλία; idem denique cadit in Ptolemæum 3, 14, p. 242, 12, ubi codices Αἴγύλα et Ἔπλα (ortum ex Ἔγιλα) præbent, Willbergius Αἰγιλία dedit. Pro τὰ Αἴγιλα formam τὸ Αἴγιλον habet schol. Theocrit. Id. 1, 147 : Καὶ Λακωνικὸν χωρίον Αἴγιλον· τινὲς δ' ὅτι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Λακωνικῆς οὕτω λεγομένη. — ἡ Κύθειρα *G*. ‖ — Καλαύριά] Καλαυρία *B*, Καλαβρία *CTXUdhk*; τραχεῖα *beqmq*. ‖ — 500. Apud Stephanum v. Κάρπαθος versus hunc in modum legitur : Κάρπαθος αὖτ' ἐπὶ τῇσι (τοῖσι v. l.) ποτὶ ζόφον. Pro αὖθ' codex Rhedig. et *Xc* αὖ; ἑτέρωθε *AH*, ἑτέρωθεν *coq.*; ποτὶ ζόφον] ποτὶ νότον *EGLUbN eqw* Ald., πρὸς δύσιν *HZ*. Vocem ζόφον de *occasu* interpretabatur vel πρὸς δύσιν legebat Avienus 672 : *hæc tamen* (Carpathus) *axem respicit occiduum*. At Carpathus a Creta est versus ortum boreamque, quod his expressit Priscianus 526 : *Ad radios vergit sed Carpathus*, quibus subesse lectionem πρὸς αὐγὰς immerito suspicabantur Stephanus et Brunkius. Denique Papius et Hillius ante ποτὶ vocem interpungendum esse censuerunt, adeo ut ποτὶ ζόφον ἔγγυθι αὐτῆς significaret : *ad occasum vero prope Carpathum Creta est*. Quibus omnibus facile caremus, recteque Bernhardyus monet nihil obstare, quin ποτὶ ζόφον cum veteribus Homeri interpretibus, quos Strabo sequebatur p. 454 sq., in obscuram septentrionis designationem pertrahamus. Vide scholiastam. ‖ — Vs. 501-511 recentior manus in *x* supplevit. τιθήνη] Cf. Apollonius Rh. 4, 540 : Μάκριν τ' εἰσαφίκανε, Διωνύσοιο τιθήνην. Pindar. Pyth. 1, 20 : Αἴτνα χιόνος τιθήνα. ‖ — 502. πολλὴ καὶ *KLNcm*, πολλὴ κέν *BGHZ*; λιπαρή etc.] Cf. Callimach. in Del. 16, ubi Cos insula dicitur λιπαρή τε καὶ εὔβοτος. ‖ — 503. ὑπαὶ *Y* et corr. *bfu* Ald.; θηλεθάουσα *H*. ‖ — 505. Αἰγυπτίης] De hac vocabuli ratione metrica in versu heroico v. Spitzner de vers. her. p. 190; ἴλησίων *C*; πέδον] ἔδος *CDFNUXefghioqμx*, γένος *BEMOZdn*. ‖ — Vs. 506-512 in editionibus et in codicibus plurimis alio leguntur ordine, quem a Dionysio alienum esse atque grammaticis deberi facile intelligitur. Quam ego exhibui versuum seriem præbent Avienus et Priscianus et codices *BCEMOdns*. Huic autem enarrationi insignis inest error geographicus, quum Chelidoniæ insulæ a Cypro versus ortum sitæ esse dicantur. Quo intellecto, grammatici mutando versuum ordine σφάλμα poetæ ad veram geographiam traducere instituerunt. Ἐνταῦθα ψεύδεται, scholiasta inquit; τῆς γὰρ Κύπρου οὐδὲ μία νῆσος ἀνατολικωτέρα κεῖται. Δῆλον ὡς ὑπεδείξαμεν ἀναστρέψαι τοὺς στίχους πρὸς τὸ σημαινόμενον. Transposuerunt igitur versus ita ut ordo sit : 510, 511 (Chelidoniæ); 508, 509 (Cyprus); 512 (Aradus); 506, 507 (Salamis et Ægina). Perturbatus hic ordo est in *GKNew*, ubi hunc in modum versus se excipiunt : 510. 506. 507. 511. 508. 509. 512; ceterum in *e*, sicut etiam in *EMd*, numeris adscriptis ordo

Πρόσθε δὲ Σουνιάδος κορυφῆς, ἐφύπερθεν Ἀβάντων,
φαίνονται Σαλαμίς τε καὶ Αἰγίνης πτολίεθρον.
Κύπρος δ' εἰς αὐγὰς Παμφυλίου ἔνδοθι κόλπου
κλύζετ', ἐπήρατον ἄστυ Διωναίης Ἀφροδίτης·
Τὴν δὲ μέτ' ἀντολίηνδε Χελιδόνιαι γεγάασι
τρεῖς νῆσοι μεγάλης Παταρηίδος ἔνδοθεν ἄκρης.
ἄγχι δὲ Φοινίκης Ἄραδος μεγάλῳ ἐνὶ πόντῳ.
Θηητὸς δέ τίς ἐστι βαθὺς πόρος Αἰγαίοιο,
ἐντὸς ἔχων ἑκάτερθεν ἀπειρεσίων στίχα νήσων,
ὅσσον ἐπὶ στεινωπὸν ὕδωρ Ἀθαμαντίδος Ἕλλης,
Σηστὸς ὅπη καὶ Ἄβυδος ἐναντίον ὅρμον ἔθεντο.
Εὐρώπης δ' αἱ μὲν λαιῆς ὑπὸ νεύματι χειρὸς
ῥώονθ' ἑξείης, Ἀσίης δ' ἐπὶ δεξιὰ κεῖνται,
μῆκος ἐπ' ἀρκτῴοιο τιταινόμεναι βορέαο.
Εὐρώπης δ' ἤτοι μὲν Ἀβαντιὰς ἔπλετο Μάκρις,
Σκῦρός τ' ἠνεμόεσσα καὶ αἰπεινὴ Πεπάρηθος·
ἔνθεν καὶ Λῆμνος, κραναὸν πέδον Ἡφαίστοιο,
πέπταται, ὠγυγίη τε Θάσος, Δημήτερος ἀκτή,
Ἴμβρος, Θρηικίη τε Σάμος, Κορυβάντιον ἄστυ.
Αἳ δ' Ἀσίης πρώτην αἶσαν λάχον, ἀμφὶς ἑοῦσαι

At ante Sunium caput, ultra Abantes,
Salamis Æginæque oppidum apparent.
Cyprus vero ad ortum in Pamphyliorum sinu
alluitur, amœna civitas Veneris Dionææ.
Post hanc versus orientem Chelidoniæ
tres insulæ, magnum intra Patarense promontorium.
Juxta vero Phœnicen Aradus magno in mari.
Conspicuus autem est altus Ægæi cursus,
utrinque multiplicem insularum seriem complexus,
usque ad angustum Helles Athamantidis fretum,
ubi Sestus et Abydus ex adverso stationem posuerunt.
Europæ adscribuntur quæ ad lævæ manus nutum
continuæ sunt stabilitæ; Asiæ quæ ad dextram jacent,
longitudine ad septentrionalem boream porrectæ.
Ad Europam igitur Abantias Macris refertur,
ventisque petita Scyrus et celsa Peparethus.
Inde etiam Lemnus, confragosum Vulcani solum,
protenditur, et prisca Thasus, Cereris arvum,
Imbrusque et Samothrace, Corybantum civitas.
At quæ Asiæ primam stationem tenent, circumfusæ

versuum, quem grammatici dederunt, indicatur. In codice *f* versus 508 et 509, quibus de Cypro insula agitur, post versum 514 inseruntur inepte. Jam ut ad Dionysium revertar, ex opinione qua poeta Cyprum ab occasu Chelidoniarum positam esse putabat, alius pendet error quo sinum Issicum, qui Cypro ab oriente æstivo objectus est, usque fere ad insulas Chelidonias pertinere putavit (v. 128). Causam erroris ex vitiosa tabula quam ob oculos poeta habuerit, repetere licet. Omnino enim situs insularum in veterum tabulis negligentius indicatos esse e Ptolemæi tabulis abunde constat. At fieri etiam potuit ut Chelidonias insulas tres confuderit auctor cum Clidibus insulis, quæ Cypro ab oriente adjacent tres majores totidemque minores, quamquam Strabo duas tantum, Plinius autem quattuor esse produnt. ‖ — 506. ἐφύπερθεν] ὑπένερθεν *EHζ*, ὑπάνερθεν cum gl. ὑπεράνωθεν *d*. Cf. 97. 423. ‖ — 508. Παμφυλίου... κόλπου] Fort. leg. πόντου, quum crebra sit harum vocum confusio (sicut paullo post vs. 512). Sin minus, Π. κόλπος vox latiori sensu pro πόντος usurpatur. Pamphylium mare totus ille maris tractus vocabatur qui inter Rhodum et Cyprum interjectus est. Pamphylius sinus, qui proprie dicitur, a Dionysio v. 128, ubi de maris interni sinibus sermo est, non memoratur, sed pars est sinus Issici. ‖ — 509. κλύζεται *CFeqst*; ἐπήρατος αἶα *A*. Cf. v. 124, ubi Samothrace insula vocatur Κορυβάντιον ἄστυ. Similiter Εὔβοια πόλις ab Euripide et alia ab aliis poetis et declamatoribus dici in vulgus constat. ‖ — 510. τὴν] τῆς *r*; ἀντολίην τε cod. ζ; ἀντολίην, omisso δὲ, *b*; γεγάασσι *be* et correct. *BQ*. ‖ — 511. τρεῖς] Sic etiam Strabo p. 406 et Plinius 5, 35. 9, 85; δύο sec. Scylacem § 100 et Stephan. v. Χελιδόνιαι; rectius πέντε sec. Ptolemæum 5, 3 p. 326 ed. Wilberg. V. not. in t. 1, p. 74. ‖ — 512. πόντῳ] κόλπῳ *ABEGHXbdefikmnpx*. ‖ — 514. ἑκατέρωθεν *U* et fortasse *b*, — ἀπειρεσίον *c*. ‖ — 516. Laudat versum Stephanus v. Ἄβυδοι. ὅπη] ὅπου *Cachoq*, ὁμοῦ *D*, ὅποι cod. ε. ‖ — 517. νεύμασι *Do*, Ald., Paraphr. ‖ — 518. ῥώονθ'] ῥόονθ' *DGd*, ῥωουθ' suprascripto ῥόονθ' *o*, ῥωάνθ' suprascripto ῥωόνθ' *E*, ῥόων θ' *e*, ῥόον cod. ε, ὁρμῶνθ' *Q* et editt. ante Bernh. « Istud autem ῥώονται, quod glossatores ὁρμῶνται interpretantur (v. Hesychius locis aliquammultis), non vice versa, rariorem obtinuit usum quam ῥιζοῦσθαι, quod in insulis mari nixis ac radicitus defixis poni solet. Ac fieri potest ut Dionysius locutionem elegantissimam χορὸν ῥώσασθαι (Hom. h. Ven. 262) expresserit » BERNHARDY. Cf. Steph. Thes. v. ῥώω p. 2462. ‖ ῥώονθ', ἑξείης δ' Ἀσίης ἐπὶ *X*. ‖ — 519. μῆκος δ' ἐπ' *beg*, μῆκος τ' ἐπ' *C*; τιταινόμενος *d*, τιταινόμενοι cod ε. ‖ — 520. ἤτοι δ' Εὐρώπης μὲν Ἀβ. cod. *A*. ‖ — 521. Σκύρος *e*, Σκύρρος *Co*; ἠνεμόεσσα] « Similiter ἀνεμώδεα insulam vocavit Sophocles Scyriis fr. 1. » BERNH. Πεπάρυθος *D*. ‖ — 522. Ἐνθ' ἔνι (ἐνὶ *m*) καὶ *CDKcfmoqtx*; ἔνθ' ἄρα καὶ *O*. ‖ — 523. Versum laudant Etym. M. p. 820, 39 v. Ὦγυγος et Eudocia Violar. p. 438. τε om. *q*. ‖ — ἀκτή] ἀκτὶν *Gbw*. De Thasi fertilitate et proventibus v. Athenæus p. 28. 29. 32. 129. 364, Virgil. Georg. 2, 91, Plin. 14, 16. Λιπαρὴν Θάσον dixit Theocrit. Epigr. 9, 3. Cf. Movers *Phœn.* t. 2, p. 277. Cereris effigies in numo ap. Eckhel. D. N. 1, 2, p. 54. Pausanias 10, 28 : Κλεόβοιαν δὲ εἰς Θάσον τὰ ὄργια τῆς Δήμητρος πρώτην ἐνεγκεῖν ἐκ Πάρου. Cf. Homer. h. in Cer. 496. ‖ — 524. Κυρβάντιον *ABEFMbego*, item *C*, suprascripto Κορυβ.; Κυραβάντιον *c*, Κρυβάντιον *D*. Fieri potest ut Κυρβ. genuina sit lectio. ‖ — 525. ἑοῦσαι] *ABCDEFGHKMNOYXabcdeopqt*; ἕλουσαι cod. ε, quod ortum esse ex ἔχουσαι, sicut Paraphr. legisse videtur, censet Brunkius; ἰοῦσαι reliqui codd. et editt. Cyclades a Dionysio Asiæ attribuuntur. Quod idem, licet minus perspicue, fecisse Agatharchidem p. 3 non recte censet Bernhardyus. Dicit Agatharchides : Ἀσία δὲ (sc. ἐκλήθη) ἀπὸ τοῦ ἄσσον εἶναι τοῖς ἀπ' Εὐρώπης ἀπιοῦσι καὶ πεζῇ καὶ νήσοις στιχηδὸν κειμένοις, ὧν Εὔ-

Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσί·
ῥύσια δ' Ἀπόλλωνι χοροὺς ἀνάγουσιν ἅπασαι,
ἱσταμένου γλυκεροῦ νέον εἶαρος, εὖτ' ἐν ὄρεσσιν
ἀνθρώπων ἀπάνευθε κυεῖ λιγύφωνος ἀηδών.
Νῆσοι δ' ἐξείης Σποράδες περιπαμφανόωσιν,
οἷον ὅτ' ἀνεφέλοιο δι' ἠέρος εἴδεται ἄστρα,
ὑγρὰ νέφη κραιπνοῖο βιησαμένου βορέαο.
Ταῖς δ' ἔπι νῆσοι ἔασιν Ἰωνίδες· ἔνθα δὲ Καῦνος

Delum ambiunt ac nomen Cycladum acceperunt;
quæ omnes Apollini pro salute choreas celebrant,
dulci vere recens ineunte, quum in montibus
ab hominibus remota parit vocalis luscinia.
Deinceps autem insulæ Sporades resplendent,
ut quum serenum per cœlum astra cernuntur,
humidas nubes ubi citatus aquilo superavit.
Has insulæ Ionum subsequuntur, inter quas Caunus

δοια, Ἄνδρος, Τῆνος, Μύκονος, Ἰκαρία, Σάμος, Μυκάλη. Quorum postrema indicant viam brevissimam, quibus ab Europa in Asiam per insulas transitus, sive τὸ διάφραγμα εὐθὺ κατ' ὀρθόν, de quo vide tom. 1, p. 94. Quod Bernhardyus voluit, inesse verbis Agathemeri nequit. Provinciam insularum Vespasianus instituit, testante Sexto Rufo in Breviar. c. 10. Id tamen quominus credat Bernhardyus Plinii auctoritatem (18, 57) obstare dicit. At loco citato, quo Cyclades juxta Asiæ insulæ memorantur, non geographum agit Plinius; geographicos autem libros Plinius, qui ingens opus suum an. 77 absolvit, ante primos Vespasiani imp. annos scribere vix potuit, certe scriptos ab eo esse ante constitutam a Vespasiano insularum provinciam inde liquet, quod Plinius Samum, sicut Rhodum, *liberam* esse dicit (5, 37, 135), cui libertatem a Vespasiano ademtam fuisse scimus e Suetonio Vespas. c. 8: *Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, libertate ademta, item Thraciam, Ciliciam et Comagenen., ditionis regiæ usque ad id tempus, in provinciarum formam redegit.* Quo quidem loco Rhodi et Sami nominibus ipsam istam quam Sextus Rufus dicit *insularum provinciam* indicari dubitari nequit. Præsidem insularum usque ad Gratiani et Valentis tempora in Rhodo plerumque sedem habuisse constat (V. Wesseling. ad Hieroclem p. 685; Theodos. Cod. lib. 6; de off. rect. prov. 1, 40). Diocletiani constitutio ad Diogenem Insularum Præsidem exstat in Theod. Cod. 5, 3, 22. Deinde insularum provinciam, tanquam unam ex Asianis provinciis, novimus e Not. Dign. p. 7. et 45 ed. Bœcking (quem v. in not. p. 145), et ex Hierocle p. 130; eadem *Cycladum provinciæ* nomine inter XII Asiæ provincias recensetur in Notitia prov. et apud Anonymum in Descript. totius mundi p. 270 ed. Gronov., qui insularum numerum fuisse dicit quinquaginta trium, sub uno judice constitutarum. Jam quum maximæ harum insularum Asiæ adjacerent, caputque earum Rhodus esset, totam hanc provinciam jam inde a Vespasiano Asiæ adscriptam fuisse consentaneum est et Dionysii loco aliquo modo confirmatur. ‖ — 526. Laudat versum Stephanus B. v. Δῆλος ex eoque Constantinus De them. 1, 17. ἐκύκλωσαν *bd*, κυκλώσαντο *G*; ὄνομα *oq*. ‖ — 527. Citatur versus in Etym. M. v. ῥύσια. De re cf. Homer. Hymn. Apoll. 147, Thucyd. 3, 104, Bœckh. *Abhdl. der Berlin. Akad.* 1834, p. 1 sqq. ‖ — 528. ἱσταμένου] *ABCGHLMNOYXbdeimpuwζ*, Eust., Paraphr.; ἀρχομένου cett. codd. et editt. Cf. Homer. Il. τ, 519: χλωρῆις ἀηδὼν | καλὸν ἀείδησεν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο. ‖ —529. κύῃ *BDMζ*; λιγύφθογγος *DFQζ* aliique codd. et editt. ante Bernhardyum. ‖ — 530. ἐπιπαμφαίνουσιν *CHdζ* mgo *O*. ‖ —531. ἀννεφέλοιο *ABQ*, οἷον ὅταν νεφέλοιο *Fb*. ‖ —532. νέφη] νεφέλη *e*; βιασαμένου *DFoqt*, βιασσ. *c*. ‖ —533. ταῖς] τῆς (voluit τῇς) *o*; ἔνθα δὲ] ἐνθάδε *CEGKN*, ἔνθα τε *DHYζ*, ἔνθα καὶ *f*; Καῦνος] Κῶνος *C* et corr. *G*, Κάμνος *f*, Κῶος *oqpx* mgo *e*. Quum præter Samum et Chium multæ sint notissimæque insulæ Ionicæ, miraris obscuram istam a Dionysio afferri Caunum; cujus nominis quum urbem quidem Caricam, nullam vero insulam interpretes nossent, Καῦνον nomen corruptum esse [sicut ap. Strabon. p. 44 pro Γαῦδον et p. 446 pro Κῦνον omnes codices præbent Καῦνον] putantes, varias prompserunt suspiciones. Sic, ut hanc unam afferam, Hillius pro Καῦνος legendum proposuit Κάλυμνα aut Κῶος; (quorum illud violentius, hoc probandum putari posset, modo pro Κῶος (quod de insula dici nequit) poneres Κώως (Chœrobosc. in Bekk. An. p. 1176: Λέγεται καὶ Κώως διὰ δύω ω, καὶ Κόως). At Cos insula non ionica, sed dorica; Caunii vero Cariæ, etsi, Strabone teste, Carice loquebantur et e Creta oriundi erant (Caunum Cretæ Stephanus memorat), tamen a poeta nostro Iones dici poterant eodem jure quo Apollonius Rhodius ἐν Καύνου κτίσει (ap. Parthen. Erot. c. 11; v. Fr. H. tom. 4, p. 335) de Cauno, *Mileti* filio urbisque conditore, cecinit:

ἔνθ' ἤτοι πτολίεθρον ἐδείματο πρῶτος Ἰώνων.

Huc accedit quod prope urbem Caunum insulam aliquam cognominem fuisse colligas ex Hegesandro Delpho, ex cujus Commentariis Athenæus 14, p. 620, F (Fr. H. tom. 4, p. 416) inter alia hæc narrat: Πάτροκλος οὖν ὁ τοῦ Πτολεμαίου (Philadelphi) στρατηγὸς ἐν Καύνῳ τῇ νήσῳ λαβὼν αὐτὸν (Sotadem τὸν κιναιδολόγον), καὶ εἰς μολυβδῆν κεραμίδα ἐμβαλὼν καὶ ἀναγαγὼν εἰς τὸ πέλαγος κατεπόντισεν. Ipsa Caunus urbs triginta fere stadia a mari remota in ruinis superest, quæ prope hodiernam *Dalian* sita sunt inter oram maritimam et *Kaidches* paludem. Ab urbe versus meridiem centum et amplius stadia aberat portus qui in Stadiasmo maris Magni § 262 (t. 1, p. 495) Καυνίων πάνορμος vocatur. Situs erat juxta Calbin fluvium (*Doloman Tchai*). Portui vero objacet insula nunc *Papas nisi* dicta. Aut hæc est Caunus insula, aut ea quæ versus occasum a Cauno urbe centum fere stadia dissita est et a Plinio *proxuma Cauno Rodussa*, in Stadiasmi codice Ῥώπουσα, nunc *Linosa* vocatur. Proxime autem post hanc insulam in Stadiasmo memoratur *Samus* locus aliunde non cognitus. Sponte hinc nascitur suspicio Dionysium, misellum geographum, qui ex Alexandrinorum laciniis sua corradere solet, quum

καὶ Σάμος ἱμερόεσσα, Πελασγίδος ἔδρανον Ἥρης,
καὶ Χίος ἠλιβάτοιο Πελινναίου ὑπὸ πέζαν.
Κεῖθεν δ' Αἰολίδων ἀναφαίνεται οὔρεα νήσων,
Λέσβου τ' εὐρυχόροιο καὶ ἱμερτῆς Τενέδοιο.
Κεῖθι Μέλας καὶ κόλπος ἐφ' Ἑλλήσποντον ἵησιν
ἀφρὸν ἐρευγόμενος· βορέην δ' ἐπὶ πολλὸν ἰόντι
πέπταται ἔνθα καὶ ἔνθα Προποντίδος οἶδμα θαλάσσης.
Ἔστι δέ τις καὶ σκαιὸν ὑπὲρ πόρον Εὐξείνοιο
ἄντα Βορυσθένεος μεγαλώνυμος εἰν ἁλὶ νῆσος
ἡρώων· Λευκὴν μιν ἐπωνυμίην καλέουσιν,
οὕνεκά οἱ τὰ πάρεστι κινώπετα λευκὰ τέτυκται·
κεῖθι δ' Ἀχιλλῆός τε καὶ ἡρώων φάτις ἄλλων
ψυχὰς εἰλίσσεσθαι ἐρημαίας ἀνὰ βήσσας·
τοῦτο δ' ἀριστήεσσι Διὸς πάρα δῶρον ὀπηδεῖ
ἀντ' ἀρετῆς· ἀρετὴ γὰρ ἀκήρατον ἔλλαχε τιμήν.
Κιμμέριον δ' ἄρα τοι διὰ Βόσπορον ἰθὺς ἰόντι
ἄλλη ἀπειρεσίη νῆσος πέλει, ἥ ῥά τε λίμνης
ἔνδοθι δεξιτερῇ Μαιώτιδος ἐστήρικται·
ἧς ἔπι Φαιναγόρη τε καὶ εὔκτιτος Ἑρμώνασσα,

et Samus amœna, Pelasgicæ Junonis sedes,
et Chius sub excelsi Pelinnæi radices
Inde montes Æolicarum insularum conspiciuntur,
Lesbi spatiosæ jucundæque Tenedi.
Ibidem Melas quoque sinus ad Hellespontum vadit
spumam eructans. Longius boream versus tendenti
hinc et inde maris Propontidis unda se dilatat.
Est autem supra lævam Euxini partem,
Borystheni opposita celeberrima quædam maris insula,
heroibus sacra, cujus nomen Leucen dixerunt,
quoniam quæ in ea versantur bestiæ, albæ sunt.
Illic Achillis aliorumque heroum animas
obtinet fama valles per desertas errare :
tale enim munus principibus viris ab Jove concessum
pro virtute; nam virtus immortalem nacta honorem.
Quodsi Bosporum Cimmerium recta transiveris,
alia exsistit insula amplissima, quæ intra paludem
Mæotidem dextrorsum est constituta;
in qua Phænagora et præclara Hermonassæ sedes,

Samum et Caunum Rhodiæ Perææ alicubi conjunctim memorari meminisset, Caunum in mare Ægæum juxta Samum Ionicam transposuisse. Cujusmodi ineptias a Nostro minime alienas esse compluribus jam exemplis constat. ‖ — 534. Πελαγίδος *F;* ἔδανον *o.* De re cf. Wieseler in *Pauly's Realencycl.* s. v. *Juno* p. 540. Dunker *Gesch. des Alterthums.* tom. 3, p. 22. ‖ — 535. Hunc versum respicit Eustathius ad Od. γ, p. 1462, 32 Rom. Πελιννα[ου] Πελληνα[ου] *BCEGMNO QUYXa bdeiklp.* Ald. Paraphr. *Pelinæ* Avienus 714, Παλαιναίου *q,* Πελληναίου codd. Stephan. s. v. Χῖος (ubi Dionysii versus laudatur) et v. Πέλιννα; utroque loco Meineke scripsit Πελιννα[ου. Strabo p. 645 Πελιναῖον ὄρος. Cf. var. lect. ap. Plin. 5, 38 § 391 : *Pellenæum, Pillinæum, Pelinnæum, Pelineum,* ubi Sillig de suo dedit *Pelinnæum.* Hesych.: Πελιννα[ῖος ὁ Ζεὺς ἐν Χίῳ. Eadem varietas occurrit in nomine urbis Thessalicæ. Dionysius quid scripserit, neque codicum auctoritate neque aliunde facile diremeris. Πελιννα[ων (Thessaliæ) exhibet numus ap. Clarke *Travels* t. 7 p. 54, laudante Bernhardyo, at Πελη[ων habet numus ap. Eckhel. D. N. 1, 2, p. 146. Ante Bernhardyum edebatur ἠλιβάτου (sic *te*) Πελληναίου. ‖ —536. κεῖθεν] κεῖσε *C.* — δ' omis. *Ude* Ald.; Αἰολίδων deest in *F:* ἀναφαίνονται *C* et Eustath. Cf. v. 186; παραφαίνεται *GLbem.* ‖ — 537. εὐρυχώροιο *ACDGNbdoqe* Ald. ‖ — 538. Μέλας] μέγας *o;* καὶ omis. *Hoζ,* κεν *Nq,* τε *d* Ald.; κόλπος] πόντος *Hζ* et mgo *e;* ἐφ'] ὑφ' *D,* ἀμφ' *C.* ἵησιν *CKLMNO,* et, sec. Bernhardyum, alii codd. nonnulli, idque dederunt R. Stephanus, Brunk., Bernhardyus; ἵησιν cett. codd. Melas sinus (*golfe de Saros*) πόντος vocatur apud Lucianum Advers. indoctum c. 11 (t. 3, p. 109 ed. Reisk.) et apud Apollonium Rhodium 1, 922 : Κεῖθεν (e Samothrace) δ' εἰρεσίῃ Μέλανος διὰ βένθεα πόντου ἰέμενοι τῇ μὲν Θρῃκῶν χθόνα, τῇ δὲ περαίην Ἴμβρον ἔχων καθύπερθε, ubi scholiasta : Μέλας πόντος οὕτω λεγόμενος ὡς ἱστορεῖ Εὔδοξος ἐν δ' γῆς περιόδου... Ὅτι δὲ οὕτω λέγεται καὶ Ὅμηρος (Il. 24, 79) : [Μεσηγὺς δὲ Σάμου (i. e. Σαμοθράκης) τε καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης] ἔνθορε (Iris) Μείλανι πόντῳ· [ἐπεστονάχησε δὲ λίμνη]. Ne tamen πόντον lectionem in Dionysium inferamus, codicum rationes impediunt. Ceterum « Melanem sinum parum subtiliter fecit in Hellespontum diffundi, quem Ægæi maris intercapedo distinuit. Accurate descripsit eum Oppianus Halieut. 4, 515 sqq. » Bernhard. At nihil poeta dixit quod a vetere thalassographia alienum sit. Nimirum Ἑλλήσποντος οὐχ ὁμολογεῖται παρὰ πᾶσιν ὁ αὐτός· οἱ μὲν γὰρ ὅλην τὴν Προποντίδα καλοῦσιν Ἑλλήσποντον, οἱ δὲ μέρος τῆς Προποντίδος τὸ ἐντὸς Περίνθου· οἱ δὲ, προσλαμβάνουσι καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης τῆς πρὸς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος καὶ τὸν Μέλανα κόλπον ἀνεῳγμένης κτλ. Quæ verba sunt Strabonis (lib. 7 fragm. Vat. 57, p. 284 ed. Didot). ‖ — 539. βορέην δ'] βορέη δ' vel βορέῃ δ' *ABFEMOYchζ'* et pr. man. *E.* ‖ — 541. δέ τις] δέ τοι *FNq* et sec. manu. *C.* δέ τι *o;* μεγαλώνυμος] *ABEGHKLMOXYXbdeckmpζ,* schol., paraphr.; ceteri codd. et editt. πολυώνυμος. Leucen ante Borysthenis ostium sitam esse parum accurate Dionysius tradit cum Pomponio Mela 2, 7, 2, Plinio 4, 27 et Ptolemæo 3, 10. Ceterum vide quæ de hac insula notavimus tom. 1, p. 397. ‖ — 543. ἐπωνυμίαν *CDt.* ‖ —544. πάρεστι] τά περ ἔστι *BCOYUcq* Ald., τά πέρ ἐστι *Ec;* hoc si malis, nihil refragor. Respicit locum Tzetzes ad Lyc. 188. ‖ — 545. τε omis. *EGHKLbζ.* ‖ — 546. εἰρημιαίας *H,* ἐρημιαίας cod. ζ; βήσας *b.* ‖ — 547. ἀριστήεσι *C,* ὀπηδεῖ *Qeq;* δῶρον ὀπηδεῖ Διὸς πάρα *D.* ‖ — 548. ἐπήρατον *BEGHLOUY Xbdegiζ,* Ald.; in *E* supra scr. ἀκήρατον. Dein ἔλαχε *CDEFGL.* ‖ — 549. δ' ἄρα τοι] δέ κέ τοι *CDFGcot*ε; δὲ καί τοι *q.* διὰ Βοσπ.] ἀνὰ Βοσπ. *DEGHNYbdegm.* Κιμμέριον δὲ ἀνὰ Β. *Hζ.* ἰθὺς ἰόντι] εὐθὺς ἰόντι *EFGKL NYQX,* ἰθύνοντι mgo ζ; εὐθὺς ἰόντι σοι *q.* ‖ — 550. ἄλλη *c;* ἀπειρεσία *d.* — 551. δεξιτερὴ *BXceio,* manu sec. *C;* δεξιτερῆς *CEKNbfgm.* ‖ — 552. ἔπι] ἔνι *AGb*

ἔνθα τε ναιετάουσιν Ἰωνίδος ἔκγονοι αἴης.
Αἵδε μὲν ἀνθρώποισιν ἀγακλέες εἰν ἁλὶ νῆσοι·
ἄλλαι δ' Ὠκεανοῖο παρὰ ῥόον ἑστεφάνωνται·
τάων δ' ἂν περίσημον ἐγὼ θέσιν ἐξενέποιμι,
ὁπποτέρου τ' ἀνέμοιο παρὰ σφυρόν ἐστιν ἑκάστη.
Ἥτοι μὲν ναίουσι βοοτρόφον ἀμφ' Ἐρύθειαν

quas habitant Ionicæ regionis alumni.
Hi sunt igitur maris insulæ apud homines celebres;
aliæ autem oceani fluentis sunt circumjectæ,
quarum ego situm perspicue declarabo,
et utrius venti ad pedes quæque pertineat.
Jam circa Erythiam, boum nutricem,

(at mgo e ἔπι); Φεναγώρη *C*, εὔκτιστος *Nbcoq*; Ἑρμώνασα *CH*. ‖ 553. ἔνθα δὲ *O*; γαίης *Y*. De re Bernhardyus ita habet: « *Tauricam Chersonesum*, quam Eustathius interpretatione haud operosa composuit, Hillius negavit ad hanc orationem quadrare, quoniam et in sinistro *Mæotidis* latere et in adversa Taurorum parte civitates quas poeta dicit floruerint; unde peninsulam potius significari collegit ad dextrum Bospori ac paludis porrectam. Tanti scilicet optimo viro fuit sapere, quem tum verba Melæ ambigua 1, 19, 15 fefellerant cum Is. Vossio, tum vere parum percepta ratio sermonis in errorem abduxit. Nam ἔνδοθι hic quoque (cf. v. 508) extremitatem eam peninsulæ declarat, quæ Mæotidem tanquam in anguli loco subjuncta concludat: nisi forte Tauricam in media palude potuisse collocari censebis. Deinde vero quod δεξιτερῇ præter locorum naturam inferri videtur, illud prorsus ad ἐστήρικται respicit, utpote ab ambitu maris terræque Cimmeriæ compositione petitum, nauticis rationibus neglectis; unde repugnantia tollitur, si quam huic cum superioribus vss. 158 sqq. intercedere statueris, qui quidem navigationis per Pontum instituendæ proprietatem enarrabant: nempe priore loco maris descriptio, hic insularum situs atque ordo nativus agebatur. His confectis ἧς ἔπι ad λίμνης Μαιώτιδος redire quivis sponte intelligit. Argumenti summam ipsamque sententiam eximie Strabo p. 495 adumbravit, qui Phanagoriam mercatoribus, cum ex Mæotide barbarisque ulterioribus adveherentur, Panticapæum a mari delatis emporium præstitisse tradit; neque reprehensionem ille meruit Mannerti t. 4, p. 328. » Hæc Bernhardyus, quem etiam nunc operosam hanc et contortulam explicationem probaturum esse haud facile crediderim. Quomodo rem sibi informaverit Dionysius, in propatulo est. Nimirum insula, quæ Bosporum ineunti ad dextram sita est et Phanagoriam et Hermonassam continebat, ea est quam Strabo p. 494 formari dicit Mæotide palude et Corocondamitide lacu et Anticite sive Hypanis brachiis duobus: Ἐμβάλλει δὲ εἰς τὴν λίμνην (τὴν Κορακονδαμῖτιν) ἀπορρώξ τις τοῦ Ἀντικείτου ποταμοῦ, καὶ ποιεῖ νῆσον περίκλυστόν τινα ταύτῃ τε τῇ λίμνῃ καὶ τῇ Μαιώτιδι καὶ τῷ ποταμῷ· τινὲς δὲ τοῦτον τὸν πόταμον Ὕπανιν προσαγορεύουσι. Eo tantum Strabo a Dionysio differt, quod in insula illa Phanagoriam et Cepos collocat, Hermonassam autem trans Hypanin in Sindica positam esse putat. Eandem insulam indicat Alexander Polyhistor, ex quo Steph. Byz. v. Ὕπανις refert: ὅτι ὁ Ὕπανις διχῇ σχιζόμενος τὸ μὲν ἓν μέρος εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην βάλλει, τὸ δὲ ἕτερον εἰς τὸν Πόντον. Idem tradidit Mela 1, 19, 15, cujus verba a viris doctis varie tentata hunc in modum corrigo: *Obliqua tunc regio et in latum modice patens, inter Pontum Paludemque ad Bosporum excurrit: quam duobus alveis in lacum Corocondamam et in mare profluens Hypanis insulam reddit.* Codices: *In lacum et in mare profluens Corocondamam* (varia lectio: *Coroconda, Corocondam, Corocondame*) *pæne insulam reddit.* Nimirum quum *Hypanis insulam* in *pæne insulam* abiisset, et tamen fluvii nomen flagitaretur, quidam *Corocondamam* vocem vel immutatam in accusativo casu, vel in nominativum detortam, ita transposuerunt, ut fluminis vicem ageret. Cf. Ammianum Marcellin. 32, 8, 30: *Ex cujus* (Mæotidis) *uberrimis venis per Patares* (lego *Patrais* vel *Patræi* vel *Patrasis;* Πατραέως sec. Strab. p. 494, Πατράσεως sec. Hecat.) *angustias undarum magnitudo prorumpit in Pontum; cujus in dextro* (Ammianus e Mæotide descendens deb. *in sinistro*) *latere insulæ sunt Phænagorus* (lege *Phanagoru*, Φαναγόρου Scylax § 72) *et Hermonasa, studio constructæ Græcorum.* Similiter duas insulas memorat Stephanus v. Τάυρικη : Τῇ δὲ Ταυρικῇ δύο παράκεινται νῆσοι Φαναγόρα καὶ Ἑρμώνασσα. Cf. idem v. Φαναγόρεια et Ἑρμώνασσα, quo posteriore loco Dionysii mentio fit. Ceterum hæc veterum geographorum doctrina mancam longinquarum istarum regionum cognitionem arguit. Nihil de insula Phanagoriæ habet Ptolemæus, qui in Bosporo et Mæotide unam Alopeciam insulam Tanai objectam memorat. Hanc rerum adornationem quidam Dionysium correcturus in poema nostrum intulit scribendo:

ἄλλη Ἀλωπεκίη νῆσος πέλει κτλ.
ἣ ἔπι Φαιναγόρη κτλ.

Quod expressit Priscianus 562:

Cernitur huic dextra vastæ Mæotidis unda
insula mole gravi stans, Alopecea lata
post quam Phænagoren Hermonassamque nepotes
egregiæ quondam coluerunt gentis Ionum.

Monuit de hac re Letronnius ad Dicuili librum p. 156. ‖ — 555. ἄλλαι] ἄλλας *A*; παρὰ ῥόον] παράρροον *BNbc*, περίροον *A*, περὶ ῥόον *oq* et mgo *e*, παρρόον *F*, παραὶ ῥόον afferunt R. et H. Stephanus. ‖ — 556. περίσημον] περίδηλον *q*. ‖ — 557. ὁπποτέρου] ὁπποίου *ENXeiζ*, ὁποίου *HLdw*.—τ' omis. *q*; δ' Ald. παρὰ] περὶ *gho*. σφυρὸν] Eustathius: σφυρὸν ἤγουν πόδα ἀνέμου λέγει τὴν βάσιν ὅ ἐστι τὸν τόπον καὶ τὴν θέσιν ὅθεν πνέει. Quum h. l. non nisi duos ventos distinguat poeta, borealem terræ et oceani partem australi opponere videtur. ‖ — 558. ναίουσιν *Hζ*, ναιετάουσι *D*; βουτρόφον cod. ε, βιότροφον *c*, βιοτρόφον var. lect. ap. Stephan., βοητρόφον *q*; Ἐρύθυιαν *q*. De situ Erythiæ insulæ, quam Hercules in Solis poculo (cujus fingendi ansam dedit ὁ γαῦλος, Phœnicium navigium, ut Moversius censet in *Phœnizische, Alterth.* tom. 3, p. 161.) adiisse ferebatur, apud Hesiodum (Theog. 296. 983) nihil traditur. Panyasin de Erythia laudant Athenæus

Ἄτλαντος περὶ χεῦμα θεοῦδέες Αἰθιοπῆες,
ὄφρα Μακροβίων υἱῆες ἀμύμονες, οἵ ποθ' ἵκοντο
Γηρυόνος μετὰ πότμον ἀγήνορος· αὐτὰρ ὑπ' ἄκρην

per Atlantis undam habitant pii Æthiopes,
Macrobiorum genus sanctissimum, qui olim advenerunt
post obitum fortis Geryonis. At sub promontorium

p. 469, D et Macrobius Sat. 5, 21, quorum hic, nescio an ex ipso Panyasi, *insulam Hispaniæ* esse dicit. Similiter Stesichorus ap. Strabon. p. 148 Geryonem natum canit σχεδὸν ἀντιπέρας κλεινᾶς Ἐρυθείας, Ταρτησσοῦ παρὰ παγάς. (Cf. quod ibidem ex Eratosthene Strabo refert τὴν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησσίδα καλεῖσθαι καὶ Ἐρύθειαν, νῆσον εὐδαίμονα, quod improbavit Artemidorus.) Hecatæus quidem (fr. 349 ex Arrian. Exp. 2, 16) ut Herculis in Erythiam Oceani insulam iter negavit, sic ipsam etiam insulam negasse videtur, quemadmodum Pseudaristoteles quoque (Mirab. c. 145) contendit ἐν τοῖς κατὰ Λιβύην καὶ Ἰβηρίαν τόποις οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα λέγεσθαι τῆς Ἐρυθείας. Sed paucis hoc probatum fuisse videtur. Sec. Strabon. p. 148 : Ἔοικασι οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὰ Γάδειρα καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους Ἐρύθειαν, in quibus vereor ne mendum lateat scribendumque sit : τὰ Γάδειρα ἢ τὴν πρὸς αὐτὴν νῆσον, sicuti p. 169 legimus : Ἐρύθειαν τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης (ut Apollodorus 2, 5, 10, 1 et Joan. Pediasimus. De Herc. labor. c. 10 p. 352, 28 ed. Westerm.),... ἄλλοι δὲ τὴν παραβεβλημένην ταύτῃ τῇ πόλει νῆσον, ποριθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην (Cf. p. 269). Posterius hoc ex Ephoro et Philistide etiam Plinius 4, 36, 120 tradit : *Ab eo latere quo Hispaniam spectat* (Gadis) *passibus fere centum altera insula est longa, III m. p. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit; vocatur ab Ephoro et Philistide Erythia, a Timæo et Sileno Aphrodisia, ab indigenis Junonis... Erythia dicta est quoniam Tyrii aborigines eorum orti ab Erythro mari ferebantur.* Cf. Stephan. Byz. : Ἀφροδισιὰς νῆσος, πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων. Herodotus 4, 8 : Ἐρύθειαν τὴν πρὸς Γαδείροισι τοῖς ἔξω Ἡρακλείων στηλῶν ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ. Scylax § 2 : νῆσοι δύο, ὄνομα Γάδειρα, quarum insularum alteram esse Erythiam e Plinii loco colligitur. Avienus Or. Mar. 315 : *Hinc Erythra est insula Diffusa glebam, et juris olim Punici : Habuere primo quippe eam Carthaginis Priscæ coloni interfluoque scinditur Ad continentem quinque per stadia modo Erythea ab arce, qua diei occasus est; Veneri marinæ consecrata est insula* etc. Ab horum autem testium consensu recedunt Mela 3, 6, 2, qui *In Lusitania*, inquit, *Erythia est, quam Gorgonæ habitatam accepimus*, et in contrariam partem abiens Ptolemæus (4, 1, 16), qui Erythiam ad meridionalem Maurusiæ partem, infra Herculis promontorium et juxta Surigam urbem (*Souira* s. *Mogador*) ponit, adeo ut hodierna *Mogador* insula intelligenda sit. Alios quoque complures Erythiam in ora Libyca collocasse eo indicari mihi videtur, quod ista scopulorum tænia, quam nonnulli ab Hermæo Libyæ promontorio ad Sacrum promontorium Iberiæ pertinere fabulabantur (v. Scylax § 112, p. 92), a quibusdam vocabatur *Herculis via*, quippe quam Hercules straverit *iter ut pateret facile captivo gregi* (Avienus Or. m. 325, qui testem laudat Euctemonem Amphipolitanum). Ejusmodi autem de situ Erythiæ sententiam etiam Dionysii nostri fuisse, ex Æthiopum mentione non improbabiliter collegit Hillius; et quum Æthiopes isti *Macrobii* dicantur, quorum vitam beatam veteres prædicant, Bernhardyus Erythiam a poeta inter Fortunatas insulas relatam esse censet. De Æthiopum in boreales Libyæ partes migrationibus ex Ephoro Strabo refert p. 33 : λέγεσθαι... ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων Αἰθίοπας τὴν Λιβύην ἐπελθόντας μέχρι δύσεως (μέχρι Δυρέως, i. e. usque ad Dyrin sive Atlantem, conjeci in not. ad Strabonem. Possis etiam : μέχρι [Ἀφρο]δισίας) τοὺς μὲν αὐτοῦ μεῖναι, τοὺς δὲ καὶ τῆς παραλίας κατασχεῖν πολλήν. His adde quod ex eodem haud dubie Ephoro Scymnus Chius, quem vocant, de Erythia tradit (v. 158, G. Min. t. 1, p. 200) : προσεσπερίους δ' Αἰθίοπας οἰκήτας ἔχειν Λέγουσιν αὐτήν, γενομένης ἀποικίας. Nihilominus vero Scymnus Erythiam non Libycam ad oram ponit, sed cum plurimis prope Gades sitam esse statuit. Quare etiam apud Dionysium ex Æthiopum mentione certius aliquid de situ insulæ colligi nequit; sed hoc tantum patet, poetam nostrum, qui Gades inter ipsas Columnas, κατὰ μέσσον ὑρεσπερίων στηλάων (v. 450) ponit et una cum insulis maris interni recenset, Erythiam in Oceano collocasse sive e regione Columnarum sive ab iis versus boream austrumve. Quamquam meridiem versus insulam rejectam esse, vel certo consilio vel tabularum quas ob oculos poeta habebat, vitio, suspicari etiam licet ex eo quod in sqq. Cassiterides quoque insulæ de boreali sede sua in austrum extruduntur. Ceterum de Erythia cf. Euphorio et Alexander Ephesius ap. Eustath. ad Dion.; Eustath. ad Il. 7, 136; Apollodor. 1, 6, 1, 4; Conon Narr. 3; Parthenius Narr. 30, Pausanias 4, 36, 4; 5, 10, 9; 10, 17, 5; Steph. v. Ἐρύθεια; Antimachus ap. Athen. p. 469, F; schol. Apoll. Rh. 4, 139; Ukert *Geogr.* t. 2, 1, p. 240; Heynius ad Apollod. 2, 5, 10. ‖ — 561. Γηρυόνος] Γηρύονος *e* Ald.; Γηρυόνου *CHOYdgipqζ* et ex corrct. *E*. Cf. Dindorf. in Steph. Thes. v. Γηρυών. ‖ ὑπ'] ἐπ' *EGHLNOYUbdei* Ald.; *contra* Priscian. 574. Cassiterides inss. e Strabonis et Ptolemæi sententia objacent Nerio promontorio Hispaniæ boreali, sicut ap. Plinium 4, § 119 *ex adverso Celtiberiæ*, ap. Melam 3, 6, 2 *in Celticis* esse dicuntur. An igitur Νέριον et Ἱερὸν pr. Noster confudit? Fieri potest ut ita res habeat. Quamquam etiam aliam erroris originem excogitare licet. Videlicet perprobabilis est Ukerti (t 2, 1, p. 476) aliorumque sententia, qui Occidentales istas stanni insulas esse censent eas quas Avienus Or. mar. 97 *OEstrymnides* dicit, *metallo divites stanni et plumbi*. Hæ vero pertinent ad eam Galliæ partem, in qua degunt *Ostimnii*, ut in Strabonis codd. legitur. Ea autem pars sec. Pytheam et Eratosthenem magis quam Sacrum pr. occasum versus pertinebat, adeo ut *Caput Europæ*, insulæque objacentes Ἑσπερίδες jure dici possent. Jam igitur Dionysius, quum eam Europæ figuram exhiberet ex qua Sacrum pr. omnium longissime versus occasum por-

Ἰρὴν, ἣν ἐνέπουσι κάρην ἔμεν Εὐρωπείης,
νήσους Ἑσπερίδας, τόθι κασσιτέροιο γενέθλη,
ἀφνειοὶ ναίουσιν ἀγαυῶν παῖδες Ἰβήρων.
Ἄλλαι δ' Ὠκεανοῖο παραὶ βορεώτιδας ἀκτὰς
δισσαὶ νῆσοι ἔασι Βρετανίδες, ἀντία Ῥήνου·
κεῖθι γὰρ ὑστατίην ἀπερεύγεται εἰς ἅλα δίνην
Τάων τοι μέγεθος περιώσιον, οὐδέ τις ἄλλη
νήσοις ἐν πάσῃσι Βρετανίσιν ἰσοφαρίζει.
Ἄγχι δὲ νησίδων ἕτερος πόρος, ἔνθα γυναῖκες
ἀνδρῶν ἀντιπέρηθεν ἀγαυῶν Ἀμνιτάων
ὀρνύμεναι τελέουσι κατὰ νόμον ἱερὰ Βάκχῳ,

Sacrum, quod Europæ esse caput perhibent,
insulas Occidentales, ubi stanni origo,
opulenta gens nobilium habitat Iberum.
Duæ autem aliæ ad oceani litora septentrionalia
exstant insulæ Britannicæ, Rheni e regione,
qui illic ultimos vertices in mare emittit.
Harum utique immensa magnitudo, neque ulla
in ceteris insulis alia Britannicis æquatur.
Propinquus vero alius insularum ordo, ubi conjuges
fortium Amnitarum, qui oppositam tenent oram,
concitatæ rite Bacchica sacra concelebrant,

---

Πρῶτοι μὲν Σκύθαι εἰσίν, ὅσοι Κρονίης ἁλὸς ἄγχι
παραλίην ναίουσιν ἀνὰ στόμα Κασπίδος ἅλμης·
Οὖννοι δ' ἐξείης· ἐπὶ δ' αὐτοῖς Κάσπιοι ἄνδρες,
Ἀλβανοί τ' ἐπὶ τοῖσιν ἀρήιοι, οἵ θ' ὑπὲρ αἶαν
τρηχεῖαν ναίουσι Καδούσιοι· ἄγχι δὲ Μάρδοι,
Ὑρκάνιοι Τάπυροί τ'· ἐπὶ δέ σφισιν ὁλκὸν ἑλίσσει
Μάρδος, Δερκεβίων τε καὶ ἀφνειῶν πόμα Βάκτρων·

Omnes autem gentes tradam, quæ circa illud habitant,
exorsus inde ab occiduo latere versus aquilonem.
Primi sunt enim Scythæ, quiqui Cronium prope mare
maritimam oram incolunt ad ostium Caspii maris;
deinceps Hunni; post hoc Caspiorum natio,
ac deinde feroces Albani quique super asperam
terram habitant Cadusii; prope Mardi,
Hyrcanii, Tapyri; post hos tractum sinuat
Mardus, quem Dercebii Bactrique opulenti potant;

---

quoque coarguere, quoniam hanc utilem esse concionantibus prodiderunt. Dioscorides 5, 160 : Λέγονται δὲ (οἱ ἰάσπιδες) πάντες εἶναι φυλακτήρια περίαπτα καὶ ὠκυτόκια, μηρῷ περιαπτόμενα. Epiphanium quoque narrare iaspin ἄκος εἶναι φαντασιῶν monet Salmasius Exercc. Plin. p. 92, B. Quibus Bernhardyus addit Marbodum v. 101. Idem : « Ac videtur Naumachius Monitis nuptial. 58 vetans, μήτ' ἐπὶ δειρῆς πορφυρέην ὑάκινθον ἔχοις ἢ χλωρὸν ἴασπιν, vulgarem superstitionem innuisse; sed Apollonius Rhodius 3, 859, ubi Medeam affert herbam Prometheam Caspia concha temperavisse, subjunctis Brimûs invocationibus sive Empusæ, numne voluerit iaspin designare, in medio relinquimus. Præterea dedit ex Galeno Hemsterhusius ad Luciani Timon. c. 51 exemplum; ac si ab isto lapide discesseris, eandem in sententiam similia protulit Lithicorum auctor stultissimus v. 222. » ‖ — 726. δέ] μέν *b*; ὅσα μιν] ὅσα οἱ *ABDGOcghklmot*, ὅσσα οἱ cod. ε. ‖ — 727. ζεφυρήτιδος *ABc*; ἐκ om. *D*. Eadem verba habes vs. 346. ‖ — 729. ἀνὰ] ἐπὶ *H*, ἐνὶ *LNe* (sed ἀνὰ in margine). ‖ — 730. Οὖννοι] Οὖνοι *DEKOcd*; Ὦννοι *Xx*, in hoc adscriptum : γρ. Οὖνοι; Ὦνοι *i*; Θοῦννοι var. lect. apud Eustathium; Avienus (907) populi hujus mentionem omisit; in Prisciano (706), ubi *Unnus* vulgatur, codices scripturas variantes habent *Thynus, Thinus, Thymus*; nec dubium est quin Priscianus *Thynus* scripserit, quippe quæ nominis forma e confusis literis græcis O et Θ facilem habeat explicationem. Ceterum ordo populorum idem est quem ex Eratosthene prodit Strabo p. 514 (440, 40 ed. Didot) : κύκλῳ δὲ περὶ τὴν θάλατταν (sc. habitare ait) μετὰ τοὺς Ὑρκανοὺς Ἀμάρδους τε καὶ Καδουσίους καὶ Ἀλβάνους καὶ Κασπίους καὶ Οὐιτίους, τάχα δὲ καὶ ἑτέρους μέχρι Σκυθῶν, nisi quod pro *Uitiis* Noster *Unnos* sive *Unos* habet. In tabula Peutingeriana et Geogr. Rav. 2, 8 ibidem sunt *Utio-Scythæ*; in Julio Honorio p. 698 : *Futtui*. Apud Ptolemæum 5, 8 p. 349, 30 ed. Wilb. a Caspiis boream versus Οὖδαι (Οὖλαι var. lect.) juxta mare collocantur, quos Varro apud Plinium 6, 15 § 38 *Udinos* vocat : *Ab introitu dextra mucronem ipsum faucium* (maris Caspii) *tenent Udini, Scytharum populus*. Ab his vero Udis sive Udinis non diversos esse Uńos sive Unnos Dionysii tanto libentius Hillio, Lindnero (*Die Scythen des Herodot* p. 234), aliis largiaris, quanto facilius ΟΥΔοι vel ΟΥΔΙνοι in ΟΥΝοι vel ΟΥΝνοι abire potuerint. Quæritur autem num istam nominum permutationem quarto vel quinto seculo, quando Hunnorum gens omnium notissima erat, scribarum oscitantia introduxerit, an ipse jam Dionysius Udinis Unnos substituerit, sive nescius (quemadmodum alia multa populorum nomina corrupit), sive de industria. Quorum si id quod postremo loco posui, probabilius esse opineris, nihil tamen hinc colligere licet, quod ævo scriptoris definiendo inservire queat. Cf. Prolegomena. ‖ Οὖννοι ἢ δ' ἐξείης *e*. ‖ « Caspios quod supra Albanos collocat, Eratosthenis (ap. Strabon. p 513) fidem ac plerorumque secutus est, cum eos Ptolemæus Albanos inter et Cadusios reposuerit. Sed hæc facile videntur invicem coire, modo Strabonis quoddam indicium (p. 502) adhibeas, ætate sua Caspiorum memoriam esse dilapsam præcipienti. Quare migrationem aliquam gentis in promptu est sumere. Nam Caspios ut commerciis fuisse deditos cum Rittero tom. 2, p. 900 statuamus, unde mare finitimum traxerit appellationem, nullis locorum auctoritatibus adducimur. » Bernhardy. ‖ — 731. Ἀλβανοί δ' *e*; ἀρήιοι] V. quæ laudat Ukert Geogr. tom. 3, 2, p. 564; οἵ θ' ὑπὲρ] οἵ δ' ὑπὲρ *d*, οἷς ἔπι γαῖαν margo *x*, οἵ θ' ἐπὶ γαῖαν *Cb*; οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν *CLc*. « Neutra lectio difficultatibus caret; nam altera paucorum librorum, cui Spohnius est assensus, parum Græce sonat; contra quam explicandæ vulgatæ Brunkius rationem inibat : *quique ultra eos asperam terram habitant*, eam cum usus sermonis prohibet, tum vetat etiam orationis inconcinnitas. Sed poeta multo simplicius Cadusiorum sedes præcepit ultra montanum solum patere, ut qui in Bactrianam usque catervatim diffunderentur et post varias vicissitudines in rupibus identidem repulsi considerent, auctoribus Strabone et Plinio. Tetigit Ste-Croix commentatione ad calcem Xenoph Cyrop. a Schneidero exhibita p. 675. » Bernhardy. At Cadusios ad Bactrianam usque pertinuisse neque in Strabone neque apud Plinium legere est, neque in eum sensum Dionysii verba quispiam pertrahat. Habitabant Cadusii in borealem Parachoathræ partem, idque ὑπὲρ voce poeta indicare potuit, sive eum Byzantii sive Alexandriæ sive Romæ scripsisse statuas. ‖ — 733. τ' Ἄπυροί τ' *EKLObgkm* Ald.; *Apyri* etiam Avienus 908 et Priscianus 712 mira ignorantia; τ' om *C*; σφιν *Eqp*; ὁλκὸν ῥύσσει ε. ‖ 734. Μάρδος] « Μάργος conjecit Holstenius scribendum, cujus judicium Hillius cum Ursino confirmavit; at ut Bactrianam istum præterfluere fatendum est, ita nullam ejus cum regione Derbicum conjunctionem neque Plinius esse voluit nec Ptolemæus, Oxum illi significantes. Quare nihil superest, quam ut amnem subobscurum,

735 ἀμφοτέρων γὰρ μέσσος ἐς Ὑρκανίην ἅλα βάλλει·
ἀλλ' ἤτοι Βάκτροι μὲν ἐπ' ἠπείροιο νέμονται
χώρην εὐρυτέρην κνημοῖς ὑπὸ Παρνησοῖο,
Δερκέβιοι δ' ἑτέρωθεν ἐφ' ὕδασι Κασπίοισιν. [ξεω,
Τοὺς δὲ μέτ' ἀντολίηνδε, πέρην κελάδοντος Ἀρά-

nam inter utrosque medius in Hircanum mare exit.
At Bactri in continente tenent
regionem latiorem sub Parnasi saltibus,
ab altera vero parte Dercebii ad Caspias undas.
Post hos in ortum trans sonantem Araxem

quem Ptolemæus 6, 2 et Ammianus Marcellin. 23, 6, 40 Mardum vel Amardum nominant, hunc in locum cadere putemus. » Bernhardy. At luce clarius est apud *Ptolemæum Mardum* fluvium esse hodiernum *Sefid-Rud*, inter eos qui a meridie in mare Caspium exeunt, omnium maximum; contra vero ex serie populorum patet apud Dionysium commemorandum fuisse Margum fluvium (*Merv-Rud*), qui secundum Ptolemæi tabulas haud longe a mari Caspio cum Oxo confluit. Hac in regione juxta Oxum fl. Ptolemæus quoque Derbices collocat; neque Strabo p. 514 (440, 41 Didot) dissentit, qui Derbices Hyrcanorum vicinos prope orientale maris Caspii latus collocat, ita tamen (p. 515 Cas., 441, 29 Didot) ut inter utrosque interpositi sint Tapyri (Ariæ vicini, p. 440, 37 Did.). Neque vero propterea in Dionysio Μάρδος in Μάργος mutaverim, sed suum poetæ errorem relinquendum esse puto, tanto faciliorem illum, quum Mardi late sparsi videantur, et ad ipsum etiam Oxum fluvium commemorentur apud Melam 3, 5, 6, qui Oxum inter Amardos et Pæsicas exire dicit. Eædem Mardorum sedes fortasse indicantur in Strabone p. 523 (449, 7 Did.), ubi Mardi memorantur juxta Tapyros Derbicum vicinos. Quanquam si reputes Ptolemæum 6, 2, p. 391 juxta Cadusios in maris litore supra Mardos mediterraneos collocare Δρίβυκας, a quibus Derbices vix diversi fuerint (v. not. seq.), facilis conjectura est Tapyros eorumque vicinos Derbices a nonnullis a Margo fluvio in Mardi fluvii regionem transpositos esse, sicut Dionysius Mardi nomen in Margum fluvium transtulit. || Δερβεκίων] Eandem nominis formam præbent Avienus 911 et Priscianus 718; Δερκεβέων codex ζ. Δερβεκέων scribi voluit Holstenius, quod paullo propius abesset a formis apud reliquos auctores usitatis. Ceterum absque metri damno etiam notiores nominis formas inculcare posses; quod cur critici viri non tentarint in aprico est. Stephanus Byz. ita habet: Δερβίκκαι (sic editt.; Δελβίκκαι codd.; an Δερβίκαι?). Ἀπολλώνιος δὲ διὰ τὸ κ καλῶς (κακῶς? Mein.) γράφει. Κτησίας δὲ Δερβισσοὺς (Δερβίους 3 codd.) αὐτούς φησιν ἢ Τερβισσούς. Formam Δερβίκκαι libri habent in Ptolemæo 6, 10, 2 et Ælian. V. H. 4, 1. In Ctesiæ (fr. 2, et 29) excerptore Diodoro 2, 2, Δέρβικες, in Photio cod. 76 Δερβίκων et Δερβίκεσι nunc legitur, in hoc tamen, si accentus recte habet, Δερβίκαισιν more ionico legendum esse suspicatur Bernhardyus. Δέρβικες vocantur etiam apud Strabonem p. 508. 514. 520, et *Derbices* apud Melam, 3, 5, 4. Apud Plinium 6, 18, 48 item editur *Derbices, quorum medios finis secat Oxus* [unde Ὦξος pro Μάργος ap. Dion. legi vult Stiehlius in Philolog. tom. 10, p. 232], sed de conjectura, ut videtur; codices, quatenus e Silligii editione patet, præbent *Dribices, Dribyces, Revices;* legendum puto *Dribyces* (e cod. *T*), quum Δρίβυκες etiam Ptolemæus 6, 2 habeat (v. not. antecc.). Quod attinet Δερκέβιοι formam, qua Dionysius utitur, notandum est apud Ptolemæum 6, 10, p. 418 ed. Wilb. in compluribus codicibus legi Δερβίκκαι οἱ καὶ Δερκέβοι. Fort. legendum Δερκέβιοι. || ἀφνειὸν codex ζ. De feracitate Bactriæ v. Strabo p 73 et 692; aurifodinas memorat Ctesias in Indicis c. 11 ap. Phot.; de Oxo auri ramentis divite v. Aristoteles Mirab. c. 47; de smaragdis Bactriæ Theophrast. De lap. 26 35 et Plinius 36, § 65 ed. Sillig. Alia vide ap. Plin. 37 § 160 31, § 75. Euseb. Pr. Ev. 6, 10. || — 735. ἀμφοτεράων *q*; μέσος *CFd* Ald.; εἰς *e*; βάλλει] δίνει *Gε*. || — 737. κνήμης *Km* et, supra scr. οις, *C*; κρημνοῖς *GLNOotε*, margo ζ, Ald., et, supr. scr. ν, *q*; κρημνῷ *E*, et supra scr. οῖς, additoque γρ. κνημῷ, *d*. || Παρνησοῖο *ABCDELObdekmq* Ald.; Παρνησσοῖο *FQX*, Παρνασοῖο cett. Cf. Eustath. et Paraphr. et infra vs. 1097. Ne quid ad verum notissimumque Paropanisi nomen propius accedens, ut Παρπανισοῖο (quod vs. 1097 codd. nonnulli habent), reponendum putes, impedit Aristoteles Meteorolog. 1, 13, 15 (tom. 3, p. 569 ed. Did.): Ἐν μὲν οὖν τῇ Ἀσίᾳ πλεῖστοι μὲν ἐκ τοῦ Παρνασσοῦ καλουμένου φαίνονται ῥέοντες ὄρους καὶ μέγιστοι ποταμοί· τοῦτο δ' ὁμολογεῖται πάντων εἶναι μέγιστον ὄρος τῶν πρὸς τὴν ἕω τὴν χειμερινήν· ὑπέρβάντι γὰρ ἤδη τοῦτο φαίνεται ἡ ἔξω θάλαττα, ἧς τὸ πέρας οὐ δῆλον τοῖς ἐντεῦθεν. Ἐκ μὲν οὖν τούτου ῥέουσιν ἄλλοι τε ποταμοὶ καὶ ὁ Βάκτρος καὶ ὁ Χοάσπης καὶ ὁ Ἀράξης· τούτου δ' ὁ Τάναϊς ἀποσχίζεται μέρος ὢν εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην. Ῥεῖ δὲ καὶ ὁ Ἰνδὸς ἐξ αὐτοῦ, πάντων τῶν ποταμῶν ῥεῦμα πλεῖστον. Apud Melam 3, 7, 6, ubi *Paropaniso* editur, codices Tzschukkii præter unum corrupte habent: *Caroparnaso, Caraparnaso, Calonparnaso, Calopaniaso.* Ceterum de ratione nominis *Paropanisus* (minus recte *Paropamisus*), v. Lassen *Ind. Alterth.* 1 p. 22. et not. ad Marcian. 1, 34. || — 738. δ'] θ' *q*; ἑτέρωθι *d*; Κασπίοισι *ADEFGHIKLMNOQ*, Κασπίοισιν cett. || — 739. πέραν *E*; Ἀράξεο *CGε*, Ἀράξου *HKLQζ*. Araxes (i. e. rapidus fluvius), quod nomen etiam de Armeniæ, Mesopotamiæ (Xen. Cyr. 1, 4) et Persidis (Strabo 2, 978) fluviis usurpatur, nec non olim Thermodontis (schol. Apoll. Rh. 4, 133. 2, 978) et Penei (Strab. p. 531) fl. fuisse perhibetur, nostro loco dicitur Iaxartes; quem Scythæ Silim (Plin. 6, 15, § 48) vocarunt, Alexander autem a Tanai non diversum esse putavit (Cf. Plinius l. l.; Polycritus ap. Strabon. p. 509; Itin. Alex. c. 81. 85; Iornandes De reb. Get. c. 5 et ortus hinc Ptolemæi (3, 5) error aras Alexandri ad Tanaim Mæotidis fluvium ponentis). De Araxe-Iaxarte Strabo p. 513: Μάλιστα δέ φασι τὸν Ἀράξην ποταμὸν κατακλύζειν τὴν χώραν (sc. τῶν Μασσαγετῶν) πολλαχῇ σχιζόμενον, ἐκπίπτοντα δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις στόμασιν εἰς τὴν ἄλλην (an μεγάλην?) τὴν πρὸς ἄρκτοις θάλατταν, ἑνὶ δὲ μόνῳ πρὸς τὸν κόλπον τὸν Ὑρκάνιον. Cf. Aristot. Meteor. 1, 13 et Tabula Peutingeriana. Conferenda

Μασσαγέται ναίουσι, θοῶν ῥυτῆρες ὀϊστῶν,
ἀνέρες, οἷς μήτ' αὐτὸς ἐγὼ, μήθ' ὅστις ἑταῖρος
ἐμπελάσαι· μάλα γάρ τε κακοξεινώτεροι ἄλλων·
οὐ γάρ σφιν σίτοιο μελίφρονός ἐστιν ἐδωδή,
οὐδὲ μὲν οὐδ' οἶνος μεταδήμιος· ἀλλὰ γὰρ ἵππων
αἵματι μίσγοντες λευκὸν γάλα, δαῖτα τίθενται.
Τοῖς δ' ἔπι πρὸς βορέην Χωράσμιοι, οἷς ἔπι γαῖα
Σουγδιάς, ἧς ἀνὰ μέσσον ἑλίσσεται ἱερὸς Ὦξος,
ὅστε λιπὼν Ἡμωδὸν ὄρος μετὰ Κασπίδα βάλλει.
Τὸν μέτ' ἐπὶ προχοῇσιν Ἰαξάρταο νέμονται
τόξα Σάκαι φορέοντες, ἃ μή κέ τις ἄλλος ἐλέγχοι
τοξευτής· οὐ γάρ σφι θέμις ἀνεμώλια βάλλειν·
καὶ Τόχαροι Φρουῦνοί τε καὶ ἔθνεα βάρβαρα Σηῶν τε βόας μὲν ἀναίνονται καὶ ἴφια μῆλα, [ρῶν,
αἰόλα δὲ ξαίνοντες ἐρήμης ἄνθεα γαίης,

Massagetæ habitant, velocium sagittarum jaculatores,
quos ad homines neque ipse, neque quisquis est amicus
accedat : multo sunt enim aliis inhospitaliores.
Neque enim iis suavissimi frumenti victus est,
ne vinum quidem populare, sed equorum
sanguini permixtum lac candidum pro dape apponunt.
Deinceps in boream Chorasmii, quos excipit
Sogdiana terra, quam mediam pervagatur sacer Oxus,
qui Emodo monte relicto in Caspium illabitur.
Post hunc propter Jaxartis cursus Sacæ habitant
sagittiferi, quos haud facile alius refutaverit
sagittarius, quippe quibus non sit fas irrita jaculari,
et Tochari Phrunique et barbaræ Serum nationes,
qui boves pinguesque oves detrectant,
sed versicolores vastæ regionis flores intexunt

---

denique cum hoc Araxe-Iaxarte sunt quæ de Araxe Armeniæ fluvio opinatur Herodotus 1, 202, quem sequitur Callisthenes, teste Strabone p. 531. ‖ — 741. ἐγὼ om. *Hζ*. ‖ — 742. ἐμπελάσοι *GKQUXikm* Ald.; ἐμπελάσῃ *ELNbeq*, ἐμπελάσει ε; γάρ τι *q*; γάρ τοι *co*; κακοξεινέστεροι *eq*, κακοξεινότεροι cett. præter *BCm*. ‖ — 743. σφι *LN*. ‖ — 745. οὐδὲ μὲν] οὐ μὲν *Dc*; ἐπιδήμιος supr. scr. in *o*. ‖ — 745. λευκὸν γάλα] γάλα λευκὸν *BMO*; δαῖτα om. *F*. « Auctori nostro plane concinit Seneca in OEdip.: *Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet*. » Hillius. ‖ — 746. τοῖς δὲ πρὸς *BD EFKLbefwε* et (suprascripto τοῖσι δ' ἐπὶ, quod habet Ald.) *d*; τοῖς δὲ πρὸς *oq*, τοῖσι δὲ πρὸς βορέην *MNOc*; Χοράσμ. *K*; οἷς ἔπι] οἵσι τε *GMζ*; οἷς ὑπὲρ αἷα *h*; γαῖαν *Ic* ‖ — 747. Σουγδίας *B*. Formam Σουγδιάδα habes etiam ap. Tzetzen Chil. 8, 786; Zonaras Lex. p. 1661 : Σογδιανὴ καὶ Σουγδιανή, inter quas formas fluctuant codices Appiani in Syr. c. 55, et Ptolemæi 6, 11 p. 419, 1 et 421, 11 ed. Wilberg. In zendicis scripturis legitur *Sughdha*, de cujus nominis significatione vide quæ ex Ouseleyo, Burnoufio, Lassenio affert Ritterus *Erdk*. tom. 8, p. 51 sq. ‖ ἀνὰ *ABCEGH MNOYbeklmεζ*, διὰ cett. et editt.; μέσσος *gi*, μέσος *A*, μέσης *Dcdot* Ald., μέσσης *lq* (ut vs. 351), μέσσον cett. (ut vs. 14). Oxus (cf. 298) sec. Eratosthenem ap. Strabon. et Ptolemæum Sogdianam a Bactriana dirimit. Cf. not. ad 351. ‖ — 748. λιπὼν] λοιπὸν *D*; Οἰμωδὸν *D*. Minus accurate ex Emodo oriri Oxum dicit, quem de Caucaso sive Paropaniso fluere dicunt Polybius 10, 48, Arrianus Exp. 3, 29, Ptolemæus 6, 12. Sec. Plinium 6, 18, § 48 et Solinum 49, 1 Oxus oritur ex Oxo lacu (qui quidem ab eo qui vulgo Oxianus lacus dicitur distinguendus esse videtur. V. Uxert. 3, 2, p. 222). Strabo p. 510 Oxum ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν Ἰνδικῶν fluere dixisse satis habet; Epitomator Strabonis p. 147 ed. Huds. : εἶτα τὰ Σάριφα ὄρη τῆς Μαργιανῆς, ἐξ ὧν ὁ Ὦξος ποταμὸς ῥεῖ. A vero proxime abesset poeta noster, si pro Ἡμωδὸν ὄρος scripsisset Κωμηδὸν ὄρος (ἡ τῶν Κωμηδῶν ὀρεινή ap. Ptol. 6, 13, 2, p. 424 W.). Ceterum de Oxo fluvio veterum et recentiorum sententias collegit Edw. Boucher James Oxfordensis in Smithii Lexico geogr. tom. 2, p. 506 sq. ‖ — 749. τὸν δ' ἐπὶ προχ. *G*, τῷ δ' ἐπὶ προχ. *CH*, τῷ δ' ἔπι πὰρ προχ. cod. ζ; προχοαῖσιν Ἀξάρποιο cod. ε, προχοῇσι δ' Ἰξάρταο *e*; Εἰξάρταο *b*, Ἰαξάρτοιο *q*, Ἰαξάρτων *D*. Voce προχοῇσιν cursus fluvii significari videtur, ut cum Kephalide (hist. mar. Caspii p. 274) censet Bernhardyus. Mire hæc vertit Avienus 929 : *qua perit hujus fluminis os, diri ripas habitant Iaxartæ*, unde hunc in Dionysio legisse : τοῦ μὲν (Ὦξου) ἐπὶ προχοῇσιν Ἰαξάρται νεμέονται opinabatur Wernsdorfius. ‖ — 750. σάκεα *o* et σάκεαι manu sec.; φέροντες *G* et pr. man. *d*, φρονέοντες cod. ζ.; μὴ καί τις *DG*, μηκέτις *Q*; ἐλέγχει *GMζ* ‖ — 751. σφιν *FGYoq*. « θέμις ultima producta Hermannus ad Orph. p. 711 monuit ab antiquorum usu recedere. » Bernhardy. ‖ — 752. Στόχαροι *d*; Φρουῦνοι] *Phruni* Avienus; Φρῦναι varia lectio memoratur apud Eustathium; Φροῦροι *BCLMNOb*, Eust., Paraphr.; *Phuri* Priscian.; Φρούριοι *a*; Φροῦνοι, supra scr. ρ, *C*. Φαῦροί γε *D*. Apud Plinium 6, 20 § 55 nunc ex Harduini conjectura legitur : *Ab Attacoris gentes Phruri et Tochari et jam Indorum Casiri* (*Caspiri* Benfey conj.; an *Casii*?). Codex Salmasii præbet : *Thuri*, ceteri codd. : *Thuni*, *Thunni*, *Thimi* : ex quibus *Phruni* potius eliciendum erat. In Strabone p. 516 de Bactriæ regibus dicitur : μέχρι Σηρῶν καὶ Φαυνῶν (sic codd.; Φρυνῶν editt.) ἐξέτεινον τὴν ἀρχήν. Iidem Γρυναῖοι (Γρουναῖοι, Γριναῖοι v. l.) apud Ptolem 6, 13, 3 vocantur, neque aliud pertinet quod in Jornande (De reb. Get. c. 5) legitur : *hic* (Tanais) *inter Asiam Europamque terminus famosus habetur; nam alter est ille* (Iaxartes sc.) *qui montibus* Chrinorum *oriens in Caspium mare dilabitur*. ‖ Σηρ.] Συρῶν *o*. ‖ — 753. ἴφια μῆλα] πώεα μήλων *CHζ*. ‖ — 754. ξέοντες *D*. Quamquam Σῆρες nomen nihil aliud significat nisi populum apud quem σῆρες, vermes sive bombyces, proveniebant, nihilominus de sericarum telarum origine, quam Aristoteles (H. An. 5, 19) aliique non ignorarunt, falsissima illa circumferebantur quæ apud Nostrum leguntur, cum quibus cf. Plinius 6, 20, § 54 : *Primi sunt hominum qui noscantur Seres lanicio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem, unde geminus feminis nostris labor redordiendi fila rursusque texendi*. Solinus c. 53; Virgil.

εἵματα τευχουσι πολυδαίδαλα, τιμήεντα,
εἰδόμενα χροιῇ λειμωνίδος ἄνθεσι ποίης·
κείνοις οὔ τί κεν ἔργον ἀραχνάων ἐρίσειεν.
Ἄλλοι δὲ Σκύθαι εἰσὶν ἐπήτριμοι, οἵτε νέμονται
ἐσχατιάς· παρὰ δέ σφι δυσήνεμος ἐκτέταται γθών,
χειμερίοις ἀνέμοισι λελειμμένη ἠὲ χαλάζαις.
Τόσσοι μὲν φῶτες περὶ Κάσπια κύματ' ἔασιν·
φράζεο δ' ἐκ Κόλχων καὶ Φάσιδος ἐς δύσιν ἤδη,
Εὐξείνου παρὰ χεῖλος, ἐπιλαδὸν ἔθνεα Πόντου
ἄχρι Θρηικίου στόματος, τόθι Χαλκὶς ἄρουρα.
Βύζηρές τοι πρῶτα καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων,
Μάκρωνες Φίλυρές τε καὶ οἳ μόσσυνας ἔχουσι
δουρατέους· τῶν δ' ἄγχι πολύρρηνες Τιβαρηνοί·
τοῖς δ' ἔπι καὶ Χάλυβες στυφελὴν καὶ ἀπήνεα γαῖαν
ναίουσιν, μογεροῦ δεδαηκότες ἔργα σιδήρου,

ac vestes multa arte conficiunt pretiosas,
quæ colore pratensis herbæ honorem referant,
ut ne opus quidem aranearum cum illis certet.
Alii porro Scythæ numerosi sunt, qui habitant
extremitates, ad quos ventis obnoxia terra porrigitur,
procellis grandinibusque objecta.
Tot igitur gentes circum Caspiam undam versantur.
Jam contemplare a Colchis et Phaside in occasum
juxta Euxini Ponti oras confertas nationes
usque ad os Thracium, ubi Chalcis tellus.
Principes vero Byzeres ac propinquæ Bechirum catervæ,
Macrones, Philyres et qui mossynes tenent
ligneos. His vicini pecoribus beati Tibareni;
ac prope etiam Chalybes asperam immitemque terram
habitant, ferri laboriosi fabricam edocti,

Georg. 2, 121 : *Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres*. Ammianus Marc. 53, 6, 64 : *Abunde* (apud Seres) *silvæ pellucidæ : a quibus arborum fetus aquarum adsperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt; nentesque subtemina conficiunt Sericum*. Strabo p. 693 : τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Σηρικὰ ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. Quæ impugnans Pausanias 6, 26, 6 : οἱ μέντοι δὲ ἀφ' ὧν τὰς ἐσθῆτας ποιοῦσιν οἱ Σῆρες, ἀπὸ οὐδενὸς φλοιοῦ, τρόπον δὲ ἕτερον γίνονται τοιόνδε, κτλ. Serica quum Indorum commerciis ad Græcos pervenirent, Indi autem fila vel telas sericas non modo voce *Kitaga* (i. e. vermibus generata) aliisque vocabulis designarent, sed etiam *Patrórna* (i. e. foliorum lanam) vocarent, nescio an ex hac voce origo istius quam modo tetigimus opinionis repetenda sit. Certe Lassenius (*Ind. Alterth.* tom. 1), quo loco de sericorum proventu pluribus exponit, inter alia etiam hæc monet (p. 319 not. 5) : « *Patrórna* (*Blætterwolle*) wird im Lexicon gewobene Seide übersetzt; nach *Amara* 14, ist es gewaschene oder gebleichte Seide; es scheint auch wilde Seide erklært zu werden. » Quod lanicium istud aqua perfundi Plinius dicit, id fortassis inde explicandum est, quod vermes in telarum globulis (*cocons*) inclusi infusa aqua necari solebant. Ceterum v. Ritter *Erdk.* t. 8 p. 679-710 (*Die geogr. Verbreitung des Maulbeerbaums u. der Seidenzucht in Asien*); qui si Bernhardyum, Serica Serumque nomen Augusti demum ævo gliscere dicentem, eo refelli censet quod Seres jam apud Ctesiam memorantur, monendum est istam Serum mentionem in uno fieri codice Monacensi, in quo ea quæ in ceteris Photii codicibus e Ctesia leguntur, variis augentur additamentis; hæc vero a Ctesia aliena esse videntur, ut in not. ad Ctesiæ fr. p. 87 dixi, et Lassenius quoque l. l. p. 320 statuit. Plurima eorum quæ præter Serum mentionem in cod. Mon. l. l. leguntur, translata sunt e Ptolemæo 7, 2, ex quo eadem etiam scholiasta Platonis p. 328 ed. Herm. exscripsit. ‖ — 755. τεύχουσι *XH*. ‖ — 756. χροΐ *Kb*, ἄνθεα cod. ε. — ‖ — 757. κεν] μὲν *C* ‖ — 758. ἐπίτριμοι *Ke* ἐπίτριβοι *M*, ἐήτριμμοι *o*; inepte Avienus : *Epetrimos*. οἵτε] οἱ *G*. ‖ — 759. παρὰ] περὶ *Q*; τφιν *G*. ‖ — 760. λελειμμένη] κεκλιμένη *DP GOQUcimt* Ald., κεκλιμένον *MO*; cf. v. 676; χαλάζῃς *ELdeqζ* ‖ — 761. περὶ] παρὰ *q*. Κασπίδα ζ, Κασπία *H*; ἔασσιν *Q*, ἔασσι *e*, Ald., et supra scr. *d*; ἔασι *EGHK*. « Non cavendum opinor, ne Hillius multorum assensum mereatur, qui cum reliquas regiones, tum Sericam a Dionysio Caspii maris finibus arbitratur esse comprehensas; sed reputandum potius talia in cumulum adjungi, quæ poetæ non liceret ampliore narrationis cursu retractare. » Bernh. ‖ — 762. Cum iis quæ sequuntur usque ad vs 798, conf. Scylac. Periplus § 82 sqq. (t. 1, p. 64) ibique notata et Apollonius Rhod. 2, 394 sqq., quem præ ceteris poeta noster ob oculos habuit. ‖ — 763. εὐξείνοιο *Noq* et correct. *c*; παρὰ] περὶ *Cq* Eust.; παρὰ om. *H*. ‖ — 764. ἄχρι] ἀγχι *Dglmoq* Eust. Ald.; μέχρι *EGHKLNXbcd* (hic γρ. ἄχρι) ζ, margo *O*. Cf. vs. 299. Χαλκὶς] Cf. not. ad Dionys. Ἀναπλ. Βοσπ. p. 95, et infra vs. 803. ‖ — 765. Βύζυρες *U*, Βίζηρες Ald.; τοι] τε *Fcoq*, θθι *G*. Cf. Apoll. Rhod. 2, 392 (qui ab occasu versus ortum (in describenda ora progreditur) : Νήσου δὲ προτέρωσε (ultra Martis insulam) καὶ ἠπείροιο περαίης Φέρβονται Φίλυρες· Φιλύρων δ' ἐφύπερθεν ἔασιν Μάκρωνες· μετὰ δ' αὖ περιώσια φῦλα Βεχείρων· Ἐξείης δὲ Σάπειρες ἐπὶ σφίσι ναιετάουσιν. Βύζηρες δ' ἐπὶ τοῖσιν ὁμώλακες, ὧν ὕπερ ἤδη αὐτοὶ Κόλχοι ἔχονται ἀρήιοι. ‖ — 766. Μάκρωνές τε *Ce*; Φύλυρες *q*, Φίληρες *o*, Φίλες *b*, Φύληρες Nicephor. Cf. not. ad Scylac. § 86; Apollon. Rhod. 2, 394, 1242; μόσυνας *CEKbdeoq*, μούσυνας *c*. ‖ — 767. τῶν] ὧν *D*; δ' omis. *Nbcdeo*; πολύρηνες *AGHd* Ald., πολύρρηνοι *Fco*; Τιβαρνοί *C*. ‖ — 768. καὶ om. *EGKLNbe*; τοῖς ἔπι τοι *O*; Χάλυκες *c*; στυφελῇ *Hζ*; γαίην *X*. Cf. Apoll. Rh. 2, 1005 :

ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες
ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον· οὐ δέ ποτέ σφιν
ἠὼς ἀντέλλει καμάτων ἄτερ, ἀλλὰ κελαινῇ
λιγνύι καὶ καπνῷ κάματον βαρὺν ὀτλεύουσιν.

769. ναίουσι *ELNcdeqζ*, ναίουσ *o*; δεδακότες *D*, δεδαημέ-

οἵ ῥα, βαρυγδούποισιν ἐπ' ἄκμοσιν ἑστηῶτες,
οὔποτε παύονται καμάτου καὶ ὀϊζύος αἰνῆς. [σται
Τοὺς δὲ μέτ' Ἀσσυρίης πρόχυσις χθονὸς ἐκτετάνυ-
ἔνθα δ' Ἀμαζονίδεσσιν ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο
λευκὸν ὕδωρ προΐησιν ἐνυάλιος Θερμώδων,
ὅς ποτ' ἀλωομένην Ἀσωπίδα δέκτο Σινώπην,
καί μιν ἀκηχεμένην σφετέρῃ παρενάσσατο χώρῃ
Ζηνὸς ἐφημοσύνῃσιν· ὁ γὰρ φιλότητος ἐραννῆς
ἰσχανόων, πάτρης ἀπενόσφισεν οὐκ ἐθέλουσαν·
ἐκ τῆς καὶ πτολίεθρον ἐπώνυμον ἄνδρες ἔχουσιν.
Κείνου δ' ἂν ποταμοῖο περὶ κρυμώδεας ὄχθας
τέμνοις κρυστάλλου καθαρὸν λίθον, οἷά τε πάχνην
χειμερίην· δήεις δὲ καὶ ὑδατόεσσαν ἴασπιν.
Ἶρις δ' ἐξείης καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.
Τῷ δ' ἔπι μορμύρουσι ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο,
ἑλκόμεναι βορέηνδε Καραμβίδος ἐγγύθεν ἄκρης,
ἀρξάμεναι τὸ πρῶτον ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο.
Παφλαγόνες δ' ἐπὶ τοῖσιν ἐπ' ἠιόνεσσι νέμονται,
καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον· ἔνθ' ἐνέπουσιν
οὐδαίου Κρονίδαο μέγαν κύνα χαλκεόφωνον,
χερσὶν ἀνελκόμενον μεγαλόφρονος Ἡρακλῆος,
δεινὸν ἀπὸ στομάτων βαλέειν σιαλώδεα χυλόν,
τὸν μὲν ἐδέξατο γαῖα καὶ ἀνδράσι πῆμ' ἐφύτευσεν.
Ἄγχι δὲ Βιθυνοὶ λιπαρὴν χθόνα ναιετάουσι,

qui incudibus adstant grave sonantibus,
nec unquam a labore duraque ærumna cessant.
Post hos alluvio regionis Assyriæ porrigitur,
ubi Amazonibus ab Armenio monte
candidam aquam bellicosus Thermodon fundit,
qui olim vagantem excepit Asopidem Sinopen,
mœstamque in propria sede reposuit,
Jovis imperio. Is enim dilectæ consuetudini
inhians invitam patria demovit,
a qua cognominis quoque civitas habitatur.
Illius autem fluvii circum gelidas ripas
secare licet clarum crystalli lapidem instar glaciei
hibernæ, atque cæruleum reperire iaspin.
Continuo Iris aquam limpidam in mare immittit.
Post quem Halyis amnis fluenta strepunt,
quæ in boream labuntur ad Carambim promontorium,
initiis ab Armenio monte captis.
Porro Paphlagones ad oras habitant,
ac Mariandynorum exsistit sacra tellus, ubi perhibent
Plutonis inferni canem immanem ænea voce,
quum manibus Herculis magnanimi protrahebatur,
tetræ sanici spumam e faucibus projecisse,
quam terra suscepit hominibusque damnum semi-
Prope vero Bithyni pingue solum habitant, [navit.

νοι τ. ‖ — 770. βαρυγδούποισι *Mb.* ‖ — 772. τούςδε *Qe* Ald.; Ἀσυρίης *b*, ἐντετάνυσται *e* Cf. Apoll. Rhod. 2, 963 : λεῖπον δ' ἀγχίρροον Ἶριν ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθόνος. Ad quem locum scholiasta : πρόχυσιν ἔφη τῆς Ἀσσυρίας, τουτέστι τῆς Λευκοσυρίας, τὴν ἐγκειμένην χώραν αὐτῆς εἰς θάλασσαν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω·

λεῖπον Ἅλυν ποταμόν, λεῖπον δ' ἁλιμυρέα χώραν
Ἀσσυρίης ἀνέχουσαν ἀπὸ χθονός.

Τοῦτο δὲ εἶπεν ὡς ποταμοχώστου τῆς γῆς οὔσης διὰ τὸ μεγάλους εἰς αὐτὴν καταφέρεσθαι ποταμοὺς Ἅλυν καὶ Ἶριν. Καὶ οὕτως ἔχει ταῖς ἀληθείαις, καὶ πρὸς ταῖς ἄκραις ἡ χώρα ἔγκειται. Διὸ ποταμόχωστον λέγει εἶναι Ἀπολλωνίδης. Τοὺς γὰρ προειρημένους ποταμοὺς ἀμφοτέρους, μάλιστα τὸν Ἶριν, μακροῖς αὐτὴν προσχώμασι εἰς μέσον ἐκτείνειν τὸ πέλαγος· διὸ δὴ σύμπασαν εἶναι ποταμόχωστον τὴν γῆν καὶ ἄλλοτε κατ' ἄλλους ἐκδιδόναι τόπους εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Ἶριν· βίαιον γὰρ καὶ πολὺν αὐτὸν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας διὰ χειμερίου καὶ μακρᾶς [χώρας] φερόμενον παρασύρειν τὴν γῆν· τοῦ δὲ κύματος παλίσσυτον ἐλαύνοντος ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἰλὺν συμβαίνειν τὴν χώραν ἐπιπολὺ παραύξεσθαι καὶ τὴν θάλασσαν γίνεσθαι τεναγώδη. V. Strabo p. 53 (44, 1 ed. Didot.) ‖ 773. δ' om. *HQζ*; ἔνθ' Ἀμ. *DF*. Ἀρμενίοιο] Cf. vs. 786. Sec. Apoll. Rh. 2, 975 Thermodon fluit ἐξ ὀρέων.. ὑψηλῶν ἃ τέ φασιν Ἀμαζόνια κλείεσθαι. Plinius 6, 4 § 10 : *Thermodon ortus ad castellum quod vocant Phanarocam, præterque radices Amazonii montis lapsus.* Cf. Strabo p. 547. ‖ — 774. λευκὸν] θερμὸν Paraph. Nicephor., var. lect. ap. schol.; πρόεισιν *o*; ἐνίησιν *GNbeε* et sec. m. *O*. ‖ — 775. ἀλωμένην *Doqs* ἀλοωμένην *EK*. Ἀσωπίδα] *Asiæ*... *alumna* Priscian. 750, adeo ut corruptam scripturam (Ἀσιήτιδα e Wernsdorfii conj.) in græcis suis habuisse videatur. De fabula plura v. ap. Apollon. 2, 946 sqq., ibiq. schol. Cf. Valer. Flaccus 5, 110 sqq. — ‖ 776. μιν] μὴν *BC*; ἀκηχημένην *Nbq*, ἀκηχαμ. *O*, ἀκηχωμ. *C*, ἀκαχυμ. *K*, ἀκαχημ.*e*, ἀκαχεμένην *l*; ἑτέρῃ *Hζ*; παρενάσατο *AG*; χώρᾳ cod. ε. ‖ — 777. ὑφημοσ. *NbdeG*, ἐφημορσ. *D*; ἐρανῆς *q*. ‖ — 779. καὶ om. *C*; ἐπώνυμον om. *q*; ἔχουσι *LQY*, ἔθεντο *BHM*. ‖ 780. ἂν] αὖ cod. ε; περὶ] παρὰ *CGHKOXiq*; κρημνώδεας *i*; ὄχθους *b*. ‖ — 781. τάμνοις *Cq*, quod probat Brunkius; κρυστάλου *Gd*. Cf. vs. 724 ibiq. not. ‖ — 782. δήης *q*. ‖ — 783. καθαρὸν] Cf. Apoll. Rh. 2, 368 : λευκῇσιν ἑλίσσεται (ὁ Ἶρις) εἰς ἅλα δίναις, ad quæ schol. : λευκὰς δὲ δίνας τὰς καθαράς φησιν. ‖ — 784. ἐπιμορμυρ. *BEQ*. ‖ — 785. ἑλκομένοιο *coq*, ἑλκομένου var. lect. ap. Steph.; ἐγγύθι Ald. ‖ — 786. Ἀρμενίοιο] Cf. Herodot. 1, 72 : ὁ Ἅλυς ποταμὸς, ὃς ῥέει ἐξ Ἀρμενίου οὔρεος διὰ Κιλίκων. Cf. vs. 773. ‖ — 787. τῇσιν Ald.; ἠιόνεσι *CGF*, ἠιόσι *q*. νέμοντο *M*. ‖ — 788. Μαριανδηνῶν *Lo*, Μαρυανδινῶν *q*, Μαρυανδυνῶν *Ks*, Βαρυαδηνῶν *D*; ἱερὸν] ἰσόν *b*. Sacer campus ob antrum Acherusium. πέδον] γένος *BCHKLMNYXb deklmtεζ* Ald. Cf. 213. 357. Apoll. 2, 743 : Μαριανδυνῶν ἀνδρῶν ἐριθηλέα γαῖαν. Dein ἐννέπουσιν *Coq*. ‖ — 789. Κρονίδεω *C*, Κρονιάδαι *o*; χαλκεόφωνα *o*. Locorum descriptionem vide ap. Apoll. Rhod. 2, 354 sqq., 728 sqq. 806, 844. De Cerbero ab Hercule per antrum Acherusium protracto deque aconito e spuma canis nato vide quæ laudavimus ad Herodori fr. 25 in Fr. Hist. tom. 2, p. 35. ‖ — 791. στόματος *DEFGHL NXbdefgεζ* et man. sec. *C*; συαλώδεα *oq* χυμὸν *Y*. ‖ — 792. δέξατο *Yd* Ald.; καὶ αὐτόθι *Af*. ‖ — 793. λιπαράν

Ῥήβας ἔνθ' ἐρατεινὸν ἐπιπροΐησι ῥέεθρον,
Ῥήβας, ὃς Πόντοιο παρὰ στομάτεσσιν ὀδεύει,
Ῥήβας, οὗ κάλλιστον ἐπὶ χθονὶ σύρεται ὕδωρ.
Τόσσοι μὲν Πόντοιο περικτίται ἄνδρες ἔασι·
κεῖνα δέ τοι Σκυθίης προλελεγμένα φῦλα πελέσθω.
Νῦν δ' αὖ παραλίης Ἀσίης πόρον ἐξενέποιμι,
ὅς ῥά τε πρὸς νότον εἶσιν ἐφ' Ἑλλήσποντον
καὶ ποτὶ μηκίστου νότιον ῥόον Αἰγαίοιο [ὀδεύων,
μέσῳ αὐτῆς Συρίης τε καὶ Ἀραβίης ἐρατεινῆς.
Χαλκιδέες μὲν πρῶτα παρὰ στόμα γαῖαν ἔχουσιν,
οὖδας ἐς ἀντιπέρην Βυζάντιον εἰσοράωντες·
Βέβρυκες δ' ἐπὶ τοῖσι καὶ οὔρεα Μυσίδας αἴης,
ἧχί περ ἱμερόεντα Κίος προΐησι ῥέεθρα,
τοῦ ποτ' ἐπὶ προχοῇσιν Ὕλαν ἡρπάξατο Νύμφη,
ὀτρηρὸν θεράποντα πελωρίου Ἡρακλῆος. [κὼν
Ἔνθεν ἐφ' Ἑλλήσποντον ἐπιτρέχει ἄσπετος ἀγ-
βαιοτέρης Φρυγίης· ἑτέρη δέ τοι ἔνδοθι κεῖται,
εὐρυτέρη γεγαυῖα, παρ' ὕδασι Σαγγαρίοιο·
ἀλλ' ἤτοι μεγάλη μὲν ἐπ' ἀντολίην τετάνυσται,
ἱππόβοτος, λιπαρή τε· πρὸς ἑσπερίην δ' ἂν ἴδοιο

ubi Rhebas amœnos cursus emittit,
Rhebas, qui Ponti ostia præterlabitur,
Rhebas, quo non pulcrior unda per terras errat.
Tot igitur gentes Ponti sunt accolæ,
illæ vero quas supra dixi ad Scythiam referuntur.
Jam vero tractum Asiæ maritimæ proloquar,
qui in austrum abit ad Hellespontum conversus,
atque australem vastissimi Ægæi cursum,
ad ipsam usque Syriam jucundamque Arabiam.
Primi igitur Chalcidenses ad os terram obtinent,
in oppositum Byzantii solum spectantes.
Post hos Bebryces montesque Mysiæ regionis,
qua Cius jucundas fundit aquas;
cujus ad fluenta Hylam olim Nympha rapuit,
strenuum ingentis Herculis ministrum.
Inde ad Hellespontum procurrit immensus flexus
Phrygiæ minoris; altera vero ad interiora spectat,
quæ ad aquas Sangarii se dilatat:
at major in ortum porrigitur,
equorum altrix nitida; in occasum vero videas

C, λιπαρὸν χθῶνα *D*; γῆν ναιετάουσι καὶ *q*. ‖ — 794. ἔνθ' om. *q*. ‖ — 795. παρὰ] μετὰ *H*. Hunc vs. *e* sec. manu supplevit. ‖ — 796. Hic versus in *GK* ante vs. 795 legitur. ‖ — 798. τοῖς *b*; Σκυθίοις *F*; πελέτω *C*. « Miram rationem Hillius instituit, ut universæ gentes Ponticæ videri possent etiam in Scythicis enumerari, quum plerasque sit perspicuum significari, quæ v. 761 proxime præcedant. Avienus autem (v. 971) hunc versum post 802 rejecit, probante Schradero. » Bernhardy. ‖ — 799. παρραλίης *AQL* alii. ‖ — 800. πρὸς om. *H*; ὅς ῥάτ' ἐς νότον *CEGKLXbip*; ἐφ'] ἀμφ' *C*; ἦσιν ὑφ' Ἑλλ. *s*, ‖ — 802. μέμφ' *D*; αὐτοῖς *s*; Ἀρραβίης *AIIKMNQXY* alii. « Arabiæ commemoratio quamquam proposito non satis videtur accommodata, convenit tamen poetæ tum certas sibi quasdam verborum comprehensiones indulgenti, tum qui descriptionem Arabiæ cum Syria copulaverit. » Bernh. ‖ — Χαλκίδες *H*; παρὰ] περὶ *CQXOegiqε* Eustath. ad 764.; ἔχοντες *km*. Quemadmodum Calchedonii sive Chalcedonii Χαλκιδεῖς dicuntur, sic supra v. 764 legimus Χαλκὶς ἄρουρα. Urbs, quæ in vett. libris plerumque Χαλκηδὼν vocatur, in titulis publicis numisque Καλχηδών scribi constat (V. Boeckh. C. I. 2, p. 662), eamque formam etiam invitis codd. pro vulgato Χαλκηδὼν in vett. scriptis intulerunt. Bernhardyus: « Præbet vero hic ipse (Dionysii) locus, cujus simplicior facies aciem virorum doctorum elusit, certissimum ætatis suæ documentum, quo contentionum impetus ac studia velut uno ictu profligentur. Proponam enim optimam N. Heinsii ad Virgil. Ecl. 16, 50 annotationem, unde possit de Dionysii temporibus existimari: « Similis diversitas, inquit, Chalcedonis in antiquis monumentis, quæ Chalcis dicitur nonnullis posteriorum temporum scriptoribus, atque hinc Chalcidium Paullino, Sidonio Apollinari, D. Hieronymo, aliis, cum de Bithyniæ civitate fit mentio, qua de re egit erudite Jo. Sirmondus ad Sidon. Apoll. p. 105; quod præter exemplum emendatæ antiquitatis ab iis fieri existimo. Ceterum facit hæc serioris ævi forma, ut Χαλκηδὼν quomodo Græcis in literis increbrescere potuerit intelligamus. » Ego vero non intelligo quid hæc ad definiendam Dionysii ætatem faciant; nam si in melioris ævi scriptoribus, ubi libri Χαλκηδὼν præbent, Καλχηδὼν refingi velis, apud Dionysium quoque Καλχὶς ἄρουρα et Καλχιδέες reponendum esse putare licet. Quamvis cur ita statuamus causa non subest; nam inde a quonam tempore Χαλκηδὼν forma gliscere cœperit, nescimus. Quæ vero *Arrianus* ap. Eustath. ad h. l. de vocis etymo accepit (nisi forte et hæc corrigi velis), Χαλκηδὼν nomen certe jam primo post Christum sæculo (quo antiquior Dionysius esse nequit) usu obtinuisse coarguunt. Fort. Chalcitis insula, quæ erat prope Chalcedonem, ad urbis nomen corrumpendum contulit. ‖ — 804. ἀντιπέραν *K*, ἀντιπέρι (sic) *A*; εἰσορόωσι *Km*. ‖ — 805. Bebrycum mentionem consultius omisisset Dionysius, quippe quos jam Xanthus (ap. schol. Apoll. 2, 2) et Eratosthenes (ap. Plinium 5, 33 § 128) interiisse dixerunt. Viguit eorum memoria apud Argonauticon scriptores, ut ap. Apollon. Rh. 2, 2. 13. 70. 98. 121. 129 sqq. 758. 768. 792. 798. Cf. Strabo p. 295. 541. 542. 586. 678. Steph. Byz. v. Βυσναῖοι et Βέβρυκες; Appian. Mithrid. c. 1. ‖ — 806. ἧχι περ αἰπὺ ῥέεθρον ἐπιπροΐησι Κίος *IIζ*; ad marginem notatur: θρα· λείπει. In ζ vulgata adscripta est in ima pagina. ‖ — 807. τοῦ] οὗ *D*; Ὕλλον *D*; ἡρπάξατο] ἀπενόσφισε *ABIIKMYcdefhkloqstζ* et pr. m. *F*, nescio an recte; ἀπενόσφισσε νύμφαι *o* m. sec.; ἡρπάξαντο cod ε; ἡρπάξαντο νύμφαι (supr. νύμφη) *C*. Cf. Apoll. Rh. 1, 1223; Theocrit. 13. 43. ‖ — 808. πελώριον *C*. ‖ — 809, ἔνθ' *o*; ἐφ'] om. *Ds*, ἐς *AHd*, εἰς *f* Ald.; ἀνατρέχει *ACGHKNb ikImεζ*. ‖ — 810. δ' ἔνδοθι *G*. ‖ — 811. βεβαυῖα *kl* margo *O*. ‖ — 812. μὲν μεγάλη *A*; μὲν om. *F*. ‖ — 813. πρὸ

τὴν ἑτέρην, ἣ κεῖται ὑπὸ ζαθέης πόδας Ἴδης,
Ἴλιον, ἠνεμόεσσαν ὑπὸ πλευρῇσιν ἔχουσα,
Ἴλιον ἀγλαὸν ἄστυ παλαιγενέων ἡρώων,
Ἴλιον, ἣν ἐπόλισσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων,
Ἴλιον, ἣν ἀλάπαξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη,
Ξάνθῳ ἔπ' εὐρυρέοντι καὶ Ἰδαίῳ Σιμόεντι.
Τὴν δὲ μέτ' Αἰολίδος παραπέπταται ἤθεα γαίης
Αἰγαίου παρὰ χεῖλος, ὑπὲρ μέγαν Ἑλλήσποντον.
Τῇ δ' ἔπι ναιετάουσιν ἀγαυῶν ἔθνος Ἰώνων,
ἀγχίαλοι γεγαῶτες, ἐπὶ χθονὸς, ἧς διὰ μέσσης
Μαίανδρος λιπαρῇσι κατέρχεται εἰς ἅλα δίναις,
Μιλήτου τε μεσηγὺ καὶ εὐρυχόροιο Πριήνης.
Τάων ἀμφοτέρων γε βορειοτέρην ἐσίδοιο
παραλίην Ἔφεσον, μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης,
ἔνθα θεῇ ποτε νηὸν Ἀμαζονίδες τετύκοντο
πρέμνῳ ἔνι πτελέης, περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα.
Μηονίη δ' ἐπὶ τοῖσιν ἐπ' ἀντολίην τετάνυσται
Τμώλῳ ὕπ' ἠνεμόεντι, τόθεν Πακτωλὸς δδεύων
χρυσὸν ὁμοῦ δίνῃσιν ἐφελκόμενος κελαρύζει·
τοῦ δ' ἂν ἐπὶ πλευρῇσι καθήμενος εἴαρος ὥρῃ
κύκνων εἰσαΐοις λιγυρὴν ὄπα, τοί τε καθ' ὕδωρ
ἔνθα καὶ ἔνθα νέμονται ἀεξομένης ἐπὶ ποίης·
πολλοὶ γὰρ λειμῶνες ἐν Ἀσίδι τηλεθόωσιν,
ἔξοχα δ' ἀμπεδίον Μαιάνδριον, ἔνθα Καΰστρου
ἥσυχα καχλάζοντος ἐπιρρέει ἀγλαὸν ὕδωρ.
Οὐ μὰν οὐδὲ γυναῖκας ὀνόσσεαι, αἳ περὶ κεῖνο

alteram, quæ pertinet ad radices Idæ divinæ,
cujus lateribus Ilium adjacet ventis objectum,
Ilium, insignis priscorum heroum civitas,
Ilium, quod Neptunus et Apollo munierunt,
Ilium, quod Minerva Junoque diruerunt,
ad latos Xanthi cursus et Idæum Simoentem.
Post hanc Æolicæ terræ sedes patent,
ad Ægæi litora, ultra magnum Hellespontum.
Deinceps habitat generosorum Ionum stirps,
in parte maritima, quam regionem mediam
Mæander perlabens splendidis verticibus in mare de-
Miletum inter et spatiosam Prienen. [scendit
Utrâque vero magis borealem conspexeris
Ephesum maritimam, magnam Dianæ civitatem:
ubi deæ quondam Amazones sacrum exstruxerunt
in ulmi trunco, ingens hominibus miraculum.
Post hæc Mæonia in ortum porrigitur,
sub Tmolo prominenti, unde Pactolus decurrens
aurum vorticibus pertrahit leni sonitu.
Cujus ad latera veris ætate assidens
cygnorum vocem inaudias canoram, qui per aquam
hic illic vegeta herba pascuntur.
Multa enim prata per Asiam virent,
at quumprimis in campo Mæandrio, quem Caystri
placide murmurantis aqua perfluit splendida.
Verum ne mulieres quidem improbaveris, quæ ad

δ' ἐσπ'. Ald., ἴδοις *Fs.* ‖ — 814. ζαθέους *Fcehoq* Paraphr.; ζαθέας Ald. ‖ — 815. ἔχουσαν *C.* Versum om. *O.* ‖ — 817. Hunc post v. 818 habet *o;* ἐπόλισε *DGNbd* Ald., ἐπόλισαν *C.* ‖ — 818. ἀλάπαξεν *EGNd* Paraphr.; ἐλάπαξαν *Di.* ‖ — 819. ἔπ'] ὕπ' *BMcms;* εὐρὺ ῥέοντι ex *BQ* enotavi, sed alii quoque complures habere videntur. ἰδέω *C*, ἠδέω ε. ‖ — 821. περὶ χεῖλος Eustathius. μέγας Ἑλλησπ.] Cf. Il. ω, 545 : Ἑλλήσποντος ἀπείρων. De ratione varia, qua Hellesponti ambitum veteres circumscripserint, vide Strabon. fragm. Vatican. 57 p. 284 ed. Didot. ‖ — 822. ἐπιναιετάουσιν *DELNQ;* ἔθνος] παῖδες *AEGLNQX* mgo *Y*, γένος *s*. ‖ — 823. ἀγχιάλου *HOYdζ* Eust. Ald.; γεγαότες *d* Ald.; γεγονότες *Fcoq*, γεγονῶτες *c;* μέσης *CFdoqs*. ‖ — 825. τε om. *FGNeoq*, Μιλήτοιο μεσ. *O*, μεσηγὺ *Bccoqs;* εὐρυχώροιο *CEGHKLNOXbcdeoqζ* Ald.; Πυρήνης *BM*. Voci εὐρυχόροιο subesse posse tenue Panioniorum indicium suspicatur Bernhardyus. ‖ — 826. γε] τε *s* man. pr, δὲ *CEHLNOXζ*, om. *GK;* βορειοτέραν *C*, βορειοτέρων *s;* βορ. πόλιν ἐς ἰδ. *Fo*. ‖ — 827. παρραλ. *AB ENOQ*, Ἰοχείρης *G*. ‖ — 828. θεᾷ *CDGbce;* ποτὲ βωμόν *BDEFLMNOYbceghlopqz* quinque codd. ap. Wass. ad Thucyd. 8, 25. Cf. Paraphr.; βωμόν ποτε *GH*. Cf. Callimachus hym. in Dian. 237 :

Σοὶ καὶ Ἀμαζονίδες, πολέμου ἐπιθυμήτειραι,
ἔν ποτε παραλίῃ Ἐφέσου βρέτας ἱδρύσαντο
φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ· τέλεσεν δέ τοι ἱερὸν Ἱππώ.

Mela 1, 17, 2 : *Ephesus et Dianæ nobilissimum templum quod Amazones Asia potitæ condidisse traduntur.* Plin. 3, 31, § 115; Strabo p. 549 (471, 30 Did.); Pausan. 4, 31, 8; 7, 2, 4; Hygin. fab. 223. 225; Steph. Byz. s. v. Ἔφεσος. ‖ — 829. πτελέης *o*. Cf. Stephan. : Ἔφεσος... Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ... Πτελέα. Idem narrat Plin. 5, 31, 115. Ξόανον aliud in arboris trunco positum memorat Pausanias 8, 13, 2 : πρὸς δὲ τῇ πόλει (Ὀρχομένῳ) ξόανόν ἐστιν Ἀρτέμιδος· ἵδρυται δὲ ἐν κέδρῳ μεγάλῃ, καὶ τὴν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῆς κέδρου Κεδρεᾶτιν. ‖ — 830. τοῖσιν] τῇσιν *ABDE KLMNY;* ἀντολίη *HLζ*. ‖ — 831. τόθε *Hζ*. ‖ — 832. δίνῃσι *C;* κατερχόμενος *C;* κελαρίζει *Yd*. ‖ — 833. πλευραῖσι *o*. ‖ — 834. εἰσαΐης *gk;* τοί τε] τοι δὲ *D;* τοί κε *X*, οἵ τε *Cgk;* τότε *F;* ὕδωρ] ὕλην *ELXYbipε* Ald., « quod recepit Matthiæ; unde prava pendet Ursini conjectura ἰλύν, qua fluminis ulvam fortasse disertius vellet exprimere. Varietas quidem vix potest dubitari quin ad Homericum illud exemplum fuerit composita Il. 2, 461 :

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμενα πτερύγεσσιν.

Similiter in oratione dissimili Nicander Ther. 135 : τοὶ δὲ καθ' ὕλην. » Bernh. — 835. ἔπι] ἔτι *De;* ἀρξαμένης *C*. — 836. γὰρ] καὶ γὰρ *Dccoq;* ἐν Ἀσίτιδι *bk*, ἐς Ἀσίδα *Xp*, Ἀσιάδα Eustath. ad vs. 80; τηλεθάουσιν *ABCDEFLMNOabε*, τηλεθάωσιν *Yd* Ald., τηλεθώσιν *eq*, τηλεθόουσιν *o*, τελέθουσιν *eklm*. ‖ — 837. ἂν πεδίον *CDHKOkbζ*. ‖ — 838. παφλάζοντος *ABEKLMNObflε* Eust., παμφλάζοντος *G;* ἄγλαον] ἄσπετον *Hζ*. ‖ — 839. μὴν *q* Ald., μὲν *o;* ὀνόσεαι *Cd;* αἵπερ ἐκεῖνο *D*. Stepha-

840 θεῖον ἕδος, χρυσοῖο κατ' ἰξύος ἅμμα βαλοῦσαι,
ὀρχεῦνται, θηητὸν ἑλισσόμεναι περὶ κύκλον,
εὖτε Διωνύσοιο χοροστασίας τελέσειεν·
σὺν καὶ παρθενικαὶ νεοθηλέες, οἷά τε νεβροί,
σκαίρουσιν· τῇσιν δὲ περισμαραγεῦντες ἀῆται
845 ἱμερτοὺς δονέουσιν ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνας.
Ἀλλὰ τὰ μὲν Λυδοῖσι μετ' ἀνθρώποισι μέλονται·
πρὸς δ' ἅλα κεκλιμένοι Λύκιοι χθόνα ναιετάουσι
Ξάνθου ἐπὶ προχοῇσιν, εὐρρείτου ποταμοῖο·
ἔνθα βαθυκρήμνοιο φαείνεται οὔρεα Ταύρου
850 Παμφύλων καὶ μέχρι· Κράγον δέ ἑ φημίζουσιν.
Κεῖθι δ' ἂν ἀθρήσειας ὑπειράλιον πτολίεθρον
Ἄσπενδον, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Εὐρυμέδοντος,
ἔνθα συοκτονίῃσι Διωναίην ἱλάονται.
Ἄλλαι δ' ἐξείης Παμφυλίδες εἰσὶ πόληες,
855 Κώρυκος Πέργη τε καὶ ἠνεμόεσσα Φάσηλις.

divinam illam sedem, auro cingulo lumbis injecto,
saltant mirabili orbe sese flectentes,
quoties Bacchi choreas concelebrant.
Simul etiam virgines, tanquam lactentes hinnuli,
assultant; quarum elegantes vestes
circum pectora venti agitant ludibundi.
Sed ista Lydi homines viderint.
Ad mare autem conversi habitant Lycii
per Xanthi fluenta, amnis pulcerrimi;
ubi prærupti apparent montes Tauri,
ad Pamphyliam usque, quos Cragum appellant.
Ibi conspexeris oppidum maritimum
Aspendum, ad undas Eurymedontis fluvii,
ubi sacris suillis Dionen placant.
Aliæ sunt autem deinceps Pamphyliæ urbes,
Corycus, et Perga ventisque objecta Phaselis.

---

nus v. Ὑπαιπα, Hypæpam, Lydiæ urbem Tmolo subjectam, refert καλλίστας ἔχειν γυναῖκας, δῶρον Ἀφροδίτης. ‖ — 840. ἕδος] ἕλος *E*. Neque Dianæ Ephesiæ fanum aliquod neque ipsa Ephesus civitas cum Bernhardyo intelligenda, sed Mæonia cum Tmolo monte, Bacchici cultus sedes notissima. Nonnus 40, 154 : μηδὲ νοήσω Μαιονίην, μὴ Τμῶλον ἴδω, μὴ δῶμα Λυαίου. 25, 451. Μαιονίη... τροφὸς Βάκχου, 10, 407 : ναίω Μαιονίην. Cf. id. 33, 254. 44, 441 etc.; Orph. hym. 47 et 48. Quæ sequuntur χρυσοῖο... βάλλουσαι bacchicis saltationibus optime conveniunt, nec est cur vereamur ne poeta bellicam Ephesiorum pompam cum choreis Baccharum confuderit. Bacchica sacra verno tempore a Lydis celebrari testatur Himerius p. 436, ipso citante Bernhardyo. ‖ — 841. ὀρχεύαται *A*, θειητὸν *E*, ἀμειβόμεναι *CEGHLXbdeζ* mgo *O*; in *d* annotatur : γρ. ἑλίσσομ.; παρὰ *q*; κύκλων Ald. ‖ — 842. Διωνύσσοιο *BDMQ*, Διονύσσοιο *Lbdo*, Διονύσοιο *BCFKXcq*; χοροστασίαι cod. ζ; τελέθοιεν *ABDKMOchkζ*; in ζ supra scr. τελέουσι, quod habent *CL*; τελέθουσι *EGXYbdelmνε* Ald. ‖ — 843. νευροὶ *FOζ*. ‖ — 844. σκαίρουσι *ENζ*, σπείρουσι *o*, τῇσι *EKLζ*; δὲ om. Ald., περὶ σμαρ. *BD*, περισμαρ. pr. manu *E*, παρασμαρ. *s*, ἐπισμαρ. *A*, ἐπὶ σμαρ. *o*, περισμαραγεῦνται *c*; ἀηταί *D*. ‖ — 845. ἐπὶ] περὶ *k*; στήθεσι *CDFdos*, στήθεσφι *Ki*. ‖ — 746. μετ'] ἐπ' *C*; μεγ' conjecit Bernhardyus; μετ' ἀνδράσι πέλονται *Hζ*; μέλλονται *q*, ἕλονται *F*, νέμονται *D*, μέλωνται var. lect. ap. Steph. ‖ — 847. κεκλιμένην *HOQ*. « Ceterum quod Cariam supprimi videmus, in causa fuit regionis vaga divisio, quæ quum pristinam imperii formam dudum amisisset, partim coloniis Ionum pareret, partim cum Lycia principum ævo finibus provinciæ ejusdem contineretur. » Bernh. ‖ — 848. ἐν προχ. *L*; εὑρείτου *DKa*, εὐρρύτου *Nq*. ‖ — 849. βαθυκνήμου *C*. ‖ — 850. Παμφυλίων *BCDMNOYXadehgtζ* Eust. Παμφύλιοι habes vs. 127; Κράγων *K*; φημίζουσι *NY*, φημίσκουσι *EGQ*, κικλήσκουσι *ABCHMOghζ*. Cragum inter Tauri brachia Plinius quoque, 5, 27, § 98, recenset. ‖ — 851. κεῖθι δ' ἐσαθρ. var. lect. ap. Salmas. ad Sol'n. p. 549; κεῖθι δ' ἀρ' ἀθρ. *oq*; ὑπεὶρ ἅλιον *AB*, ὑπὲρ ἅλιον *F*, ὑπεράλιον *oq*. Per Eurymedontem ad Aspendum, urbem ex alto colle prospectantem (Mela 1, 14), navigatio est stadiorum 60, teste Strabone p. 667. ‖ — 852 Ἄσπεδον *L*, παραρρόον *DLNbc*. παραὶ *p*, περὶ *q*. ‖ — 853. ἱλώονται *D*, ἱλάσκονται *BHMNOeq*. συοκτονίῃ,] « Mirificum illud sacrificium non videtur Aspendiis alius attribuisse; sed optime Dionysius meminit, cujus quasi fortuito possunt indicio civitatis origines Argivæ restaurari. Namque commodum Athenæus 3, p. 96, A, inter alia cruenti moris documenta Callimachi prodidit observationem eruditam : Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι, καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται ὑστήρια. » Hæc Bernhardyus, qui præterea meminit Strabonis p. 438 (376, 14 Did.), ubi hæc : Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν τοῖς ἰάμβοις τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία) τὴν Καστνιῆτιν ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ φρονεῖν, ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν... οἱ δ' ὕστερον ἤλεγξαν οὐ μίαν Ἀφροδίτην μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείους ἀποδεδειγμένας τὸ ἔθος τοῦτο· ὧν εἶναι καὶ τὴν ἐν τῇ Μητροπόλει (Thessaliæ)· ταύτῃ δὲ μίαν τῶν συνοικισθεισῶν εἰς αὐτὴν πόλεων παραδοῦναι τὸ ἔθος, Ὀνθύριον. Quæ ex Athenæo modo apposita sunt, introducuntur verbis : μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζενόδοτος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι, sed ex Zenodoto potius quam e Callimacho sumta esse videntur, nisi fortasse putes Callimachum alia in Iambis, alia in Commentariis historicis prodidisse. Onthyrium, quod Meinckius in Vindiciis Strab. p. 156 pro Ὀνούριον codd. reponendum esse vidit, oppidum Thessalicum erat περὶ τὴν Ἄρνην (Steph. Byz.). Fortassis igitur pro Ἀργεῖοι legendum est Ἀρναῖοι. Quod Castnie in Venerem attinet, hanc vulgo referunt ad Castaneam Magnesiæ oppidum Pelio monti subjectum. Ego nescio an sit ea ipsa quam ad Aspendum porcinis sacris coli Dionysius refert, quem Callimachi scrinia expilasse sæpius jam vidimus. Quod ut conjiciam, facit Stephani Byz. locus : Κάστνιον, ὄρος ἐν Ἀσπένδῳ τῆς Παμφυλίας, τὸ ἐθνικὸν Κάστνιος καὶ Κάστνιον, ἐξ οὗ καὶ Καστνιήτης. ‖ — 854. Παμφυλίδος *CGNb fkoq* et pr. manu *X*; πόλιες *Co*. Vocem ἐξείης si ad oppidorum ordinem geographicum poeta referri vo-

Τῶν δὲ πρὸς ἀντολιὴν μεσάτην χθόνα ναιετάουσιν
ἴδριες ἐν πολέμοισι Λυκάονες ἀγκυλότοξοι.
Τοῖς δ' ἔπι Πισιδέων λιπαρὸν πέδον, ἧχι πόληες
Τερμησσὸς Λύρβη τε καὶ ἣν ἐπολίσσατο λαὸς [γη.
πρίν ποτ' Ἀμυκλαίων μεγαλώνυμος ἐν χθονὶ Σέλ-
Κεῖθεν δ' εἰς αὐγὰς σκολιὸν περιτέμνεται οἶμον
πολλὸν ἔσω βεβαυῖα περίδρομος ἀμφιτρίτη,
γείτων Εὐξείνοιο πολυκλύστοιο θαλάσσης.
Κεῖνός τοι Κιλίκων περισύρεται ἔθνεα κόλπος
μακρὸς ἐπ' ἀντολίην· Ἀσίης δὲ στεινὰ καλεῦσιν.
Καὶ τῷ μὲν πλεόνων ποταμῶν ἐπιμίσγεται ὕδωρ
τηλόθεν ἐρχομένων, Πυράμοιό τε καὶ Πινάροιο,
Κύδνου τε σκολιοῖο, μέσην διὰ Ταρσὸν ἰόντος,
Ταρσὸν εὐκτιμένην, ὅθι δή ποτε Πήγασος ἵππος,
ταρσὸν ἀφεὶς, χώρῳ λίπεν οὔνομα, τῆμος ἀφ' ἵπ-
ἐς Διὸς ἱέμενος πέσεν ἥρως Βελλεροφόντης. [που
Κεῖθι δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήιον, οὗ κατὰ νῶτα
ἀνθρώπων ἀπάνευθεν ἀλώμενος ἐνδιάσκεν.
Πολλαὶ δ' ἐξείης Κιλίκων γεγάασι πόληες,

His ad ortum mediterranei habitant
bellorum periti Lycaones arcusque gestantes.
Post hos Pisidarum pingue solum, ubi urbes
Termessus et Lyrbe, quamque condidit olim manus
Amyclæorum, Selge regionis urbs famosa.
Inde ad orientem obliquum in tramitem contrahitur
mare circumfluum, multum ad interiora secedens,
æstuosis Euxini fluctibus propinquum.
Is quidem sinus Cilicum gentes prætervehitur
longe in ortum pertinens; vocantur fauces Asiæ.
Atque cum hoc multorum fluminum aquæ commis-
qui longe deferuntur, Pyrami Pinarique [centur,
et Cydni flexibus mediam permeantis Tarsum,
Tarsum pulchre exstructam, ubi olim Pegasus equus
abjecta ungula loco nomen reliquit, quum ab equo
ad Iovis enitens heros Bellerophontes decidit.
Illic campus etiamnunc Aleius, cujus per dorsa
seorsum ab hominibus oberrans commorabatur.
Deinceps vero multæ exstant Cilicum civitates,

luit, hariolatus est. ‖ — 856. μεσσάτην *co.* ‖ 857. ἀργυρότοξοι *kl.* ‖ — 858. τοῖσι *Ndeq;* Πισιδάων *LNbe*, Πεισιδέων *Hζ*. Πισσιδέων *O*, πόλιες *Cdoε*. Pisidæ ante Lycaones memorandi erant. ‖ — 859. Τερμησσὸς *Bcmoζ*, Avienus 1024, numi; Τερμισσὸς *BQ;* Τελμησσὸς *MOYgt*, Τελμησὸς *A*, Τελμισσὸς Eustath., Τερμησὸς cett. codd.; ed Bernh.; ἐπολίσατο *ACDGKq*. Λύρβη] Λύρη in cod. Hieroclis p. 682 ed. Wessel., sed in Leonis Sapientis Notit. episcop. p. 46 ed. Tafel. recte legitur ὁ Λύρβης; in Ptolemæo 5, 5, p. 333, 7, ubi olim Λυρόπη edebatur, Λύρβη e codd. restituit Wilbergus. Ceterum Ptolemæus urbem Ciliciæ Asperæ accenset. Λυρβειτῶν legitur in numis, qui ad Alexandri Severi tempus pertinere videntur. V. Eckhel. D. N. 3, 1, p. 27. Alius nemo, quantum sciam, ejus oppidi mentionem injecit, neque de loco quo steterit, quidquam liquet. ‖— 860. Ἀμυκλαίων] De Selge Lacedæmoniorum colonia v. Strabo p. 570 (488, 37 ed. Did.). μεγαλ.] ὁμώνυμος Ald. Selgenses sunt ἀξιολογώτατοι τῶν Πισιδῶν, ut Strabo l. l. ait. ‖ 861. κεῖθι *Cq;* ἐς *o;* περιτέλλεται *ABIIMO*, τέμνεται *q*. ‖— 863. γείτων] Scilicet Ponti ora meridionalis recta fere ab occasu ortum versus procedere censebatur, meridionale vero Asiæ minoris litus circa sinum Issicum multum versus boream reflecti nonnulli putabant, adeo ut isthmo angusto (στενωτάτῳ ἰσθμῷ) Asia minor a reliqua Asia sejungeretur, figuramque τριγωνοειδῆ referret, quemadmodum Apollodorus prodidit, quem Strabo p. 576 (Cf. p 534, 672) refellit. Eandem sententiam arguit, quod ex Argæo Cappadociæ monte et Pontus Euxinus et sinus Issicus conspici posse ferebatur (Strabo p. 537). Cf. etiam Scylax § 102 extr., t. 1, p. 77. περικλ. mgo *O*. ‖ — 864. κόλπος] πόντος *DFHKNYcfhkmopqζ*; in *c* annotatur γρ. κόλπος ‖ — 865. καλεῦσι *BQ*, καλέουσι *MNY*, καλοῦσι *Lbe;* στεινὰ δὲ *q*. Asiæ angustias dici isthmum de quo modo egimus, sponte intelligitur. Salmasius portas Cilicias indicari putabat idque persuasit Bernhardyo. ‖ — 866. καὶ τὸ μὲν *F;* πλεόνων] πόλεων *AB MY* Ald. ‖ — 867. ἀρχομένων *QUf* Nicephor., ἐρχομενάων *Do;* Πινάρεω *GLbε*, sed in *b* supra scriptum οιο. Non eo quo debebant ordine fluvii recensentur. Præterea mireris inter magnos hujus oræ annes recenseri Pinarum fluviolum, misso Saro, qui inter Pyramum et Cydnum medius magno aquarum volumine labitur. Haud dubie pro Πινάροιο legendum est Σινάροιο, siquidem apud Ptolemæum 5, 7 p. 344, 2 Wilb. in tribus certe bonæ notæ codicibus legitur Σάρου ἢ Σινάρου (hodie *Sihun* vel *Sihan*) ποταμοῦ ἐκβολαί, et in Eustathii quoque codd. pro Πινάροιο varia lectio exstat Σινάροιο (ceterum de hoc fluvio inepte Eustathius narrat quæ iisdem verbis de Pyramo apud Strabonem p. 636 leguntur). Cf. Stephanus: Ἄδανα... Ταύτην ᾤκισεν Ἄδανος καὶ Σάρος, Ταρσεῦσι πολεμήσαντες καὶ ἡττηθέντες· ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος Ἄδανα· τὸν δὲ ποταμὸν Κοίρανον καλούμενον Σάρον καλέσαντες: in quibus κοίρανος, *dominus*, idem est quod Phœnices *sar* dicebant. V. Movers *Phœn. Alterth.* 2, p. 173. In Xenophont. Anab. 1, 4, 1 Ψάρος fluvius vocatur; in Stadiasmi codice § 166 (tom. 1, p. 481) codex pro Σάρον præbet Ἄρσιον. In Pseudo-Æthici Cosmogr. *Surus* legitur. Cf. de hoc fluvio præter ea quæ ad Stadiasm. l. l. citavimus, Procopius De ædif. 5, 5 p. 419, et De bello Pers. 1, 17 p. 84, ed. Bonn. — 868. Σκύδνου *C*. ‖ — 869. Hunc versum om. *K*. De fabulis cf. Strabo p. 673. 750, Steph. v. Τάρσος, Eustath., Dio Chrysost. Or. II, alii. Quomodo hæc ad historicam rationem revocanda sint, exposuit Movers *Phœn. Alterth.* t. 2, p. 170 sqq. ‖ 870. χώρᾳ *D*, χώραν *K*, χῶρον *A;* ὄνομα *CH;* ἐφ' *C*, ἀμφ' *DFD*. ‖ 871. ἱέμενος *EQ;* Βελερ. *DK*. ‖— 872. δὲ om. *LNbe*, δὴ *Dζ;* τὸ om. *Ed;* ἀλήιον *o;* νῶτον *k*. ‖ — 873....άσκε *LMO*, ἐνδίασκεν *D* ‖ 874. βεβάασι *CKLbdeg;* in *de* mgo γρ. γεγάασι; πόλιες *C*; « ἐξείης vox non premenda. » *Bernh.* ‖— Λυρνησὸς *BEHMOXbdeo;* Μᾶλλος *E*, Μαλὸς *DGbdcoq.;* Σόλος *Ap.* Anchialea et Soli a Cydno occasum versus erant. De Lyrnesso Ciliciæ aliunde non

Αυρνησσὸς Μαλλός τε καὶ Ἀγχιάλεια Σόλοι τε,
αἱ μὲν ἐν ἠπείρῳ, αἱ δ' αὐτῆς ἄγχι θαλάσσης.
Τῆς δ' ἔπι Κομμαγενὴν ἔδος, Συρίης τε πόληες
θινὸς ἐπὶ στρεπτῆς περιμήκεες· ἀμφὶ γὰρ ὁλκὸς
ἐς δύσιν ἔστραπται πολιῆς ἁλὸς, ἄχρι κολώνης
οὔρεος ἀγχιάλοιο, βαθυκρήμνου Κασίοιο.

Lyrnessus, Mallus, Anchiale, Soli,
aliæ mediterraneæ, aliæ ipsi mari propinquæ.
Post has sedes Commagena Syriæque urbes
in flexuoso litore multum porrectæ; circum namque
cani maris tractus in occasum convertitur, usque ad
maritimi montis, Casii confragosi. [culmen

---

constat nisi ex Curtio 3, 4, 10 : *Multa in ea regione* (in Cilicia) *monumenta, vulgata carminibus. Monstrabantur urbium sedes Lyrnessi et Thebes, Typhonis quoque specus* etc. Strabo ita habet p. 676 : Τῶν δ' ἐν Τροίᾳ Κιλίκων, ὧν Ὅμηρος μέμνηται πολὺ διεστώτων ἀπὸ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου Κιλίκων, οἱ μὲν ἀποφαίνουσιν ἀρχηγέτας τοὺς ἐν τῇ Τροίᾳ τούτων καὶ δεικνύουσί τινας τόπους κἀνταῦθα, ὥσπερ ἐν τῇ Παμφυλίᾳ Θήβην καὶ Λυρνησσόν. Idem p. 667 : Φασὶ δ' ἐν τῷ μεταξὺ Φασηλίδος καὶ Ἀτταλίας δείκνυσθαι Θήβην τε καὶ Λυρνησσόν, ἐκπεσόντων ἐκ τοῦ Θήβης πεδίου τῶν Τρωικῶν Κιλίκων εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκ μέρους, ὡς εἴρηκε Καλλισθένης. Ac revera inter Phaselidem atque Attaliam Lyrnessus urbs memoratur apud Plinium 5, 26, 96, Αυρνάς in Stadiasm. § 225 (p. 490), Αυρνίτεια ap. Hecatæum in Steph., Αυρνατία χερσόννησος ap. Steph., Αυρνάτεια νῆσος ap. Scylac. p. 71, Αυρναντεῖς οἱ κατὰ Φασηλίδα ap. Pseudo-Aristot. De ventis p. 973. Ab hac igitur Pamphyliæ regione quam Cilices e Troja advenæ occupasse dicebantur, quidam Lyrnessum in ipsam Ciliciam transtulerint. ‖ Ἀγχίαλοι *G*. ‖ — 876. ἐπ' ἠπ. *OY*. ‖ — 877. ταῖς *EB*; Κομαγ. *G*, Κομμαγενῶν *C*, Κομμαγηνόν *o*; Συρίων *BEKONbd* (hic γρ. Συρίης) *ehklp*; πόλιες *o*. Verba K. ἔδος de Samosatis, regionis capite, intelligi vult Bernhardyus; ego de Commagene regione (sicut vs. 840 ἔδος de Mæonia regione) accipio. Commagene quum ita memoretur ut a Syria sejungi videatur, Eustathius eam Cappadociæ a Dionysio accenseri arbitratur; id vero præter rationem fieri recte monet Hillius, qui Commagenen juxta Syriam nominari putat poetica illa loquendi formula, qua pars cum toto interposita copula jungitur. At quum eo tempore quo Dionysius scriberet, Commagene esset provincia a Syria separata (auctore Vespasiano imperatore. V. Sallustius in Vespasian. c. 8), nihil est cur eo confugiamus. ‖ 878. ἔπι] περὶ *Gεε* et pr. m. *d*, in quo supra ἔπι; περιστρεπτῆς *ENb*, in *E* supr. scr. ἐπιστρ., quod habent *cpq*; περιμήκεος *HKNYXeghikmopw* Ald., Priscian. 821, et pr. m. *b*. « Expeditiorem hanc lectionem etiam Brunkius ascivit, etsi correctorum sollertiæ sit debita, cum in vulgato liceat simplicissime vastos civitatum ambitus percipere. Nam στρεπτῆς ad lenem oræ longiusculæ flexum spectare Musgravius ostendit ad Eurip. Herc. 948. » Bernhardy. ‖ — 879. πολιῆς ἁλὸς ἐς δύσιν ἐστρ. *G*. ‖ — 880. βαθυκρήμνου *b*, βαθυκρήμνοιο *GHεζ*, πολυκρήμνου *F*; Καθίοιο *F*. « Casius iste mons, id quod e descriptionis natura facile est ad deprehendendum, non pertinet ad Syriæ montem, qui propter mare viciniam Orontis attingebat; sed is cognominis est Syriæ terminus (v. Herodot. 2, 158) ad Pelusium lacumque Sirbonidem porrectus. » Bernhardy. Eodem modo jam Hillius statuerat: haud recte. Ac primum quidem ipse Bernhardyus sensit in arenarum cumulos, qui sunt juxta Sirbonidem lacum, male cadere βαθυκρήμνου epitheton, quod præruptis Casii jugis ab Antiochiæ planitie versus austrum porrectis (*Djebel Okrab*, de quo multus est Ritterus t. 17, p. 1123 sqq.) accommodatissimum esse liquet. Deinde vero quum nostro loco poeta dicat Syriam oram ἐς δύσιν flecti usque ad Casium montem, in seqq. autem Cœlesyriam, inter Casium et Libanum montes usque ad Arabiam et Ægyptum pertinentem, ἐς νότον ἀντολίην τε spectare statuat : hæc vides non posse inter se conciliari, si Casius is esset quem voluit Bernhardyus. Poeta rem ita sibi effornavit, ut Syriæ oram in meridionali sinus Issici latere usque ad Casii montis initium, quod prope Antiochiam est, occasum versus porrigi censeret. Id sane falsissimum est, quum ora ista jam inde a scopulo Rhosico sive a prærupto promontorio quod hodie *Ras el Kansir* vocatur, in meridiem convertatur; at tradere Dionysium quæ acceperat vel in tabulis spectaverat, e Ptolemæo colligas : nam apud hunc quoque litus maritimum perperam ita delineatur, ut sinus Issici latus australe in occasum tendat usque ad Seleuciam et Orontem fluvium. Haud meliora Noster in seqq. de Cœlesyria prodit. Constat Cœlesyriam, quæ proprie dicitur vallis inter Libanum et Antilibanum media, laxiore vocis sensu universam comprehendere regionem quæ intra Seleucidem provinciam sequitur inde ab Eleuthero fluvio vel ab Orthosia civitate usque ad Ægypti confinia, litoralem vero ejus regionis tractum Phœniciæ nomine minus accurate designari (V. Strabo p. 756, Cas., 643, 50 Did.). Similiter Dionysius quoque statuit, ita tamen ut Cœlesyriam usque ad Orontem et Casii montis initium boreale extendat (quod consequitur tum ex nostro versu tum e vs. 910, ubi in urbium recensu ad Antiochiam usque progreditur). Præterea Noster ea quæ de Cœlesyria Libano et Antilibano inclusa traduntur, ad latiorem istam Cœlesyriam usque ad Ægyptum Arabiamque pertinentem transtulit, quippe quam inter duo montium juga porrigi statuit, ita tamen ut Libano Casium, Antilibano Libanum substituat. Ex his Libanum usque ad sinum Ælaniticum extendi putat (v. 954. 970. 924), adeo ut *Sinai* montis chersonesus pars sit Syriæ; Casium vero finxisse debet jugum montanum quod inde ab Antiochiæ regione et Casiotide provincia usque ad Casium Ægypto vicinum tractu continuo porrigeretur. Quod denique de Cœlesyria in meridiem et *ortum* vergente legimus, id pendere videtur ex pravis opinionibus quæ de Libani et Antilibani situ apud veteres geographos obtinebant. Videlicet horum montium tractum Strabo (p. 755 Cas., 642, 40 Didot) et Ptolemæus ab

Ῥηϊδίως δ' ἄν τοι λοιπὸν πόρον αὐδήσαιμι
γαιάων Ἀσίης· ὁ δέ τοι λόγος ἐν φρεσὶν ἔστω,
μηδ' ἀνέμοις φορέοιτο πονηθέντων χάρις ἔργων.
Εἰ γάρ μοι σάφα τήνδε καταφράσσαιο κέλευθον,
ἦ τάχα κἂν ἄλλοισιν ἐπισταμένως ἀγορεύοις
καὶ ποταμοὺς, πολίων τε θέσιν καὶ γαῖαν ἑκάστην.
Σχῆμα μὲν οὖν πισύρεσσιν ἐπὶ πλευρῇσι τετύχθω,
πεπταμένον δολιχοῖσιν ἐπ' ἀντολίην πεδίοισιν.
Οἶσθα μὲν, ἐν πρώτοισιν ἐμεῦ εἰπόντος ἀκούσας,
πᾶσαν ἔως Ἰνδῶν Ἀσίην ὄρος ἄνδιχα τέμνειν.
Κεῖνό τοι ἐν πλευρῇσι βορειότερον τελέοιτο·
Νεῖλος δ' ἑσπέριον πλευρὸν πέλοι· αὐτὰρ ἑῷον
Ἰνδικὸς Ὠκεανός· νότιον δ' ἅλὸς οἶδματ' Ἐρυθρῆς.
Φράζεο δ' ὡς ὑπὸ πέζαν ἐπ' αὐγὰς ἵξομαι ἤδη,
ἀρξάμενος Συρίηθεν, ὅθεν λίπον· οὐδ' ἂν ἔμοιγε
μύθου ἅτε ψευσθέντος ἀνὴρ ἐπιμωμήσαιτο.
Ἀλλ' ἤτοι Συρίη μὲν ὑπείρ ἅλὸς ἐγγύθεν ἕρπει
ἐς νότον ἀντολίην τε, πολύπτολιν αἶαν ἔχουσα,
ἣν Κοίλην καλέουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴν
μέσσην καὶ χθαμαλὴν ὀρέων ὑπὸ πρῶνες ἔχουσιν,
ἑσπερίου Κασίοιο καὶ ἠῴου Λιβάνοιο.
Καὶ τὴν μὲν πολλοί τε καὶ ὄλβιοι ἄνδρες ἔχουσιν,
οὐχ ἅμα ναιετάοντες ὁμώνυμοι, ἀλλὰ διαμφίς,
οἱ μὲν ἐπ' ἠπείρῳ, τοίπερ Σύριοι καλέονται,
οἱ δ' ἅλὸς ἐγγὺς ἐόντες, ἐπωνυμίην Φοίνικες,

Jam tibi facile dicam reliquum cursum
Asiaticarum regionum; sed oratio in mente hæreat,
neve gratia laboriosi operis cum ventis auferatur.
Si enim accurate istam perceperis viam,
profecto possis aliis quoque perite tradere
et fluvios urbiumque situs et singulas terras.
Figura igitur quattuor lateribus sit innixa,
quæ per spatiosos campos in ortum expanditur.
Tenes enim superiore sermone edoctus,
omnem Asiam ad Indos usque montem secare bifa-
Is tibi latus exsistat aquilonare, [riam.
Nilus autem occidentale; at orientale
Indicus oceanus, atque australe Rubri maris fluctus.
Advertas igitur, ut sub oras in ortum perrecturus sim,
exorsus a Syria, unde digrediebar; nec quisquam
me reprehenderit, tanquam ementito sermone.
Jam Syria propter vicinum mare protrahitur,
in austrum ortumque, urbibus oppleta regio,
quam Cavam cognomine dictitant, quoniam
mediam depressamque montium subter coercent cacu-
occidentalis Casii et orientalis Libani. [mina,
Eam vero multi homines tenent atque opulenti
nec habitationibus nec nomine juncti, sed seorsum
alii sunt in mediterraneis, qui Syri vocantur,
alii prope mare, Phœnices appellati

---

occasu versus ortum hibernum pertinere statuerunt. ‖ — 881. Versum om. *K;* δ' om. *De;* αὐδάσαιμι *C.* ‖ — 882. « Quæ sequuntur ὁ δέ τοι λόγος ἐν φρεσὶν ἔστω ab aliis poetis consimili ratione et magis etiam exornata proferri solent, ut Sophocles Triptolemo : Θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους, et Æschylus Prom. 789, qui tale quasi proœmium enarrationi geographicæ perinde præfixerunt. At longe tritissima sunt ista μηδ' ἀνέμοις φορέοιτο, quæ cum poetarum locis infinitum est operose contendere, cum in eo labore satis sint versati Victorius Varr. lect. 30, 8 et Lambinus ad Horat. Carm. 1, 26. » Bernh. ‖ — 883. μηδ'] μέγ' *D;* ἀνέμοισι *Dceq*, ἀνέμοιο *B;* χάριν *q* et pr. m. ζ. Cf. Æschyl. Agam. 361 : χάρις γὰρ οὐκ ἄτιμος εἴργασται πόνων. ‖ — 884. μοι] δὴ *d* et Ald.; καταφράσσοιο Ald. et *d;* sed sec. Koehlerum in *d* est περιφράσεο, quod habet *E;* καταφράσαιο *ACDHLXs*, μεταφράσαιο *o*, περιφράσαιο *GNb*ε, περιφράσσαιο *m*, καταγράψαιο *eq*. Cf. 707. ‖ — 885. κἂν] κεν *ABCDEFGHKLNQUXYceimoqptζ*. « Cui non modo licentia productionis obstat minus legitimæ, sed etiam certa formulæ ἦ τάχα καὶ consuetudo, quæ vel indicativo vel optativo reperiatur apta : videas exempla in Schæferi Melett. p. 131. » Bernh. ἐπιστημόνως *eq*, ἀγορεύεις *G*εζ. ‖ — 886. πολήων *DY*, ἑκάστῳ *D.* ‖ — 887. οὖν om. *G;* πισσύρεσσιν *eq*, πισσύρεσιν *No*, πισύρεσιν *FH;* πλευραῖσι ε, πλευροῖσι *DXi;* τετάχθω var. lect. ap. Rob. et H. Stephan. « Quod Noster Asiæ circuitum latissime patentem, sed anteriore parte seclusa, quadrata sibi figura proposuit describendum, artificium ille pinguius tentavit marte proprio elaboratum : nam portentum istud doctrinæ nemo peritus ab Eratosthene vel Strabone debet exspectare. » Bernhardyus. At quum tota Asia secundum eos, quos Dionysius sequitur, coni formam referat, sponte intelligitur dimidiam Asiæ partem neque quadratum neque parallelogramma referri posse, sed quadrilateram figuram fingi ἀνώμαλον, quæ ad dimidiam coni partem proxime accedat. ‖ — 889. μὲν] γὰρ *ABCEGLNOQXabdgiklm;* μὲν γὰρ *F*. Verba ἐν πρώτοισιν (vs. 639) post ἀκοῦσαι transposita in *A;* ἐμοῦ cod. ζ'. ‖ — 890. ἔως Ἰνδῶν] ἐς ἠῶην *BDFGHMOXcco*ζ; τεμένει *gq*. ‖ — 891. τοι] τόγ' *Nbgm*, τότ' *G;* πλευροῖσι *ADEHNYXbcp*ζ; τελέοιτο *O*. ‖ — 892. πέλει *ACGKNegq* et pr. m. ε; ἄταρ *eq*. ‖ — 893. ὠκεανὸν *B;* νότιος *b* ε, νότινος, supra alterum ν scripta lit. o, *b;* οἶδμα τ' ἐρυθρὸν *Kdko* Ald. et var. lect. ap. Stephan. ‖ — 894. ὡς ὑπὸ] ὥς τοι *EGNbdex;* in *Ed* supra scr. ὑπὸ; πέζαν] Cf. vs. 931. ἐπ'] ἐς *CEHKLgimp*ε. ‖ — 895. ἀρξόμενος *o;* Συρρίηθεν *X*. ‖ — 897. Συρ. μὲν] μὲν Συρ. *G;* ἐγγύθεν] ἐς νότον *ABOXdikmp*, εἰς νότον *eoq*. Emendatio petita ex vs. 174. ‖ — 898. τε om. *D;* πτολίπολιν *D*, πολύπολιν *C;* αἶσαν *D*. ‖ — 899. καλέουσιν *ABCEGbeghmoq*ε; ἐνέπουσι cett. codd. ‖ — 900. μέσην *CDEFGMo* et pr. m. ε; καὶ om. ε; ὑπὸ] sic *ACDFGHM*, ὑποπρῶνες *B*, δύο *EQKLNOYX* (sed in *E* correctum ὑπὸ) ceterique codd.; ὕπο Bernhardyus. ‖ — 901 et 902 om. *f*. In *M* post vs. 904 ponuntur, attamen adscriptis numeris ordo vulgatus indicatur. Κασσίοιο *b*, ἑῴου *H*. ‖ — 903. ἐπώνυμοι *k*. ‖ — 904. τοίπερ] τοι δέ περ *D*. ‖ — 905. ἐγγύ-

τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἳ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν,
οἳ πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο,
καὶ βαθὺν οὐρανίων ἄστρων πόρον ἐφράσσαντο·
οἵτ' Ἰόπην καὶ Γάζαν Ἐλαίδα τ' ἐνναίουσι,
καὶ Τύρον ὠγυγίην, Βηρυτοῦ τ' αἶαν ἐραννήν,
Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν,
ναιομένην χαρίεντος ἐφ' ὕδασι Βοστρηνοῖο,

de eo hominum genere qui Erythræi nominantur,
quique primi navibus sunt mare experti,
primi mercaturam in maribus occupatam commenti,
et sollertes cœlestium siderum cursus indagarunt.
Jopen habitant et Gazam Elaidemque,
Tyrum vetustam, Beryti amœnam regionem,
Byblum maritimam, Sidonem floridam
ad aquas venusti Bostreni sitam,

θεν ἐπωνυμίην *EGLNdε*, sed in *d* additum : γρ. ἐγγὺς ἐόντες; ἐγγύθεν ὄντες *b ;* ἐπωνυμίαν *X*. Cf. Strabo p. 749. ‖ — 906. τῶν] Sic in *BLbceoq* legi, ceteros præbere τῶνδ' Bernhardyus dicit; ego τῶνδ' lectionem e Parr. codd. non notavi nisi ex *EQX*. De re v. Herodot. 1, 1 et quæ ibi congesserunt interpretes. ‖ — 907. πρῶτον *Dc;* νήεσιν *C*. ‖ — 908. ἁλιδινέης *C*, ἁλιμήδεος *AEFGHKLNObcikεζ* mgo *Y;* in *c* γρ. ἁλιδινέος. Cf. Paraphr. De re v. Movers *Phœn. Alterth.* tom. 3, p. 14. ‖ — 909. πόρον] χορὸν *ACEKLNbgm* et margo *Oζ*, nescio an recte; in *E* add. γρ. πόρον; χῶρον *Gε*; πόλον *k* et Avienus 1068; ἐφράσαντο *CGXeoqs* et pr. manu *d;* ἐφράζοντο *i*. ‖ — 910. οἵτ'] ἐπ' *B;* Ἰόππην *A;* Ἑλλαΐδα *D*, τ' Ἐλαΐδα *C;* Ἰόππην Γάζαν, Πτολεμαΐδα *eq ;* τε ναίουσι *D*. Apud Stephanum legitur : Ἰόπη, πόλις Φοινίκης (an Παλαιστίνης?) πλησίον Ἰαμνίας, ὡς Φίλων· ὡς δὲ Διονύσιος, Παλαιστίνης (an Φοινίκης?). Φοινίκη γὰρ καὶ ἡ Παλαιστίνη : in quibus si Noster Dionysius laudatur, ut cum Bernhardyo aliisque credo, aliquid turbatum est. Meinekius in indice auctt. Dionysium Halicarnassensem intelligit, vix recte. — Quum Jope, Gaza et Tyrus præter ordinem topographicum recenseantur, de Elaidis situ e Dionysio accuratioris nihil colligi potest, nec quidquam impedit quin oppidum innuatur quod Elæam appellat Philo ap. Steph. Byz. s. h. v. : ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης Ἐλαία μεταξὺ Τύρου καὶ Σιδῶνος, ὡς Φίλων. Aliunde de eo non constat. « Eleas etiam vicus ab Hegesippo et Isidoro (Origg. 14, 3, 22) in Samaria nominatur, cujus mentio etiam exstare videtur Maccab. 1, c. 9. *Samaria incipiens a vico cui nomen est Eleas*, Isid. Ea quidem Elais Dionysii esse videtur, atque eadem etiam cum Elæa Stephani. » Hillius. At si Elæa inter Tyrum et Sidonem sita erat, non potuit esse in Samaria. Quodsi mediterraneam urbem perperam inter oræ loca recenseri putaveris, cogitari possit de Laide, prisco Sidoniorum oppido pone Tyrum in Galilæa sito, cujus in locum postea Dan sive Dane successit. Et quemadmodum apud Josephum De Bello jud. 4, 1, 1 Δάνη nomen in Δάφνη corruptum esse nonnullis videtur (v. Ritter. tom. 15, p. 214), sic Dionysius Ἐλαΐδα perperam pro Λαΐδα scripsisse videri possit. Sed hoc quoque longius petitum fuerit. Nihilo certior est Starkii (*Gaza und die philistæische Küste*, 1852, p. 451) conjectura. Is enim Elaidem sive Elæam intelligi vult portum Cæsariæ civitatis, quæ ante Herodis ævum Στράτωνος πύργος appellabatur. Videlicet quum Strabo p. 770 in sinus Arabici descriptione post Elæam portum commemoret Stratonis insulam, Starkius nescio quo jure statuit portum istum ipsius fuisse insulæ cujus deinceps mentio fit, eodem vero modo etiam Phœniciam Elæam portum fuisse Stratonis turris, omnibusque his locis ab eodem Stratone, haud dubie duce aliquo Ptolemaico, nomina esse indita. Quæ infirma est ratiocinatio. Nam Elæa Æthiopiæ portus (cf. St. Byz. : Ἐλαία... ἔστι δὲ καὶ λιμὴν Αἰθιοπίας καὶ νῆσοι τρεῖς) ponendus est in maxima *Dhalac* insularum quæ apud Plinium 6, 34, 173 in codd. *Aliaa* et *Elææ* vocantur; inter has vero et *Stratiotón* insulam (sic Plin.; *Hypostraten* G. R. 5, 18) ap. Plin. Bacchias et Antibacchias, interponuntur (v. Geogr. Min t. 1, p. LXVII et LXX not. 26 et p. 261). Quod vero Phœniciæ Elæam attinet, quum de situ ejus e Dionysii versibus nihil colligi possit, non susque deque habendum erat disertum Philonis testimonium, Elæam inter Tyrum et Sidonem collocantis. A meridie Sidonis erat Sarepta (*Sarfand*), ubi *Elias* ad viduam adscendisse fertur (Regg. 1, c. 17; Itin. Hieros. p. 583, ubi Sareptæ mentionem excidisse monet Wesseling.). Supra hod. *Sarfand*, 30 fere ab ora mar. stadia distantem locum *El Helely* exhibet Berghaus in Syriæ tabula. Deinde in Itin. sequitur *mutatio ad nonum ;* post hanc est hodiernum *Adloun*, cujus mentionem apud Scylacem latere, ubi codex habet ἄλλη (Leg. Ἀδλη?) πόλις. conjeci in tom. 1, p. CXXXIII. Aut horum locorum unum alterumve Philo *Elæam* dixerit, aut alium. Nam istum oræ tractum, nunc fere desertum, olim oppidis consitum fuisse ingens quæ perduravit sepulcrorum copia testatur. ‖ — 911. Versum laudant Stephanus v. Βηρυτός et Draco p. 28. Βηρυτὸν *eq ;* καὶ Βηρυτοῦ αἶαν *H;* ἐρατεινὴν *BDM*, pr. m. *Oo* et Stephani codd. Rhed., Vossianus et Perusinus. ‖ — 912. Tanquam Hesiodi versus laudatur in Etym. M. v. Βύβλος. « Error facile potest a Byblini vini memoria derivari, in qua proxime Hesiodum Etym. M. appellabat. » Bernh. Σιδῶνα *DF*, Σιδόνα *BGKMQ* Eustath. ad v. 117; Σιδῶνα τ' ἀνθ' *N;* ἠνεμόεσσαν *ACEGKgkεζ* mgo *OY*. « Λειμῶνας Sidonis ἀνθεμόεντας in Europæ raptu Moschus 2, 63 celebravit. » Bernh. Βοστρύνοιο *D*. Fluvius juxta Sidonem fluens nunc vocatur *Nahr el Auwaleh* (v. Ritter. t. 17, p. 120). Bostrenum alius nemo commemorat, nisi fort. nomen ejus apud Scylacem § 104 in corrupta voce Βοριυός latet. V. tom. 1, p. CXXXVIII. ‖ — 913. ὕδατος *N*. ‖ — 914. Ὀρθοσίδα Μάραθόν τε *G;* Ὀρθοσίδα etiam ε. Forma Ὀρθωσίς alibi, quantum sciam, non obvia. Ὀρθωσιάς, *Orthosias*, habes in Tab. Peut. et Geogr. Rav. 5, 7 et in codd. Strabonis p. 641, 36 ed. Didot., ubi ex Epitome nunc editur Ὀρθωσία, sicuti ceteris locis nomen hoc in Strabone

καὶ Τρίπολιν λιπαρὴν, Ὀρθωσίδα τε Μάραθόν τε
Λαοδίκην θ', ἣ κεῖται ἐπ' ἠιόνεσσι θαλάσσης,
καὶ Ποσιδήια ἔργα καὶ ἱερὰ τέμπεα Δάφνης,
[ἧχί περ Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος Ἀντιόχεια.]
Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσῃσιν Ἀπαμείης πτολίεθρον·
τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην κατασύρεται ὑγρὸς Ὀρόντης,
ἄσπετος, Ἀντιόχοιο μέσην διὰ γαῖαν ὁρίζων.
Πᾶσα δέ τοι λιπαρή τε καὶ εὔβοτος ἔπλετο χώρη,
μῆλά τε φερβέμεναι καὶ δένδρεσι καρπὸν ἀέξειν.
Τῆς δ' ἂν ἴδοις προτέρω, νοτιώτερον οἶμον ὁδεύων,
Ἀραβίου κόλπου μύχατον πόρον, ὅστε μεσηγὺ
εἰλεῖται Συρίης τε καὶ Ἀραβίης ἐρατεινῆς,
τυτθὸν ἐπ' ἀντολίην τετραμμένος, ἄχρις Ἐλάνων.

Tripolim pinguem et Orthosidem Marathumque
et Laodicen, quæ litoribus maris adjacet,
et Posideia arva et sacra Daphnes nemora,
[ubi Antiochi de nomine dicta Antiochia.]
Præterea urbes inter mediterraneas est Apamea,
cujus ad ortum Orontes delabitur humidus
immensusque, dum Antiochi sedem mediam dister-
Omnis est autem regio pinguis et pascua, [minat.
quæ et oves pascat et arborum fructus proferat.
Ab hac vero progressus itinere magis australi
sinus Arabici tractum videas interiorem, qui medius
Syriam amœnamque Arabiam interfluit,
paululum in orientem conversus ad Elana usque.

---

aliisque exaratur. Μαραθόν *Xo*, Μάρανθον *df* Ald. « Marathum Noster ab antiquis testibus accepit, cum esset dudum eversa. » Bernh. Sane Strabo p. 754 (641, 34 Did.) : Μάραθος, πόλις Φοινίκων ἀρχαία κατεσπασμένη : attamen oppidum istud, præter Plinium 5, 20, etiam Ptolemæus 5, 15, 16 p. 367, 24 Wilb. commemorat. Simili errore Strabo p. 758 (646, 27) Gazam, ab Alexandro dirutam, etiam sua ætate desertam esse haud recte dicit. ‖ — 915. Λαοδικίην *Lb*; θ' om. *f* Ald.; ἠόνεσσι *D* Ald., ἠιόνεσι *CG*; θαλάττης *Ge*. Constat hanc Laodiceam, ut ab cognominibus oppidis distinguatur, vocari τὴν ἐπὶ vel πρὸς θαλάσσῃ. ‖ — 916. Ποσειδήια *CHYceoq*, Πισιδήια *KLbmpw*. Cf. Herodot. 3, 91 (Ποσειδηίου πόλιος), Strabo p. 751 et 753 (640, 9 et 641, 30 Didot. : Ποσείδιον πολίχνη); Plinius 5, 18 § 79; Ptol. 5, 15, 13 p. 363, 20 Wilb.; Steph. (Ποσείδειον). Hodie oppidum *Possedi* vocatur, et subjacens versus meridiem promontorium *Ras el Buseit*. Et promontorium et oppidum memorat auctor Stadiasmi § 142 (tom. 1. p. 474), urbem vero ita, ut et Ποσείδιον et Ποσειδωνία appellari videatur (quæ inconstantia in Stadiasmo perfrequens), nisi fortasse Ποσείδιον de Neptuni fano in promontorio posito, Ποσειδωνίαν vero urbem intelligere malis. Videlicet Stadiasmi locus hunc in modum corrigendus mihi videtur : 142. Ἀπὸ Ἡρακλείας ἐπὶ [τὴν ἄκραν τὴν ἐπὶ] Ποσειδίου (Ποσείδιον cod.) τὸ ἐπίτομον στάδιοι ρ'. 143. Ἀπὸ δὲ τῆς ἄκρας τῆς (τοῦ cod.) ἐπὶ Ποσειδίου εἰς πόλιν Ποσειδωνίαν (Σιδῶνα cod.) στάδιοι τ'... 144. Ἀπὸ Ποσειδωνίας (Ἀπὸ Σιδωνίας cod.) πόλεως etc. ‖ — 917. ἧχι πρὸς *C*. « Versum quem exilis sane dictio facit ingratum, ita ut Spohnius eum obelo notaverit, poeta hic quoque distinctionis causa subjunxit, quo planius Antiochiæ celeberrimæ situs ad Daphnen perciperetur. » Bernh. Uncellis versum utpote spurium inclusi, quem recte omittunt *AMNO* (sed in *O* ad imam paginam adscribitur), neque Priscianus Avienusque legisse videntur; in *B* manus rec. supplevit. Cf. not. seq. ‖ — 918. ἀτὰρ *eq*; ἐν *e*; ἐνιμμέσῃσι *M*, ἐνιμμήισι *B*, μέσῃσιν *C*, μέσοισι *D*, Ἀπαμείας *Ac*. Male πα syllaba producitur. « Dodwellus De Dionysio p. 44 hunc versum, Hearnio teste, prodit in Barocc. 78 asterisco notari, hunc cum quinque continuis Laudensi C. 31 margini, sed eadem manu adscriptos, tandem cod. NE. 2. 16. etiam v. 917 m. rec. in marginem rejectum. » Bernh. ‖ — 919. Ὀρρόντης *Do*, Ὀρρόντος *C*. Orontes ab Apamea non versus ortum est, sed occasum versus. Errorem hunc aut non commisisse Dionysius aut tollere interpolando quidam voluisse videri potest. Certe alia quam nos jam legimus et Priscianus expressit, et Avienus et Stephanus Byz. in suis poetæ exemplaribus repererunt. Quorum Avienus vs. 1082

Urbs mediis Apamea dehinc consistit in arvis,
et qua Phœbeam procul incunabula lucem
prima fovent, Emesus fastigia celsa renidet :
nam diffusa solo latus explicat, ac subit auras
turribus in cœlum nitentibus : incola claris
cor studiis acuit, sed et amplius imbuit ordo;
denique flammicomo devoti pectora Soli [*get,*
vitam agitant; Libanus frondosa cacumina tur-
et tamen his celsi certant fastigia templi.
Hic se indit juxta Tellurem glaucus Orontes,
nec procul Antiochi vagus interlabitur urbem,
præstringitque undis Apamenæ jugera glebæ.

Ex his vero quæ ad Emesam pertinent, etiamsi plurima, non omnia tamen Avieni ingenio deberi, probatur loco Stephani : Ἔμισα... Διονύσιος δὲ ὁ ποιητὴς συνέστειλε τὸ ι' φησὶ γάρ· « τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην (ἀντολίης codd.) Ἐμίσων πόλιν », καὶ ἔοικε κλίνειν τὰ Ἔμισα. Fortasse in hac recensione legebatur Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Ἐμίσων πόλιν ὑγρὸς Ὀρόντης Παρρέει, Ἀντιόχοιο etc., sed fieri etiam potest ut verba ad Avieni interpretationem propius accesserint. Cf. Prolegomena. ‖ — 920. μέσην om. *Lb*, μέσσην *Xc* et pr. m. *d*. ‖ — 921. πᾶσα] ἔνθα *Kk*; εὔοτος *be*; χώρα *e*; ἔπλετο χθόνα *G*. ‖ — 922. φορβέμεναι *QUcoq*; δένδρεα *Bck*, δένδρα *D*. ‖ — 923-25. Laudat Stephanus v. Ἀραβία. — ἴδῃς *HLX* et pr. m. *E* et Stephani cod. Rhedigeranus; ποτέρω *d*; νοτιότ. *X*; ὁδεύσας *A*. ‖ — 924. Ἀραβίου Stephan., Ἀρραβίου *ECKMk*, Ἀρραβικοῦ cett.; κόλπου] κόλποιο *K*, πόντου *bCw*, γρ. κόλπου not. in *e*; μύχατον om. *H*, μυμύχατον *E*, sed supra μυχαίτατον, quod habet *Kd*; πύματον *Xbeimqw* mgo *Y*; πόρον] ῥόον Steph. Byz.; μεσηγὺς *ABKζ*, μεσσηγὺς *co*, μεσσηγὺ *Dq*. ‖ — 925. τε om. *LGeq*. Ἀραβίης *FH* Steph., Ἀρρ. cett.; ἐρατῆς codd. Steph. Byz. ‖ — 926. ἀντολίης *Ec*; ἄχρις] ἄγχις *B*, ἄγχι *COfo* Ald.; ἄχι *M*, ἄχρι *YE* alii;

Κεῖθεν δ' ὀλβίστων Ἀράβων παρακέκλιται αἶα,
πολλὸν ἀνερχομένη, δισσῇ ζωσθεῖσα θαλάσσῃ,
Περσίδι τ' Ἀραβίῃ τ'· ἄνεμον δέ τοι ἔλλαχ' ἑκάστη,
Ἀραβίη ζέφυρον, Περσὶς δ' εὖροιο κελεύθους.
Πέζα δέ τοι νοτίη, τετραμμένη ἀντολίῃνδε,
κλύζετ' Ἐρυθραίοις ὕπο κύμασιν Ὠκεανοῖο.
Καὶ τῆς τοι θέσιας μυθήσομαι· ἔξοχα γάρ μιν
πασάων πολύολβα καὶ ἀγλαὰ φῦλα νέμονται.
Ἄλλο δέ τοι καὶ θαῦμα μέγ' ἔξοχον ἔλλαχ' ἐκείνη·
αἰεὶ κηώεσσα θύοις ὕπο λαρὸν ὄδωδεν
ἢ θύου ἢ σμύρνης εὐώδεος ἢ καλάμοιο
ἢ καὶ θεσπεσίοιο πεπαινομένου λιβάνοις
ἢ κασίης· ἐτεὸν γὰρ ἀνὰ χθόνα λύσατο κείνην
Ζεὺς αὐτὸς Διόνυσον ἐϋρραφέος παρὰ μηροῦ·
τῷ καὶ γεινομένῳ κηώδεα φύετο πάντα.
Μῆλα δὲ καὶ τῆμος λασίοις ἐβαρύνετο μαλλοῖς
ἐν νομῷ, αὐτόματοι δὲ κατέρρεον ὕδασι λίμναι·
ὄρνιθες δ' ἑτέρωθεν ἀοικήτων ἀπὸ νήσων
ἦλθον φύλλα φέροντες ἀκηρασίων κιναμώμων.
Αὐτὰρ ὁ νεβρῖδας μὲν ἐπωμαδίας ἑτάνυσσε,
κισσῷ δ' ἱμερόεντι καλὰς ἔστεψεν ἐθείρας,
ἀκροχάλιξ δ' οἴνῳ πλεκτοὺς ἀνεσείσατο θύρσους,
μειδιόων, καὶ πολλὸν ἐπ' ἀνδράσιν ὄλβον ἔχευεν.

Inde felicium Arabum terra porrigitur,
multum ascendens, duplici mari cincta,
Persico et Arabico. Utrumque suum habet ventum,
Arabicum favonium, euri flatus Persicum.
Sed australis ora in orientem spectans
rubris Oceani fluctibus alluitur.
Jam situs ejus tibi enarrabo; namque præ ceteris
eximie divites præstantesque populi eam incolunt.
Quin etiam admodum insignis virtus illi obtigit:
semper odora pingue spirat aromata,
vel tus vel myrrham fragrantem vel calamum
atque adeo mirabile tus liquefactum,
vel casiam. Profecto illic terrarum Juppiter
ipse Bacchum femore consuto exsolvit,
unde etiam nascenti quilibet odores succrescebant.
Tum oves quoque densis onerari velleribus
in pascuis, et lacus sponte aquis scatere,
at aves ab alia parte de insulis desertis
advenerunt afferentes integri cinnamomi folia.
Sed ille pelles hinnuli humeris imposuit,
suavique hedera pulcros ornavit capillos,
ac vino madidus thyrsos coronatos concussit
renidens, atque multas opes inter homines dispersit.

Βάκχος ἑοῖς Σατύροισι καὶ Ἰνδοφύνοις ἅμα Βάκχαις
λαὸν ἀδακχεύτων Ἀράβων ἐδίδαξεν ἀείρειν
μυστιπόλους νάρθηκας· ἀεξιφύτοιο δὲ λόχμης
Νύσια βοτρυόεντι κατέστεφεν οὔρεα καρπῷ.

Σελάνων *ELM;* Σελανῶν *OY;* idem habere videntur plurimi, siquidem Bernhardyus Ἐλανῶν lectionem nonnisi ex *hkm* novit; Ἐλάννων *Xi,* Ἐλαυῶν *e.* De formis nominis vid. tom. 1, p. 178, not. 19. || — 927. Ἀρράβων *DeoMNq;* περικέκλιται *f* Ald.; γαῖα *d.* || — 928. sq. Eosdem versus, si missa fecèris nomina propria, habes vs. 400 sq. || — 929. Ἀρραβ. codd.; eodem modo vs. 930; ἔλαχεν *oq.* || — 930. Cf. not. ad vs. 102. κέλευθα *k.* || — 931. δέ οἱ edebatur ante Bernhardyum, quod ego e codd. meis non enotavi; ex ceteris δέ τοι habere *bcdefoq* monet Bernh. || — 932. ἐρυθραίου cod. ζ. || — 933. καὶ om. *Gε*; τῆς] τῷ cod. ε; θέσειας *o,* θέσιν *F.* || — 934. πασάων] γαιάων *AEGLNX bdefimw* mgo *O,* γαῖαν cod. ε; « πασάων ex interpretatione crediderim irrepsisse, quam concisius illud πασάων facile debuit desiderare, quod minime valet in partem contrariam. » Bernh. || — 935. καὶ om. *Dc;* θαῦμα om. *K;* ἔλαχ' *CG.* || — 936. ἀεὶ *b;* κηόεσσα *d* Ald.; ὕπει *d;* ὤδωδεν *G.* || — 937. εὐώδεος ἢ] *CEGbedimpeζ* mgo *O,* ἢ εὐόδμου *ABDFHMNOQ* et alii. || — 938. ἐπαινομένου *c.* De ture post ea quæ Ritterus (tom. 12, p. 366) congessit, vide H. F. Meier *Botanische Erlæuterungen zu Strabons Geogr.* p. 132 sqq. || — 939. κείνην] τήνδε *Hζ.* || — 940. αὐτὸς] sic *ACEGKLNOYbei,* αὐτὸν cett.; Διόνυσσον *Q* et alii complures, ut vid.; Διόνυσσος *e;* ἐϋραφέος *CDG;* εὐρραφέος μηροῖο *A.* Fabulæ de Dionysio in Arabia nato ansam dederunt his quæ de Bacchi cultu Arabico veteres tradunt. V. Herodot. 3, 8; Eratosth. ap. Strabon. p. 741; Arrian. Exp. 7, 20; Hesychius v. Δυσάρην; Steph. Byz. v. Δουσαρή. Dona quibus, sec. Nostrum, Bacchus Arabes beavit, in ipsa Bacchi terra natali, ex parte saltem, provenire narravit Herodotus 3, 111. Ceterum cf. Nonnus 40, 293 :

941. Laudat Draco Straton. p. 98, 14. γεινομένῳ *BD FLMacq* Eustath., γειναμένῳ cett.; κηώσα *q;* εὐώδεα *w;* φύεται *e,* γείνατο *ADHIKedfkpζ,* γίνετο *Gε*; πάντη *o.* || — 942. λασίῃς *X.* « Similem præbet fictionem Virgil. Ecl. 4, 43 sqq. Cf. quæ de India narrant Arrianus Exp. 3, 28 et Strabo p. 695. Et de balsamis Arabum habet quæ huc conferre liceat, Pausanias 9, 28. » Bernh. || — 943. αὐτόματοι *ACDFGabdehqt* Ald. Paraphr., αὐτομάτοις *BHEMQ,* alii, αὐτόμαται cod. ε, αὐτομάτως *k,* αὐτομάτῳ Eust.; κατέρρειν *b;* ὕδατι *C* Eust. || — 944. De re cf. Plin. 12, 42 : *Cinnamomum et casias fabulose narravit antiquitas, princepsve Herodotus, avium nidis, et privatim phœnicis, in quo situ Liber pater educatus esset, ex inviis rupibus arboribusque decuti, carnis quam ipsæ inferrent pondere, aut plumbatis sagittis.* Herodot. 3, 111; Aristot. H. An. 9, 14; Antigon. Mirab. c. 49; Ælian. Hist. An. 17, 21. || — 945. φῦλα *Eq* Eust.; φέρουσαι *DGHNbceh mζ* Paraphr.; ἀπειρεσίων *C* et sec. m. *E;* κιναμώμων *G.* || — 946. Versum laudat Draco p. 69, 23. αὐτὰρ ὁ] αὐτὸς μὲν *k;* νευρίδας *KL,* νεβρίδα vel νευρίδα *HQζa* Draco; μὲν om. *GQoε*; ἐπωμαδίην *ae*, κατωμαδίην *D,* cf. Eustath.; κατωμαδίας *Q;* αὐτὰρ ὁ μὲν νεβρῖδα ἐπωμαδίην cod. ζ; αὐτὰρ ὁ μὲν νεβρῖδας ἐπωμαδίας *Lbdq* Ald.; ἐτάνυσε *C,* ἐτάνυσσεν *ecq.* || — 947. δ' om. cod. ε; 0' *b.* || — 948. δ' om. *ADGHYbcdetε*, post πλεκτοὺς transpositum habent *Abdt;* ἀκραχάλιξ ex correct. *c;* ἀνασείσατο *X,* ἐνεσείσατο *q,* ἀναδύσατο *C,* ἀνεδήσατο *fk.* || — 949. πολὺν *A;* ἔχευε *BHLMNYQζ*, ἔχευσε pr. m. *d.*

Τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν λιβάνῳ κομόωσιν ἄρουραι,
οὔρεα δὲ χρυσῷ, ποταμοὶ δ' ἑτέρωθι θυηλαῖς·
αὐτοὶ δ' ἐνναέται μάλα πίονα δῆμον ἔχουσι,
χρυσείοις πέπλοισιν ἀγαλλόμενοι μαλακοῖσιν·
ἀλλ' ἤτοι πρῶτοι μὲν ὑπὲρ κλιτὺν Λιβάνοιο
ἀφνειοὶ ναίουσιν ἐπωνυμίην Ναβαταῖοι·
ἄγχι δὲ Χαυλάσιοί τε καὶ Ἀγρέες, οἷς ἔπι γαῖα
Χατραμὶς ἐνναίει κατεναντία Περσίδος αἴης.
Αὐτὰρ Ἐρυθραίης πλευρὸν ναίουσι θαλάσσης
Μινναῖοί τε Σάβαι τε καὶ ἀγχίγυοι Κλεταβηνοί.
Τόσσα μὲν Ἀραβίην περιώσια φῦλα νέμονται·
ἄλλα δέ τοι καὶ πλεῖστα· περὶ πρὸ γάρ ἐστι μεγίστη.
Τῆς δὲ πρὸς ἀντιπέραιαν ὑπαὶ ῥιπὴν ζεφύροιο

Inde hodieque agri sunt ture insignes,
montes auro, flumina rursus suffimentis.
Ipsi autem incolæ gentem præstant admodum delicataureis mollibusque vestibus luxuriantes.
At principes ultra clivos Libani
divites habitant et nominantur Nabatæi.
Prope vero Chaulasii et Agræi, post quos
tellus Chatramitica jacet e regione Persidis terræ.
Porro litus Rubri maris habitant
Minnæi et Sabæ vicinique Cletabeni.
Tot populi potentissimi Arabiam obtinent,
tum alii et plurimi : maxima est enim circumcirca.
Hujus autem ad ulteriora sub flatus favonii

‖ — 950. τοὔνεκα *Neq*; νῦν om. *o*; λιβάνων *D*. ‖ — 951. θηλαῖς *A*, θυήλας *D*. De auro Arabico, quod veteres fingebant, cf. Agatharchides § 95 (tom. 1, p. 184); Strabo p. 777. 784; Plin. 6, 28; Ritter tom. 12, p. 713. ‖ — 952. δ' ἐναέται *X*; χῶρον ἔχουσι *q*. ‖ — 953. χρυσέοις *X*, χρυσίοις *d*; πέπλοις *D*. ‖ — 954. πρῶτον *AKLXbekm* Ald.; ὑπὲρ] ἐπὶ *BDEGHLMNOxbcdeghioqε* Niceph.; ὑπὸ *CKζkm* et margo *c*; κλιτὴν *X*. ‖ — 955. ναίουσι *Y*. ‖ — 956. Χαυλάσιοι] *BCEFGHLbdeghim* Avien., Prisc., Niceph.; Χαβλάσιοι *Q*, Χαυάσιοι *c*, addito γρ. Χαλβάσιοι, quod habet *Ak* Ald.; Χαυλούσιοι *Noqε*, Χαλβούσιοι *f*, Χανώσιοι *D*; Ἀγρέες] Ἀδρέες *gp*; *Agreni* Avien. 1134; ἐπὶ γαῖαν *X*. Sec. Eratosthenem apud Strabon. p. 767 via qua Heroonpoli Babylonem per Arabiam desertam itur, πᾶσα μὲν πρὸς ἀνατολὰς θερινὰς, διὰ δὲ τῶν παρακειμένων Ἀραβίων ἐθνῶν Ναβαταίων τε καὶ Χαυλοταίων καὶ Ἀγραίων. Chaulotæos sive Chaulasios esse eos qui in libris sacris *Chavilah* (Εὐιλὰτ in LXX) vocantur, plurimi statuunt probabiliter. Ceterum quum *Chavilah* nomen non ubique de una eademque regione usurpetur (similiter *Chaulan* nomen hodiernum ad complures Arabiæ regiones pertinet), cum Chaulotæis, quos Eratosthenes inter Nabatæos et Agræos ponit, componenda est ea *Chavilah* regio quæ memoratur in Samuelis lib. 1, c. 15, 7, ubi : καὶ ἐπάταξε Σαοὺλ τὸν Ἀμαλὴκ ἀπὸ Εὐιλὰτ, ἕως Σοὺρ ἐπὶ πρόσωπον Αἰγύπτου. In novissima Arabiæ hodiernæ tabula Kiepertiana supra Petram Nabatæorum urbem collocantur *Haweitat* Arabes. Forsterus (*The historical geography of Arabia*, 1854, tom. 1, p. 41 sqq.) Chaulotæos esse censet *Beni Khaled* stirpem late sparsam, cujus sedes præcipua fuerit juxta sinum Persicum; ad eorundem nomen revocanda esse Καλάθουαν urbem, quam in Petræa Arabia sinui Persico propinquam ponit Ptolemæus 5, 19, 7, et Λεανίτην κόλπον (Ptol. 6, 7, 18), qui *Chaulonites* dicendus fuisset, et *Chaldanem* prom. ap. Plinium 6 § 149 et *Eblithæos montes* (ibid.) et *Canchleos Arabes* (ap. Plin. 5, 12, § 65, ubi *Chaveleos* cum Bocchartio Geogr. Sacra p. 224 legi vult). Cujusmodi ludibriis, quibus totum istud Forsteri opus scatet, non immoramur. Ἀγραίους in hac regione habet etiam Ptolemæus 5, 19, 2; habitasse eos terram quæ Hebræis *Midiam* dicitur, refert Hieronymus Quæst. in Genes. 25. Apud Plinium *Agræi* memorantur 6 § 154 et 161 ex Harduini conj.), sed ad nostram regionem nihil pertinentes; *Agrei*, nescio an cum Agræis Strabonis componendi, in codd. Plinii legitur 6 § 159. Ceterum Stephanus : Ἀγραῖοι, ἔθνος Ἀραβικόν, ὡς ἐν ις' Στράβωνος, Λέγονται δὲ καὶ Ἀγραεῖς, ὡς Ἐρατοσθένης. ‖ — 957. Χατραμὶς] Χάτραμις *BMNOY*, Χάρταμις *F*. Metri causa Noster truncavit nomen, quod recte dicitur Χατραμωτῖτις, vel Χατραμῶτις. V. Steph. s. v. Perperam etiam ad sinum Persicum hanc regionem (*Hadhramaut*) collocat, male intellecto Eratosthene, ex quo ita habet Strabo p. 768 : Κατοικεῖ δὲ τὰ μέγιστα τέτταρα ἔθνη τὴν ἐσχάτην λεχθεῖσαν χώραν, Μιναῖοι μὲν ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν μέρει, πόλις δ' αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα ἢ Κάρναναι· ἐχόμενοι δὲ τούτων Σαβαῖοι, μητρόπολις δ' αὐτῶν Μαρίαβα· τρίτοι δὲ Κατταβανεῖς καθήκοντες πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὴν διάβασιν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, τὸ δὲ βασίλειον αὐτῶν Τάμνα καλεῖται· πρὸς ἕω δὲ μάλιστα Χατραμωτῖται, πόλιν δ' ἔχουσιν Σάβαταν. Tantumque abest ut Eratosthenes Chatramotitas Persico sinui apponat, ut Gerrhæos ejus accolas 40 dierum itinere in Chatramotitin terram contendere dicat. Verbum ἐνναίει, quum paullo audacius de regione usurpetur (ut ap. Homerum Il. 2, 626 : νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλός), causa fuisse videtur cur nonnulli aliter hunc locum adornarent, ita ut scriberent Χατραμὶς ἠδὲ Μάκαι : id enim, ut Salmasius monuit, colligitur e Prisciani versione 885 : *Chaulasii post hos atque Agrees; inde propinquat Chatramis, atque Macæ contra sunt Persidis æquor*. Similiter Avienus : *et inde Chatramis est tellus; Macæ vicina fluento Persidis accedunt*. Pro αἴης fort. leg. esse ἅλμης, e collatis Prisciani et Avieni versionibus haud improbabiliter conjecit Holstenius. — « Agræi iidem esse videntur qui *Agareni* seu *Hagareni* in Sacro codice nominantur. » Hillius, præeunte Bocharto in Geogr. sacra p. 225, 57. ‖ — 959. Μιναῖοι *q*; Σάββαι *d*; τε ante Σάβαι om. *D*; ἀγχείγυοι *e*, ἀγχίγυροι *CM*; Κελταβηνοί *Edo*; Κλεταβινοί *K*; Κατταβανεῖς ap. Strabon. l. l.; *Catabani* Plin. 6, 32, 153 (qui etiam *Catabanes* habet in Arabia sterili, 5, 12, § 65), Κοτταβανοί vel Κοταβανοί codd. Ptolemæi ap. Wilb. 6, 7 p. 407, 11; ἡ Κατιβάννα Theophrast. H. Pl. 9, 4, 2 (Cf. Ritter 12, p. 360). Quod Dionysius reperit Κλεταβ., ortum est ex male lectis literis ΚΑΤΤΑβ. ‖ — 960. Ἀρραβ. libri. ‖ — 962. τῆς] τοῖς cod. ε; τὴν *F*; ἀντιπεραίαν *CEQ*, ἀντίπερ' αἶαν *q*,

λυπρὸν ὀρεσκῴων παραφαίνεται οὐδὰς Ἐρεμβῶν,
οἳ βίον ἐν πέτρῃσι κατωρυχέεσσιν ἔθεντο,
γυμνοὶ καὶ κτεάνων ἐπιδευέες· ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν
ἴδεϊ θαλπομένοισι μελαίνεται αὐαλέος χρώς·
αὔτως δ', οἷά τε θῆρες, ἀλώμενοι ἄλγε' ἔχουσιν,
οὐχ ὡς ἁβροβίων Ἀράβων γένος· οὐ γὰρ ἐν ὄλβῳ
ἴσην μοῖραν ἅπασιν ἐπ' ἀνδράσι θήκατο δαίμων.
Αὐτὰρ ὑπὲρ Λιβάνοιο πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο
τῆς ἑτέρης Συρίης δολιχὴ μηκύνεται αἶα,
ἑλκομένη καὶ μέχρις ἁλικλύστοιο Σινώπης·
τῆς δ' ἤτοι μέσσης μὲν ἐπ' ἠπείροιο βαθείης
Καππαδόκαι ναίουσι, δαήμονες ἱπποσυνάων,
Ἀσσύριοι δ' ἅλὸς ἄγχι παρὰ στόμα Θερμώδοντος.
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην ὀρέων ἀπὸ παιπαλοέντων
φαίνετ' ἀπειρεσίου ποταμοῦ ῥόος Εὐφρήταο,
ὃς δ' ἤτοι πρῶτον μὲν ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο
μακρὸς ἐπὶ νότον εἶσι, πάλιν δ', ἀγκῶνας ἑλίξας,
ἄντην ἠελίοιο μέσην Βαβυλῶνα περήσας,
Περσίδος εἰς ἅλὸς οἶδμα θοὴν ἀπερεύγεται ἄχνην,
ὑστατίῃς προχοῇσι Τερηδόνος ἐγγὺς ὁδεύων.
Τὸν δὲ μέτ' εἰς αὐγὰς ποταμῶν ὤκιστος ἁπάντων
Τίγρις ἐϋρρείτης φορέει ῥόον ἶσον ἐλαύνων,
τόσσον ἄνευθεν ἐών, ὅσον ἕβδομον ἦμαρ ὁδεύσας
ἴφθιμος καὶ κραιπνὸς ἀνὴρ ἀνύσειεν ὁδίτης.

horridum solum apparet montanorum Eremborum,
qui vitam in specubus defossis constituerunt,
nudi et possessionum expertes, et undique
æstu perustis arida cutis nigrescit :
temere vero bestiarum instar oberrantes vexantur,
non ut Arabum delicatorum genus : non enim felicitatis
æquam sortem omnibus hominibus deus proposuit.
At ultra Libanum ad ortum solis
alterius Syriæ vasta regio producitur,
quæ accedit usque ad Sinopen quam mare alluit.
Jam hujus media in continente fertilissima
Cappadoces habitant, equitationibus periti,
et Assyrii prope mare ad ostium Thermodontis.
Hujus vero in ortum ab excelsis montibus
immensi fluminis Euphratis conspicitur cursus,
qui quidem primum ab Armenio monte
longus in austrum decurrit, rursum flexis anfractibus
soli obversus, quum Babylonem mediam permeavit,
in fluctus Persici maris velocem spumam eructat,
extremisque vorticibus Teredonem præterlabitur.
Post hunc in ortum omnium fluviorum celerrimus
Tigris pulcro cursu fertur, æquo itinere vectus,
qui tantum distat quantum septem dierum itinere
robustus homo atque promptus confecerit viator.

ὑπὸ *D*, ποτὶ cod. ε. ‖ — 963. λυπρῶν *D*; ὀρεσκόων *B*; περιφαίνεται *g*. Erembos dicit Troglodytas in objecta degentes ora Libyca, quæ et ipsa pars Arabiæ habebatur. Cf. v. 180. ‖ — 964. ἐμπέτραισι *C*, ἐν πέτροισι *o*; κατωρύχεσιν *o*, καταρρώγεσσιν *k* et *Y* (hic add. γρ. κατώρυχέεσσιν) et Eust. ‖ — 966. εἴδει vel εἴδεϊ *CUmt* Ald. ‖ — 967. αὕτως *KLQY* et sec. m. *E*; δ' om. *eq*; οἷαπερ *c*; αὕτως δὴ ἅτε 0. *L*. ‖ — 968. Ἀρραβ. *CGceoq*. ‖ — 969. ἴσιν *A*, μοῖραν ἴσην *LNb*; ἁπασὶ μοίραν *o*; ἐπ'] ἐν *XiKO* Eust. ‖ — 971. Συρίας *b*; κυμαίνεται *HZ*. « Τὴν ἑτέρην Συρίαν noli accuratis limitibus, quos Hillius a Palmyrene profectus ad Pontum usque constituit, distinguere, quoniam verborum series non alios quam Cappadoces sive Leucosyros debet innuere. » BERNHARDYUS, cujus rationes me non assequi fateor. Cœlesyria, quamvis ex Dionysii mente usque ad Arabiam pertineat, nihilominus Libano et Casio montibus includi dicitur, quasi de Cœlesyria proprie sic dicta sermo esset. Unde facile intelligitur quomodo *ab oriente*, πρὸς αὐγὰς, hujus Cœlesyriæ poeta dicere potuerit alteram esse Syriam (inter Cœlesyriam et Arabiam desertam Mesapotamiamque interjectam); quam si hinc boream versus per Cappadociam ad Pontum usque porrigi ait, ita poeta loquitur quasi de geographica aliqua divisione cogitandum esset, quum tamen res eo redeat, ut Syrorum nomine olim etiam Cappadoces ad Pontum usque comprehenderentur. Cujus usus causa non in ethnographica ratione quærenda (nam Cappadoces ad Aramaicam stirpem non videntur pertinuisse), sed inde videtur repetenda esse, quod Syrorum vel Assyriorum vel Leucosyrorum nomen Cappadocibus inditum a Græcis sit, quippe qui quo tempore Cappadocia innotescere iis cœpit, incolas ejus, utpote Assyriorum regibus parentes, Syrorum nomine designare satis habuerint. Ceterum v. Herodot. I, 72 : οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται. Strabo p. 737 : Δοκεῖ δὲ τὸ τῶν Σύρων ὄνομα διατεῖναι ἀπὸ μὲν τῆς Βαβυλωνίας μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, ἀπὸ δὲ τούτων μέχρι τοῦ Εὐξείνου τὸ παλαιόν· οἵ γοῦν Καππάδοκες ἀμφότεροι, οἱ δὲ πρὸς τῷ Ταύρῳ καὶ οἱ πρὸς τῷ Πόντῳ, μέχρι νῦν Λευκόσυροι καλοῦνται, κτλ. ‖ — 972. μέχρι *AHMdeoqZ*; πολυκλύστοιο *HcZ*. ‖ — 973. μέσης *Ceqs*, μέσσην *L*, margo *b*. ‖ — 975. περὶ *eq*. ‖ — 976. τῆς] τοῖς *B*; ἀπ' ἀπαιπαλοέντων *B*; vulgata margini adscripta. ‖ — 977. φαίνεται *G*, φαίνεται τ' ἀπ' Ald.; Εὐφρατ. *HKo*. ‖ — 978. δ' ἤτοι] δή τοι *ABENO*. ‖ — 979. νῶτον *G*; ἀγκῶνα *eq*, ἀν' ἀγκῶνας *c*; ἑλίσσων *o*. ‖ — 980. μέσην διὰ Βαβ. *Lb*. Flexum intelligit maximum illum, quo prope Thapsacum versus orientem Euphratis cursus detorquetur. ‖ — 981. ἐς Ald.; ἅλμην *o*. ‖ — 982. Τεριδόνος *b*, Περιδόνος *K*. De Euphratis ostio eodem modo statuit quo Nearchus, Eratosthenes eorumque asseclæ. Vide not. ad Arrian. Ind. 41 (tom. 1, p. 366). ‖ — 983. ἐς *c*; ποταμὸς *Hc defhqtZ*; πάντων *d*. ‖ — 984. Τίγρης *CEGLaeoq*; εὐρείτης *CLNde*, ἐϋρείτης *Kab*, Εὐφρήτῃ *eq*; φέρεται *ABG MOQY* et man. sec. *E*; e peregrinis codd. plurimi idem habere videntur, quum φορέει lectionem Bernhardyus e solis *abcdfk*ε afferat; φορέει ῥόον ἐγγὺς ὁδεύων *Kk* et margo edit. R. et H. Stephanorum. ‖ — 985. ἐὼν *AB CEGHKLMNOXdeoqεζ*, ἰὼν cett.; ὅσσον *k*, var. lect. in Steph.; ὁδεύων supra scr. σας, *K*; ἀνύσας *C*. Eandem distantiam poeta indicat quam ex Eratosthene Strabo prodit p. 747 (635, 30 Didot) : Τὸ μὲν οὖν μέγιστον ὃ ἀφίστανται διάστημα ἀπ' ἀλλήλων τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσίν ἐστι· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ αὐτὸ, ὅπερ εἴρηκεν Ἐρατοσθέ-

Ἔστι δέ τις κατὰ μέσσα περίτροχος ὕδασι λίμνη,
οὔνομα Θωνῖτις, ἧς ἔλκεται ἐς μυχὰ Τίγρις,
δύνων πολλὸν ἔνερθε· πάλιν δ' ἐξαῦτις ἀνασχὼν,
ὀξύτερον προΐησι κάτω ῥόον· οὐκ ἂν ἐκείνου
ἐν πᾶσιν ποταμοῖσι θοώτερον ἄλλον ἴδοιο.
Ὅσση δ' Εὐφρήτου καὶ Τίγριος ἔνδοθι γαῖα,
τήνδε περικτίονες μέσσην ποταμῶν ἐνέπουσιν.
Οὐ μέντοι κείνης γε νομοὺς ὠνόσσατο βούτης,
οὐδ' ὅστις, σύριγγι κερώνυχα Πᾶνα γεραίρων,

Lacus est autem in medio aquis circumfluus,
Thonitis dictus, cujus in profundum Tigris
devolvitur inferne subiens; rursus vero emergens
acutiorem undam deorsum projicit: ut velociorem
illo inter reliquos amnes non alium deprehenderis.
Omnis autem terra quam Euphrates et Tigris
includunt, accolis audit Mesopotamia.
Non utique ejus pascua vituperarit bubulcus,
aut si quis fistula capripedem Pana celebrans

νης, τὸ ἀπὸ Θαψάκου, δι' ὃ ἦν τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου τὸ παλαιόν, ἐπὶ τὴν τοῦ Τίγριος διάβασιν, καθ' ἣν διέβη Ἀλέξανδρος αὐτόν, δισχιλίων τετρακοσίων (quæ sec. Alexandri itinerarium computata sunt; linea recta distantia 1700 fere stadiorum). Itaque strenuo viatori singulis diebus octo fere miliariorum germanicorum via emetienda esset; quod modum non excedit. Similiter scholiasta in singulos dies 40 mill. pass. computat. ‖ — 987. μέσσον *X*, μέσον *G*, μέσσῳ *c*, μέσα *Co*, μέσαν ζ. περιδρόμος mgo *O* ‖ — 988. Θωνίτης *CNX*; ἧς] ἥστινος *L*; τῆς metri causa Passovius; contra Bernhardyus laudat Apoll. Rh. 4, 1229 : ἤδη Κουρῆτιν ἔλιπον et 2, 938 : Λητωὶς ἄγρηθεν. Mox Τίγρης *CEGLeoq*. *Thonitin* lacum etiam Geogr. Rav. 2, 9 dicit. Θωπῖτιν vocat Strabo p. 746, quod p. 529 scribæ in Θωπῆτιν corruperunt; veram nominis formam, Θωσπῖτιν (armeniace *Dzow Tospai* de regione adjacente; vulgo ab urbe adjacente *lac Van*) servarunt Ptolemæus 5, 12 et Plinius 6, 27. Cum Nostri verbis cf. Strabo p. 529 : κατὰ δὲ τὸν μυχὸν τῆς λίμνης εἰς βάραθρον ἐμπεσὼν ὁ ποταμὸς καὶ πολὺν τόπον ἐνεχθεὶς ὑπὸ γῆς ἀνατέλλει κατὰ τὴν Χαλωνῖτιν. Lucanus 3, 261 :

> *At Tigrim subito tellus absorbet hiatu,*
> *occultosque tegit cursus, rursusque renatum*
> *fonte novo flumen pelagi non abnegat undis.*

Nero Cæsar apud schol. Lucani l. l. :

> *Quique pererratam subductus Persida Tigris*
> *deserit et longo terrarum tractus hiatu*
> *reddit quæsitas jam non quærentibus undas.*

Seneca Quæst. Nat. 3, 26 : *Idem et in Oriente Tigris facit, absorbetur et desideratur diu, tandem longe remoto loco, non tamen dubius an idem sit, emergitur.* Ammianus 23, 6, 15 : *Ubi* (in Assyria) *inter baccarum vulgariumque abundantiam frugum bitumen nascitur prope lacum nomine Sosingiten* (i. q. Thospitin), *cujus alveo Tigris vocatus fluensque subterraneus, percursis spatiis longis emergit.* Disertiora Plinius 6, 31, § 127 sqq., secundum quem Tigris primum influit *in lacum Arethusam* (sic codd. Harduini et editt., *Aretissam*, *Arelissam*, *Arotissam*, *Arecissam*, codd. apud Sillig.), *deinde alterum transit lacum* qui *Thospites* (*Thespites*, *Tespites* v. l.) *appellatur*. Vel ex varia codd. scriptura patere debebat legendum esse *in lacum Arsissam*, Pliniumque in duos lacus dirimere duo nomina lacus ejusdem (*lac Van*), qui ap. Strabonem p. 529 (453, 54 ed. Didot) est ἡ Ἀρσηνή (ab adjacente urbe quæ nunc vocatur *Ardjisch*) ἣν καὶ Θωπῖτιν καλοῦσι. Simili errore Ptolemæus distinguit inter Θωσπῖτιν lacum, quem Tigris perfluat, et Ἀρσισσαν lacum (*lac Schahi*) supra Καπούταν oppidum situm quem Strabo recte Καπαύταν λίμνην dicit. Ceterum vide Ritterum t. 9, p. 784 sqq., t. 10, p. 84 sqq., qui Strabonis locum, ubi de Tigridis fontibus sermo est, lacunis et verborum corruptione lacerum esse putat, quamquam ejus opinionis argumenta frustra circumspexi. Addere liceat fuisse qui istam de Tigri lacum perfluente fabulam non admitterent in aliaque detorquerent. Sic Geographus Rav. 2, 9 : *Tigris fluvius insulam facit quæ dicitur Thonitis*, quasi is apud Dionysium legisset : περίτροχος ὕδασι νῆσος. Pseudo-Æthicus vero in Cosmographia (p. 709 ad calcem Melæ ed. Gronov. an. 1722) de Tigri narrat hæc : *cum æstivis temporibus sub humo* (eum) *desuper Æthiopiam currere ex viriditate superni cespitis prodatur fluvius subditus latenter, erumpit, et ab hoc ortus ejus non comprehenditur, quoniam de obscuritate promitur*, in quibus pro *Æthiopiam* legendum suspicor *Thopiam* vel rectius *Thospiam* (Θωσπίαν oppidum et Θωσπῖτιν regionem habes ap. Ptolem. l. l.). ‖ — 989. πολλὸς *AELm*, πολας, supra scr. o, *K*; ἔνερθεν *LXo*; ἐξ αὐτῆς (vel conjunctim) *e*, (γρ. ἐξαῦτις) *óq*; ἀνίσχων *CGO*; ἀνισχών ε. ‖ — 166. πᾶσι *CEGLHMNQζ*. ‖ — 992. ὅση *o*; Εὐφράτου *d*, Τίγριδος *CFOb*. ‖ — 993. μέσην *CFGeee*; ποταμὸν *F*; ἐννέπουσιν (σι) *eoq*. ‖ — 994. μέν τις *Hζ*; κείνην *o*; νομὰς *Cadf* Ald.; ὠνόσαιτο *e*, ὠνόσσατο *Oq*, ὀνόσαιτο *CLYf*, ὀνόσσαιτο *a*, ὀνόσατο *GNb*, ὀνόσαιτό κε βούτης *Xhi*, probante Brunkio; ὀνόσαι τ' ἂν mgo *O*; βωώτης *L*. « Equidem istum diversitatis cumulum ab indicativi et optativi permutatione facillima fluxisse crediderim, quæ cum in libros pervenisset, necessario facientia quædam ad damnum metri resarciendum vario modo et exigua quidem cum auctoritate cœpta sunt inculcari. » Bernh. Quæ de feracitate quarundam Mesopotamiæ regionum traduntur (V. Strabo p. 747 [636, 20 Didot], Solinus c. 40. 6, c. 26. 45, 162), ea Noster parum accurate ad Mesopotamiam universam transtulit. Similiter Curtius 5, 2, 12 : *Inter Tigrin et Euphratem jacentia tam uberi et pingui solo sunt, ut a pastu pecora ducantur, nec satietas perimat; causa fertilitatis est humor, qui ex utroque amne manat, toto fere solo propter venas aquarum resudante.* ‖ — 995. οὐχ pr. man. *C*; ὥστις *q*, ὅστις τε *X*; γεραίνων *Fζ*. « Κερώνυχα insolens vocabulum, sed simplici tamen instructum potestate. Panα capripedem innuit, id quod probabiliter Aristophaneum (Ran. 230) Πὰν κεροβάτας declarat.

μήλοις ἀγραύλοισιν ἐφέσπεται· οὐδὲ μὲν ὕλην
παντοίην φυτοεργὸς ἀνὴρ ἀθερίσσατο καρπῶν,
τοίη ἐπεὶ κείνης ἄροσις πέλει, ἐν μὲν ἀέξειν
ποίην, ἐν δὲ νομοὺς εὐανθέας, ἐν δὲ καὶ ἀνδρῶν
φύτλην καλλίστην τε καὶ ἀθανάτοισιν ὁμοίην.
Τῆς μὲν πρὸς βορέην λιπαρὴν χθόνα ναιετάουσιν
ἀνέρες Ἀρμένιοί τε καὶ ἀγχέμαχοι Ματιηνοί,
οὔρεσι κεκλιμένοι, ποταμοῦ πρόπαρ Εὐφρήταο,
πίονες ἀφνειοί τε καὶ Ἄρεος εὖ δεδαῶτες. [πᾶσαν
Πρὸς δὲ νότον Βαβυλὼν ἱερὴ πόλις, ἣν ῥά τε
τείχεσιν ἀρραγέεσσι Σεμίραμις ἐστεφάνωσεν·
αὐτὰρ ἐπ' ἀκροπόληι μέγαν δόμον εἵσατο Βήλῳ,
χρυσῷ τ' ἠδ' ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ ἀσκήσασα.
Καὶ τῆς τοι πεδίον περιώσιον, ἔνθα τε πολλοὶ
ἀκρόκομοι φοίνικες ἐπηρεφέες πεφύασιν.
Ναὶ μὴν καὶ χρυσοῖο φέρει χαριέστερον ἄλλο,
ὑγρῆς βηρύλλου γλαυκὴν λίθον, ἢ περὶ χῶρον
φύεται ἐν προβολῆς ὀφιήτιδος ἔνδοθι πέτρης.
Αὐτὰρ ὑπὲρ Βαβυλῶνος ἐπὶ πνοιὴν βορέαο
Κισσοὶ Μεσσαβάται τε Χαλωνῖταί τε νέμονται·

agrestia pecora insequitur; neque vero materiam
fructuum variam hortorum cultor contemserit,
quum illius arva suppetant tum herbæ proferendæ,
tum lætis pascuis, tum hominum
stirpi, quæ pulcerrima est similisque immortalibus.
Huic ad septentriones pingue solum habitant
Armenii et cominus prœliantes Matieni,
montibus contigui, ante fluvium Euphratem,
nitidi opulentique et pugnæ peritissimi.
At in austrum Babylon, divina urbs, quam totam
muris validissimis Semiramis cinxit;
in arce autem sedem ingentem Belo exstruxit,
quam auro et ebore, argento exornavit.
Et hujus quidem immensa est planities, ubi plurima
palma sublime comans et umbrosa crescit.
At vero aliud ea profert auro præstantius,
liquidæ berylli viridem lapidem, qui illum per locum
in oris enascitur inter ophitæ saxa.
Porro ultra Babylonem ad flatum aquilonis
Cissi et Messabatæ et Chalonitæ habitant.

— 996. ἐφ' ἕσπεται *c*, ἐφέπεται *c*. ‖ — 997. φυτουργὸς *C*, ἀθερίσατο *bcq* Ald., ἀθερίσαιτο *C* man. pr., ἐθερίσσατο *Y*, ἀνθερίσατο *o*; καρπὸν *Cb*. ‖ — 998. ἐπεὶ] sic *ABC GHY* Paraphr., ἐπὶ *DEFX* et cett. codd., ut videtur, nisi quod ἐπ' ἐκείνης *LNab*, κείνοις *e*, κείνης αἷας *t* Ald.; αἵης inter versus addit *d*; ἐν μὲν νόμον ἀέξειν *Ne* et pr. man. *H*. ‖ — 999. νομὰς *C*, εὐανθέους *d*. ‖ — 1000. ὁμοίαν *C*. ‖ — 1001. λιπαράν *C*, παρήν *b*. ‖ — 1002. sq. Interverterunt versus *Bcoq*, sed in *B* vulgatus ordo appositis literis β' α' indicatur. ‖ — 1003. Versum om. *M*. Εὐφράταο *A*, Εὐφράτοιο *IIζ*, Εὐφρήτα *b*, Εὐφρητέαο (ω supra α) *C*. ‖ — 1004. ἄρεως *c*; ἐνδεδαῶτες *A*. ‖ — 1005. ἱερὰ *co*; πάσης *e* man. pr. ‖ — 1006. Tetigit Tzetzes Exeg. Il. p. 141; τελχεσσιν *iq*, τεύχεσσιν *c*; ἀρραγέεσσι *C*, ἀρραγέσι cod. ε. ‖ — 1007. ἀκροπόλει Ald.; μέση δόμον *q*; εἵσατο *Q*. De hoc templo utpote *Semiramidis* opere, v. Diodor. 2, 9, 4. ‖ — 1009. πεδίου *b*; ἔνθα τοι *BX oq*, ἐνθάδε cod. ζ. ‖ — 1010. ἀκροτόμοι *fh*; ἐπηρρεφέες *M*, ἐπειρεφέες *C*; πεφύασι *BMOQYd*, πεφύασσι *e* Ald., sec. man. *d*, πεφυάασσι *b*, τελέθουσι (ex θαλέθουσι corruptum, ut Brunkius censet) *C*. ‖ — 1011. καὶ (addito ν supra κ) *r*; νῦν μὴν *i*; χαριέστατον *Ce*. ‖ — 1012 sq. Laudavit Draco p. 98, 16. ἢ παρὰ χῶρον *Xi*. Legendum puto : ἥπερ ἀναυρῶν... ἐν προβολῆς, quum verba περὶ χῶρον langueant, et προβολῆς sic nude positum offensioni sit, tum vero vs. 1118 beryllus reperiri dicatur ἐπὶ προβολῆσι ἀναυρῶν (ἀώρων corrupt. lectio). ‖ — 1013. προβολῆσιν *Xeq*; ὀφιώτιδος supra scr. in *C*; Ἀσιήτιδος legisse videtur Priscianus 936 : *per loca quæ tendunt Asianæ ad mœnia petræ*. Avienus 1206 : *internis Ophietidis arcis in arvis*. Cf. Eustathius, qui similiter verba poetæ interpretatur. Ophites est marmoris species maculas habens serpentium maculis similes. *Duo ejus genera : molle candidi, nigricans duri. Dicuntur ambo capitis dolores sedare adalligati et serpentium ictus* (Plinius 36, 11, § 56). Cf. Orpheus Lithic. v. 57 :

Βουκολίδης Εὔφορβος ἀγαυοῦ φάσκεν ὀφίτου
φάρμακα, μὴ μούνων ὄφεων κατένωπα δύνασθαι,
ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμοῖσι φέρειν φάος, ἠδὲ βαρεῖαν
ἐκ κεφαλῆς ἕλκειν ὀδύνην...
ἐν πυρὶ δ' εἴ κε βάλῃς μιν, ὀδωδὴν ἕρπετα τοῖο
φεύξεται, οὐδ' ἔτι πω μενέει σχεδὸν, οὐδ' ἐνὶ χειῇ.
Φεύγει καὶ κνίσσῃσι γαγάτην ὀρνυμένῃσιν, etc.

Quemadmodum ophiten, sic etiam gagatem sive gangaten Mesopotamia tulit. Certe Strabo p. 747 postquam fertilitatem Mesopotamiæ memoraverat, addit : φέρει δὲ καὶ τὴν νάφθαν καὶ τὴν γαγγῆτιν λίθον, ἣ φεύγει τὰ ἕρπετα, nisi hoc loco gangatem (quem in Lycia prope Gagas vel Gangas urbem παρ' αἰγιαλοῖς reperiri tradunt. V. schol. ad Nicandri Ther. 37 etc.) cum ophite, ejusdem virtutis lapide, confundi credideris. — ὀφ. ἔνδοθι πέτρης] Confert Hillius quæ de sarda refert Plinius 37, 31, § 105 : *Laudatissima circa Babylonem. Cum lapicidinæ quædam appellantur, hærentes in saxo cordis modo reperiuntur*. Addit Bernhardyus schol. ms. in Clement. Alex. Pædag. 2, 12 ap. Bast. Epist. crit. p. 134 : Ἐκψήγματα γῆς πάντες οἱ λίθοι οἱ τίμιοι· οἵ τε γὰρ λυχνῖται τοιοῦτοι καὶ οἱ ἄνθρακες καὶ οἱ ἀμέθυστοι, πρὸς τούτοις καὶ οἱ βήρυλλοί τε καὶ σμάραγδοι καὶ ὑάκινθοι καὶ πάντες σχεδόν· οἵ γε μὴν τόπαζοι, εἴ τι χρὴ πείθεσθαι Ἀγαθαρχίδῃ τῷ τὰ περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς ἱστορήσαντι θαλάσσης, μέσον ἀνευρίσκονται τῶν παραλίων ταύτῃ πετρῶν. ‖ — 1015. Κισσοὶ *EG*. Vulgo Κίσσιοι dicitur. « Huc referendum videtur paroxytonon Κίσσος quod loco defecto Arcadii p. 73, 13 probabiliter restituit Gœttlingius De accentu p. 211. » G. Dindorf. in Steph. Thes. v. Κισσία. Dein Μεταβάται *M*, Χαυλωνῖται *G*, Λαυλωνῖται *E*, Χαλωνοί τε νεμ. *Hζ*. Quum nulla fiat Assyriæ mentio, hæc e mente Dionysii Babyloniæ accensenda est, quo sensu Strabo quoque p. 739 (629, 49 Didot.) dicit : Περιέχεται δὲ ἡ χώρα

ἀλλ' ὁπότ' Ἀρμενίων ὀρέων προπάροιθεν ὀδεύσῃς
εἰς αὐγὰς, τότ' ἔπειτα τὰ Μηδικὰ τέμπεα δήεις.
Τῶν πρὸς μὲν βορέην ἐριθηλέα γαῖαν ἔχουσι
Γηλοί τε Μάρδοι τε καὶ ἀνέρες Ἀτροπατηνοί.
Πρὸς δὲ νότον ναίουσιν ἀγαυῶν ἔθνεα Μήδων,
κείνης τοι γενεῆς ἐρικυδέος ἐκγεγαῶτες
Αἰήταο θυγατρὸς, ἀμύμονος ἡρωίνης.
Εὖτε γὰρ Ἀκταίοιο παρὰ ῥόον Ἰλισσοῖς
φάρμακ' ἐμήσατο λυγρὰ γόνῳ Πανδιονίδαο,
αἰδοῖ μὲν χῶρον κεῖνον λίπεν, ἐς δὲ βαθεῖαν,
πλαζομένη κατὰ φῶτας, δμώνυμον ἵκετο γαῖαν,
οὐ μὲν ἑκὰς Κόλχων· Κόλχων γε μὲν αἶαν ἱκέσθαι
οὔ οἱ ἔην· μῆνιν γὰρ ἑοῦ δειδίσσετο πατρός.
Τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν πολυφάρμακοι ἄνδρες ἔασι
χώρην ναιετάοντες ἀπείριτον, οἱ μὲν ἐπ' αὐτὰς
πέτρας, αἳ φύουσιν ἀφεγγέα ναρκισσίτην,

Sin præter Armenios montes perrexeris
in ortum, deinceps Medicas convalles invenies.
Quibus ad septentriones lætissimam tenent regionem
Geli et Mardi et viri Atropateni.
In austrum vero incolunt clarorum gentes Medorum,
qui orti sunt e stirpe illa celeberrima
Æetæ filiæ, præclaræ heroinæ.
Quum enim ad undam Actæi Ilissi
Pandionis nepoti sæva venena parasset,
pudore locum illum reliquit, inque feracem
per homines oberrans cognominemque venit regionem,
non sane procul a Colchis: sed ad Colchos non licuit
ei redire, ut quæ patris iram pertimesceret.
Inde hodieque venenis abundant,
qui terram incolunt immensam; quorum alii ad ipsas
rupes consederunt, quæ obscurum narcissiten gignunt,

τῶν Βαβυλωνίων... ἀπὸ τῶν ἄρκτων ὑπό τε Ἀρμενίων καὶ Μήδων μέχρι τοῦ Ζάγρου καὶ τῶν περὶ αὐτὸ ἐθνῶν (Cf. p. 447, 47. 634, 27 ed. Did.). Nonnullas tamen gentes in confiniis harum terrarum habitantes separatim Noster enumerat. Inter eos Chalonitæ Babyloniæ vel Assyriæ finibus continentur (v. Strabo p. 736 Cas., 627, 5 Did.); Massabatas Strabo (p. 449, 54. 634, 17 D) Mediæ vel, secundum alios, Elymaidi adscribi prodit, Ptolemæus vero minus recte in Perside collocat. Cissorum nomine non Susiana universa, sed pars quædam borealis indicari debet: in seqq. enim (v. 1073) quum Choaspes fluvius Susa præterlabens inter Persidis amnes nominetur, Susiana vel certe major ejus pars apud Dionysium Persidis nomine comprehenditur (Cf. Strabo p. 727 Cas., 619, 26 Did.: Σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ Σουσὶς μέρος γεγένηται τῆς Περσίδος... Οἱ γὰρ Πέρσαι... ἐνταῦθα ἔθεντο τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον κτλ.). Cissiam tanquam Susidis partem Ptolemæus habet, ita tamen ut in australi Susianæ tractu sit, quod non quadrat cum Dionysii verbis ἐπὶ πνοιὴν βορέαο, quæ regionem in boreali Susiana sitam postulant. Ibi vero quum Cossæos, gentem notissimam, habitasse constet, proclivis conjectura est hos ipsos a poeta indicari. At reapse Cissæos et Cossæos ejusdem nominis formas diversas esse recte statuere videtur Ritterus t. 9, p. 200. Μεσσαβάται sunt incolæ regionis inter Zagri tractum qui nunc *Puschti-ku* vocatur, et *Kerka* sive Choaspem fluvium porrectæ, quæ Susianæ a borea imminens etiamnunc vocatur *Mahsabadan*. Μασσαβατική recte legitur apud Strabonem p. 524 et 744 (449, 54. 634, 17). Similiter apud Plinium 6, 31, § 134, ubi inde ab Harduino legitur: *Supra Cossiæos ad septentrionem Mesobatene sub monte Cambalido*, reponendum est *Massabatene* (*Massabane* 3 codd. ap. Sillig.). Apud Ptolemæum 6, 4, qui Μεσαβάτας (Μεσσαβάτας 3 editt.) sub Parætacenen in Persia haud recte collocat, Wilbergius variantem lectionem e codd. affert nullam. De Chalonitide v. Isidor, § 3 tom. 1, p. 250. Strabo p. 454, 9 Did. Tigrin e terra rursus emergere dicit in *Chalonitide*. Quæritur an hoc errori debeatur, an alia fuerit Chalonitis Armeniæ, an Chalonitidis nomen pertinuerit per totum illum tractum qui juxta Zagrum inde ab Armeniæ finibus versus meridiem porrigitur. ‖ — 1016. ὀρεων om. *G*; πεδίων pro ὀρεων *F*; πεδίων, adjecto ὀρεων, *C*; ὀδεύεις *X*, ὀδεύσεις *Aber*. Ceterum non Armeniæ montes, sed Zagri juga memorari exspectabas. Culpa erroris forte non in poetam sed in auctorem cui se addixit, conferenda est. Nam quum apud Strabonem Syspiritidem, quæ erat Armeniæ provincia, ita memorari videamus, ut a meridie Armeniæ et in ipsa Chalonitide regione quærenda esse videatur (v. quæ dixi in Indice var. lect. ad Strab. p. 454): facile fieri potuit, ut alii Zagri jugum Armeniæ attribuerent. ‖ — 1017. δήεις *Q*, δείης *X*; τὰ om. *CHζ* Ald.; τὰ Μηδικά om. *q*. ‖ — 1018. πρὸς μὲν] μὲν πρὸς *NQ*. ἐριθάλεα *L*. ‖ — 1019. Γηροί *BNOXcgioqs*, quinque codd. Hudsoni, var. lect. in *Yd*, Ald.; γρ. Γηροί *e*, Γηρλοί *p*, *Gerrhi* Avien., Γηνοί, supr. scr. ρ, *t*; Γηλοὶ Μαρδὸ. *G*, omisso τε, quod om. etiam *Cq* et punctis notavit cod. ε; Ἀτραπατηνοὶ *AECHLYebe* Paraphr., Avien.; Ἀτραματηνοί *Klm*, Ἀτροπηνοί ζ, Ἀτραπηνοί *a*. ‖ — 1020. νέουσιν *d*. ‖ — 1021. τοι] τε *co*, τῆς *M*. ἐκγεγαότες *d* Ald. ‖ 1022. Laudat Draco p. 44. ‖ — 1023. παραὶ *QU*; παραρρόον *B*; εἰλισσ. *C*, ἱλασσοῖο *B*. ‖ — 1024. φάρμακα μήσατο *Km*; γονῇ *k*, γονᾷ *m*, γόνους ε, γένα *b*, γένει *r*, νόῳ *e*. ‖ — 1025. ἐκεῖνον *Ed*, κεῖνον χῶρον *c*; εἰς *ber*. ‖ — 1026. κατὰ γαῖαν *A*, χώραν *G*. ‖ — 1027. Κόλχων semel tantum scriptum in *CGbre*; γε om. *cf oq*; γαῖαν *cfq* Ald. ‖ — 1029. τοὔνεκα *q*, τοὔνεκα μὲν *co*; ἔασσι *bcd* Ald. πολυφαρμάκους Bernhardyus dici putat ob herbam medicam, equorum pabulum, et μῆλα μηδικὰ et σίλφιον et si quæ alia ejusmodi in Media proveniunt; Hillius quæ de oleo Medico vel Medeæ (i. e. naphtha) traduntur, forte huc trahenda esse censet. At pertinet vox ad φάρμακα quibus magi Medorum utebantur, ut recte senserunt Avienus et Priscianus. ‖ — 1030. χῶρον *q*; ἐπήριτον ε; ἐπ'] ὑπ' *BCE HMOY*ε, ἐς *c*; ἐπ' αὐγὰς legerunt Avienus 1225 (*quæ spectat in ortus*) et Priscianus 947 (*oriente sub ipso*). ‖ — 1031. Laudavit Draco p. 70. 98. ναρκισίτην *AC*. Gemmæ meminit Plinius 37, 73 § 188: *Narcissitis*.

οἱ ὀ' ἑκὰς ἐν λασίῃσι νενασμένοι εἰαμενῇσι,
πώεα καλὰ νέμοντες, ἄδην βεβριθότα μαλλοῖς,
τόσσον ἐπ' ἀντολίην τετραμμένοι, ἄχρι πυλάων
Κασπιάδων, αἵτ' εἰσὶ βαθυνομένας ὑπὸ πέτρας,
κληῖδες γαίης Ἀσιήτιδος, ᾗχι κέλευθος
ἐκτέταται βορέηνδε καὶ ἐς νότον ἐρχομένοισιν,
ἡ μὲν ἐς Ὑρκανίους, ἡ δ' οὔρεα Περσίδος αἴης.
Ἀλλ' ἤτοι πυλέων μὲν ὑπαὶ πόδα Κασπιάων
Πάρθοι ναιετάουσιν ἀρήιοι, ἀγκυλότοξοι,
παντοίου πολέμοιο δαήμονες· οὐ γὰρ ἀρότρῳ
αὔλακ' ἐπιθύνουσι, διασχίζοντες ἀρούρας,
οὐδὲ μὲν ἐν νήεσσιν ἅλα τμήγουσιν ἐρετμοῖς,
οὐδὲ νομῷ φέρβουσι βοῶν γένος· ἐκ δὲ γενέθλης
νηπίαχοι τόξοισι καὶ ἱπποσύνῃσι μέλονται,
αἰεὶ δ' ἠχήεσσαν ἀνὰ χθόνα δοῦπος ἀκόντων
ἢ βελέων, πάντῃ δέ τ' ἀελλοπόδων δρόμος ἵππων
θυνόντων· οὐ γάρ σφι θέμις δόρποιο πάσασθαι,
πρὶν πολέμου μόχθοισι κάρηνα ἱδρῶτι παλῦναι·
φέρβονται δ' ἄγρῃσι δορικτήτου βιότοιο·
ἀλλ' ἔμπης κατὰ δῆριν ἀμαιμακέτους περ ἐόντας
Αὐσονίου βασιλῆος ἐπεπρήϋνεν ἀκωκή.
Εἰ δέ σε καὶ Πέρσας ἰδέειν γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ,
εὐφραδέως ἄν σοι καὶ τῶν γένος αὐδήσαιμι,
καὶ πόρον ἀενάων ποταμῶν, ὀρέων τε κελεύθους.
Μοῦνοι γάρ τ' Ἀσίης βασιλεύτατον ἔθνος ἔχουσι,
μοῦνοι δ' ἄσπετον ὄλβον ἐνὶ μεγάροισιν ἔθεντο,
ὁππότε Μῃονίην καὶ Σάρδιας ἐξαλάπαξαν.
Χρύσεά τοι κείνων μὲν ἐπὶ χροὶ τεύχεα φωτῶν,
χρύσεα δ' αὖθ' ἵπποισιν ἐπὶ στομάτεσσι χαλινά,
χρυσῷ δ' ἀμφὶ πόδεσσιν ἐκοσμήσαντο πέδιλα·
τόσσος γάρ σφισιν ὄλβος ἀπείριτος· ἀλλά τοι εἴη
Περσὶς ὅλη μεγάλοισι περίδρομος οὔρεσι γαῖα,
Κασπιάδων πυλέων νοτιώτερον οἶμον ἔχουσα,
ἑλκομένη καὶ μέχρις ὁμωνύμου ἀμφιτρίτης.
Τριχθὰ δέ μιν ναίουσι διασταδὸν, οἱ μὲν ὑπ' ἄρ-

alii procul silvestribus in convallibus,
ubi pulchros greges pascunt, abunde velleribus graves.
Hi fere in ortum sunt conversi, ad portas
usque Caspias, quæ profundis sub rupibus
exstant Asiaticæ terræ claustra, ubi via
patet in aquilonem et austrum proficiscentibus,
altera in Hyrcanos, altera ad montes terræ Persicæ.
At sub radices portarum Caspiarum
Parthi habitant mavortii, sagittarii
ac bellicarum artium gnari : non enim aratro
sulcum dirigunt arva findendo,
neque navium remigio mare secant,
neque in pratis boum genus pascunt, sed a teneris
pueri arcubus atque equitationibus sunt addicti.
Inde perpetuus in ea terra stridor jaculorum
telorumve, et ubique alipedum cursus equorum
ruentium : neque est enim ipsis fas epulas attingere,
priusquam belli laboribus caput sudore perfuderint ;
ac præda vitam sustentant opum armis partarum.
Verumtamen præliis quamtumvis indomitos
Ausonii regis hasta castigavit.
Sin Persas quoque noscendi suave te tenet desiderium,
perspicue hanc etiam gentem declaraverim,
et cursum perennium fluviorum montiumque tractus.
Soli enim Asiæ populum continent regnatorem,
solique immensas divitias domum reportarunt,
quum Mæoniam Sardesque depopulati essent.
Aurea vero arma corpus illorum hominum tegunt,
aurea etiam equinis oribus frena insunt,
auratisque calceamentis pedes decorant :
tantæ tamque immensæ ipsis sunt opes. Verum omnis
Persica regio magnis montibus est circumdata,
Caspiis portis magis in austrum conversa,
et ad mare usque cognomine porrecta.
Trifariam habitant eam seorsum, alii sub arctis,

---

venis et odore distinguitur. Num aliunde de ea constet, nescio. ‖ — 1032. οἱ δὲ καὶ ἐν *A*; λασίοισι *O* edit. Antw. et fort. Eust., λασίοισι *o*; εἰαμενοῖσι *NOdq*. ‖ — 1033. ἄδην *Q* Eust., ἄδδην *oq*; μαλλῷ *BCEHKLM bdkmrζ*, μαλῷ ε, μᾶλλον *O*. ‖ — 1034. ἄγχι Ald. ‖ — 1035. Κασπιάων *MQYζ*; βαθυνομένης Nicephor., ἐπὶ πέτρας *q*, ὑπὸ πέτρης *p*. ‖ — 1037. ἐκτέταται βορέηνδε *CDFGHbdeghmpwζ*; ἐκτέτατ' εἰς βορέην καὶ *q*, ἐκτέτατ' ἐς βορέην τε *ABMNOQ* alii; νότον] δύσιν *ber*; ἀρχομένοισιν *f*. ‖ — 1038. εἰς *q*; Ὑρκανίην *Xiq* et sec. man. *e*; ἡ δ'] ἠδ' *Q*, ἡ δ' ἐς *A*. ‖ — 1039. πυλάων *HKOY xopζ* Ald., γρ. πυλάων *d*, πυλέω *e*; μὲν om. *G*; ὑπὸ *co*; Κασπιαδάων *gmi* et correct. *E*, Κασπιάδων *CHKLOberw*. De producta litera ι cf. v. 53, 696. 719. 738. ‖ — 1041. πολέμου *BMNYceqr*. ‖ — 1042. αὔλακος *br*; ἀπιθύνουσι *p*; cf. Sophocl. Philoct. 1059; ἀρούραις *o*. ‖ — 1043. οὐδέμεν *Q*; νήεσιν *Co*; τμήσσουσιν mgo *O*, διατμήγουσιν *Nber*. ‖ — 1044. νομοῖς *ABMcopqt*; in *t* supr. scr. γομῆς. ‖ 1045. νηπίαχον *k*; ἱπποσύναισι *A*; μέλλονται *o*. ‖ — 1046. ἠχήεσσα pr. man. *o*. ‖ — 1047. πάντη δ' ἄρ' ἀελ. *HKOber*; δοῦπος ἵππων *Fco*. ‖ — 1048. πάτασθαι *F*. ‖ — 1049. κάρην' *C*, κάρηνα *N*; ἱδρῶσι *eq*, ἱδρῶ *r*; παλύνειν *ABKNObcefkor*, παλῆναι Ald. ‖ — 1050. ἄγραισι *C*; δορυκτήτου *EFMOYX*, δορυκτίτου *K*, δορυκτήτα *C*, δουρυκτήτου ε, πολυκμήτου *Hζ*, πολυπτύχου *rw*, in *w* additur γρ. δορυκτήτου. ‖ — 1052. βασιλέως *G*ε. In *b* supr. scr. glossema : Νέρωνος. ‖ ἐπεπράϋνεν *Y*. ‖ — 1054. ἀφραδέως ε, εὐφραδέων *r*; σοι] τοι *HKLMNbrζ*; γένος] θέσιν *H*. ‖ — 1055. ἀεννάων *EF Nbeor*ε. ‖ — 1056. ἔθνος] γένος *LN* et supra scr. in *K*. ‖ — 1058. Σαρδέας *Cg*, Σαρδίαν *k*; ἐξελάπαξαν ε. ‖ — 1059. τοι] τε cod. ε; μὲν om. *HMceqζ*; ἐπὶ] ἐνὶ *GLNXkm*; χροὶ cod. ε. ‖ — 1060. χρύσεα... χαλινά, supr. scr. οι... οἱ, *C*; χρύσεοι... χαλινοὶ *LMbre*, et, supr. scripto α... ά, *EHXζ*; χρύσεοι... χαλινοί, misso αὖθ, *ip*; χαλινοὶ *Nw*; αὖθ om. *A*. ‖ — 1061. ἐκοσμήσατο *X*. ‖ — 1062. σφιν *AEGHKLMNOQ*. ‖ — 1063. Κασπιάων *k*, μεγάλῃσι *Aε*. ‖ — 1064. πυλάων *GHKOYdfo* Ald. ‖ — 1065. In hunc versum codex *B* desinit. ἑλκόμενον ε, ἐπωνύμου *Xie*; ἀμφιτρίτης ὁμων. *c*. ‖ — 1066. τριχά *br*; ὑπ'

τοξοφόρων σκιεροῖσι παρήμενοι οὔρεσι Μήδων,
οἱ δὲ μεσήπειροι, οἱ δ' ἐς νότον ἄχρι θαλάσσης·
πρῶτα Σάβαι, μετὰ τοὺς δὲ Πασαργάδαι, ἄγχι δὲ Ταοκοί,

horridis sagittariorum Medorum montibus adjacentes,
alii mediterranei, alii in austrum ad mare usque;
primi *Gabæ*, post hos Pasargadæ, prope vero *Taoci*,

ἐπ' *EGHKMNdeqεζ*; ὑπ' ἄρκτοις *L*; *sub arcto* Avienus. De re fusius exponit Strabo p. 727 : τρίττη δ' ἐστὶ (ἡ Περσὶς) καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ τῶν ἀέρων κράσει κτλ. ‖ — 1067. τοξοφόροι *YXekq* et sec. man. *p*. ‖ — 1068. τοὶ δ' ἐς conj. Passovius. ‖ — 1069. πρῶτοι *p*; Σάβαι] *Sabas* sicuti mox *Tascos* etiam apud Priscianum legitur. Avienus hunc versum non expressit, quem propterea a grammatico quodam additum esse opinabatur Spohnius. Dicendum erat Γάβαι. Dein μετ' αὐτοὺς δὲ *Nbpr*, μετὰ τούτους δὲ *Lo*; Πασαγάρδαι *br* Nicephor., Πασαγάδαι *C*, Πασσαργάδαι *e*, Παγασάρδαι *LN*, Μαρσαγέται *f*, Μασσαγέται *coq*; δὲ post ἄγχι om. *f*; Ταοκοί] sic in vitioso aliquo codice Dionysius reperisse videtur pro Ταοκοί. V. Strabo p. 728 (619, 51 ed. Didot.) : Κοσμήσαντες δὲ τὰ ἐν Σούσοις βασίλεια μάλιστα τῶν ἄλλων, οὐδὲν ἧττον καὶ τὰ ἐν Περσεπόλει καὶ τὰ ἐν Πασαργάδαις ἐξετίμησαν... ἦν δὲ καὶ βασίλεια τὰ ἐν Γάβαις ἐν τοῖς ἀνωτέρω που μέρεσι τῆς Περσίδος, καὶ τὰ ἐν τῇ παραλίᾳ τὰ κατὰ τὴν Ταόκην (sic em. editt., κατὰ τὴν Τόκην codd.). Dubitari enim nequit quin tribus hisce regiis tres isti quos Dionysius memorat populi respondeant. Quod Holstenius, Bochartus (Geogr. Sacra 4, 7), Hudsonus pro Σάβαι legi voluerunt Σάκαι, refutatione non eget. Haud magis audiendus est Hillius, qui apud Ptolemæum 6, 4 p. 398, 5 Persicæ gentis nomen Σταβαῖοι ex Dionysio in Σαβαῖοι mutari jussit. Immo, quum Ptolemæus in eodem tractu Γάβας urbem ponat, frequentissima autem sit literarum Γ et ς permutatio, nemo non videt apud Ptolemæum quoque legendum esse Γαβαῖοι, quod ex tribus codd. jam reposuit Wilbergius. Similiter in Dionysii codicibus Γαβαῖοι in ςαβαῖοι olim abierit. Taocorum *populum* præter Nostrum nemo commemoravit, attamen Ταοκηνὴν regionem præter Ταόκην oppidum et satis longe ab eo dissitam Ταόκην ἄκραν habes apud Ptolemæum. Ni fallor, Taoci, Persidis gens, nomine et stirpe non diversi sunt a Taochis quos in Ponti et Armeniæ confiniis consedisse e Xenophonte novimus. Similiter Mardos et Cyrtios et Daos tum in Perside tum ad oram maris Caspii fuisse constat. Porro Παντιαλαίους, quos inter Persidis populos Herodotus 1, 125 nominat, eosdem fuisse suspicor cum Παντιμάθοις, qui lib. 3, 92 inter populos maris Caspii accolas recensentur, adeo ut alterutro loco corrigendum sit. Quam facilis fuerit ΔΑΑΙΟΙ et ΜΑΘΟΙ literarum permutatio, sponte intelligitur. — Quod situm locorum attinet, de Pasargadarum regione in universum constat, quamvis quonam potissimum loco urbs steterit nondum liqueat. Plurimi quidem in hod. *Murghab* veterem regiam agnoscunt, quum Cyri sepulcrum, quod Pasargadis fuisse proditur, etiam nunc ibi superesse inscriptionis fide extra dubitationis aleam poni contendant. At ubi Grotefendus et Burnoufius Cyri nomen legere sibi visi sunt, ibi Ochum potius commemorari censet Lassenius. Probabilior Hammeri, Lassenii, Kieperti, aliorum est sententia, qui Pasargadas in ruinis, quæ sunt ad *Fasa* et *Darab* nondum satis exploratæ, quærendas esse putant. Id enim suadent tum Alexandri itinera, tum Ptolemæi tabulæ, nec non Plinius 6, 26, § 99, qui per Sitiogagum (hod. *Sitaregian*) septumo die Pasargadas navigari dicit. Quamvis enim de navigatione cogitari vix possit, eatenus tamen vera tradere Plinius videtur, quatenus Sitiogagus (Sitacus Nearchi) a Pasargadarum regione decurrit. Nam qui juxta *Darab* oppidum fluvius (*Abi-Schur*) labitur, etsi integrum ejus cursum nondum novimus, vix dubium est quin idem sit quem prope ostium *Sitaregian* vocant. (Vide Kiepertī tabulam *Westpersien zu Ritters Erdkunde*. 1852. Hinc corrigas quæ de Plinii loco dicta sunt tom. 1, p. 362.) — Taocen e Nearcho scimus fuisse ad Granin fl., a cujus ostiis 200 stadia distabat regia Persarum (ubi nunc *Konar Tachtah* vel *Tacht*. V. tom. 1, p. 363). Fluvius ille, duobus vel etiam tribus ostiis exiens, in mediterraneis e compluribus conflatur amnibus, quorum uni (*Sesid-Rud*) adjacet *Gra* urbs, unde nomen fluvio, quem inter Sitiogagum et Zarotin (h. *Zareh*) sive Oroatin recte etiam Plinius memorat (6, 26 § 99) : *Flumen*, ait, *modicarum navium per Susianen* (*Suasinen* v. l.) *fluit; dextra ejus adcolunt Dexi montani, qui bitumen perficiunt*. Confirmantur hæc iis quæ ex Anglorum libris affert Ritterus (tom. 8 p. 820); nam in regione montuosissima inter *Dalaki* opp. et *Kotel-Mallu* jugum sita, quam perfluit *Sefid-Rud*, etiamnunc sunt fontes bituminis, quo certos ad usus utuntur accolæ a Plinio dicti *Dexi montani*, i. e., opinor, incolæ regionis quæ etiam hodie perapte vocatur *Tenxir*, i. e. terra faucium montanarum. Nihili est quod Salmasius scribi voluit *Uxii montani*. Majore probabilitatis specie verba *per Susianen* corrupta esse dixeris. At ne hoc quidem admittendum. Haud longe ab ostiis Granidis exstat *Chosch-ab* oppidum (v. tab. Kieperti); hinc regio Susiana (*Chosch*, *Schousch*) nominari potuit, sicuti ipsum etiam fluvium indidem Susæ nomen tulisse ex Pseudo-Æthico p. 709 colligo, qui : *Susa fluvius in Media provincia nascitur bicornius; efficitur unus; currit millia DIV; descendit in sinum Persicum*. — [Antecedunt ap. Æthicum hæc : *Fluvius Cortachia* (leg. *Corthacia*) *provinciæ Mediæ nascitur in campis Arabicis* (lege *Rhapsiis*); *currit millia DCCCCXVIII* (leg. fuerit CCCCXVIII; certe hæc est longitudo Rhogomanis fl. ap. Ptolem.), *et ingreditur sinum Persicum*. Hic fluvius idem est cum Rhogano, quem Nearchus inter Granin et Brizanam ponit; apud Ptolemæum Rhogomanes vocatur et ex Rhapsiorum regione defluit. Ad ostia ejus Ptolemæus habet Χόροδνα (Χόροδρα var. lect.) opp., quod emendandum videtur in Χόρθανα, ita ut hinc nomen habeat fluvius, quem una cum *Brixia* (Brizana Nearchi) commemorat etiam Plinius 6, 31, § 136, ubi

ἄλλοι θ', οἳ ναίουσι διάνδιχα Περσίδα γαῖαν.
Καὶ τὴν μὲν πολέες ποταμοὶ περιπιαίνουσι,
τῇ καὶ τῇ σχολιῇσιν ἐλαυνόμενοι προχοῇσι.
Χωρὶς μὲν Κόρος ἐστὶ μέγας, χωρὶς δὲ Χοάσπης,
ἕλκων Ἰνδὸν ὕδωρ, παρά τε ῥείων χθόνα Σούσων.
Τοῦ δ' ἂν ἐπὶ πλευρῇσιν ἴδοις εὐωπὸν Ἀχάτην,

aliique, qui Persicam terram habitant diversi.
Atque multi eam fluvii uberem præstant,
hic illic obliquis cursibus prolabentes.
Diversus est magnus Corus, diversus etiam Choaspes,
qui undam defert Indicam ac Susorum terram præter-
Cujus ad latera decorum achaten conspexeris, [fluit.

---

quum codices præbeant : *Ortacea* (hoc rec. Sillig.), *Orthaciæ*, *Hortacia*, legendum fuerit *Corthacia* aut *Chorthacia.*] — *Ceterum* facile accidit ut inattentior aliquis Susam sive Granim fl. in notissimam illam Susianam regionem transferret. Quod vereor ne Ptolemæo (6, 3) acciderit, qui inter Tigrin et Eulæum Μωσαῖον (Σουσαῖον?) fl. eique adjacens Γράαν oppidum collocat. — Gabæ in tabulis geographicis poni solent haud ita longe ab ora maritima, Carmaniæque finibus proximæ. Sic enim jussit Ptolemæus. At alia suadere debebat Strabo qui Gabas ἐν τοῖς ἀνωτέρω που μέρεσι τῆς Περσίδος fuisse dicit, adeo ut in boreali potius Persidis parte quærendæ esse videantur. Idem disertius etiam poeta noster indicat. Is enim quum Persas trifariam divisos esse moneat, deinde vero tria populorum nomina apponat, aperte hæc ita inter se componi voluit, ut Taoci essent maritimi, Pasargadæ μεσήπειροι, Gabæ autem παρήμενοι οὔρεσι Μήδων. Huc accedit quod Γαβηνὴν seu Γαβιηνὴν seu Γαβιανὴν regionem in Susidis et Persidis Mediæque confiniis sitam fuisse novimus ex Strabone p. 745 (634, 19 Did.), Plutarch. Eumen. c. 15, Polyæn. 4, 6, 13, Diodor. 19, 26, 1 et 37, 4. Secundum Strabonem Gabiene, sicut Massabatice, Elymææ erat provincia, per quam e Suside in Elymæam patebat aditus, ea haud dubie via qua nunc a *Dizful* urbe juxta *Dizful* fluvium vel a *Schuster* urbe juxta *Kuran* fl. in *Luristan* regionem penetratur. Itaque Gabiena, quam ποταμοὺς καὶ χαράδρας δυσεξόδους habuisse Diodorus refert, quamque non multum ultra mille stadia porrectam fuisse e Plutarcho discimus, infra Massabaticam inde a *Kerka* fluvio versus ortum usque ad superiorem *Kuran* fluvii partem pertinuisse videtur. Prope istum *Kuran* fluvii cursum superiorem ex Rawlinsoni sententia (V. Ritter. tom. 9, p. 314) extitit Dianæ templum quod in Elymaide Antiochus Epiphanes expilare voluit, cujusque ruinæ nunc vocantur *Madsjidi Luleimani Buzurg*. Hoc si est, Antiochum per Gabienen eo venisse, et, *quum* repulsus reditum in Babyloniam instituere (Maccab. 1, 6, 5 : ἀπῆρεν ἀποστρέψαι εἰς Βαβυλῶνα), per eandem provinciam sese recepisse veri est simillimum. Vix igitur fallor, apud Polybium 31, 11, 3, ubi legitur : ἀναχωρῶν ἐν Τάβαις ἐξέλιπε τὸν βίον, pro Τάβαις reponendum esse censens Γάβαις. Quam urbem Polybius et Dionysius Persidi tribuunt, sicut in Maccab. l. l. ipsa etiam Elymais est ἐν τῇ Περσίδι, et ap. Ptolemæum vel Messabatene Persidi vindicatur, quamvis id ita fiat ut de vera sua sede deturbetur. Eadem urbs apud Ptolemæum Γαβήνα vocatur, sed perperam a borea Elymaidis ponitur, vix 400 ab Ecbatanis distans stadia. Eodem autem vitio quo in Polybii libris Τάβας legitur, etiam Curtius 5, 35, 2 laborat, in quo Alexander Persepoli Ecbatana proficiscens venisse dicitur *Tabas : oppidum est in Parætacene ultima.* Ceterum ubinam steterint Gabæ in hac regione, quam adhuc incognitam dicere licet, ego nescio. Ptolemæus Gabas Carmaniæ vicinas faciens duas extremas Persidis partes confundit. Ne dicamus fortasse alteras ibi Gabas fuisse, eo impedimur quod alia quoque in eundem tractum falso transponuntur. Nam quem Ptolemæus ibi habet Brisoanam fluvium, hunc occiduis Persidis finibus propinquum inter Oroatin et Rhogomanem ponendum fuisse e Nearcho et Plinio constat. Porro quæ a Gabæis versus meridiem juxta oram ponuntur Οὐζία opp. et Οὐζαῖοι (sic enim legendum ; τοὺς Σουζαίους codd., editt.), aperte sunt Uxia et Uxii qui infra Gabienen sedes habebant. Quapropter nescio an cetera quoque loca in Gabæorum vicinia recensita, Αὔσινζα, Κίννα, Παρόδανα non diversa sint ab iis quæ paullo aliter efformata habes in Elymaide : Ἄλινζα, Κίμβιννα, Παράχανα. ‖ — 1070. δ' *rq*, δὲ ναίουσι *LNbr*. ‖ — 1071. περιπιαίνουσιν *K*, περιπιαίνονται *C* m. pr. ‖ — 1072. σκολιοῖσι *Nbr*, ἑλισσόμενοι *ACEGHKLMNOYXYcdgkmεζ*, fort. recte. ‖ — 1073. δὲ om. *H;* Κόρος] *Cyrus* Avien., Κύρος (*Kur-ab* hodie) Strabo p. 729; male quidam huc trahunt Κόριον (*Schiur Rud* hod.), quem Carmaniæ fluvium dicit Ptolemæus 6, 8, 4. Χοάσπις *CONYXbeq*. ‖ — 1074. Ἰνδοὶ *C*, Ἰνδῶ *G*, Ἰνδῶν *HMc;* παραρείων τε χθ. Σουσ. *K;* χθόνα ῥείων Σούσων *LNObr*. Cf. Nicander Ther. 890 : ὅσσα θ' ὑπ' Ἰνδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο Χοασπέω. Choaspes (v. Strabo p. 697 et Curtius 8, 10) Indiæ fluvius haud magnus, quem alii aliter nominant (v. tom. 1, p. 313, 7, not.), e Parapaniso (Parnaso) in Cophenem influit ; a quibusdam autem geographis non diversus esse habebatur a Choaspe Susianæ Mediæque fluvio, ut præter Dionysium et Nicandrum indicat Aristoteles (Meteorol. 1, 13), qui inter magnos fluvios e Parnaso orientes præter Indum et Araxen et Bactrum etiam Choaspem nominat. Scholiasta vel auctor ejus, de cursu horum fluviorum meliora edoctus, veterem famam eo tueri studet, quod Choaspem Persicum δι' ἀδήλων ex India in Persidem fluere censet, sicut similia de aliis fluviis perhibebantur. Ista de Choaspe fabula in causa fuisse videri possit cur Pseudo-Æthicus Euphratem quoque in India nasci diceret. Sed ea opinio potius a Christianis repetenda fuerit, qui quum Euphratem e Paradiso fluere accepissent, Paradisum vero in Armenia quærendum esse negarent, fluvium istum ex Oriente *invisibiliter* (ut ait Geogr. Rav. p. 744 ed. Gron.) in Armeniam ferri censebant. Aliam fabulam de navigatione ex Cydno Ciliciæ fluvio in Choaspem instituta Eratosthenes refert ap. Strabon. p. 47. ‖ — 1075. ἄν om. *EHLMbdrζ* ; πλευροῖσιν *F ;* ἴδῃς *f*. Cf. Plinius 37, 56.

κείμενον οἷα κύλινδρον ἐπὶ χθονὸς, ὅν ῥ' ἀπὸ πέ-
χειμερίου ποταμοῖο κάτω σύρουσι χαράδραι. [τρης
Αἰεὶ δ' αὖ λιαροῖὸ γεγηθότες ἐξ ἀνέμοιο
καρποὶ τηλεθάουσιν ἐπήτριμοι ἀλλήλοισιν.
Φράζεο δ' εἰς αὐγὰς λοιπὸν πόρον Ἀσίδος αἴης·
ἐγγύθι γάρ τοι πέζα τελείεται ἠπείροιο.
Ἤτοι μὲν παρὰ χεῦμα τὸ Περσικὸν Ὠκεανοῖο
Καρμανοὶ ναίουσιν ὑπ' ἠελίῳ ἀνιόντι,
Περσίδος οὐκ ἀπάνευθε διάνδιχα γαῖαν ἔχοντες,
οἱ μὲν ὑπειράλιοι, τοὶ δ' ἔνδοθεν ἠπειρῶται.
Τῶν δὲ πρὸς ἀντολίην Γεδρωσῶν ἔλκεται αἶα,
γείτων Ὠκεανοῦ μεγάκήτεος, οἷσι πρὸς αὐγὰς
Ἰνδὸν πὰρ ποταμὸν νότιοι Σκύθαι ἐνναίουσιν,
ὅς ῥά τ' Ἐρυθραίης κατεναντίον εἶσι θαλάσσης,
λαβρότατον ῥόον ὠκὺν ἐπὶ νότον ὀρθὸν ἐλαύνων,
ἀρξάμενος τὰ πρῶτ' ἀπὸ Καυκάσου ἠνεμόεντος.
Διττὰ δέ οἱ στόματ' ἐστί· μέσην δ' ἐπιδέδρομε νῆσον,
νῆσον, τὴν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι Παταληνήν.
Κεῖνός τοι πολέων ἀποτέμνεται ἔθνεα φωτῶν·
ἤτοι μὲν δύνοντος ἐπὶ κλίσιν ἠελίοῖο
Ὠρείτας τ' Ἀριβάς τε λινοχλαίνους τ' Ἀραχώτας,
Σατραΐδας θ', ὅσσους τε παρὰ πτυχὶ Παρνησοῖο,
ξυνῇ δμῶς μάλα πάντας ἐπωνυμίην Ἀριηνούς,
οὐ χθόνα ναιετάοντας ἐπήρατον, ἀλλ' ὑπὸ λεπτῇ
ψάμμῳ πεπληθυῖαν ἰδὲ ῥώπεσσι δασεῖαν·

humi tanquam cylindrum jacentem, quem de saxo
hiberni fluminis torrentes provolvunt.
Porro quum semper tepido vento recreentur,
fructus vigent invicem conferti.
Jam in ortum reliquum Asiæ tractum considera;
prope enim ora continentis finitur.
Ac præter Persicam oceani undam
Carmani accolunt sub sole oriente,
haud procul a Perside diversæ regionis habitatores,
quorum alii sunt maritimi, alii loca tenent interiora.
His ab ortu Gedrosorum terra protrahitur,
vasto oceano vicina; quibus ad ortum
præter Indum fluvium australes Scythæ
habitant, qui contra Rubrum mare defertur,
dum rapidissimas citatasque aquas recta in austrum
propellit, initiis ab excelso Caucaso captis.
Duplex autem habet ostium, atque mediam in insulam
irruit, quam insulam Patalenen vocant indigenæ.
Is sane multorum hominum gentes describit:
et quidem in solis præcipitantis occasum
Oritas et Aribes et linigeros Arachotas,
et Satraidas et quicunque ad Parnasi convalles
sunt omnes omnino Arianorum nomine dicti,
qui terram incolunt minus venustam,
sed aridis oppletam arenis et virgultis horridam.

§ 156 : *Choaspitis* (gemma) *a flumine dicta est, ex viridi fulgoris aurei.* Idem 37, 54, § 142 de achate usibus magicis apud Persas inserviente nonnulla prodit. Alia complura de gemmis Persicis inseruit Priscianus vs. 980 sqq. ‖ — 1076. ἀπὸ, supra scr. ἐπὶ, *C*; οἷά τε *H*; ὅν ῥά τε *HN*, hinc ὃν ῥάτ' ἀπὸ *ceq* Ald. ‖ — 1077. ποταμοῦ *Nbere* et supra scr. in *C*; σύρουσαι *Lb*. ‖ — 1078. ἀεὶ *b*; γεγαθότες *M*, γεγηθόντες *d*. ‖ — 1079. τηλεθόωσιν *ceq*; ἐπήτριμ' *eq*, ἐπίτρημοι *br*, ἐπίτριμοι *CKY* Ald.; ἀλλήλοισι *LN*. ‖ — 1081. ἐγγὺς codd. ε; τοι om. *eq*. ‖ — 1082-1114 in margine habet *X*; παρ' *b*, περὶ *LNeoqr*; τὸ χεῦμα *o*. ‖ — 1083. Καρβανοὶ *FKM* et pr. m. *dr*; Κερβανοὶ pr. m. *H*; ἀνύοντι *F*; ἠελίῳ τ' ἀνιόντι *K*. ‖ — 1085. τοι] οἱ *M* Ald. ‖ — 1086. Versum Stephan. Byz. v. Γεδρωσία laudat; ἀντολίηνδε *Aceq*, Γεδρωσσὸν *C*, Γεδρύσσων *g*; γαῖα *AXo*. ‖ — 1087. ὠκεανοῖο *HM*; ἧσι pr. m. *E*, ἐφ' οἷσι *L*; παρ' αὐγὰς *KLNbkmr*; αὐθὸν *e*, sed in margine αὐγάς. ‖ — 1088. ἐνναίουσι *G*; παρὰ π. *beq*, πᾶν *r*, παρποταμῶν *C*. De Scytharum imperio indico v. Peripl. mar. Erythræi § 38, tom. 1, p. 286. Cf. Indoscythia in Ptolemæi tabulis et *Scythia Limyrica* in Tab. Peut. ‖ — 1090. λαυρ. *CXbr*, λαβρότατος, ῥόον *AHKMOYdkmζ* Ald., λαυρότατος *c*; θαλ. om. *G*. ‖ — 1091. ταπρῶτ' *Q*. ‖ — 1092. οἱ, supra scripto τοι, *K*; στόματ'. ἐπὶ μέσην *C*; μέση *c*; ἐπιδέδραμε *HM*. ‖ — 1093. Παταλήνην *AEHMb dq* Ald. « Eam tenoris rationem scholion cod. *c* [nobis *H*; sed in eo codice scholion hoc non legitur] sic constituit : ὡς τὸ Ηριήνην· τινὲς δὲ ὀξυτόνως Πάταληνήν φασι. » Bernh. ‖ — 1094. τοι] τε *L*; πολέων] ποταμῶν *d*. ‖ — 1095. κλίνοντες ἐπὶ δύσιν *Ed*, quæ est in *K* glossa interlinearis. ‖ — 1096. Ὠρίτας *KOQ*, Ὠρήτας *LNber*; Ἀριβας *EOOYd*, Ἀρηβας *M*, Ἀρραβας *b*, Ἀραβας cett. Dionysius metri causa Ἀριβας scripserit pro Ἀρβιας. De formis Ἀραβῖται, Ἀράβιες, Ἄρβιες, *Arbii*, v. not. ad Arrian. Ind. in tom. 1, p. 335; λινοχλαίτας *Xo*, λιλοχλαίτας ε, λινοχλαίνας *Acq* Ald.; λιχνοχλαίνους *L*; Ἀριχώτας *d*, Ἀραχωτούς, v. l. ap. Eust. ‖ — 1097. Σαραΐδας *p*, Ἀτραΐδας Ald.; θ' om. X; ὅσσοι τε *HMOepq*, ὅσοις *N*, ὅσοι τε... πάντες ἐπ. Ἀριηνοί (sed appositis accusativis) *C*. « Nusquam alias, quod sciam, *Satraidarum* mentio est, sed *Sotira* Ariæ urbs a Ptolemæo et Stephano nominatur : cujus nomen nisi in *Sotra* Dionysius aut alii contraxerint, ut urbis illius et regionis vicinæ incolis Σωτραιδῶν nomen inde imponatur (pro quo corrupte Σατρ. per α hic legitur), sicut Paropamisadæ vocati sunt vicina gens quæ regionem Paropamiso subjectam tenuit, non habeo unde me hic expediam, aut in qua Arianæ parte Satraidas hosce inveniam. » Hillius. Cum Dionysio facit Geogr. Rav. 2, 4, p. 753 : *Parthia... habet infra se provincias Chorasimon, Socdianon, Sabeon* (i. e. Sacon), *Parapamsidon, Ariinon* (Ἀριηνῶν Dion.), *Satriadon, Aracothon*. Subesse Sarangôn vel Darandôn mentionem credere licet; sed quum apud Ptolem. 6, 19 Drangianæ partem Arachosiæ proximam Βάτριοι teneant, hos potius a Satriadis non diversos esse suspicor. ‖ — 1098. Παρπανισοῖο *ALQ*, ὅσοις τ. πτ. Παρπανισοῖο *KN*, Παρπαμισοιο *g*, Παρπανισσοῖο *e*, Παραπευσοῖο ε, Παρνησοῖο (supra scr. Παρπανησοῖο, quod *M* habet) *Hp* Ald., Παρνησσοῖο *NX*, Παρνασοῖο *CY*. Cf. 737. ‖ — 1099. ναιετάοντες *ACX coq*; λεπτῇ] πτυχὶ cod. ζ; λεπτῆς ψάμμου var. lect. ap. Stephanos. ‖ — 1100. παραπληθ. *w* et pr. m. *r*, περιπληθ.

ἀλλ' ἔμπης ζωοῖσιν ἐπαρκέες εἰσὶ κέλευθοι·
ἄλλον γάρ σφισιν ὄλβον ἀκήρατον αἶα κομίζει·
πάντη γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθροῦ κουραλίοιο,
πάντη δ' αὖ πέτρῃσιν ὑπὸ φλέβες ὠδίνουσι
χρυσείης κυανῆς τε καλὴν πλάκα σαπφείροιο,
τῆς ἀποτεμνόμενοι βιοτήσιον ὦνον ἔχουσιν.
Πρὸς δ' αὐγὰς Ἰνδῶν ἐρατὴ παραπέπταται αἶα,
πασάων πυμάτη, παρὰ χείλεσιν Ὠκεανοῖο,
ἣν ῥά τ' ἀνερχόμενος μακάρων ἐπὶ ἔργα καὶ ἀνδρῶν
ἠέλιος πρώτῃσιν ἐπιφλέγει ἀκτίνεσσιν.
Τῷ γαίης ναέται μὲν ὑπὸ χρόα κυανέουσι,
θεσπέσιον λιπόωντες, ἐειδομένας δ' ὑακίνθῳ
πιοτάτας φορέουσιν ἐπὶ κράτεσφιν ἐθείρας.
Τῶν δ' οἱ μὲν χρυσοῖο μεταλλεύουσι γενέθλην,
ψάμμον ἐϋγνάμπτῃσι λαχαίνοντες μακέλῃσιν·
οἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι λινεργέας· οἱ δ' ἐλεφάντων
ἀργυφέους πρισθέντας ἀποξύουσιν ὀδόντας·
ἄλλοι δ' ἰχνεύουσιν ἐπὶ προβολῆσιν ἀναύρων
ἤ που βηρύλλου γλαυκὴν λίθον ἢ ἀδάμαντα
μαρμαίροντ' ἢ χλωρὰ διαυγάζουσαν ἴασπιν
ἢ καὶ γλαυκιόωντα λίθον καθαροῖο τοπάζου
καὶ γλυκερὴν ἀμέθυστον ὑπηρέμα πορφυρέουσαν·
παντοῖον γὰρ γαῖα μετ' ἀνδράσιν ὄλβον ἀέξει,
ἀενάοις ποταμοῖσι κατάρρυτος ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ναὶ μὴν καὶ λειμῶνες ἀεὶ κομόωσι πετήλοις·
ἄλλοθι μὲν γὰρ κέγχρος ἀέξεται, ἄλλοθι δ' αὖτε
ὕλαι τηλεθόωσιν Ἐρυθραίου καλάμοιο. [ποιμι,
Φράζεο δ', ὥς τοι σχῆμα καὶ ὡς ποταμοὺς ἐνέ-

Verumtamen viæ adsunt mortalibus idoneæ.
Aliam enim facultatem terra integram iis præstat;
nam ubique lapis exstat rubri coralii,
et ubique in rupibus infernæ venæ tumescunt
pulchris aureæ cæruleæque sapphiri tabulis,
quæ excisæ victuale pretium præbent.
At in ortum Indorum dilecta regio patet,
omnium extrema, propter oceani litora,
quam exoriens ad cœlestium hominumque opera
primis radiis sol collustrat.
Inde terræ habitatores corpore sunt subfusco,
miroque nitore, ac similes hyacintho
crines mollissimos in capite gestant.
Horum alii auri scrutant originem,
arenamque ligonibus rite curvatis effodiunt;
alii in textrinis lini elaborant; alii elephantum
candidos dentes sectos lævigant;
alii juxta cursus torrentium anquirunt
aut virides berylli lapides, aut splendentem
adamanta, aut viride pellucentem iaspin,
aut flavescentia puri topazi frusta,
dulcemque amethystum suave purpuras imitantem;
varias enim opes hominibus illis terra producit,
perennibus fluviis usquequaque irrigua.
Quin etiam prata semper coma gaudent;
namque alibi milium succrescit, alibi vero
silvæ calami Erythræi vigent.
Jam adverte, ut figuram tibi et flumina referam

---

pr. m. *r*; ἰδ' ἐν ῥέπερι *C*; ἐν δὲ pro ἰδ' ἐν *HLMNbefrwζ*; in *eζ* supra scriptum ἠδὲ, quod habent *EKXYoq*, ἰδ' αὐρώπεσσι *O*; εἰ δὲ *G*, ἐν δερρώπεσι *H*, πεπλ. τ' ἐν ῥ. Ald.; ῥόπεσσι *EXbo* et sec. man. *r*, ῥόπασσι *d*; δασσεῖαν *cor.* ‖ —1101. ζωῆσιν *CHLMOQY*. ‖—1102. σφιν *ACGHK LMNQY*, σφι *X*. Cf. 1062. ‖—1103. ἐστι om. *F*; κοραλ. *FX*. De curalio apud Indos v. Plinius 32, 11, § 21. 37, 56 § 153; cf. Anonym. Peripl. mar. Erythr. § 28. 39. 49. 56. ‖ — 1104. αὖ *ACFXcdkmop*, ἐν cett. codd., nisi quod γὰρ cod. ε. ‖ — 1105. κυανείης *F*, κυανίης *c*; καλὰ *q*; σαλυφήροιο *K*. ‖ — 1106. τῆς] τοὺς *AEFHKLMNOYbcdemrwεζ*; ἀποτέμνοντες *HKLMN bemrζ*, ἀποτέμνοντας *w*; ἔχουσι *QY*. ‖—1107. ἐρατὴ om. *LMrζ*; ἐρατεινὴ πέπταται *GQX*; πέπταται etiam *acfoq*. ‖ —1108. παρὰ] om. *N*, περὶ *q*. ‖—1109. ῥάτ'] ποτ' *cdfq*, ἣν ποτερχομ. cod. ε, ἐπ' ἔργα *er*; ἔργα ἀνδρῶν *X*. ‖—1110. πρώτοισιν *e*; ἀκτίνεσιν *CQ*, ἀκτίνεσι *d*, ἀκτίνεσσι *EFHL MNYζ*. ‖ —1111. τῶν γαίης *C*; μὲν om. *bc*; ἐπὶ χρόα *Cg*. ‖ —1112. θεσπεσίην *C*, ἀσπάσιον *d*. ‖ — 1113. ὑπὸ κροτάφοισιν *AKLNOegkmrw* et supr. scr. in *H*; κροτάφοις mgo ζ, κροτάτοις *M*. ‖—1115. ψάμμον ἐν εὐγν. *K*; ἐϋγνάμπτοισι *Ca* et εὐγν. *coε* et sec. m. *X*, εὐγνάπτοισι *H* et sec. m. *d*, ἀγναπτ. pr. man. *d*, ἐϋγνάπτῃσι *Nq* Ald., εὐγνάμπτῃσιν *e*; μακέλλησιν *Co*. ‖—1116. λινοεργέους *o*. « Telæ quamquam possunt ad fabricam vestium linearum spectare, quas Indis passim tribuunt, haud dubie tamen in gossypii textrina versantur. » Bernh. At vide Curtium 8, 31, 15 : *Terra lini ferax : inde plerisque sunt vestes*. Philostratus apud Photium p. 324 : στολὴν δ' εἶναι (τοῖς Ἰνδοῖς) λίνου φασὶν ἐγχωρίου... καὶ βύσσῳ δὲ τοὺς φανερωτέρους αὐτῶν ἐστάλθαι. Clitarch. apud Strabon. p. 719. : Ἰνδοὺς ἐσθῆτι λευκῇ χρῆσθαι καὶ σινδόσι λευκοῖς καὶ καρπάσοις. Curtius 8, 31, 21 : *Corpora usque pedes carbaso* (quod est lini tenuissimi genus) *velant,... capita linteis vinciunt*. ‖ — 1117. ἀργυφέας *KLbm*, ἀργιφέους *E*; πριαθέντας *d*; ὑποξύουσι πρισθέντας *q*. ‖ — 1118. προμολῆσιν *KNbcekmr*, quod nescio an h. l. sicut vs. 1012 sit reponendum. προλησιν (sic) *Y* Cf. Eust.; ἀναύρων] ἀώρων *X*. ‖—1119. ἤτου *C*, εἴπου βυρλλου *q*. ‖—1120. χλωρὰν *CLXYdr* Ald., χλωρῷ *Nceqe* et supr. scr. *e*, χλωρῶς Paraphr. Cf. *glauco pingui* ap. Plin. 37 § 115; not. ad vs. 724; διαυγάζουσ *e*, διαυγίζουσαν *q*. Viridem (*apfelgrün*) iaspin in *Dekan* regione reperiri e Leschenault *Relat.* in *Mem. du Museum* tom. 9, p. 257 refert Ritter. *Erdk.* tom. 6, p. 313. ‖—1121. καὶ om. *Y*, καὶ καθαροῖο *Hζ*; τὸ πάζοιο *C*. ‖—1122. γλυκὺν *K*; ἀμέθυσον *CMNO Ybdoqe* Ald. Eust., ἀμέθυσσον *Kber*; ὑπ' ἠρέμα *G*; πορφυροῦσαν *E*, πορφυροῦσαν *d*. ‖—1124. ἀεννάοις *CEKMN beoqr*; ποταμοῖς *K* Ald. ‖—1125. καὶ om. *Mk*; λειμῶνος *X*. ‖—1126. ἄλλοτε *H*; γὰρ om. *Xd*; δ'] τ' *r*; αὖθις *Klm*. ‖—1127. ὕλαν Ald. Ἐρυθραίου poeta dicit pro Ἰνδικοῦ, ut recte monent Eustathius, Salmasius, Hillius, quamvis refragante Bernhardyo. Intelligenda est arundo saccharina, non vero aromatica, ut Eustathius ait. Cf. Strabo p. 693, Meier *Botan. Erläuterungen zu Strabon* p. 68. ‖ — 1128. ὡς τὸ *br*; ἐννέποιμι *Co*,

οὔρεά τ' ἠνεμόεντα καὶ αὐτῆς ἔθνεα γαίης.
Ἦτοι μὲν πισύρεσσιν ἐπὶ πλευρῇσιν ἄρηρε
πάσῃσιν λοξῇσιν, ἀλιγκίη εἴδεϊ ῥόμβου·
ἀλλά τοι ἑσπερίοις μὲν ὁμούριος ὕδασιν Ἰνδὸς
γαῖαν ἀποτμήγει, νότιον δ' ἅλὸς οἴδματ' Ἐρυθρῆς,
Γάγγης δ' εἰς αὐγὰς, ὁ δὲ Καύκασος ἐς πόλον ἄρκτων.
Ἠὲ τὴν μὲν πολλοί τε καὶ ὄλβιοι ἄνδρες ἔχουσιν,
οὐχ ἅμα ναιετάοντες ὁμώνυμοι, ἀλλὰ διαμφὶς
κεκριμένοι, ποταμοῦ μὲν ἀπειρεσίου πέλας Ἰνδοῦ
Δαρδανέες, τόθι λοξὸν ἀπὸ σκοπέλων Ἀκεσίνην
συρόμενον δέχεται πλωτὸς νήεσσιν Ὑδάσπης.
Τοῖς δ' ἔπι καὶ Κώφης τρίτος ἕσπεται ἀργυροδίνης·
τῶν δὲ μέσοι ναίουσι Σάβαι καὶ Ταξίλοι ἄνδρες,
Σκόδροι δ' ἐξείης· ἐπὶ δ' ἕσπεται ἄγρια φῦλα

ac montes excelsos ipsiusque regionis populos.
Nam quattuor lateribus est apta,
obliquis omnibus, ut speciem rhombi exhibeat.
Atque occidentalibus aquis Indus conterminus
tellurem designat, in austrum Rubri maris fluctus,
Ganges in ortum, Caucasus autem ad polum ursarum.
Multi vero bonique homines eam tenent,
non una habitantes eodem cognomine, sed seorsum
divisi: flumini quidem ingenti Indo propinqui
Dardanenses, ubi Acesinem, dum flexibus de saxis
defertur, Hydaspes excipit navigiis idoneus.
Hos Cophes tertius subsequitur pellucidis vorticibus.
Quos inter medii Sabæ Taxilique incolunt,
Scodri deinceps; quos excipiunt agrestes catervæ

ἐνείποιμι *q*. ‖ — 1129. ἠνεμόωντα *o*. ‖ 1130. πισσύρεσιν *CGHo*, πισύρεσιν *MZ*, πισσύρεσσιν *d*, πισύρησιν *q*, τρίσσῃσιν *Lc* et marg. *br*. Priscian. 1037; ἀρήρει *HMZ*. ‖ — 1131. Respicit Eustath. ad Odyss. p. 1387, 47 Rom.; versum om. *G*; πάσσῃσι *er*, πάσῃσι cett. codd., ut vid., præter *c*; λοξοῖσιν *f*, ἐλικρίνης *L*, ἐναλιγκίη *o*, ἐλιγρῆς *b*. ‖ — 1132. ἑσπερίης *FLb* et pr. man. *n*; ἑσπερίην *Qc* ὁμούριον *e*. ‖ — 1133. νότιος *Klm*; οἴδμα τ' *KN OYo*; ἐρυθρᾶς *M*. ‖ — 1134. δ' om. *eq*; ἐς δύσιν *A*; ἄρκτον *i*. Oriental Indiæ latus Eoo mari describitur; poeta terminum ponens Gangem fluvium ita loquitur quasi cum sui ævi geographis Indiam in duas partes dirimeret, quarum altera esset intra Gangem, altera extra hunc fluvium, quem versus meridiem fluere non superiore tantum cursu (ut antiquiores geographi statuebant), sed inferiore etiam (ut ap. Ptol.) stativisse videtur. ‖ — 1135. Versum om. *S*; τε om. *KO*; καὶ τὰ μὲν πολλοὶ καὶ ὄλβιοι var. lect. apud R. Stephan.; ἔχουσιν] ἔασιν *f*. ‖ — 1137. μὲν om. *Lbr*; τέλος Ἰνδοῦ *c*, Ἰνδῶν *k*. ‖ — 1138. Δάρδανες *c*. Intelligendi sunt Δέρδαι (Megasthenes ap. Strabon. p. 706, Arrian. Ind. c. 15) seu Δάρδαι (Nonnus 26, 61), *Dardæ* (Plin. 6, 22 § 67. 11, 36 § 111), seu Δέραδραι seu Δάραδραι (Ptol. 7, 1, 43), οἱ ἐπὶ τὸν χρυσὸν στελλόμενοι, quorum nomen non apponit Herodotus 2, 103, *Daradæ* scriptorum indicorum. Etiam nunc *Dardu* vocantur. V. Ritter *Erdk*. tom. 3, p. 654; Lassen *Ind. Alterth*. 1, p. 40; Fr. Hist. tom. 2, p. 434. — λοξὸν] om. *K*, πολλὸν *ELr* et supr. scr. *bd*, λοξῶν *C*, Ἀκισίνην *X*. ‖ — 1139. συρόμενος *Fcm*. Niceph.; πλωτὸν *Km*; νήεσιν *Co*; Ὑδάσπις *CXabeqr*. « Singularis est Dionysii doctrina, qui Acesinen ab Hydaspi excipi narraverit, quamquam ejusdem culpæ habet participem Curtium 9, 4. Omnibus accuratiora dedit Arrianus 6, 3, 4. » Bernh. *Curtius l. l. dicit : Acesines Hydaspi confunditur*. Non ita tamen id intelligendum esse videtur ut Hydaspis sit major fluvius, cujusque nomen longius pertinuerit, si quidem alio loco (8, 9, 8) recte legitur : *Acesines Indum* (*eum* codd.) *auget*. At vid. Mützell ad Curt. p. 772. ‖ — 1140. τῆς δ' *KX*; καὶ om. *r*; Κώφις *f* et ⟨supra scr. η⟩ *C*, Κωφὴν et ⟨supra scr. ς⟩ ζ, quam formam habent Arrianus Exp. 4, 22, 6 et 5, 1, 1, Josephus Antiq. Jud. 1, 6, 4, Suidas s. v., Zonaras p. 1275; τὸν Κώφην cum Dionysii codd. plurimis Strabo dicit p. 697. 698 (594, 27 et 53 Did.). Cf. Eustath., Avienus et Priscianus. Ceterum verba τοῖς ἔπι, si premere velles, falsa referret Dionysius. ‖ — 1141. Σάβαι] Λάβαι *p*. Ceteri codd. et interpr. de Σάβαι lectione consentiunt. *Sabiorum* vel *Saborum* codd. ap. Curtium 9, 24; τοὺς καλουμένους Ἴβους codd. ap. Dieder. 17, 96. Utroque loco *Siborum* et Σίβους correxerunt editt. ex Arrian. Ind. c. 5, Strabone p. 688. 701 (V. tom. 3, p. 315, 21), Nonno 26, 217; καὶ om. *L*. Ταξίλοι *HKLrζ*, Τάξιλοι *MOkr*, *Taxilus* Priscian. 1048 (Avienus nomen hoc omisit), Τοξίλοι *e*, Τόξιλοι cett. codd. Cf. Stephan. Thesaur. s. v. Τάξιλα, Ταξίλης, Τοξίλος. ‖ — 1142. Σκόδροι] Σκύδροι supr. scr. in *C*, Σκύθροι (γρ. Σκόδροι) *t*, et var. lect. ap. Stephanum, qui idem notat lectionem Σκόθροι, quam habet Aldina; δ'] θ' *CEY*; ἄγριαι] ἄσπετα *A*. Σκύδροι vel Σκύδρους non sunt Σουδράκαι vel Ὑδράκαι vel Ὀξυδράκαι, ut Schwanbeckius conjecit (v. Fr. Hist. tom. 2, p. 415, coll. Geogr. tom. 1, p. 313), sed ii qui apud alios Σόδραι et Ξάθροι vocantur. Diodor. 17, 102, 5 : Μετὰ δὲ ταῦτα (post victos Oxydracas Mallosque) τοὺς παρὰ τὸν ποταμὸν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν κατοικοῦντας, δυναμαζομένους Σόδρας καὶ Μασσάνους, προσηγάγετο. Περὶ δὲ τούτους τοὺς τόπους ἔκτισε πόλιν Ἀλεξάνδρειαν κατὰ τὸν ποταμὸν μυρίους καταλέξας οἰκήτορας. Arrianus 6, 15, 1 : ἐπὶ τῇ ξυμβολῇ τοῦ Ἀκεσίνου καὶ τοῦ Ἰνδοῦ... ἄλλαι τε προσγίγνονται Ἀλεξάνδρῳ τριακόντοροι καὶ πλοῖα στρογγύλα ἄλλα, ἃ δὴ ἐν Ξάθροις ἐναυπηγήθη αὐτῷ, οἱ δὴ ἄλλο ἔθνος Ἰνδικὸν αὐτόνομον προσεχώρησαν... Πόλιν δὲ ἐνταῦθα κτίσαι ἐκέλευσεν ἐπ' αὐτῇ τῇ ξυμβολῇ τῶν ποταμῶν (v. Ritter. tom. 5, p. 470). Curtius 9, 31 p. 860 ed. Mützell, ubi hujus rei meminit, gentium nomina non apponit, sed fieri potest ut qui in proxime antecedentibus commemorantur *Sadracæ* (sic e cod. Palatino legerim; *Sabarcæ* vulgo) iidem sint cum *Xathris* Arriani et *Sqdris* Diodori, Curtius vero minus recte de Sadracis narret quæ Diodorus de Sambastis, Arrianus de Abastanis referunt. *Sadra* urbem ad Acesinen sitam (prope hod. *Wurizabad*) Ferista Persa in historia anni 1005 p. Chr. habet, citante Rittero tom. 5, p. 537. Ptolemæus quoque (7, 1, 61) Σύδρον oppidum ad Indum fl. collocat, quamquam multo magis versus meridiem. Ce-

Πευκαλέων· μετὰ τοὺς δὲ Διωνύσου θεράποντες
Γαργαρίδαι ναίουσιν, ὅθι χρυσοῖο γενέθλην
δαιδαλέην Ὕπανίς τε φέρει θεῖός τε Μάγαρσος,

Peucalensium; post hos vero Bacchi cultores
Gargaridæ consederunt, ubi auri materiem
decoram Hypanis divinusque Magarsus vehunt,

terum Σόδροι, Ξάθροι, Σαδράκαι nomen nacti fuerint a fluvio qui indice *Çatadru* apud Ptolemæum Ζάδαδρος vel Σάραθρος, apud Plinium 6, 21, 63 *Sydrus* (sic e codd. Silligius edidit pro vulgato *Hesydrus*) dicitur, cujusque nomen sec. Ptolemæum usque ad Indi confluentes pertinet. ‖ — 1143. Πευκανέων *CQ* alii. Cf. tom. 1, p. 292, 29 not. τοὺς] τούτους *E*; Διωνύσου Ald.; Διωνύσσου, Διονύσσου, Διονύσου codd. ‖ — 1144. Γαργαρίδαι] Γαργαλίδαι *Lbr*, Γαρμανίδαι *k*, Μαργαρίδαι *q*, Πανδαρίδαι margo H. Stephani. Indicantur Γανδαρίδαι, ut jam Salmasius ad Solin. p. 698 monuit; attamen a corrigendo manum abstinuerunt interpretes, quum error ipsius auctoris potius quam scribarum esse videatur. De Gandaridis per totam Pentapotamiam et fortasse ultra dispersis vide Ritterum tom. 3, p. 1087. De auro fluviorum Indicorum v. Megasthenes apud Strabon. p. 711, 718, Herodot. 3, 106, Curtius 8, 31, 18, Plinius 33, 21 : (aurum invenitur) *fluminum ramentis, ut in Tago Hispaniæ... Gange Indiæ*. Recentiorum testimonia affert Mützell ad Curt. p. 775. De metallis in his regionibus v. Strabo p. 699 : καὶ χρυσεῖα δὲ καὶ ἀργυρεῖα οὐ πολὺ ἄπωθεν (sc. τῆς Σωπείθους χώρας) ἐν ἄλλοις ὄρεσιν ἱστορεῖται καλὰ, ὡς ἐδήλωσε Γόργος ὁ μεταλλευτής. ‖ — 1145. Ὕσπανίς *o* (Cf. *Yspanis* in Geogr. Rav. 2, 4). Ὕσκανις *X*; Ὕπανις pro Ὕφασις (*Vipasa*) male etiam Strabo p. 686. 691. 710, Diodorus 2, 37, 4. 17, 93, 1, Plinius 6, 21 § 62, Solinus c. 52. Præterea eo Noster peccat quod Hypanin in Gangeticam regionem defluere dicit. — Μάγαρσος] sic *k* et Eustath. et in priscis editt. Priscianus 1051; Μέργασος *r*, Μέγαρσος cett. codd. Cf. Tzetzes ad Lycophr. 980 : Ἔστι δὲ καὶ Μέγαρσος ποταμὸς ἐν Σκυθίᾳ, quæ tamen in quibusdam Tzetzæ codicibus non leguntur. Magarsum sive Megarsum fluvium alius nemo memorat. Fortassis Zadadrum amnem, qui Hyphasin excipit et Acesine excipitur, intelligendum esse suspicatur Hillius. Bernhardyus quid statuendum sit, in medio reliquit. Avienus Magarso Cymandri nomen substituit vs. 1351 : *Hic Hypanis lateque trahens vaga terga Cymander*. Quod viam interpretationi patefacit. Videlicet in Ptolemæi tabulis ab Hyphasi versus ortum montibus subjacet Κυλινδρινὴ regio, in qua Diamunas (*Yamuna* sanscr., *Iomanes* Plin., Ἰωβάρης Arrian., *Dschuma* hod.) et paullo longius versus ortum Ganges fluvii oriuntur. Prope Diamunam vero Ptolemæus ponit Μάργαρα urbem. Jam facilis conjectura est Diamunam Cylindrinæ (*Kulinda* et *Kalinda* sanscr.) regionis a nonnullis Cylindrum nominatum esse, idque nomen apud Avienum in Cymandrum abiisse, Magarsum autem Dionysii cum nomine urbis propinquæ esse componendum [Fort. etiam ap. Geogr. Rav. 2, 3, ubi : *Ganges, Torgoris, Acesines*, in *Torgoris* latet *Margaris*]. Conjecturam aliunde corroborare licet. Nam Wilfordius (*On the ancient geography of India* in *Asiat. Research., Calcutta* 1822, tom. 14, p. 394) ex eoque Ritterus (*Erdk.* t. 3, p. 883) nomen *Yamuna* de duobus sororibus ex *Yama* sive *Samana* deo natis olim duobus fuisse fluviis docent, quorum major (hod. *Dchuma*) ad *Allahabad* (i. e. dei urbem), minor ad hod. *Kanodge* Gangi miscentur; utrumque vero fluvium ex *Kalinda* regione oriundum etiam *Kalinda* dictum esse atque minorem eorum etiam nunc *Kalini* nominari. [Nescio an e Calinda vel Calindria nata sit ἡ Καλαυρία nympha, quam Gangis matrem dicit Pseudo Plutarchus De fluv. c. 4.] Igitur fluvii nomen Cylindros vel Calindros ab ipsis Indis repetere licet; in quo ρ litera interponitur eodem modo quo *Daradas* Indos Ptolemæus Δαράδρας vocat. Alios tamen formam *Calindius*, quæ ab indica voce propius abest, usurpasse e Tabula Peutingeriana colligo. Nam qui ibi juxta Gangem ponitur *Calincius* (fuerit *Calindius*) fluvius eique adjacens *Magaris* urbs, a *Calinda* Indorum et *Margaris* Ptolemæi non sunt distinguenda. Lapieus quidem (*Recueil des anciens Itinéraires*, p. 308) Tabulæ itinerarium ita disposuit, ut Magaris esset hodierna *Mervrud*, Margianæ civitas; id vero admitti nequit. Ita Tabula habet :

Nagæ
Palitas 45 m. pass.
Parhe 15
Propasta 75
Aris 25
Thubrassene 40
Aspacora 52
Parthone 15
Magaris 50.

In his quænam sint *Nagæ* (*Nichapour* Lapieo) et *Palitas* nunc non quæro. Quæ autem deinceps sequuntur *Parhe*, *Propasta* (cf. Geogr. Rav. 2, 10 : *Arachotus*, *Propasta*), *Aris*, aperte sunt Φρὰ (*Farrah*), Προφθασία, Ζάρις (Πάρις codex Isidori Char., tom. 1, p. 253), quorum Zaris, *Zareh* lacui apposita, reapse 100 fere m. pass. a Phra oppido abfuisse debet. [Simul hinc patet falsum esse Droysenium qui Phra a Prophthasia non diversum esse putat.] Versamur igitur in via regia, qua per Ariam, Drangianam, Arachosiam et Cabura (*Caboul*) urbem in Indiam iter est. Quum vero viam qua ex Arachosia in Indiam per hod. *Kaboul* regionem itur (a Beste ad Peucaleotin et hinc ad Lahoram urbem), Tabulæ auctor alio loco jam dederit, oppidorum nomina tria quæ inter *Aris* et *Magaris* leguntur, non ad *Kaboul* et Aspasiorum regionem, sed ad ipsam Indiam borealem pertinere videntur. Idque partim ex eo colligitur quod supra *Thubrassenen* majusculis literis *Caspire* regio inscribitur (quam haud recte ad *Kaboul* regionem vel nuper nonnulli referri voluerunt), tum vero ex eo quod *Aspacara* oppidum apud Ptolemæum (6, 16, 8) in Sericæ tractu Indiæ contermino, inter Imaum et Casios montes, collocatur, adeo ut a meridionali Imai tractu et *Kaçmira* vel *Abhisâra* regione ad borealem

λαβρότατοι ποταμῶν· ἀπὸ δ' οὔρεος Ἡμωδοῖο
ὀρνύμενοι προρέουσιν ἐπὶ Γαγγήτιδα χώρην,
πρὸς νότον ἑλκόμενοι παρὰ τέρματα Κωλίδος αἴης.
Ἡ δ' ἤτοι προνένευκεν ἐπ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
ἠλίβατος, ταχινοῖσι δυσέμβατος οἰωνοῖσιν·
τοὔνεκά μιν καὶ φῶτες ἐπικλείουσιν Ἄορνιν.
Ἔστι δέ τις θηητὸς ἐϋρρείτην παρὰ Γάγγην
χῶρος τιμήεις τε καὶ ἱερὸς, ὅν ποτε Βάκχος
θυμαίνων ἐπάτησεν, ὅτ' ἠλλάσσοντο μὲν ἄβραὶ
Ληναίων νεβρῖδες ἐς ἀσπίδας, ἐς δὲ σίδηρον.

amnium rapidissimi, qui ex Emodo
monte profecti ad Gangeticam partem provolvuntur,
in austrum tendentes ad fines Colicæ terræ.
At ista in profundam oceanum prominet,
excelsa, nec celeribus visitata alitibus:
unde eam homines usurpant Aornin.
Exstat autem mirabilis locus ad vastum Gangis flumen
honore et religione auctus, quem Bacchus olim
iratus calcavit, quum permutarentur molles
cervinæ pelles scutis, et in ensem

---

montis partem et in Sericam urbs transposita sit. Quo quidem erroris genere nihil est frequentius. Similiter Megarsum fluvium in Scythia esse Tzetzes prodit, et Sericæ nomen in Tab. Peut. a meridie Emodi montis adscribitur. Thubrassene nescio an pertineat ad proximam regionem quæ indice *Uraça* vocatur, ap Ptolemæum vero Οὐάρσα scribitur, et Taxila et Ithaguranum oppida habere proditur (Nota Ithuguras ab eodem Ptolemæo etiam in Serica ponit). Plinius (6, 23, 79) inter Indum et Jomanem gentes montanas commemorat *Cesos* (Κεκέους Arriani, *Kekaja* sanscr., ad Hyarotis fontes), *Cetribonas* (ad Çatadru fl.?) et *Megallos*, quorum hi fortasse cum Megarso fl. componendi sunt. Superest ut moneam θεῖος epitheton apprime cadere in divinum *Dchuma* fluvium qui cum Gange terram sacram (Δυαό) includit. Ceterum cum Dionysio et Avieno conferri meretur locus Geographi Rav. 2, 9, ubi hæc: *Iterum est non longe ab ipsa Media patria Persarum Assyriorum, Ctesiphontis Peloriarca, quæ habet sub se provincias, id est Edruxion* (Gedrosion), *Gimandrion* (i. e. Etymandrion, quos Ptolemæus quoque habet), *Sarradon* (Sarangon)... *Per quam spatiosissimam Persarum Assyriorum patriam transeunt plurima flumina, inter cetera Ydaspis, Aris* (*Arius* Ariæ, nisi cum hoc confunditur Ἄδρις, quem in Hydaspen influere ait Ptolemæus), *Gymandros, Yspanis*, etc. Vides in his juxta Hydaspen et Hypanin recenseri Gymandrum, sicut in Avieno cum iisdem fluviis habes Cymandrum, qui in Gangeticam regionem defluit. Simul vero patet in Geographo Rav. Gymandrum non diversum esse ab Etymandro (hod. *Hilmend*) Arachosiæ et Drangianæ, in easdemque provincias perperam transponi Hydaspen Hypanimque. Quam confusionem ne stupori Ravennatis imputemus, eo impedimur quod Tabula Peutingeriana vel Gangis fluvii fontes in Drangiana habet. Mira hæc rerum adornatio hunc in modum explicanda esse videtur. Constat veteres Persarum reges tenuisse Indiæ partem, quam Caspiriam complexam esse ex Herodoto colligitur, quamque ad Gangis usque regionem pertinuisse nihil est cur negemus; regnum vero Parthorum, quos Persarum nomine Geographus Rav. aliique introducere solent, ultra Arachosiam non pertinuit. Nihilosecius Parthi quoque suam quandam habebant Indiam, quum Arachosiam Indiæ Albæ nomine designarent (Isidor. § 19, tom. 1, p. 254). Hanc igitur Indiam Parthicam cum altera illa nonnulli ita conflasse videntur, ut qui trans Indum fluvii essent in prisca regum Persarum ditione, eos in Arachosiam et Drangianam Parthorum transferrent. Ex his autem Cylindros cum Etymandro componebatur, nomenque mutavit in *Cymandros* vel *Gymandrus*. Nomen sic corruptum deinde de fluvio Gangetica regionis usurpavit Avienus, similique errore Curtius 8, 9, 10 *Ethimanthum* (*Erymanthum, Hymanthum* var. lect.) una cum Indo, Acesine, Hydaspe et Gange inter maximos Indiæ fluvios recenset. *Ethimanthus*, inquit, *crebris flexibus subinde curvatus ab incolis rigantibus carpitur: ea causa est, cur tenues reliquias jam sine nomine in mare emittat.* Quamquam hæc in Etymandrum Drangianæ, quippe qui in *Zareh* lacum exit, non satis quadrant, hunc ipsum tamen intelligendum esse recte monet Ritterus tom. 6. p. 63. Cui obloquens Mützellius (ad Curt. l. l.) non meminit quæ res sit luculenter patere ex Arriano (cf. Itin. Alexi c. 87), qui inter magnos fluvios οἳ εἰς τὴν ψάμμον ἀφανίζονται, etiam Etymandrum, ὃς διὰ Εὐεργετῶν ῥεῖ, commemoravit. ‖ — 1146. λαβρότατος *in*, λαυρότατος *Kbdm*, λαυρότατοι *r*, ἁβρότατοι *Lg*; in *g* glossa addita πλουσιώτατοι; ἀπ' οὔρεος *H*; Ἡμωδοῖο *K*. ‖ — 1147. προρρέουσιν *CKeq* et correct. *d*, προχέουσιν *pe*, προνέουσιν *Mζ*; γαγγιτιδα *EXYdfoe* Ald. ‖ — 1148. ἑλκόμενοι *EHKMYQζ*, ἑλκομένου (*oi apposito*) *C*; παρὰ] περὶ *eoq* Ald., μετὰ *X*; τέρμα *Goq*; αἴης] ἄκρης conj. Salmasius, Holstenius, Spohnius, præter necessitatem. ‖ — 1149. δῆτοι *JNOYegimq*, ἦ δῆτοι *r*; προσνένευκεν *o*. ‖ — 1150. ἤλικτος *w*; ταχυνοῖσι *i*; οἰωνοῖσιν *N*, οἰωνοῖσι cett.; ἐπικαλέουσιν *Nbr*. ‖ — 1151. Aornin petram, quam ad Indum ponunt Alexandri scriptores (Arrianus Exp. 4, 28, Ind. 5, 10; Diodor. 17, 65; Curtius 8, 11, Strabo p. 688) Noster ad ultimam Indiam removet, sicuti etiam Nysam et stelas Bacchicas. Quæ quidem non errore commissa, sed certo consilio ita adornata esse nullus dubito. Ceterum Ἄορνιν, Aornin, pro Ἄορνον, habes etiam apud Curtium 8, 11 p. 787 ed. Mützell.; idem reponendum apud Pseudocallisthenem 3, 4, p. 99 not., ubi codd. Ἀόρνην. Idem denique latet in nomine *Arni* Tabulæ Peutingerianæ. ‖ — 1152. τις om. *H*, ἔτι *e*; ἔστι δέ τις γε θνητός Ald.; εὐρείτης *Cb*, ἐϋρρείης *Yp*, ἐϋρρήτην correct. *d*, εὐρείτην *e*; περὶ *a*. ‖ — 1153. τε om. *eq*; ὅν τε Βακχ. ‖ — 1154. ἠλάσσοντο *CEHbrζ*, ἠλάσαντο *X*, ἠλαάσαντο *M*, ἤλασσον *c*, ἠλλάξαντο *f*; ἄβραὶ] γευραὶ *C*, αὖραι *M*. et pr. *H*. ‖ — 1155. λινάων νευρῖδες Ald.; νευρίδες *KYXdp*; ἐς prius om. *bor*. ‖ —

θύρσοι μαιμώοντο καὶ ἐς σπείρημα δρακόντων
ζωστῆρές θ' ἕλικές τε πολυγνάμπτης ἑλίνοιο,
ἦμος ὅτ' ἀφραδίῃσι θεοῦ ἀτίτησαν ἑορτήν.
Τοὔνεκα Νυσαίην μὲν ἐφημίξαντο κέλευθον,
κόσμῳ δ' ἐστήσαντο σὺν υἱάσιν ὄργια πάντα.
Αὐτὸς δ' ὁππότε φῦλα κελαινῶν ὤλεσεν Ἰνδῶν,
Ἠμωδῶν ὀρέων ἐπεβήσατο, τῶν ὑπὸ πέζαν
ἕλκεται ἠῴοιο μέγας ῥόος Ὠκεανοῖο.
Ἔνθα δύω στήλας ἐρύσας περὶ τέρματα γαίης,
καγχαλόων μετὰ χεῦμα κατήλυθεν Ἰσμηνοῖο.
Τόσσοι μὲν κατὰ γαῖαν ὑπέρτατοι ἄνδρες ἔασιν·
ἄλλοι δ' ἔνθα καὶ ἔνθα κατ' ἠπείρους ἀλόωνται
μυρίοι, οὓς οὐκ ἄν τις ἀριφραδέως ἀγορεύσοι
θνητὸς ἐών· μοῦνοι δὲ θεοὶ ῥέα πάντα δύνανται.
Αὐτοὶ γὰρ καὶ πρῶτα θεμείλια τορνώσαντο,
καὶ βαθὺν οἶμον ἔδειξαν ἀμετρήτοιο θαλάσσης·
αὐτοὶ δ' ἔμπεδα πάντα βίῳ διετεκμήραντο,
ἄστρα διακρίναντες, ἐκληρώσαντο δ' ἑκάστῳ
μοῖραν ἔχειν πόντοιο καὶ ἠπείροιο βαθείης.
Τῷ ῥα καὶ ἀλλοίην ῥυσμοῦ φύσιν ἔλλαχ' ἑκάστη·
ἡ μὲν γὰρ λευκή τε καὶ ἀργινόεσσα τέτυκται,
ἡ δὲ κελαινοτέρη, ἡ δ' ἀμφοτέρων λάχε μορφήν·
ἄλλη δ' Ἀσσυρίης ἐναλιγκίη ἄνθεϊ μίλτου,
ἄλλαι δ' ἀλλοῖαι· τὼς γὰρ μέγας ἐφράσατο Ζεύς.
Οὕτως ἀνθρώποις ἑτεροίια πάντα τέτυκται.
Ὑμεῖς δ' ἤπειροί τε καὶ εἰν ἁλὶ χαίρετε, νῆσοι,
ὕδατά τ' Ὠκεανοῖο καὶ ἱερὰ χεύματα πόντου
καὶ ποταμοὶ κρῆναί τε καὶ οὔρεα βησσήεντα.
Ἤδη γὰρ πάσης μὲν ἐπέδραμον οἶδμα θαλάσσης,
ἤδη δ' ἠπείρων σκολιὸν πόρον· ἀλλά μοι ὕμνων
αὐτῶν ἐκ μακάρων ἀντάξιος εἴη ἀμοιβή.

thyrsi irascerentur, et in spiras serpentum
baltei traducesque vitis flexuosæ,
tum quum vecordia dei sacra respuerent.
Inde vero Nysæam dictitarunt viam,
atque cum liberis omnes cæremonias rite instituerunt.
Ipse autem quum fuscas Indorum gentes profligasset,
Emodos montes adiit, quorum sub ora
ingens cursus orientalis oceani volvitur.
Duas ibi columnas in finibus terræ constituit,
exsultansque ad Ismeni fluenta revertit.
Tot igitur per orbem sunt gentes conspicuæ.
Alii autem hic illic regiones pervagantur
innumeri, quos nemo perspicue rettulerit
homo natus, quum soli dii omnia facile possint.
ipsi enim prima tornarunt fundamenta,
profundosque tractus exhibuerunt immensi maris,
et ad certam rationem vitam omnem composuerunt,
sideribus distinctis, ac suam cuique
partem maris vastæque continentis assignaverunt.
Inde etiam varias formarum naturas singulæ sunt
sortitæ; alia enim alba exstitit et argillosa,
alia fulva, alia ad utriusque ingenium accessit,
alia tandem Assyriæ rubricæ flori consimilis,
aliæ alia indole; sic enim magno Jovi visum.
Inde inter homines diversissima quæque exstiterunt.
Vos autem salvete, continentes marisque insulæ,
et oceani undæ, et sacri pelagorum cursus,
fluviique ac fontes et montium saltus.
Jam enim omnis maris fluenta emensus sum,
et regionum tractus obliquos; at carminum
ipsis a divis præmium mihi dignum contingat.

1156. μαιώοντο *Y*, μαιμώωντο, μαιόωντο, μαιμάοντο var. lect.; εἰς *Kζ*; σπειρήματα *H*; εἴλημα *i*. ‖ — 1157. πολυγνάμπτης *CMO*, πολυγνάπτης *Ndeoq*, πολυγνάμπτου *KLabimr*, πολυγνάμπτοιο *Yd* Ald., probante Spitznero de versu her. p. 63; πολυγνάπτοιο *t*; ἑλίνοιο] τε λανοῖο *N*, ἑλίνου *Y*, ἑλίνοιο *O*, ληνοῖο *eq*. ‖ — 1158. τῆμος *KLQ*; ἦμος δ' ὅτ' ἀφρασίῃσι *Y*; θεῶν *eq*; ἀτίμησαν *CEF KLNYQX*, ἀτίμασαν *q*, ἀτίμασεν *c*. ‖ — 1159. « In his et sqq. Noster ab Apollonio 2, 905 profecit. » Bernh.; Νυσαίην *Cceoq*, Νυσσαίην cett. ‖ — 1160. υἱεῦσιν *d*, υἱᾶσι *Feq*; πάντες *b*. ‖ — 1161. δ' om. *c*; ὁπότε *Fbeoq*; ἔσβεσεν *Lbr*. var. lect. ap. Stephanos. ‖ — 1162. ἀπεβήσατο *e*; τῶν δ' ὑπὸ *FNeq*. ‖ — 1164. δύο *AKQXY*; ἐρείσας *CFMYXa defoxeζ*, pr. man. *H*, sec man. *E*; στήσας *Q*. De columnis Bacchicis cf. vs. 623. ‖ — 1165. κατὰ χεῦμα *C*, ποτὶ χεῦμα *H*; κατῆλθεν *bd*. ‖ — 1166. τόσοι *o*; ἔασσιν *b*. ‖ — 1167. ἔνδοθεν ἔνθα *e*, (γρ. ἔνθα καὶ ἔνθα) *q*. Ante Bernhardyum edebatur ἠπείρου, quod ego e codd. meis non enotavi. Certe in *EFH*, quos hæc scribens teneo, legitur ἠπείρους, cujus lectionis testes Bernh. citat *CUcdeoq*; ἀγορεύσαι (addito αι) *C*; ἐριφραδέως *CHζ*. ‖ — 1169. δὲ om. *o*; ῥέα ταῦτα *k*. ‖ — 1170. αὐτὴ *o*; αὐτοὶ καὶ γὰρ πρῶτοι *C*; αὐτοὶ δὴ καὶ πρ *L*; πρῶτοι *Neq*; θεμέλια *BXbrζ*. ‖ — 1173. διακρίνοντες *eq*; ἐκκληρ. *eq*; ποταμοῖο *coqε*; ἠπείροιο ἁπάσης *k*. ‖ — 1175. ῥυσμῷ *BMOYXcε* et sec. man. *C*; ῥύγμοῦ *b*; ἔλαχ' *CX*. ‖ — 1176. ἀργινόεσα *C*, ἀργανόεσσα ε, ἀργιλόεσσα var. lect. ap. Eust. ‖ — 1177. κελαινοτέα *H*; ἀμφοτέρων ὑπὸ μορφὴν *KLNbdrw*, ἀμφ. ὑπὸ μορφῇ *A*, ἀμφ. ὑποφαίη *i*. ‖ — 1178. Ἀσυρίης *ceoq*, αὖ Συρίης ε; ἄνθεσι *CBMNXdefpqt*ε Ald., Paraphr., Nicephor. Ceterum Assyria miltus est Sinopica. ‖ — 1179. τῶς *bq*; ἐφράσσατο *Ac*, ἐφράσετο ε, ἐψράζατο (sic) *O*, ἐφράζετο *eq*, ἐδράσατο *k*. ‖ — 1180. οὕτω δ' correct. *Dt*, Ald.; ἀνθρώποισιν *CNbeqr*, ἀνθρώποις *c*; ἑτέροια *o*, ἑτερηία *O*. ‖ — 1181. χαίρεται *e*. ‖ — 1182. ὕδατ' ὠκεανοῖο *CXeo*; κύματα *k*. ‖ — 1183. Versum om. *c*; καὶ κρῆναί τε *eq*; τε om. *o*. ‖ — 1184. μὲν om. *X*; ἀνέδραμεν *e*. ‖ — 1185. ἠδ' ἠπείρων *eq*; ἠπείρων τε *X*; σκολιῶν *FNc*. ‖ — 1186. μεγάρων ε et margo *c*; εἶοι *d*; εἴη ἀντάξιος *X*.

RUFI FESTI AVIENI

DESCRIPTIO ORBIS TERRÆ.

Qua protenta jacent vastæ divortia terræ,
et qua præcipiti volvuntur prona meatu
flumina per terras, qua priscis inclyta muris
oppida nituntur, genus hoc procul omne animantum
qua colit, Aoniis perget stilus impiger orsis.
Ardua res, Musæ. Deus, en deus intrat Apollo
pectora, fatidicæ quatiens penetralia Cirrhæ.
Pierides, toto celeres Helicone venite,
concinat et Phœbo vester chorus; oceanumque
carminis auspicium primum memorate, Camenæ.
Oceani nam terra salo præcingitur omnis,
parva ut cæruleo caput effert insula ponto;
(5) nec tamen extremo teres est situs undique in orbe,
qua colitur populis, qua tellus paret aratro,
sed, matutino qua cœlum sole rubescit,
latior; accisi curvatur cespitis arvo;
cætera protentus. Tria sunt confinia terræ
unius: est primum Libyæ, Europæque Asiæque.
(10) Æquore ab Hesperio qua se salis insinuat vis,
terrarumque cavis illabitur, arduus Atlas
qua juga celsa tumet, Libyæ sese explicat ora;
finis huic Gades, septenaque gurgite vasto
ora procul Nili, Phariorum hic gleba recumbit,
et Pelusiaci celebrantur templa Canopi.
Europæque dehinc lævum est latus, at procul ambas
una Asia, inclinans geminis se cornibus, urget
desuper, ac rupti divortia continet orbis.
Europam atque Asiam Tanais disterminat amnis
(15) Hic se Sarmaticis evolvens finibus arte,
scissus Araxeo prius æquore, jam suus unda
effluit in Scythiam; procul hinc Mæotida Tethyn
intrat, et inserto freta pellit vasta fluento,
Ismaricique riget semper flabris Aquilonis.
At qua piscosi gurges strepit Hellesponti,
vis obliqua sali tepidum procumbit in austrum,
terrarumque trium modus est mare, donec in alti
ora procul Nili late Thetis efflua serpat.
Altera pars orbem telluris limite findit.
(20) Cespes terga jacens Asiæ succedit in oras,
immensusque modi protenditur : hic latus artans
Caspia contingit freta desuper, atque tumenti
proximus Euxino est. Asiam conterminus iste
Europamque secat. Tellus sese altera in austrum
porrigit, insertoque sinus interjacet agro :
nam sinus hic Arabum, sinus hic Ægyptius unda
æstuat : et Libycis Asiam discernit ab oris. (25)
Sic diversa fuit sententia, rite quis orbi
limes haberetur. Totum hoc circumlatrat æstus
et maris infesti moles ligat. Una furenti
natura est pelago, pelagi sed nomina mille,
æquor ut innumeris terrarum admoverit oris
Qua se blanda satis intendunt flabra favoni,
Hesperium oceano mare terras intrat ab alto. (30)
Axe Lycaoniæ rursum facis atque ubi dura
belligeratores nutrit tellus Arimaspas,
nomine Saturni late jacet æquoris unda.
Hic densata sali stant marmora, pigraque ponti
se natura tenet, nunquam ruit effluus humor :
mortuus hic Graio perhibetur gurges in usu,
denique quod lento stupeat plaga salsa profundo,
vel quod sole carens pars orbis tetra rigescat.
Vix hebes has oras ardor Titanius adflat,
vix evecta dies illuminat, omneque late
pingue tenebrosa cælum subtexitur æthra. (35)
At qua prima dies rutilo sustollitur ortu,
aureus et tremulas late rubor inficit undas,
Eoum pelagus, freta dicunt Indica ponti.
Propter Erythræi tenduntur dorsa profundi,
Æthiopumque salum diffunditur. Hic notus æthram
urit, et hic æstu radiorum Phœbus anhelo
arva coquit; sterilis regio est, et inhospita late
aret humus, cassæque solo torrentur arenæ. (40)
Oceanus sic cuncta vago complectitur æstu,
undique sic unus terras interminus ambit,
innumerosque sinus cavat illabentibus undis
desuper. E multis celebri sub nomine tantum
quattuor infuso late sale terga dehiscunt.
Primus in orbe sinus vasti maris æquora gignit, (45)
gurgitis Hesperii. Procul hic protentus in oras
faucibus a Libycis æstum trahit, atque ubi lætam
cespite sub pingui pandit Pamphylia glebam,
deficit et curva sinuatur litoris ora.
Alter item est primo brevior majorque duobus.
Hic prolapsus, aquas boreali fusus ab alto,
terga procelloso turgescit Caspia fluctu :
Hyrcanum hoc pelagus pars nominat. Hinc duo rursum (50)
ora patent ponti; geminus sinus æquoris intrat,
telluremque cavat, qua se notus axe tepenti
erigit. Horum unus vada longe Persica fundit,
Caspia conversus procul in freta; porrigiturque
quartus Arabs : tumet hic rapido per aperta fluento,
Euxinumque salum videt eminus. En tibi rursum (55)

Versuum numeri inclusi Periegesin Dionysii spectant.

æquoris Hesperii tractus loquar : istius unda
lambit terga soli, qua se vagus explicat orbis.
Nam vel cæruleo loca circumplectitur æstu,
vel celso demissa jugo confinia radit,
mœnia vel fusi præstringit gurgite ponti.
In zephyrum tellus extenditur, oraque terræ
ultima proceras subducit in astra columnas.
Hic modus est orbis, Gadir locus, hic tumet Atlas
arduus, hic duro torquetur cardine cælum,
hic circumfusis vestitur nubibus axis.
Et primum ruptas se pontus Ibericus illinc
inserit in terras; caput autem principiumque
Europæ et Libyæ est. Mediis infunditur oris,
irrepitque salum. Scopuli stant ardui utrinque :
unus enim Europam, Libyam procul adspicit alter.
Sic discreta freto procera cacumina celsis
emicuere jugis, sic intrant saxa profundum,
sic subeunt nubes, sic cælum vertice fulcit
Maura Abyla, et dorso consurgit Iberica Calpe.
Gallicus hinc æstus provolvitur. Hic super urbem
Massiliam gens Graia colit, Ligurumque tumescit
æquor, et indomito tellus jacet Itala regno.
Ausonis hæc regio est; pubi genus ab Jove summo.
Qua se flabra trucis boreæ per inhospita terræ
eructant cœlo, populis caput Æneadarum.
Alba dehinc cautes est terminus; hæc freta propter
Trinacriæ summi consurgit litoris ora.
Evolvuntur item vada fusi cærula ponti,
insula qua Cyrnus fluctu madet alludente,
litoris ostriferi protendens latius undam.
Sardiniamque dehinc moles circumflua cingit
æquoris, et cano spumant freta concita fluctu
Hinc Tyrrhena sali sunt agmina, qua notus axem
humidus inclinat; qua lux se rursus eoa
emergit pelago, Siculi maris æstuat unda,
obliquumque quatit gurges protentior altum
usque in saxosi Pachyni juga. Plurimus inde
in Cretam trahitur ponti tumor, hicque procul se
inclinat rupes, atque obvia fluctibus altis
ingreditur pelagus Gortynia mœnia juxta,
ac procumbentis sola propter pinguia Phæsti.
Prona mari cautes extenditur, ut ferus ora
est aries, ultroque minans petit obvia fronte
denique sic olli nomen prior indidit ætas;
nec minus Italiam cornu prospectat acuti
litoris, et rapidi perflatur Japygis ortu.
Hinc se rursus aquis Hadriatica marmora fundunt
in boream, zephyrumque dehinc deflexa parumper
alta petunt, rauco penitus repentia fluctu;
hic sinus Ionius curvatur litoris acta,
cespitis et gemini tellus irrumpitur alto.
Nam qua cæruleis pontus sese inserit undis,
Illyris in dextris pandit regionibus agros,
Æmathiamque super sulcat genus acre virorum;
Ausonidum læva est. Hinc longo cespite tellus
funditur, et varia populorum pube domantur
arva soli. Trina hæc pelagi circumtonat unda :
nam qua se zephyri sustollunt flabra, profundum
Tyrrheni est pelagi; qua se notus erigit æthra,
Sicanum late fluitat mare; qua procul autem
spirat ab eois pulcher regionibus eurus,
Ionii sunt terga sali. Sic Itala tellus
ut circumfusis latus amplum lambitur undis.
Efflua post Siculi moles evolvitur alti,
inque notum late vada ponti cærula serpunt,
donec arenosas attollant æquora Syrtes,
infidumque rati tenuent mare : languida quippe
æquore jam fesso sese trahit unda per ambas.
Cretæisque jugis, vix Syrtes inter oberrans,
parcior, et tenui prætexens ima fluento.
Montibus ab Siculis capit autem prona meatum.
Rursus ab Idæa Salmonide porrigit æquor
se geminum : nautæ Pharium dixere profundum,
quod procul in Casiæ vergit confinia cautis;
Sidoniique dehinc late salis æstuat unda,
Issicus immodico donec sinus ore patescat,
æquoris et nostri sit terminus, arva ubi late
pinguia proceris Cilicum versantur aratris.
Curva salo forma est; hinc sese marmora ponti
in zephyrum torquent, ac flexu lubricus errat
gurges, et exesas illabitur unda lacunas.
Sic virosorum prolixa volumina sese
sponte cerastarum facili sub viscere curvant,
sic spiras crebro sinuat draco, seque vel orbe
colligit inclinans, vel pronis agmina longe
tractibus absolvit : stridet nemus undique totum,
pestifero afflatu serpens vagus inquinat æthram.
Haud secus illapso penetrantur litora fluctu,
et rursum tellus init æquora; jugis ubique
mugitus pelago est, gemitu loca cuncta resultant.
Imminet hic late Pamphylia, subluit illic
unda Chelidonias, illisum murmurat æquor,
sæpius et crebra spumescunt æquora rupe.
Terminus hic cautes Patareïdis eminet arcis,
ac rursum in zephyrum vada semet cærula curvant.
Hic salis Ægæi tractus tonat, inque Bootis
plaustra dehinc rapidi flectuntur marmora Nerei,
saxosis Sporadum sæpe obluctantia ripis :
non aliud tanta consurgit mole profundum,
non sic curva Thetis fluctu tumet. Extimus olli
in Tenedum cursus, pelagi caput incipit Imbro.
Cespitis hinc proni protendens dorsa Propontis
flatibus ex boreæ tepidum procumbit in austrum,
immensæque Asiæ populos alit ubere terræ.
Hinc artas inter fauces atque obvia saxa
Thracius angustas discludit Bosporus oras,
Bosporus Inachiæ subvector virginis olim.
Nam vicina sibi stant litora, terraque parei
faucibus oris hiat, pronam sinus evomit undam :
proxima non alibi tantum divortia cernas

cespitis : hac pecoris dorso sternacis in æquor
Inachis illata est : sic pectus canduit ira,
pellicis et tanto divam dolor extulit igni.
Illic instabili fama est sale saxa moveri,
inferrique sibi flabris urgentibus oras;
hic rigidas errare ferunt per marmora cautes,
et nunc ora sali vastas prætendere rupes,
nunc aperire sinum. Gemit amplo murmure pontus,
seu quod collisas Thetis indignata per arces
sæviat objectis, seu quod brevis exitus undas
exserat, et strictis eructet faucibus æquor.
(145) Interius lato Pontus se gurgite fundit,
undarumque procul latus explicat, aurea Phœbi
qua rota purpureo repetit convexa sub ortu.
Sic obliqua maris panduntur denique dorsa
ut matutinis inclinent æquora habenis,
longior ac boreæ concedat gurges in axem.
Pontus enim nostræ sinus est amplissimus undæ.
Hic Asia ab lævis præcingitur, Europamque
excipit, adversusque dehinc se Thracius artat
Bosporus, et tenui vix panditur oris hiatu.
At qua diducto Pontus distenditur æstu,
et porrecta mari terræ juga longius intrant
in pelagus, tractuque vago sua litora linquunt,
(150) cespite Paphlagonum prodit saxosa Carambis:
Altera se cautes similis procul arietis ori,
dura pruinoso qua torpet Taurica cælo,
exserit, et tenta late premit æquora fronte.
Eminus ista notum videt, arctos eminus illa.
Porro inter fluctus ac fusi marmora Ponti
proxima celsorum sic sunt sibi dorsa locorum,
quamvis vasta sali moles interfluit arces,
ut gemini sit forma maris. Sed brachia Pontus
(155) finibus arctois eoæ lucis in ortum,
et qua prona dies atris involvitur umbris,
molliter inclinans, Scythici speciem facit arcus :
at tepidi de parte noti directior ora,
continuumque jacens rigidi sub imagine nervi
tenditur : excedit confinia sola Carambis
(160) in boream vergens. Boreali rursus in arcto
ore sinus patulo Mæotidis atra paludis
æquora prorumpunt : Scytha latè barbarus oras
incolit, et Matrem Ponti cognominat undam.
(165) Sola parens Ponto, genitrix hæc sola fluento est,
hoc se fonte trahunt vaga glauci marmora ponti,
Cimmerio prolapsa sinu. Nam Bosporus illic
Cimmerius fauces aperit, circumque superque
Cimmerii gens dura colunt. Hic ardua Taurus
in juga consurgit, cœlumque cacumine fulcit,
verticis et celsis late caput inserit astris.
Huc mirante salo quondam sese intulit Argo
Thessala, et innantem stupuerunt æquora cymbam.
Sic vasti moles pelagi interfunditur oras,
sic se forma maris toto procul explicat orbe.
(170) Nunc tibi tellurem versu loquar. Incute docto,
Phœbe, chelyn plectro. Musis intermina vita
permanet, et memori laus semper pullulat ævo.
Indefessa tuæ sint mentis acumina, lector,
sudorisque mei patulo bibe carmine rictu :
dulcis in his haustus, meritum grave, gratia perpes.
Ergo solum terræque Libystidis ora per austrum
tenditur, eoæ procul in confinia lucis.
(175) Gades principium est. Caput hujus cespitis autem
artius angusto conducit litora tractu,
oceanique salum cuneo subit; istius oræ
terminus immensis Arabum concluditur undis :
at latus hoc terræ diffusius explicat agros,
arvaque tenta patent. Hæc pingui cespite tellus
Æthiopum est nutrix, qui nigros propter Erembos
(180) extremi Libyæ curvo sola vomere sulcant;
et rursum Æthiopes soli subjecta cadenti
arva tenent. Sic scissa virum gens ultima terræ
incolit; hos afflant rutilæ incunabula lucis,
hi jam præcipitis terrentur solis habenis.
Propter proceras zephyri regione columnas
Mauri habitant. His fluxa fides, et inhospita semper
(185) corda rigent; trahitur duris vaga vita rapinis.
Proxima se late Numidarum pascua tendunt,
Massylique super populi per aperta locorum
palantes agitant. Certi laris inscia gens est :
nunc in dumosas erepunt denique rupes,
(190) nunc quatiunt campos, nunc silvas inter oberrant
conjugibus natisque simul; cibus aspera glando
omnibus; haud ollis sulcatur cespes aratro,
non his mugitus pecudum strepit. Inclyta post hos
mœnia consurgunt Tyriæ Carthaginis : illa
(195) urbs Phœnissa prius, Libyci nunc ruris alumna,
paci blanda quies, et bello prompta cruento.
Ast hinc in Syrtim præceps ruit unda minorem
ulteriusque dehinc qua lux se reddit Olympo,
major vasta sibi late trahit æquora Syrtis,
(200) infidumque rati pelagus furit : ardua quippe
undarum moles Tyrrheno cogitur æstu,
curvatumque salum quatit amplo litora fluctu;
ecce alias lento prorepit gurgite Nereus,
undaque vix tenuis siccas prætexit arenas.
Immemor ergo modi semper natura duabus
Syrtibus, et classem fors crebro cæca fatigat.
Ambarum medio procera Neapolis arcem
(205) subrigit; hanc rursum gens late prisca virorum
Lotophagi includunt. Durosque Nasamonas inde
aspice, queis quondam populorum examina multa
versavere solum, multos sonuere per agros
balatu pecudes; nunc lati jugera campi
(210) et grege nuda jacent, et sunt cultoribus orba.
Ausonis hæc duro vastavit dextera bello;
Ausonis invicti gens roboris una per orbem
arma tulit; pubem Latiam ferus horruit Ister,
Romanas aquilas Rhodanus tremit, Italidum vi
mœsta paludivagos Germania flevit alumnos.

Illi cæruleas attingunt æquoris undas;
at qua navigero tellus discedit ab æstu,
innumeræ gentes, populorum examina mille
arva tenent. Hic fata canit venerabilis Hammon,
mugit arenosis nemus illic denique lucis.
Astat Cyrene propter vetus, erigiturque
urbs procera arces, et Apolline dives alumno;
Marmaridæ juxta, procul hi tamen ultima regni
Ægypto inclinant; tergo Gætulia glebam
porrigit, et patulis Nigretæ finibus errant.
Protinus hinc Garamas late confinia tendit,
trux Garamas, pedibus pernix et arundinis usu
nobilis. At quantum terrarum interna recedunt,
ut procul oceano tellus vicina madescat,
Æthiopum populos alit ampli cespitis ora.
Terminus Æthiopum populos adit ultima Cerne.
Post Blemyes medii succedunt solis habenas,
corpora proceri, nigri cute, viscera sicci,
et circumvincti nervis exstantibus artus.
Hi celeri molles currunt pede semper arenas,
nec tamen impressæ linquunt vestigia plantæ.
Eminus evolvunt hinc sese pinguia Nili
flumina, et intenti prolabitur æquoris unda.
Hic qua secretis incidit flexibus agros,
Æthiopum lingua Siris ruit; utque Syenen
cærulus accedens diti loca flumine adulat,
nomine se claro Nilum trahit, inque jacentem
Ægyptum fusus fluctu premit arva marito,
fecundatque solum. Procul illinc agmina cogit
in boream, scissusque vagis anfractibus æquor
proserit, et ponto septem ferus explicat ora.
Non olli compar quisquam fluit, inclyta quamquam
undique se totis eructent flumina terris.
Nilus et immensos ulnam dispergit in agros,
et fovet invecto sata gurgite; Nilus honorem
telluri reparat; Nilus freta maxima pellit.
Hic Asiam ab Libya disterminat, axe faveni
secernens Libyam, redeuntis solis ab ortu
disjungens Asiæ medio confinia fluctu.
Nec procul illa virum gens incolit, artibus olim
quæ prior humanas leges et jura notavit,
vomere quæ duro, quæ longi pondere aratri
sollicitavit humum, quæ fetus edere sulcis
tellurem docuit, quæ cædens partibus æthram
prodidit obliquo solem decurrere cælo.
Istius ergo tibi formam regionis et oræ
expediam versu. Blandus prætenditur aer,
prodigus herbarum cespes jacet, aspera nusquam
culmina consurgunt, portus cavat ora frequentes;
quicquid terra dehinc redeuntis sufficit anni
tempore, præ cunctis stupeas specieque modoque.
Trina loco frons est, sed latior axe Bootis,
luce sub eoa constrictior, usque Syenen
tenditur, unde pii volvuntur flumina Nili.
Hic urbs est Thebæ, Thebæ quæ mœnibus altis
præcinxere larem, Memnon ubi Tithoneus
suspectat roseas Auroræ matris habenas.
Pars quæ cyaneo discedit ab æquore, septem
oppida sustentat; notiam pars vergit in oram,
et modus est olli Serbonidis alta paludis;
altera pulsatur genitabilis ore favoni.
Hic urbem posuit Pellææ dextera gentis.
Hic inter celsas late surgentia nubes
templa Sinopæi Iovis astant nixa columnis,
divite saxorum circumvestita metallo,
auro fulta gravi, niveo radiantia dente.
Nec minus hic speculæ vertex subducitur, ex quo
cernere sit longe Pallenidis intima terræ.
At qua surgenti terræ pars conscia Phœbo est,
aggere murorum Pelusia mœnia surgunt.
Gens hic docta sali tumido freta gurgite currunt,
inque procellosos lembum convertere fluctus
ludum habet, et rauca vitam producit in unda.
Talis forma jacet Libyæ, talique recessu
ab zephyro eoum tellus incumbit in axem.
Istius extenti sola cespitis undique sulcant
gentes innumeræ, quæ sparsæ litore longo
oceani australis vada late cærula tangunt,
et quæ multimodis media tellure agitantes
arva domant, et quæ Tritonidis alta paludis
ut circumfuso populorum examine cingunt.
Nunc tibi et Europæ fabor latus. Hæc, ubi terras
intrat Atlantei vis æquoris, accipit ortum.
Unus utramque salis fluxus secat, et procul unum
distinet os ambas; eadem insinuatio ponti
Europam et Libyam rapido disterminat æstu:
sed prior illa tamen tepido perfunditur austro,
hæc subit insanos tergum curvata aquilones.
Ambæ Asiam rursum simili sub limite tangunt;
æquus utrinque modus protenditur; at simul ambas
si conferre sibi quisquam velit, una parumper
ut credatur humus, mediique interflua ponti
subtrahat: extemplo, quali nux pinea forma est,
singula versanti talis succedat imago
Europæ et Libyæ. Sic nam latus explicat ambas,
unum et utrique caput, similis quoque finis utrique.
Sed tamen hesperii qua spectant æquoris undam,
ambæ producto coeunt sibi cespite terræ;
qua matutinus sol istas ignibus afflat,
latior ambabus species distenditur. Unum
hoc agili sub mente tenens velut obvia habebis
cætera terrarum. Tellus Europa Columnis
proxuma magnanimos alit æquo cespite Iberos
Hi super oceani borealis frigida tangunt
æquora, et excursu diffusi latius agri
arva tenent, duris nimium vicina Britannis,
flavaque cæsariem Germania porrigit oram,
dumosa Hercyniæ peragrans confinia silvæ.
Inde Pyrenæi turgescunt dorsa nivalis;
Gallorumque truces populi per inhospita terræ

vitam agitant. Tum cæruleum Padus evomit antro
flumen, et extento patulos premit æquore campos.
Hic prius Eridani propter nemorosa fluenta
fleverunt liquidæ lapsum Phaëthonta sorores,
mutatæque manus planxerunt pectora ramis.
Nec procul hinc rigidis insurgunt rupibus Alpes,
nascentemque diem celso juga vertice cernunt.
Porro inter cautes et saxa sonantia Rhenus,
vertice qua nubes nebulosus fulcit Adulas,
urget aquas, glaucoque rapax rotat agmine molem
gurgitis, oceani donec borealis in undas
effluat et celeri perrumpat marmora fluctu.
Quin et Danubium produnt secreta repente
barbara, sed discors tamen est natura fluento.
Abnoba mons Istro pater est, cadit Abnobæ hiatu
flumen; in eoos autem convertitur axes,
Euxinoque salo provolvitur : ora per æquor
quinque vomunt amnem, qua se procul insula Peuce
exserit. Hinc rigidi qua spirant flabra aquilonis
Sarmata, Germani, Geta, Bastarnæque feroces,
Dacorumque tenent populi, tenet acer Alanus,
incola Taurisci Scytha litoris; indeque rursum
dira Melanchlæni gens circumfusa vagatur.
Proxima Neurorum regio est, celeresque Geloni,
præcinctique sagis semper pictis Agathyrsi.
Inde Borysthenii vis sese fluminis effert
Euxinum in pelagus. Tunc æquora Panticapæi
Ardiscique tibi celso de vertice surgunt
Riphæi montis, ubi dura sæpe sub arcto
densa pruinosos eructant nubila nimbos.
Hic dites venæ niveum gignunt crystallum,
atque hic indomito tellus adamante rigescit
inter Riphæos et proceros Agathyrsos.
Hæ gentes Istrum, qua se plaga dura Bootis
porrigit, incumbunt. Medii de parte diei
per dumosorum reptantes dorsa jugorum
Gerrhæ habitant. Gerrhas attingunt oppida late
Norica, et immodicæ rursum loca pinguia glebæ
Pannonia exercet. Borean subit altior agro
Mœsus, et extento post tergum cespite Thracas
plurimus excedit. Tunc ipsi maxima Thraces
vomere sollicitant curvo loca. Denique longo
qua porrecta jacet spatio piscosa Propontis,
et qua præcipiti fluctu furit Hellespontus,
Ægæumque dehinc procul in mare, plurima Thraces
arva tenent. Hic mellifluis Pallena sub antris
lychnitis rutilæ flammas alit; hic et iaspis
fulva micat stellis, quantum convexa per æthræ
ignea perpetuis ardescunt sidera flammis.
Hic rursum occiduis Europam fabor ab oris.
Hæc tanquam speculis assurgens plurima trinis
spectat Achæmeniæ lucis jubar. Unus Iberos
limes habet, limes tenet alter denique Graios,
Ausoniæ medius protendit latius arva.
Oceani vicina salo qua gleba recumbit,
oceani hesperii, tumet illic ardua Calpe;
hic Hispanus ager, tellus ibi dives Iberum;
Tartessusque super sustollitur, indeque Cempsi
gens agit, in rupis vestigia Pyrenææ
protendens populos. Medio se limite gleba
Ausonis effundit. Mediam secat Apenninus
Ausoniam : nam qua boreali vertice ad æthram
concrescunt Alpes, surgit caput Apennino,
et qua Sicanii tellus madet æquoris æstu,
ut protelatæ molis juga gurgite condit.
Hunc circa multæ sola sulcant proxima gentes;
et tamen has omnes solers tibi Musa loquetur.
Prima vetustorum gens est ibi Tyrrhenorum;
inde Pelasga manus, Cyllenæ finibus olim
quæ petit Hesperii freta gurgitis, arva retentat
Itala. Tum multa tenduntur parte Latini,
per quos flaventis Tibris pater explicat undas,
Romanosque lares lapsu prælambit alumno.
Hinc Campanus ager glebam jacit. Hic freta quondam
Parthenopen blando labentem in marmora ponti
suscepere sinu. Tepidum si rursus in austrum
convertare oculis, nemorosi maxima cernes
culmina Piceni. Coma largi palmitis illic
tenditur, ac fuso Bacchus tegit arva flagello.
Tunc Lucanorum regio insurgentibus alte
cautibus horrescit; scrupus sola creber iniqua
asperat, et denso cæcantur stipite silvæ.
Bruttius hinc dumos acer colit inter, et arces
obsidet infidas, donec Sicana fluenta
intendant pelagus, displosisque æquora terris
instabile inclinent semper mare, qua vel eois
Hadrias unda vadis largam procul exspuit algam,
vel qua Tyrrheni præceps involvitur æstus.
Ab zephyro hinc rupes dorsum tumet, inque Bootis
plaustra patens alho consurgit vertice saxum.
Huc se prisca Locri gens intulit, et sale longo
eminus invecti, qua pontum gurgite rumpit
flumen Alex, Graiæ rexerunt lintea cymbæ.
Hinc Metapontini discurrunt latius arva.
Inde Croton priscis attollit mœnia muris :
Æsarus hic amnis salsa convertitur unda,
et Junone calent hic aræ præsule semper.
Nec minus exciti post fulmina dira Tonantis
infortunatæ Sybaris vicina ruina est.
Samnitæque truces habitant confinia. Post hos
gens Marsum quondam tenuit loca. Tumque Tarentum
surgit, Amyclæi suboles prædura tyranni.
Hinc jacet in patulos projecta Calabria campos,
et super arenti tenduntur Iapyges agro.
Huc se præcipiti cogit ferus Hadria ponto.
Hic Aquileia decens celsis caput inserit astris,
Tergestumque dehinc curvi salis incubat oram,
extimus Ionii qua se sinus æquoris abdit.
Tot populi Ausoniam circumdant mœnibus altis,
Italiam cingunt tot diti cespite gentes.

In jubar eoum rursum se pervia flectunt
(385) æquora, et Assyrium suspectant eminus axem
Ionii freta glauca sali, primosque Liburnos
535 præstringunt pelago; gens Hylli plurima rursum
accolit. Hic tenui tellus discluditur æstu.
Illyris ora dehinc distenditur; hicque periclis
sæpe carinarum famosa Ceraunia surgunt.
540 Tunc prorepentis qua sunt vada turgida Nerei,
(390) Harmoniæ et Cadmi sustentat gleba sepulcrum
barbara. Nam longo jactati sæpius orbe,
postquam liquerunt Ismeni fluminis undam,
hic in cæruleos mutati membra dracones
545 absolvere diem, finemque dedere labori.
Nec minus hic aliud monstri genus arbiter æthræ
(396) edidit. Assistunt scopuli duo, cumque quid atri
imminet eventus, ut vulgi corda fatiget
sors rerum, et gentem terat inclementia fati,
550 et motantur humo et coeunt sibi vertice saxa.
Sed qua mitis item spirat notus, Oriciumque
pulsant flabra solum, Graiæ confinia terræ
incipiunt aperire latus, prolixaque longis
(400) jugera producunt spatiis, præcincta duobus
555 æquoris infusi procursibus. Hanc freta quippe
Ægæi lambunt pelagi, citus Hadria rursum
subluit hanc fluctu : gemino sic gurgite late
Graia madet tellus, sortitaque marmora ventos
quæque suos imo turgescunt mota profundo.
560 Eurus in Ægæum contorquet flabra, cadentis
parte poli zephyris Hadriatica terga tumescunt.
Insula se rursum Pelopis visentibus offert,
insula quæ platani folio compar sedet. Isthmi
(405) quippe caput summum conducitur, artaque vergit
565 in borean tellus, et Graios adjacet agros;
cætera sub folii specie distenditur arva,
ac per utrumque latus sinuoso sæpe recedit
cespite. Sed tepido qua tellus tunditur austro
Graiorum, Triphylis sterili se porrigit ora.
570 Hinc sacer Alpheus flumen trahit, et vagus æquor
(410) influit Eurotas : Pisanos alter adulat,
alter Amyclæas celeri secat agmine terras.
Insula qua curvas inclinat concava valles,
(415) Arcades immensum propter degunt Erymanthum.
575 Hic distentus aquas sata lambit pinguia Ladon
Juxta Argivus ager, juxta sunt culta Laconum;
illos primi dies, celer istos aspicit auster.
(420) Isthmi terga dehinc geminus circumlatrat æstus,
parte Ephyres piceas qua nox agit atra tenebras,
580 et matutinus qua lucem proserit ortus :
hic usu Graio nomen tenet unda Saronis.
Atticus hanc ultra limes jacet, Attica tellus
belligeratorum genitrix memoranda virorum
(425) Fertilis hæc herbis Ilissum subvehit amnem;
585 Ilissi Boreas stagno tulit Orithyiam.
Bœotumque dehinc sese confinia jungunt,
et Locris, et patuli sulcator Thessalus agri,
et Macetum præpingue solum; tumet arduus Hæmus,
Threïciumque caput subducitur. Adjacet Hæmum (430)
partibus ab zephyri Dodonæ vatis alumnus. 590
Axe noti rigidas subter rupes Aracynthi
gens Ætola colit; campis ibi pulcher apertis
labitur et virides sulcans terras Achelous
irruit Hadriaci tergum maris. Hicque frequentes
fluctibus attolluntur Echinades. Haud procul inde 595
prisca Cephallenæ consurgunt oppida terræ. (435)
Delphica quinetiam miscet confinia Phocis,
lucis in exortum protentior, inque Booten
Thermopylæ cedunt. Hic se Parnasia rupes
erigit; hic celeri Cephisus volvitur unda; 600
hic quondam Python transactus arundine membra (440)
sanguinis et cassus prolixa volumina solvit.
Illic sæpe deum conspeximus arridentem,
inter turicremas hic Phœbum vidimus aras.
Nunc ut quæque vago surrexerit insula ponto 605
ordine quo steterint pelago circumflua saxa,
expediam. Cymbæ ducatur cursus ab unda
gurgitis occidui. Precor, aspirate, Camenæ,
inter et oppositas intendite lintea terras.
Gadir prima fretum solida supereminet arce, 610
attollitque caput geminis inserta columnis. (451)
Hæc Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco, (455)
Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni,
barbara quinetiam Gades hanc lingua frequentat :
Pœnus quippe locum Gadir vocat undique septum 615
aggere præducto. Tyrii per inhospita late (453)
æquora provecti tenuere ut cespitis oram,
constituere domos; dant hi quoque maxima templa
Amphitryoniadæ, numenque verentur alumnum.
Insula se propter Gymnesia tollit ab alto, 620
ac dilecta vago pecori consurgit Ebusus,
Sardiniæque arces, et inhorrens Corsica silvis; (460)
Æolidesque dehinc tumidis se fluctibus edunt
insulæ, et inserto canescunt undique ponto :
has dudum tenuit rex Æolus, Æolus illic 625
hospita jactatis indulsit litora nautis,
Æolus imperio summi Jovis arbiter alto
impositus pelago est, effundere carcere ventos,
et sedare salum. Septem sese æquoris æstu (465)
emergunt arces, septem quas Æolus aulas 630
hic habuit. Tunc Ausoniam se pandit in oram
tellus Trinacria, et patulo distenditur agro.
Hæc autem trinis laterum procursibus astat,
ternaque cæruleis longe juga porrigit undis :
in matutinos Pachynus producitur ortus, 635
pars tepet a zephyro Lilybeïa; celsa Peloris (470)
tota sereniferæ pulsatur flatibus ursæ.
Hic iter infidum pelagi, miserandaque fata
involvere salo fluctuque hausere voraci
sæpe ratis; urgent angustæ marmora fauces, 640
artaque præcipitant properum confinia pontum. (475)
Qua se parte dehinc celsæ notus erigit æthræ,

vis late Libyci furit æquoris. Una ibi Syrtis,
ast aliam ulterius freta prolabentia tendunt,
parvaque cæruleo circumsonat æquore Meninx.
(180) Rursus in Hadriacam lembum cogentibus undam,
et lævum curva pelagus sulcantibus alno,
insula se Graii Diomedis gurgite promit,
Italiam spectans et Iapygis arva coloni.
Huc illum motæ quondam tulit ira Diones,
(185) postquam per celeres extorrem traxit Iberos :
conjugis huc diræ misit furor Ægialeæ.
Ionii si quis rate rursum cærula currat
æquora, et eoos cymbam producat in ortus,
Absyrti cautes et crebras protinus arces
inveniet. Colchos huc quondam cura fidesque
(190) extulit, insanam sectantes Æëtinen.
Nec procul Ionii per terga Liburnides astant.
Inque notum post dira Ceraunia carbasa si quis
torqueat, et tepidos lembum declinet in axes,
Ambraciotarum succedunt protinus arces,
Alcinoique domus pandetur Corcyra rursum,
Corcyra compta solum, locupleti Corcyra sulco.
(195) Hanc super est tellus, Ithaci vetus aula tyranni,
exulis et toto raptati sæpe profundo.
Plurima præterea consurgunt gurgite saxa,
quæ protentus aquas Achelous pulcher oberrat.
Amnisusque dehinc alias circumfluit unda,
quæ tamen in borean vergunt magis : Ægila parva
et procera caput turgescunt pulchra Cythera ;
(200) eminet hic etiam saxosa Calauria juxta.
Carpathus hic rupes attollitur ; hæc tamen axem
respicit occiduum. Nutrix hic Creta Tonantis,
multa latus, glebamque ferax et opima virentum,
erigitur pelago. Cretam super astitit Ida,
Ida procellosis agitans aquilonibus ornos.
(205) Nec procul Ægyptum Rhodus adjacet ; adjacet oram
Suniados, qua se prætendit cespes Abantum,
fertilis Æginæ tellus et opima Salamis.
Lucis ab exortu, Pamphylia qua cavat æstum
prolabentis aquæ Cyprus alta cingitur unda,
atque Dionæi pulsatur litoris acta.
(210) Inde Chelidoniæ tris sese gurgite tollunt,
qua frons tenta salo Patareïdis eminet arcis.
Læta dehinc Aradus Phœnicum præjacet oram,
multus ubi exesæ sinus est telluris ab alto,
ac latus omne soli procul in dispendia cedit
litoris, et curvo prælambitur ora fluento.
Mirus at ille dehinc Ægæi gurges habetur,
qui gemina de parte sali velut ordine justo
saxa mari profert circumflua, tenuia sese
(215) qua freta præcipitant Athamantidis inclyta leto,
Sestus ubi atque Abydus parvo sale discernuntur,
et vicina sibi lambit confinia Pontus.
Pars procul Europæ lævum latus, altera porro
ditem Asiam spectat ; cunctæ tamen ordine facto
insulæ in arctoi procedunt plaustra Bootis.

Europam incumbit prolixus limes Abantum. (220)
Scyrus ibi late dorsum tumet, ac Peparethum
protollit pelagus. Juxta Vulcania Lemnus
erigitur, Cererique Thasos dilecta profundo
proserit albenti se vertice. Prominet Imbrus,
Thressaque consurgit propter Samus. Indeque rursum
Cyclades accedunt Asiam, Delumque coronant : (225)
omnes fatidico curant solemnia Phœbo ;
nam cum vere novo tellus se dura relaxat,
culminibusque cavis blandum strepit ales hirundo,
gens devota choros agitat, rituque sacrato
ludunt festa die, visit sacra numen alumnum.
Hinc Sporades crebro producunt cespite sese,
densa serenato ceu splendent sidera cælo. (231)
Nec minus attolluntur Ionides insulæ ab alto.
Hic juxta Caunus, Samus hic Saturnia juxta,
tumque Chius patulæ prospectans arva Pelinnæ. (235)
Lesbus item et Tenedus per aperti marmora ponti
expediunt arces, et culmina nubibus indunt.
Hic se piscosi pandit sinus Hellesponti.
Hic salis arctoi spumas vomit impiger æstus,
hic protenta quatit late freta glauca Propontis. (240)
Si quis læva dehinc Euxini marmora sulcet,
ora Borysthenii qua fluminis in mare vergunt,
e regione procul spectabit culmina Leuces :
Leuce cana jugum, Leuce sedes animarum.
Nam post fata virum semper versarier illic (245)
insontes aiunt animas, ubi concava vasto
cedit in antra sinu rupes, ubi saxa dehiscunt,
molibus exesis, et curvo fornice pendent.
Hæc sunt dona piis : sic illos Juppiter imis
exemit tenebris, Erebi sic inscia virtus.
Rursum Cimmerius qua Bosporus ora patescit,
dexterior ponto subit insula, vastaque late (250)
excedit moles pelagus. Sedet eminus ingens
Phænagore, et muros attollitur Hermonassa.
Hæ maris infusi consurgunt insulæ ab alto.
Exterior quis unda dehinc, circumfluus et quis
æstuet oceanus, quibus illæ flatibus omnes (255)
culmina pulsentur, memores date carmine Musæ.
Propter Atlantei tergum salis Æthiopum gens
Hesperides habitant ; dorsum tumet hic Erythiæ,
hicque Sacri (sic terga vocat gens ardua) montis :
nam protenta jugum tellus trahit ; hoc caput amplæ
proditur Europæ. Genitrix hæc ora metalli
albentis stanni venas vomit. Acer Iberus
hæc freta veloci percurrit sæpe faselo.
Eminus hic aliæ gelidi prope flabra aquilonis
exsuperant undas, et vasta cacumina tollunt. (265)
Hæ numero geminæ, pingues sola, cespitis amplæ,
conditur occidui qua Rheni gurgitis unda,
dira Britannorum sustentent agmina terris
Hic spumosus item ponti liquor explicat æstum,
et brevis e pelago vertex subit. Hic chorus ingens (270)
feminei cœtus pulchri colit orgia Bacchi ;

producit noctem ludus sacer, aera pulsant
vocibus, et crebris late sola calcibus urgent.
(575) Non sic Absinthi prope flumina Thracis alumnæ
Bistonides, non, qua celeri ruit agmine Ganges,
Indorum populi stata curant festa Lyæo.
(590) Longa dehinc celeri si quis rate marmora currat,
inque Lycaonias cymbam procul urgeat arctos,
inveniet vasto surgentem vertice Thulen.
Hic cum plaustra poli tangit Phœbeius ignis,
nocte sub illustri rota solis fomite flagrat
continuo, clarumque diem nox æmula ducit.
Nam sol oblique torquetur cardine mundi,
directosque super radios vicinior axi
(585) occiduo inclinat, donec juga rursus anhela
devexo accipiat cælo notus. Inde fluenta
tenduntur Scythici longe maris in facis ortum
eoæ. Tum cyaneis erepit ab undis
insula, quæ prisci signatur nominis usu
(590) Aurea, quod fulvo sol hic magis orbe rubescat.
Contemplator item, ceu se mare flectat in austrum,
inque notum oceanus freta ponti cærula curvet;
altaque Coliados mox hic tibi dorsa patescent
rupis, et intenti spectabis cespitis arces.
Pro quibus ingenti consistens mole per undas
insula Taprobane gignit tetros elephantos,
(595) et super æstiferi torretur sidere Cancri.
Hæc immensa patet, vastisque extenditur oris
undique per pelagus; latus autem protinus olli
agmina cetosi pecoris, vaga monstra profundi,
alludunt. Fervent Erythræi marmora ponti
tota feris : hæc, ut rigidi juga maxima montis,
nubibus attollunt latus omne et terga tumescunt;
instar in his rupis spinæ tenor arduus astat,
molibus in celsis scrupus quoque creber inhorret.
(600) Ah, ne quis rapidi subvectus gurgitis unda
hæc in terga sali lembum contorqueat unquam;
ah, ne monstrigenis hostem licet inferat æstus
fluctibus : immodici late patet oris hiatus,
quippe feris antro panduntur guttura vasto;
protinus hæc ipsas absorbent fauce carinas,
involvuntque simul mox monstra voracia nautas
(605) Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes,
Carmanis qua se pelagi procul invehit undas.
Regis Erythræi tellus hæc nota sepulcro
tenditur, et nudis juga tantum cautibus horrent
Persicus hinc æstus fauces hiat. Insula rursum,
si tamen in borean flectantur carbasa cymbæ,
Icarus aerio consurgit vertice in auras,
(610) Icarus ignicomo soli sacra : namque Sabæi
turis ibi semper vaga fumum nubila volvunt.
Insulæ in oceani procursibus hæ tibi tantum
carmine sunt dignæ. Multas vehit undique pontus
præterea, parvas specie famaque carentes.
(615) Pars Asiam, Libyam pars adjacet altera ponto,
pars videt Europam; non has tamen aut modus oræ,
aut interna cavi commendat vena metalli.
Harum aliæ duris reserant vix litora nautis,
et scaber in multis scrupus riget; undique iniquus
subrigitur vertex, et inhospita cespitis ora est.
Harum quis valeat numerosa ut nomina fari?
Si velit has ullus, velit idem scire quot alto
curventur fluctus pelago, quot sidera cæli
elucent flammas, quot robora proferat Ida,
quantus arenarum numerus verratur ab Euro.
Carmine nunc Asiam formet stilus. Incute doctam (620)
Phœbe chelyn; totis Helicon aspiret ab antris.
Maxima pars orbis narrabitur, inclyta tellus
prometur Musis. Terrarum summa duarum
unius est limes, quæ cespite protegit ambas.
Vastius est Asiæ diti caput, indeque sensim
in matutinos oram conducitur axes.
Hic astare procul Bacchi fert fama columnas,
ultimus oceani qua terras alluit æstus,
Indica qua rupes tumet extima, qua vaga Ganges (625)
cespite dorsa trahens in Nysæum Platamona
porrigitur. Similis nequaquam est forma duabus,
nec modus est compar : secat unus denique pontus
Europam et Libyam; multus circumsonat istam
oceanus, trinoque sinu vagus influit æstus (63)
unam Asiæ molem. Sinus istam Persicus intrat,
maximus hanc Arabum scindit sinus, et sinus æquor
inserit Hyrcanus : duo nigri partibus austri
curvantur, rigidam suspectat tertius arcton.
Hic et in Euxini prorepit marmoris undam,
et zephyrum tergo spectat procul. Adjacet ambos (635)
tellus multa dehinc, et longis tenditur arvis.
Ast Asiam incumbit vasto mons aggere Taurus,
interstatque jugo mediam, Pamphylia campo
qua jacet incipiens, ac verticis ardua ducit (640)
Indorum in pelagus : nunc autem subrigit idem
obliquas arces, et flexilis aera pulsat,
nunc directa solo tentus vestigia figit.
Mille dehinc amnes unus vomit, exserit unus
flumina per terras, vel qua riget ora Bootis, (645)
vel qua lene notus spirat, qua perstrepit Eurus,
et qua dejecto zephyrus sustollitur axe.
Nec tamen hic uno signatur nomine ubique,
sed dum flectit iter, novus emicat; utque tumenti
gens vicina subest, peregrina vocabula mutat. (650)
Accipe qui populi circumdent denique Taurum
Mæotæ primi salsam cinxere paludem.
Observatur item trux Sarmata, bellica quondam (655)
gentis Amazonidum suboles : nam cum prius illæ
egissent vasti prope flumina Thermodontis
Threicio de Marte satæ, junxere profectæ
concubitus. Longas exercet Sarmata silvas,
ex quibus elapsus Tanais procul arva pererrat (660)
barbara, et in salsam protendit terga paludem.
Hic Asiam Europa disterminat; arduus istum
Caucasus eructat; Scythicos hic fusus in agros

(665) impacatorum nutrit pubem populorum.
Hujus utrumque latus quatit amplis bruma procellis,
constrictumque tenent hunc frigora. Proxima rursus
Cimmerii Sindique colunt. Cercetia gens est
atque Toretarum propter genus; indeque Achæi:
ab Xanthi ripis atque Idæo Simoente
inter cauricrepas et scruposas convalles
transvexere larem. Juxta gens aspera degit
Heniochi, Zygiique dehinc, qui regna Pelasgum
linquentes quondam tenuerunt proxima Ponti.
Impiger hos propter Colchus colit: iste feraci
exul ab Ægypto celsæ serit aspera rupis.
Caucasus Hyrcanæ nimium conterminus undæ est.
Hujus valle procul Phasis gemit, istius antro
agmina provolvens, Circæaque lapsus in arva
incidit Euxinum. Borealis cardine cœli
rursus in eoæ lucis confinia tellus
inclinata jacet, gemino vicina profundo.
Caspia nam late terram superalluit unda,
Euxinique subest tergum salis. Asper Hiberus
hic agit; hic olim Pyrrhenide pulsus ab ora
cespitis eoi tenuit sola, ceu vaga sæpe
fors rapit exactos patria. Tenet æquora campi
gens Camaritarum, qui post certamina Bacchum,
Indica Bassaridum cum duceret agmina victor,
accepere casis, mensasque dedere Lyæo,
orgia ludentes et nebride pectora cincti
deduxere choros, Nysæi ludicra ritus.
Hos super in fluctus assurgit Caspia Tethys.
Hæc dicenda mihi; nec diri gurgitis unquam
lustravi pinu freta barbara, nec vagus orbem
undique reptavi: sed vasti flumina Gangis,
Caucaseas arces et dumicolas Arienos
incentore canam Phœbo, Musisque magistris
omnia veridico decurrens carmine pandam.
Caspia per teretes Tethys distenditur oras,
et sinuant curvis hanc totam litora terris.
Tantum sed fuso pontus jacet iste profundo,
ut ter luna prius reparet facis incrementa,
quam quis cæruleum celeri rate transeat æquor.
Gurgitis oceanus pater est: namque iste niva
(722) axe Helices infert rapidi freta concita ponti,
et sinus inde sibi pelagus trahit. Hic vada propter
(728) Caspia versatur Scytha belliger, hicque feroces
(731) degunt Albani; trux illic arva Cadusus
dura tenet, Mardi celeres, Hyrcani Apyrique.
Cespite vicino Mardus fluit, et procul ipsos
accedit Bactros; attingens denique atroces
agmine Dercebios, medius disterminat ambos,
(735) Hyrcanique salis tumido convolvitur æstu.
Sed Bactrena solo vasto procul arva recedunt,
Parnassique jugi tegitur gens rupibus illa:
Dercebios aliud cohibet latus, et vada tangit
Caspia. Tum clari pharetris agilique sagitta
(740) Massagetæ glauci succedunt flumen Araxis,
durum ab stirpe genus, placidæ mens nescia vitæ,
ignorant flavæ Cereris commercia, Bacchi
semper inexpertes animam traxere ferinam.
His cibus et potus simul est; nam sanguinem equinum
et lac concretum per barbara guttura sorbent. (745)
Nec procul ad borean diri posuere Chorasmi
hospitia, et juxta protendit Sugdias agros,
Sugdias, ingenti quam flumine dissicit Oxus.
Hic procul Emodi late ruit aggere montis,
et per prolixos evectus protinus agros
Caspia propellit fluctu freta. Qua perit hujus
fluminis os, diri ripas habitant Iaxartæ. (750)
Tendere non horum quisquam certaverit arcus:
ambitus hos etenim multus trahit, et grave curvis
pondus inest taxis, longo sunt spicula ferro,
et rigor in nervis veluti bovis. Inde cruenti
sunt Tochari, Phrunique truces, et inhospita Seres
arva habitant. Gregibus permixti oviumque boumque
vellera per silvas Seres nemoralia carpunt. (754)
Ultima Epetrimos tellus habet, et procul ista
cassa virûm est, nullis pecorum balatibus agri
persultant, herbæ viduus jacet undique cespes, (760)
fronde caret', nusquam terras intersecat amnis.
Caspia tot late circumdant æquora gentes.
Nunc rursum ab Colchis et glauci Phasidis undis
occiduum ad solem populos memorate, Camenæ,
usque in Threicii fauces maris. Aspera primum (765)
Byzerum gens est; diri sunt inde Bechiri,
Macrones Philyresque, et pernix Durateûm gens.
Inde Tibareni, Chalybes super, arva ubi ferri
ditia vulnifici crepitant incudibus altis. (770)
Post hos Assyriæ tenduntur jugera terræ,
Armenioque jugo late surgens Thermodon
gentis Amazonidum lambit sata. Nec minus illic
erigitur celsa in fastigia prisca Sinope. (775)
Hanc urbem quondam, magni Jovis ardor, Asopis
virgo, locans sævæ propter confinia terræ,
aulam habuit, plebemque suo de nomine dixit.
Nec procul hinc purus laticem provolvitur Iris; (783)
et citus Armeniæ rursum convallibus arcis,
qua vastum in pelagus vergit saxosa Carambis,
surgit Halys. Tum Paphlagonum sata longa patescunt,
et Mariandynûm gens incolit, unde triformis
ora canis superas quondam produxit in auras
Alcides Erebo. Propter Bithynia glebam (790)
exserit. Hic late Rhebas extenditur amnis,
Rhebas, cyanei qui dissicit æquora ponti, (795)
Rhebas, argento similem qui porrigit undam.
Hi Pontum cingunt populi. Nunc illa canetur
ora Asiæ, glaucus pelagi quam subluit æstus,
axe noti in fauces rapidi procul Hellesponti, (80-)
et freta qua spumant Ægyptia partibus austri,
usque Arabas et longa Syræ confinia terræ.
Dictum etenim, quantus rigidas Scytha degat ad arctos.
Chalcedon tumulus fluctu circumdatus alto

eminus Europen proceraque mœnia Byzæ
aspicit. Ab tergo tendit Bebrycia glebam,
celsaque nubiferæ sustollit culmina rupis
Mysus ager; Mysos tacitum diffusus in æquor
tergaque flavescens sulcat Cius : hujus ad undam
pulcher Hylas nymphis quondam fuit anxia cura.
Hinc in cæruleum cedit sinus Hellespontum,
explicat et Phrygiam tellus incurva Minorem;
Major Sangario late præstringitur amni.
Hæc procul eoos procedit plurima in axes,
fertilis herbarum; qua cælum rursus in umbras
inclinat vertex, panduntur terga Minori,
quæ jacet immensæ late sub rupibus Idæ,
infortunatam pertingens cespite Trojam.
Æolis inde patet vastum super Hellespontum
Ægæi per terga sali. Prolixus Ionum
rursus ager glebam protenditur. Hunc secat ingens
Mæander, salsique ruens vada gurgitis intrat.
Comminus hic gelidi qua spirant flabra aquilonis,
urbs Ephesus tetricæ sustollit fana Dianæ,
munus Amazonidum memorabile. Nec minus inde
Lydia procedens longum latus explicat euro,
in qua vitiferæ Tmolus juga proserit arcis,
et Pactolus aquas agit auriger, arva canoris
persultant cygnis, curva sedet undique ripa
creber olos, lætis assurgunt gramina campis,
herbaque luxurians loca semper pinguia vestit.
Sed locuplete magis Mæandria gleba recumbit
ubere, nam blandi terram rigat unda Caystri.
Mæonis hic etiam deducit turba choreas :
aurea subnectunt hæ vincula, ritus Iacchc
luditur, atque sacris feriunt ululatibus æthram,
virgineusque chorus late strepit, exsilit omnis
cœtus, ut instabiles vaga pendent corpora damæ;
caurorum quoque flabra deo famulantia ludunt
ritibus in vulgi; subeunt hæc Serica sæpe
pallia, et impulsi zephyris agitantur amictus.
Hæc linquenda tamen læto reor omnia Lydo.
Qua se Xanthus agit, Lyciorum tenditur ora
inclinata mari, surgunt ibi culmina Tauri
Pamphyliæ in fines : hic idem Cragus habetur
nomine sub gentis. Prope celsam surgit in arcem
piscosi Aspendus flumen secus Eurymedontis,
sus ubi deformis calidis adoletur in aris
sæpe Dionææ Veneri. Stat Corycus alta,
stat Perge propter, micat ardua tecta Phaselis
eminus, et Phœbi radiis tremit æmulus ardor.
Inde Lycaoniæ tractus jacet. Impiger agros
incola decurrit, sitit atrum dira cruorem
gens hominum, et sævo pascuntur pectora bello.
Tum Pisida ferox exercet pinguia culta,
Termessusque dehinc urbs eminet, eminet arcem
inclyta per nubes attollens mœnia Lyrbe,
et Lacedæmoniæ surgunt fastigia Selges.
Plurimus hinc terras intrat sinus, undaque longe
vicina Euxino rupti sola cespitis urget.
Hic diros Cilicas trames tenet, inque dici
tenditur exortum. Sulcant duo flumina terram,
Pyramus hic undas, hic volvit Pinarus æquor;
Cydnus item mediæ discernit mœnia Tarsi.
Pegasus hoc olim suspendit cespite sese,
impressæque solo liquit vestigia calcis,
esset ut insigni revoluta in sæcula semper
nomen humo, clari post ultima Bellerophontis.
Hic cespes late producit Aleius arva,
horrescitque comis nemorum, per inhospita cujus
æquora secreto vitam protraxerat agro.
Lyrnessusque dehinc, hic Mallus et Anchialea,
illustresque Soli post carmina vatis alumni.
Commagenorum propter diffunditur ora,
et procul hesperium curvatur limes in axem,
donec piniferas Casii prorepat ad arces.
Hinc solers Asiam facili cape carmine totam.
Forma sit hujus enim talis tibi : quattuor illam
in latera effusam cordi dato; longior autem
sit modus his, rutili quæ spectant sideris ortum :
tumque tene primo quod carmine Musa locuta,
totam Asiam celsi præcingi vertice Tauri
extima in Indorum. Montis tamen accipe molem
per latus id duci, quo dat Cynosura pruinas,
solis ab occasu vastum decurrere Nilum,
Indicum ab eois mare fervere, rursus ab austro
fluctibus immodicis Rubri salis æquora volvi.
Ora Syrûm curvi procumbens litoris acta
in notum et eoi confinia tenditur euri.
Hæc Cœle est Grajo sub nomine : namque duobus
ut conclusa jugis vallis vice multa cavatur.
Ab zephyro Casius mons imminet; axe diei
consurgentis item Libanus premit arduus arva.
Pars procul a pelago terras colit, inque recessu
gens agitat. Salso quidquid pulsatur ab æstu,
Phœnicum regio est. Hi Rubro a gurgite quondam
mutavere domos, primique per æquora vecti
lustravere salum, primi docuere carinis
ferre cavis orbis commercia, sidera primi
servavere poli. Populis Phœnicibus ergo
urbs Iope, sterilisque dehinc habitatur Elaïs,
Gazaque proceris assurgens undique muris.
hic Tyrus est opulens, et Berytus optima, Byblos
Sidoniique lares, ubi labens agmine amœno
cespitis irrigui Bostrenus jugera findit.
Nec minus hic Tripolis pingui sola porrigit agro;
Orthosisque dehinc attollitur; hic Marathus stat;
litoris extremo caput altis turribus effert
Laodice, et glauci prælambitur æquoris unda.
Hic nemorosa virent Daphnæ loca, celsa cupressus
erigitur, ramos innectit laurus odora,
crine Dionæo myrtus diffunditur, altæ
consurgunt pinus, et cælum sibila pulsant
robora, mollicomis tellus insternitur herbis.

(918) Urbs mediis Apamea dehinc consistit in arvis,
et qua Phœbeam procul incunabula lucem
prima fovent, Emesus fastigia celsa renidet.
Nam diffusa solo latus explicat, ac subit auras
turribus in cælum nitentibus : incola claris
cor studiis acuit, sed et amplius imbuit ordo;
denique flammicomo devoti pectora Soli
vitam agitant; Libanus frondosa cacumina turget,
et tamen his celsi certant fastigia templi.
(919) Hic se indit juxta tellurem glaucus Orontes,
nec procul Antiochi vagus interlabitur urbem,
præstringitque undis Apamenæ jugera glebæ.
Fertilis hic cespes protenditur, arvaque amica
sunt pecori, in fetus facilis Pomona resurgit,
et fecunda Ceres campo flavescit aperto.
Si rursus tepidum via deflectatur in austrum,
curva sinus Arabi succedent æquora propter.
Namque Arabas Syriæque solum sinus iste fluento
(925) dividit, et tentis procul interfunditur undis :
et tamen eoos paulum inclinatur in axes,
usque in belligeri confinia flexus Elani.
Hinc tellus Arabum producit cespite campos,
et latera ab gemino sale cingitur : alluit æstus
Persicus hanc Arabumque sinus rigat æquore terram.
Hic sua flabra polo spirant : nam Persicus euro
(930) turgescit vento, zephyro sinus æstuat alter.
Pars alia in primos quæ semet porrigit ortus,
et notus insurgit qua nubifer, æquore Rubri
tangitur oceani; felici terra recumbit
(936) tota solo. Tellus hic semper fragrat odoro
cespite : prorumpit lacrimoso stipite myrrha,
myrrha furor quondam Cinyreius. Hic ladani vim
vellera desudant, calami coma pullulat almi,
gignit humus casiam, concrescunt tura per agros,
longaque fecundis pinguescit odoribus ora.
(940) Vera fides illic femori sub imagine partus
dirupisse Jovem penetralia, proderet ortus
ut sacer ætheria fulgentem fronte Lyæum.
Nascenti Baccho risit pater, undique fulsit
cælicolum sedes, convexaque pura tetendit
festa dies; tellus effudit dives odores,
villorum subitis tumuit pecus incrementis,
ver habuere suum nova gramina, flore frequenti
pinxit terra sinus, ac nymphis unda cucurrit
largior; interuis etiam procul undique ab oris
(945) ales amica deo largum congessit amomum.
Extemplo Liber subnectit nebride pectus,
effusasque comas hedera ligat, inde virentes
attollit thyrsos, et blandi luminis igne
(949) os hilarat, totaque celer diffunditur æthra.
(954) Sed propter Libanum terram sulcant Nabatæi,
Chaulasiique dehinc, Agreni rursus, et inde
Chatramis est tellus; Macæ vicina fluento
Persidis accedunt; Rutili contermina ponti
Minæi Sabathæque tenent; super impiger ampla
æquora desulcat glebæ ditis Cletabenus.
Plurima præterea gens circumplectitur illic (960)
oram Arabum, muta sed degunt agmina fama,
et numerus cunctis inglorius. Inde favoni
qua plaga fecundis alit almos flatibus agros,
barbara montivagos tellus extendit Erembos.
Hi vitam duris agitant in cautibus omnes,
intectique artus erepunt ardua semper
culmina saxorum. Non ollis pabula in usum (965)
terra parit : glebas abrodunt more ferarum
jejunas herbæ, nec amicas frugibus ullis.
Hinc ultra Libani rursum fastigia celsi, (970)
lux Hyperionio qua se sustollit ab ortu,
alterius Syriæ limes jacet usque Sinopen
gurgitis attiguam. Mediis hic impigra in arvis
Cappadocum gens est. Propter freta turgida rursus
Assyrii juxta sunt ostia Thermodontis, (975)
et festina citis evolvitur unda fluentis.
Nec procul, attolit qua se facis ardor eoæ,
plurimus Euphratæ manat liquor. Iste feroci
fusus ab Armenia vastum caput exserit antro,
inque notum primæ protenditur agmine molis,
et matutinos iterum conversus in axes
dividit inserto mediam Babylona fluento. (980)
Inde Teredoniæ juga præter maxima rupis
Persidis in pontum sparso cadit effluus amni.
Hunc super, in septem quantum via carpitur ortus
cespitis extenti spatiis, citus æquora Tigris
prona rotans et saxa jugis avulsa supremis
et totas late celeri trahit agmine silvas. (985)
Quin et vasta palus medio distenditur agro :
maximus hanc fluctu Tigris secat, intrat aperti
terga lacus, stupet unda silens tacitæque recumbunt
æquora Thonitis : solidarum denique more
riparum stagni facies incisa quiescit,
invectumque sibi cohibens altrinsecus amnem
stat disclusa palus. (Sic Elidis incola pontum
dissicit Alpheus, pelago sic inserit undas,
illæsum optatæ flumen ducens Arethusæ.)
Ergo per et stagnum vehitur celer amnis apertum;
hoc elapsus item vim proni gurgitis urget. (990)
Non alium tantus rapit impetus; haud ita quisquam
spumescit fluctus, neque tantos ulla fragores
unda ciet. Medio quæ tellus funditur agro
hæc Interamnis nomen tenet, ut situs illam
flumine præcinctam gemino per aperta locavit.
Non qui lanatum longo pecus educat agro,
aut qui cornigeri ductor gregis arva pererrat,
gramina qui pastor simis petit apta capellis, (995)
quique cavo solers committit semina sulco,
quem Pomona juvat, quem ramis æsculus altis
illicit et pingui dependens subere glando,
brachia Nysæi qui palmitis ordine justo
digerit, aut tectis si quis dolat impiger ornos,
vel salis in fluctus qui cymbam navita texit,

spreverit hos saltus ; nihil indiga subtrahit ora,
dives humo tellus, dives jacet arbore cespes.
Istius in borean quicquid protenditur agri,
Armenii et vita duri sulcant Matieni.
Qua sunt flabra noti, Babylon subducitur arce
procera in nubes. Hanc prisca Semiramis urbem
vallavit muris, quos non absumere flammæ,
non aries penetrare queat. Stat maxima Beli
aula quoque argento, domus Indo dente nitescit
aurum tecta operit, sola late contegit aurum.
Ipsa dehinc tellus, quæ circumplectitur urbem,
et procerarum fluctu vernat palmarum,
et splendente procul beryllo ferta renidet.
Hic tamen internis Ophietidis arcis in arvis,
inter gemmiferas excrescit creber arenas.
Hinc Babylona super geminæ pro finibus ursæ
Cissi Messabatæque et Chalonita vagantur.
At rursum Armeniæ si quis pede pergat ab arce
rupis, et eoas gressum producat in oras,
Medica prolixos spectabit regna per agros.
Horum, qui gelidi succedunt plaustra Bootis,
pinguia rura tenent : sunt illic Atrapateni,
sunt Geli et Mardi. Tepidum qui rursus ad austrum
oram habitant, Scythicæ deducunt semina gentis.
Nam Medea ferox fuit ollis sanguinis auctor.
Hæc cum Pandionis letum componeret aulæ,
Attica qua pulchro tellus pinguescit Ilisso,
proditur inque fugam propere convertitur exul.
Has post in terras pinu subit Æētine,
inseditque locos ; veteres accedere Colchos
nulla inerat menti fiducia. Denique ab illa
Medorum suboli magicæ furor artis inhæret.
Pars gentis rutilos Phœbi quæ spectat in ortus
saxa habitat ; saxis excudit narcissiten.
Qui propter dumos nemorosaque rura vagantur,
in pecus intenti, crebro grege pascua tondent.
Medica se tantos effundit gleba per agros,
Caspia ut extento contingat cespite claustra.
Hæc Asiæ dixere fores, hiet ore quod illo
porta quasi, et longas bivium discedat in oras :
quippe nivosa poli qua cardine vertitur arctos,
panditur Hyrcanis hinc janua, janua Persis
hinc patet, imbriferum qua vergit mundus in austrum
Ecce sub immenso portarum vertice Parthi
rura tenent, curvi nequicquam vomeris usu
sollicitanda sibi ; non ollis cura laborque
æquora terrarum gravibus componere rastris :
exercent sævi se Martis semper in arma.
Sica comes lateri est, manus autem hastilia vibrat,
demittunt pharetras humeris, et letifer arcus
semper inest lævæ. Neque per compendia diras
producunt animas, non puppibus æquora sulcant,
non proni gregibus pecoris fera vita juvatur ;
sed quatit alipedum sola semper cursus equorum,
pulsaque terra gemit, discurrunt crebra per auras
spicula, missilibus late subtexitur aer.
Quin impacatos amor est si discere Persas
consimilis, solersque trahit te cura per orbem,
has quoque Musa tibi formabit carmine terras,
quæ liquidos amnes via devehat, utque jugorum
consurgat vertex, quibus oris arva recumbant
barbara, famosum qui Persam roboret usus.
Quippe Asianarum primi degunt regionum.
Vita opulens genti, gazas quoque terra ministrat,
omnibus et largum populis producitur ævum.
Dives in his mos est jam longi tempore sæcli,
ex quo Mæoniam bello trivere cruento.
Illudunt auro vestes, et cuncta teguntur
auro membra viris, auro vestigia condunt :
tantus Persarum dissolvit pectora luxus.
Ipsa autem tellus inclusa est montibus altis,
undique in australem latus inclinatior axem,
ac boream longe, longe quoque Caspia claustra
deserit, atque noti placida perfunditur aura.
Istius at spatiis finem dat Persicus æstus,
incoliturque solum populis tribus : una sub arcto
pars agit, armigeris nimium contermina Medis ;
altera per mediæ telluris terga vagatur ;
porro ad flabra noti pelagus prope tertia degit.
Plurima præterea percurrunt flumina terram
Persidis, et rigidas curvant labentia ripas.
Arva secat Cyrus, perrumpit et arva Choaspes,
Indica provolvens procul æquora, cujus ad undam
incola flaventem studio sectatur achatem.
Nam cum brumali ceciderunt sidere nimbi,
imbribus et cælo fusis furit auctior amnis,
hos lapides late flumen trahit ; undique tellus
circumvecta dehinc læti viret ubere campi.
Sed qua cæruleam sinus infert Persicus undam,
gens Carmanorum late colit. Hanc facis ortus
urit Phœbeæ : tanto quoque funditur agro,
ut simul et glauci contingat gurgitis æstum,
et procul internæ perreptet jugera terræ.
Hos super et tellus tendit Gedrosia glebam,
oceani vicina fretis : at flumen ad Indum
auroræque latus Scytha, miti proximus austro,
accolit : australis certe Scytha dicitur ille ;
namque alii dura pulsantur desuper arcto.
Indus Caucasiæ prorumpens rupis ab antro
adversum pelago Rubri procul æquoris amnem
porrigit, inque notum recto fluit agmine aquarum.
Ora dehinc Indo duo sunt, mediumque per agrum
insula se vasto fundit tergo Patalene.
Innumeras idem dispescit flumine gentes,
Oritas Arabasque et veloces Arachotas,
et Sagam infidum, vel qui per inhospita late
discreti populis, discreti finibus agri
arva agitant, uno sed nomine sunt Arieni.
Hi quanquam steriles decurrant semper arenas,
munera nec carpant cerealia, nec nova prelo

musta premant, fulvo tamen invenere corallo
pandere vivendi commercia, quærere pulchræ
sapphiri latebras et præduros adamantas.
106) Calliope, Indorum populos et regna canamus.
Ultima terrarum tellus aspergitur Indi
110) fluctibus oceani, primam coquit hanc radiis sol,
sol Hyperionius, sol magni gratia mundi,
astrorum genitor, lucis sator et vigor æthræ.
Sed genti Indorum tæter color : efflua semper
his coma liventes imitatur crine hyacinthos.
Pars subit abrupti sola cespitis, aurea ut illis
114) terrarum in latebris excludant caute metalla ;
pars telas statuunt et vestimenta laborant
lintea; pars Indi procurat segmina dentis,
atque ebur invigilat; multi, qua flumina nimbis
auget hiems, vastum ut late trahat agmen aquarum
alveus, et celsas evincant æquora ripas,
palantes obeunt beryllum, prona fluenta
quem procul internis a finibus aut adamanta
120) detulerint; his glauca dehinc tornatur iaspis.
Nec minus et baccas alii prope marmora curvis
excudunt conchis; pars rursum divite cura
herbosi lapidis venas fodit; hique rubore
suffusas blando quærunt campis amethystos.
Horum dives enim tellus est Indica semper,
et tali scrupo cespes tumet; amnibus autem
fertilis irriguis crebro prælambitur ora;
extendunt celsi vaga late brachia luci,
125) et vernat nemorum semper coma. Nunc tibi formam
terrarum expediam, nunc carmine flumina fabor,
nunc rigidos montes, nunc multæ denique gentis
absolvam populos. Latera agris undique in Indis
quattuor esse tene : coeant tot et anguli ab omni
131) parte sibi, oblique claudentes extima terræ
ceu species rhombo est. Zephyri de partibus Indus
gurgitis occursu fit certæ terminus oræ,
axe noti Rubri late salis objacet unda,
flumen item Ganges fit limes cespiti eoo,
134) atque Lycaonia consurgit Caucasus arcto.
137) Æquore qua fuso laticem provolvitur Indus,
Dardanidûm gens est : ubi magnus sorbet Hydaspes
delapsum summa saxorum mole Acesinen.
Tertius amnis item secat agri proxima Cophes,
1141) in medioque Sabæ sunt cespite; gens quoque Scodri
propter agit, populique dehinc velut ordine facto
Peucaleûm longas exercent vomere terras.
Gargaridæ rursum, gens hæc obnoxia Baccho,
et glebam sulcant, et ritibus orgia ludunt.
Hic Hypanis lateque trahens vaga terga Cymander, (1146)
magnus uterque modi dimittitur, Hemodique
rupe procul fulvum provolvunt fluctibus aurum ;
nec minus hi campos intrant Gangitidis oræ,
quæ per flabra noti fuso distenditur agro,
usque in celsa jacens confinia Colidis arcis
Colis at ipsa dehinc cetosi vergit in æquor
oceani, tantoque jugo subit ætheris auras,
arceat alituum subducta ut rupe volatum. (1150)
Sed circum Gangen regio est devota Lyæo,
perpetuique sacri talis narratur origo.
Indorum in populos fatalia Liber agebat
prælia, vipereo late Bellona flagello
increpat, et magno tremuerunt regna pavore,
insistente deo. Venit ergo ad flumina Gangis,
discursuque sacro præludit prælia Liber :
Mænades extemplo maculosæ nebridis usum (1155)
permutant clypeis, viridique hastilia thyrso
succedunt, solvunt properantes lintea Bacchæ
vincula, viroso pectus vinxere dracone;
pro molli vitta prorepunt crine chelydri,
excitoque ferox persultat in agmine Mavors.
Dux aquilas in bella rapit, tremit Indica tellus
pressa pede, et toto tonuerunt classica cælo.
Ergo et Nysæos dixit gens rite recessus,
et stata sollicito deducunt orgia ritu. (1160)
Ipse dehinc diros ut Liber perculit Indos,
Emodi victor conscendit verticis arces,
effusamque solo gentem procul aspicit omnem,
ima jugi exstantis vestigia gurgite canent.
Oceani eoi prætento denique Bacchus
litore, et extrema terrarum victor in ora
ducit laurigeros post Indica bella triumphos,
erigit et geminas telluris fine columnas,
invisitque dehinc Ismeni fluminis undam. (1166)
Has tantum gentes commendat fama per orbem :
vile aliæ vulgus pecorum vice terga pererrant
cespitis abjecti. Non his aut gloria forti
parta manu est, aut clara decus peperere metalla
terrarum venis : habitant ignota locorum
semper inexpertes famæ, per inhospita degunt
arva procul; nullis sunt dignæ denique Musis.
At tu, Phœbe pater, vos clari turba, Camenæ,
nominis, Aonio famam inspirate labori. (1186)

PRISCIANI PERIEGESIS.

Naturæ genitor, quæ mundum continêt omnem,
annue, rex cœli, positum telluris et undæ,
in quas imperium mortalibus ipse dedisti,
materiæ tantæ me promere carmine digno.
Incipiens terræ tractus, pontique meatus,
(2) et fluvios canere, atque urbes populosque per orbem
discretos, late refluum memorare parabo
Oceanum, tellus quo cingitur æquore tota,
insula ceu sese diffundens litore vasto.
Non tamen assiduo teres undique margine circum
(6) clauditur hæc, bifido sed brachia litore pandens
artatur rapidos cursus ad solis utrinque,
assimilis fundæ. Sed quamvis corpore toto
una sit hæc, homines tres dicunt esse diremptas :
et primam Libyen, post Europen Asiamque.
(10) Sed Libyam Europæ discernit finibus amplis
linea, quam obliquant Gades atque ostia Nili :
qua boreæ excurrit Memphitis terra sub axes,
atque locum vovit Spartano fama Canopo.
Sed terras aquilo qua frigore damnat iniquo,
Europen Asiæ Tanais disjungit ab oris,
(15) Sauromatas linquens Scythiam qui gurgite vasto
perstringit, præcepsque ruit Mæotida poscens.
At medius finis jam declinis ad austrum est,
quas Hellesponti fauces dixere priores;
sed magis australis sunt terminus ostia Nili.
Per mare sic fluviosque duos discernitur orbis.
Ast alii terris malunt discernere terras.
(20) Finibus est Asiæ, latus artum, lingua supernis,
Caspia, quam mediam faciunt atque æquora Ponti
Euxini : locus hic discrimen dicitur esse
Europes Asiæ disjungens ruribus arva.
Ast alius finis longissimus exit in austros,
qui secat Ægypti terras æquorque Sabæum :
separat hic Libyen, Asiæ confinia rumpens.
(26) Talia mortales perhibent discrimina terræ.
Circuit oceani gurges tamen undique vastus,
qui, quamvis unus sit, plurima nomina sumit.
(30) Finibus Hesperiis Atlanticus ille vocatur;
at boreæ qua gens fervens Arimaspa sub armis,
dicitur ille Piger, nec non Saturnius, idem
Mortuus est aliis, minimo quod lumine solis
perfruitur : tarde radios nam suspicit ortus,
(35) nubibus et crassis premitur nimbisque gravatur.
Unde tamen primo conscendit lumine Titan,
Eoumque vocant atque Indum nomine pontum.
Sed qua devexus calidum polus excipit austrum,
Æthiopumque simul pelagus Rubrumque vocatur,
(40) qua deserta patet tellus ardore perusta.
Circuit oceanus sic totum maximus orbem,
nominibus variis celebratus et æquore tanto.
Hinc atque inde sinus penetrabilis efficit ille,
exiguos multos, dirimens mare, quattuor amplos.
Persecat Hesperiam primus, qui porgitur undis, (45)
Pamphylumque latus Libyæ pertendit ab oris.
Hoc minor est, reliquis major, quem Caspia tellus
suscipit intrantem vastis aquilonis ab undis,
nomine Saturni quod Tethys possidet æquor :
Caspius iste sinus simul Hyrcanusque vocatur. (50)
At duo qui veniunt australis ab æquore ponti,
hic supra currens mare Persidis efficit altum,
e regione situs qua Caspia volvitur unda;
fluctuat ast alter Panchæaque litora pulsat,
Euxini contra pelagus protentus in austros. (55)
Hosce sinus perhibent quos Tethyos efficit unda
majores : nam sunt alii multique minores.
Nunc maris Hesperii lustrabo carmine tractus,
flexibus in variis qui frangitur æquore pontus,
has stringens pelago terras, circumfluus illis, (60)
montibus et radens suppostasque urbibus oras.
Adsis, o numen, studiorum præsul et artis,
ordine principium capiens Atlantis ab unda,
Herculeo celebrant qua metæ munere Gades,
cæliferasque tenens Atlas stat monte columnas. (65)
Est primus vastis qui pontus Ibericus undis
dividit Europen Libya, communis utrique. (70)
Hinc atque hinc statuæ sunt, ambæ litora cernunt,
hæc Libyes, hæc Europes, adversa tuendo.
Gallicus hinc gurges, qui Celtica litora pulsat, (74)
excipit. Hinc sequitur Ligurum cognomine dictus,
qua domini rerum terris crevere Latinis,
ad Petram Leucen aquilonis ab axe reductis,
quæ freta Sicaniæ concludit litore curvo. (80)
Insula sed Cyrnos propriis pulsatur ab undis,
inter Sardonium pelagus Cellumque refusis.
Inde salis tumidus Tyrrheni volvitur æstus,
ad partes vergens australes. Excipit istum
Sicaniæ gurges, solis deflexus ad ortus, (85)
qui procul effusus Pachyni distenditur oris,
ad Cretæ summam quæ prominet æquore rupem;
qua Gortyna potens, mediis qua Phæstus in arvis,
Arietis hanc rupem simulantem vertice frontem
pro merito Graii Criû dixere metopon. (90)
Hoc mare Gargani concludit Iapygis ora.
Illinc incipiens extenditur Hadria vastus,
ad boream penetrans pelago solemque cadentem
Ionius pariter sinus hic perhibetur ab orbe,
dividit et geminas diversis partibus oras, (95)
quas tamen extremas conjungit terminus unus.
Ad dextram partem protenditur Illyris alma;

post hanc Dalmatiæ populorum Martia tellus.
At lævam Ausoniæ porrectus continet isthmos,
quem tria circumdant maria undique litore curvo,
Tyrrhenum, Siculum, nec non simul Hadria vastus.
Finibus at propriis exceptant singula ventos;
Tyrrhenum zephyro, Siculum sed tunditur austro,
Hadria succurrens eoo frangitur euro.
At post Sicaniam tractu diffunditur alto
ad Syrtin pelagus, Libycis quæ cingitur oris,
Majorem; post quam Minor excipit æquora longe
atque sinu gemino resonantia litora pulsant.
Finibus a Siculis Cretæum tenditur æquor,
ad solis veniens ortus, Salmonida poscens,
dicitur eous qui Cretæ terminus esse.
Post hanc est geminum mare vastum fluctibus atris,
flatibus Ismarici boreæ quod tunditur acris,
qui ruit adversus celsæ de partibus arcti.
Quod prius est Pharium perhibent, hoc litora tangit
præcipitis Casii montis; post unda secunda
Sidonium est pelagus, penetrat qua gurgite pontus
Issicus, arctoas ad partes æquore vergens,
non longe rectus, Cilicum nam frangitur oris;
hinc zephyros poscens, veluti draco flectitur undis,
qui juga montivagus vastat silvasque fatigat.
Partibus extremis Pamphylia clauditur isto,
atque Chelidoniæ rupes cinguntur eodem;
at procul hunc zephyrus finit Patareïde summa.
Post hæc arctoas ad partes aspice rursus
Ægæum, superat qui fluctibus æquora cuncta,
dispersas vasto qui gurgite Cycladas ambit.
Terminat hunc Imbros pariter Tenedosque coërcens,
angusta trahitur qua fauce Propontidis unda,
Asia quam supra populis distenditur amplis
ad notiam partem, qua latus ducitur isthmos.
Threïcius sequitur post Bosporus, ostia Ponti:
hoc nullum perhibent terras angustius orbis
esse fretum dirimens; hic sunt Symplegades artæ.
Panditur hinc Ponti pelagus Titanis ad ortus,
quod petit obliquo boream solemque meatu.
Hinc atque hinc medio procurrunt æquore colles:
unus, qui veniens Asiæ de parte Carambis
dicitur australis; sed contra finibus alter
prominet Europæ, hunc Criû dixere metopon.
Ergo conveniunt adversi, gurgite tanto
distantes, quantum ternis transire diebus
evaleat navis. Bimarem sic æquore Pontum
aspicias, similem cornu quo flectitur arcus
nervo curvatus distento. Dextera nervum
assimilat: recto trahitur nam linea ductu,
extra quam, boream quod scandit, sola Carambis;
sed formam cornu geminatis flexibus edit
litus, quod Pontum cingit sub parte sinistra.
In quam Mæotis penetrans aquilonis ad axes,
quam Scythiæ gentes circumdant undique ripis,
et matrem Ponti perhibent Mæotidis undam:

scilicet hinc Ponti vis exit gurgite multo
Cimmerium torrens per Bosporon, hic ubi Taurum
Cimmerii gelidis habitant sub finibus imum.
Hæc maris est species, splendens hæc forma profundi.
Nunc tibi telluris regiones carmine pandam,
ut cernas animo non visas lumine terras,
atque docens alios lauderis pectore docto.
Incipiens Libye tenuisque a Tethyos undis,
Oceanus Tyrias qua pulsat gurgite Gades,
tenditur ad notias partes et solis ad ortus,
et mensæ formam reddit mensoribus artis,
quam tradunt terræ non æquam margine cuncta.
Terminat hæc fines Rubri prope litora ponti
latos, Æthiopum populos quos possidet alter;
quem calidis juxta terris pascuntur Erembi.
Has pelli similes pardi dixere priores;
namque solum squalens urbes distinguit opacas:
hac sitis, hac humor latos variatur in agros.
Sed summam Libyen habitant ad Tethyos undas,
Alcidæ qua sunt statuæ, Maurusia plebes.
Post hos immensæ Nomadum de semine gentes,
atque Masæsylii, nec non Massylia proles.
Saltibus hos duris asper silvisque vagantes
victus alit sæva quæsitus cæde ferarum:
scilicet ignaros terras proscindere rastris,
agricolasque boves plaustris domitare sonoris;
namque errant nemorum per dumos more ferarum
Quos prope tenduntur fines Carthaginis altæ,
perpetuas Tyriis celebrat quæ condita laudes;
qua regnans felix Dido per sæcula vivit,
atque pudicitiam non perdit carmine ficto.
Hanc Minor insequitur Syrtis, Majorque secunda,
qua tumor immensus Tyrrheni pellitur æstus,
accessusque furit siccisque recessus arenis.
Ast inter Syrtes urbs est, quam nomine dicunt
esse Nean polin. Hanc supra justissima fertur
hospitiis gaudens gens degere Lotophagorum.
Hos licet ad fines desertas cernere terras,
exstinctis populis Nasamonum marte Latino.
Asbystæ post hos terrarum rura tenentes
in medio, summus Libycis et gentibus Amnion,
nec non Cyrene clarorum mater equorum,
urbis Amyclææ populus quam condidit olim.
Marmaridæ post hos Ægypti ad flumina vertunt,
Gætulique super sunt vicinique Nigretes.
Continuo post hos sequitur Phaurusia tellus.
Hanc habitant juxta Garamantes Debride clari,
quæ superat cunctas urbs miro munere fontis,
frigore qui noctis fervet calefactus et umbris,
at solis friget radiis glacialis et igni.
Omnibus extrema populis clauduntur in ora
Æthiopes, Libyes ubi finit litora Cerne,
Oceanum nimio quæ pulsat sole calentem.
Nec longe fervent Blemyorum collibus agri.
Hinc fluvii pinguis descendunt flumina Nili

partibus a Libycis, qui currens solis ad ortus
Siris ab Æthiopum populis cognomine fertur;
versum cultores Nilum dixere Syenes.
(225) Hinc boreæ currens ad partes flumine pingui
fertilis Ægypti terras fecundat opimas,
septenoque ferit Pellæum gurgite pontum.
Non alius tantum fluviorum ditat arenas,
atque trahens limum complectitur ubere campos.
(230) Hic latis Libyen Asiæ disterminat oris :
hæc ortus cernit, videt austros illa calentes.
Hunc habitant juxta sapientum corda virorum,
disposuere vias qui vitæ mente potenti,
(235) et primi dederunt sulcos et semina terris,
obliquos solis tractantes pectore cursus.
Horum telluris fines nunc carmine dicam,
(240) et formam, celebrat quam gloria magna per orbem.
Hæc igitur latis diffusa patescit in arvis
fertilis et superans alias pinguedine glebæ.
Marginibus laterum formatur at undique ternis;
lata quidem boreæ sub litore tenditur oris,
ast ortus angusta petit summamque Syenen,
(245) qua celsi mediam montes utrimque coercent,
irrigui per quam descendunt flumina Nili.
Hanc habitant homines multi pariterque opulenti :
qui veteris claræque colunt sub mœnia Thebes,
quam perhibent centum portas habuisse priores,
filius Auroræ Memnon qua regna tenebat.
(250) Hic sunt et septem mediis in finibus urbes,
quas celebrat totum discurrens fama per orbem;
et quicunque maris vivunt prope litora vasti,
qua lacus est ingens liquidæ Serbonidis undæ.
(254) Ad cujus zephyrum Macetum sunt mœnia regis,
(259) et Pharos, Idothees scopuli Pallenidis àlti.
Post urbs sub Casio Pelusi vergit ad ortum,
navigiis populus duris quam possidet aptus.
Non tamen est Libyes ponendus finibus iste :
scilicet eoas Nili qui continet oras,
Nili, quem circum floret mirabilis arbor,
exstinguitque sitim pomo cui nomen adipsos.
Hæc facies Libyes, hic claudit terminus illam.
(260) Sunt tamen huic aliæ gentes, quæ litore summo
Tethyos aut mediis habitant telluris in arvis,
et gratas circum ripas Tritonidis undæ.
Hic lapis, Heeliotropius qui nomine vero
dicitur, est : vertit radios nam solis, in unda
si quis eum fusa labris immergat aënis,
sanguineique rubens resplendet luce coloris;
purior at soli renitet nudatus ab undis.
(270) Si placet Europes quoque me tibi dicere formam,
haud taceam. Similis Libyæ est, sed vergit ad arctos,
finibus et pariter distentis pergit ad ortus.
Linea namque Asiæ similis disjungit utramque :
(275) hæc notias spectat partes, aquilonis at illa.
Ast ambas unam si terras esse putemus,
assimulent conum laterum compagibus æquis,
cujus ad occasus est summum, lata sub ortu.
Sic Europa tibi facili dignoscitur arte. (280)
Ad cujus summum, prope metas Herculis alti,
magnanimæ gentes, dederat quis nomen Iberus,
ad spatium multum terrarum rura colentes,
Oceanum boreo contingunt frigore durum,
scrutanturque decus pulchrum sapientibus auri,
quos tamen haud maculat præsens nec dejicit absens;
qua sunt Germani bellaces atque Britanni. (285)
Saltibus Hercyniis Germania subjacet atrox :
hæc tergo similis taurino dicitur esse;
et pascit volucres (mirum) fulgentibus alis,
quis ducibus noctu cernuntur flexa viarum.
Pyrrhenes sequitur mons. Post hunc Celtica tellus,
Eridani fontis contingens rauca fluenta.
Hic Phaëthonta suum caræ luxere sorores, (290)
hic electra legunt alnis stillantia Celtæ,
succina quæ memorant, mellis vinive colore,
quæ paleas rapiunt tractu frondesque caducas.
Post hos Tyrrheni, quos juxta solis ab ortu
incipiunt Alpes : quibus exit gurgite vasto (296)
Oceani rumpens glacialis litora Rhenus.
Hunc prope consurgit fons Istri flumine longo,
qui poscens ortus Euxini pervenit undas, (300)
irriguam Peucen amplexus gurgite quino.
Cujus ad arctoas est partes barbara tellus,
innumeras gentes gremio complexa reducto,
cui finem faciunt Mæotidis ostia vastæ.
Hinc sunt Germanique truces, et Sarmata bellax,
atque Getæ, nec non Bastarnæ semina gentis,
Dacorumque manus, et martia pectora Alani, (305)
atque Dromon Tauri retinentes fortis Achilli
angustum et longum, Mæotidis ostia juxta.
Hos equites supra celeres funduntur Agaui,
atque Melanchlænum populus metuendus in arcu;
post Hippemolgi sunt Hippopodesque potentes,
atque Gelonus cum Neuris, pictique Agathyrsi : (310)
hic ubi descendit porrecta Borysthenis unda,
Euxinumque subit Criu prope tracta metopon.
E regione jacet locus hic Symplegados artæ.
Hic sunt Ardisci quoque Panticapique fluenta : (315)
dividui currunt Riphæis montibus ambo.
Immiscent qua se Ponti glacialibus undis,
nascitur electrum præfulgens luce nitenti,
mense solet primo qualis splendescere luna.
Hos adamanta legunt juxta fortes Agathyrsi.
Tot dirimit gentes aquilonis partibus Ister. (320)
Hujus ad australes terras Gerrhæque feroces,
Noriciique colunt bellaces Pannoniique,
et Mysi Thracum boreis in finibus orti :
in quorum terris, quas Ponti præfluit unda,
ignipotens oleo commixto gignitur herba,
Medica cui nomen, cujus compescere flammas
si quis aqua cupiat, plus ignem pascit in illa;
pulveris hunc jactus potis est exstinguere solus.

(323) Thraces arant post hos latissima rura tenentes,
quæ torrens stringit finitque Propontidis unda,
atque Hellesponti fauces Ægæus et altus.
Nascitur hic scopulis Pallenæ gemma refulgens,
asterium perhibent : stellis certare putatur;
et flammæ similis splendenti lumine lychnis.
(330) Hi ripas Istri porrectas undique stringunt.
Europæ reliquas nunc partes aspice ternas,
Phœbeos vergens quibus eminet illa sub ortus.
Prima est, Hispanum quæ frangit litore pontum;
altera, Tyrrhenum quæ pulsat molibus æquor;
tertia, quæ Graios circumflua gurgite pascit.
Sed tamen oceanum contingit Iberica tellus
(340) occiduum, Calpen quæ summam sustinet unam
Herculis e statuis; quam supra dives et alta
Tartessus, Cempsique sedent qui collibus imis
Pyrrhenes, cælum quæ tangit vertice summo.
(340) Ast ambas inter tellus jacet Ausonidarum,
limite quam recto mediam secat Apenninus :
qui mons, incipiens boreis ex Alpibus altus,
in freta Sicaniæ porrectas terminat oras.
(345) Hunc urbes circum, populi gentesque frequentant :
quos breviter retegam nostro tibi carmine cunctos.
Tyrrheni primum fortes, juxtaque Pelasgi,
Cyllenes quondam propria qui sede relicta
Tyrrhenis socias petierunt navibus arces.
(350) Hos prope sunt omni superantes laude Latini,
quorum per terram discurrit in æquora Tibris
regius, irriguo dirimit qui gurgite Romam,
Romam, quæ genitrix regum dominatur in orbem.
Post hos pingue solum sequitur, Campania dives,
hic ubi Parthenopes domus est castissima, frugum
fertilis; hanc pontus propriis exceperat undis.
(360) Ad noton est, longe supra Sirenida rupem,
Picentis Silari gurges, spectabile flumen.
Hunc habitant prope Lucani, Brettique coloni,
ad Leucen petram longissima rura tenentes.
Hinc est ad boream zephyri quæ summa vocatur,
(365) sub qua sunt Locri celeres, qui tempore prisco
istuc reginam propriam venere secuti,
Ausoniamque tenent, qua currit flumen Alecis.
Mœnia cernuntur Metaponti deinde, Crotonque,
(370) quam pulcher gratam præterfluit Æsarus urbem.
Ulterius pergens hinc templa Lacinia cernes.
Post hæc est Sybaris, periit quæ numinis ira,
præponens hominum tumulos cœlestibus aris;
poscere qui Pisis ausi certamina soli.
(375) Samnites medio complectitur Itala tellus
in gremio, Marsosque simul. Tunc deinde Tarentum
tangitur æquoribus, quod munivere Lacones.
Continuo Calabræ telluris rura sequuntur.
(380) Usque Hyrii summam sed tendit Iapygis ora :
qua salis Hadriaci trahitur vastissimus æstus,
atque sinum penetrans Aquileium colligit undas;
alta Tegestræon postremæ mœnia terræ,

qua sinus Ionius finitur gurgite lasso.
Hi sunt Ausoniæ populi gentesque potentes.
Flexilis hinc pontus convertens vergit ad ortus,
atque Liburnorum terras, Hyllesque feroces, (385)
Bulimeon pariter præstringens litora currit,
et venit Illyrias late porrectus ad arces,
quas tollunt montes, excelsa Ceraunia, summas.
Cernitur hic tumulus, qui Cadmi dicitur esse (390)
Harmoniæque simul : namque hic serpentibus illi
corpora post longum tempus mutasse feruntur
in senio, postquam patriam Thebasque relinquunt.
Hic ollis aliud posuerunt numina monstrum :
namque duo tumuli concurrunt peste futura,
significant quoties sævissima damna colonis. (395)
Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ,
quem merito veteres dixerunt nomine Sacrum;
nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum,
accensasque faces si quis prope duxerit undam,
exstinguit flammas; recipit sed rursus easdem,
admoveat dextra cum exstinctam lampada fonti.
Sed supra Thracen nec non Epiron ad austros (398)
principium terræ doctissima Græcia sumit,
ascendens multum, geminoque sub æquore cincta,
Ægæo Siculoque, movent quæ flamine venti
diverso : Siculum zephyrus tenet, eurus at altum
Ægæum. Sequitur Pelopis post insula lata,
consimilis folio platani, quod muris acutam
æquiparat caudam; cujus jacet isthmos imago, (405)
Hellados ad boream sibimet confinia jungens;
latior at tellus, folium ceu flexile, circum
cingitur æquoribus. Zephyrum Triphyllidis arva
excipiunt, per quam descendit flumine pulchro
Alpheus, qui Messeni discinditur undis (410)
Eurotæ : terris ambo nascuntur Aseis,
hic tamen Eleos, at dividit ille Laconas.
Hic mediis habitant late telluris in arvis
Arcades Apidanei sub scopulis Erymanthi : (415)
qua Melas atque Crathis fluvii, qua currit Iaon,
tenditur atque vetus qua longo gurgite Ladon.
Hic merulas perhibent albas, mirabile dictu;
hic nasci lapidem, qui tacto accensus ab igni
exstingui nequitur, quem Graii nomine vero
asbestum memorant : ferri nitet ille colore.
Juxta est Argivum tellus, pariterque Laconum :
ortus Argivi, verguntque Lacones ad austros.
Æquoribus geminis isthmos pulsatur utrimque : (420)
hoc Ephyren contra zephyrus, sed verberat illud
eurus, in immensum quæ mergitur unda profundum,
nomine quam Danai dixere Saronida prisco.
Attica sed tellus post isthmon solis ad ortum est.
Hinc Orithyiam Boreas rapuisse puellam
traditur, hic Ilissus aquis devolvitur amnis.
Bœotum sequitur finis, quo dicitur unda (426)
esse potestatis diversæ : namque duobus
numinibus vertit vervecum lana colorem,

hoc fuscat niveas, hoc albat gurgite nigras.
Locridis inde solum sequitur regionis, et ora
Thessalis, et tellus Macetum cum mœnibus altis :
sub cujus scopulis tangentes vertice cælum
speluncæ veteris servant insignia cladis :
finibus in mediis terrarum namque videntur
ostrea muricibus siccata latentibus esse;
diluvium latebras dederat quod piscibus illas.
Concipit et parit hic naturæ munere gemma,
quam pæaniten perhibent; prægnantibus ista
auxilium confert, facilis relevamine partus.
(128) Cernitur hinc niveas attollens vertice rupes
Æmus Threïcius; quem contra tenditur agris
ad zephyrum regio Dodones lata feracis.
Ad cujus notias partes, sub rupe Aracynthi,
Ætolæ gentis sunt belli laude potentis
campi, quos medios Acheloïa persecat unda,
(135) et mare Trinacrium perrumpit Echinadas intra.
Regna Cephallenæ prope sunt sapientis Ulixi.
Ista galactiten ripis ostendit in altis :
uberibus prodest, nec non infantibus idem;
et si quis terat hunc, albescit lacte liquescens.
Hunc fluvium juxta; præclaros solis ad ortus,
Phocis ad arctoos ventos extenditur ingens,
donec contingat calida ostia Thermopylarum,
sub juga Parnassi, Cephisso gurgite magno
(144) quam mediam dirimit, descendens murmure vasto :
qua templum Phœbi memorabile, Delphica sedes.
(147) Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ,
quas homines toto dispersas æquore cernunt.
Est igitur ponto tellus circumflua prima,
(150) cui nomen Gadis. Statuas hæc Herculis inter
a Tyriis colitur, Cotinusa vocata vetustis.
(157) continuoque jacent Gymnesiæ; has Baleares
Romani memorant; hinc frangitur æquor Ebuso.
Sardiniæ post quam pelago circumflua tellus
fontibus e liquidis præbet miracula mundo,
quod sanant oculis ægros, damnantque nefando
perjuros furto, quos tacto flumine cæcant.
Post quam non longe cernuntur litora Cyrni,
(159) Corsida quam pariter geminato nomine dicunt.
Hanc solam perhibent catochiten gignere terram :
corporibus lapis hic ceu glutine tactus adhæret.
(160) Nulla tamen tellus altissima robora silvæ
sic alibi generat. Dehinc rupes Æoliarum,
(165) quas septem numero perhibent, cognomine Plotas :
quippe viam ratibus pelago dant undique vasto.
Trinacriæ post has moles distenditur ampla,
cardinibus ternis laterum quam terminat actus,
procurrens Pachyno longe, claustrisque Pelori,
exterrensque rates Lilybæi cautibus aspris.
(170) Eminet ad zephyrum Lilybe, Pachynusque sub ortum
aspicit Ausoniam, boreæque Pelorus ad axes;
qua mare vix superant haud æquum mille periclis,
angustum, rapido quod frangit gurgite saxa.

Traditur hic pelagi diruptas viribus olim (476)
excepisse fretum terras, cogente ruina.
Plurima sunt istic totum memoranda per orbem.
Dianas fons est, Camerina gignitur unda,
quem si quis manibus non castis hauserit unquam,
lætifico tristis non miscet pocula Baccho.
Hæc eadem montem mirandum sustinet Ætnam,
vertice qui summo rigida nive temperat ignem,
nec superant flammæ frigus, nec frigora flammas.
At salis hic Acragas miracula possidet unus,
naturas in quo proprias mutare videntur
ignis et unda; salem namque illum solvere flammæ,
unda solet crepitus illi conjuncta movere.
Hic et Halesinus fons est, mitissimus undis,
tibia quem extollit : cantu saltare putatur
musicus, et ripis lætans excurrere plenis.
Cernitur egregius lapis hic, cui nomen achates :
hoc dederat fluvius, cujus generatur ad undas;
hanc simulacra vides venis ostendere gemmam.
Æquoris at Siculi, quod vastis funditur undis,
ad noton est pontus Libyæ Syrtisque vadosa (477)
Major. At ulterius si pergas, cerne Minorem
occiduam, juxta quam Meninx insula fulget,
et Cercinna simul, Libyca statione patentes. (480)
Hadria qua penetrat, venias si parte sinistra,
atque legas Calabrum litus, tunc insula magni
ostendit sese Diomedis nomine dicta,
quo profugus quondam victor concesserat ille,
conjugis incestæ per fraudes Ægialeæ. (486)
Ioniam pergens Absyrtidas æquor ad ortus
circuit; has olim Colchi tenuere feroces,
lassi dum frustra Medeæ furta sequuntur. (490)
Continuo post hasce Liburnidas aspicis altas
ad notias partes; hinc sæva Ceraunia nautis.
Insulæ Ambraciæ contra cernuntur in alto,
et Corcyra potens, Ithaces atque aspera tellus; (495)
et quas oblimat rivis Acheloïus amnis,
flumine torrenti præcelsam Chalcida linquens.
Sed multæ Amnisi boreæ sub parte videntur,
Ægylaque, inde Cythera, Calauria dura colonis;
ad radios vergit sed Carpathus. Hanc prope Crete (500)
pinguis et umbrosis extendens collibus Iden,
ante ortus solis perhibent quam fulgere sole.
Gignitur hic alimos, quam si quis mordeat herbam,
compescit damnumque famis rabiemque diurnam.
At Rhodos Ægyptum contra jacet, insula dives, (505)
Suniados contra quoque summum rupis, ad ortus;
nubila qua nunquam verterunt lumina solis;
nam purus claræ potitur telluris. Abantas
supra sunt Salamis nec non Ægina. Sed ortus
cernentem Cyprum pontus Pamphylius ambit.
Post hæc sunt ternæ citra Patareïda summam,
fama Chelidonias celebrat quas nomine terras. (510)
Nec procul est Arados, Phœnices æquore cincta
Ægæi vero diversis partibus alti

(515) ad fauces artas multæ sunt insulæ Abydi,
confines Asiæ dextræ, Europesque sinistræ;
ad boream tamen hæ pertendunt ordine longo.
(520) Europes Macris contingit Abantias oram,
545 et celsa Scyrus, Peparethus, sacraque Lemnos,
fertilis atque Thasos, simul Imbros, post Corybantum
mœnibus antiquis Samothracia cernitur alta.
(525) Ast Asiæ partem quæ tangunt æquore primam,
Delon circumdant: has dicunt Cycladas esse.
550 Continuo Sporadas ceu stellas aspicis almas,
Ioniasque simul, quas inter Caunus et altæ
(535) sunt Samos atque Chios, celebratæ nomine claro.
Æolicæ post et Lesbus Tenedusque sequuntur,
et sinus inde Melas Helles prorumpit in æquor.
555 Panditur hinc pelagus, tumidaque Propontide fervet
(540) ad boream, saxisque riget Proconesus in illa.
Est etiam lævis Euxini partibus una,
quam Leucen perhibent, adversa Borysthenis amni,
pascit aves quoniam multas candore nivali.
560 Hic animas perhibent heroum laude potentes
(545) degere securas, virtutis munere pulchro.
Cimmerium recta sed si quis Bosporon ibit,
cernitur huic dextra vastæ Mæotidis unda
(550) insula mole gravi stans, Alopecea lata.
565 post quam Phænagoren Hermonassamque nepotes
egregiæ quondam coluerunt gentis Ionum.
Insulæ hæ celebres pelagi sunt nomine claro.
(555) Ast alias refluum circumdat Tethyos æquor,
quarum demonstrem positum regionis et oras.
570 Æthiopes habitant Erythiam pectore justi,
(560) Atlantem juxta longævi, finibus olim
venit Hyperboreis quæ gens, post fata peremptI
Geryonis, domuit quem virtus Herculis ingens.
Sed summam contra Sacram cognomine, dicunt
575 quam caput Europæ, sunt stanni pondere plenæ
Hesperides, populus tenuit quas fortis Iberi.
(565) Ast aliæ oceani juxta boreotidas actas
sunt geminæ, Rhenique Britannides ostia cernunt;
hic etenim lasso perrumpit Tethya cursu.
580 Has tamen haud habeat spatio superare per orbem
insula. Perfulget nigro splendore gagates
hic lapis, ardescens haustu perfusus aquarum;
ast oleo perdens flammas, mirabile visu;
attritas rapit hic teneras ceu succina frondes.
585 Nec spatio distant Nesidum litora longe,
(570) in quibus uxores Amnitum Bacchica sacra
(580) concelebrant, hederæ foliis tectæque corymbis.
Oceani tranans hinc navibus æquor apertum
ad Thulen venies, quæ nocte dieque relucet
590 Titanis radiis, quum curru scandit ad axes
(585) signiferi, boreas succedens lampade partes.
At navem pelago flectenti aquilonis ab oris
ad solem calido referentem lumen ab ortu
(590) Aurea spectetur tibi pinguibus insula glebis.
595 Hinc tepidos proram convertens navis ad austros
Taprobanen venies, generat quæ magna elephantes
per fines Asiæ. Jacet hæc sub sidere Cancri; (595)
litoribus cujus saliunt densissima cete,
quæ pascit vastum mare Rubrum, montibus æqua,
tenditur horribilis quorum per terga, per armos 600
spina, ferens cladem fatumque sub ore feroci: (599)
quippe solent pariter navem sorbere virosque.
Nam mala tam pelagus quam terra merentibus offert. (605)
Ulterius pergas si post Carmanida summam,
Ogyris occurrat, qua dicitur esse sepulcrum 605
regis Erythræi, dederat qui nomina ponto.
Persicus inde sinus penetratur, et Icaron offert, (610)
insula quæ fertur nimium placare Dianam.
Tot sunt ingentes quæ cingit Tethyos unda
insulæ; ast aliæ diversis partibus orbis 610
dispersæ. Plures famam latuere minores,
duris difficiles nautis, vel portubus aptæ:
quarum non facile est mihi promere nomina versu.
Ast Asiæ fines ambarum linea monstrat (620)
et formam, contra positarum in imagine coni. 615
Paulatim trahitur tamen hæc orientis ad oras,
oceanus statuas Bacchi qua tangere fertur,
finibus Indorum postremis: gurgite torrens (625)
qua Ganges liquido Nysæos irrigat agros.
Non tamen est spatio similis telluris apertæ. 620
Scilicet ambabus penetrabilis unus in illis
funditur occani sinus et disterminat ambas;
ast Asiæ gremio triplex mare confugit undis, (630)
Hyrcanum, pariter Parthum, simul atque Sabæum:
hæc noton, at boreos Hyrcanum vergit ad axes, 625
gurgitis Euxini vicinum, multa virorum (635)
millia quod circum degunt per litora Ponti.
Amborum medius campis discernitur isthmos.
Ast Asiam qui mons excelsus dividit omnem,
incipit a mediis terræ Pamphylidis oris, 630
et longis sese spatiis producit ad Indos,
nunc obliqua means, nunc recto limite currens: (640)
vertice quem torvo perhibent cognomine Taurum.
Cornua nam summus scopulis imitatur acutis,
multifidusque suos huc colles spargit et illuc. 635
Ex hoc innumeri descendunt fontibus amnes,
in partes euri, zephyri, boreæque vel austri: (645)
quis memorare queat fluviorum nomina cuncta?
Non tamen est unum montis cognomen ubique,
sed varii flexus variantur nomine multo, 640
singula sed propriis sunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populosque tenentes, (650)
qui celebres, memorem; sed felix numen adesto.
Mæotæ primi tangunt Mæotidis undas;
Sauromatæque truces, gens aspera Martis in armis, 645
sanguis Amazonidum fortis quos protulit olim, (655)
Sauromatis mixtæ quæ Thermodonte relicto
ingentes genuere viros belloque potentes:
innumeras habitant qui silvas, gurgite vasto
inter quas Tanais Mæotidis intima pulsat, 650

(661) Europen fluvio dirimens Asiamque reflexo,
Europen zephyris, Asiam sub partibus ortus.
Caucasiis exit cujus fons montibus altis,
(665) murmure cum vasto Scythiæ per plana refusus.
Hunc tamen immenso torrentem flumine vertit
in glaciem boreas horrendo flamine sævus.
Heu miseros homines, habitant qui finibus illis,
(669) aere damnati tristi nimioque rigore,
quo pereunt pecudes pariter populique virorum,
ni propere linquant sua rura furentibus euris.
(680) Hi Tanain habitant fluvium prope Sauromatarum.
Cui sunt vicini Sindi quoque Cimmeriique,
post hos Cercetii, juxta quos Axenus altis
fluctuat æquoribus; nec non Oretæque feroces;
et qui Trojanæ post prælia gentis Achæi,
(685) Ascalaphi regis victricia signa sequentes,
dispulsi ventis istas venere sub oras.
Post hos Heniochi, genuit quos Græcia tellus;
et Zygii juxta vivunt regione sub una.
Intima sed Ponti, post fines Tyndaridarum,
Ægypto missi Colchi tenuere coloni,
(690) Caucasii montis prope collem et Caspia ponti
litora: qua celeres descendunt Phasidos undæ,
Circæosque secant campos atque æquora Ponti,
nascitur Armenii fluvius qui vertice montis.
Ad cujus partes boreas et solis ad ortus,
Euxinum dirimens et Caspia litora late,
(695) diffusus spatium per longum panditur isthmos,
quem juxta terras habitant orientis Iberes,
Pyrrhenes quondam celso qui monte relicto,
huc advenerunt Hyrcanis bella ferentes.
(700) Hic Camaritarum gens est, carissima Baccho,
(706) Fluctibus hanc propter persævit Caspius æstus,
(718) undique quem tereti concludit margine tellus.
Sed mare non valeat tribus illud mensibus ulla,
(720) scilicet immensum, navis transire profundo.
Hoc tamen exacuit pars una sub axibus æquor,
qua tractum refugæ miscetur Tethyos undæ.
Multa quidem generat vivis miracula rerum,
sed tamen egregio crystalli pondere gemmam,
atque, malos lemures quod pellit munus, iaspin,
(725) nocturni manes fugitant quam membra tuentem.
Hoc igitur pelagus quæ gentes undique cingunt,
incipiens numerem primis aquilonis ab oris,
quæ vergunt zephyro, quas Caspia litora claudunt.
Primi sunt Scythiæ populi, Saturnia juxta
(729) æquora viventes Hyrcanique ostia ponti.
Quos supra gryphes ditissima rura smaragdo,
qualem non alius terrarum possidet orbis,
atque aurum sibimet defendunt pondere puro;
omnia sed diri superans audacia lucri
adversus volucres heu commovet arma virorum:
prœlia nam faciunt Arimaspi gryphibus hostes.
Hic et crystalli pellucet maxima moles.
Hinc Thynus sequitur. Post fortis Caspia proles.

Hinc sunt Albani bellaces Marte ferocí, (731)
unde canes nati superant genus omne ferarum;
magnus Alexander missum sibi viderat inde
victorem barrique canem rapidique leonis.
Post hos Cadusi, durissima rura colentes; 710
et prope sunt Mardi, sequiturque Hyrcania plebes.
Hinc Apyri, per quos Mardus devolvitur amnis:
Dercebius bibit hunc præter Bactrusque fluentem,
per quos Hyrcanum currens descendit in æquor. (735)
Sed Bactri mediis habitant telluris in arvis, 715
Parnessum late prope montem rura tenentes;
Dercebii vero sub Caspia litora vergunt.
Post hos Massagetæ trans flumen Araxis, ad ortum
hospitibus sævi cunctis belloque feroces: (740)
non Bacchi donum, Cereris nec munera norunt, 720
sed lac commixtum potant cum sanguine equino.
Hos juxta boream vergit Chorasmia proles. (746)
Sugdias hanc sequitur, rapidus quam dividit Oxus,
Emodum montem qui linquens Caspida rumpit.
Inde Sacæ nimium certis gens mira sagittis, 725
flumen Iaxartem juxta quibus arva coluntur; (750)
et Tochari Phrurique et plurima millia Serum:
illis nulla boum, pecoris nec pascua curæ,
vestibus utuntur, texunt quas floribus ipsi, (755)
quos tenuant lectos desertis finibus ipsi. 730
Ast alia Scythiæ gens est extrema per arva,
quos prope sunt tristes ventis et frigore terræ:
namque nives semper pulsant has grandine mixtæ. (760)
Caspius his populis lustratur pontus et oris.
Aspice post Colchos nunc et post Phasidis undas, 735
occasum versus, populos in litore Ponti
Euxini densos usque ad Chalcedonis arva,
Bosporus angustat scopulis quæ Thracius urgens.
Byzeres primi, quos juxta terra Bechirum. (765)
Macrones post hos pariter, Philyresque sequuntur; 740
Mossynique, domos præbent quis lignea tecta,
turribus arboreis habitantes, unde vocantur.
Hinc pecorum dives nimium gens est Tibarenum.
Hanc prope sunt Chalybes, durissima rura colentes:
quos labor exercet sævus ferrique metalla. 745
Vicinos istis campos terramque patentem (771)
Assyrii complent populi, qua gurgite vasto
inter Amazonidas Thermodon, Martius amnis
Armenium linquens montem descendit in æquor.
Huc Asiæ quondam devenit alumna Sinope, 750
ex qua cognomen ceperunt mœnia clara. (779)
Illius fluvii rigidas prope frigore ripas
invenies lapidem crystalli, pondere puro,
consimilemque gelu, nec non splendore nitenti;
gemma micans illic pellucet iaspidis albæ. 755
Iris continuo liquidus decurrit in æquor.
post Halys et fluvius, boreæ qui currit in ortus, (785)
atque Carambidis irrumpit prope litora Pontum,
Armeniis primas qui montibus accipit undas.
Paphlagones post hos Mariandynique sequuntur, 760

(793) Bithynique viri, pinguissima rura colentes :
qua Rhebas pulcher gratissima flumina volvit,
Rhebas, qui rapidi decurrit ad ostia Ponti.
Tot populi terras habitant per litora Ponti :
nam prius exposita Scythiæ sunt semina gentis.
(800) Nunc Asiæ regio contingens litora nobis
dicatur, partes calidas quæ currit ad austri,
atque Hellespontum transit Syriæque recessus,
poscit et Arabiam, quæ florent ubere terræ.
Sunt Chalcedonii primi, post ostia Ponti,
mœnia Byzantis qui cernunt optima contra,
Romanisque pie regnis dominantia mundo.
(806) Bebrycii post hos, et Mysia montibus alta,
qua Cius egregia decurrens murmurat unda
qua nymphas comitem perhibent rapuisse potentis
Alcidæ puerum, tristissima fata gementis.
Hinc Hellespontum pertenditur angulus ingens,
(80) qua brevior Phrygiæ pars est : nam latior intus
Sangarii ripis fluvii vicina rapacis.
Tenditur hæc potius Titanis pinguis ad ortus,
altera ad occasus, altæ sub montibus Idæ,
altaque qua cecidit præclaro nomine Troja,
(819) ad Xanthi liquidas nec non Simoentis ad undas.
Post hæc Æoliæ tellus prætenditur oræ,
fluctibus Ægæi primis quæ tunditur alti.
Inde tenet terras pelagus prope sanguis Ionum,
per quas Mæander pinguis descendit in æquor,
(82.) inter Miletum currens latamque Prienen.
Ad latus istorum boreum sunt mœnia clara,
urbs Ephesus, claudit quam grato litore pontus.
(830) Post has Mæoniæ tellus, quæ vergit ad ortus,
et Tmoli colles, fluvius quibus aurifer exit
Pactolus : cujus prope ripas tempore verno
si sedeas, dulci capiaris pectora cantu
cygnorum, pascunt quos herbæ flumina circum.
Nam florent Asiæ per campos plurima prata;
sed magis ad fluvium Mæandri, gurgite miti
(837) quem juxta volvens se murmurat unda Caystri.
Post hos sunt Lycii, quos Xanthus dividit amnis,
ad mare vergentes : qui Tauri cornua cernunt,
(850) usque ad Pamphylos, perhibent quem nomine Cragum.
Illic aspicies Aspendum, mœnia cujus
Eurymedon amnis radit vicina profundo.
Continuoque jacent aliæ Pamphylidis urbes :
Corycus, Pergeque calens, et celsa Phaselis.
(856) Has supra mediis habitant telluris in arvis,
ad partes ortus, gens dura Lycaones armis.
Post hos Pisidum pinguissima rura coluntur,
Termesus, Lyrbe, nec non clarissima Selge,
gentis Amyclææ pulcherrima mœnia quondam.
Hinc sinus est longus Cilicum, qui vergit ad ortus,
Euxini penetrans vicinas æquoris undas :
(866) hunc Asiæ perhibent angustis partibus esse.
cui tamen immenso fluvii se gurgite miscent,
per longum Pyramus spatium Pinarusque voluti,
flexilis et Cydnus, dirimit qui flumine Tarson.
Hinc aliæ Cilicum sunt celsis mœnibus urbes, (874)
Lyrnessus, Mallosque simul vicina profundo,
atque Soli medio terrarum fine locati.
Commagena dehinc regio, Syriæque sequuntur
urbes, dispositæ per longi litora flexus :
nam Casii montis qua prominet ora per æquor,
vergit in occasus diffusis tractibus unda. (880)
Nunc reliquas Asiæ partes tibi carmine pandam,
quadrati lateris qua clauditur undique forma,
et spatiis campos longis protendit in ortum.
Scis etenim memorasse tibi, quod collibus altis
per totam mediis mons ingens tenditur oris, (890)
qui fines Asiæ nigros producit ad Indos :
hoc esto laterum boreum tibi; Nilus ad oras
hesperias finit; sed Tethys solis ab ortu
Indica concludit : Rubrum mare terminat austrum
Aspice nunc igitur, dum finem versibus ortus
pervenio, retegens tibi veris omnia rebus,
incipiens Syriæ terris, qua parte reliqui.
Quæ, pelagus supra sub solem vergit ad austros, (897)
urbibus et multis habitatur : nomine prisco
quæ Cava vulgatur, mediam quia collibus altis
atque humilem Libanus claudit protentus in ortum,
occasumque petens Casius; multisque virorum
incolitur populis locupletibus alma diremptis.
namque alii mediis habitant telluris in arvis
hosque Syros proprie perhibent; sed litora juxta
Phœnices vivunt, veteri cognomine dicti, (905)
quos misit quondam mare Rubrum laudibus auctos,
Chaldæo nimium decoratam sanguine gentem,
arcanisque Dei celebratam legibus unam :
qui pelagus primi tentantes navibus altis
disjunctas gentes docuerunt jungere mercem,
et primi stellis numeros nomenque dederunt,
atque oculis (mirum) voces sentire figuris.
Hi muros Iopes Gazamque et Elaïda complent, (910)
antiquamque Tyrum, Beryti et mœnia gratæ,
vicinamque mari Byblin, Sidonaque pulchram,
quam juxta liquido Bostrenus gurgite currit,
et pinguem Tripolin, nec non Orthosida sacram,
Laodicen pariter positam prope litus amœnum,
et Posidi turres, et Daphnes optima tempe (915
Terrarum mediis Apameæ mœnia claræ,
ad cujus partes eoas currit Orontes,
Antiochi medius dirimit qui gurgite regna. (920)
Hæc omnis pingui tellus est ubere læta,
arboribus pariter pecorique et commoda viti.
ad cujus fines veniens, quos terminat auster,
Arabii cernes extremi litora ponti,
qui Syriam medius disterminat Arabiamque, (925)
et tangit vergens orientem versus Elanos.
Dives Arabs post quos latissima possidet arva,
quæ protenta diu cinguntur ab æquore Partho
Arabioque, ferit zephyrus quod flamine sævo;

(930) Persica nam flatus eoi litora turbant.
Ora sed hæc austro tendit subjecta per ortus.
fluctibus oceani pulsatur et undique Rubri.
Hanc quoque describam tenui ratione recensens;
875 nam populos pascit felices divite terra,
floribus et variis miracula præbet odoris.
(937) Namque thyo myrrhaque viget cum turis honore,
et casia, nec non et cannæ dulcis odore,
cinnama præterea jucundæ naribus auræ
880 fertilis hæc generat tellus, aurique metalla;
(91) vestibus auratis quare gens utitur illa.
His pueros servans molochites splendet arenis,
androdamasque lapis compescens pectoris iras.
Sed Libani montis sunt post declivia primi,
885 felices opibus, Nabatæi nomine dicti.
(956) Chaulasii post hos atque Agrees, inde propinquat
Chatramis, atque Macæ contra sunt Persidis æquor;
Minnæique maris prope Rubri litora vivunt;
atque Sabæ post hos, nec non habitant Cletabeni.
890 Arabiæ populi celebres hi nomine claro.
(961) Sunt tamen et plures alii, nam maxima tellus.
Trans istam zephyri sub partes degit Erembum
(965) speluncis genus infelix et rebus egenis;
qui solis radiis nigrescunt corpus adusti,
895 dispersique dolent lustrantes more ferarum;
non Arabis similes opulentis. Scilicet æqua
omnibus esse potest nunquam fortuna bonorum.
(970) Post Libani montis populi sunt solis ad ortus
alterius Syriæ, quæ tendit ad usque Sinopen.
900 Cappadoces mediis habitant in finibus hujus;
terminus Assyrios sed claudit Ponticus ille,
(975) Thermodon pelagi qua pulsat gurgite fluctus.
Cujus ab eoo decurrit limite vastis
viribus Euphrates, descendens montibus aspris
905 Armeniæ, longusque noton pertendit, et inde
(980) ad solem flexus Babylonis dividit urbem;
litora deinde ruens perrumpit Persidis undæ,
extrema fluvii sub parte Teredona radens.
Hujus ad auroram ripis devolvitur altis
910 Tigris, aqua superant quem flumina nulla rapaci,
(985) sed tantum distat, quantum vix septimus ortus
conficiat pedibus spatii properantibus ire;
atque lacum medius Thonitidis intrat et exit,
(990) nec violatur aqua quamvis penetrabilis illa,
915 ocior atque vadis emergens cedit amaris.
Hoc tamen omne solum, fluvius quod cingit uterque,
indigenæ populi pro re dixere Medamnam,
quod medias amnes has terras flumine cingunt,
(995) agricolis pariter pastoribus atque feracem
920 ubere nam læto florent ibi semina cuncta,
herbarumque toris et gramine læta virescunt,
et variis rami complentur fructibus alti.
Gens quoque præfulget claris in laudibus illa:
(1000) nam peperit multos celsa virtute potentes
925 atque deo similes, licet ut mortalibus esse.

Armenii juxta quam sunt aquilonis ad axes,
comminus et fortes quos sentit Mars Matieni,
quos prope concludunt Euphratem collibus altis
montes, divitiis pariter belloque potentes.
Ad partes austri Babylon, quam mœnibus olim 930
mirandis posuit firmisque Semiramis urbem. (1006)
Cujus in arce domum splendentem fecerat auro,
quam simul argentum varie decoravit eburque.
Hoc quoque pingue solum palmarum divite silva,
quod fert berylli munus, pretiosius auro, 935
berylli lapidem liquidum glaucique coloris,
per loca quæ tendunt Asianæ ad mœnia petræ.
At supra Babylona vides et flamina vasta
Cissos Messabatasque Chalonitasque feroces. (1015)
Armenios montes si linquens ibis ad ortus, 940
Medica noscetur tibi tellus, cujus ad axes
Geli sunt Mardique, viri simul Atropateni.
Ad noton inde habitant Medorum rura tenentes. (1020)
Medea huc fugiens dederat cognomina terræ:
hinc Medi varios usus novere veneni. 945
Quorum per multas spatium diffunditur oras. (1030)
Hæc generat narcissiten oriente sub ipso,
qui lapis est fuscus. Complent hanc undique silvæ,
inter quas homines pecuaria ditia pascunt,
Caspiadas tangunt portas qui solis ab ortu. 950
Rupibus hæc celsis Asiæ sunt claustra potentis: (1045)
qua via sub boream duplex se scindit et austrum,
hæc regit ad Persas, Hyrcanos ducit at illa.
Sub colles imos habitant, post Caspia claustra,
martia gens Parthi, telis arcuque potentes. 955
vivere qui spoliis gaudent, raptuque nefando. (1041)
Quæ propter bellis homines vexantur in orbe,
atque optata perit multo pax sanguine mundi.
Post hos est Persis, circumdata montibus altis, (1063)
assiduis florens regnis et divite censu, 960
ex quo perdomuit Lydorum mœnia Sardes.
Cingitur excelsis hæc undique collibus omnis,
advergens austros, post Caspia claustra, petensque
quod proprio pelagus celebrat cognomine latum. (1065)
Atque tripartitis habitatur finibus illa: 965
namque colunt alii rigidæ sub partibus arcti,
terras quas Medi nemorosis montibus umbrant;
ast alii mediæ vivunt regionis in arvis;
litora postremi tangunt australia Persæ.
Prima parte Sabæ, mediusque Pasargada, post hunc 970
Tascorum telis habitat gens fortis et arcu,
quique tenent populi divisos Persidis agros. (1070)
Amnibus hæc multis recreatur et ubere pingui.
hinc Coros immensus profunditur, inde Choaspes
fonte cadens Indo, qui stringit gurgite Susa; 975
in cujus ripis præclarus fulget achates, (1075)
pondere consimilis volvit quos unda cylindris.
Fertilis hæc tellus fecundis pascitur auris
nam ventis semper florescunt rura secundis.
Hæc eadem gemmis nimium decoratur honestis: 980

quarum quis varias vires, quis nomina dicat?
tecolithum memorem, justo cognomine dictum,
qui lapides renum tritus potusque resolvit;
myrrhitenque, bonum nardi quum reddit odorem;
hic aëtites est, sonitum cui spiritus addit
arcanum crepitans, prægnantibus utilis ægris;
nec non pyrites, digitos qui strictus adurit;
gemmaque quæ radios emittit candida solis,
atque selenites, lunaris imagine lucis
qui decus et minuit proprii splendoris et auget.
(1080) Respice nunc reliquas Asiæ sub finibus oras.
Persidis ad pontum Carmani, solis ab ortu;
(1086) litora pars habitant, mediæ pars limina terræ.
Gedrosi post hoc tendunt orientis ad ignes,
oceanum juxta; radiis propioribus inde
est Scythiæ tellus australis, flumen ad Indum
qui ponto rapidus Rubro contrarius exit.
(1090) Gurgite nam celeri rectus decurrit ad austrum,
Caucasiis oriens primum de montibus altis;
dividua cujus Patalene cingitur unda;
separat innumeras et vasto gurgite gentes:
(1095) ad partem, rapidi qua vergunt lumina solis,
Oritas Aribasque simul linique Arachotas
utentes lænis, et Satraidas simul omnes,
Parpanei montis sub celsa rupe, Arienos
nomine communi. Qui terras ubere nullo
(1100) florentes habitant; squalent nam sentibus aspris;
curalii lapidem qui rubrum litore carpunt,
(1105) sapphirique decus nigri flavique coloris
saxorum cædunt venis, hac merce beati.
Indorum terras hinc Tethyos æquora claudunt,
(1110) quas primo Titan ascendens lumine cernit:
unde color populis niger est flagrantibus ortu,
atque gerunt similes hyacintho fronte capillos.
Effodiunt alii terras aurique metallum,
(1116) ast alii texunt tenuissima tegmina lini,
vel dentes stringunt elephantis ab ore revulsos;
scrutantur ripis alii torrentibus imbri
berylli gemmas glauci nitidumque adamanta,
atque aura viridi legitur quæ splendet iaspis,
(1120) curaliique decus liquidi, gratique topazi,
purpureoque amethystos inest suffusa colore:
divitias magnas sic tellus illa ministrat.
Assiduisque rigant hanc totam fontibus amnes,
arboribusque viget variis, milioque frequenti,
(1127) et pretio rubræ perfloret arundinis illa.
Hic alii superant procero corpore tantum,
insiliant equitum faciles ut more elephantos;
ast alii vivunt sapienti pectore nudi,
luminibusque vident rectis (mirabile) solem,
et radios oculis et sacra mente retractant,
signaque concipiunt arcana luce futuri.
Psittacus hic viridis, decoratus torque rubenti,
nascitur, humanæ simulat qui verbera linguæ.

Nunc age, te fluvios, montes, formamque docebo (1135)
ipsius terræ, populos gentesque beatas.
Marginibus ternis tellus hæc clauditur omnis,
obliquatque latus per cunctas linea partes:
hesperios fines immanis terminat Indus,
at notios pelagus concludit gurgite Rubrum,
sed Ganges ortus, et Caucasus excipit arctum.
Hanc homines habitant multi ditesque colendam, (1136)
nominibus variis discreti et finibus amplis.
Dardanei ripas contingunt fluminis Indi,
hic ubi præcipitem scopuli fundunt Acesinem,
huncque capax classis venientem volvit Hydaspes,
tertius hos sequitur splendenti gurgite Cophes. (1140)
Taxilus inter quos habitat cum gente Sabarum.
Hinc Scodri post hos sunt, Peucaleique feroces,
Gangaridæque truces: auri qua pondus honestum
devolvens Hypanisque trahit rapidusque Megarsus: (1145)
quos capit Emodo missos Gangetica monte
tellus, porrigitur quæ ad terræ Colidis austros,
oceani tangens pelagus sub collibus altis,
quos volucres metuunt celeri contingere penna,
unde locis Graii posuerunt nomen Aornin. (1151)
Hic via, quam celebrat nomen Dionysia, Bacchi, (1159)
cui statuas dederat victoria finibus illis. (1161)
Hic Tylos est, superans vastæ miracula terræ
insula: namque viret cunctis in partibus anni,
nec foliis nudat ramos autumnus in illa;
assidueque tenet flores genus arboris omne.
Hic adamas fulget lymphantia pectora sanans,
et prohibens miseris occulti damna veneni;
quem minime valeat ferrum superare nec ignis;
frangitur hircino maceratus sanguine tantum,
sed tepido, fractis multis incudibus ante.
Hic juxta positus magnetem viribus arcet
occultis ferri raptu, vel tractibus ante
admotum retrahit, defendens robore miro.
Hic lychnis lucem simulat splendore lucernæ:
hinc meruit nomen præclaro lumine dignum.
Tot sunt per terras vulgatæ nomine gentes. (1166)
Nam reliquas quæ mens valeat mortalis in orbe
dispersas numerare tibi sine numine magno,
quod bene disposuit terras pontique profundum,
sideribus variis decorans cœlestia templa,
et multis recreans gratisque coloribus arva,
munera per populos tribuens diversa virorum?
Sed vos terrarum tractus gaudete per ævum,
et quæcunque mari circumdatur insula vasto, (1182)
oceanusque simul, nec non penetrabilis unda,
quam gremio tellus sinuoso suscipit alma,
et fluvii, montesque, lacus quos continet orbis.
Nam pelagi partes percurri carmine vastas,
et terræ pariter regiones finibus amplis: (1185)
omnipotens pro quo genitor mihi præmia donet.

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ.

EUSTATHII COMMENTARII.

[ΕΠΙΣΤΟΛΗ.]

Πρὸς τὸν πανσέβαστον δοῦκα κύριον Ἰωάννην, τὸν υἱὸν τοῦ πανσεβάστου σεβαστοῦ καὶ μεγάλου δρουγγαρίου, κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Καματηροῦ, Εὐσταθίου, διακόνου ἐπὶ τῶν δεήσεων καὶ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, ἐπιστολὴ ἐπὶ ταῖς Διονυσίου τοῦ περιηγητοῦ πάρεκβολαῖς.

Πινδάρῳ μὲν τῷ σοφῷ πρὸς λύραν εἰπεῖν, ᾠδῆς ὀφειλέτῃ γενομένῳ καὶ τὴν ὀφειλὴν ἐπὶ μακρὸν ἀναβαλλομένῳ, ἤρεσε γραφὴν λήθης ἐνστήσασθαι καθ'

[EPISTOLA.]

Ad maxime venerabilem ducem dominum Joannem, filium maxime venerabilis Sebasti et magni Drungarii, domini Andronici Camateri, Eustathii, diaconi a supplicibus libellis et magistri rhetorum, epistola de commentariis in Dionysium periegeten.

Pindaro, summo illi lyrico poetæ, quum carmen deberet, debitumque hoc suum diutius extraheret, placuit ipsi sibi dicam oblivionis impingere. Itaque et

---

Epistolam omisit *L*. Inscriptionem epistolæ, quam om. *a*, talem exhibuimus, qualem ex optimis codd. *CYD* dedit Bernhardyus, nisi quod codices isti post v. ῥητόρων addunt τοῦ καὶ Θεσσαλονίκης, quod supplementum resecuit Bernhardyus. In plurimis codd. inscriptio aucta est hunc in modum : Πρὸς τὸν πανσέβαστον (πανσεβάστατον R. Steph.) δούκαν κύριον Ἰωάννην τὸν μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῶν δεήσεων τὸν υἱὸν ... ῥητόρων, τοῦ καὶ ὕστερον γεγονότος ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, ἐπιστολὴ ἐπὶ ταῖς Διονυσίου τοῦ περιηγητοῦ παρεκβολαῖς. Μεθ' ἣν προοίμιον εἰς τὸ πρᾶγμα, καὶ μετὰ τὸ προοίμιον αὐταὶ αἱ παρεκβολαί. In *Y* desunt verba ὕστερον γεγονότος ἀρχιεπισκόπου. In cod. *d* legitur : Εὐσταθίου διακόνου πρὸς τὸν πανσέβ. δοῦκα κύριον Ἰωάννην ἐπιστολὴ ἐπὶ ταῖς ... παρεκβολαῖς, μεθ' ἣν κτλ. In *E* titulus erasus est; in *N* nihil nisi hæc : Εὐσταθίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης ἐξήγησις εἰς Διονύσιον τὸν περιηγητήν. *F* omni inscriptione caret. ‖ — Lin. 1. δοῦκα] sic *d* et codex Politi; δούκαν *KY*, δουκᾶν cett. Forma δούκαν non caret exemplis, sed meliores scriptores δοῦκα dicere solent. V. Ducange s. v. δοῦξ. ‖ πανσεβασμίου σεβασμίου *l*. « Dignitas est hæc Sebasti Palatina. Nicephorus Cæsar Bryennus refert, hac dignitate a Nicephoro Botaniata imperatore donatos fuisse fratres duos Comnenos, Alexiam et Isaacium. Ac fortasse primo omnium tributa hæc dignitas fuit Alexio, de quo ita narrat Anna ejus filia : Ταῦτα μὲν ἔστω πλεονεκτήματα, καὶ πρὸ τοῦ θρόνου κατορθώματα τῷ Κομνηνῷ Ἀλεξίῳ, ὧν ἁπάντων γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τοῦ Σεβαστοῦ ἀξίαν, Σεβαστὸς ἀναρρηθεὶς ἐκ μέσης συγκλήτου. Nam prima quidem Sebasta a Constantino Monomacho renunciata multo ante fuerat pellex ei in primis clara Scleræna. Inde autem ex Sebasto, quod unius tantum imperatoris cognomen olim propriumque epitheton erat, varie hoc nomine conformato, ab Alexio illo Comneno, post adeptum imperium, plures excogitatæ sunt dignitates, Sebastocrator, Protosebastus, Panhypersebastus, teste Anna Comnena filia. » Politus. ‖ — 2. μεγάλου δρουγγαρίου sc. τῆς βίγλης; nam et alius fuit magnus drungarius τοῦ στόλου, monente Polito. ‖ — 3. καματηροῦ] sic *Y*; idem ex conj. scribi voluerunt Carolus du Fresne et Politus; Καματερεοῦ *cm* et codex Politi, καμάτηρος *D*, καματοροῦ *l*, καμάτορος cett.; μαΐστορος *Y*, supra scripto μαΐστωρος; μαϊστόρου *c*, μαΐστωρος cett.; τοῦ Διονυσίου *D*. « Est ille Andronicus Camaterus, Sebastus, Manuelisque Comneni imperatoris propinquus, memoratus Cinnamo cum iis clarissimis et perillustribus viris, quos Manuel imperator Antiochiam misit, ut sibi Mariam, Raimundi filiam, eximia puellam pulchritudine, desponderent : Ἐν οἷς καὶ Ἀνδρόνικος ἦν ὁ Καματηρὸς, ὃς τὴν ἔπαρχον τότε διεῖπεν ἀρχὴν, ἀνὴρ σεβαστότητι μὲν ἀξιωθεὶς, ξυγγενὴς δὲ βασιλεῖ καὶ αὐτὸς ὤν. Idem est Camaterus, a quo præfecto tunc urbis atque eparcho sese, tamquam rudem et imperitum, contemptui habitum graviter queritur atque indignatur Joannes Tzetzes : Τζέτζης δ' ὁ ἀρρητόρευτος, ὁ ἀμαθὴς ἐπάρχῳ Τῷ πανσεβάστῳ Καματηρῶν ἐκ γένους, et rursus : Ὧν βίβλος ὅλη γέγραπται τῶν λογισμῶν τῷ Τζέτζῃ, Ὃς ἀμαθὴς κηρύττεται τῷ σεβαστῷ ἐπάρχῳ. Videtur et idem esse Camaterus, Drungarius τῆς βίγλης, qui, tempore Manuelis Comneni, edito libro τῶν ἐπὶ ταῖς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γραφικαῖς χρήσεσιν ἐπιστασιῶν, detortis in pravum sensum suum divinarum litterarum testimoniis, conatus est demonstrare, μὴ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὑπάρχειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Politus. « Muneris Eustathiani rationem optime docet locus in corpore Juris Græco-Rom. p. 317 ab Holstenio prolatus : Τοῦ γὰρ σοφωτάτου ἐκείνου Εὐσταθίου τοῦ κατὰ Φλῶρον διακόνου ὄντος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ μαΐστορος τῶν ῥητόρων εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Λυκίων Μυρέων ψηφισθέντος καὶ καταδεξαμένου καὶ ἀσπασαμένου καὶ ἤδη καὶ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἑτοιμασθέντος, πρόσταγμα τοῦ μακαρίτου βασιλέως ἐκείνου (Μανουὴλ) πρὸς τὴν σύνοδον καταπεφοίτηκε, διακελευόμενον δέξασθαι ταύτην παραιτούμενον τὸν Εὐστάθιον, προσαγαγεῖν δὲ τοῦτον εἰς τὴν περίκλυτον τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν, ὡς τηνικάδε χηρεύουσαν. » Bernhardy. ‖ — 7. μακρῷ *Y*, μακρὰν *l* Rob. Steph.; ἀναβαλομένῳ *Y* Steph. ‖ — 8. ἤρασε *G*; ἐνστήσεσθαι *Ed*, ἐπιστήσασθαι *C*. Vid. Pindar. Olymp.

ἑαυτοῦ, καὶ τοίνυν ὅτι τε γλυκὺ μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθεν, ἐκεῖνος λέγει, καὶ τὴν καρδίαν ἀναπτύσσειν ἐθέλει, ὡς ἂν ἔχῃ ἀναγνῶναι πῇ τῆς ἐκείνου φρενὸς ὁ ἄνθρωπος γέγραπται, ᾧ τὰ τῆς ὀφειλῆς ὑπερέθετο. Ἐμοὶ δέ, ὦ πανσέβαστε, κάλλιστε καὶ σοφώτατε, εἰ καὶ ὀφείλειν ἐπῆλθε τὸν ἐν ὑποσχέσει λόγον, καὶ εἰς ἱκανὸν ἀναβάλλεσθαι τὰ τοῦ ὀφειλήματος, ἀλλ' οὔτι κατὰ πάθος λήθης· οὐχ οὕτως ἐγὼ κάρον πάσχω, οὐδ' ἀπονυστάζω πρὸς ἅπερ ἔχειν ἐχρῆν πολὺ τὸ νηφάλιον. Ἤ τίνος ἂν ἐπιστραφείην ἔτι, τὴν σὴν ἐν οὐδενὶ θέμενος βούλησιν, ὃς ὅλην ἐκτέθεικάς μοι τὴν ψυχήν, ὡς μηδὲν εἶναι ὅπερ ἂν ἐμοὶ βουλητὸν, ὃ μὴ καὶ σοὶ θελητόν; οὐ τοίνυν ἔπαθον λήθην ἐφ' οἷσπερ κατένευσα, οὐδὲ τὸ τῆς Λητοῦς χρῆμα καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἔσχεν Ἑρμοῦ τούτου καταχαυχήσασθαι, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ μάχην κρατῆσαι, καὶ τρόπαιον στήσασθαι, πάθος δέ τι κατασκῆπτον ἕτερον ἔξω τῶν ὑπεσχημένων ἔρριπτέ με, καὶ τὴν κατάνευσιν ἀνεσκεύαζεν. Ἐλογιζόμην γὰρ ὡς ἐν μικρῷ κείσεταί σοι τὸ πρᾶγμα καὶ οὐκ ἂν ἐμμερίμνως διατεθείης, ἐφ' οἷς ὁ λόγος ἦν ἡμῖν. Ἐνενόουν τὴν σὴν ἐν λόγοις ἐπίδοσιν, ἐλογιζόμην τὸ μεγαλοφυὲς, τὰς τῆς καρδίας ἀναβάσεις εἰς νοῦν ἀνῆγον. Καὶ τοίνυν τὴν οὕτως ἐπὶ τὰ μείζω ἐπέκτασιν συννοούμενος οὐκ εἶχον ἐμαυτὸν πείθειν, ὡς ἄρα μέλον ἔτι σοι ἔσται τοῦ λαληθέντος· οὐδὲ σὲ τὸν ἐν λόγοις ἤδη μάλα πλουτεῖν

debiti hujus sui, quod erat melos dulce et jucundum, sese ille in oblivionem venisse dicit, et cor explicatum sibi vult, legere ut possit, qua in parte mentis suæ sit ille homo inscriptus, cui rem debitam procrastinabat. Mihi vero, vir admodum venerande et optime atque sapientissime, tametsi in mentem venit, debere me tibi commentarium, quem pollicitus fueram, et hoc promissum meum in longum me satis tempus differre : tamen nihil mihi commissum est per oblivionem; non sic ego ex sopore laboro, neque dormito, ubi perquam vigilantem me esse oportet. Quo enim curam convertam, si pro nihilo habeam voluntatem tuam? Qui animi tui sententiam mihi totam patefecisti, ut nihil jam optandum mihi sit, quod non tibi etiam expetendum videatur. Non igitur oblivio me cepit promissorum, neque Latona habet, quod glorietur de nostro Mercurio, sese eum certamine vicisse, trophæumque de eo statuisse, sed aliud quiddam repente oblatum excidere me fecit promissis, pollicitationemque meam labefactavit. Reputabam enim, id tibi operis parvi esse futurum, neque te ea valde curaturum, de quibus collocuti fueramus. Cogitabam tuos in litteris progressus, reputabam tuam magnitudinem, animique incrementa in mentem reducebam. Itaque ad majora sic te contendere animadvertens, persuadere mihi non poteram, curæ adhuc tibi fore, de quo sermonem habueramus; neque te, qui magnis jam eruditionis divitiis

---

10 initio. ‖ — 3. ἔχῃ *CEHKYcdm*, ἔχοι *Da* aliique, ut vid.; πῃ *H*, ποι cett. codd.; πόθι apud Pindarum; ποῦ τ' ἐκείνου codex Politi. ‖ — 5. ὦ omis. *CDHY ay*; ὀφεῖλειν Bernh., ὀφλέσθαι *D*, ὄφλειν cett. codd. ‖ — 6. ἀναβαλέσθαι *l*. ‖ — 7. ὀφλήματος *CD HYaly*. ‖ — 9. ἤ τι ἂν *m*. ‖ — 10. ἔτι om. *U*; τὴν σὴν ἔτι *H*. ‖ — 11. ὃς] ὡς *d*; ὡς] sic *UYmyε*, καὶ cett. ‖ — 12. ὁ καὶ μὴ σοὶ *U*. ‖ — 13. παρακατένευσα *C*, τὸ om. *U*. ‖ — 15. κατακαυχ. *CMYclm* cod. Politi; καυχήσασθαι cett. codd. Ceterum de hoc loco ita habet H. Stephanus : « Ut in Λητοῦς mentione alludit ad vocem λήθην, qua modo usus erat, sic Ἑρμοῦ mentionem facere arbitror, quod de illo promisso, de quo nondum suam fidem liberarit, quasi de magno quodam ære alieno, quod interim possideat, loquatur. Quod tamen duriuscule dici mihi videri fateor, ideoque aliam hujus appellationis rationem excogitari velim. » Ad hæc Bernhardyus : « Vere reconditam ille loci obscuritatem animadvertit, neque tamen justam opem attulit, quam ne ipse quidem ab omni parte præstiterim. Ac lusum in vocibus λήθη et Λητώ Eustathium sibi indulsisse persuadet arguta illius observatio in Il. α, p. 22, 34 : Λητὼ δὲ ἡ νύξ, διὰ τὴν παρ' Εὐριπίδῃ (Or. 207) σοφὴν καὶ πότνιαν λήθην. Cf. in ξ', p. 989, 51. Ἑρμῆς autem literas et eruditam disciplinam ab eo numinis cultu, quo λόγιος dicebatur, significare debet : vide vel Eustath. et schol. ad Odyss. α, 38, et qui has ineptias clarissime disseruit, Tzetzes Exeg. Il. p. 71. » Quæ quum recte moneantur, explicari tamen locus noster nequit nisi cum Polito ei admoveris quæ de Latonæ Mercuriique certamine leguntur in Iliad. 20, 72 : Λητοῖ δ' ἀντέστη σῶκος, ἐριούνιος Ἑρμῆς, et in Iliad. 21, 498, ubi pugnam detrectans Mercurius dicit :

> Λητοῖ, ἐγὼ δέ τοι οὔτι μαχήσομαι, ...
> ἀλλὰ μάλα πρόφρασσα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
> εὔχεσθαι ἐμὲ νικῆσαι καρτερῇφι βιῇφιν.

Quod allegorice explicans scholiasta dicit : Ἑρμῆς δέ ἐστι ὁ λόγος, Λητὼ δὲ ἀμνημοσύνη, οἷον Ληθώ τις τῶν λόγων. Eustathius vero : Λητοῖ δέ, φησιν, ἀντέστη σῶκος, ἐριούνιος Ἑρμῆς· οἵπερ αὖθις ἠθικῶς ἐκλαμβάνονται, ὁ μὲν εἰς λήθην, ὁ δὲ εἰς λόγον μεταγόμενοι. Καὶ ὁμολογήσει Ἑρμῆς, ὅτι « ὦ Λητοῖ, ἐγὼ δέ τοι οὔτι μαχήσομαι· οὐ γὰρ δύναται λόγος λήθης κατακαυχήσασθαι· ἄμαχον γάρ τι χρῆμα ἡ λήθη. Ad hæc igitur alludens Eustathius dicit : haud fore ut Leto sive Oblivio etiam de eo de quo nunc agitur Mercurio λογίῳ, i. e. de sermone quem Eustathius promiserat, victoriam sese deportasse glorietur. ‖ — 23. κροτῆσαι *cy* et ex cod. Hudsoni. ‖ — 17. ἔρριπταί μοι *CHy*. ‖ — 18. μακρῷ *Hay*. margo *Y* ‖ — 20. ἦν ἡμῖν *DYay*; ἦν ἐμοὶ *C*, ἦν ἐν ἐμοὶ *H*, ἦν ἐν ἡμῖν cett.; ἐνενόουν om. *CHUy*. ‖ — 21. ἐλογιζόμην om. *Ul*. ‖ — 22. « τὰς τῆς καρδίας ἀναβάσεις singularis est formula, profecta forsan a citeriore vocis ἀναβαίνειν potestate, ut incrementum significetur. » Bernh. Petita locutio e libris sacris. Cf. Psalm. 83, 6 : Μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστιν ἡ ἀντίληψις αὐτοῦ παρὰ σοῦ, κύριε· ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο. ‖ — 22. ἀνοῖγον, supra scr. η, *C*; οὕτως *c*, οὕτω cett. ‖ — 23. μέλλον *DK*, μεῖζον *e* et cod. Hudsoni; ἔτι excidit in ed. Bernhard. ‖ — 25. ἤδη om. *C*.

ἀπαρξάμενον καὶ χρέως ἐνόμιζον τούτου [τοῦ] σμικροτάτου μεμνῆσθαι. Σὺ δὲ οὕτω λιχνεύεσθαι τὰ εἰς λόγους μεμάθηκας, ὡς μηδὲ τὰ βραχύτατα περιορᾶν κάτω που πίπτοντα, καὶ οὕτω σοι τοῦ τῆς σοφίας πλούτου ἔπεισι γλίχεσθαι, ὡς μηδὲ τὰ ἐν λόγοις οἷον ψήγματα παρατρέχειν, ὅσα μὴ πάνυ τιμᾶται πολλοῦ. Ἀμέλει καὶ ἡμῖν οὐ θέλεις ἀφιέναι, εἰ μὴ τὸ ὀφειλόμενον ἀποδώσομεν, οὐδὲ χρεωκοπίαν ἡμῖν ψηφίζῃ, ἀνελίξας δὲ σου τὸ τῆς ψυχῆς λογοθέσιον, καὶ ἡμᾶς ἐγγράπτους ὀφειλέτας ἐφευρηκὼς βαρὺς ἐμπίπτεις, καὶ μικροῦ καὶ ἄγχεις, καὶ οὐκ ἀνήσειν φῂς, εἰ μὴ τὸ δέον ἀποτίσομεν, καίτοι βραχὺ ἐκεῖνο καὶ μικροῦ τινος τιμώμενον, καὶ ὅπερ ἂν ἀφεθὲν οὐ πάνυ τι τὸν μὴ λαβόντα λελύπηκε. Σὺ δέ που καὶ τόκου ζήτησιν ἡμῖν ἐπιγράφεις, καὶ οὕτω γίνῃ τοῦ πλείονος. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁ γλυκὺς ἐκεῖνος λυρικὸς εἶχε ποιεῖν, ὃς ἐν λόγοις παμπλούσιος ὢν, εἶτα δὴ καὶ ὀφειλέτης εἶναι μαθὼν, ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ καὶ τόκον ἡδέως προσκατετίθετο, καὶ τὸν ὀφειλόμενον λόγον ἀποδιδοὺς προσαπεδίδου καί τινα ἐπιθήκην, καὶ ταύτην τόκον ὠνόμαζεν. Ἡμῖν δὲ οὐ πάνυ ἐν εὐχερεῖ τὸ τοιοῦτον ἔσται, οὐ γὰρ κατ' ἐκεῖνον ἡ τοῦ λόγου χρυσῖτις καὶ ἡμῖν τὰς φλέβας εἰς δαψίλειαν ὑπήνοιξε μεταλλείας ῥητορικῆς, ἀλλὰ πάνυ τι τὰ ἐς λόγους πενόμεθα. Ἀγαπητὸν οὖν, εἰ καὶ τὸ ἀρχαῖον τῆς ὀφειλῆς ἀποτῖσαι ἡμῖν ἐγγενήσεται. Τοίνυν ἔχεις ἰδοὺ, σοφωτάτη καὶ σεβασμία μοι κεφαλὴ, εἰ μὲν τό σοι ποθούμενον οὐχ ἔχω εἰπεῖν (ὅτι μηδὲ περιαυτολογεῖν δεῖ), τὸ χρέος δ' οὖν, ὅπερ αὐτὸς μὲν ἤδη πολλάκις ἀπῄτησας, ἡμεῖς δὲ ἄρτι καταβαλλόμεθα. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι πολλοῖς τισι τὸ πρᾶγμα, διὰ τὸ μὴ μεγαλεῖον εἶναί τι, οὐ πάντη δόξει εὐέντευκτον. Οὐκ ὀλίγοι γὰρ οἱ τὰ τοιαῦτα γαῦροι καὶ στρυφνοὶ καὶ μεγαλοπρεπεῖς, ἀλλ' ἐμοὶ τὰ τῆς ψήφου ἑτέρως πίπτουσι. Κρίνω γὰρ εἶναι δέον ἕκαστον ἐπιταχθέντα πρᾶγμά τι καλῶς ἐκεῖνο διαχειρίζεσθαι, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἔχοι ῥᾳδίως ψέγεσθαι, κἂν μέγα τι τυγχάνῃ, κἂν μικρὸν ᾖ· καὶ τὸν τυχόντα τοῦ τοιούτου καλοῦ καὶ τὸ ταχθὲν

affluere cœperas, existimabam, etiam debiti hujus minimi meminisse. Tu vero ita ligurire ea didicisti, quæ ad liberales disciplinas pertinent, ut ne maxime exigua quidem perire patiaris; et tam cupidus te sapientiæ amor subiit, ut ne ramenta quidem eruditionis prætermittas, quæ non magno in pretio habentur. Certe quidem non vis debitum nobis remittere, nisi id retribuamus; neque novas nobis tabulas decernis, sed tabulis rationum, quæ in animo tuo sunt repositæ, explicatis, quum in eas nomina nostra relata repereris, gravis invadis, ac propemodum etiam suffocas, neque tete dimissurum nos affirmas, nisi debitum persolverimus,tametsi exiguum sit, modicæque æstimationis, quod si remittatur, haud magno eum, qui illo privetur, incommodo affecerit. Tu vero adeo intentus es, ut fortassis usuræ etiam nobis actionem intendas. At enim id quidem dulcis ille lyricus facere poterat: qui, quum copiis omnibus eloquentiæ circumflueret, præterea vero ære sese alieno obstrictum esse cognosceret, usuram quoque ad sortem libenter adjecit; et, quum id quod debebat carmen redderet, cumulum etiam quendam accedere voluit, et hunc τόκον seu usuram appellavit. Nobis vero id non valde erit in promptu; non enim nobis quoque, pariter atque illi, eloquentiæ chrysitis ad metalli oratorii ubertatem aureas venas aperuit, sed summa eloquentiæ inopia laboramus. Boni igitur consulendum, si vel caput debitionis rependere nobis licuerit. Itaque ecce tibi habes, sapientissimum ac venerandum mihi caput, si non habeo dicere quod tibi in optatis sit, nisi memet ipse gloriosius efferam, at debitum certe, quod quum tute jam sæpe repetieris, nos nunc tandem persolvimus. Ac scio equidem, id operis propterea quod longe a magnificentia abest, plerisque non satis dignum visum iri, quod legatur. Neque enim pauci in talibus arrogantes et fastidiosi atque magnifici, sed mihi secus suffragia feruntur. Namque ego judico, unumquemque, cui quid muneris committatur, recte illud pertractare oportere, itaque administrare, ut non facile reprehendi possit, sive magnum illud sit, sive parvum; et, qui id boni est

‖ — 1. ἀρξάμενον *y*; χρέους *Ydy*; τοῦ inserui, monente Bernhardyo; ἐνόμιζον τούτου σμικρότητα, μεμνῆσθαι habes in margine *Y*. ‖ —2. μεμνήσεσθαι *YDa*, nescio an recte; νομίζεσθαι *CHU*; σὺ δὲ, quod habent *CDHUacl my*, omis. cett. ‖ —4. οὕτω λ. τε εἰς λόγ. *K*; ἐς *CHY*. ‖ —4. καπουπίπτοντα *C*. ‖—5. πλούτου] λόγου *Y*. ‖—7. καὶ σοῦ ἡμῖν *C*, ubi σοῦ fort. ex lin. 18. huc translatum est. ‖ — 8. χρεωκοπ. *CKYdmy*, χρεοκοπ. vulgo ἡμῖν et σου omisit *C*, et deinde ac sane utraque voce carere possis. ‖ — 10. ἐγγράφους *CH*, et deinde ἐπιπίπτεις *CDHYa me*. ‖ — 11. ἀνήσει *d*. ‖ —13. ἂν abesse velit Bernh. που. ‖ —14. quod habent *CDHUacy*, om. cett. ‖— 15. γίνῃ] τίμῃ cod. Politi; γλίχῃ conj. Stephanus. Confert Bernhardyus Demosth. in Pantæn. p. 982: μήτε συγγνώμης μήτ' ἄλλου μηδενός εἰσιν ἢ τοῦ πλείονος. ‖ — 16. ἐκεῖνος λυρικὸς *CHUy*, λυρικὸς ἐκεῖνος *DYaclm*; ἐκεῖνος om. cett. ‖ 18. τόκου *d*. ‖ — 19. ὠφειλημένον *Da*, ὀφειλημένον *y*, ὠφειλόμενον *CKYd*; προσεπεδίδου *CH*; τινα] τινος *K*. ‖ — 21. ἐν εὐχερεῖ omisit codex *C*, spatium verborum vacuum habens. ‖ — 22. ἐκεῖνον ἢ *DUaey* codd. Politi et Hudsoni, quod in plurimis abiit in ἐκεῖνό μοι, nisi quod hinc ortum ἐκεῖνον μοι habes in *Hdlm*; ἐκεῖνο ἢ *C*; χρυσῖτις] χρήσει τις *K*, χρήσειτις *U*, χρυσίτης *Y*, χρυσή τις *E*. ‖ — 23. τι om. codd. præter *CHUacy*. Deinde in codice *D* lacuna est, quæ pertinet usque ad p. 204, 5. ‖ — 25. ὑποτῖσαι *c*. ‖ — 26. ἰδοὺ σεβασμία μοι καὶ σοφωτάτη κεφαλὴ *H*; σοφώτατε *ly*. ‖ — 27. περὶ ἀντιλογεῖν, et in marg. περὶ αὐτολογεῖν, *d*. ‖ — 28. δεῖ (non δεῖν) ex *C* additum; ἤδη om. *Hy*, ἤδη πολλάκις om. *C*, qui pro ἀπῄτησας habet ᾔτησας ἀπῄτησας. In *Y* margo: ἐν ἄλλῳ· ὅπερ αὐτὸς πολλάκις μὲν. ‖ — 31. οὐ πάνυ δόξει *YUam*. ‖ — 33. ἑτεροίως *l*. ‖ — 34. πράγματι *HYdy*; διαχορίζεσθαι *d*. ‖ —35. ῥᾳδ. καὶ ψεγ. *C*. ‖ — 36. τι, quod habent *Cacy*, om. cett.; τυγχάνῃ *C*, τυγχάνοι cett., sicut deinceps pro ᾖ codices habent εἴη. ‖ —

δεόντως ἐπιτελέσαντα, τοῦτον ἐγὼ τὸν ἄνδρα καὶ δεινὸν ἂν καὶ σπουδαῖον καὶ δεξιὸν καλέσαιμι, παίζων τε, ὅ φασι, καὶ σπουδάζων.

Οἶδας οὖν καὶ αὐτὸς ὅπως ἐπιτάξας ἔσχες τὰ κάλλιστα τῆς τοῦ Διονυσίου περιηγήσεως ἀπανθίσαι σοι, ὅσα συντελεῖν ἔχει πρός τε ἄλλην γνῶσιν, καὶ πρὸς ἀνάπτυξιν δέουσαν, καὶ πρὸς ῥητορείαν γραφῆς, καὶ πρὸς ἐμπειρίας συναγωγήν, προσερανίσασθαι δὲ τοῖς ἐκείνου καὶ εἴτι που ἄλλο προσεπιτεθῆναι χρεών, διὰ τὸ τοῦ Διονυσίου πάνυ ἐπελευστικὸν καὶ ἐν στενῷ περιηγήσεως κείμενον. Τοῦτο δὴ καὶ πεποιήκαμεν κατὰ τό σοι θυμῆρες, πᾶν μὲν ὅσον οὐκ αὐτόθεν χρηστὸν προχειρίζεσθαι ἀφέντες παρὰ τῷ τοῦ Διονυσίου βιβλίῳ κεῖσθαι ἀργὸν καὶ ἀπόθετον, ἅπαν δὲ οἷον ἀγαθὸν εἰς χρῆσιν εἶναι τοῖς καταλογάδην ἐπιβάλλουσι τῇ γραφῇ ἢ καὶ ἄλλως τοῖς τοῦ Διονυσίου ζηλωταῖς, ἀνακινήσαντες καὶ φιλοκάλως ἐπιλεξάμενοι καὶ οὕτω σοφίας ἐκεῖθέν σοι κρατῆρα κερασάμενοι, κατηρτισμένον οἴνῳ γυμνῷ στεμφύλων τε καλύμματος καὶ γιγάρτων τραχύτητος. Ἤδη δὲ καὶ μυελὸν ὥσπερ σοφιστικόν σοι τοῦτον παρατιθέαμεν, ὀστῶδες ἅπαν ποιητικῆς σκληρότητος ὀστρακίσαντες, ὡς ἂν τοῦτόν γε τὸν τρόπον τῷ ποιητικῷ ἐνάμιλλοι φαινοίμεθα Χείρωνι, ὃς μυελοῖς ἐξέτρεφε τὸν τῆς Θέτιδος· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ πολλῷ βέλτιον ἐκείνου πράττοιμεν ἄν, οὔτε θηρίων ἀναλεγόμενοι μυελοὺς καὶ οὐδὲ Ἀχιλλεῖ παρατιθέντες αὐτούς, μειρακίῳ Θετταλῷ, πολλῷ τὴν ὠκύτητα τῶν ποδῶν, ὃ δὴ κἂν ὁ τυχὼν καὶ πολὺς ἔχοι ἄνθρωπος, ἀνδρὶ δὲ τὰ πάντα καλῷ καὶ ὡς ὄντως ὀλβίῳ, βασιλικῷ τὴν τοῦ γένους φύην, μεγαλοφυεῖ τὴν ψυχήν, λογίῳ τὴν ἐπιτήδευσιν, λαμπρῷ τὴν σωματικὴν ἀναδρομήν, καὶ ἰδεῖν μὲν Χαρίτων ἀγάλματι, τὰ δ' ἐντὸς ὁποῖον ἄν τις τὸν ἀληθῆ καταγράψειεν ἄνθρωπον.

Τοῦτο τοίνυν οὕτω ποιοῦντες, καθάπερ ἐστὶ βουλομένῳ σοι, πᾶν εἴ τι νόστιμον τῆς τοῦ Διονυσίου ποιήσεως, εἰς φιλοτήσιον βρῶμα συσκευάζομεν, προσεπιτιθέαμεν δέ τι καὶ ἥδυσμα ἑτέρωθεν διακονησάμενοι,

assecutus, quique injunctum sibi munus pro dignitate effecit, hunc ego hominem solertem et probum et dextrum et joco, quod ajunt, et serio, vocaverim.

Novisti igitur et ipse, tete mihi præcepisse ut optima periegeseos Dionysii, quæcunque nimirum tum ad reliquam cognitionem conferre aliquid possent, tum ad explicationem opportunam, tum ad phrasin scriptionis, tum ad experientiæ copiam, ea tibi, veluti quosdam flores, decerperem; utque, si quid forte aliud adjici oporteret, ad illius symbolas contribuerem, quoniam transcursu admodum brevi utitur Dionysius, et periegeseos angustiis coercito. Id igitur nos præstare studuimus pro tua animi tui voluntate; atque omne quidem, quod non per se utile esset ad tractandum, manere in Dionysii libro sivimus otiosum atque neglectum; quodcunque vero usui esse posset iis, qui prosa sese oratione ad scribendum applicant, aut etiam aliter Dionysii æmulatione ducuntur, id totum commovimus, studioseque delegimus, et sic inde tibi sapientiæ craterem vino puro atque a flocium folliculo vinaceorumque asperitate purgato expletum miscuimus. Jam vero etiam veluti medullam quandam eruditionis tibi apponimus, quum, quidquid osseum poeticæ duritiei erat, tanquam ostracismo, relegaverimus: ita ut hac certe ratione cum poetico illo Chirone comparandi videamur, qui Thetidis filium medullis enutrivit; immo multo nos meliore conditione quam ille usi fuerimus, quippe qui neque ferarum medullas colligamus, neque eas Achilli apponamus, Thessalo illi adolescentulo, ab eximia pedum velocitate celebrato, quæ utique laus gregario cuique et de vulgo homini obtigerit, sed viro omnibus numeris absoluto planeque beato, ex regia stirpe orto, animi magnitudine doctrinæque studiis præstanti, vegeta corporis proceritate spectabili, aspectu simulacro cuidam Gratiarum, intus vero, qualem quis perfectum hominem descripserit.

Id igitur quum ita nos, quemadmodum tua voluntas est, faciamus, si quid dulce est Dionysianæ poeseos, totum id in edulium amicitiæ apparamus; quin et præterea suave quoddam condimentum adjicimus,

---

2. ἂν] *HYaclmy*, αὐτὸν cett.; καὶ σπουδαῖον om. *Y*. ‖ — 4. ἐπιτεύξας *Y*; τά τε καλλ. *CAUYay*. ‖ — 5. ἀπανθίσας *C*. ‖ — 7. ῥητορίαν *Y*. ‖ — 8. προσερραν. *DK*; δὲ om. *Y*, sed ex alio cod. margini appositum. ‖ — 10. τοῦ om. *C*; deinde πάνυ om. *d*. ‖ — 11. δὴ *CHUay*, δὲ *K*; dein καὶ om. *M*; οὐ pro καὶ habet *Y*. ‖ — 12. μὲν] μὲν οὖν *CH*. ‖ — 13. τοῦ habent *CDY cy*, om. cett. ‖ — 14. δὲ om. *d*; καὶ ante οἷον codd. præter *CDHay*; ἅπαν καὶ οἷον *K*. ‖ — 17. ἐπιδεξάμενοι *y*. ‖ — 18. σοι om. *C*; fort. recte; σοι ἐκεῖθεν *U*; σοφίας κρατῆρα ἐκεῖθεν σοι *H*; deinde κατηρτυσμένον *l*. κατηρτυμένον conjecit Bernhardyus, addens tamen vulgato favere Eustathium ad 689 et Dioscoridem VI init., ubi τὰ κατηρτισμένα τῶν ἐδεσμάτων. Dein καὶ λείματος pro καλύμματος codex *c*. ‖ — 19. γιγάντων *d*. ‖ — 21. σκληρότ.] τραχύτητος *C*; ἐξοστρακίσαντες mavult Bernhardyus, absque causa idonea. Idem pro μᾶλλον mavult καλλίον. ‖ — 24. καὶ πολὺ ἐκείνου βέλτιον *C*; ἂν om. *GKY*. ‖ — 26. καὶ om. *Y*, idque abesse malis. παρατεθέντες πολλῷ τὴν ὠκύτητα Bernhardyus veretur ut probæ græcitatis usus admiserit. Cf. Dionysius A. Rom. 2, 42 : ῥώμην τε σώματος πολὺς ἀνήρ. ‖ — 28. κἂν om. *d*; ἔχοι om. *KUd*. ‖ — 30. Post ψυχήν *CDHy* et margo *Ulm* addunt σοφῷ τὴν τέχνην, qua glossa explicatur quod sequitur λογίῳ τὴν ἐπιτήδευσιν. ‖ — 32. ἀναδρομήν] ἀνοικοδομήν *c* et cod. Huds, ἀρετήν *my*. ‖ — 34. τὰ *CDYacmy*, τὸ *K* et cett., ut videtur. ‖ — 6. τοῦτό τε οὖν codd.; « quod quamvis ad seqq. προσεπιτιθέαμεν δὲ possit referri, maluerim tamen τοῦτο τοίνυν. » Bernhardyus; καθά ἐστι *C*. ‖ — 35. νόστιμα *C*. ποιήσεως] περιηγήσεως *lm*. ‖ — 36. σκευάζομεν *CEHYay*; δὲ ὄντι καὶ *C*. ‖ — 37. καὶ εἰκὸς εἴ τι ἕτερον

καὶ εἰς ὅσον ἦν δέον ἐπιλεξάμενοι πρός τε συμμετρίαν καὶ ὡς ἦν εὔκαιρον. Καὶ οὕτω τὴν βρῶσιν ταύτην ἐπιπλέον ἀγλαΐζομεν, ἀρτύοντες καὶ ταῖς πολλαχόθεν καρυκείαις ἐπικοσμοῦντες, ὡς ἂν μὴ πάντη γλίσχρον ἡμῖν εἴη τὸ τῆς δεξιώσεως, οὐδὲν προστιθέντες ἀπηρτημένον, καὶ οἷον μὴ τῆς τοῦ Διονυσίου περιηγήσεως ἔχεσθαι· ἦ γὰρ ἂν ἦν τὸ πρᾶγμα περίεργον καὶ φιλοτιμία κενὴ καὶ φαύλη δοξοσοφία καὶ μακρᾶς τινος γεωγραφίας ὑπόκρισίς τε καὶ νόθευσις· αὐτοῖς δὲ τοῖς τοῦ Διονυσίου ἐμμένοντες, καὶ τὰ μὲν ὡς ἐν παραφράσεως λόγῳ μεταποιοῦντες, καὶ οὕτως ἀναπτύσσοντες, τὰ δὲ καὶ αὐτοῖς ἔπεσιν ἐξαγγέλλοντες, εἴ που δέ τι καὶ προσεπιτεθεῖσθαι χρὴ, ἐπιτιθέντες καὶ αὐτὸ, καὶ οὕτω τὸ λεπτὸν τῆς ἱστορίας ὡς οἷον εἰπεῖν συμμέτρως παχύνοντες καὶ τὸ μικρὸν ὑποκείμενον ἠρέμα μεγεθύνοντες.

Οὔκουν περιφρονητέον πάντη τὸ καταπραχθὲν, εἴπερ ἐντελῶς τὸ ἐπιταχθὲν πεπεράτωται. Διά τοι τοῦτο θαρρεῖν ἔπεισί μοι, ὡς οὐκ ἂν ἀποφώλιον τῷ πανσεβάστῳ σου ὕψει τουτὶ τὸ πρᾶγμα πεσεῖται, ὅτι τε κατὰ τὸ ποθούμενόν σοι τετέλεσται, καὶ ὅτι ὁ τὸν Διονύσιον φιλῶν ἔχοι ἂν ὁμοίως καὶ περὶ αὐτὸ διατίθεσθαι. Καλὸς μὲν γὰρ ὁ Διονύσιος καὶ γλυκὺς ᾄδειν, καὶ φράζειν γοργὸς, καὶ παντοῖος τὴν ἱστορίαν, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων ἰδὼν ἄστεα, καὶ νόον γνοὺς ὀφθαλμῷ καὶ διδασκαλίᾳ Μουσῶν. Οὗτος δὲ ὁ καθ' ἡμᾶς ὑπομνηματισμὸς τῷ τοιούτῳ Διονυσίῳ συμπράττει πρὸς ἅπερ ἀκροατὴς φιλολόγος ἀκούειν γλίχεται. Εἴτε γὰρ τελεωτέροις ὁ Διονύσιος ὁμιληταῖς ἐπιτροχάδην ἐλάλησέ ποτε, πρὸς ἀνάμνησιν ὁ λόγος οὗτος ἐπεξεργάζεται πλατύνων τὰ καίρια, διὰ τὴν ἄρτι τῶν εἰσαγομένων ἁπλότητα· εἴτε καὶ ἄλλως ἐκεῖνος πρὸς εἰσαγομένους λέγει· ἀλλὰ τὸ παρὸν ὑπόμνημα διὰ τοὺς φιλακροάμονας πλείω λαλεῖ· καὶ οὐκ ἀναπληροῖ μὲν ὡς ἀτελῆ εἰπόντα τὸν Διονύσιον, οἷς δὲ ἐκεῖνος ἐχρήσατο, πλατυκώτερον ἐπεξέρχεται, ὡς πρέπει λόγῳ πεζῷ, καὶ ὡς οἷον εἰπεῖν ἐκμυζῶν τῆς ἐκείνου ἱστορίας ἅπαν εἴ τι νόστιμον προσεπιλιπαίνει ἄλλως αὐτὴν, καὶ τὸ λεχθὲν ἰσχνῶς ἐξάγει περιττότερον, καὶ τὸ τοῦ ἀκροατοῦ λίχνον ἐκθεραπεύει, καὶ τὸ πολὺ δὲ τοῦ πόνου παραιρεῖται, ὡς ἂν ἅπερ ἑτέρωθέν ποθεν ἔμελλεν ἀναλέγεσθαι ὁ ἀκροώμενος ἀπονητὶ ἐντεῦθεν ἔχοι κτᾶσθαι κατά τινα ὑπομνηματισμόν, ὅσα γε ἥκει πρὸς τὸ μέτριον, ἤδη δέ που καὶ εἰς τὸ

quod et aliunde administramus et, quantum opus est, tum ad congruentiam, tum pro loci opportunitate deligimus. Itaque has istas epulas multo splendidiores reddimus, conditas a nobis, multisque exquisitis scitamentis adornatas : adeo ut haud parce convivas excipiamus; nihil tamen adponimus minime aptum et a Dionysii periegesi alienum (esset enim res supervacanea vanaque ambitio scientiæque frivola opinio et longæ cujusdam geographiæ simulatio simul atque adulteratio); sed in verbis ipsis Dionysii immoramur; et alia quidem, in modum veluti paraphrasis, commutamus, itaque explicamus; alia vero verbis ipsius enuntiamus; et, si quid adjici oporteat, id quoque adjicimus; itaque tenuem ipsam narrationem, moderate crassam, pæne dixerim, reddimus, argumentumque operis, quod est exiguum, aliquantum amplificamus.

exscripsit Eudocia in Viol. p. 112 sqq. || — 24. τὸ add. ex *d*. || — 1. τὸ ante βοσκ. om. *DKY*; τι om. *CF*. || — 2. νήϊδες παρὰ τὸ νη στερητικὸν καὶ τὸ εἰδέναι ἤγουν ἀνεπιστήμονες *MU*, quod recepit Bernh., qui præterea cum *Ed* post v. στερητικὸν inseruit μόριον. || — 3. ἀπευθέες] ἀπευθεῖς *U*, ἀπαθεῖς *EFd*; ἀμαθεῖς καὶ μὴ ἀκούσ. *FM*; ἀπευθέες, ἀμαθεῖς, ἀντὶ τοῦ ἀκούσαντες *C*; Bernhardyus dedit: ἀπευθέες, μὴ ἀκούσαντες, ἀντὶ τοῦ ἀμαθεῖς. || — 4. καὶ ante ἐπὶ codd., exc. *CU*. || — 8. ἥμερον] ἡμέτερον *L*. || — 12. ἢ τοὺς... νεμομένους om. *CDLy*. || — 14. Μασουλεῖς] Steph. Μασύλιοι... Πολύβιος ἐν τῷ ζ' Μασυλεῖς (Μασσουλεῖς cod. Voss.) αὐτούς φησι. || — 15. Vulgo ante Λιβύης legitur ἐστι, quod om. *CDFKLMUY*. || — 20. διὸ om. *C*; ἀναλαμβ. *C*. || — 21. αὐτὰρ *CFy*. || — 22. Φοινίκων om. *C*. || — 24. παρὰ] ἐπὶ *C*; ἐπανάληψις παρὰ τούτῳ *L*. || — 25. τὴν Καρχηδόνα *U*. || — 26. ἀνελήφθη πάλιν ἡ Κορ. *U*. Verbo ἀνελήφθη, quod alio verbo interpretatur Eustathius, utitur Strabo p. 833, ex quo nostra hæc petita sunt. || — 27. τοῦ λεγομένου *CDFLd*. || — 29. καὶ om. *C* et Bernh., post ὅτι habent *EU*. || — 31. ταύτην om. *F*, αὐτὴν *d*; καλεῖ Ταρσὸν προκαθ. *d*; δηλοῖ pro καλεῖ habet *F*. Deinde ἡ δὲ... τοιαύτη ἐστὶ om. *F*. || — 34. καὶ om. *F*; Ἔλισσα *FY*. || — 35. Ἄννα] Ἄδα *FU*, Ἄδνα *EdY*, quorum *Y* supra ν literam addit ρ literam; Ἄδρα *CDLy*; Ἄϊνα *M*; Ἀδ.. *N*. Dein Συγγαίῳ

προσλαβομένη τινὰς τῶν Τυρίων, συναραμένη δὲ καὶ τὰ χρήματα ἔρχεται ἐπὶ Λιβύην. Τοῦ δὲ Νομάδων καὶ Μαζίκων βασιλέως Ἰάρβαντος ἐκβάλλοντος αὐτὴν, ἠξίου ἡ γυνὴ χῶρον αὐτῇ τιμῆς ἀποδόσθαι ὅσον ἂν ῥινὸς, ἤγουν βύρσα, ἐπιλάβοι βούς. Τυχοῦσα δὲ τοῦ ἀξιώματος διὰ τὸ δόξαι μικρὰ αἰτῆσαι, λαμβάνει βύρσαν, καὶ κατατεμοῦσα εἰς λεπτὰ καὶ τὸν λεπτοτομηθέντα ἱμάντα ἐπεκτείνασα ἐσχε τὴν κύκλῳ ἐμπεριληφθεῖσαν γῆν τῷ ἱμάντι, εἰς μῆκός τε καὶ εἰς πλάτος πολὺν ὅρον τῇ πόλει τῷ τοιούτῳ σοφίσματι περιγράψασα. Καὶ οὕτως ἡ Καρχηδὼν Φοινίκων ἀνέκαθεν οὖσα τῶν μετὰ τῆς Διδοῦς νῦν Λιβύων ἐστί. Διδὼ δὲ ἐκάλεσαν οἱ πλεονεκτηθέντες τὴν τοιαύτην γυναῖκα ἐπιχωρίῳ φωνῇ, ὡς ἂν εἴποι τις ἀνδροφόνον, διαβάλλοντες ἐκείνην ὡς δῆθεν αἰτίαν ἔχουσαν τοῦ ἀνδροφονῆσαι διὰ τὸν ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ φόνον. Ἡ δὲ τῆς πόλεως ἀκρόπολις διὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἱστορίαν τῆς βοὸς Βύρσα ἐκλήθη τὸ παλαιόν. Φασὶ δὲ καὶ ὅτι ὁ ῥηθεὶς Ἰάρβας τὴν πόλιν μετὰ τὴν κτίσιν καθάρας ἐκάλεσε τῇ Λιβύων φωνῇ Καινὴν πόλιν, ὕστερον δὲ ἐκλήθη Καρχηδών. Ἄλλοι δὲ οὕτως ἱστοροῦσι· « Καρχηδὼν ἡ πόλις ἀπὸ Καρχηδόνος τινὸς, ἀνδρὸς Φοίνικος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καινὴ πόλις καὶ Καδμεία καὶ Κακκάβη, ὅπερ τῇ ἐγχωρίῳ διαλέκτῳ ἵππου δηλοῖ κεφαλήν. Ἐξ αὐτῆς φασι Κλειτόμαχον εἶναι τὸν Ἀκαδημαϊκὸν φιλόσοφον, τὸν καὶ Ἀσδρούβαν καλούμενον, ὃς ἠκροάσατο τοῦ σοφοῦ Καρνεάδου κη' ἐτῶν ἄνθρωπος ἐλθὼν Ἀθήναζε ἄμοιρος, φασὶ, καὶ τῶν πρώτων στοιχείων, καὶ ὅμως ὀξύτητι φύσεως καὶ ἄκρᾳ μελέτῃ εἰς πολὺ σοφίας ἐλλακώς. » Οἱ δὲ καὶ τοῦτο περὶ Καρχηδόνος φασὶν, ὡς ἄρα οἱ περὶ τὴν Ἔλισσαν, ἤγουν οἱ μετὰ τῆς Διδοῦς, ὀρύσσοντες εἰς πόλεως κτίσιν, καὶ βοὸς εὑρόντες κεφαλὴν, ἀπέσχοντο τοῦ ὀρύσσειν, οἷα ὀπτευσάμενοι μόχθους καὶ δουλείαν συνεχῆ, ὃ καὶ οἱ βόες πάσχουσιν. Ὀρύξαντες δὲ περί που φοίνικα πεφυτευμένον εὗρον κεφαλὴν ἵππου, καὶ συμβαλόντες σημαίνεσθαι σχολὴν αὐτοῖς καὶ παρ' ἄλλων δόσιν τροφῆς, καθὰ καὶ τοῖς ἵπποις, ἔκτισαν ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ τὴν Καρχηδόνα, καὶ ταῦτα πότιμον ὕδωρ μὴ ἔχοντι· καὶ τάχα διὰ τοῦτο καὶ Κακκάβη ἐκλήθη, ὡς ἀνωτέρω ἔκκειται.

ptis secum Tyriis quibusdam, pecuniisque secum ablatis, in Libyam trajecit. Sed rejiciente eam Iarbante, Numidarum et Mazicum rege, rogavit mulier tantum ut sibi agri pretio daret, quantum *corium* sive pellis bovis occupare posset. Qua re impetrata, quum parvi rem momenti postulasse visa esset, corium accepit, eoque minutatim dissecto, minutisque illis corrigiis extentis, regionem obtinuit loro illo comprehensam, eoque commento multum patentes in longitudinem latitudinemque fines urbi circumscripsit. Carthago igitur, quum ab origine Phœnicum fuerit, qui una cum Didone venerunt, nunc est Libyum. Hanc porro mulierem ii, qui circumventi fuerant, patria lingua Didonem vocarunt, perinde ac si quis interfectricem eam viri dixisset, illam calumniantes, tanquam si, ob cædem a fratre commissam, interfecti ipsa viri culpa teneretur. Arx autem hujus urbis, propter istam pellem bovis, Byrsa est antiquitus appellata. Narrant etiam Iarbantem eum, de quo diximus, quum, ædificata urbe, eam lustrasset, Afrorum lingua *Novam urbem* vocasse, sed postea *Carthaginem* esse nuncupatam. Alii vero (*ut Stephan. Byz.* v. Καρχηδών) ita narrant : « Carthago, a Carchedone quodam, homine Phœnice. Vocata est etiam Nova Urbs et Cadmea et Caccabe, quod patria indigenarum lingua caput equi significat. Ex ea fuisse aiunt Clitomachum, philosophum academicum, eundemque Asdrubalem vocatum, qui Carneadem philosophum audivit; quem quidem hominem, octo jam viginti natum annos, narrant, quum Athenas vel primorum elementorum expers venisset, tamen ingenii acumine summaque exercitatione in magnum philosophum evasisse. Illud præterea de Carthagine ab aliis proditum est, Elissæs ive Didûs comites, dum fundamenta urbis agerent, invento inter fodiendum capite bovis, a fodiendo destitisse, perinde quasi quæ mala boves tolerant, labores perpetuamque ipsi servitutem exspectassent; sed, quum alicubi circa palmam plantatam fodissent, invenisse eos caput equi, indeque conjectantes otium sibi laborumque vacationem portendi, et, quemadmodum equis, sic etiam sibi alimentum ab aliis suppeditatum iri, Carthaginem hoc isto in loco ædificasse, tametsi idem locus aquam ad bibendum idoneam non haberet. Qua etiam fortasse de causa Caccabe dicta est, ut modo exposuimus.

---

codd. ‖ — 3. Μεζίκων *l*; Μαζύων conj. Holstenius e Stephan. s. v. Μάζυες. At Μάζικες etiam ap. Ptolem. 6, 2, 19; *Mazices* ap. Ammian 29, 5, 17. ἐκβαλόντος *U.* ‖ — 4. τιμῇ *d.* ‖ — 5. ἤτοι *C*; βοὸς ἐπιλάβοι *U.* ‖ — 8. ἐπεκτείνουσα *Fm*; περιλ. *U.* ‖ — 9. καὶ πλάτος *FU.* ‖ — 11. Φοινίκης *U.* ‖ — 15. αἰτίαν ἔχ. om. *C.* ‖ — 20. φωνῇ om. *C.* Καίνην] Καρχὴν *L*, quod fortasse scribæ haud indocti conjecturæ debetur. Carchen, Ægypti filiam, quæ Carthaginem condiderit, memorat Tzetzes ad Lyc. 1206. Cf. Movers *Phœniz.* tom. 2, p. 138 sq., qui Eustathii vocem καθάρας perperam ita vertit quasi scriptum esset καθελών. ‖ — 23. καὶ Καδμεία καὶ Οἴνουσα καὶ Κακκάβη Steph. Byz. v. Καρχηδών. Deinde Κακάβη *FY*, Κάμβη et hoc loco et lin. 40 *ENd*; quæ varietas non videtur ad scribarum errorem referenda, quum eadem occurrat in nummis Sidoniis, qui inscriptionem habent hunc in modum interpretandam : *Sidoniorum. Metropolis Cambes* (*Caccabes* v. lect.), *Hipponis*, *Citii*, *Tyri*. Cujus inscriptionis sex exemplaria doctis innotuerunt, quorum quinque præbent *Cambe*, unum *Caccabe*. Vid. Moversium l. l. p. 134 et 143. ‖ — 26. τὸν om. *L*; καὶ om. *F.* ‖ — 28 et 30 φησι *C.* ‖ — 31. οἱ ante μετὰ om. *CDy.* ‖ — 33. ὀπτασάμενοι *ELd*; ὑποπτευσ. conj. Bernh. ‖ — 34. ὅπερ οἱ *L.* ‖ — 36. συμβαλόντες *Fy.* ‖ — 39. μὴ om. *C.* ‖ — 40. Κακάβη *Y*, Κάμβη *ENd*; ἔκκειται] εἴρηται

198. Ὅτι μετὰ τὴν Καρχηδόνα Σύρτις ἡ μικροτέρα, ἡ καὶ Λωτοφαγῖτις, μεθ' ἣν πρὸς αὐγὰς ἡλίου ἡ ἑτέρα ἔρχεται ἄσπετος, εὐρυτέραις βαρυνομένη προχοαῖς. Πολλὴ δὲ ἡ τῶν Σύρτεων χαλεπότης, ὡς φασιν οἱ παλαιοὶ, διὰ τὸ τεναγῶδες τοῦ βυθοῦ, καὶ ὅτι κατὰ τὰς ἐκεῖ ἀμπώτειάς τε καὶ πλημμυρίδας συμβαίνει, κατὰ τὸν Γεωγράφον, ἐμπίπτειν τοὺς παρατυχόντας εἰς τὰ βραχέα καὶ καθίζειν καὶ εἶναι σπάνιον τὸ σωζόμενον σκάφος. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Διονύσιος ἐμφαίνων φησίν « ἔνθα ἄλλοτε μὲν κορυσσομένης Τυρσηνίδος θαλάσσης πλημμυρὶς ἐγείρεται, ἄλλοτε δὲ ἄμπωτις ξηραῖς ἐπιτρέχει ψαμάθοις » εἰρηνοῦντος δηλονότι τοῦ πόντου, καὶ μὴ κορυσσομένου τοῖς κύμασι. Καὶ ἀνωτέρω δὲ ὁ αὐτὸς ἔφη περὶ τῆς μικρᾶς, ὅτι τηλόθεν ἐρχομένην δέχεται πλημμυρίδα πόντου. Τεναγώδης δὲ ὁ τόπος, ὡς ἐρρέθη, καὶ οὐκ ἀεὶ βαθεῖα θάλασσα, ἀλλὰ κατὰ καιρούς τινας πολὺ τοῦ ὕδατος ἐπισυρομένη· ὅθεν καὶ Σύρτις καλεῖται. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἐλάττων Σύρτις χιλίων ἑξακοσίων σταδίων, ὡς οἱ παλαιοί φασι, τὴν περίμετρον, τῆς δὲ μεγάλης ὁ κύκλος πεντακισχιλίων σταδίων. Τὸ δὲ πρὸ αὐτῶν πέλαγος Λιβυκὸν καλεῖται ἀποτελευτῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον. Ἄμπωτις δέ ἐστι ξηρασία καὶ ἀνάποσις ὕδατος περιοδικὴ, ἀνάπωτις οὖσά τις, καὶ ἐν συγκοπῇ ἄμπωτις. Πάθος δέ ἐστι γινόμενον πολλαχοῦ, οἷα τοῦ ἐπιπολάζοντος ὕδατος ἀπονοστοῦντος, καὶ ἐν τῷ οἷον ἀναπίνεσθαι ὑπὸ γῆν δυομένου κατὰ χρονικὰς περιόδους τινάς. Αἴτιον δέ φασι τοῦ πάθους τούτου πνεῦμα ὑπόγεων, ποτὲ μὲν ἐπιὸν, ποτὲ δὲ ἀπιὸν καὶ ὑπονοστοῦν, ὅτε τὸ ὕδωρ ἀνωθούμενον, εἶτα συγκαταδῦνον ποιεῖ τὴν ἄμπωτιν, ἥτις, ὡς ἐρρέθη, ἐκ τῆς ἀναπόσεως κέκληται, ὥσπερ αὖ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου ἡ πλημμύρα ὠνόμασται, ὡς ἀπὸ τοῦ πλῷ πλήσω τὸ ἀναπληρῶ, ἐξ οὗ καὶ ἡ πλήμη παρὰ τῷ Γεωγράφῳ, ἀφ' ἧς ἡ πλημμύρα παρῆχθαι δοκεῖ κατὰ παρωνυμίαν τινά. Τάχα δὲ ἀπὸ τῆς τοιαύτης πλήμης καὶ τὸ πλημμελεῖν ἐπί τε πλαδῶντος στομάχου λέγεται καὶ ἑτέρων σημασιῶν μεταφορικῶς.

205. Ὅτι μέση τῶν Σύρτεων ἡ Νέα πόλις, ἡ καὶ μικρὰ Λέπτις, ἧς ὑπὲρ αἷαν Λωτοφάγοι ναίουσι, φιλόξενοι ὄντες, περὶ ὧν ἐν Ὀδυσσείᾳ γέγραπται· ἔνθα ποτὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἦλθε πλανώμενος. Ἔστι δὲ καὶ

198. Post Carthaginem Syrtis Minor vel etiam Lotophagitis, post quam ad ortum solis altera sese offert, atque illa quidem immensa fluentisque amplioribus onerata. Magna est Syrtium difficultas, ut veteres aiunt, propter fundum palustrem et quod in maris fluxu et refluxu accidit, ut, quemadmodum Geographus dicit (*p.* 836), eo delati in brevia incidant ibique considant, raroque naves serventur. Idque Dionysius indicat illis verbis : « Ubi modo, Tyrrheno mari intumescente, inundatio excitatur, modo æstus reciprocatio siccas aridasque arenas percurrit, » tranquillo nimirum mari nullisque fluctibus concitato. Idemque de Syrti Minori supra dixerat : « Eminus undarum venientem suscipit æstum. » Limosus autem hic locus, ut dictum est, neque mare semper profundum, sed statis certisque quibusdam temporibus magnam vim aquarum attrahens, ἐπισυρομένη. Unde et *Syrtis* vocatur. Syrtis Minor ambitu patet, ut veteres (*Strab.* p. 835) dicunt, ad mille et sexcenta stadia; Syrtis vero Majoris circuitus est quinque millium stadiorum. Mare autem iis objectum vocatur Libycum, quod ad Ægyptum desinit. Ceterum ἄμπωτις est siccatio et periodica aquæ sorbitio, quasi sit ἀνάπωτις, et per syncopen ἄμπωτις. Id autem rei est quod multis in locis accidit, ut aqua in summo versans abeat, ac, dum veluti resorbetur statis temporibus, terram subeat. Causam vero hujus rei esse aiunt spiritum subterraneum, modo adventantem, modo abeuntem ac recedentem, quum aqua sursum versus impulsa, deinde una descendens atque demersa facit ἄμπωτιν, quæ, ut diximus, sic vocata est ἐκ τῆς ἀναπόσεως, quemadmodum rursus e contrario ἡ πλημμύρα sic nominata est tanquam a πλῶ, πλήσω, quod est ἀναπληρῶ, ex quo etiam ἡ πλήμη apud Geographum (*p.* 172 *et passim*), unde per denominationem quandam deducta esse videtur ἡ πλημμύρα. Fortasse ex hac ista πλήμῃ dicitur etiam πλημμυρεῖν, de stomacho nimiis humoribus diffluente, et in aliis etiam significationibus per metaphoram.

205. Media inter Syrtes Neapolis quæ et Leptis Parva (*immo* Magna), ultra cujus regionem Lotophagi habitant, homines hospitales, de quibus in Odyssea (ι', 64) diximus. Eo vagabundus Ulysses venit. In

---

C. ‖ — 1. τὴν om. *Udy*. ‖ — 2. ἡ καὶ] καὶ ἡ *d* Bernh.; ἐν ᾗ καὶ Λ. conjecerat Berkelius. Sed quemadmodum Scylax Syrtin minorem Καρκινῖτιν vocat, eodem jure etiam Λωτοφαγῖτις dici poterat. Accedit disertum Strabonis testimonium p. 835 : ἡ μικρὰ Σύρτις, ἣν καὶ Λωτοφαγῖτιν Σύρτιν λέγουσιν. ‖ — 4. Σύρτεων] τόπων *d*. ‖ — 14. καὶ ὁ αὐτὸς δὲ ἀνωτέρω *L*; δὲ ὁ αὐτὸς ἔ. π. τ. μικρᾶς om. *C*. ‖ — 18. καλεῖται om. *Ed*. ‖ — 21. πεντακισχιλίων] In Strabonis codd. p. 835 legitur ἐννακοσίων τριάκοντά που, in quo latet aut ,δϡλ' (4930), ut Bernhardyus censet, aut ,δϡ' (4900), ut ego in notis ad Strabon. conjeci. ‖ — 24. ἀνάπωτις *E*, ἀνάποτις *U*, ἀνάδοσις *C*, ἀνάπωσις *Fy*, ἀνάπωσις cett. ‖ — 25. ὑποπολάζ. *lm*; ἐπινοστ. *C*, ὑπονοστ. *FLYlm*, fort. recte. ‖ — 28. ὑπόγαιων *C*; ἀπιόν, ποτὲ δὲ ἐπιὸν *EFd*. ‖ — 31. κέκληται] γίνεται *C*. ‖ — 32. πλημύρα *Y*; ὠνόμασται ... ἀφ' ἧς ἡ πλημμύρα om. *C*. ‖ — 35. πλημύρα *KY*. ‖ — 36. πλημελεῖν *KUY*. ‖ — 37. πλάδοντος *Ed*; στόματος γίνεται *y*. ‖ — 38. καταφορικῶς *y*. ‖ — 39. Σύρων τε *Gy*; ἡ ἐννεάπολις *CDy*. — 40. μικρὰ] Deb. μεγάλη. ‖ — 42. φησὶ quod post ἦλθε *U*, post ποτὲ cett. ponunt, om. *C* et Bernh. ‖ —

περὶ Καμπανίαν Νέα πόλις διάσημος, ὡς ῥηθήσεται.

209. Ὅτι οἱ Νασαμῶνες, τὸ Λιβυκὸν ἔθνος, ἔκτινος βασιλεύσαντος τὴν ὁμωνυμίαν ἔσχον, ὃς Νασάμων βαρυτόνως ἐλέγετο, εἰ καὶ τὸ ἐθνικὸν τὸ ἀπ' αὐτοῦ ὀξύνεται, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἴσως τοῦ κυρίου ὀνόματος. Τούτους, φησὶ, Διὸς οὐκ ἀλέγοντας ἀπώλεσεν Αὐσονὶς αἰχμὴ, ἀδίκων χειρῶν κατάρξαντες. Ἀνεῖλον γὰρ δόλῳ Λέντουλον στρατηγόν τινα Ῥωμαίων, ἐκεῖ ἀφιγμένον. Διὸ καὶ ἠνδραποδίσθησαν ὑπὸ Ῥωμαίων. Οἱ δέ φασιν αὐτοὺς καταπολεμηθῆναι, ὅτε ὁ λεγόμενος ἐμφύλιος ἀνῆπτο πόλεμος, συναγωνιζομένους τῷ Κάτωνι κατὰ τοῦ Καίσαρος. Τὸν δὲ Νασάμωνα, οὗ τὸ ἔθνος ἐπώνυμον, Γαράμαντός τινος γενεαλογοῦσι, τοῦ καὶ Ἀμφιθέμιδος λεγομένου, ἀφ' οὗ καὶ τὸ Λιβυκὸν ἔθνος οἱ Γαράμαντες ἐκλήθησαν. Οἱ δὲ Νασαμῶνες ὅτε ἀποδημοῦσι, πτερὰ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ὀρθὰ ἔχουσιν, ὡς ὁ Δίων φησίν. Ἄλλοι δὲ καὶ πολυγύναικας τούτους ἱστοροῦσι, καὶ τὴν μῖξιν τῶν γυναικῶν ποιουμένους ἐπίκοινον. Μαντεύονται δὲ, φασὶν, ἀπὸ ἐνυπνίων, ἃ βλέπουσι φοιτῶντες εἰς τὰ τῶν προγόνων μνήματα. Τιμῶσι δὲ τοὺς ἐν αὐτοῖς δικαιοτάτους εἰς τοσοῦτον, ὥστε καὶ τεθνεῶτας ὀμνύουσιν αὐτοὺς τῶν τύμβων ἁπτόμενοι. Καθημένους δὲ, φασὶ, θάπτουσι τοὺς νεκρούς. Ἐσθίουσι δὲ ἀττελάβους, πρὸς ἥλιον ξηράναντες· εἶδος δὲ ἀκρίδος ὁ ἀττέλαβος.

211. Ὅτι μεσήπειροι κατὰ Λιβύην οἱ Ἀσβύσται τὸ ἔθνος, ἔνθα καὶ τὸ ὑμνούμενον Ἄμμωνος τοῦ Λιβυκοῦ θεοῦ τέμενος ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ. Καὶ τούτου τοῦ τόπου τὸ ἐθνικὸν Ἀμμώνιοι, παρ' οἷς λέγεται ἡ τοῦ ἡλίου εἶναι κρήνη, ἥτις ἐν ἑκάστῳ νυχθημέρῳ πολλὰς δέχεται τροπὰς, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, κατὰ τὸ ψύχεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι περιοδικῶς. Ἱστορεῖται δὲ τὰς μαντείας διὰ συμβόλων ἐν Ἄμμωνος γίνεσθαι, ἤτοι διὰ σχημάτων τινῶν καὶ κατανεύσεων καὶ ἀνανεύσεων. Τὸ δὲ ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ ἐτυμολογίας ἐστὶν ἀφορμὴ, ὡς παρὰ τὴν ἄμμον ἐτυμολογουμένου τοῦ Ἄμμωνος, ἣν πάνυ πολλὴν ὁ νότος τοῖς ἐκεῖ ἐπιφορεῖ. Οἱ δέ φασι τὸν ἐκεῖ Δία Ἄμμωνα κληθῆναι ἀπό τινος δμωνύμου ποιμένος, προκατάρξαντος τῆς τοῦ ἱεροῦ ἱδρύσεως. Εἴρηται δέ τι περὶ Ἄμμωνος καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου. Ἡρόδοτος δὲ, ταὐτὸν οἰόμενος εἰπεῖν Ἄμμωνα καὶ Δία, λέγει ὅτι κριοπρόσωπον τὸ τοῦ Διὸς ἦν αὐτόθι ἄγαλμα, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἔθνος Ἀμμώνιοι. Ἀμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι τὸν Δία καλοῦσι. Τῶν τις δὲ μεγάλων φιλοσόφων ἀμοῦν καὶ πατέρα εἰπεῖν ταὐτὸν εἶναι ἱ-

Campania quoque Neapolis, urbs insignis, ut dicetur.

209. Nasamones, gens Libyca, de rege quodam cognomine dicta, qui Νασάμων, voce barytono, vocabatur, tametsi, quod inde est, nomen gentile acuatur, ad differentiam fortasse nominis proprii. Hos, inquit, Jovis minus curantes, hasta perdidit Ausonia, quippe qui initium injuriæ fecissent; nam Lentulum (?) ducem quemdam Romanorum, qui eo venerat, dolo necarunt; quare etiam a Romanis redacti sunt in servitutem. Alii vero aiunt eos debellatos esse quo tempore bellum civile exarserat, quod arma pro Catone contra Cæsarem sumpsissent. Nasamones autem, a quo gens denominata, genus referunt ad Garamantem quemdam qui et Amphithemis est nuncupatus: a quo et Garamantes, gens Libyca, nomen acceperunt. Ceterum Nasamones quum peregre abeunt, alas in capite erectas nabent, ut testatur Dio (*Chrysost. or.* 71, *p.* 383 *R*). Alii (*Herod.* 4, 172,) vero hos tradunt multas uxores habere, mulierumque usum communem facere. Ferunt etiam eos ad majorum suorum monumenta profectos, ex visis ibi somniis vaticinari; iis autem, qui inter ipsos justitia maxime excellunt, tantum honoris tribuere, ut vel per eos demortuos, tactis eorum sepulcris, jurent. Quin etiam narrant mortuos ab iis sedentes sepulturæ mandari. Vescuntur attelabis ad solem exsiccatis. Locustæ genus attelabus.

211. Mediterranei in Libya Asbystæ, apud quam gentem multa sub arena est decantatum illud fanum Ammonis, dei Libyci. Et hujus quidem loci nomen gentile est Ammonii, apud quos fertur esse fons solis, qui quaternis et vicenis quibusque horis, quemadmodum ab Herodoto (4, 181) proditum est, frigescendo et calescendo per statas vices subinde mutatur. Traditum etiam est oracula in Ammonis dari solita per signa, nimirum per gestus quosdam et nutus ac renutus. Illud porro ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ argumento est etymologiæ, quum Ammon dicatur ab ἄμμῳ s. *arena*, cujus vim permagnam eo auster importat. Verum alii (*ut Pausan.* 2, 42) volunt Jovem, qui ibi colitur, vocatum fuisse Ammonem a pastore quodam cognomine, qui templi fundandi auctor exstiterit. Fit autem de Ammone nonnulla mentio etiam apud Pindarum (*Pyth.* 4, 28). Herodotus (2, 42), quum idem existimet Ammonem dicere et Jovem, fuisse ibi ait simulacrum Jovis facie arietina, a quo gens illa Ammonii; *Amun* enim vocari ab Ægyptiis Jovem. Unus vero quidam de magnis philosophis idem esse tradit *amun* dicere ac patrem.

---

5. διαστολὴν *CDLy*. ‖ — 8. δόξῳ *K*, δόξον, supra scr. λῳ *M*. In *F* δόλῳ, collocatur post v. Ῥωμαίων. Dein Λέντουλον ex incerta Langermanni conjectura recepit Bernhardyus, Ῥέντουλον *CYcy* Schol., Ῥασέντουλον *L*; om. vocem *EFKMN*. Reguli mentio latuerit. ‖ — 12. κατὰ] μετὰ *C*. ‖ — 14. Ἀμφίμεδος *Ed*. De re v. Agrœtas ap. Herodian. p. 32 ed. Lehrs; Movers. l.l. p. 375. 382. ‖ — 20. ἃ om. *C*. ‖ — 21. μνήματα om. *Ed*. Verba δικαιοτάτους ... αὐτοὺς om. *C*. ‖ — 24. ἀττελάφους et ἀττέλαφος *Ed*, ἀττεσλάβους et ἀττέσλαβος *K*. ‖ — 26. ἀσβέσται om. *Cy*. ‖ — 30. εἶναι om. *Cy*. ‖ — 32. ἱστορεῖται *Fclmy*, ἱστορεῖ cett.; δὲ καὶ τὰς *E* et vulgo ante Bernh. ‖ — 33. διὰ συμβ. om. *Ed*. ‖ — 34. τινῶν om. *d*; ἀναν. καὶ καταν. *MU*; καὶ ἀναν. om. *L*. ‖ — 43. Ἀμμοῦν *CDLUl*. ‖ — 45. ἀμμοῦν *CDYd* et correct. *E*. Deinde ἱστόρηται *CFy*, ἱστορεῖται cett. De re v. Arrian. 3, 3;

στορεῖ. Τὸ δὲ μαντεῖον λέγουσι Θηβαίαν γυναῖκα συστήσασθαι, ἱέρειαν τοῦ Θηβαίου Διός. Ἱστόρηται δὲ καὶ ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀκούσας Περσέα καὶ Ἡρακλέα εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι ἐφιλοδόξησεν ἀνελθεῖν καὶ αὐτὸς, καὶ ἐποίησεν οὕτω, κοράκων προηγησαμένων αὐτῷ εὐτυχῶς τῆς ὁδοῦ, καίτοι ἄλλως ἠφανισμένης τὰ σημεῖα τῇ ἐπιχύσει τῆς ἄμμου· ὅτε, φασὶ, καὶ ὁ τοῦ Ἄμμωνος ἱερεὺς ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν παιδίον παιδίος καλέσας βαρβαρικῶς τὸν Ἀλέξανδρον, ἔδοξεν, ὡς ἐν χρησμοῦ λοξότητι, ὦ παῖ Διός αὐτὸν προσειπεῖν, οὕτω τῶν ἐπιτρίπτων κολάκων ἐκλαβομένων τὸ βάρβαρον τῆς φωνῆς.

213. Ὅτι τὴν Κυρήνην εὔιππον λέγει, ἢ εὔπυργον κατὰ ἑτέραν γραφὴν, καὶ Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν, ἤτοι Λακώνων, ὡς ἀπὸ μέρους. Μερὶς γὰρ Λακώνων αἱ Ἀμύκλαι. Ἀποικία δέ ἐστιν ἡ Κυρήνη νησιωτῶν Θηραίων τῶν ἐκ Λακεδαίμονος ἀνέκαθεν μετοικησάντων. Ὁ Θήρας γὰρ ἐκεῖνος ὁ στείλας εἰς αὐτὴν ἀποικίαν Λάκων ἄνωθεν ἦν, ὡς καὶ Πίνδαρος ἱστορεῖ, ὁ καὶ εὔιππον εἶναι τὴν Κυρήνην μαρτυρῶν καὶ πολλαχοῦ ἐγκωμιάζων αὐτήν. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Πεντάπολις ἡ Κυρήνη, ἐξ ἧς καὶ ὁ ῥήτωρ Συνέσιος. Λέγεται δὲ ὅτι καὶ αὕτη, καθαιρεθείσης τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀνεκτίσθη. Ἐκλήθη δὲ Κυρήνη ἢ ἀπὸ Κυρήνης τῆς Ὑψέως θυγατρὸς κατὰ Πίνδαρον, ἢ ἀπὸ Κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίου. Λέγονται δέ ποτε οἱ Κυρηναῖοι καὶ περὶ ἰατρικὴν εὐτυχῆσαι, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ. Οὕτω δὲ εὐφορωτάτη ἐστὶν ἡ Κυρήνη, ὥστε ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας ἔχει τοὺς Κυρηναίους ἡ ὀπώρα. Ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις αὐτόθι λεγομένη Ἀπόλλωνος, καὶ τόπος αὐτόθι οὕτως εὐδαίμων, ὡς λόγον εἶναι ὅτι ἐνταῦθα οὐρανὸς τέτρηται.

214. Ὅτι τὸ ἔθνος οἱ Μαρμαρίδαι προνενεύκασιν Αἰγύπτου, ἤτοι πρὸ τῆς Αἰγύπτου τέτανται. Καλοῦνται δὲ οὕτως ἀπὸ Μαρμαρίδου τινὸς υἱοῦ Ἄραβος, καὶ ἡ χώρα αὐτῶν Μαρμαρική.

215. Ὅτι Γαιτοῦλοι ἔθνος μέγιστον Λιβυκόν. Τούτους Ἀρτεμίδωρος Γαιτουλίους λέγει. Ἡρωδιανὸς δὲ προπαροξύνει, λέγων ὅτι τὰ εἰς λος παραληγόμενα διφθόγγῳ τῇ διὰ τοῦ ου προπαροξύνεται. Ἱστορεῖται δὲ μεγίστους ἀσπαράγους φύεσθαι παρ' αὐτοῖς.

217. Ὅτι οἱ Γαράμαντες ἐπώνυμοί εἰσιν ὡς προείρηται Γαράμαντός τινος. Οὗτοι πάντα ἄνθρωπον καὶ παντὸς ὁμιλίαν φεύγειν λέγονται, καὶ οὔτε ὅπλα

Hoc porro oraculum aiunt Thebæam mulierem, Thebæi Jovis sacerdotem, constituisse. Narrant præterea Alexandrum Macedonem, quum fando accepisset Perseum atque Herculem ad Ammonis templum ivisse, gloriæ studio succensum ipsum quoque eo ire voluisse, itaque fecisse, viam ei corvis feliciter præeuntibus, tametsi alioquin viarum vestigia, affusis arenis, deleta essent. Tum, inquiunt, Ammonis sacerdos, quum in compellando Alexandro pro παιδίον, barbarice dixisset παιδίος, visus est tanquam in oraculi ambagibus oblique eum appellasse ὦ παῖ Διός, sic perditis adulatoribus vocis illius barbariem accipientibus.

213. Cyrenem dicit *bonis equis præditam* sive, ut alii scribunt, *bene turritam*, et *Amyclæorum genus virorum*, nimirum Laconum, tanquam a parte; pars enim Laconum Amyclæ. Colonia est Cyrene Theræorum insularium qui olim e Lacedæmone demigraverant; Theras enim ille, qui in Theram insulam coloniam deduxit, oriundus erat a Laconibus, ut Pindarus (*Pyth.* 4) quoque tradit, qui etiam equis insignem Cyrenen esse testatur, eamque passim laudibus celebrat. Sed vocata etiam Cyrene est Pentapolis, ex qua orator Synesius. Hanc etiam ferunt, everso Persarum regno, ab Alexandro instauratam fuisse. Appellata autem est Cyrene vel a Cyrene, Hypsei filia, secundum Pindarum, vel a fonte ejus loci Cyre. Dicuntur item Cyrenæi olim scientia medica floruisse, quemadmodum ab Herodoto (3, 131) proditum est. Fructuum vero adeo ferax est Cyrene, ut per octo menses collectio fructuum Cyrenæos occupet (*Herod.* 4, 199). Est ibi etiam fons, quem dicunt Apollinis, locusque adeo felix ut in sermonem hominum venerit cœlum ibi perforatum esse (*Herod.* 4, 158).

214. Marmaridæ gens inclinant in Ægyptum, sive ante Ægyptum extenti sunt. Sic autem vocantur a Marmarida quodam, Arabis filio, eorumque regio Marmarica.

215. Gætuli, maxima gens Libyca. Hos Artemidorus Gætulios vocat. Herodianus autem accentu effert acuto in antepenultima, ubi docet desinentia in λος, quæ in penultima diphthongum habeant ου, accentum habere acutum in antepenultima. Traditur asparagos apud eos maximos nasci.

217. Garamantes denominati sunt, ut supra dictum est, a Garamante quodam. Hi quemcunque hominem et cujuscunque commercium fugere dicuntur, et ne-

---

Strabo p. 814; Plutarch. Alex. 27. || — 4. καὶ αὐτός om. *L*. || — 7. τοῦ ἄμμου *CEd*. || — 13. εὔπυργον] εὔανδρον var. lect. ap. R. Steph. || — 19. ἄνωθεν] ἀνέκαθεν *Ed*. Deinde ὡς ὁ Π. ἱστορεῖ καὶ *C*. || — 21. αὐτήν om. *C*. || — 22. καὶ ante ὁ om. *d*. || — 24. ἐκτίσθη *CDL*. || — 26. Κύρης] Κυρήνης codd.; illud recte Stephanus s. v. Κυρήνη, ex quo sua deprompsit Eustathius. ἐγχωρίας *CDLKYdlm* et codd. Steph. || — 27. ποτε καὶ οἱ *E*. || — 28. ἐμφορ. *C*. || — 29. ὥστε καὶ ἐπὶ *L*; ἔχειν *L*. || 30. τὴν ὀπώραν *L*; ὀπώρας *d*. τὰς ὀπώρας v. l. ap. Steph. || — 31. τέτρηται] τέτακται *L*. De hoc loco Herodoti nuper disseruit C. Egli in *Rhein. Mus*. 1858, t. 13, p. 305. || — 33-36. Hoc scholion in codd. legitur post Schol. ad. v. 217. Transposuit Bernhard. || — 37. μέγ. ἔθνος *DKLY*; ἔθν. Λιβ. μέγ. *E* || — 38. Ἀρτεμιδ.] sic Stephan. Byz. v. Γαιτοῦλοι, unde nostra petita sunt; Ἀθηνόδωρος codd. Eustathii. || — 40. ἱστορεῖται *Cγ*, ἱστορεῖ cett. V. Strabo p. 827. Athenæus p. 62, *E*. || —

ἔχουσι πολεμικὰ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον, οὔτε ἀμύνασθαι οἴδασιν. Οἰκοῦσι δὲ ἐν γῇ θηριώδει μετὰ τοὺς Νασαμῶνας πρὸς νότον ἄνεμον.

218. Ὅτι ἐν μυχοῖς τῆς Λιβυῆς ἠπείρου πρὸς νότον βόσκονται πανύστατοι Αἰθίοπες, αὐτῷ ἐπ' ὠκεανῷ, ἔνθα τέμπεα, τουτέστι δάση καὶ ἕλη, πυμάτης Κέρνης· Ταύτην δὲ τὴν Κέρνην οἱ μὲν νῆσόν φασιν ἐν τῷ ὠκεανῷ, οἱ δὲ τοῦτο οὐ δέχονται. Καὶ ἡ θέσις δὲ αὐτῆς διαφωνεῖται. Οἱ μὲν γὰρ ἀνατολικὴν αὐτὴν ὑποτίθενται, ὡς καὶ ὁ Λυκόφρων ἐμφαίνει, οἱ δὲ δυτικήν. Διονύσιος δὲ καὶ ἄλλοι νοτίαν, ὃς τέμπεα Κέρνης εἰπὼν καὶ λιμνάδα αὐτὴν παραδηλοῖ. Ἑλώδη γὰρ τὰ τέμπεα, ὡς καὶ τὰ Θετταλικὰ Τέμπεα δηλοῖ, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ Μηδικά. Ὁ δὲ Γεωγράφος παραδηλῶν ψεύδεσθαι τοὺς λέγοντας τὴν Κέρνην σώζεσθαι οὕτω φησί· « Κέρνην Ἐρατοσθένης ὀνομάζει καὶ ἄλλους τόπους τοὺς μηδαμοῦ γινωσκομένους. » Ὁ δὲ Λυκόφρων καὶ δυτικήν τινα Κέρνην παραδηλοῖ ὑπὲρ Τυρσηνίαν, ἔνθα Κερνεᾶτιν ἱστορεῖ νῆσον, δοκοῦσαν ἀπὸ Κέρνης παρονομάζεσθαι. Τῶν δὲ Αἰθιόπων Ἡρόδοτος τοὺς μακροβίους ἱστορεῖ μεγίστους καὶ καλλίστους εἶναι πάντων ἀνθρώπων, σιτεῖσθαι δὲ κρέα ἑφθὰ καὶ πίνειν γάλα, καὶ ζῆν ἔτη εἴκοσι καὶ ἑκατόν· τινὲς δὲ, φασὶν, ὑπερβάλλουσι καὶ ταῦτα. Σπανιώτατος δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τιμιώτατος ὁ χαλκός· πολὺς δὲ ὁ χρυσὸς, καὶ οἱ δεσμῶται παρ' αὐτοῖς χρυσέαις πέδαις δέδενται. Φέρει δὲ, φησὶν, αὐτοῖς ἡ χώρα καὶ ἐλέφαντας ἀμφιλαφεῖς καὶ ἔβενον. Εἰσὶ δὲ κατ' αὐτὸν καὶ ἄλλοι Αἰθίοπες, οὐκ εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἀλλὰ πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ, οὓς Καμβύσης κατεστρέψατο, δι' οὓς καὶ Αἰθιοπία ἐκλήθη ποτὲ ἡ Αἴγυπτος, ὡς καὶ μετ' ὀλίγα ῥηθήσεται.

220. Ὅτι Βλεμμύων κολώνας, ἤγουν ἐξοχὰς, λέγει τοὺς δύο καταρράκτας, ἤτοι καταδούπους καὶ κρημνοὺς, δι' ὧν πιοτάτου κατέρχεται, φησὶν, ὕδατα Νείλου, τουτέστι τοῦ πιαίνοντος τὴν ἐκεῖ γῆν. Αἰθιόπων δὲ ὑπακούουσιν οἱ Βλέμμυες, οὕτω καλούμενοι ἀπὸ Βλέμμυός τινος, ὃς ὑποστρατηγῶν τῷ βασιλεῖ Δηριάδῃ κατὰ Διονύσου συνεπολέμησε. Καί εἰσι καὶ οἱ Βλέμμυες ἔθνος Αἰθιοπικόν· διὸ καὶ αἰθαλέους αὐτοὺς καλεῖ ὁ Διονύσιος, ἐκ τοῦ αἴθω, ἐξ οὗ καὶ οἱ Αἰθίοπες. Λέγει δὲ καὶ ἐγγὺς τῆς Κέρνης εἶναι αὐτοὺς, περὶ ἧς ἀνωτέρω εἴρηται. Καταρράκται δὲ ἐν τῷ καθόλου λέγονται οἱ πετρώδεις τόποι, οὓς ἐν τῷ καθ' ὁδὸν βαίνειν οἱ ποταμοὶ ἀναχαιτίζοντας τὸν ῥοῦν εὑρόντες ὑπερβαίνουσι, πολὺ συναγαγόντες τὸ ῥεῦμα καὶ τῇ πλημμύρᾳ καταρράσσοντες, ἤτοι ἄνωθεν βιαίως κατιόντες· ἐξ οὗ

que arma habent bellica, Herodoto (4, 174) teste, neque se defendere noverunt. Habitant in regione plena ferarum post Nasamones ad austrum ventum.

218. Intimis in secessibus continentis Libyæ ad austrum extremi omnium Æthiopes ad oceanum ipsum pascuntur, ubi Tempe, h. e. loca silvosa et palustria, ultimæ Cernæ. Hanc Cernam alii insulam esse aiunt in oceano, alii minime id probant. Præterea situs ejus in controversiam venit. Alii namque ponunt eam orientalem, ut indicat etiam Lycophron (*vs.* 18), alii occidentalem, Dionysius vero cum aliis australem, qui quum dicat *Tempe Cernes*, etiam palustrem eam esse obiter significat. Palustria enim Tempe, ut et ostendunt Tempe Thessalica ac similiter etiam Medica. Verum Geographus (*p.* 47) declarat mentiri eos, qui exstare Cernen affirmant, ubi ita loquitur : « Cernen Eratosthenes nominat, et alia loca quæ nusquam gentium cognita sunt. » Lycophron vero (*vs.* 1084) etiam occidentalem quandam Cernen, ultra Tyrrheniam sitam subindicat, ubi Cerneatim insulam commemorat, quæ per paragogen a Cerne denominata esse videatur. Macrobios vero, qui de Æthiopibus sunt, tradit Herodotus (3, 20. 23. 114) mortalium omnium esse maximos atque pulcherrimos, vescique eos carnibus coctis et lac bibere, vitamque ad centum usque et viginti annos producere, quin et nonnullos ait ætatem hanc excedere. Rarissimum apud eos esse et pretiosissimum æs, permultum vero esse auri, et, qui apud eos in vinculis detinentur, vinctos esse compedibus aureis. Ferre autem regionem eorum dicit (3, 114) elephantes grandiores atque ebenum. Sed et alii sunt secundum Herodotum Æthiopes, non in terris ii extremis, sed ad Ægyptum, quos Cambyses in potestatem redegit; propter hos ipsa etiam Ægyptus vocata est aliquando, ut paulo post dicturi sumus, Æthiopia.

220. Blemmyum κολώνας, i. e. eminentias, dicit catarractas duos sive catadupos et præcipitia, per quæ, ut ait, descendunt atque præcipites devolvuntur aquæ Nili pinguissimi, h. e. terram ibi pinguefacientis. Æthiopum autem imperio subjecti sunt Blemmyes, sic vocati a Blemmye quodam, qui Deriadi regi, dux ipse secundarius, auxilio fuit in gerendo bello contra Bacchum. Et sunt ipsi etiam Blemmyes gens Æthiopica. Quocirca eos vocat Dionysius αἰθαλέους a verbo αἴθω, *uro*, ex quo etiam Αἰθίοπες. Dicit etiam eos esse prope Cernen, de qua supra dictum est. Καταρράκται, in universum dicuntur loca petrosa, quæ amnes per alveum defluentes, si aquarum cursum inhibentia offendant, transcendunt, multam cogentes aquam ejusque exundantia καταρράσσοντες, i. e. desuper magna cum vi decidentes; unde etiam cœli catarractas dici-

---

1. ἀμύνασθαι *CUY*; ἀμύνεσθαι vulgo. ‖ — 12. ἑλώδη... δηλοῖ om. *d*; δηλοῖ om. cett., exc. *CMUy*. ‖ — 16. οὕτωσί *d*; Ἐρατ. Κέρνην *MU*. ‖ — 17. μηδαμοῦ νομιζομένους *C*. ‖ — 18. δυτ.] μηδικὴν *C*; ὑπὲρ] ὑπὸ *C*. ‖ — 19. Κερνεάστιν *d*. ‖ — 24. φασιν *CLd*. ‖ — 27. φησιν *CDL*, φασιν cett. ‖ — 31. ποτὲ καὶ Αἰγ. *Cy*; fort. ποτὲ καὶ ἡ Αἰγ. ‖ — 34. τοὺς] τὰς *C*. ‖ — 36. ἐκεῖθεν *d*, τὴν γῆν ἐκεῖ *KMU*. ‖ — 37. Βλεμύες Stephanus s. v., unde nostra hæc deprompta sunt. ‖ — 42. εἶναι τῆς Κέρνης *Dd*. ‖ — 44. λέγονται ἐν τῷ καθόλου *U*. ‖ — 46. τὸ add. ex *L*. ‖ — 47. κατα-

καὶ οὐρανοῦ καταρράκτας φαμέν. Καί τι ὄρνεον ἀετῶδες καταρράκτης καλεῖται, ὡς ἄνωθεν καταρράσσον ἐν τῷ θηρεύειν τὰ ὄρνεα.

222. Ὅτι ὁ Νεῖλος Λιβύηθεν ἐπ' ἀνατολὴν πολὺς ἕρπων ἕως καὶ εἰς τὴν καλουμένην πόλιν Συήνην Σῖρις ὑπὸ Αἰθιόπων κικλήσκεται, ἀφ' ὧν καὶ ἄρχεται ῥέειν. Οἱ δὲ περὶ Συήνην στρεφθέντι, τουτέστιν ἐπὶ τὰ βόρεια κάμψαντι, Νεῖλον τὸ ὄνομα μετέθεντο. Πολλὴ δὲ ἐν ταῖς ἱστορίαις ἡ Συήνη, ἀπὸ Συήνου τινὸς οὕτω κληθεῖσα. Ἐν ᾗ καὶ φρέαρ εἶναί φασι τὰς θερινὰς τοῖς ἐκεῖ διασημαῖνον τοῦ ἡλίου τροπάς· ὅπου καὶ ἄσκιοι κατὰ μεσημβρίαν εἰσὶν οἱ ὡρολογικοὶ γνώμονες, διὰ τὸ ὑποκεῖσθαι τοὺς τόπους τούτους τῷ τροπικῷ. Τὸ δὲ Σῖρις οἱ μὲν βάρβαρόν φασιν εἶναι ὄνομα, ἤτοι Αἰθιοπικὸν κατὰ τὸν Διονύσιον· διὸ οὐδὲ χρῆναι λέγουσι ζητεῖν Ἑλληνικὴν ἐτυμολογίαν αὐτοῦ, οὐδὲ τῆς Ἰταλικῆς Σίριδος· πόλις δὲ ἡ Σῖρις ἐκείνη. Οἱ δὲ ἐπιχειροῦσιν ἀπὸ τοῦ Σειρίου ἀστέρος ἀποδοῦναι τὸ τῆς λέξεως ἔτυμον. Ὑπὸ Κύνα γὰρ, φασὶν, οὗ μέρος ὁ Σείριος ἀστὴρ, πλημμύρει ὁ Νεῖλος, ἐν ἐπιτολῇ Κυνὸς ἀναβαίνων, ὅτε ἀποτελοῦνται τὰ παρ' ἡμῖν κατὰ τὴν καθωμιλημένην γλῶτταν λεγόμενα κυνοκαύματα. Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ εἴρω ἐτυμολογοῦσι τὸ Σῖρις, ὃ δηλοῖ τὸ συμπλέκω, συναρμόττω, ἐπειδὴ εἱρμῷ τινι καὶ τάξει φέρεται, καὶ οὐ παραπροθεσμεῖ τὴν ἀνάβασιν· διὸ καὶ τῇ αὐτοῦ ὑπερβάσει φασὶ μετρεῖσθαι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις τὸν ἐνιαυτόν. Καὶ τὸν Νεῖλον δὲ ὀφείλοντα διὰ διχρόνου μόνου τοῦ ἰῶτα γράφεσθαι, ὡς ἀπὸ τῆς ἰλύος, ὅμως διὰ τοῦτό φασι τὴν διὰ διφθόγγου γραφὴν ἀποφέρεσθαι, ὡς ἂν ἔχῃ πληροῦν καὶ τῇ ποσότητι τῆς ἀριθμητικῆς δυνάμεως τῶν ἐν αὐτῷ γραμμάτων τὸν ἐνιαύσιον καιρόν. Τὸ γὰρ Νεῖλος κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἐν αὐτῷ στοιχείων ποσούμενον τὸν τξέ ἀριθμὸν συντελεῖ, ὁπόσαι εἰσὶ καὶ αἱ κατ' ἐνιαυτὸν ἡμέραι. Καὶ οὕτω δείκνυται ὅτι ὁ Νεῖλος κατὰ εἱρμόν τινα φέρεται. Καίτοι καὶ ἄλλῳ τρόπῳ τὸ Νεῖλος ἠτυμολόγηται, παρὰ τὸ νέαν, ἤτοι ἐνιαυσιαίαν, ἄγειν ἰλὺν, νεἴλός τις ὤν. Λέγει οὖν καὶ ὁ Ποιητὴς οὗτος, ὅτι οὔτις ποταμῶν ὅμοιος τῷ Νείλῳ, οὔτε ἰλὺν βαλεῖν, οὔτε χθονὸς ὅλβον ἀέξειν. Διὸ καὶ ἐργατικὸν ποταμὸν αὐτόν φησιν ὁ Ἡρόδοτος. Ὅτι δὲ πολλὴν ὁ Νεῖλος ἰλὺν βάλλει, δηλοῖ καὶ ὁ λόγος ὁ λέγων ἐπίκτητον εἶναι τὴν Αἴγυπτον καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ, διὰ τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης ἰλύος πρόσχωσιν. Ἦν γὰρ ὅτε, φασὶ, πᾶσα ἡ Αἴγυπτος ἕλος ἦν. Τινὲς δὲ Νεῖλόν φασιν ὠνομάσθαι ἀπὸ Νείλου τινὸς ἀπογόνου Ἄτλαντος, βασιλεύσαντος

mus. Etiam avis quædam, de genere aquilarum, catarractes vocatur, quippe quæ in avibus captandis desuper præceps deferatur.

222. Nilus, qui multus e Libya orientem versus serpit, ad Syenen usque urbem Siris appellatur ab Æthiopibus, a quibus etiam fluere incipit; qui vero circa Syenen habitant, *converso* fluvio, i. e. ad boream deflectenti, nomen in Nilum mutaverunt. Multa porro in historiis Syene, a Syene quodam sic vocata; qua in urbe puteum esse aiunt æstivas solis conversiones incolis commonstrantem; ibidem et horologiorum styli seu gnomones in meridie carent umbra, quia illa jacent sub tropico. Ceterum Σῖρις nonnulli nomen affirmant esse barbarum, nimirum Æthiopicum, ut visum est Dionysio; quare neque oportere aiunt Græcam ejus etymologiam anquirere, ut neque Siridis urbis Italicæ. Alii vero hujus vocis etymon reddere conantur a Sirio stella. Narrant enim sub Cane, cujus quidem pars Sirius stella, exundare Nilum, quum, exoriente Cane, adscendat, quo tempore æstus fiunt caniculares, quæ apud nos ex communi linguæ usu κυνοκαύματα appellantur. Alii etiam Σῖρις vocem deducunt ab εἴρω, quod significat complico et conjungo, quoniam εἱρμῷ τινι, *nexu quodam* atque ordine fertur, nec tempus præfinitum negligit. Quocirca et ejus adscensu incolas aiunt annum dimetiri. Ipsum Νεῖλον, *Nilum*, quum una simplicique littera ancipiti ι scribi deberet, tanquam ἀπὸ τῆς ἰλύος, *a limo*, tamen idcirco referre autumant scripturam per diphthongum, ut ex significatione arithmetica singularum vocis litterarum numerus colligatur quo tempus annuum compleatur. Scilicet Νεῖλος, collecta quantitate ex vi componentium litterarum, numerum efficit CCCLXV, quot etiam sunt dies in anno. Atque sic ostenditur ὁ Νεῖλος, *Nilus*, κατὰ εἱρμόν τινα ferri. Quanquam alia etiam Νεῖλος vocis etymologia excogitata est ab agendo νέαν ἰλύν, *annuum limum*, adeo ut sit νεἴλος quidam. Dicit igitur et Dionysius noster nullum fluviorum neque limo jaciendo neque soli felicitate augenda similem esse Nilo. Ideoque ἐργατικόν, *operosum*, hunc fluvium vocat Herodotus (2, 11). Nilum autem magnam vim limi jacere, id etiam declarat quod est in hominum sermone (*Herod.* 2, 5), adventitiam esse Ægyptum, et donum fluminis, ex hujusce limi aggestione. Ferunt enim universam Ægyptum paludem aliquando fuisse. Aliqui vero Nilum nomen accepisse aiunt a Nilo quodam de posteris Atlantis, qui ibi locorum regnaverit. Alii (*Plutarch. De fluv. c.* 16)

ράσσοντες *DLY*. || — 1. καὶ ὅτι *C*. || — 2. καλ. om. *C*. || — 5. Σύρις *C*. || — 8. Νεἵλου *C*. || — 10. Cf. Strabo p. 817. || — 13. τούτους τοὺς τόπους *C*; ἐν τῷ τρ. *MU*. || — 14. φασὶν βάρβαρον *C*; ὄνομα εἶναι *E*. || — 16. λέγουσι αὐτοῦ ἑλλ., omisso ζητεῖν, *L*; ἐτομ. ἑλληνικήν *U*. || — 20. ἀστήρ om. *C*; πλημυρεῖ *Y*. παρ' ἡμῖν om. *C*. || — 26. ὑπεοβάσει αὐτοῦ *Ed*. || — 29. φησι *C*. Deinde ἐπιφέρ. *Ed*. || — 32. γὰρ] δὲ *D*; om. vocem *L*; τὸ γὰρ Ν.... τῶν ἐν αὐτῷ om *E*. || — 36. ἐτυμολογεῖται *m*, ἠτυμολόγεται (sic) *C*, ἐτυμολόγεται *d*. || — 37. ἐνιαυσιαίαν *EUy*, ἐνιαυσαίαν *C*, ἐνιαυσίαν cett. || — 38. οὗτος *CEUdy*, οὕτως cett.; ὅτι om. *d*. || — 39. λαβεῖν *C*; βαλεῖν ἰλὺν *E*; χθονὸς om. *C*. || — 40. ἀέξειν *LU*, αὔξειν cett.; ἐργαστικὸν *U*. || — 41. ὁ om. *C*. || —

τῶν ἐκεῖ. Ἄλλοι δὲ, ὅτι Μέλας πρότερον καλούμενος μετεκλήθη Νεῖλος ἀπό τινος Νείλου βασιλικοῦ παιδὸς ἐκεῖ ῥίψαντος ἑαυτόν. Τινὰς μέντοι ἀπό τινος Νειλασίου κεκλῆσθαι οὕτως αὐτὸν εἰπόντας, οὐκ εὖ λέγοντας ἀπελέγχει ὁ Ἀρριανός.

226. Ὅτι ἑπτὰ διὰ στομάτων ἑλισσόμενος ὁ Νεῖλος εἰς ἅλα βάλλει, ὕδατι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτου. Διὸ καὶ πιότατον αὐτὸν φθάσας ὠνόμασεν. Ὁ δὲ Γεωγράφος λέγει δίχα τῶν ἑπτὰ τούτων στομάτων καὶ ἄλλα εἶναι ἄσημα ψευδοστόματα. Ἡρόδοτος δὲ πεντάστομον εἶναι λέγει τὸν Νεῖλον, δηλαδὴ κατὰ τὰ φυσικὰ στόματα, ὡς δύο τινῶν ὀρυκτῶν ὄντων. Φησὶ γὰρ ὅτι ὁ Νεῖλος ἀπὸ τῶν καταδούπων ἀρξάμενος ῥέει μέσην Αἴγυπτον σχίζων εἰς θάλασσαν, σχιζομένου δὲ εἰς τρία, τὸ μὲν ἑῷον σχίσμα ποιεῖ τὸ Πηλούσιον στόμα, τὸ δὲ ἑσπέριον Κανωβικὸν καλεῖται, τὸ δὲ μέσον Σεβεννυτικὸν, ἐξ οὗ ἀποσχίζονται τό Σαϊτικὸν καὶ τὸ Μενδήσιον. Καὶ οὕτω πέντε συναγαγὼν τὰ γνήσια στόματα, τὸ λοιπὰ δύο, τὸ Βολβίτινον καὶ τὸ Βουκολικὸν, οὐκ ἰθαγενῆ λέγει στόματα εἶναι, ἀλλὰ ὀρυκτά. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Εἰς τοσοῦτον δὲ κλύζεται ὕδασιν ἡ Αἴγυπτος, ὥστε καὶ ποταμία νῆσος πρός τινων λέγεται. Ἰστέον δὲ ὅτι Ἡρόδοτος μὲν λέγει τοῦ Νείλου τὰς πηγὰς μὴ γινώσκεσθαι· διὸ οὐδὲ αὐτὸς ἔχει φράσαι τούτου τὰς πηγάς· « δοκῶ δὲ, φησὶν, οὐδὲ οὐδεὶς Ἑλλήνων »· ἕτεροι δέ φασι τὸν Νεῖλον ἐκ τῶν τῆς σελήνης ἤτοι ἐκ τῶν Σεληναίων ὀρῶν ἄρχεσθαι καὶ ἀπὸ τῆς κινναμωμοφόρου γῆς ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν τερμόνων, καὶ διεξιέναι πᾶσαν ἐπ' εὐθεῖαν τὴν Αἴγυπτον κάμψαντα, καὶ ἀπὸ τοῦ μικροῦ καταρράκτου ὑπὲρ Συήνης καὶ Ἐλεφαντίνης πόλεως ἀρξάμενον τῆς καμπῆς, ἐμβάλλειν τε εἰς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἕω δύο ποταμοὺς περιλαμβάνοντας νῆσον εὐμεγέθη καὶ ὀνομαστὴν, τὴν Μερόην, ὧν ὁ μὲν Ἀσταβόρας, ὁ δὲ Ἀστάπους καλεῖται. Καίτοι γε ὁ Ἡρόδοτος φύσει μέγαν καὶ αὐτάρκη ἑαυτῷ τὸν Νεῖλον εἶναι βούλεται, λέγων ὅτι οὔτε κρήνη οὔτε ποταμός τις εἰς αὐτὸν ἐσδίδωσιν. Ὁ δὲ ῥηθεὶς μικρὸς καταρράκτης ὀφρύς ἐστι, φασὶ, πετρώδης, ἐπίπεδος ἄνω, τουτέστι πλατεῖα. Δέχεται δὲ τὸν ποταμὸν τελευτῶντα εἴς τινα κρημνὸν, καθ' οὗ τὸ ὕδωρ καταρρήγνυται. Πληροῦσθαι δὲ ὑπὸ θερινῶν ὄμβρων τὸν Νεῖλόν φασι, καὶ ὑποκαταβαίνειν μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας, δι' ὅσων καὶ ηὔξηται. Πελαγίζειν δὲ τὴν Αἴγυπτον ἐν τῇ ἀναβάσει

Melanem prius vocatum, postea a Nilo quodam regis filio, qui sese in eum fluvium projecerit, nomen in Nilum commutasse. Eos tamen, qui eum a Nilasio quodam appellatum fuisse aiunt, minus recte dicere demonstrat Arrianus.

226. Septem per ostia volutus Nilus in mare erumpit, aqua *pinguefaciens* opimum solum Ægypti. Quocirca eum etiam supra *pinguissimum* nuncupaverat. Verum Geographus (*p.* 788) scribit, præter septem hæc ostia ignobilia alia esse falsa ostia. Herodotus (3, 17) vero quinque esse ostia Nili dicit, naturalia nimirum, quia ostia duo sunt effossa. Narrat enim Nilum, initio a Catadupis ducto, mediam Ægyptum dividentem fluere in mare, eoque trifariam scisso, discidium ejus orientale ostium Pelusiacum facere, occidentale vero Canobicum vocari, medium denique Sebennyticum, ex quo discinduntur Saiticum atque Mendesium; itaque quum germana ostia quinque collegerit, reliqua duo, Bolbitinum et Bucolicum, non ostia nativa esse ait, sed effossa. Atque hæc quidem ita. Ægyptus vero usque adeo aquis abluitur, ut et fluviatilis a quibusdam insula vocitetur. Quod autem sciendum est, tradit Herodotus (2, 28) incognitos esse fontes Nili; quare neque ipse eos dicere habet, « neque quisquam Græcorum, ait, eos dicere habuerit, ut mihi videtur. » Alii tamen affirmant Nilum ortum ducere a Lunæ montibus sive e Lunaribus, atque a regione Cinnamomifera ex finibus Æthiopicis, totamque recta Ægyptum percurrere, ita tamen ut cubitum faciat inde a parvo catarracte supra Syenen urbemque Elephantinam; influere autem in eum ab ortu amnes duos qui Meroen insulam permagnam atque celebrem circumplectuntur; quorum unus Astaboras, alter Astapus vocatur. Quanquam Herodotus (4, 50) Nilum esse velit magnum natura, sibique ipsi sufficientem, quo loci affirmat, neque fontem neque fluvium in eum ingredi. Parvus autem ille quem diximus catarractes, supercilium esse fertur (*Strab.* *p.* 818) petrosum, superne planum seu latum, quod fluvium excipiens desinit in præcipitium, per quod præceps aqua dejicitur. Aiunt porro (*Strab.* *p.* 788) impleri Nilum imbribus æstivis et sensim decrescere, postquam manserit per XL dies, per quot etiam crevit; Ægyptum vero, eo excrescente, pelagus imitari, ita ut quæ in collibus aut aggeribus ædificia

1. πρότερον Μέλας *CF.* || — 4. οὕτως om. *Ed.* || — 5. Ἀρριανὸς] Cf. Fr. Hist. tom. 3 p. 600 fr. 76 not. || — 12. φασι *U.* || — 13. ὁ om. *d.* || — 14. εἰς τὴν θαλ. *L.* || — 18. συναγαγὼν στόματα γνήσια, τὰ λοιπὰ *C.* || — 19. τὸ ante Βολβ. om. *C.* || 23. μὲν om. *Cy* Bernh || — 24. οὐδὲ *CKy* οὐδ' cett.; τούτου om. *Cy.* Bernh. || — 26. οὐδὲ] sic *CUy*, ὅτι οὐδὲ cett.; τῶν Ἑλλ. codd., exc. *dy*; Ἑλλήνων· φασὶ ὅτι τὸν Νειλ. *Ed.* || — 27. ὀρέων *Ed.* || — 30. τοῦ om. *L.* || — 34. σταβόρας *Ed*, Ἀσταγόρας *F.* || — 35. γε om. *Ed.* || — 36. ἑαυτὸν *C.* || — 39. φασι *Uy*, om. *CL*, φησι cett. Deinde ἀνώτερον δὲ καὶ πλατύ *F*; τουτέστι om. *C*; πλατεῖα *CEM NUcdy*, πλατὺς cett. || — 40. τελευτῶντα] velim τελευτῶσα. Ita Strabo p. 818 (694, 31 Did.): πετρώδης τις ὀφρὺς, ἐπίπεδος μὲν ἄνωθεν, ὥστε δέχεσθαι τὸν ποταμὸν, τελευτῶσα δ' εἰς κρημνὸν, καθ' οὗ καταρρήγνυται τὸ ὕδωρ. || — 41. δὲ αἰπὺν ὑπὸ *L*; δέ φασιν ὑπὸ, misso φασι lin. 42, *L.* || — 42. τὸν Νεῖλον om. *L.* || — 43. αὖ-

αὐτοῦ, ὥστε τὰς ἐπὶ λόφων ἢ χωμάτων οἰκήσεις νησίζειν οἷον τοῖς πόρρωθεν βλέπουσιν. Ἱστορεῖται δὲ καὶ ὅτι ἀπὸ θερινῆς τροπῆς ὁ Νεῖλος ἀρξάμενος πληθύνει, τουτέστι πλημμύρει ἐπὶ ἡμέρας ἑκατόν· εἶτα ἐκλιπὼν τὸ ῥεῖθρον καὶ ὀπίσω ἀπελθὼν διατελεῖ βραχὺς τὸν ὅλον χειμῶνα· καὶ ὅτι λίθος ἐν τῷ Νείλῳ γεννᾶται κυάμῳ παρόμοιος, ὃν ἐὰν ἴδωσι κύνες οὐχ ὑλακτοῦσι. Τροφιμώτατον δέ φασι τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ εἶναι, διὰ τὴν ἐκεῖ τῶν ἡλίων μετρίαν ἕψησιν, καὶ μεγαλοφυῶν δὲ καὶ γόνιμον καὶ πολύγονον εἶναι. Διὸ καὶ τὰς γυναῖκας ἔσθ' ὅτε τετράδυμα τίκτειν, ἤδη δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους ἱστορίαν ἑπτάδυμα.

229. Ὅτι τὸν Νεῖλον καὶ πάνυ πολλὴν ἰλὺν λέγει βάλλειν, ὡς καὶ ἀνωτέρω γέγραπται, καὶ ὄλβου χθονὸς εἶναι αὐξητικόν. Λέγει δὲ αὐτὸν καὶ τῆς Ἀσίας τὴν Λιβύην ἀποτέμνεσθαι, ἀφιέντα κεῖσθαι ἐς λίβα μὲν τὴν Λιβύην, ἐς δ' αὐγὰς τὴν Ἀσίαν. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δέ που τὴν Ἀσίαν Ἀσίδα φησὶ, κατὰ παρωνυμίαν, οὐ μὴν κατὰ ὑποχορισμόν. Οὐ γὰρ εἰκὸς ὑποχορίσαι αὐτὸν τὴν τοσαύτην ἤπειρον. Οὕτω δὲ καὶ αἱ Ἀμαζόνες παρωνύμως λέγονται Ἀμαζονίδες, καὶ παρὰ Εὐριπίδῃ Μαιὰς ἡ τοῦ Ἑρμοῦ μήτηρ Μαῖα, καὶ τὴν Τυρρηνὴν δὲ θάλασσαν οὕτω Τυρρηνίδα εἶπεν ὁ Διονύσιος.

232. Ὅτι τοὺς Αἰγυπτίους ἐγκωμιάζων ὁ Διονύσιος γένος αὐτοὺς ἀριπρεπέων λέγει ἀνδρῶν, οἳ πρῶτοι, φησὶ, βίου κελεύθους, ὅ ἔστι τέχνας, ἐξευρόντες διεστήσαντο, ἤτοι διεῖλον, εἰς γεωργίαν, τυχὸν καὶ στρατείαν καὶ ἱερωσύνην καὶ εἰς τοιαῦτά τινα. Πρῶτοι δὲ ἱμερόεντος, φησὶν, ἐπειράθησαν ἀρότρου, καὶ σπόρον ἰθυτάτης ὑπὲρ αὔλακος ἁπλώσαντο· πρῶτοι δὲ γραμμαῖς πόλον διεμετρήσαντο, τὰς τοῦ ἡλίου δηλαδὴ ἐξευρόντες τροπὰς, καὶ θυμῷ, τουτέστιν οἴκοθεν ἐκ ψυχῆς καὶ ἀδιδάκτως, φρασάμενοι λοξὸν δρόμον ἡλίου, ὡς αὐτόχρημα θυμόσοφοι. Καὶ ὁ μὲν περιηγητὴς οὕτω σεμνολογεῖ αὐτούς. Λέγει δὲ καὶ Ἡρόδοτος πρώτους ἀνθρώπων Αἰγυπτίους ἐξευρεῖν τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ ὅτι τῶν Αἰγυπτίων οἱ Ἡλιουπολῖται λογιώτατοι. Ἄλλη δὲ ἱστορία καὶ πανούργους οἶδεν αὐτοὺς, ὡς καὶ Θεόκριτος ὑπεμφαίνει. Ὅθεν καὶ Αἰγυπτιάζειν λέγεται τὸ ὕπουλα πράττειν, καὶ παροιμία κεῖται λέγουσα « Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. » Ἱστοροῦνται δὲ καὶ δουλωθῆναι ὑπὸ Περσῶν. Ὁμώνυμος δὲ ἡ

sunt, eminus intuentibus insularum speciem præ se ferant. Traditur etiam Nilum inde a solstitio æstivo paulatim exundare ad dies centum, postea, relicto fluento, retro conversum, modicum totam hiemem permanere. Lapidem in Nilo gigni aiunt (*Plut. De fl.* 16, 3) assimilem fabæ, quem si viderint canes, non latrant. Maxime autem ad nutriendum idonea dicitur (*ap. Strab. p.* 695) esse aqua Nili, ob moderatam ibi solis coctionem, et magna producere et multa. Quare etiam interdum mulieres fœtus quaternos edere, vel etiam, secundum Aristotelis historiam (*H. An.* 10, 2), septenos.

229. Nilum dicit permultum limi jacere, ut supra quoque scriptum est, atque ad beatam soli ubertatem augendam vim magnam habere. Eundem etiam Libyam ab Asia dirimere dicit, ita ut Libyam sitam relinquat ad Libem, Asiam vero ad ortum. Observa, ut et hoc loci et alicubi postea Asiam vocat Asidem per denominationem, non vero per diminutionem. Non enim verisimile voluisse eum per diminutionem continentem tantam efferre. Sic vero etiam Amazones per denominationem dicuntur Amazonides, et apud Euripidem (*Or.* 1002) Maja, mater Mercurii, Majas, et Tyrrhenum mare Dionysius θάλασσαν Τυρρηνίδα vocat.

232. Ægyptios iis laudibus celebrat, ut eos dicat genus præclarorum virorum, qui primi, inquit, vitæ vias, h. e. artes, a sese adinventas, διεστήσαντο, *distinxerint*, in agriculturam et rem militarem et sacerdotium et alia hujuscemodi. Primi etiam, inquit, optabilis aratri periculum fecerunt, et semen super sulcum rectissimum expanderunt. Primi etiam lineis cœlum dimensi sunt, quia nimirum solis conversiones invenerunt, et *animo*, h. e. suopte ingenio neque ab alio edocti, obliquum solis cursum considerarunt, ipsa natura sua sapientes. Atque ita quidem Periegeta magnifice eos extollit. Sed Herodotus quoque (2, 3) scribit primos mortalium Ægyptios annum invenisse, Ægyptiorumque doctissimos esse Heliopolitanos. Alia vero historia Ægyptios tanquam vafros novit, ut Theocritus quoque (*Id.* 15, 49) indicat. Unde etiam αἰγυπτιάζειν dicitur subdole agere atque in sermonis consuetudine est adagium : *Sciti struendis machinis Ægyptii*. Ceterum eos a Persis in servitutem redactos fuisse historia proditur. Ægyptus regio cognominis est Ægypti, qui Beli filius, Danai frater fuit (*E Steph.*

ξηται *d*. Mox λόχων pro λόφων *C*. ‖ — 2. πόρρω *d*, πόρρωθε *E*. ‖ — 4. πληθύει *CDEFKLY*; πλημύρει *KMY*. ‖ — 7. κυάμῳ om. *Ed*. ‖ — 8. φασι *Cy*, φησι cett. ‖ — 10. μεγαλοφυῶν de meo dedi; μεγαλοφυῆ δὲ καὶ γόνιμον καὶ πολ. *C* et, misso δὲ, *d*; μεγαλοφυεῖν (μεγαλοφυὲν *F*) καὶ γόνιμον δὲ (δὲ om. *N*) καὶ πολυγ. cett. Strabo p. 695 (592, 38 Did.) ita habet : τὸν Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾶν καὶ τἆλλα καὶ τὰ ἀμφίβια. ‖ — 12. ἑπτάδυμα] πεντάδυμα ap. Aristot. H. An. 7, 4 legimus. ‖ — 14. καὶ om. *ENd*; ὄλβον *Uy*. ‖ — 16. ἀποτέμνειν *L*. ‖ — 18. ὅτι om. *C*; mox δήπου *U*. ‖ — 21. αἱ om. *U*. ‖ — 23. Μαῖα om. *C*. ‖ — 25. ὁ Διονύσιος add. ex *C*. ‖ — 26. ἀριπρεπέων *CEFMNUdy*, ἀριπρεπῶν cett. 3. ‖ — 27. διεστήσαντο om. *L*. ‖ — 29. καὶ ante ἱεροπρ. om. *d*. ‖ — 30. φησιν ἱμερόεντες *C*; ἱμερόεντες etiam *d* habet. ‖ — 31. πρῶτοι...διεμετρήσαντο om. *d*. ‖ — 33-37. καὶ θύμῳ...τὸν ἐνιαυτόν om. *C*. ‖ — 38. λογιώτατοι] sic Herodotus, λογιμώτατοι codd. et editt. ‖ — 43. δ' ἡλωθῆναι *d*; ὑπὸ τῶν Περσ. *L*.

Αἴγυπτος Αἰγύπτῳ τῷ Βήλου, τῷ Δαναοῦ ἀδελφῷ. Λέγονται δὲ καὶ ξυρᾶσθαι τὰς κεφαλὰς οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ πρὸς ἥλιον παχύνεσθαι τὸ ὀστοῦν, διὸ καὶ ἐλάχιστοι, φασὶν, εἰσὶν ἐν Αἰγύπτῳ φαλακροί.

239. Ὅτι καὶ ταῦτα Αἰγύπτου ἐγκώμια κατὰ τὸν Διονύσιον, οὐκ ὀλίγης, φησὶν, ἔτυχε τιμῆς· οὐδὲ μὴν οὐδ' ὀλίγη μέγεθος πέλει, ἀλλ' ὑπὲρ τὰς ἄλλας εὔβοτος εὐλείμων τε καὶ ἀγλαὰ πάντα φέρουσα· ἄλλοι δὲ καὶ φυσικῶς ὠχυρῶσθαι ἱστοροῦντες αὐτήν φασι κατὰ γῆν τε δυσέμβολον εἶναι καὶ κατὰ τὰ πρὸς θάλασσαν ἀλίμενον, καὶ τὸ « δολιχὴν δὲ ὁδὸν καὶ ἀργαλέην » ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου διὰ τὸ ἄξεινον τοῦ τόπου καὶ τὸ ἀλίμενον εἰρῆσθαι λέγουσιν. Ἐκλήθη δέ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα καὶ Ἀερία καὶ Ποταμία καὶ Αἰθιοπία διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας, περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι· ναὶ μὴν καὶ Ἀετία ἔκ τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ καλουμένου, καὶ Ὠγυγία δὲ καὶ Μελάμβωλος καὶ Ἡφαιστία.

242. Ὅτι τὸ τῆς ὅλης Αἰγύπτου σχῆμα τρισσαῖς ἐπὶ πλευραῖς βέβηκε. Τρίγωνος γάρ ἐστι, προσεοικυῖα τῷ δέλτα στοιχείῳ. Καὶ δὴ καὶ οὕτω καλεῖται Δέλτα τὸ κατ' Αἴγυπτον. Φασὶ γὰρ ἐν τῷ νοτίῳ τῆς Αἰγύπτου μέρει δύο εἶναι ὄρη, ὧν ἐν τῷ δεξιῷ ἀνατολικὴν κεῖσθαι τὴν προειρημένην Συήνην· οὕτω δὲ ἐγγὺς ἀλλήλων εἶναι ταῦτα τὰ ὄρη, ὡς μηδὲ ἑπταστάδιον εἶναι τὸ μέσον αὐτῶν· κἀκ τούτου τοῦ στενοῦ ἀρχομένην τὴν ἐκεῖσε γῆν πλατύνεσθαι πρὸς τὰ κατὰ θάλασσαν βόρεια ὡς δέλτα, ἤτοι τριγωνοειδῶς. Ἔστι δὲ τὸ ῥηθὲν ἑπταστάδιον τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα, ἐξ οὗ ὁ Νεῖλος καταρρήγνυται, ὥς φησι καὶ Ἡρόδοτος· φασὶ δὲ καὶ ἐν τῷ μέσῳ τῆς Αἰγύπτου ἕτερον τρίγωνον ἐξ αὐτοῦ τοῦ Νείλου ἀποτελεῖσθαι σχῆμα, Δέλτα λεγόμενον καὶ αὐτό· οὗ ἡ μὲν βάσις μεταξὺ τοῦ Πηλουσίου καὶ τοῦ Ἡρακλείου στόματος τοῦ Νείλου, πλευραὶ δὲ ἡ δεξιὰ μὲν κατὰ Πηλούσιον, ἡ ἀριστερὰ δὲ κατὰ Κάνωβον καὶ Ἡράκλειον. Καλεῖται δὲ, φασὶ, Δέλτα καί τι χωρίον καὶ κώμη τις ἐπὶ τῇ τοῦ Δέλτα κορυφῇ. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἔοικεν ἐκ τῶν ῥηθέντων τὸ δέλτα γράμμα τριγωνοειδῶς σχηματίζεσθαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὅθεν καὶ δέλτοι κυρίως μὲν οἱ τόμοι ὅσοι τριγωνοειδῶς ἐσχηματίζοντο ἐν τῷ πτύσσεσθαι, καθὰ καὶ νῦν ποιοῦσί τινες, ὕστερον δὲ ἁπλῶς αἱ βίβλοι δέλτοι λέγονται ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως· καθὰ καὶ πυξία, διὰ τὸ τοὺς παλαιοὺς ταῖς τῶν πύξων πινακίσι τὰ γράμματα ἐντυποῦν. Ἱστέον δὲ ὅτι ὁ Ξενοφῶν ἱστορεῖ καὶ τῆς Θράκης τόπον εἶναί τινα Δέλτα καλούμενον.

v. Αἰγ.). Feruntur Ægyptii capita radere, et ossa capitis ad solem crassa facere; quare etiam, ut aiunt (*Herod.* 3, 12), quam paucissimi calvi sunt in Ægypto.

239. Hæc quoque Ægypti encomia ex Dionysii sententia haud minimum, inquit, nacta sunt honorem. Nimirum neque magnitudine parva est Ægyptus, sed, præ aliis regionibus, bene a pascuis pratisque instructa et eximia omnia producit; alii (V. *Strab.* p. 819) vero etiam natura munitam esse narrant, quum terra accessu difficilis sit et oram maritimam portubus destitutam habeat, atque illud : *longam viam atque difficilem* ideo ab Homero (*Od.* δ, 483) dictum esse affirmant, quia locus ille inhospitalis est atque importuosus. Hæc autem regio, quemadmodum ex historia compertum est, vocata est olim et Aeria et Potamia et Æthiopia (propter eos, qui ibi sunt, Æthiopes, de quibus multi veterum narrant), immo vero et Aetia, ab Indo quodam, cui nomen Aeto, nec non Ogygia et Melambolos et Hephæstia (*E Steph.* v. Αἴγ.).

242. Ægypti totius figura tribus in lateribus insistit. Triangularis namque est, quippe assimilis litteræ Δ. Jam vero sic etiam vocatur Delta Ægyptium. Perhibent enim in parte australi Ægypti montes esse duos, horumque in dextero sitam esse ab oriente Syenen, de qua supra dictum est, usque adeo autem prope a sese hos esse montes, ut, quod medium est inter eos spatium, ne ad septem quidem stadia pertineat; atque ex his angustiis incipere regionem sese dilatare boream versus ad mare, tanquam Delta sive figura triangulari. Est autem spatium, quod diximus septem stadiorum, acumen hujus Delta, unde Nilus magno cum impetu decidit, ut testatur etiam Herodotus (2, 19). Perhibent etiam, in media Ægypto ipso Nilo alteram effici triangularem figuram, quæ et ipsa Delta appelletur; cujus quidem basis inter Pelusium et Heracleum ostium Nili, laterum vero dextrum ad Pelusium, sinistrum ad Canobum et Heracleum. Quin et Delta vocari aiunt (*Strabo* p. 788) locum et pagum quendam situm in vertice hujus Delta. Et observa videri ex iis, quæ diximus, litteram Δ figurâ esse apud veteres triangulari. Unde etiam δέλτοι, proprie quidem tomi qui, dum plicarentur, triangularem figuram referebant, sicuti etiam nunc quidam faciunt; verumtamen postea δέλτοι dicti generatim libri ab usu vetusto, similiter atque πυξία eo quod prisci in tabellis e buxo litteras inscribebant. Quod autem sciendum est, narrat etiam Xenophon (*Anab.* 7, 1, 33) locum quendam esse Thraciæ, qui Delta vocitetur.

ξηρᾶσθαι *C*; οἱ om. *C*. ‖ — 4. ἐν Αἰγύπτῳ εἰσὶν *C*. ‖ — 5. ἐγκώμια Αἰγύπτου *d*. ‖ — 6. οὐδὲ μὴν *EFdy*, om. *N*, οὐδ' οὐ μὴν *C*, οὐ μὴν cett. ‖ — 10. φασὶ δύσμωλον εἶναι *E*, εἶναι δυσέμβολον *L*; κατὰ om. *EY*. ‖ — 14. Ποταμῖτις Stephanus v. Αἴγυπτος, unde sua habet Eustathius. ‖ — 22. τὸ κατὰ τὴν Αἴγ. *L*. ‖ — 25. ἀλλήλων εἶναι *C*. ‖ — 26. τοῦ om. *CLy*. ‖ — 27. ἀρχομένου *C*, ἀρχομένῳ *E*. ‖ — 32. ἀποτελούμενον Δέλτα καλούμενον *L*. ‖ — 33. μετὰ τοῦ *CDy*. ‖ — 41. σχηματίζονται *U*. ‖ — 42. δέλτοι additum ex *CDEFLdy*. ‖ — 44. τοῦ πύξου *L*, ἐκ πύξων *FMNY* et vulgo ante Bernh. ‖ — 45. ὁ om. *U*. ‖ — 46. τινα om. *L*.

243. Ὅτι τοῦ κατ' Αἴγυπτον τριγώνου τὸ μὲν πλατὺ τὸ τῆς βάσεως πρὸς ἀκτὰς κεῖται βορειτίδας, ὡς καὶ ἀνωτέρω γέγραπται, τὸ δὲ ὀξὺ ἐπὶ ἠῶ ἕλκεται μέχρι πολυκρήμνου Συήνης, ἐρυμνὸν ὄρεσιν ἀμφοτέροις, τοῖς καταρράκταις λεγομένοις, ὧν μέσα, ὡς προεγράφη, καλλιρρόου κατέρχεται ὕδατα Νείλου. Τὸ δὲ ἐπ' ἠῶ φασιν ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ μὴ δηλοῦν τὴν ἀνατολήν, καλῶς λέγοντες. Νότιον γὰρ πάντως καὶ μεσημβρινὸν, οὐ μὴν ἀνατολικὸν τὸ τοῦ Δέλτα ὀξύ. Διὰ τοῦτο τοίνυν ἠῶ σωματικώτερον τὴν τοῦ Μέμνονος νοοῦσι μητέρα, τὴν Ἡμέραν τὴν θεὰν τὴν πρὸς τοῖς Αἰθίοψιν, εἰς οὓς καὶ ἡ τοῦ Δέλτα ὀξύτης ἀφορᾷ· ἧς Ἡμέρας ἐν ταῖς νοτίαις Θήβαις ἀνέστηκεν ἄγαλμα, ὡς ῥηθήσεται.

243. Trianguli hujus Ægyptii id, quod ad basim in latitudinem extentum est, jacet ad littora borealia, ut scriptum etiam supra; quod vero ad verticem acutum est, ad meridiem trahitur, usque ad præruptam Syenen; idque utrinque montibus munitum est, qui catarractæ appellantur, inter quos, ut scriptum supra, aquæ Nili pulchre fluentis descendunt. Ceterum quod ait, ἐπ' ἠῶ, *ad auroram*, veteres hic observant, non significari orientem; australe enim prorsus et meridionale est, non vero orientale, quod in Delta acumen desinit. Propterea igitur auroram, sensu magis corporeo, Memnonis matrem intelligunt, deam illam Hemeram (*sive Diem*) apud Æthiopes, ad quos acumen Delta regionis respicit. Cujus quidem Hemeræ in Thebis illis australibus statua erecta est, ut dicetur.

248. Ὅτι τὰς Αἰγυπτίας Θήβας ἑνικῶς ἐκφέρει, καὶ ἐρικυδέα λέγει πόλιν τὴν τοιαύτην Θήβην, καὶ ὠγυγίην καὶ ἑκατόμπυλον· ἔνθα γεγωνὼς, φησὶν, ὁ Μέμνων ἀνατέλλουσαν τὴν ἑαυτοῦ Ἠῶ, τουτέστι τὴν μητέρα Ἡμέραν, ἀσπάζεται· ἀνδριὰς μὲν ὢν, διά τινος δὲ μηχανῆς ἅμα καὶ ἡμέρᾳ λαμπούσῃ φωνῶν, καὶ οὕτω πως ἐξ αὐτομάτου προσλαλῶν οἷον καὶ ἀσπαζόμενος τὴν Ἡμέραν, ἧς ἐλέγετο υἱὸς εἶναι διὰ τὸ ἐν Αἰθίοψι τάχα κάλλιστος εἶναι, καὶ μόνος ὑπερλελευκάνθαι τὴν χροιὰν, πατρὸς ὢν Τιθωνοῦ, ἀδελφοῦ Λαομέδοντος, ὃν πρὸς τῇ Κέρνῃ ἀφορίζει ὁ Λυκόφρων, περὶ ἧς ἀνωτέρω γέγραπται. Φασὶ δὲ τὰς Θήβας καὶ Διὸς πόλιν ποτὲ κληθῆναι. Ἐξαίρει δὲ αὐτὰς τῷ λόγῳ καὶ ὁ Ποιητὴς ἐν τῇ Ἰλιάδι. Ἐννέα δὲ ἱστοροῦνται Θῆβαι, ὧν μία καὶ αὕτη ἡ περὶ Αἴγυπτον, μεγίστη μέν ποτε οὖσα, ὡς καὶ εἰς ἑκατὸν πύλας ἀνοίγεσθαι, καὶ εἰς σταδίους εἴκοσι καὶ τετρακοσίους ἐκτείνεσθαι, νῦν δὲ ἐν ὀνόματι μόνον κειμένη, διὰ τὸ κατεσκάφθαι καὶ ἀνεστατῶσθαι τέλεον. Φασὶ γὰρ ὅτι Καμβύσης αὐτὰς ὁ Περσῶν βασιλεὺς εἰς ἔδαφος κατέστρεψεν. Ὅτι δὲ περὶ τοὺς τοιούτους τόπους ὑετὸς οὐ καταρρήγνυται, δηλοῖ ὁ θαυμάζων ὅτι ἐπὶ Ψαμμηνίτου τοῦ υἱοῦ Ἀμάσιος ὕσθησαν αἱ Θῆβαι ψεκάδι.

248. Thebas Ægyptias numero effert singulari, et hanc istam Thebam urbem vocat perquam gloriosam et Ogygiam et portas centum habentem; ubi, inquit, clamore edito Memnon exorientem Auroram suam, h. e. matrem Hemeram, salutat. Quippe simulacrum est viri quod machina quadam, simul atque dies illucescit, vocem edit, itaque quodammodo sponte sua alloquitur quasi et salutet Diem, cujus filius esse ferebatur, quia pulcherrimus fortasse inter Æthiopes fuerat, solusque inter eos colore supra modum candido præditus, patre natus Ithono, Laomedontis fratre, quem Lycophron (*vs.* 18.) ad Cernen amandat, de qua supra scriptum est. Aiunt autem has Thebas vocatas esse aliquando Diospolin atque eas etiam laudibus extollit Poeta in Iliade (ι, 381). Novem porro Thebæ memorantur (*ap. Steph. s. v.*), quarum una hæc Ægyptiaca, urbs olim maxima, ita ut in portas centum aperiretur, atque ad stadia quadringenta et viginti protenderetur, nunc vero in uno duntaxat nomine posita, quia diruta funditus est atque eversa. Perhibent enim Cambysem, regem Persarum, solo eas æquasse. Ceterum in his istis locis non pluere, is declarat (*Herod.* 3, 10) qui admiratur quod Psammeniti temporibus, qui filius fuit Amasis, minutis guttulis decidentibus Thebæ maduerunt.

Κοινὸν δὲ καὶ τὸ πολλοὺς καὶ ὄλβιους ἄνδρας τὴν τῆς Αἰγύπτου ἔχουσι γῆν, οἷον οἱ ῥηθέντες Θηβαῖοι καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς καὶ οἱ μεσήπειροι Ἑπταπολῖται καὶ οἱ περὶ τὴν παραλίαν τὴν πρὸς τῇ Σερβωνίδι· λίμνη δὲ αὕτη καὶ χώρα, περὶ ἣν φασι τὸν Τυφῶνα κεκρύφθαι, πλησίον οὖσαν τοῦ πρὸς τῷ Πηλουσίῳ Κασίου ὄρους. Οἱ μέντοι Πηλουσιῶται ἐκτὸς τούτων εἰσὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον, τὸ γὰρ Πηλούσιον ἤδη τῆς Ἀσίας ἐστίν.

Multi et opulenti homines regionem Ægypti habent, ut Thebæi ii, de quibus diximus, et Alexandrini et Heptapolitæ mediterranei, et qui maritimam regionem incolunt ad Serbonidem. Palus hæc est atque regio, ubi delituisse ferunt Typhonem, vicina Casio monti, qui est juxta Pelusium. Pelusiotæ tamen sunt extra fines Ægypti. Pelusium enim jam est Asiæ.

---

2. τὸ om. *d*; αὐγὰς *C*; βορητίδας *E*; καὶ om. *d*. ‖ — 16. πόλιν om. *DL*. ‖ — 17. ἑκατοντάπυλον *d*; γεγονὼς *CK UYy*. ‖ — 19. Ἡμέραν μητέρα *L*. ‖ — 20. καὶ add. ex *Cy*. ‖ — 21. καὶ οἷον *LF*, fort. recte ‖ — 24. Λαομέδοντος] Πριάμου *ENd*. Fortasse erat: ἀδελφοῦ Πριαμοῦ τοῦ Λαομέδοντος. Sed frater Laomedontis Tithonus dicitur etiam apud Servium ad Virgil. G. 1, 447. 3, 48. ‖ — 26. Post Θήβας codd. addunt ταύτας, exc. *Cy*. ‖ — 31. εἴκοσι] Hoc. fort. addendum apud Stephanum v. Διόσπολις, ubi nunc legitur: τετρακόσια στάδια τὸ μῆκος. ‖ — 32. μόνῳ *C*, μόνο (sic) *d*. ‖ — 33. ἐσκάφθαι *Ed*; φησι *y*. ‖ — 37. Ψαμμονίτου *M*, Ψαμμονίου *E*, Ψαγημονίτου *F*, Ψαμμινίτου *y*; τοῦ om. *Uy*; ὕσθησαν *d*, ἥσθησαν cett. — 43. κεκορύφθαι *F*, κεκάφθαι *C*. ‖ — 44. οὖσα *Ed*. ‖ — 46. τῆς om. *CL*.

251. Ὅτι ἡ κατ' Αἴγυπτον Ἑπτάπολις καὶ Ἀρκαδία, ὡς ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου, ὕστερον ἐκλήθη, πρὸ δὲ τούτου καὶ Ἑπτάνομος ἢ Ἑπτανομία ὠνομάσθη. Καὶ τοῦτο μὲν ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἑπτὰ ἔχειν νομοὺς, ὁποίους τοὺς Λιβυκοὺς ἡ συνήθης φράσις εἶναι βούλεται, ὡς ἄν τις εἴποι ἐνορίας. Ἑπτάπολις δὲ ἐλέγετο ἀπὸ πόλεων παρακειμένων τῷ Νείλῳ, ἓξ μὲν ἐξ ἀριστερῶν, ἦγουν Μέμφεως, Διὸς πόλεως, Μεμνονίας, μικροῦ Καταρράκτου καὶ μεγάλου, καὶ Συήνης, μιᾶς δὲ ἐκ δεξιῶν, τῆς Βαβυλῶνος. Οἱ δὲ ἄλλως καταριθμοῦσι τὰς τοιαύτας ἑπτὰ πόλεις, τέσσαρας μὲν τῆς Θηβαΐδος, αἵ εἰσιν ἡ τοῦ Πανὸς, ἡ τοῦ Ἀντινόου, ἡ τῶν Λύκων καὶ ἡ Ἑρμοῦ πόλις, τρεῖς δὲ τῆς Ἀρκαδίας, τὴν Ἡρακλέους, τὴν Ὀξύρυγχον καὶ τὴν Μέμφιν.

251. Heptapolis illa Ægypti postea vocata est etiam Arcadia, tanquam ab Arcadio imperatore. Antea vero Heptanomos sive etiam Heptanomia est appellata. Et hoc quidem nomine vocabatur eo quia ἑπτὰ νομοὺς, *septem præfecturas*, habebat, quales Libycas esse vult communis usus loquendi, perinde ac si quis diceret ἐνορίας, *provincias suis limitibus definitas*. Heptapolis vero dicebatur ab urbibus Nilo adjacentibus, sex quidem a sinistra, Memphi, Diospoli, Memnonia, parvo magnoque Catarracte et Syene, una vero a dextra, Babylone. Verum alii aliter septem istas urbes enumerant, quatuor Thebaidis, quæ sunt Panopolis, Antinoi urbs, Lycopolis et Hermopolis; et tres Arcadiæ, Heracleopolim, Oxyrynchum et Memphim.

251. Ὅτι Αἰγύπτου πρὸς ζέφυρον οὐ πάνυ πόρρω τοῦ Κανωβικοῦ Νειλώου στόματος τὸ Μακηδόνιον πτολίεθρον, ὃ ἔστιν ἡ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου ὁμώνυμος πόλις, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη, Πτολεμαίου κομίσαντος, τεθεὶς ἐν πυέλῳ χρυσῇ, ἣν συλήσας ὕστερον Κόκκης ὁ ἐπικληθεὶς παρείσακτος Πτολεμαῖος ἐν ὑαλίνῃ πυέλῳ τὸν νεκρὸν ἔθετο. Ἀριθμοῦνται δὲ ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἀλεξάνδρειαι ὑπὲρ τὰς δεκαοκτώ. Τούτων μία καὶ αὕτη, πόλις Λίβυσσα ἤτοι Αἰγυπτία. Ταύτην δὲ καὶ ἄλλοις μὲν ὀνόμασι διαφόροις κληθῆναί φασί ποτε, ὀνομασθῆναι δὲ καὶ Λεοντόπολιν, διὰ τὸν τῆς Ὀλυμπιάδος καὶ τοῦτο Ἀλέξανδρον, ἧς ἡ γαστὴρ ἐσφραγίσθαι λέοντος εἰκόνι λέγεται. Λέγεται δὲ καὶ ὅτε τὴν ἀρχὴν ἡ πόλις ἐμελετᾶτο κτισθῆναι καὶ διεγράφετο, γῆν μὲν μὴ εἶναι πρόχειρον λευκὴν, ἧς χρεία ἦν τῇ διαγραφῇ κατὰ τὸ σύνηθες, ἀλφίτοις δὲ διαγραφῆναι αὐτὴν, καὶ ὄρνιθας καταπτάντας ἁφαρπάζειν τὰ ἄλφιτα· ὃ σύμβολον δόξαι τηνικαῦτα αἴσιον τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξανδρον, ὅτι δηλαδὴ πολλῶν ἡ πόλις τροφὸς γενήσεται. Λέγεται δὲ καὶ πόλις ποτὲ κληθῆναι κατ' ἐξοχὴν, ὡς νῦν ἡ Κωνσταντίνου πόλις, καὶ ὡς αἱ Ἀθῆναί ποτε ἄστυ. Ἰστέον δὲ ὅτι τοῦ Μακεδών ἐκτείνας οὗτος τὴν παραλήγουσαν Μακηδών εἶπεν ἐν τῷ Μακηδόνιον πτολίεθρον, οὐκ ἔξω ἀναλογίας λέγων. Οὕτω γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν κυρίων εἰς δων ὀξυτόνων ὀνομάτων τῷ η παραλήγεται, ὡς καὶ ὁ Σαρπηδών. Ἦν δὲ καὶ ὁ Μακεδὼν ἡγεμών ποτε τῆς ὁμωνύμου χώρας, ἥτις καὶ Ἡμαθία πρότερον ἐκαλεῖτο. Ὅρα δὲ ὅτι παρέφρασε τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὐκ αὐτὸ τοῦτο εἰπὼν ὅπερ καλεῖται, ἀλλὰ Μακεδόνιον ὀνομάσας πτο-

251. Heptapolis illa Ægypti postea vocata est etiam Arcadia, tanquam ab Arcadio imperatore. Antea vero Heptanomos sive etiam Heptanomia est appellata. Et hoc quidem nomine vocabatur eo quia ἑπτὰ νομοὺς, *septem præfecturas*, habebat, quales Libycas esse vult communis usus loquendi, perinde ac si quis diceret ἐνορίας, *provincias suis limitibus definitas*. Heptapolis vero dicebatur ab urbibus Nilo adjacentibus, sex quidem a sinistra, Memphi, Diospoli, Memnonia, parvo magnoque Catarracte et Syene, una vero a dextra, Babylone. Verum alii aliter septem istas urbes enumerant, quatuor Thebaidis, quæ sunt Panopolis, Antinoi urbs, Lycopolis et Hermopolis; et tres Arcadiæ, Heracleopolim, Oxyrynchum et Memphim.

254. Ægypti ad zephyrum, non valde procul ab ostio Nili Canobico, oppidum est Macedonium, i. e. urbs cognominis Alexandri Macedonis, qui ibi etiam, efferente cum Ptolemæo, sepultus est positusque in alveo aureo; quem quum postea Cocces ille, qui cognominatus est Ptolemæus Subditîtius, abstulisset, cadaver in alveo vitreo reposuit. Alexandriæ in historiis supra octo et decem enumerantur. Harum una hæc est urbs Libyca sive Ægyptia, quam aliis quoque variis nominibus vocatam olim fuisse ferunt, nominatamque etiam Leontopolim, item propter Alexandrum, filium Olympiadis, cujus venter leonis imagine obsignatus fuisse traditur. Ferunt etiam, quum primum de urbe condenda lineisque describenda cogitarent, non fuisse ad manum cretam, qua ad describendum ex more opus erat; itaque farina urbem descriptam fuisse, eamque farinam advolantes aves diripuisse, idque tunc Alexandro faustum atque auspicatum omen visum fuisse, inde conjectanti urbem multorum altricem futuram. Ferunt etiam eam aliquando vocatam esse πόλιν, *urbem*, per excellentiam, ut nunc Constantinopolis, et Athenæ quondam ἄστυ, *civitas*. Sciendum autem est, hunc poetam penultimam vocis Μακεδών producentem dixisse Μακηδών in illis : Μακηδόνιον πτολίεθρον, neque id extra analogiam. Sic enim et alia multa nomina propria oxytona in δών habent η in penultima, ut ὁ Σαρπηδών. Fuit autem Macedo princeps olim regionis cognominis, quæ et Emathia prius vocabatur. Vide vero uti eum periphrasi ad significandam Alexandriam, quippe quam non ipso hoc nomine vocet, quo vocatur, sed Macedonium oppidum nominet, ut

---

2. ἀπὸ τοῦ Ἀρκαδίου βασιλέως *y*, ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἐκλήθη Ἀρκαδίου ὕστερον *ENd*. || — 3. πρὸ τούτου δὲ *F*; καὶ ante ἑπτάνομος om. *C*; ἢ καὶ ἑπτανομία *CL*. || — 6. εἴποι *FMd*, εἴπῃ cett. || — 9. Καταραχ. *FKd*. || 11. ἀπαριθμοῦσι *Cy*. || — 14. Ὀξύρυχον et Ὀξύριχον codd. || — 17. Μακεδ. *CEFL*. || — 18. Μακεδ. om. *d*. || — 20. τεθεὶς om. *Cl*. De re cf. Strabo p. 794. || — 22. De re v. Stephan. s.v. Ἀλεξάνδρεια. || — 24. δὲ add. ex *FU*. || — 25. μὲν om. *F*; φασί ποτε *C*; δέ ποτε καὶ *d*. || — 27. καὶ om. *L*, τοῦ pro τοῦτο *F*; Ἀλέξανδρος *y*. || — 28. λέγεται λέοντος εἰκόνι *U*; λέγεται om. *L*. || — 32. τὰ ἄλφιτα] τὰ ὄρνιθα *C*. Vid. Pseudocallisth. 1, 32; Plutarch. Alex. c. 26. Cf. Strabo p. 792. || — 36. αἱ om. *Ed*. || — 39. λέγων om. *D*. || — 41. καὶ om. *Cy*, καὶ ὁ om. *d*. || — 44. οὐκ] οὐ

λίεθρον, ὡς ἂν εἰς μνήμην ἱστορίας ἀγάγῃ τὸν ἀκροατήν. Οὕτω καὶ τὸ Πηλούσιον κατωτέρω Πηλέως ὁμώνυμον πόλιν ἐρεῖ. Ἐκεῖνο δὲ καὶ τρόπον ἔχει ποιητικὸν ἄλλον, τὴν ἐτυμολογίαν συνήθη καὶ αὐτὴν οὖσαν τῷ Διονυσίῳ, οἷα ποιητῇ.

Λέγει δὲ καὶ ὅτι περὶ Ἀλεξάνδρειαν Σινωπίτου Διὸς μέλαθρον χρυσῷ τιμήεντι κεκασμένον· ὃ καὶ ἐξαίρων τῷ λόγῳ φησίν· « οὐκ ἂν ἐκείνου ναὸν ἐν ἀνθρώποις θεώτερον ἄλλον ἴδοις, ὃ ἔστι θειότερον, οὐδὲ ἀφνειὰν πόλιν ἑτέραν. » Τῷ ὄντι γὰρ πλουσιωτάτη πόλις ἡ Ἀλεξάνδρεια, ὡς ἱστόρηται. Περὶ ἧς καὶ τοιάδε τινὰ λέγεται· Ἀλεξάνδρεια πόλις πολυάνθρωπος, ἧς ὁ λιμὴν ναυσὶ δυσπρόσιτος. Στενός τε γὰρ ἐπ' αὐτὸν εἴσπλους, καὶ πέτραις ὑφάλοις τὸν ἐπ' εὐθὺ διακόπτεται δρόμον, καὶ τὸ μὲν ἀριστερὸν αὐτοῦ πέφρακται χειροκμήτοις σκέλεσιν, ἐν δεξιᾷ δὲ νησὶς ἡ Φάρος πρόκειται, πυρσεύουσα τοῖς πλέουσι πρὸς τὴν δυσχέρειαν τοῦ κατάπλου. Περὶ δὲ τὴν νῆσον μέγιστα καταβέβληνται χειροποίητα τείχη, οἷς καὶ προσαρασσόμενα τὰ κύματα καὶ ἀμφαγνύμενα ἐκτραχύνουσι τὸν πόρον καὶ σφαλερὰν διὰ στενοῦ τὴν εἴσοδον ἀπεργάζονται. Ὁ μέντοι λιμὴν ἐντὸς ἀσφαλής, καὶ τριάκοντα σταδίους ἔνδον ἔχει τὸ μέγεθος. Ὁ δὲ Γεωγράφος περὶ Φάρου φησὶν οὕτως· « ἡ Φάρος νησίον περίμηκες προσεχέστατον τῇ ἠπείρῳ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κανωβικοῦ εἰς αὐτὴν στάδια ρν'. »

Σινωπίτης δὲ Ζεὺς ἢ ὁ Μεμφίτης· Σινώπιον γὰρ ὄρος Μέμφιδος· ἢ ἀπὸ Σινώπης τῆς Ποντικῆς. Φέρεται γὰρ λόγος, ὅτι βασιλεῖ τῆς Ἀλεξανδρείας Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου δαίμων τις ἐπιφανεὶς ἐκέλευσε πέμψαντα ναῦν κομίσαι αὐτὸν, μὴ προσδηλώσας καὶ τόπον ὅθεν αὐτὸν ἀνακομίσεται. Ὁ δὲ πέμπει φέρεσθαι τηνάλλως τὴν ναῦν ὅπη τύχῃ. Καὶ ὡς προσέβαλεν ἡ ναῦς τῇ Φωκίδι, λαβόντες χρησμὸν οἱ ἐμπλέοντες ἀπελθεῖν εἰς Σινώπην καὶ ἐνέγκαι τὸ προσταχθὲν, ἤνεγκαν ἐκεῖθεν τὸ τοῦ Σαράπιδος Διὸς ἄγαλμα. Κἀντεῦθεν Σινωπίτης Ζεὺς, ἤτοι Σάραπις, οὗ φασι τὸ ἄγαλμα τοῖς ἐρῶσιν ἄδηλον εἶναι οἵας φύσεως ἦν. Οἱ δὲ ἀπὸ Σίνωπος ποταμοῦ Σινωπίτην τοῦτον Δία παρήγαγον.

259. Ὅτι σκοπιὰς τῆς Εἰδοθέας λέγει τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Φάρον, περὶ ἧς εἴρηται, ἢ τὸν Ἀντίφαρον, ὑψηλὸν ὄντα καὶ αὐτὸν, ὃς λέγεται τάφος Ὀσίριδος καὶ Εἰδοθέας τῆς τοῦ Πρωτέως, ὅστις Πρωτεὺς τῶν ξενοκτόνων παίδων ἐν τῇ Θρᾳκικῇ Παλλήνῃ ἀπαλλαγείς, ὡς ἱστορεῖ Λυκόφρων, ἀποκατέστη εἰς Φάρον μετὰ τῆς θυγατρὸς Εἰδοθέας, καὶ δαίμων ἐνομίσθη θαλάσ-

in historiæ memoriam redire auditorem faciat. Et sic etiam infra vocat Pelusium urbem cognominem Pelei ; sed hoc alium quoque habet tropum poeticum, quæ est etymologia, familiaris et ipsa Dionysio, utpote poetæ.

Ad hæc narrat Alexandriæ templum esse Jovis Sinopitæ auro pretioso ornatum. Quod et verbis extollens, « non illo, inquit, templum aliud apud homines videris θεώτερον, h. e. θειότερον, *divinius*, neque urbem aliam æque opulentam. Vere namque urbs ditissima fuisse traditur Alexandria, de qua fere hæc etiam commemorantur. Alexandria valde populosa, cujus portus aditu navibus perdifficilis. Namque et angustus est navigantibus in eum ingressus, et latentibus sub mari saxis rectum habet cursum intercisum ; et sinistrum quidem ejus latus quibusdam veluti cruribus manu factis communitum est, a dextra autem præjacet Pharus parva insula, face navigantibus prælucens propter appulsus difficultatem, quum ex alto naves in portum invehuntur. Porro autem circa hanc insulam maximi muri manu constructi sunt, ad quos allisi fluctus fractique fretum exasperant et periculosum per angustias ingressum efficiunt. Portus tamen intus tutus est, magnitudinem habens stadiorum triginta. Geographus (*p.* 791) de Pharo ita habet : « Pharus insula oblonga, proxima continenti, ab ostio Canobico distans stadia centum et quinquaginta. »

Sinopita autem Jupiter aut idem est qui Memphita (certe Sinopius mons est Memphidis), aut dicitur a Sinope Pontica. Nimirum Ptolemæo, Lagi filio, Alexandriæ regi, deus nescio qui apparuisse fertur eique præcepisse, ut, missa navi sese adveheret, non vero indicasse locum, unde sese deveheret. Misisse illum aiunt navem temere ferendam, quocunque fortuna tulisset. Nave ad Phocidem appulsa, accepto rectores oraculo, ut Sinopen discederent, et quod mandatum esset auferrent, Serapidis Jovis simulacrum abstulisse, indeque Jovem dictum Sinopitam sive Sarapin, cujus simulacrum intuentes nescivisse feruntur cujusnam esset naturæ. Alii tamen Jovem hunc Sinopitam deducunt a Sinope flumine.

259. Idotheæ speculas vocat Pharum Alexandrinam, de qua dictum est, vel Antipharum, ipsum quoque excelsum, qui tumulus dicitur Osiridis et Idotheæ, Protei filiæ; qui Proteus a liberis suis digressus, qui in Pallene Thracia hospites mactabant, ut Lycophron (115) narrat, una cum Idothea filia sese in Pharum contulit, deusque marinus est repu-

---

κατ' *CL.* || — 1. παράγει *C.* || — 2. τὸ om. *C*; κατωτέρω post πόλιν ponitur *F.* || — 3. δὲ om. *CDL*; καὶ om. *C.* || — 5. τῷ om. *C.* || — 8. ἓν om. *C*; ἀνθρώποισι *U.* || — 9. ἴδοιο *FL.* || — 11. ὡς ex *C* additum.; ἱστορεῖται *C.* || — 12. Ἀλεξάνδρεια *MUl*, Ἀλεξάνδρου cett. || — 13. δυσπόριστος *CL.* De re v. Strabo p. 791 sq. || — 14. διακόπτεται om. *C.* || — 16. χηροκμ: *MU*, χαλκομήτοις *F.* || — 20. ἀμφιγνυμένα *C*, ἀμφιαγν. Bernh., ἀφαγνύμενα *FKLY.* || — 21. ἀπεργάζεται *d.* || — 25. προσεχέστατον e conj. Casauboni ad Strabon., ubi codd. προσέσχατον ; apud Eustath. codd. πρὸς ἔσχατα. || — 29. γὰρ τοιοῦτος λόγος codd., exc. *CFMUy.* || — 34. τὴν ναῦν τηνάλλως *EMNUd*; ὅποι *MU.* || — 34. οἱ πλέοντες *F.* || — 39. παρήγαγον *MUlmy*, παράγουσιν cett. || —

σιος. Περὶ οὗ καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν γέγραπται.

260. Ὅτι πρὸς ἀνατολὰς Αἰγύπτου περὶ τὴν Κασιώτιδα πέτραν, ἤτοι περὶ τὸ Κάσιον ὄρος, ἡ πόλις τὸ Πηλούσιον κεῖται, πρὸς τῷ ἐξ αὐτοῦ παρωνύμῳ Πελουσιακῷ τοῦ Νείλου στόματι ἀνατολικῷ ὄντι. Καὶ οὗτος μὲν τὸ Πηλούσιον πτολίεθρον ἐπώνυμον τοῦ Πηλέως φησὶν, ὡς στρατιωτῶν Φθιωτῶν ὑπὸ τῷ Πηλεῖ τεταγμένων οἰκησάντων αὐτὸ, ἄλλοι δὲ ἀπὸ τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν ἐκεῖ ἑλῶν καὶ τελμάτων καλοῦσιν αὐτό. Ναυτικωτάτους δὲ τοὺς Πηλουσιώτας καλεῖ ἐν τῷ λέγειν αὐτοὺς ἔξοχα ναυτιλίας δεδαημένους. Τοιούτους δὲ καὶ Ὅμηρος οἶδε τοὺς Φοίνικας. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ Κάσιον Ἡρόδοτος ὁρίζειν φησὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Συρίαν· καὶ ὅτι τὰ νῦν ἰδιωτικῶς Κασιανὰ ὑφάσματα λεγόμενα ἐκ τῶν περὶ τὸ ῥηθὲν Κάσιον ὄρος τὴν ἀρχὴν τῆς κλήσεως ἐοίκασι λαβεῖν, ὡς ὑπεμφαίνει ὁ γράψας τὰ Ἐθνικὰ, ἐν λόγῳ τιθεὶς τὰ Κασιωτικὰ ἱμάτια.

262. Ὅτι οἱ Πηλουσιῶται οὐκ εἰσὶν ἀνδράσι Λιβύεσσιν ἐναρίθμιοι. Καὶ γὰρ ἄστυ ἔλαχον, φησὶν, ἐς αὐγὰς Νείλου νενασμένον, ἤτοι κατοικούμενον. Οἱ δὲ ἀστειότερον λελασμένον γράφουσιν, ὃ ἔστιν ἐπιλελησμένον τοῦ Νείλου, ὡς ἔξω τοῦ Δέλτα καὶ πόρρω αὐτοῦ κείμενον. Καὶ ἡ Σερβωνὶς τοίνυν λίμνη τούτῳ τῷ λόγῳ κεχώρισται τῆς Λιβύης, ὡς ἀνατολικωτέρα τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος, ὅπερ, ὡς λέλεκται, τῆς Ἀσίας ἐστί. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἔστιν ἐνταῦθα ζητῆσαι τοιοῦτόν τι· ἐὰν τὸ μὲν Κανωβικὸν στόμα τοῦ Νείλου πέρας τῆς Λιβύης ᾖ, ὡς προείρηται, τὸ δὲ ἐπώνυμον τῷ Πηλουσίῳ Πηλουσιακὸν στόμα τῆς ἑῴας ἐστὶ καὶ οὐ Λιβυκὸν, τὴν ἐν μέσῳ τῶν ἄκρων δύο τούτων Αἰγυπτίαν γῆν ὁποτέρᾳ προσνέμειν χρὴ, ἆρά γε τῇ Λιβύῃ ἢ τῇ Ἀσίᾳ; πρὸς δὲ τὴν τοιαύτην ζήτησιν ἔστιν ἐπαγωνίσασθαι, ὅτι ὡς μεθόριον οὐδετέρᾳ τῶν δύο ἠπείρων ἀκριβῶς ἡ διὰ μέσου γῆ προσνενέμηται. Ἡρόδοτος δὲ φανερῶς διαστέλλει τῶν Λιβύων τοὺς Αἰγυπτίους, ἔν τε ἄλλοις τόποις καὶ ἔνθα λέγει ὅτι Αἰγύπτιοι μετὰ Λίβυας ὑγιέστεροι πάντων ἀνδρῶν διὰ τὸ τὰς ὥρας οὐ μεταλλάσσειν. Ἡ δὲ λέγουσα ἱστορία ὅτι αἱ ἴβεις ἐν Πηλουσίῳ οὐ γίνονται, ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ εἰσὶν, Αἰγυπτίαν εἶναι πόλιν ἐμφαίνει τὸ Πηλούσιον.

265. Ὅτι παχυμερῶς ὁ Διονύσιος περιηγεῖσθαι ὁμολογεῖ, ἐν οἷς περὶ Λιβύης φησίν· « ἄλλοι δὲ πλεῖστοι τήνδε χθόνα ναιετάουσιν, οἱ μὲν ἐπ' ὠκεανῷ, οἱ δὲ ἀνὰ μέσας ἠπείρους, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο δὲ ποιήσει καὶ ἐν τοῖς εἰσέπειτα πολλαχοῦ. Τὰ δὲ τοιαῦτα νοήματα καὶ σαφήνειαν ἐργάζονται διὰ τὴν συμπλήρωσιν

tatus, de quo etiam scriptum in Commentariis ad Odysseam (δ', 365).

260. Ab Ægypto ad orientem circa Casiotidem petram, nimirum circa Casium montem, Pelusium urbs jacet, ad ostium Nili orientale, quod inde denominatum est Pelusiacum. Et Dionysius quidem Pelusium vocat oppidum Pelei cognomine, eo quia sedem ibi collocassent milites Phthiotæ, qui sub Peleo duce militarent. Verum alii urbem dici aiunt *a luto* (πηλός) et paludibus ac lagunis. Pelusiotas porro maxime nauticos appellat, dum eos dicit ἔξοχα ναυτιλίης δεδαημένους. Tales autem et Homerus (Od. ο, 414) agnoscit Phœnices. Notes secundum Herodotum (2, 158) Casium montem Ægyptum et Syriam dirimere. Porro quæ nunc vulgo telæ Casianæ dicuntur, eæ videntur ab accolis montis hujus quem diximus Casii nomen habere, ut innuit scriptor Ethicorum (s. v. Κάσιον), ubi in laude ponit vestimenta Casiotica.

262. Non sunt Pelusiotæ Libybus adnumerandi. Etenim oppidum, inquit, sortiti sunt ad orientem Nili νενασμένον i. e. habitatum. Ubi tamen alii festivius scribunt λελασμένον, h. e. *oblitum Nili*, tanquam extra Delta longeque ab eo positum. Hac igitur ratione Serbonis quoque palus separata est a Libya, quippe orientalior ostio Pelusiaco, quod quidem, ut diximus, est Asiæ. Observa illud fere posse hic inquiri, si ostium Nili Canobicum terminus est Africæ, ut dictum est supra, ostium vero Pelusiacum, quod a Pelusio cognominatum est, partis est orientalis, et non Africanum : utri attribuere Ægyptum oporteat, quæ media est regio inter hæc duo extrema, utrum Africæ, an vero Asiæ. In qua quæstione contendere licet neutri illarum duarum continentium esse eam, veluti utriusque intermediam regionem, exacte attributam. Herodotus (2, 77) porro Ægyptios ab Afris aperte distinguit, tum aliis in locis, tum ubi scribit Ægyptios mortalium omnium maxime, secundum Afros, bona valetudine gaudere, eo quia tempestates apud eos annuæ minime variant. At enim, quod in historia (*Arist. H. An.* 9, 27) proditum est, non esse ibes in Pelusio, sed in reliqua Ægypto, id sane Pelusium urbem esse Ægyptiam commonstrat.

265. Fatetur Dionysius, pinguiori se Minerva in periegesi hac sua orbem terrarum describere, ubi de Africa ita loquitur : « Alii vero plurimi regionem hanc incolunt, alii ad oceanum, alii per medias continentes etc. »; quod et multis postea in locis facit. Ceterum istiusmodi dicendi formulæ perspicuitatem effi-

---

7. οὕτως *C.* || — 9. οἰκισάντων *EN*; αὐτὸ *Fdlmy*, αὐτοῦ cett. || — 10. αὐτὸ om. *L.* || — 17. λαχεῖν *Flm*; ὡς om. *Ud.* || — 22. λελησμένον *C.* || — 28. ἐὰν μὲν τὸ *C.* || — 29. ᾖ] εἴη codd. || — 30. τῷ πηλεῖ *F*; τὸ Πηλ. στ. *CF.* || — 32. χρὴ] δεῖ *L.* || — 34. οὐδετέρᾳ om. *C*; τῶν] τούτων τῶν *L.* || — 37. τόποις om. *L.* || — 39. οὐ om. *C.* || — 40. αἱ Νούβεις *C.* || — 43. περιηγ. ὁμολ. ὁ Διονύσιος *E.* || — 45. ὠκεανὸν *GDFL.* || — 47. τοῖς ἔπειτα *M*; ὀνόματα *C.*

τῶν ἐννοιῶν. Εἴρηται γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὅτι πάνυ στοχαζόμενος σαφηνείας ὁ Διονύσιος πολλαῖς χρῆται καὶ συμπληρώσεσι καὶ προεκθέσεσι καὶ τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν σαφὴς ὁ λόγος γίνεται.

267. Ὅτι ἡ Τριτωνὶς, εὐρεῖα λίμνη, μέση Λιβύης ἕλκεται· περὶ ἣν καί τι νησίδιον ἱστοροῦσιν εἶναι. Ἀπὸ ταύτης ὁ μῦθος τὴν Τριτογένειαν Ἀθηνᾶν παρωνομάσθαι βούλεται, ὡς γεννηθεῖσαν περὶ αὐτήν. Διὸ καὶ οἱ περὶ τὴν Τριτωνίδα λίμνην τῇ Ἀθηνᾷ μάλιστα θύουσιν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, ὃς καὶ ποταμὸν μέγαν Τρίτωνα καλούμενόν φησιν ἐκδιδόναι εἰς τὴν λίμνην ταύτην μεγάλην οὖσαν. Λέγει δὲ καὶ ὅτι ταύτης τῆς Τριτωνίδος λίμνης καὶ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατέρα φασὶν οἱ ἐκεῖ τὴν Ἀθηνᾶν, καὶ ὅτι μεμφθεῖσα ἡ Ἀθηνᾶ τῷ πατρὶ Ποσειδῶνι ἐποιήθη εἰς θυγατέρα, τουτέστι θετὴ θυγάτηρ ἐγένετο τῷ Διί.

270. Ὅτι Εὐρώπη ἡ χώρα ἐξ Εὐρώπης λέγεται καθὰ καὶ ὁ Λυκόφρων φησίν· ἀφ' ἧς ὁ Σαρπηδών, ὡς ἱστορεῖ Εὐριπίδης ἐν Ῥήσῳ. Ἀγήνορος δὲ αὕτη θυγάτηρ, ἣν Ταῦρος ὁ τῆς Κρήτης βασιλεὺς ἐλήΐσατο, ναυμαχίᾳ τὴν Τύρον ἑλών. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἄλλος ἐστὶν οὗτος παρὰ τὸν Λύκιον Σαρπηδόνα. Σαρπηδὼν μὲν γὰρ οὗτος ὁ τῆς ῥηθείσης Εὐρώπης ἀδελφός ἐστι Μίνωος καὶ Αἰακοῦ κατὰ τὸν Ἀρριανὸν, ὁ δὲ ἐκ Λυκίας Σαρπηδὼν ὁ Ὁμηρικὸς οὐκ ἂν εἴη τούτοις σύγχρονος. Ἱππίας δὲ ἀπὸ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης τῶν Ὠκεανίδων τὰς ἠπείρους καλεῖ. Τισὶ δὲ οὐκ ἀρέσκει ἐκ γυναικῶν ταῖς ἠπείροις τὰ ὀνόματα κεῖσθαι. Ἡρόδοτος δέ φησι τὰ τρία τῆς γῆς τμήματα ἐπωνυμίας ἔχειν γυναικῶν, λέγων ὅτι Λιβύη μὲν ἀπὸ Λιβύης λέγεται γυναικὸς αὐτόχθονος, ἡ δὲ Ἀσία ἀπὸ τῆς Προμηθέως μητρὸς ἐπονομάζεται, Λυδοὶ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ ἀπὸ Ἀσίεω τοῦ Ἄτυος καλεῖσθαί φασιν αὐτὴν, ἀφ' οὗ καὶ ἐν Σάρδεσι φυλή τις καλεῖται Ἀσιάς. Ἡ δὲ Εὐρώπη δοκεῖ ἀπὸ τῆς Τυρίας Εὐρώπης λαβεῖν τὸ ὄνομα. Ὅτι δὲ βούλονταί τινες τὴν Εὐρώπην καὶ ἀπό τινος Εὐρώπου ἀνδρὸς ὠνομάσθαι προείρηται. Διὸ καὶ βαρύνεται· βαρεῖαν γὰρ ἔχει τάσιν καὶ ὁ Εὔρωπος τὸ κύριον, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ εὐρωποῦ, ὅπερ δηλοῖ τὸν πλατὺν ἢ σκοτεινὸν, ἐξ οὗ καὶ σπήλαιον παρὰ τῷ Ὀππιανῷ εὐρωπόν. Δεῖ δὲ εἰδέναι καὶ ὅτι τὴν Εὐρώπην οἱ παλαιοι φασί διαφέρειν τῆς Ἀσίας οὐ μόνον ἀνδρῶν ἀρετῇ καὶ πλούτῳ καὶ καρποῖς, ἀλλὰ καὶ σπάνει θηρίων. Πολυσχημονεστάτη δὲ ἠπείρων ἡ Εὐρώπη, ἁπλουστάτη δὲ τοὐναντίον ἡ Λιβύη, ἡ δὲ Ἀσία μέσην ἀμφοῖν ἔχει διάθεσιν. Κἀκεῖνο δὲ

ciunt eo quia complementum sententiis imponunt. Jam initio diximus Dionysium perspicuitatis studiosissimum multis uti et complementis et procxpositionibus aliisque figuris quibus sermo fiat perspicuus.

267. Tritonis lata palus Africæ in medio trahitur; qua in palude parvam esse insulam commemorant. Ab hac palude vult fabula Minervam denominatam fuisse Tritogeniam, quasi ibi genitam. Quare etiam Tritonidis paludis accolæ Minervæ maxime sacrificant, ut tradit Herodotus (4, 178. 180), qui fluvium etiam magnum, Tritonem nomine, in paludem hanc magnam ait influere. Idem refert accolas ibi dictitare Minervam Tritonidis hujus paludis et Neptuni esse filiam; itemque Minervam, quum de Neptuno patre conquereretur, adoptatam ab Jove pro filia sive in filiæ locum adscitam fuisse.

270. Europa regio nomen habet ab Europa, ut Lycophron (1398) etiam affirmat; cujus filius fuit Sarpedon, ut narrat Euripides in Rheso (29). Filia hæc fuit Agenoris, quam Taurus rex Cretæ, post captam navali prœlio Tyrum, captivam abduxit. Sed observa alium hunc esse a Sarpedone Lycio. Nam hic Sarpedon, Europæ, de qua diximus, filius, frater est Minois et Æaci, secundum Arrianum; at Sarpedon Homericus ex Lycia, illius æqualis vix fuerit. Hippias continentes has vocat ab Asia et Europa, filiabus Oceani. Quibusdam tamen non placet nomina his continentibus imposita esse a mulieribus, tametsi Herodotus (4, 45) velit partes tres orbis terrarum nomina a mulieribus ducere, quo loci asseverat Libyam dici a Libya, muliere indigena, Asiam vero a Promethei matre denominari, quamvis non ita Lydi, sed vocatam eam affirment ab Asia, Atyis filio, a quo etiam tribus quædam Sardibus vocatur Asias; Europam denique videri id nominis ab Europa Syria accepisse. Jam vero dictum est supra, quosdam velle Europam ab Europo quodam viro nominatam fuisse. Quare etiam id nominis est barytonum; gravem namque accentum habet ὁ Εὔρωπος nomen proprium, ad differentiam τοῦ εὐρωποῦ, quod quidem significat latum aut tenebricosum, ex quo etiam apud Oppianum (*Hal.* 3, 20) σπήλαιον εὐρωπόν. Scire autem oportet, quod veteres (*Strab. p.* 126) testantur, præstare Europam Asiæ, non hominum modo virtute atque divitiis fructuumque ubertate, sed etiam raritate ferarum. Ceterum Europa maxime aliarum continentium figura est multiplici ac varia; simplicissima e contrario Africa; media inter utramque figuratione Asia. Sed et illud cognoscendum, Europam quidem

---

1. γὰρ ὅτι ἐξ *C.* || — 2. χρᾶται *C.* || — 6. ἕλκεται] ἐκτείνεται *M*, sed in marg. ἕλκεται. || — 16. ἐγένετο om. *d* Bernh. || — 20. Ταῦρος ὁ etc. *CNdy*, nisi quod in *N* om. βασιλεύς, et in *C* legitur ὁ Ταῦρος τῆς; ὁ τῆς Κρ. β. Ταῦρος cett. || — 21. Σημείωσαι] Ἰστέον *F*; δὲ om. *Ed*. || — 22. ἐστὶν] ἦν *L*; κατὰ] παρὰ *C*. Ubinam hæc Arrianus dixerit, non satis liquet. || — 25. τούτοις *CDFKLMYy*, τούτῳ cett. || — 26. καὶ, quod vulgo legitur ante ἀπὸ, om. *CDFKLMYy*. || — 30. λέγεται ἀπὸ Λιβύης *C.* || — 32. Λυδοὶ] Ληδοὶ *M*, Λυδὲ οὐχ *E*, Λυκόφρων *N*. || — 33. Ἀσίεω *CMUy*, Ἀσιέως cett.; φησιν *C.* || — 34. Ἀσιάς *CDEFKMY*, Ἀσία vulgo, ἡ Ἀσία *L*. 35. Εὐρωπά *L*. || — 42. φασι διαφέρειν *CDELYd*; διαφ. φασὶν cett. || — 43. ἀνδρῶν om. *C*.

γνωστέον, ὅτι Εὐρώπη μὲν πάντα τὰ κατὰ δύσιν ἀρξαμένοις ἀπὸ Ἑλλησπόντου· οἱ δὲ παλαιοί φασιν ὅτι Οὐεσπασιανὸς ἐχώρισε τὴν Θράκην ἀπ' αὐτῆς.

271. Ὅτι τὸν αὐτὸν εἶναι ῥυσμόν φησι τῇ Εὐρώπῃ, οἷός ἐστι καὶ ὁ τῆς Λιβύης. Ῥυσμὸν δὲ τὴν ἔκτασιν λέγει, τὴν θέσιν, τὴν διάστασιν ἢ, ὡς αὐτὸς εἶπε, τὸν τύπον. Ταὐτὸν γὰρ εἰπεῖν, Εὐρώπης τύπον καὶ Λιβύης ῥυσμόν. Καὶ προϊὼν δὲ τὴν τοιαύτην λέξιν ἐρεῖ ἔν τε ἄλλοις καὶ ἐν τῷ « σχῆμα δὲ Ἀσίας ῥυσμὸς πέλει ἀμφοτέρων. » Ἔστι δὲ καὶ ἐκεῖ ῥυσμὸς τὸ σχῆμα, ὁ τύπος, ἡ θέσις. Γίνεται δὲ ὁ ῥυσμὸς ἐκ τοῦ ῥύω, τὸ ἑλκύω· ἐξ οὗ καὶ τόξου ῥυτήρ ὁ τοξότης, καὶ ῥυτὴρ δὲ ὁ χαλινός. Διὸ καὶ ὁ Διονύσιος ἐν τοῖς ἑξῆς εἰπὼν ῥυσμόν, εἶτα οἷον ἐτυμολογῶν τὴν λέξιν ἐρεῖ « ἑλκόμενον κατὰ βαιόν· » ὡς ταὐτὸν ὂν εἰπεῖν ῥυσμόν καὶ ἕλκυσμόν.

274. Ὅτι Εὐρώπη καὶ Λιβύη τὸ νείατον ἴχνος, ἤγουν τὴν βάσιν καὶ τὸ ἑῷον πλατὺ τέρμα ἑαυτῶν, ἴσον ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἔχουσιν· ὑπόκειται γὰρ ἡ Ἀσία ὥσπερ βάσις αὐταῖς. Κἂν θῇς, φησὶν, ἀμφοτέρας ταύτας γαῖαν μίαν μὴ μεσολαβουμένην ὑπὸ τῆς ἑσπερίας θαλάσσης, κώνου ἂν γένοιτο σχῆμα πλευραῖς ἴσον ἀμφοτέραις, οὗ ὀξὺ μὲν τὸ ἑσπέριον, πλατὺ δὲ τὸ ἀνατολικὸν τὸ πρὸς τῇ Ἀσίᾳ. Καὶ ὅρα ὅτι καὶ ἐπὶ κώνου πλευραὶ λέγονται. Ἰστέον δὲ ὅτι ὥσπερ ἡ Λιβύη καὶ ἡ Εὐρώπη ὁμοῦ συντεθεῖσαι κώνῳ εἰκάζονται τῷ γεωμετρικῷ, οὕτω καὶ ἄλλα μέρη τῆς γῆς γεωμετρικοῖς εἰκάζονται σχήμασι παρὰ τῷ Διονυσίῳ. ὥσπερ ἡ Λιβύη μὲν τραπεζίῳ, τριγώνῳ δὲ ἡ Αἴγυπτος καὶ ἡ Σικελία, καὶ ῥόμβῳ δὲ μέρος τι τῆς Ἀσίας, ὡς μετὰ ταῦτα ῥηθήσεται·

281. Ὅτι ὑπὸ τὴν ἐσχάτην γλωχῖνα, ὅ ἔστι γωνίαν, τῆς Εὐρώπης, ἀγχοῦ τῶν στηλῶν τῶν περὶ τὰ Γάδειρα, οἱ Ἴβηρές εἰσι τεταμένοι, ἄχρι καὶ τοῦ βορείου ψυχροῦ ὠκεανοῦ. Τούτους μεγαθύμους φησὶ δι' ἣν εἶχον ἀνδρείαν. Ἄποικοι δὲ τούτων οἱ ἑῷοι Ἴβηρες, ὡς καὶ τῶν Εὐρωπαίων Γαλατῶν οἱ Ἀσιανοὶ οἱ περὶ τὴν Ἄγκυραν. Καλοῦνται δὲ ἀπὸ Ἴβηρος ποταμοῦ, οὗ ἴδιον λέγεται τὸ πλημμύρειν καὶ δίχα χιόνων, ὅτε τὰ βόρεια πνεύματα πλεονάσει. Αἰτία δὲ τοῦ τοιούτου πάθους, φασὶν, ἡ λίμνη, δι' ἧς ὁ τοιοῦτος ποταμὸς

esse quidquid regionum est ad occidentem, si ab Hellesponto initium ducimus; attamen veteres tradiderunt Vespasianum Thraciam ab ea separasse.

271. Eundem esse dicit ῥυσμὸν, *tractum*, Europæ, qui est Africæ. Ῥυσμὸν vero vocat productionem, positionem, distantiam, aut, ut ipse ait, τὸν τύπον, formam. Idem enim est dicere Europæ τύπον, *formam*, et Africæ ῥυσμόν, *tractum*. Quin etiam postea hanc vocem usurpat, tum alibi, tum in illis verbis : Σχῆμα δὲ Ἀσίας ῥυσμὸς πέλει ἀμφοτέρων. Est autem illic ῥυσμός idem atque figura, forma, positio. Fit ῥυσμός ex ῥύω, *traho*, ex quo etiam τόξου ῥυτήρ i. e. sagittarius, nec non ῥυτήρ, quæ est habena. Quapropter etiam infra Dionysius, posteaquam dixerat ῥυσμόν, veluti ab etymologia vocem hanc explicans, subdit ἑλκόμενον κατὰ βαιόν, *tractam paullatim*, quasi idem sit dicere ῥυσμὸν et ἕλκυσμόν.

274. Europa et Libya ultimum vestigium, basim nimirum et terminum latum suum orientalem, ex æquo habent ad Asiam. Subjecta namque eis est Asia, veluti basis. Quod si, inquit, utramque hanc continentem unam neque eam Hesperio mari interceptam posueris, coni inde figura exstiterit utroque latere æquali, cujus quod in acumen desinit, occidentale est, quod vero in latum, orientale ad Asiam. Ac vide latera dici etiam de cono. Quemadmodum autem Libya atque Europa simul conjunctæ cono geometrico assimilantur, sic etiam sciendum partes alias orbis terrarum apud Dionysium figuris geometricis assimilari, veluti Libyam trapezio, Ægyptum et Siciliam triangulo, partem quandam Asiæ rhombo, ut dicetur postea.

281. Extrema sub cuspide sive angulo Europæ, prope columnas, quæ sunt ad Gades, protenti sunt Iberes usque ad frigidum oceanum borealem. Hos magnanimos vocat propter ipsorum fortitudinem. Horum colonia Iberes illi orientales, sicuti etiam Galatarum Europæorum colonia sunt Asiani ii qui apud Ancyram. Vocantur autem Iberes ab Ibere flumine, cujus proprium esse aiunt (*Strabo p.* 175) vel sine nivibus exundare, quum boreales venti copiosius atque vehementius increbrescunt. Causam vero hujus rei

---

2. ἀρξομένου *C*; ὅτι om. *C*. || — 3. Βέσπασιανὸς *F*. || — 5. Θράκην] χώραν *F*. Thraciam a Vespasiano in provinciæ formam redactam esse tradunt Suetonius Vesp. c. 8, et Eutropius 7, 13 (Cf. Tacit. Hist. 1, 11); eandem vero etiam Asiæ adscriptam esse aliunde non constat. Errasse Eustathii auctorem censet Bernhardyus; nimirum quum apud Ammianum Marc. 27, 4 inter sex Thraciæ partes, una sit nomine speciali *Thracia* dicta, alia autem *Europa* nominata : facile fieri potuisse ut Eustathius hisce Thraciæ et Europæ nominibus in errorem induceretur. || — 4. τὸν om. *C*; ῥυσμὸν εἶναι *ENd*; τῇ Εὐρώπῃ φασι *U*. || — 9. σχῆμα Ἀσίας δὲ *γ*. || — 11. ὁ τύπος om. *L*. || — 12. ἐξ οὗ κατὰ παραγωγὴν *F* et codd. Hudsoni. Verba καὶ τόξου ῥ. ὁ. τ. καὶ om. *N*; δὲ ὁ om. *d*. In *L* legitur : καὶ τόξου ῥυσμὸς καὶ ῥυτὴρ ἡ ἕλξις καὶ ὁ τοξότης. || — 14. ῥυσμόν om. *G*. || — 15. ὡς om. *Ed*. || — 19. ἴσον *EFMNUdy*, ἴσως cett., ut videtur. ||—20. θῇς] θείης codd. || — 24. ἀνατολικὸν τὸ *om. Ed*. || — 26. καὶ Εὐρ. *U*. || — 27. τῷ om. *d*; γεωμετρικῷ ... σχήμασι om. *U*. || —29. μὲν om. *Ed*. || — 30. ῥομβοειδὲς *d*. || — 31. φανήσεται *CFKLMY* || — 34. τεταμένοι post v. βορείου ponitur in *MU*. || —38. ἀπό τινος Ἴβηρος codd, exc. *CFMUd*. || — 39. πλημμυρεῖν *d*. || — 40. βόρεια om. *d*; πλεονάσει *CEMUdy*, πλεονά-

ῥέει. Συνεκβάλλουσι γὰρ τὸ λιμναῖον οἱ ἄνεμοι, καὶ οὕτω ποιοῦσι πλεονασμὸν τοῦ ὕδατος. Κατὰ δέ τινας ἀπὸ βασιλέως ὁμωνύμου οἱ Ἴβηρες ἔλαχον τὸ οὕτω καλεῖσθαι. Κελτὸς γὰρ καὶ Ἴβηρ, παῖδες Ἡρακλέος ἀπὸ βαρβάρου γυναικὸς, ἐξ ὧν τὰ ἔθνη οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Ἴβηρες. Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ Ἰβηρία, οὐ πᾶσα μέντοι, ἀλλὰ μόνη ἡ ἐντὸς τοῦ ῥηθέντος Ἴβηρος ποταμοῦ, καὶ Ἱσπανία συνωνύμως ἢ πολυωνύμως ἐλέγετο. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ τὴν πᾶσαν οὕτως ἐκάλεσαν ὕστερον, ὡς εἶναι διώνυμον, Ἰβηρίαν τε καὶ Ἱσπανίαν. Λέγονται δὲ πλείους ἢ χίλιαι πόλεις Ἰβήρων εἶναι. Οἱ δὲ τοῦτο λέγοντες καὶ τὰς μεγάλας κώμας πόλεις ὠνόμαζον. Φασὶ δὲ ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ πόλιν εἶναι Ὀδύσσειαν καὶ ἄλλα πολλὰ ἴχνη τῆς Ὀδυσσέως πλάνης. Ὑδροποτεῖν δὲ λέγονται οἱ Ἴβηρες καὶ μονοσιτεῖν καὶ πολυτελεῖ ἐσθῆτι χρῆσθαι.

paludem esse perhibent, per quam hic amnis fluit. Venti enim simul ejiciunt aquam paludis; itaque aquæ redundantiam efficiunt. Verum alii sentiunt id appellationis sortitos esse Iberes a rege quodam cognomine. Filii namque Herculis ex muliere barbara Celtus et Iber; ex quibus gentes Celti et Iberes. Sciendum autem est Iberiam, non totam quidem, sed eam tantum quæ est intra hunc ipsum fluvium Iberem, synonymia quadam vel polyonymia etiam Hispaniam appellatam fuisse; Romani vero postea sic etiam universam vocarunt, ut ea sit binominis, et Iberia et Hispania (*Strab. p.* 166). Dicuntur (*ib.* p. 163) porro amplius mille esse Iberum urbes; sed, qui id dixerunt, magnos quoque pagos urbes nominarunt. Aiunt (*ib. p.* 149. 157) etiam urbem in Iberia esse Odysseam s. Ulysseam, et alia multa vestigia exstare errorum Ulyssis. Feruntur Iberes aquam bibere semelque in die cibum capere et vestibus sumptuosis uti.

281. Ὅτι Βρεττανοί διὰ δύο ττ ὡς ἐπιπολύ· ἐνταῦθα δέ ἐν τῷ « ἔνθα Βρετανοί », τοῦ μέτρου ἐπιτάξαντος ἀπεχώρισε τὸ ἓν τ· οὕτω καὶ Σαρματῶν τινῶν λεγομένων μετὰ τοῦ ρ, ὅμως ἐν τοῖς ἑξῆς, ἐν τῷ « Γερμανοὶ Σαμάται τε, » ἡ τοῦ μέτρου βία ἐξώθησε τὸ ρ· Σαρμάται γὰρ εἰπεῖν ἔδει καὶ οὐ Σαμάται. Τῶν δὲ Βρεττανῶν τούτων παρώνυμοι αἱ ἀντιπέραν Βρεττανίδες νῆσοι, περὶ ὧν ῥηθήσεται.

284. Βρεττανοί ut plurimum per duplex ττ, verum hoc loco in his verbis : ἔνθα Βρετανοί, præcipiente metro rejecit unum τ. Sic etiam quum populi quidam dicantur Σαρμάται per ῥ, tamen infra (304) in verbis : Γερμανοὶ Σαμάται τε, vi metri litera ρ expulsa est; dicere namque oportebat Σαρμάται, et non Σαμάται. Ab his Brettanis denominatæ sunt Brettannides insulæ, ex adverso sitæ, de quibus postea.

285. Ὅτι τοὺς Γερμανούς, οἷς οἱ Ἀλαμανοὶ πρόσχωροι, λευκὰ λέγει φῦλα. Τοιοῦτοι γὰρ τὴν χρόαν εἰσὶν, ἀπεναντίας τοῖς νοτιωτάτοις Αἰθίοψιν· ἐκεῖνοι γὰρ μελάντατοι. Καλεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ ἀρειμανίους ἢ ἐρισθενέας. Λέγει δὲ καὶ ὅτι παραθρώσκουσι τοὺς τοῦ Ἑρκυνίου δρυμοῦ ὀρόγκους, ἤγουν παράκεινται τοῖς Ἑρκυνίοις δρυμοῖς, πρὸς αὐτῷ τῷ Κρονίῳ ὠκεανῷ. Ἱστορεῖ δὲ καὶ τὴν ἐκεῖ που Ἰβηρικὴν ἤπειρον δμοίαν εἶναι βύρσῃ, οὐ τῷ χρώματι οὐδὲ τῇ λειότητι, ἀλλὰ τῷ σχήματι. Βύρσῃ γὰρ τεταμένῃ ἔοικεν ἡ Ἰβηρία, ἧς φασι τὰ οἷον τραχηλιμαῖα μέρη εἰς τὴν συνεχῆ Κελτικὴν πρὸς τὴν ἕω ὑπερεκπίπτουσι. Γνήσιοι δὲ κατὰ Ῥωμαίων γλῶσσαν οἱ Γερμανοὶ ἑρμηνεύονται, ὡς ἂν γνήσιοι Γαλάταις, οἷς ἐοίκασιν ἐν μορφαῖς καὶ βίοις καὶ ἤθεσι, πλεονάζοντες μόνον ἀγριότητι μεγέθει τε καὶ ξανθότητι, πέραν τοῦ Ῥήνου κείμενοι πρὸς ἕω μετὰ τοὺς Κελτούς. Τινὲς δὲ τὸ Γερμανοί εἰς τὸ ἀδελφοί μεταλαμβάνουσιν, ὅπερ τρόπον τινὰ ταυτόν ἐστι τῷ γνήσιοι. Πλούταρχος δὲ λέγει ὅτι οἱ Γερμανοὶ εὐμεγέθεις τοῖς σώμασι καὶ χαροποὶ τοῖς ὄμμασιν. Ὁ δὲ ῥηθεὶς Ἑρκύνιος δρυμὸς μέγας τέ ἐστι καὶ πολύ-

285. Germanos, quibus Alamani finitimi, albas gentes appellat. Tali enim sunt colore, contra atque Æthiopes maxime omnium australes. Illi enim nigerrimi. Germanos autem vocat etiam ἀρειμανίους, *bellicosos*, aut ἐρισθενέας, *valde robustos*. Dicit etiam eos prætercurrere saltus Hercyniæ silvæ, i. e. eos Hercyniis silvis ad ipsum oceanum Cronium adjacere. Ad hæc tradit continentem Ibericam similem esse pelli bubulæ, non colore neque lævitate, sed figura. Pelli enim bovis extentæ similis est Iberia, cujus partes veluti cervicales, orientem versus superincidere aiunt (*Strab.* p. 128) in Celticam, quæ illi continens est. Ceterum Germani, quod ad vocis quidem interpretationem attinet, Romanorum lingua iidem sunt atque genuini, quasi nimirum genuini ac germani Galatis s. Gallis, quibus similes sunt fortuna vitæque ratione ac moribus, nisi quod eos superant feritate magnitudineque corporis et flavo magis colore (*Strab. p.* 290). Siti sunt trans Rhenum, ad orientem, post Celtos. Quidam tamen Germanos interpretantur *fratres*, quod quidem idem est atque genuini. Plutarchus (*Mar.* c. 11) autem scribit Germanos esse corpore permagno oculisque glaucis. Hercynia porro silva, quam diximus, tum magna est, tum arborum multitudine atque frequentia copiosior. At vero ὄρογκος

ζει cett., ut vid.; αἰτία om. *F.* ‖ — 1. ῥεῖ *Fy.*; τὸ τοιοῦτον λιμναῖον *MU.* ‖ — 3. ἀπό τινος βασιλ. codd., exc. *CFUy.* Deinde τὸ om. *d*; οὕτω om. *U.* ‖ — 4. καὶ om. *d*; ὁ Ἴβηρ codd., exc. *CUdy*; *c* Ηρακλέους *FL M* ‖ — 8. ἡ Σπανία *C*, Ἱσπανία *EKY*. Mox ἤ] καὶ *d.* ‖ — 10. λέγεται et χιλίας *FMU*; δὲ καὶ πλείους *U.* ‖ — 17. Βρετανοὶ *C.* ‖ — 23. Βρεταν. *CKLUY.* ‖ — 25. οἱ om. *E*, Ἀλαμανοὶ] Cf. Stephanus : Ἀλαμανοὶ, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον. ‖ — 26. χροιὰν *U.* ‖ — 27. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ *d.* ‖ — 28. ἀριμ. *E*, ἀρριμ. *d*; ἤ] καὶ *Ed.* ‖ — 29. καὶ ὅτι] ὅτι καὶ *Ed*; τοὺς om. *E.* ‖ — 31. αὐτῷ τῷ] sic *Cy*, τῷ αὐτῷ cett. ‖ — 34. τετρημένῃ *MU.* ‖ — 36. δὲ] γὰρ *C.* ‖ — 37. ὀνομάζονται ἢ ἑρμην. *C.* ‖ — 39. μόνον] μᾶλλον *C.*

δενδρος. Τὸ δὲ ὄρογκος ἰδιάζουσα λέξις ἐστὶν, ὁποῖαι πολλαὶ τοῖς ποιηταῖς ἐπιτηδεύονται διὰ τὸ καινότροπον· δηλοῖ δὲ τὴν τοῦ ὄρους ἐξόγκωσιν καὶ ἀνάτασιν.

288. Ὅτι περὶ τὴν Πυρήνην, ἤτοι τὸ Πυρηναῖον ὄρος, οἱ Κελτοὶ κατοικοῦσιν, ἀγχοῦ πηγῆς καλλιρρόου Ἠριδανοῦ, ὅν τινες εἶναί φασι τὸν νῦν λεγόμενον Πάδον. Ὁ δὲ Γεωγράφος περὶ αὐτοῦ οὕτω φησίν· « Ἠριδανὸν τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα, πλησίον δὲ τοῦ Πάδου λεγόμενον. » Ὃν Πάδον καὶ μέγιστον ἐκεῖνός φησι τῶν Εὐρωπαίων ποταμῶν μετὰ τὸν Ἴστρον, καὶ εἰς τὴν Ἀδριατικὴν αὐτὸν λέγει ἐκπίπτειν θάλασσαν. Οὗ Πάδου πέραν καὶ τὸ Μεδιολάνιον εἶναι λέγει, πόλιν ἀξιόλογον, συνάπτουσάν πως ταῖς Ἄλπεσιν. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ Ἄρατος ἐν οἷς λέγει λείψανον Ἠριδανοῦ τὸ κατ' οὐρανὸν φαινόμενον αὐτοῦ ἀστροθέτημα, ἐμφαίνει ἐκλελεῖφθαι τὸν κάτω ποταμὸν Ἠριδανόν. Ὁ μέντοι Διονύσιος, ὡς ἔτι ὄντος τοῦ Ἠριδανοῦ, ἐκτίθεται καὶ τὰ περὶ αὐτοῦ μυθευόμενα, δηλαδὴ τὰ κατὰ τὸν Φαέθοντα, ὃν ἐκπεσόντα τοῦ πατρῴου ἡλιακοῦ ἅρματος καὶ τῷ Ἠριδανῷ ἐμπεσόντα ἐκεῖ αἱ ἀδελφαὶ Ἡλιάδες νυκτὸς ἐκώκυσαν, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπέσταξαν δάκρυον ἤλεκτρον. Εἶτα αἴγειροι γενόμεναι ἀποστάζουσι, φησὶ, καὶ εἰσέτι τοιοῦτον δάκρυον. Κελτῶν δὲ παῖδες ὑφήμενοι ταῖς αἰγείροις ἀμέλγονται δάκρυα χρυσαυγέος ἠλέκτρου, ὃ ἔστι δρέπονται τὸν τοιοῦτον ἤλεκτρον. Οἱ δὲ ἀμέργονται γράφουσι διὰ τοῦ ρ. Ἤλεκτρος δὲ νῦν οὐχὶ τὸ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κρᾶμα, λίθος δέ τις χρυσοειδὴς, ἐξ οὗ καὶ λαβαὶ μαχαίραις γίνονται, ἀχύρων ἐφελκυστικαὶ, ὡς ἡ μαγνῆτις σιδήρου. Ὅτι δὲ οὐκ ἄντικρυς λίθος ἐστὶν ὁ τοιοῦτος ἤλεκτρος, ἀλλὰ δένδρου δάκρυον, πεπηγὸς εἰς σῶμα λιθοειδὲς, δεικνύουσί τινες τῶν παλαιῶν. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ὡς χρυσαυγὴς ὁ ῥηθεὶς ἤλεκτρος λέγεται τῶν Ἡλιάδων εἶναι δάκρυον· τὸ γὰρ μέταλλον τοῦ χρυσοῦ τῷ ἡλίῳ ἀνάκειται. Σημείωσαι δὲ ὅτι προϊὼν ὁ Διονύσιος λίθον παραποτάμιον λέγει τὸν ἤλεκτρον. Πυρήνη δὲ ὄρος μέγιστον διαχωρίζον τὴν Ἰβηρίαν καὶ τὴν Κελτικήν. Τὸ δὲ Κελτοί ὁ Γεωγράφος Κέλται φησὶν, ὡς οἱ Χρῦσαι. Διήκειν δὲ λέγονται ἄχρι τοῦ Ῥήνου οἱ Κελτοί. Ἀπὸ δὲ αὐτῶν οἱ σύμπαντες Εὐρωπαῖοι Γαλάται Κελτοὶ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκλήθησαν.

294. Ὅτι μετὰ τὸν Ἠριδανὸν οἱ Τυρρηνοὶ, περὶ ὧν κατωτέρω ῥηθήσεται· ὧν πρὸς ἀνατολὴν ἡ τῆς Ἄλπιος ἀρχὴ, δι' ἧς μέσης κατασύρεται ὁ Κελτικὸς Ῥῆνος, δίστομος εἰς τὸν βόρειον ἐκβάλλων ὠκεανὸν, ὀξὺς καὶ δυσγεφύρωτος καὶ σκολιός. Οὗτός ἐστιν ὁ λεγόμενος τὰ νόθα τῶν γνησίων διορίζειν γεννήματα,

vox est singularis, quales multas poetæ industria consectantur ad speciem novitatis. Notat autem montis ἐξόγκωσιν, *assurgentem tumorem*, et elationem.

288. Circa Pyrenen, montem nimirum Pyrenæum, habitant Celti, prope a fonte pulchre fluentis Eridani, quem aliqui eundem esse affirmant ac Padum, quem nunc vocamus. De eo ita Geographus (*p.* 215): « Eridanum, qui nusquam est terrarum, et tamen prope a Pado esse dicitur; » quem etiam Padum ille ait (*p.* 205), secundum Istrum, maximum esse fluminum Europæ, eumque dicit in Adriaticum mare effluere. Addit (*p.* 213) trans Padum situm esse Mediolanum, oppidum perinsigne, attingens fere Alpes. Sciendum autem est, quo loco Aratus (*v.* 360) Eridani reliquias dicit sidus ejus in cœlo conspicuum, eum significare non jam reliquum esse in terris Eridanum amnem, sed penitus defecisse, et tamen Dionysium, perinde quasi exsistat adhuc Eridanus, exponere quæ de eo in fabulis feruntur, fabulam nimirum Phaethontis, quem de paterno solari cursu delapsum, quum in Eridanum decidisset, sorores Heliades de nocte luxerunt, atque sic ab oculis electro lacrymam distallarunt; deinde in populos commutatæ distillant, ait, etiam nunc tales lacrymas. Celtarum autem, inquit, filii sub his populis sedentes, auricoloris electri lacrimas mulgent, h. e. tale electrum colligunt. Ubi alii pro ἀμέλγονται scribunt ἀμέργονται per ρ, *exprimunt*. Electrum nunc non est mixtura auri et argenti, sed genus quoddam lapidis auricoloris, ex quo cultrorum quoque manubria conficiuntur, quæ vim habent attrahendarum palearum, ut magnes trahit ferrum. Ceterum id electrum non esse vere lapidem, sed arboris lacrymam concretam in corpus veluti lapideum, ostendunt quidam veterum. Patet etiam propter aureum fulgorem istud electrum dici esse lacrymam Heliadum; aurum enim metallum sacrum est soli. Volo autem observes, Dionysium electrum postea lapidem ad fluvios obvium vocare. Pyrene porro mons maximus, qui Hispaniam et Celticam separat. Κελτοί Geographo vocantur Κέλται, ut Χρῦσαι. Pertinere dicuntur Celti usque ad Rhenum. Et ab iis Galatæ omnes Europæi Celti a Græcis sunt appellati.

294. Post Eridanum sunt Tyrrheni, de quibus inferius. Ab his ad orientem initium Alpium, per quas medias devolvitur Rhenus, amnis Celticus, qui duplici ostio in oceanum exit borealem, pernix, ponte haud facile jungendus, obliquus. Hic est, qui fœtus spurios dicitur a legitimis discernere, quippe qui le-

---

4. Πυρρην. *CDL*.‖—11. ἐμπιπτ. Strabo.‖—14. λειψανον τοῦ κατ' οὐρ. *C*.‖—15. αὐτοῦ om. *Ed*, ἀστεροθετ. *EFMU*.‖—16. ἐκφαίνει *d*.‖—18. καὶ om. *d*; αὐτὸν *Ul*.‖—19. τὸν om. *CL*.‖—22. ἤλεκτρον *CFMd*, ἠλέκτρου cett.‖—25. τὸν *EFMUdy*, τὸ cett.‖—32. τῶν παλ. τινες *Ed*.‖—40. ἄχρι καὶ τοῦ *Cdy*. Verba οἱ Κελτοὶ etc. usque ad οἱ Τυρρηνοί om. *C*.‖—44. ἀνατολὰς *CD*.‖—48. ὁ λεγόμενος] V. Nonnus Dion. 23, 95. 46, 54; Julian. Or. 2, p. 91, epist. ad Max. phil. 16, p. 383; Libanius Panegyr. in Jul. Cons. 238; Tzetzes Schol. ad Hes. Op.

οἷα τὰ μὲν ὑπανέχων, τὰ γνήσια, τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα διδοὺς βυθῷ λήθης καὶ ὕδατος. Ἡ δὲ Ἄλπις μέγιστον ὄρος, διὸ καὶ πληθυντικῶς λέγονται αἱ Ἄλπεις. Φασὶ δὲ τὴν ταύτην λέξιν κατὰ τὴν εἰς τὸ Ἑλληνικὸν μετάληψιν ταὐτὸν δύνασθαι τῇ κλεισούρᾳ. Οὕτω δὲ ὑψηλὸν ἱστορεῖται τὸ ὄρος, ὥστε οὐδ' ἂν πεμπταῖός τις ἀναβαίη αὐτό. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῶν αὐτῶν χωρίων, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ῥηθησόμενα ἐν τοῖς ἑξῆς Ἀπέννια ὄρη τὰ κατὰ τὴν Γένουαν, ἥτις ἐστὶ Λιγύων ἐμπόριον. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ κατὰ γένος οὐδέτερον τὰ Ἄλπια, καὶ Ἄλβια δὲ μετὰ τοῦ β.

298. Ὅτι τῷ Ῥήνῳ ἑξῆς ὁ Ἴστρος ἐπιτέλλεται, ἤγουν ἀνατέλλει κάτωθέν ποθεν· ὃν καὶ ἱερόν φησιν, καὶ σεμνύνει διὰ συνήθους ἐπαναλήψεως, λέγων καὶ ὅτι εἰς τὸν Εὔξεινον πᾶσαν ἐρεύγεται ὕδατος ἄχνην, πενταπόροις προχοαῖς, ὃ ἔστι πέντε στόμασιν, ἑλισσόμενος περὶ Πεύκην. Νῆσος δὲ ἡ Πεύκη τρίγωνος, μεταξὺ κειμένη τῶν τοῦ Ἴστρου στομάτων. Ὁ μέντοι Πτολεμαῖος ἑπτάστομον καὶ τὸν Ἴστρον λέγει, καθὰ καὶ τὸν Νεῖλον. Ὡσαύτως καὶ ὁ Γεωγράφος, ὃς λέγει καὶ ὅτι μέγιστός ἐστι τῶν Εὐρωπαίων ποταμῶν, διέχων τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ χιλίους σταδίους, καὶ ὅτι ἀρχόμενος ἀπὸ Γερμανῶν ῥέει πρὸς νότον, εἶτα ἐπιστρέφει πρὸς ἀνατολὰς ἕως εἰς τὸν Πόντον. Ἔχει δὲ μέγιστον στόμα τὸ λεγόμενον ἱερὸν, ὅπερ ἔζευξέ ποτε Δαρεῖος, ὡς ὁ Ξέρξης τὰ τοῦ Ἑλλησπόντου στενά. Περιέχει δὲ καὶ ἄλλα νησίδια ὁ Ἴστρος τοῖς στόμασι δίχα τῆς Πεύκης. Ἡρόδοτος δὲ Κελτικὸν ποταμὸν οἶδε τὸν Ἴστρον, ἐν οἷς λέγει πληθύνεσθαι μὲν αὐτὸν ὑπὸ πολλῶν ποταμῶν, ἄρχεσθαι δὲ ἐκ Κελτῶν, ῥέειν δὲ διὰ πάσης Εὐρώπης. Καὶ αὐτὸς δὲ πενταστομον τοῦτον ἱστορεῖ, καὶ ἴσον ἀεὶ σχεδὸν αὐτὸν ἑαυτῷ ῥέειν φησὶ, προστιθεὶς καὶ αἰτίαν τὴν δοκοῦσαν αὐτῷ. Ὁ δὲ Γεωγράφος φησὶ καὶ ἄλλον Ἴστρον ἐκ τούτου τὰς ἀρχὰς ἔχοντα ἐμβάλλειν εἰς τὸν Ἀδρίαν κόλπον κατά τινας· δι' οὗ καὶ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς ἡ Ἀργὼ ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου διεκπεσεῖν εἰς τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος, ὅτε τὸ χρυσοῦν κῶας οἱ Ἀργοναῦται κλέψαντες ἐκ Κολχίδος ἔφευγον. Τοῦτο δὲ καὶ Ἀριστοτέλης οἶδεν, ἐν οἷς λέγει ὅτι οἱ τριχίαι μόνοι ἀναπλέουσιν ἐκ τοῦ Πόντου εἰς τὸν Ἴστρον, εἶτα ὅπου σχίζεται, καταπλέουσιν εἰς τὸν Ἀδρίαν. Καὶ αὐτὸς γὰρ ἐν τούτοις ὑπεμφαίνει τὸν παρὰ τῷ Γεωγράφῳ ἕτερον Ἴστρον. Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Γεωγράφος καὶ ὅτι ὁ Ἴστρος ποτὲ Ματόας ἐλέγετο, ὃ ἔστι κατὰ Ἑλλη-

gitimos sustineat, illegitimos vero fundo oblivionis et aquarum consignet. Alpis autem mons maximus; quare etiam multitudinis numero dicuntur Alpes. Aiunt porro hanc vocem græce redditam *idem* valere atque κλεισούραν s. claustrum. Montem sublimem adeo esse ferunt ut ne quinto quidem quis die eum conscendat. Incipit ab iisdem *locis*, a quibus montes Apennini ad Genuam Ligurum emporium siti, de quibus postea dicetur. Ceterum etiam genere neutro vocabantur Alpia, nec non Albia cum b.

298. Deinceps a Rheno Ister ἐπιτέλλεται, i. e. ex inferiore aliquo loco exoritur; hunc sacrum vocat, et consueta nominis repetitione extollit, eumque dicit in Euxinum spumam aquæ universam evomere quintuplici fluento, h. e. ostiis quinque, ubi circa Peucen circumvolvitur. Insula triangularis Peuce, sita inter ostia Istri. Veruntamen Ptolemæus Istrum, sicuti Nilum, septem habere ostia affirmat. Ac similiter Geographus (*p.* 305), qui eum scribit (*p.* 290) maximum esse fluviorum Europæ, distareque ab intimo sinus Adriatici recessu stadiis mille, initioque eundem a Germanis ducto ad austrum fluere, postea ad orientem flecti usque ad Pontum. Ostium maximum id quod Sacrum appellant, quodque ponte junxit olim Darius, ut Xerxes angustias Hellesponti. Ceterum Ister alias quoque parvas insulas, præter Peucen, ostiis suis comprehendit. Herodotus (2, 33) Istrum tanquam amnem Celticum novit, ubi eum ait multis fluminibus augeri, initiumque a Celtis sumere et per totam Europam fluere. Ipse quoque quinque hunc ostiis esse commemorat, eumque ait ipsum sibi fere semper æqualem fluere, causamque rei, quæ ipsi esse videatur, adjicit. Verum Geographus (*p.* 46. 57. 317) alium quoque Istrum, ortum ex hoc habentem, influere secundum quosdam dicit in Adriam; per eumque plerisque vulgo videtur Argo ex Ponto Euxino in Adriaticum mare evasisse, quo tempore Argonautæ aureum vellus furati e Colchide fugerunt. Id Aristoteles (*H. An.* 8, 23) quoque novit, qui trichias solos docet ex Ponto in Istrum remeare, deinde, ubi is divortium facit, in Adriaticum descendere. Nam his ipse quoque innuit alterum hunc Istrum, cujus Geographus meminit. Addit idem Geographus (*Ethnographus* v. Δάνουβις?) Istrum vocatum aliquando fuisse Matoam, quod perinde est ac si græce diceres

p. 12, ed. Lips., Chiliad. 4, vs. 431. || — 1. ἐπανέχων *C.* || — 2. αἱ δὲ Ἄλπεις *U.* || — 4. τὴν τοιαύτην λέξιν κατὰ *CDL.* || — 5. ταὐτὸν μετάληψιν *C.* Deinde κλεισουρίᾳ *γ.* || — 7. δὲ] γὰρ *C.* || — 8. Ἀπένια *CDKLY.* || — 9. Γένναν *γ*, Γέννας *C.* || — 11. μετὰ] διὰ *d.* || — 12. Ὅτι καὶ τῷ *d.* || — 15. ἐρεύγεται πᾶσαν *C.* || — 20. καθὰ τὸν *d.* Deinde καὶ ante ὁ Γεωγρ. om. *Ed.* || — 24. εἰς ἀνατ. *FKLMUY γ.* || — 29. οἶδε ποταμὸν *Ed.* Mox πληθύεσθαι *DFKL.* || — 33. ἑαυτῷ ante ἀεὶ collocant *MU*; προστιθεὶς om. *Ed.* || — 35 ἐκβάλλειν *FKMm.* || — 38. κῶας] κώδιον *N.* || — 39. ἔφευγον *CEMUdy*, ἔφυγον cett. || — 45. ποτὲ] ποταμὸς *d*; Μητόας *c.* « Ceterum ὁ αὐτὸς Γεωγράφος mirum ni librariorum lapsus procudit, quum pleraque sint depromta de Stephano v. Δάνουβις : neque enim Strabo tale aliquid

νας ἄσιος· καὶ ὅτι πολλάκις μὲν οἱ Σκύθαι δι' αὐτοῦ περαιούμενοι οὐδὲν ἔπασχον, συμφορᾶς δέ ποτε αὐτοῖς ἐπεισπεσούσης ἡρμηνεύθη Δάνουβις ἢ Δάνουσις, ὥσπερ τοῦ ἁμαρτεῖν ἐκείνους αἰτίαν ἔχων, τουτέστιν αἰτιώμενος διὰ τοῦ τοιούτου ὀνόματος ὑπ' ἐκείνων κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶσσαν, ὡς αἴτιος αὐτοῖς δυστυχίας γενόμενος. Λέγει δὲ ἐκεῖνος καὶ ὅτι τῷ Ἴστρῳ παράλληλά εἰσιν ὄρη ἀπὸ Ἀδρίου μέχρι Εὐξείνου πόντου, πρῶτον τὰ Ἰλλυρικά, εἶτα τὰ Παιονικά, μεθ' ἃ τὰ Θρᾴκια, ὧν καὶ ὁ Αἷμός ἐστι, πρὸς τῷ Πόντῳ τῷ Εὐξείνῳ δηλαδὴ κείμενος. Μέση οὖν τούτων ἡ Παιονία, ὑψηλὴ πᾶσα, ἧς πρὸς Θρᾴκην καὶ ἡ Ῥοδόπη κεῖται, ὅπου ἡ νῦν ὀνομαζομένη Κλοκοτινίτζα. Τινὲς δὲ οὕτω συντομώτατα περὶ τοῦ Ἴστρου φασίν· Ἴστρας ὁ τοὺς Παίονας παραμείβων ἐκ τῶν Ἑρκυνίων ὀρῶν ναυσίπορος ἐκ πηγῆς αἴρεται, καὶ σχιζόμενος τῇ μὲν εἰς τὸν Πόντον ῥέει, τῇ δὲ εἰς τὸν Ἀδρίαν.

302. Ὅτι πρὸς βορέαν τῷ Ἴστρῳ ἔθνη κεῖται ταῦτα, Γερμανοί, Σαμάται, ἤτοι Σαρμάται, κατὰ ἔλλειψιν τοῦ ρ ἀμεταβόλου, ὡς προγέγραπται, καὶ Γέται καὶ Βαστάρναι, Δακῶν τε ἄσπετος γῆ, καὶ Ἀλανοὶ καὶ Ταῦροι οἱ καὶ Ῥῶσοι, οἱ περὶ τὸν Ἀχιλλέως δρόμον, καὶ Μελάγχλαινοι καὶ Ἱππημολγοί, περὶ ὧν ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα γέγραπται, καὶ Νευροὶ καὶ Ἱππόποδες οἱ κατά τινας Χάζαροι, καὶ Γελωνοὶ καὶ Ἀγάθυρσοι· καὶ οὗτοι μὲν βόρειοι. Πρὸς νότον δὲ τῷ Ἴστρῳ Γέρραι, καὶ Ὡρίκια ἐρυμνὰ ἄστεα, καὶ Παννόνιοι οἱ κατά τινας Βούλγαροι, καὶ Μυσοὶ Θρᾳκῶν βορειότεροι, καὶ Θρᾷκες αὐτοὶ ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες. Τούτων δὲ τῶν ἐθνῶν περὶ μὲν Γερμανῶν ἐρρέθη τὸ ἀρκοῦν, περὶ δὲ τῶν ἐφεξῆς εἰρήσεται, εἴ τι λόγου ἄξιον τῷ ἐπιτέμνοντι.

304. Ὅτι τὰ διὰ τοῦ ανος ἐθνικὰ ὀνόματα ἐκτείνει παρὰ τῷ Διονυσίῳ τὴν παραλήγουσαν, οἷον Βρεττανός, Γερμανός, Ἀλανός, Καρμανός, Λευκανός. Τὸ [δὲ] Ἠριδανὸς οὐκ ἔθνους ὄνομα, ποταμὸς γάρ· διὸ συστέλλει τὴν παραλήγουσαν, ὡς καὶ τὸ ὠκεανός.

ἄσιος, *cœnosus* (αἴσιος, *faustus?*); sæpeque trajicientes ipsum Scythas nullo incommodo affectos fuisse; sed accepta tandem calamitate, fluvium denominatum fuisse Danubin sive Danusin, utpote qui culpa teneretur quod conatu illi excidissent, sive qui hoc nomine in ipsorum lingua accusaretur tamquam auctor istius infortunii. Scribit ille (*p.* 313) præterea, oppositos esse Istro æquali distantia ab Adriatico ad Pontum Euxinum montes, primum Illyricos, deinde Pæonicos, postremo Thracios, de quibus est etiam Hæmus, situs nimirum ad Pontum Euxinum. Media igitur inter hos montes Pæonia, tota excelsa, cui ad Thraciam adjacet Rhodope, ubi est quæ nunc appellatur Clocotinitza. Quidam vero ita de Istro quam brevissime : Ister, qui Pannonios præterlabitur, ex Hercyniis montibus inde a fonte navigabilis oritur seseque scindens partim in Pontum, partim in Adriaticum fluit.

302. Istro ad septentriones gentes hæ adjacent : Germani, Samatæ, id est Sarmatæ, per ellipsim litteræ r, ut supra scriptum est, et Getæ et Bastarnæ regioque immensa Dacorum, et Alani et Tauri qui et Rosi ad Achillis Dromon incolentes, et Melanchlæni et Hippomolgi, de quibus in Commentariis ad Iliadem (v, 5), ac Neuri, et Hippopodes, iidem secundum quosdam ac Chazari, et Geloni et Agathyrsi. Atque hi quidem boreales. Istro vero ad austrum sunt Gerræ et Norica oppida permunita et Pannonii, iidem secundum quosdam ac Bulgari, et Mœsi, magis hi quidem boreales quam Thraces, et Thraces ipsi regionem immensam tenentes. Ex his gentibus de Germanis dictum quod satis esse videbatur; de ceteris vero, si quid memoratu dignum epitomen scribenti occurrerit, id dicetur.

304. Gentilia nomina in ανος producunt apud Dionysium penultimam, ut Βρετανός, Γερμανός, Ἀλανός, Καρμανός, Λευκανός. Ἠριδανός vero non est gentis nomen, sed fluvii; quare corripit penultimam, sicuti ὠκεανός.

---

memoravit. Quare videtur vetus lectio fuisse obliterata ὁ ἐθνικογράφος. » Bernhardy. At quæ sequuntur : λέγει δὲ ἐκεῖνος (Strabo) ὅτι καὶ etc., errorem ipsius potius Eustathii esse coarguunt, modo errorem subesse recte statuamus. Fieri enim potest ut nostra petita sint e Straboniani libri septimi parte deperdita, quam laudaverit Stephanus. ‖ — 1. ἄσιος] sic etiam codd. Stephani; ἀσίνης legendum esse conj. Casaubonus. Eustathii codex *d* habet αἴσιος, recte, ni fallor. Legendum fuerit : αἴσιος, ὅτι πολλάκις οἱ Σκύθαι etc. Cf. Stephanus v. Δάνουβις ἢ Δάνουσις : Ματόας δὲ λέγεται ἐς τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν ἄσιος, ὅτι πολλάκις περαιούμενοι οὐδὲν ἐπεπόνθεισαν. ‖ — 3. ἐπιπέσουσης *d* et codd. Stephani, ἐπιπευδούσης *F*. Δάνουβις ἢ Δάνουσις *MU* Stephan.; Δάνουσις ἢ Δάνουβις *FYcey* Bernh., Δανούσιος ἢ Δανούβιος *N* et vulgo ante Bernh., Δανούσιος ἢ Δάνουβις *E*; Δάναυσις *C*. ‖ — 6. δυσχερείας *U*. ‖ — 13. Κλοκοτονίτζα *F*. Clocotinitzam tanquam locum Hebro proximum commemorat Acropolita p. 123. Cf. Spritterus Memoriæ Byzantin. tom. 2, p. 725. ‖ — 14. ὅτι ὁ ante Ἴστρος inseruit *d*. ‖ — 18. ἔθνη om. *K*; κεῖνται *ELMNUYy*. ‖ — 21. Ἀλαμανοί *M*; οἱ καὶ T. *d*. ‖ — 22. Ταῦροι οἱ καὶ Ῥῶσοι (Ῥῶσσοι *U*, Ῥὼς *KY*) οἱ περὶ etc. *CDEKY*, Ταῦροι οἱ περὶ Ἀχ. δρ. *F*; Ταῦροι οἱ ναιοῦσι περὶ τὸν (τὸν περὶ *L*) Ἀχ. δρ. vulgo ante Bernh.; verba οἱ περὶ τ. Ἀ. δ. om. *N*. Cf. Simeon Logoth. Chron. ms. cod. Paris. 1712, fol. 73 vso : Ῥὼς δὲ οἱ καὶ δρομῖται φερώνυμοι. ‖ — 23. Ἱππομολγοί *Fd*. ‖ — 25. Χαζαροί *lm*, Ζαγαροί *L*, Χάραζοι *Nd*. ‖ — 27. Παννόριοι *Ed*; οἱ om. *C*. ‖ — 31. τῶν ἑξῆς *D*. ‖ — 33. τὰ παρὰ τὸ ανος *Ed*. ‖ — 34. Βρετανός *L*. ‖ — 37. καὶ τὸ om. *Ed*.

Ὅτι τοὺς Γέτας Διονύσιος μὲν πρὸς βορρᾶν τοῦ Ἴστρου οἶδεν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται· καθὰ καὶ τοὺς Σαρμάτας, οἳ ἔθνος εἰσὶ Σκυθικόν. Ἡρόδοτος δὲ μέρος οἴεται εἶναι τῶν Θρᾳκῶν τοὺς Γέτας, ὁ δὲ Γεωγράφος ἑφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ αὐτοὺς οἰκεῖν ἱστορεῖ, ὡς καὶ τοὺς Μυσοὺς καὶ τοὺς Θρᾷκας. Φιλογύναιοι δέ, φησὶν, εἰσὶ, καὶ περὶ τὸ θεῖον σπουδάζοντες. Παρ' οἷς ἦν καὶ ὁ Ζάμολξις Πυθαγόρᾳ φοιτήσας καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ πολλὰ προειπὼν, καὶ θεὸς διὰ τοῦτο κληθεὶς, καὶ κοινωνῶν βασιλεῖ τῶν πραγμάτων. Ἐγένοντο δέ ποτε οἱ Γέται, φησὶ, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις φοβεροὶ, διαβαίνοντες τὸν Ἴστρον, καὶ λεηλατοῦντες τούς τε Ἰλλυριοὺς καὶ τοὺς Θρᾷκας καὶ τοὺς Μακεδόνας. Νόμος δὲ Γετικὸς ἐπισφάζεσθαι τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρὶ θανόντι, καὶ κιθαρίζειν ὅταν ἐπικηρυκεύωνται. Ἡρόδοτος δὲ καὶ τοξεύειν φησὶν αὐτοὺς ἄνω πρὸς τὴν βροντὴν καὶ τὴν ἀστραπὴν, ἀπειλοῦντας τῷ θεῷ. Ἔτι φησὶν ὁ Γεωγράφος διαβῆναι μέν ποτε τὸν Ἀλέξανδρον εἰς τοὺς πέραν Ἴστρου Γέτας, διὰ ταχέων δὲ ἀναστρέψαι λαβόντα δῶρα. Λέγει δὲ καὶ ὡς εἰς τοσοῦτον αὐτοί τε καὶ οἱ Δάκαι ηὐξήθησάν ποτε, ὥστε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐκπέμπειν στρατοῦ· ὕστερον δὲ συσταλέντες ἐγγὺς ἦλθον τοῦ ὑπακούειν Ῥωμαίοις. Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς ἔν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων γράφει, ὅτι τὸ τῶν Γετῶν ἔθνος τῶν πώποτε μαχιμωτάτων, διά τε ἀνδρίαν καὶ διὰ τὸν Ζάμολξιν ὃν τιμῶσιν· οὐ γὰρ ἀποθνήσκειν ἀλλὰ μετοικίζεσθαι νομίζοντες ἑτοιμότερον θνήσκουσιν ἢ τὰς ἀποδημίας ὑπομένουσι. Καὶ Ἡρόδοτος δὲ ἀπαθανατίζοντας αὐτοὺς καλεῖ, διὰ τὸν ῥηθέντα γόητα Ζάμολξιν, ὃν καὶ δουλεῦσαι αὐτὸς τῷ Πυθαγόρᾳ φησίν. Ἱστορεῖ δὲ καὶ ἀνδρειοτάτους Θρᾳκῶν τοὺς Γέτας καὶ δικαιοτάτους. Λέγει δὲ καὶ ὅτι εἷλεν αὐτοὺς ὁ Δαρεῖος, ὅτε σχεδίᾳ διαβὰς ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπορεύετο διὰ τῆς Θρᾴκης.

305. Ὅτι τοὺς Δάκας Δάους ἐκάλουν τινές. Φησὶν οὖν καὶ ὁ Γεωγράφος, ὅτι οἱ Δάκαι Δάοι ποτὲ ὠνομάζοντο. Ὁ δὲ Ἡρόδοτος νομαδικὸν Περσικὸν γένος τοὺς Δάους λέγει, καθὰ καὶ τοὺς Μάρδους καὶ ἄλλους τινάς. Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας καὶ πλησίον τοῦ ποταμοῦ Βορυσθένους φησὶ τὴν Δακίαν διήκειν, περὶ οὗ Βορυσθένους κατωτέρω ῥηθήσεται. Λέγει δὲ καὶ ὅτι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὡς ἐπὶ πολὺ τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Δάοι καὶ Γέται. Φέρεται δὲ ἱστορία, καὶ

Getas statuit Dionysius ad partem borealem Istri, ut supra dictum est, quemadmodum etiam Sarmatas, quæ gens est Scythica. Verum Herodotus (4, 93) Getas Thracum partem esse opinatur. Geographus autem (*p.* 295) ad utramque fluminis ripam habitare eos tradit, ut Mœsos quoque et Thraces. Sunt autem, inquit, mulierosi studiosique rerum divinarum; apud quos fuit Zamolxis, Pythagoræ atque Ægyptiorum auditor, qui et multa prædixit, deusque ab iis propterea appellatus est et cum rege in partem administrandæ reipublicæ venit. Fuerunt, inquit, aliquando Getæ ipsis Romanis terrori, quum Istrum trangressi Illyrios et Thraces et Macedones depopularentur. Moris est Getarum, uxorem supra maritum demortuum jugulare, et quum per præcones de pace agunt, cithara canere (*E Steph. v.* Γετία). Herodotus (4, 94) etiam sagittas eos dicit in cœlum adversus tonitrua et fulgura conjicere, deo minitantes. Porro Geographus (*p.* 301) prodit penetrasse olim Alexandrum ad Getas, qui sunt trans Istrum, sed muneribus acceptis, pedem confestim retulisse. Idem (*p.* 305) Getas et Dacas adeo aliquando excrevisse narrat, ut ducenta hominum millia in bellum educerent; postea vero eo redactos esse ut parum abfuerit quin Romanis obtemperarent. Julianus (*Cæs. p.* 227 *Spanh.*) item in oratione quadam sua scribit Getarum gentem, si qua unquam fuit, maxime bellicosam fuisse tum propter fortitudinem, tum propter Zamolxin, quem honorant; non enim mori sese, sed demigrare opinati, mortem alacrius obeunt quam se in alienas regiones transportari patiantur. Herodotus (4, 94) quoque immortalitatis prædicatores eos appellat propter præstigiatorem illum Zamolxin, quem ipse etiam (4, 95) dicit Pythagoræ operam dedisse. Narrat etiam (4, 93) Getas Thracum fortissimos atque justissimos. Tradit denique (*ib.*) Darium eos subegisse, quando trajecto ratibus ex Asia exercitu iter per Thraciam faciebat.

305. Dacas nonnulli Daos vocarunt. Ac Geographus quoque (*p.* 304) testatur Dacas nominatos olim Daos fuisse. Herodotus autem (1, 125) genus nomadum persicum Daos dicit, similiter atque Mardos et alios nonnullos. At Ethnicorum scriptor (*v.* Δακία) Daciam ait ad loca Borystheni flumini propinqua pertinere, quo de Borysthene inferius dicetur. Notat etiam nomina servorum apud Atticos ut plurimum esse Davos et Getas. Fertur item historia etiam

‖—2. ὡς καὶ ἀν. *d.* ‖— 4. εἶναι om. *ENd*; ὁ Γεωγρ. δὲ *C.* ‖ — 5. ἑκάτερον *C*; οἰκεῖν αὐτοὺς *Cy*. ‖ — 6. Μυσοὺς ὄντας καὶ αὐτοὺς Θρᾴκας conj. Bernh. ‖ — 7. εἰσὶ om. *MU.* ‖ — 8. τοῖς om. *DFKLY*, φ. τοῖς καὶ Αἰγ. *C.* ‖ — 9. καὶ add. *CFMNUdy*; θεὸς διὰ τοῦτο κληθεὶς *FUy*, θεὸς νομισθεὶς διὰ τοῦτο *C*, θεὸς αὐτοῖς νομισθεὶς δι' αὐτό *N*, θεὸς αὐτοῖς νομισθεὶς καὶ κληθεὶς διὰ τοῦτο (δι' αὐτό *Ed*) cett. ‖ — 10. τῷ βασ. codd., exc. *CUy*; ποτε καὶ οἱ *ENd*. ‖ — 12. καὶ διαβ. codd., exc. *FMNUd*. ‖ — 13. τούς τε om. *DL*, τε τοὺς *ENd*. ‖ — 16. αὐτούς φησιν *MU*. ‖ — 20. καὶ om. *C*; ὡς om. *EFNd*. ‖ — 24. καὶ ἔν τινι *EN*.‖— 25. μαχιμώτατον codd., exc. *MU*. Deinde τε τὴν ἀνδρ. codd., exc. *CEUdy*; ἀνδρείαν codd., exc. *KMU*. ‖ — 28. ἀποθνήσκουσιν *EN* et pr. m. *d*. ‖ — 30. γόητα om. *C*; δουλεῦσαι *CEUcdy*, μαθητεῦσαι alii; αὐτὸς om. *E*. ‖ — 36. οὖν *CUdy*, δὲ cett. ‖ — 39. λέγει post τινάς add. *ENd*. ‖ — 42. ἐπὶ τοπολὺ *K*; τῶν οἰκετῶν ὀνόματα *CEKMUdlmy*, τῶν ἀττικῶν ὄνοματα δούλων vulgo ante Bernh.; τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνομάζονται· φέρεται δὲ etc. *N*. ‖ —43. Γέται] λέ-

νοτιωτέρους τοῦ Ἴστρου Δάκας εἶναι· φασὶ γὰρ ὅτι Αὐρηλιανὸς τοὺς περὶ τὴν Δακίαν ἀπῳκισμένους Ῥωμαίους ἐκεῖθεν ἐξαγαγὼν διὰ τοὺς ἐν τῇ περαίᾳ τοῦ Ἴστρου κινδύνους ἐν μέσῃ τῇ Μυσίᾳ καθίδρυσε, τὴν χώραν ὀνομάσας Δακίαν.

Ὅτι Ἀλανὸς ὄρος Σαρματίας, ἀφ' οὗ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλανοὶ ἔοικεν ὀνομάζεσθαι, οὓς καὶ ἀλκήεντας ὁ Διονύσιος καὶ πολυΐππους καλεῖ.

306. Ὅτι ὁ Ἀχιλλέως δρόμος, ὃν οἱ Ταῦροι τὸ ἔθνος ναίουσιν, αὐλών τίς ἐστι στενὸς ὁμοῦ καὶ δολιχὸς, καὶ κατὰ τὸν Γεωγράφον χερρόνησος ἀλιτενὴς, οἷόν τις ταινία (ἤτοι φασκία), μῆκος ὅσον χιλίων σταδίων ἐπὶ τὴν ἕω, ἀμμώδης, πλάτος δὲ δύο σταδίων τὸ μέγιστον. Τοῦτον τὸν δρόμον ὁ Ἑλληνικὸς Ἀχιλλεὺς περιῆλθε, μεταδιώκων τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος Ἰφιγένειαν, ἐξ Αὐλίδος ἀναρπασθεῖσαν εἰς Σκυθίαν, ὁπηνίκα ἔλαφον ἡ Ἄρτεμις εἰς θυσίαν ἀντέδωκεν· ἔνθα καὶ μείνας πολὺν χρόνον ὁ Ἀχιλλεὺς, καθὰ δοκεῖ καὶ τῷ Λυκόφρονι, ἀφῆκε τῷ τόπῳ τὴν ἐξ αὐτοῦ κλῆσιν. Ὅτι δὲ προκατηγγυημένη ἦν τῷ Ἀχιλλεῖ ἡ Ἰφιγένεια καθωμίληται. Ἄλλοι δέ φασιν ἕτερον εἶναι τοῦτον Ἀχιλλέα, παρὰ Σκύθαις βασιλέα τῶν τόπων, ὃς ἠράσθη τε τῆς Ἰφιγενείας πεμφθείσης ἐκεῖ καὶ ἔμεινεν ἐπιδιώκων, ἐξ οὗ ὁ τόπος Ἀχίλλειος. Οἱ δὲ τοῦτο λέγοντες παραφέρουσι μάρτυρα τὸν Ἀλκαῖον λέγοντα· « Ἀχιλλεὺς ὃς τᾶς Σκυθικᾶς μεδέεις. » Ἀπὸ δὲ Ἀχιλλέως καὶ ἡ Λευκὴ νῆσος ἡ μετὰ ταῦτα ῥηθησομένη Ἀχίλλειος ἐλέγετο νῆσος περὶ τὸν Εὔξεινον, ἔνθα φασὶν οἱ Σκύθαι τὴν Ἀχιλλέως ψυχὴν διαβαίνουσαν τὰ ἑαυτῆς ἀθύρειν. Οἱ δὲ Ταῦροι τὸ ἔθνος ἀπὸ τοῦ ταύρου τοῦ ζώου, φασὶ, καλοῦνται, διὰ τὸ ἐκεῖ τὸν Ὄσιριν ζεύξαντα βοῦν ἀρόσαι γῆν. Περὶ τούτους νῆσος ἡ Ταυρικὴ ἡ καὶ Μαιωτικὴ, μεγάλη καὶ ἐπίσημος, ᾗ παράκειται καὶ ἡ Φαναγόρεια καὶ ἡ Ἑρμώνασσα, ὡς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα ῥηθήσεται. Καὶ ἡ Ἄρτεμις δὲ Ταυροπόλος ἀπὸ τούτων δοκεῖ τῶν Ταύρων λέγεσθαι, οἷς ἔχαιρεν ὡς ξενοκτονοῦσιν ἐπ' αὐτῇ. Οἱ μέντοι παρὰ τῷ Γεωγράφῳ Νωρικοὶ Ταυρίσκοι ἕτερόν εἰσιν ἔθνος παρὰ τούτους τοὺς Ταύρους.

309. Ὅτι Μελάγχλαινοι λέγονται διὰ τὸ ἐν ἕθει μέλαν καὶ ζοφερὸν τοῦ ἐνδύματος, ὡς καὶ Ἡροδότῳ δοκεῖ, ὃς καὶ ἀνθρωποφαγεῖν αὐτοὺς εἰπὼν λέγει καὶ ὅτι Μελαγχλαίνων τὸ καθύπερθεν λίμναι καὶ γῆ ἔρημος ἀνθρώπων.

310. Ὅτι οἱ Νευροὶ λέγονται ἐκλιπεῖν ποτε τὴν

australiores Istro Dacas esse; narrant enim Aurelianum Romanos in Daciam ad habitandum missos, inde deductos, propter pericula quibus in ulteriori Istri ripa premebantur, media in Mœsia collocasse, regionemque illam Daciam nominasse.

Alanus mons est Sarmatiæ (*V. Steph. s. v.*), a quo gens Alani nomen accepisse videntur, quos fortes Dionysius equisque abundantes vocat.

306. Achillis Cursus, quem Tauri populi incolunt, tractus est quidam angustus simul et longus et, secundum Geographum (*p.* 307), peninsula non multum e mari se attollens veluti tænia quædam seu fascia sabulosa, mille fere stadiorum longitudine in ortum extenta, latitudine vero maxima duum stadiorum. Cursum hunc Græcus ille Achilles circumivit, Iphigeniam, Agamemnonis filiam, insequens ex Aulide in Scythiam abreptam, quum ejus loco Diana cervam in sacrificium substituisset. Ubi multo tempore Achilles commemoratus, ut placet etiam Lycophroni (*vs.* 193), de se nomen loco reliquit. Iphigeniam autem desponsam prius fuisse Achilli, communi sermone traditur. Quamquam alii alterum hunc esse volunt Achillem, apud Scythas locorum illorum regem, qui Iphigeniæ eo missæ amore captus, dum eam persequeretur, ibi permanserit, unde locus Achilleus dicitur. Hoc vero affirmantes testem adducunt Alcæum, qui dicit: « *Achilles, qui Scythiæ imperas.* » Ab Achille Leuce quoque insula (de qua postea dicemus) vocata est in Euxino, quo aiunt Scythæ Achillis animam trajicere ibique delicias ipsam sui lusitando facere. Taurorum vero populus vocatus esse perhibetur a tauro animali, quoniam ibi Osiris juncto bove terram araverit. Prope ab his Taurica insula, quæ etiam Mæotica, magna et perinsignis, cui et Phanagoria adjacet et Hermonassa, ut postea dicetur. Diana quoque Tauropolos dicta esse videtur a Tauris illis, quibus delectabatur, quod sui gratia hospites mactarent. At quos Strabo (*p.* 206) commemorat Noricos Tauriscos, populus est ab hisce Tauris diversus.

309. Melanchlæni dicti sunt propter vestimenti, quo utuntur, colorem nigrum et caliginosum, ut Herodoto quoque (4, 107) videtur, qui eos (*immo Androphagos*) etiam carne humana vesci dicit, et supra Melanchlænos esse tradit (4, 20) lacus regionemque desertam.

310. Neuri regionem suam olim propter serpentes

γεται *M*; post Γέται in *Ed* additur ὀνομάζονται· φέρ. δὲ καὶ ἱστ. *Ed*. ‖ — 1. τοὺς Δάκας vulgo ante Bernh., at τοὺς recte om. *CUy*. ‖ — 2. Ῥωμαίους .. κινδύνους om. *MU*. ‖ — 6. ὄρος] τόπος *L*. ‖ — 9. ὃν] οὗ *d*. ‖ — 10. ἐστιν ὁμοῦ στενὸς καὶ *MU*. ‖ — 12. ἐπὶ τὴν... δύο σταδίων om. *ENd*. ‖ — 13. τὸ μέγεθος *DL* et margo *Y*. ‖ — 17. εἰς Φρύγας *ENd*. ‖ — 16. εἰς Σκυθίαν *L*. ‖ — 19. τὴν κλῆσιν τὴν ἐξ αὐτοῦ *EN*. ‖ — 20. ἦν post Ἰφιγ. habet *Ed*. ‖ — 21. τοῦτον Ἀχ. *CFy*, τὸν Ἀχ. τοῦτον *ENd*, τοῦτον τὸν Ἀχ. cett. ‖ — 24. τόπος] ποταμὸς *F* et mgo *M*; Ἀχίλλειον *L*. ‖ — 25. Ἀχιλλεὺς *CEMNU dy*, Ἀχιλλεῦ cett. ‖ — 26. τὰς Σκυθικὰς *Uy*, τοῖς Σκυθικοῖς *ENd*. ‖ — 27. ἐγένετο νῆσ. *CDLy*. ‖ — 30. ἀπὸ ταύρου ζώου *L*, ἀπὸ τοῦ ζώου ταύρου *CDEFMNY*; φησι *y*. ‖ — 31. βόας *F*, ἀρῶσαι *MNUy*. ‖ — 32. ἡ καὶ] καὶ ἡ *F*, ἡ om. *C*. ‖ — 37. ἐπ' αὐτοὺς *L*, ἐπ' αὐτὴν *U*, ἐπ' αὐτοῦ *My*. ‖ — 42. καὶ ante ὅτι om. *Nd*. ‖ — 45. λέγονται ἐκλιπεῖν ποτε *EFNd* nisi quod *F* om. ποτε,

ἑαυτῶν χώραν ὑπὸ ὄφεων, καὶ ὅτι γόητες ἐλέγοντο εἶναι. Ἔτους τοίνυν ἑκάστου, φησὶν, ἅπαξ ἕκαστος τῶν Νευρῶν λύκος γίνεται ὀλίγας ἡμέρας, καὶ αὖθις εἰς ἄνθρωπον ἀποκαθίσταται. Σημείωσαι δὲ ὅτι νεβρός μὲν τὸ γέννημα τῆς ἐλάφου διὰ τοῦ β γράφεται, Νευροί δὲ τὸ ἐθνικὸν, οἱ καὶ Νευρῖται, διὰ τῆς ευ διφθόγγου.

Ὅτι Ἡρακλέος υἱοὶ Γελωνὸς καὶ Ἀγάθυρσος, ἐξ ὧν ἔθνη βορειότερα τοῦ Ἴστρου οἱ Γελωνοί τε καὶ οἱ Ἀγάθυρσοι. Ὑπὸ μὲν οὖν ψυχροῖς Ἀγαθύρσοις, ὡς ὁ Διονύσιός φησιν, ἀδάμας ἐστὶ παμφανόων. Οἱ Γελωνοὶ δὲ, ὡς ἄλλοι φασὶν, γῆν τε ἐργάζονται καὶ σιτοφαγοῦσι καὶ κήπους ἔχουσιν. Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας οὕτω φησί· « Γελωνοὶ, πόλις Σαρματίας, ἀπὸ Γελωνοῦ, ὃς Ἀγαθύρσου μὲν ἦν ἀδελφὸς, υἱὸς δὲ Ἡρακλέος. Ἔστι δὲ περὶ αὐτοὺς πόλις ξυλίνη μεγάλη κατὰ Ἡρόδοτον, κειμένη ἐν Βουδίνοις, ἔθνει μεγάλῳ. Παρὰ τούτοις ζῶον λέγεται θαυμάσιον γίνεσθαι, τὸ μέγεθος ὅσον βοὸς, ἐοικὸς τὸν τοῦ προσώπου τύπον ἐλάφῳ, καλούμενον τάρανδος, δυσθήρατον διὰ τὴν μεταβολήν. Μεταβάλλει γὰρ τὰς χρόας τῶν τριχῶν καθ' ὃν ἂν τόπον ᾖ, καὶ ἀλλοιοῦται, καθὰ καὶ ὁ χαμαιλέων καὶ ὁ πολύπους. » Περὶ δὲ τῶν Ἀγαθύρσων ὁ αὐτὸς λέγει, ὅτι ἢ ἀπὸ Ἀγαθύρσου υἱοῦ Ἡρακλέος οὕτω λέγονται, ἢ ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου· κλάδοι δέ εἰσιν οἱ θύρσοι, οὓς ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τελεταῖς φέρουσιν. Ἡρόδοτος δὲ οὐ μόνον Γελωνὸν καὶ Ἀγάθυρσον υἱοὺς Ἡρακλέος λέγει, ἀλλὰ καὶ Σκύθην νεώτατον καὶ γενναιότατον, οὓς ἐγέννησεν Ἡρακλῆς ἐλθὼν εἰς τὴν τῶν Σκυθῶν γῆν, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς ἔλαυνε, μιγεὶς, φησὶν, Ἐχίδνῃ μιξοπαρθένῳ, γυναικὸς μὲν τὰ ἄνω ἀπὸ γλουτῶν ἐχούσῃ, τὰ δὲ κάτω ὄφεως. Λέγει δὲ τοὺς Ἀγαθύρσους ὁ αὐτὸς ἀνδρῶν ἁβροτάτους καὶ χρυσοφόρους, καὶ ἐπίκοινον τὴν μῖξιν τῶν γυναικῶν ποιουμένους. Τοὺς δὲ Γελωνοὺς Ἕλληνας τὸ ἀρχαῖον εἶναί φησι γῆς ἐργάτας.

311. Ὅτι Βορυσθένης ὁ ἐν ποταμοῖς ἀδόμενος Εὐξείνῳ τὸ ὕδωρ μίσγεται κατὰ τὸ ἐκεῖ Μέτωπον τοῦ κριοῦ, περὶ οὗ εἴρηται, ὀρθὸν οἷον ἐπὶ γραμμῆ, κατεναντία (ἤγουν ἀντικρὺ) τῶν Κυανέων πετρῶν. Ἐκεῖ δὲ ἐν τοῖς Ῥιπαίοις ὄρεσι Σκυθικοῖς, καὶ ὁ Ἄλδησκος, φησὶ, καὶ ὁ Παντικάπης οἱ ποταμοὶ μορμύρουσιν· ὧν παρὰ προχοαῖς ἡδυφαὴς ἤλεκτρος μήνης ἀρχομένης αὔξεται, οἷά τις αὐγή. Καὶ ὅρα ὅπως συμπαθῶς ἔχει περὶ τὴν σελήνην ὁ τοιοῦτος ἤλεκτρος, καὶ ὅτι τὸν ἤλεκτρον ἐνταῦθα λίθον τινὰ νοητέον, καὶ οὐ καθὰ τὸ

deseruisse feruntur, ipsique præstigiatores esse dicebantur. Itaque quotannis, ut Herodotus (4, 105) ait, Neurorum unusquisque fit semel per paucos dies lupus, et rursus in hominem restituitur. Observa νεβρός, *catulus cervi*, per β scribi, sed Νευροί, qui et Νευρῖται vocantur, nomen gentile, per ευ diphthongum.

Herculis filii fuerunt Gelonus et Agathyrsus, ex quibus gentes magis boreales Istro Geloni et Agathyrsi. Sub frigidis Agathyrsis, ut Dionysius ait, adamas est pellucens. Geloni vero, ut alii tradunt, et terram colunt, et frumento victitant, et hortos habent. Verum is, qui Ethnica scripsit, ita habet (*v.* Γελωνοί) : « Geloni, civitas Sarmatiæ, a Gelono, qui frater fuit Agathyrsi, Herculis filius. Est in iis finibus urbs lignea magna secundum Herodotum (4, 108), in Budinis sita, gente magna. Apud hos fertur esse animal mirabile, magnitudine fere bovis, forma vero faciei cervo simile, quod tarandum vocant, venatu illud quidem propter ejus mutationem perquam difficile. Ubicunque enim fuerit, pilorum colorem mutat aliudque fit atque aliud et transfiguratur, sicuti etiam chamæleon et polypus. » De Agathyrsis autem idem (v. Ἀγάθυρσοι) testatur, sic eos appellatos aut ab Agathyrso, Herculis filio, aut a thyrsis Liberi patris. Thyrsi autem sunt rami quos in Bacchi sacris ferunt. Herodotus (4, 10) porro non Gelonum modo et Agathyrsum Herculis filios commemorat, sed etiam Scytham, minimum natu eumque generosissimum; quos Hercules filios suscepit, quum eo tempore, quo Geryonis boves abigebat, in Scytharum regionem venisset ibique coiisset cum Echidna, ut Herodotus (4, 9) ait, semipuella, quippe cui superiora, inde a natibus, feminæ, inferiora vero serpentis essent. Idem (4, 104) ait Agathyrsos, mortalium mollissimos, aurum gestare communemque inter sese mulierum usum facere: Gelonos vero origine Græcos esse (4, 108) et agriculturæ operam dare (4, 109).

311. Borysthenes, decantatus ille fluvius, aquas cum Euxino commiscet ad Criumetopon quod ibi est promontorium, de quo diximus, recta veluti ad lineam ex adverso sive e regione Cyanearum petrarum. Ibi in Rhipæis montibus Scythicis et Aldescus, inquit, et Panticapes amnes murmurant, quorum ad fluenta suave lucens electrum, ineunte luna, quidam veluti splendor, augescit. Ac vide, ut hoc electrum conjunctionem naturæ habet cum luna, itemque ut electrum hoc loco de genere quodam lapidis intelli-

---

λ. π. ἐκλ. *C*, ἐκλ. λ. π. cett.; ‖ — 1. αὑτῶν codd, exc. *CEdy*. ‖ — 4. δὲ καὶ ὅτι codd., exc. *CKMUdy*. ‖ — 6. οἱ om. *ENd*. ‖ — 9. οἱ ante Γελ. om. *Md*; τε om. *CKLY*. ‖ — 10. οἱ ante Ἀγ. om. codd., exc. *EFN*. ‖ — 14. Γελωνή *C*. ‖ — 15. υἱὸς δὲ Ἡρ. *CDL*, Ἡρ. δὲ υἱός *EFMNdy*; περὶ αὐτὴν *L*. ‖ — 17. Βοιοδίνοις *C*. ‖ — 18. τὸ γὰρ μέγεθος ἴσον *C*. ‖ — 21. ἢ] εἴη codd. ‖ — 24. Ἀγ. τινος υἱοῦ mgo *Y*. ‖ — 28. καὶ γενν. om. *m*. ‖ — 30. μιγεὶς δὲ φ. *ENd*. ‖ — 31. ἐχ. μιᾷ παρθένῳ *MU*; τὰ κάτω ἀπὸ μαστῶν ἐχούση, τὰ δὲ ἄνω ὄφεως *L*. ‖ — 35. εἶναι om. *FL*; φησὶ om. *ENd*. ‖ — 37. δ om. *CDF KLMY*, ἐν τοῖς π. codd., exc. *CEUdy*. ‖ — 40. καταντικρὺ *CFMd*. ‖ — 41. ὄρ. τοῖς Σκ. *L*. ‖ — 43. ἀρχομένης ἄρχεται αὔξεται οἷά τις ἀρχή *C*. ‖ — 44. ἔχει om,

λεγόμενον τῶν αἰγείρων δάκρυον, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. Ὅτι δὲ ἐν τοῖς Ῥιπαίοις ὄρεσιν οὐδέποτε χιὼν ἐπιλείπει προγέγραπται. Ὑπὲρ δὲ ταῦτα τὰ ὄρη οἱ λεγόμενοι Ὑπερβόρειοι καθήκειν εἰς τὴν θάλασσαν λέγονται. Ἀπὸ δὲ Παντικάπου τοῦ ποταμοῦ καὶ τὸ ἐκεῖ ὀνομάζεται Παντικάπαιον, πόλις μεγάλη, κτίσμα παιδὸς Αἰήτου, λόφος κύκλῳ περιοικούμενος, σταδίων εἴκοσι, μητρόπολις τῶν ἐκεῖ Βοσπορανῶν. Ἡρόδοτος δὲ περὶ τούτων τῶν ποταμῶν φησιν, ὅτι ὁ μὲν Βορυσθένης μέγιστος καὶ πολυαρκέστατος τῶν Σκυθικῶν ποταμῶν, καὶ πίνεσθαι ἥδιστος, ῥέων καλὸς παρὰ θολεροῖς. Ἰχθύνονται δὲ καὶ ἄλες παρὰ τῷ στόματι αὐτοῦ αὐτόματοι, καὶ κήτη ἀνάκανθα μεγάλα ταριχεύειν παρέχει, ἃ καλοῦσιν ἀνταιαίους. Ὁ δὲ Παντικάπης ἀπὸ βορρᾶ ῥέων ἐν τῷ τέλει συμμίσγεται τῷ Βορυσθένει. Τὸ δὲ μεταξὺ τούτων τῶν ποταμῶν νέμονται οἱ Γεωργοὶ Σκύθαι. Δέκα δέ, φησὶν, ἡμερῶν ὁδὸς ἀπὸ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένην· ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ Βορυσθένους ἐπὶ τὴν Μαιῶτιν.

321. Ὅτι τὰ ἀνωτέρω ῥηθέντα Ὡρίκια ἄστεα ἐρυμνά τινες δίχα τοῦ κατ' ἀρχὰς ν γράφουσι. Τάχα δὲ ἀπὸ τούτων καὶ Ὥρικος λιμήν. Φησὶ γοῦν Ἑκαταῖος· Μετὰ δὲ Βουθρωτὸς πόλις, μετὰ δὲ Ὥρικος λιμήν. Καὶ Ἀπολλώνιος· Ὥρικον εἰσαφικέσθαι. Καὶ Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ· Οἱ δὲ τὸν Ὥρικον κατοικοῦντες, οἳ καὶ πρῶτοι κεῖνται περὶ τὴν εἰσβολὴν τὴν πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἐκ δεξιῶν εἰσπλέοντι. Τινὲς δὲ καὶ Νωρίκια γράφουσι μετὰ τοῦ ν. Τὸ δὲ ἐρυμνά τινες ἐρεμνά γράφουσιν, ὃ ἔστι σύμφυτα καὶ δασέα καὶ κάταλσα, ὅθεν καὶ φαίνονται μέλανα διὰ τὸ πολὺ τῆς σκιᾶς. Διὸ καὶ παρ' Ὁμήρῳ ἐν τῷ « μέλαν δρυὸς ἀμφικεάσσας » μέλαν δρυός τινες τὴν τῶν φύλλων εἶπον δασύτητα, διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀποτελουμένην μελανίαν τῆς σκιᾶς. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ Ὡρικίων ἀστέων. Ὁ δὲ Γεωγράφος ἔθνος τι συνάπτον τοῖς περὶ Ἀκυληίαν χωρίοις Νωρικοὺς γράφει μετὰ τοῦ ν, ἄλλα τε λέγων καὶ ὅτι ἐγγὺς τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ καὶ τῶν κατὰ Ἀκυληίαν τόπων οἰκοῦσι Νωρικῶν τινες, καὶ ὅτι κατὰ Ἀκυληίαν ἐν Ταυρίσκοις τοῖς Νωρικοῖς χρυσεῖον εὐφυὲς, ὥστε ἐπὶ δύο πόδας ἀποσύραντα τὴν ἐπιπολῆς γῆν εὐθὺς ὀρυκτὸν χρυσίον εὑρίσκεσθαι. Ἔχεις οὖν τάχα Νωρικῶν τε καὶ Ὡρίκων διαφοράν, ὡς Ὡρίκων μὲν ὄντων κατὰ Πολύβιον τῶν περί που τὴν τοῦ Ἀδρίου εἰσβολήν, ὅπου καὶ ὁ Ὥρικος λιμὴν καὶ ἡ Βουθρωτὸς, Νωρικῶν δὲ τῶν πρὸς τῷ μυχῷ τοῦ αὐτοῦ κόλπου κατά τε τὸν Γεωγράφον καὶ

gendum est, non vero de lacryma quæ fertur esse populorum, quemadmodum supra (*vs.* 288) dictum est. In Rhipæis vero montibus nivem nunquam deficere jam scriptum est in antecedentibus. Ultra hos montes ii, qui vocantur Hyperborei, usque ad mare, quod ibi est, porrigi ac pertinere dicuntur. Ceterum a Panticape amne Panticapæum ibi nominatum est, oppidum magnum, ab Æetæ filio conditum, tumulus in orbem circumcirca habitatus, ad stadia viginti, Bosporanorum metropolis (*Strab. p.* 309). Herodotus (4, 53) porro de his ipsis fluminibus dicit Borysthenem Scythicorum fluviorum maximum esse plurimaque commoda præbere, et ad potandum suavissimum fluere limpidumque juxta turbidos; ad ostium ejus sal sponte sua concrescere, eundemque amnem cete maxima spinæ expertia, quos antacæos vocant, ad salsuram subministrare. Panticapen vero (4, 54) a septentrionibus fluentem, ad extremum cum Borysthene commisceri; quod autem inter hæc flumina agrorum est, Scythas id agricolas colere. Decem porro dierum iter esse ait (4, 101) ab Istro ad Borysthenem, ac tantundem a Borysthene ad Mæotin paludem.

321. Quæ supra dicta sunt *Oricia oppida munita* quidam sic scribunt sine *n* litera in initio nominis. Ab his fortassis etiam Oricus portus dicitur. Apud Hecatæum certe legitur : « Postea Buthrotus urbs; deinde Oricus portus. » Porro Apollonius (4, 1215) dicit : « Oricum pervenisse. » Et Polybius libro septimo (*c.* 19) : « Oricum incolentes, qui primi ad Adriæ introitum siti sunt a dextra innaviganti. » Quidam vero etiam *Noricia* per *N* literam scribunt. Porro pro ἐρυμνά nonnulli ἐρεμνά scribunt, id est arboribus consita et densa ac nemorosa; unde etiam nigra, ab umbræ magnitudine, apparent. Quare etiam apud Homerum (*Od.* ξ, 12) in illis verbis : μέλαν δρυὸς ἀμφικεάσσας, illud μέλαν δρυός, *nigrum quercus*, quidam intellexerunt densitatem foliorum, propter umbræ nigredinem, quæ inde efficitur. Atque hæc quidem de oppidis Oriciis. Verum Geographus (*p.* 206) gentem quandam quæ sunt circa Aquileiam loca attingentem Noricos scribit per *N*, ubi inter alia dicit Adriatico recessui et Aquileiæ regioni vicinos habitare Noricorum quosdam; itemque (*p.* 208) ad Aquileiam in Tauriscis Noricis aurum copiosum provenire, ita ut si quis summam terram ad pedum duum altitudinem egesserit, fossile statim aurum inveniat. Habes igitur fortasse Noricorum et Oricorum differentiam, ita ut Orici, secundum Polybium, sint alicubi ad Adriæ ingressum, ubi Oricus quoque portus et Buthrotus; Norici vero sint ad intimum recessum ejusdem sinus, tum ex Geographi

---

CL. || — 2. ἐπιλείπει χιὼν *L.* || — 11. καὶ om. *d.* || 13. μεγάλα om. *ENd.* || — 16. τούτων om. *C.* || — 17. φησὶν *CFMlmy*, φασὶν cett. || — 18. ὁμοίως δέ φησι καὶ *FU.* || — 20. Νωρίκια *L* et alii complures, ut vid., Νιρίκια *F.* || — 22. φησὶ γοῦν... Ὥρικος λιμὴν post v. εἰσαφίκεσθαι habet *F.* || — 24 et 25. Ὡρίκιον *N.* || — 29. κάταλσα. V. Steph. Thes. s. v. κατάλσης. || — 31. ἀμφικ. μ. δρ. om. *C.* || — 32. ἐξ αὐτῆς *N*; ἀποτελ. καλουμένην *M*, sed vulgata in margine. || — 33. περὶ τῶν Ὡρ. codd., exc. *CUy.* || — 34. συνάπτων codd., exc. *CFMN.* || — 37. Ὡρίκων *E*, Ὡρικίων *d*, Νωρικίων *l.* || — 38. Νωρικοῖς Strabo, Νωρικίοις codd. Eusth.; || — 39. χρυσεῖον Strabo, χρυσίον codd. Eusth. || — 40. εὑρίσκεται *MNU*, εὑρίσκεσθαι *CEFdly* Strabo, εὑρίσκειν cett. || — 41. Νωρικίων *N*; τε om. *ENd.* || — 44. ἡ Βουθρ. *EFMNUd*, ὁ B. cett., ut videtur · dein

κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων τοῦ Διονυσίου. Ἔοικε δὲ ὅτι καὶ ὁ Διονύσιος Ὠρίκους οἶδεν, οὓς καὶ ὁ Πολύβιος· ἐν γοῦν τοῖς ἑξῆς ἐρεῖ περὶ τὴν Ὠρικίαν γῆν εἶναι τὴν τῆς Ἑλλάδος ἀρχὴν, ζωννυμένην τῇ τε Σικελικῇ θαλάσσῃ καὶ τῇ Αἰγαίῃ. Καὶ οὕτω μὲν ταῦτα. Τινὲς δὲ ἱστοροῦσι καὶ ὅτι Νώρικον οἱ Φρύγες τὸν ἀσκὸν καλοῦσι τῇ σφετέρᾳ διαλέκτῳ, καὶ ὅτι, ὁπηνίκα Μαρσύας ἐκεῖνος ὁ μουσικὸς ἀπεδάρη τὸ σῶμα ὑπ' Ἀπόλλωνος, ὁ ἀσκὸς κρεμασθεὶς καὶ τῷ χρόνῳ κατενεχθεὶς ἔπεσεν εἰς τὴν Μίδου λεγομένην κρήνην, καὶ αὐτὴ μὲν μετεκλήθη Μαρσύας, ὁ δὲ ἀσκὸς καταφερόμενος ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ἁλιεῖ προσηνέχθη· καὶ Πεισίστρατος ὁ Λακεδαιμόνιος κατὰ χρησμὸν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος πόλιν κτίσας Νώρικον προσηγόρευσεν, ὡς ἂν εἴποι τις ἀσκόν. Ἐὰν δὲ Φρυγία οὖσα ἡ τοῦ Πεισιστράτου πόλις αὕτη οὐδὲν ἔχῃ κοινὸν πρὸς τοὺς ἀνωτέρω ῥηθέντας Νωρίκους, ἀλλ' οὖν ἡ ἱστορία πρὸς πολυπειρίαν οὐκ ἄχαρις.

322. Ὅτι οὐ μόνον Εὐρωπαῖοι Μυσοὶ, ἀλλὰ καὶ Ἀσιανοί. Ὁ δὲ Ἀρριανὸς τῶν Εὐρωπαίων Μυσῶν ἀποίκους λέγει τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ὀλυμπηνοὺς Μυσοὺς, οἵτινες Μυσοὶ ὀνομάζονται ἢ ἀπὸ Μυσοῦ τοῦ Διὸς ἢ ἀπὸ ἑτέρου Μυσοῦ υἱοῦ Ἀργανθώνης τῆς γενναίας, τῆς ὀρεσιβίου, ἢ ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς μυσῆς ἢ τοῦ μυσοῦ, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται, ὅπερ τὴν ὀξύην δῆλοι κατὰ τὴν γλῶσσαν τῶν Λυδῶν, ὡς καὶ ὁ Γεωγράφος φησίν. Ἡρόδοτος δὲ τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Μυσοὺς Λυδῶν ἀποίκους λέγει, Ὀλυμπηνοὺς καλουμένους, ἀπὸ ὄρους Ὀλύμπου τοῦ Ἀσιανοῦ.

Ὅτι Θρᾷκες οὐ μόνον Εὐρωπαῖοι, ἀλλὰ καὶ Ἀσιανοὶ, κατὰ τὴν Ἀρριανοῦ ἱστορίαν, λέγοντος, ὥσπερ Φρύγας καὶ Μυσοὺς, οὕτω δὴ καὶ Θρᾷκας ἐξ Εὐρώπης διαβῆναι εἰς Ἀσίαν μετὰ Πατάρου τινὸς ἡγεμόνος, ὅτε οἱ Κιμμέριοι τὴν Ἀσίαν κατέτρεχον, οὓς ἐκβαλόντες ἐκ Βιθυνίας οἱ Θρᾷκες ᾤκησαν αὐτοί· καὶ τάχα ἐκ τῶν τοιούτων Θρᾳκῶν πλατυνθέντων καὶ τὸ νῦν λεγόμενον Θρᾳκήσιον τὴν κλῆσιν εὕρηκεν. Ὁ δ' αὐτὸς Ἀρριανὸς καὶ Θρᾴκην τινὰ ἱστορεῖ νύμφην σοφὴν ἀμφὶ ἐπῳδάς τε καὶ φάρμακα, καὶ οἵαν τὰ μὲν ἐκλῦσαι τῶν παθημάτων φαρμάκοις, τὰ δὲ ἐργάσασθαι· δποία τις καὶ ἡ Μήδεια ἱστόρηται καὶ ἡ Ἀγαμήδη καὶ ἡ θρυλουμένη Κροκοδίκη. Καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς Θρᾴκης δοκεῖ ὠνομάσθαι ἡ χώρα, Πέρκη ποτὲ καλουμένη. Ὁ αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι ἔθος ἦν Θραξὶ πολλὰς ἔχειν γυναῖκας, ὡς ἂν ἐκ πολλῶν πολλοὺς ἔχοιεν παῖδας, καὶ τὸ ἔθος

sententia, tum secundum complures codices Dionysianos. Videtur tamen Dionysius quoque Oricos eosdem, quos Polybius, agnovisse, quum postea affirmet circa Oriciam regionem initium esse Græciæ Siculo mari et Ægæo cinctæ. Atque hæc quidem ita. Quidam vero (*Plutarch. De fluv.* c. 10) tradunt, Phryges sua ipsorum lingua utrem *noricum* appellare, et postquam Apollo Marsyæ musico pellem detraxisset, utrem suspensum et aliquanto post tempore delapsum, in fontem, quem Midæ vocabant, cecidisse; eumque fontem, mutato nomine, Marsyam appellatum fuisse; utrem vero a flumine delatum in piscatoris manus pervenisse, Pisistratumque Lacedæmonium, oraculi monitu, ab illo eventu urbem exædificasse, eamque Noricum, perinde ac si quis utrem diceret, nuncupasse. Quod si urbs hæc Pisistrati, quippe urbs Phrygiæ, nihi habet commune cum Noricis, quorum supra meminimus, tamen hæc historia ad variam eruditionem non prorsus injucunda.

322. Non Europæi modo Mysi, sed etiam Asiani. Verum Arrianus (*in Bithyniac. lib.* 1 *ap. Steph. B.* v. Ὄλυμπος) Mysorum Europæorum coloniam dicit Mysos Olympenos Asiæ, qui Mysi nominantur vel a Myso, Jovis filio, vel ab alio Myso, filio Arganthonæ, generosæ illius et in montibus degentis, vel a mysa sive myso arbore (utroque enim modo dicitur), quod Lydorum lingua oxyam significat, ut Geographus (*p.* 572) ait. At Herodotus (7, 74) Mysos Asianos coloniam dicit Lydorum, Olympenos vocatos ab Olympo monte Asiatico.

Thraces non Europæi modo, sed etiam Asiatici, sec. Arriani historiam (*fr.* 37), ubi is dicit, ut Phryges et Mysos, sic etiam Thraces ex Europa in Asiam cum Pataro quodam duce trajecisse, quo tempore Cimmerii Asiam incursionibus vastarent, quos Thraces ex Bithynia ejecissent, ipsique ibi consedissent. Ac fortasse ab his Thracibus longe lateque diffusis ac propagatis Thracesium, quod nunc dicitur, id appellationis invenit (*Const. Porph. de Them.* 1, 3). Idem Arrianus Thracem quandam nympham commemorat, incantationum et medicamentorum peritam, quæ morbos alios medicamentis distrahere, alios inferre posset; qualis et Medea fuisse traditur et Agamede et decantata illa Crocodice. Atque ab hac ista Thrace nominata videtur regio, quæ Perce olim vocaretur. Idem etiam testatur consuetudinis Thracum fuisse multas uxores habere, multos ut liberos ex multis susciperent; et hanc iis consuetudinem permansisse

---

Ωρικίων codd., exc. *CUd*; τοῦ Ἀδρίου κόλπου *F.* || — 2. καὶ Διον. *C.* || — 15. Φρυγίας codd., exc. *CMUy.* || — 16. ἔχει *EFMNUd.* || — 23. ὀρεσιτρόφου *Ed*, Ῥησου γυναικὸς conj. Valckenaer. Diatr. p. 104. Quod codices habent, explicatur narratione Parthenii c. 36. || — 28. ἀπὸ τοῦ ὄρ. codd., exc. *CFMUy.* || — 31. τὴν τοῦ Ἀρρ. *EM*; ὥσπερ om. *F.* || — 32. δὴ om. *EFd.* || — 33 εἰς τὴν Ἀσίαν *L.* || — 36. πλανηθέντων *F.* || — 37. ὁ αὐτὸς *L.* || — 38. ἀμφὶ] ἐπὶ *L.* || — 39. ἐκλῦσαι margo *Y*, ἐκλῆσαι *γ*, ἕλκύσαι codd. Earundem vocum confusio apud Plutarch. Mor. p. 112, C init. || — 41. ἡ Γανυμήδη *L*, ἡ Γαμήδη *y*; θρυλλ. codd. || — 42. Κροκοδίκη *CEFLNYy*, Κροκυδίκη *d*, Κίρκη cett. codd. et editt. Crocodices meminit Eustathius etiam ad Hom. p. 881, 60. 1493, 48. 1657, 52 ex Arriano; καὶ om. *FKU*; τῆς Θρᾴκης om. *L.* || — 43. καλ., ὡς ὁ

αὐτοῖς γενέσθαι φησὶν ἀπὸ βασιλέως αὐτῶν Δολόγκου, ᾧ παῖδες πολλοὶ ἐκ πολλῶν γυναικῶν ἐγένοντο. Ἡρόδοτος δὲ ἱστορεῖ καὶ ὑπὸ τῷ Κροίσῳ Θρᾷκας εἶναί τινας, λέγων ὅτι Κροῖσος κατεστρέψατο Χάλυβας, Παφλαγόνας, Θρᾷκας Θυνοὺς καὶ Βιθυνοὺς, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ Ξενοφῶν δὲ οἶδεν Ἀσιανήν τινα Θράκην ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου μέχρι Ἡρακλείας, ἐπὶ δεξιὰ εἰσπλέοντι. Ἱστορία δέ τις ἱερὰ καὶ περὶ τὰ τῆς Λιβύης που νότια ὑπὲρ Ἀλεξάνδρειαν Θράκην τινὰ ὀρεινήν φησιν, ἐν ᾗ καὶ ἀσκητὴν ἱστορεῖ γενέσθαι περίπυστον. Λέγεται δὲ ὅτι οἱ Εὐρωπαῖοι Θρᾷκες στίζονται, κρίνοντες εὐγενὲς μὲν τὸ ἐστίχθαι, ἀγεννὲς δὲ τὸ ἄστικτον· καὶ καλὸν μὲν τὸ ἀργεῖν, ἀτιμότατον δὲ τὸ ἐργάζεσθαι τὴν γῆν· κάλλιστον δὲ τὸ λῃστεύειν καὶ ἀπὸ πολέμου ζῆν. Ὅτι δὲ τὸ Θρᾷξ περισπᾶται καὶ ὅτι ὡς συναιρεθὲν ἔχει τὴν τοῦ τόνου περίκλασιν, προδηλότατόν ἐστι. Δηλοῖ δὲ τὴν τῆς λέξεως συναίρεσιν τό τε Θρήϊκες καὶ τὸ Θρηΐκιον στόμα καὶ ὅσα τοιαῦτα· ὥστε συναιρεῖσθαι τὸ Θρᾷξ ἀπὸ τοῦ Θράϊξ βαρυτόνου ὀνόματος.

323. Ὅτι τοὺς Θρᾷκας γαῖαν εἰπὼν ἔχειν ἀπείρονα, ἐφερμηνεύει σαφῶς, πῶς ἀπείρονα, καί φησιν· οἱ μὲν ἐπὶ πλευραῖς Προποντίδος εἰσὶ θαλάσσης, οἱ δ' ὑπὲρ Ἑλλήσποντον ἀγάρροον, οἱ δὲ περὶ τὸ βαθὺ χεῦμα τῆς Αἰγαίας θαλάσσης. Διὸ καὶ Ἡρόδοτος λέγει τοὺς Θρᾷκας ἐθνῶν μέγιστον μετὰ τοὺς Ἰνδούς. Ἦν δὲ ἂν, φησὶ, καὶ ἄμαχον καὶ κράτιστον, ἐὰν ὑπὸ ἑνὶ ἐτάττετο ἄρχοντι ἢ ἐφρόνει κατὰ τὸ αὐτό. Καὶ τάχα διὰ τὸ οὕτω πολυτενὲς τῆς χώρας καὶ περιφανὲς ἰδίασεν αὐτὴν τῆς Εὐρώπης Οὐεσπασιανὸς, ὡς προείρηται. Καλούμενοι δέ ποτε Βρίγες, εἶτα μεταβάντες εἰς Ἀσίαν, μετέπεσον εἰς τὸ τῶν Φρυγῶν ὄνομα. Ἀγάρροον δὲ τὸν Ἑλλήσποντον λέγει διὰ τὸ κατάρρουν εἶναι σφόδρα. Διὸ καὶ ποταμὸν αὐτὸν ἁλμυρὸν ὁ Ξέρξης ἐξυβρίζων ὠνόμασεν.

327. Ὅτι Παλλήνη καὶ ὄρος ἐστὶ καὶ πόλις Θρᾳκική. Ταύτην μελισσόβοτον ὁ Διονύσιος ἱστορεῖ, ἤτοι πολλὰς μελίσσας τρέφουσαν. Περὶ ἣν φύεται, φησὶν, ἀστέριος καλὸς λίθος, μαρμαίρων οἷά τις ἀστὴρ, καὶ λυχνὶς πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὁμοία, διὸ καὶ λυχνίτης ὁ λίθος λέγεται. Οἱ δὲ καὶ σεληνίτην καλοῦσι τὸν τοιοῦτον λίθον, ἐπειδὴ συμπαθῶς, φασὶν, ἔχει τῇ σελήνῃ, ὡς καὶ ὁ Βορυσθενίτης ἤλεκτρος, καθὰ καὶ προϊστόρηται, καὶ συμφθίνει τε αὐτῇ καὶ συναύξει. Τὸ δὲ λυχνίς τινες καὶ βαρύνουσι καὶ ἀρσενικὸν εἶναι λέγουσιν ὄνομα,

ait a rege ipsorum Dolonco, cui filii multi ex multis uxoribus fuerunt. Herodotus (1, 28) autem refert Thraces etiam quosdam sub imperio Crœsi fuisse, ubi Crœsum narrat subegisse Chalybes et Paphlagones et Thraces Thynos Bithynosque, et qui deinceps sunt. Xenophon quoque (*An.* 6, 4, 1) Thraciam quandam Asianam agnoscit, quæ ab ostio Ponti usque ad Heracleam pertineat, ad dextram sitam innaviganti. Historia autem quædam sacra in partibus alicubi australibus Africæ, supra Alexandriam, Thraciam quandam montanam commemorat, in qua fuisse hominem prodit divinarum rerum studio percelebrem. Ferunt item Thraces Europæos notas sibi imprimere consuevisse, quippe qui nobilitatis argumentum esse judicent, insignitos esse punctis, ignobile vero nullis esse notis obsignatos; et honestum quidem otiari, turpissimum vero agriculturam exercere; pulcherrimum denique latrocinia agitare atque ex bello vivere. Ceterum Θρᾷξ vocem contractam esse docent Θρήϊκες et Θρηΐκιον στόμα et quæ sunt similia, adeo ut Θρᾷξ ex Θράϊξ voce barytono contractum sit.

323. Thraces quum regionem habere dixisset *immensam*, perspicue deinceps vim hujus vocis explicat dicitque : « Alii ad latera Propontidis sunt maris, alii super Hellespontum multifluum, alii circa fluxum profundum maris Ægæi. » Quare etiam Herodotus (5, 3) scribit Thraces gentem esse maximam, secundum Indos. « Esset autem, inquit, prorsus inexpugnabilis et validissima, si unius imperio regeretur, concordique esset animorum sententia. » Ac fortasse ea ipsa de causa, quod regio est tanta amplitudine tantaque dignitate, secrevit eam a reliqua Europa Vespasianus, ut dictum est supra (*ad vs.* 270). Briges autem quum olim vocarentur, postea in Asiam transgressi, pristinam appellationem in Phrygum nomen commutarunt. Hellespontum porro dicit ἀγάρροον, quod est admodum κατάρροος, *aquis perquam rapide defluentibus*. Quare etiam fluvium eum salsum Xerxes per contumeliam appellavit.

327. Pallene et mons est et urbs Thracica. Hanc tradit Dionysius μελισσόβοτον, multarum nimirum apium altricem. Circa hanc nascitur, inquit, asterius, lapis pulcher, ceu stella quædam resplendens, et lychnis flammæ ignis quam simillina. Quocirca hic etiam lapis lychnites vocatur. Alii hunc lapidem etiam seleniten nominant, quoniam cognationem quandam naturæ habet, ut aiunt, cum luna (quemadmodum Borysthenium quoque electrum, ut supra diximus) et simul cum luna decrescit augeturque. Ceterum λυχνὶς quidam

αὐτὸς λέγει. *MU;* λέγει] λόγος *F;* καὶ om. *Y.* || — 4. κατεστρ. Κροῖσος *DE;* ὁ Κρ. *F.* || — 5. καὶ ante Βιθ. additum ex *d.* In Herodoto legitur : Θρήικες οἱ Θυνοί τε καὶ Βιθυνοί. Vox Βιθυνούς omissa in *KM.* || — 7. μέχρι *CUM,* ἄχρι *END,* μέχρις cett.; καὶ Ἡρακλ. *F.* || — 8. ἐπὶ τὰ δεξιά codd., exc. *EFMNUd.* || — 10. ἐν οἷς *C.* ἀσκητὴν] S. Antonium, monente Hudsono ; ἱστορεῖ om. *F;* περίπυστον γενέσθαι *ENd.* || — 11. δὲ καὶ ὅτι *F.* De re cf. Strabo p. 315. || — 14. τὴν γῆν ἐργάζεσθαι *MU.* || — 26. ἔθνος *Ed;* ἦν δ' ἂν *F.* || — 29. πολυγενὲς *C,* πολυτελὲς *M;* χώρας] Θράκης *CUy.* || — 30. Εὐρώπης] Θράκης *CDFKLMY.* || — 31. Βρίγες] Βρίες *d,* ῥῆγες *F;* μετέπεσαν *ENd.* || — 34. ὠνόμαζεν *L.* || — 37. ἱστορεῖ ὁ Δ. *C.* || — 38. φύεται om. *d.* || 42. ἔχειν *ENd;* τὴν σελήνην *KMU,* πρὸς σελήνην *L,* πρὸς τὴν σελήνην cett. || — 43. καὶ ante πρ. om. *C;*

γράφοντες· λύχνις πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὁμοῖος. Ἄλλοι δὲ περὶ Παλλήνης οὕτω φασί· Παλλήνη πόλις Θράκης, ἀπὸ Παλλήνης θυγατρὸς Σίθωνος. Ἔστι δὲ Παλλήνη καὶ χερρόνησος τρίγωνος, οἰκουμένη ποτὲ ὑπὸ γιγάντων, οὓς Ἡρακλῆς μισανθρώπους ἐφευρηκὼς κατεπολέμησεν, ὅτε καὶ βρονταί τινες καὶ πρηστῆρες συνέπεσον. Διὸ καὶ θεοὶ ἔδοξαν τῆς μάχης ταύτης τῷ Ἡρακλεῖ συνάρασθαι καὶ καταφλέξαι τοὺς κακούς, καὶ ἡ χώρα διὰ τοῦτο Φλέγρα ἐκλήθη. Ἀπὸ τούτων τῶν τόπων Παλληνίδα τὴν τοῦ Πρωτέως θυγατέρα ἐκάλεσεν ὁ Διονύσιος, ἔνθα περὶ Ἀλεξανδρείας ἔλεγεν. Οἴονται δέ τινες Παλλήνην λέγεσθαι τὴν τῆς Κασσανδρείας χερρόνησον, τῷ Αἰγαίῳ καὶ αὐτὴν παρακειμένην. Ἔνθα που καὶ τόπος τις κατὰ παραφθορὰν Τορώνη λεγόμενος, ὁμωνύμως, ὡς ἔοικε, Τορώνῃ τῇ τοῦ Θρᾳκικοῦ Πρωτέως θυγατρὶ κατὰ Λυκόφρονα.

331. Ὅτι τὰ κυρτότερα τῆς Εὐρώπης περιηγησάμενος, ἤγουν τοὺς ἕως καὶ εἰς τὸν βόρειον ὠκεανὸν διήκοντας Ἴβηρας καὶ τοὺς Πυρρηνοὺς καὶ τοὺς Βρεττανοὺς καὶ τοὺς Γερμανοὺς καὶ τοὺς ἑκατέρωθεν τοῦ Ἴστρου καὶ αὐτοὺς τοὺς Θρᾷκας, ἀφῆκεν ἡμᾶς νοεῖν τὴν ἐπίλοιπον Εὐρώπην καταγεγραμμένην τριγωνοειδῶς, πλευραῖς τρισὶ, μιᾷ μὲν δυτικῇ τῇ τῶν Ἰβήρων, ἑτέρᾳ δὲ ἀπ' ἐναντίας τῇ τῶν Ἑλλήνων, τρίτῃ δὲ τῇ τῶν Αὐσόνων, ἀπὸ τριῶν ἐθνῶν ἐνδοξοτάτων χαρακτηρίσας καὶ ὀνομάσας τὰς τοιαύτας πλευράς. Καὶ ὅρα ὅπως εὐμεθόδως καὶ εὐπεριορίστως περιηγεῖται καὶ σαφῶς, καὶ οὐκ ἀφίησι συγχέεσθαι τὸν ἀκροατὴν πλανώμενον περὶ τὴν ἀπείρονα.

331. Ὅτι ἡ ἑσπερία κρηπὶς τῆς γῆς τῶν Ἰβήρων γείτων ἐστὶ τοῦ ὠκεανοῦ, ἔνθα καὶ μία τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἡ Ἀλύβη, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται. Περὶ δὲ τῶν Ἰβήρων προγέγραπται ὅσα ἔδει. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ κρηπῖδας ἔφη τὰς προρρηθείσας τριγωνικὰς πλευράς, ὡς εἴ τις εἴποι βάσεις, διὰ τὸ ἑκάστην τῶν τριῶν εἰς βάσιν δύνασθαι λογισθῆναι. Κρηπὶς γὰρ κυρίως μὲν ἐπὶ ὑποδήματος, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ βάσις, ἐπί τε θεμελίου καὶ ἑτέρων τινῶν. Προϊὼν δὲ καὶ πέζαν ἐρεῖ τὴν τοῦ τριγώνου πλευρὰν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν.

337. Ὅτι κάτωθεν τῆς ῥηθείσης Ἀλύβης πόλις ὀλβία Ἰβηρικὴ ἡ Ταρτησὸς, ἣν καὶ χαρίεσσαν λέγει καὶ ῥυηφενέων πέδον ἀνδρῶν, ἤγουν πλουσίων. Φασὶ δὲ Βαῖτιν εἶναι ποταμὸν Ἰβηρίας, δύο ἐκβολὰς ἔχοντα, ὧν μέσην ἱδρῦσθαι ὡς ἐπὶ νήσου τὴν τοιαύτην Ταρτη-

efferunt accentu gravi, et nomen esse volunt masculinum, qui ita scribunt : λυχνὶς πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὁμοῖος. Alii vero (*Steph. v.* Παλλήνη) de Pallene sic aiunt : Pallene, urbs Thraciæ, a Pallene, Sithonis filia. Est autem Pallene etiam peninsula triangularis, a gigantibus olim habitata, quos quum Hercules osores hominum reperisset, debellavit; quo etiam tempore tonitrua igneique turbines deciderunt; quare etiam dii visi sunt in hac pugna suppetias Herculi tulisse, malosque illos καταφλέξαι, *combussisse;* ideoque regio illa Phlegra est appellata. Ab his ipsis locis Dionysius Pallenidem Protei filiam vocavit (*vs.* 259), ubi sermonem habuit de Alexandria. Quidam tamen existimant Pallenen vocari Cassandreæ peninsulam, ipsam quoque Ægeo adjacentem, ubi et locus quidam corrupto vocabulo dictus Torone, eodem, ut videtur, nomine atque Torone, Protei Thracici filia, secundum Lycophronem (*vs.* 116).

331. Postquam curviores Europæ partes descripsit, nimirum ad oceanum usque borealem pertinentes Iberes et Pyrrenæos et Brettanos et Germanos et ab utraque Istri parte habitantes ipsosque Thraces, reliquam nobis Europam intelligendam reliquit trianguli instar sive tribus descriptam lateribus, uno occidentali Iberum, altero opposito Græcorum, tertio denique Ausonum; itaque hæc ista latera a tribus clarissimis gentibus insignivit atque nominavit. Ac vide quam artificiose quamque definite atque dilucide periegesi sua procedat, neque auditorem sinat huc atque illuc in immensa regione oberrantem conturbari.

334. Occidentalis terræ Iberum crepido propinqua est oceano, ubi et Alyba, columnarum Herculearum una, ut et alibi dictum est. De Iberibus autem quæcunque oportebat, scripta sunt supra. Volo tamen observes, ut hoc loco κρηπῖδας, crepidines, vocat quæ diximus supra latera trianguli, perinde ac si quis bases diceret, eo quod unumquodque horum trium laterum haberi potest pro basi; κρηπὶς namque proprie de calceamento, sed per catachresin dicitur etiam basis, tum de fundamento, tum de aliis hujuscemodi. Postea ab eadem causa latus trianguli etiam πέζαν, pedem, appellat.

337. Infra Alybam illam, quam diximus, Tartesus est, beata urbs Iberica, quam et amœnam vocat, et solum hominum ῥυηφενέων, i. e. opulentorum. Aiunt autem Bætin fluvium esse Iberiæ, duo habentem ostia, inter quæ, tanquam in insula, media posita sit Tar-

---

ἱστόρηται *y*. Mox τε particulam deleri velim cum Bernhardyo. Deinde λυχνίον habet *M*, et καὶ om. *d*. ‖ — 3. Σίθωνος *CEMNUclmy*, Τίθωνος cett. ‖ — 4. καὶ om. *C*. ‖ — 6. ὅτε] ὅθεν *C*, εἶτα *F*. ‖ — 10. τὴν om. *U;* τοῦ additum ex *CLy* δ om. *F*. ‖ — 13. που om. *Ed*. ‖ — 15. Τερώνη *KMUd*, Περώνη *F*. ‖ — 17. κυκλότερα *C*. ‖ — 18. ἤγουν om. *L;* τοὺς εἰς ἕω *FMU*. ‖ — 19. Τυρρηνοὺς *EFMNUd;* Βρετανοὺς *NYy*. Verba Βρετανοὺς... Ἴστρου καὶ αὐτοὺς om. *KM*. ‖ — 20. Γερμανοὺς καὶ τοὺς om. *CDLy*. ‖ — 22. καταγεγραμμένα *C;* τριγωνοειδῶς om. *F*. Mirum in modum Eustathius hariolatur. ‖ — 24. δὲ om. *d*. ‖ — 25. Αὐσονίων *Fm*. ‖ — 27. καὶ ante σαφῶς om. *CDLy*. ‖ — 31. γείτων om. *L*. ‖ — 34. καὶ om. *EU*. ‖ — 35. εἴπῃ *CDLy*. ‖ — 37. μὲν om. *ENd*, post v. κρηπὶς habet *C*. ‖ — 38. καὶ ἡ βάσις om. *L;* θεμελίων *CL*. ‖ — 39. τοῦ et mox αὐτὴν om.

σόν, οὕτω κληθεῖσαν διὰ τὸ καὶ τὸν Βαῖτιν Ταρτησὸν καλεῖσθαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Ταύτης καὶ ὁ Κωμικὸς μέμνηται ἐν Βατράχοις, ὅτε λέγει Ταρτησίαν μύραιναν, παίζων καὶ ἐκφοβῶν τὸν ἀκροατὴν τῷ ἐκτοπισμῷ. Τὸν δὲ Ταρτησὸν κασσίτερον τοῖς ἐκεῖ καταφέρειν ἱστόρηται.

338. Ὅτι Πυρήνη μέγιστον ὄρος, οὗ ὑπὸ πόδα οἱ Κεμψοὶ τὸ ἔθνος. Ἔχει δὲ ἡ Πυρήνη τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τοῦ βορείου ὠκεανοῦ, καὶ διήκει ἕως εἰς τὴν ἑσπερίαν θάλασσαν, καὶ διορίζει Κελτούς τε καὶ Ἴβηρας. Ἡ δ' αὐτὴ οὐ μόνον Πυρηναῖον, ὡς προείρηται, ὄρος, ἀλλὰ καὶ πληθυντικῶς ὄρη Πυρηναῖα λέγεται. Οὕτω δὲ καὶ αἱ Ἄλπεις καὶ τὸ Ἑρκύνιον διφορεῖται τῷ ἀριθμῷ.

340. Ὅτι τὴν Αὐσονίδα πολυτενῆ γῆν μέσην τέμνει τὸ Ἀπένινον ἢ Ἀπέννιον ὄρος ἐξ Ἄλπεως ἀρχόμενον, καὶ τελευτῶν εἰς τὴν Σικελικὴν πορθμίδα, ὃ ἔστιν εἰς τὸν Σικελικὸν πορθμὸν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται, περὶ τὴν Λευκοπέτραν τὴν ἐν τῇ Ῥηγίνῃ χώρᾳ. Ὄρθιον δὲ, φησὶν, ἐστὶ τὸ τοιοῦτον ὄρος, οἷά που ἐκ στάθμης ἰθυμμένον, ἤγουν τεταμένον εἰς εὐθύτητα ὥσπερ διὰ στάθμης, ἥτις ἐστὶ σχοῖνος τεκτονικὴ ἀπορθοῦσα τὰ ξύλα. Εἶτα ἐπιτείνει ποιητικῶς εἰς ὑπερβολὴν τὸ νόημα, καί φησιν οὕτως ἰθυτενὲς εἶναι τὸ ὄρος, ὡς οὐκ ἂν οὐδὲ τέκτων μωμήσαιτο σοφῆς ὑποεργὸς Ἀθήνης. Δῆλον δὲ πάντως ὅτι Ἀθηνᾶς, ἤγουν φρονήσεως, ὑπουργοὺς ἡ ποίησις οἶδε τοὺς τέκτονας. Ἡ δὲ ῥηθεῖσα Ῥηγίνη χώρα ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ Ῥηγίου τῆς πόλεως λέγεται, κτίσματος Χαλκιδικοῦ. Αὐτὸ δὲ τὸ Ῥήγιον οὕτω καλεῖται ἢ παρὰ τὴν ῥῆξιν, ὡς ἀπορραγείσης τῆς Σικελίας ἐκ τῆς ἐκεῖσε ἠπείρου ὑπὸ σεισμοῦ, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· καθὰ καὶ ἡ Προχύτη νῆσος καὶ αἱ Πιθηκοῦσαι καὶ αἱ λεγόμεναι Σειρῆνες νῆσοι τρεῖς ἠπείρων ἀποσπάσματα λέγονται· ἢ Ῥήγιον εἴρηται ὡς ἂν εἴποι τις βασίλειον, ῥῆγες γὰρ καὶ ῥέγες οἱ βασιλεῖς, τῶν Σαυνιτῶν οὕτω καλεσάντων αὐτὸ δι' ἐπιφάνειαν τῆς πόλεως. Τούτου πρὸς ἕω ἄκρα τις Λευκοπέτρα, ὡς εἴρηται, λεγομένη ἀπὸ τῆς χρόας, ἐν πεντήκοντα σταδίοις, ὅπου λήγει τὸ Ἀπέννιον ὄρος, ὡς ἐρρέθη. Ἰστέον δὲ ὅτι ὥσπερ ἡ Ἄλπις πληθύνεται, οὕτω καὶ τὸ Ἀπέννιον Ἀπέννια ὄρη πληθυντικῶς λέγεται.

347. Ὅτι Τυρρηνοὶ οἱ καὶ Ἐτροῦσκοι λεγόμενοι καὶ Τοῦσκοι παρὰ Ῥωμαίοις, ἔθνος λῃστρικὸν καὶ ὠμὸν, βόρειοι κεῖνται ἐκ τῆς ζεφυρίτιδος τοῦ Ἀπεννίου ὄρους πλευρᾶς, καλοῦνται δὲ Τυρρηνοὶ ἀπὸ Τυρρηνοῦ Λυδοῦ, υἱοῦ Ἄτυος, ᾧ πολὺν λαὸν ὁ πατὴρ συστήσας ἐν

tesus, sic appellata ab eo quod Bætis ipse Tartesus apud veteres vocabatur. Tartesi etiam meminit Comicus in Ranis (*vs.* 478), ubi per jocum atque ut loci remotissimi longinquitate auditorem exterreat, murænam dicit Tartesiam. Proditum porro est Tartesum amnem stannum incolis deferre.

338. Pyrene maximus mons, cujus sub pede gens Cempsi. Habet autem initium Pyrene ab oceano boreali atque ad mare usque Hesperium porrigitur, Celtosque et Iberes dividit. Eademque Pyrene non solum mons Pyrenæus dicitur, ut supra monui, sed etiam plurali numero, montes Pyrenæi. Sic Alpes quoque et Hercynium utroque numero efferuntur.

340. Ausoniam, longe protentam regionem, mediam secat Apeninus s. Apennius mons, cujus Alpes quidem principium, finis vero Σικελικὴ πορθμίς, h. e. fretum Siculum, ut et alibi dictum est, circa Leucopetram, quæ est in territorio Rhegino. Rectus vero, inquit, hic iste mons veluti *examussim directus*, nimirum in rectitudinem extentus, tanquam *ad amussim*, qui quidem funiculus est fabrilis ad ligna dirigenda. Deinde ad hyperbolen sententiam hanc poetice exaggerat, dicitque recta adeo linea montem hunc esse extentum, ut ne faber quidem, doctæ Palladis minister, reprehenderit. Plane autem constat fabros poesi ministros Palladis intelligi, nimirum prudentiæ. Ceterum Rheginum illud territorium, cujus meminera-mus, dicitur a Rhegio, quod ibi oppidum est, a Chalcidensibus conditum. Rhegium vero ipsum sic vocatur vel παρὰ τὴν ῥῆξιν, *a ruptura*, quippe Sicilia per terræ motum abrupta a reliqua ibi continente, ut postea explicabitur (sicuti et Prochyta insula et Pithecusæ et Sirenes quæ vocantur tres insulæ, avulsæ a continentibus partes dicuntur); vel Rhegium dictum est perinde ac si quis regiam vocaret (ῥῆγες namque et ῥέγες, qui Græcis βασιλεῖς), quasi id ita Samnites a splendore urbis appellaverint. A Rhegio versus ortum est promontorium Leucopetra, ut jam diximus, sic appellatum a colore, quinquaginta stadiorum intervallo, ubi, ut dictum est, desinit mons Apennius. Quemadmodum autem Alpis numero multitudinis dicitur, sic etiam sciendum Apennium multitudinis numero montes vocari Apennios.

347. Tyrrheni, qui et Etrusci et Tusci dicti apud Romanos, gens latrociniis dedita et crudelis, boreales jacent ab eo Apennii montis latere, quod est ad zephyrum. Vocantur autem Tyrrheni a Tyrrheno Lydo, Atyis filio, quem pater in caritate annonæ, tradita ei

---

C. ‖ — 1. καὶ om. *DL*, τὴν Βαῖτιν *CL*. ‖ — 5. ἐκεῖ φέρειν *CDL*. ‖ — 7. Πυρρήνη *CDLUy*; eadem varietas in sqq. ‖ — 8. Καμψοὶ *L*, Κομψοὶ supra script. in *Y*. ‖ — 12. καὶ om. *E*. ‖ — 13. αἱ om. *Ed*. Quæ sequuntur καὶ τὸ Ἑρ. δ. τ. ἀ. om. *L*. ‖ — 15. τὸ Ἀπέννινον *CDy*, τὸ Ἀπένιον *UUY*; ἢ Ἀπένιον *CL*, ἢ Ἀπέννινον *NY*; ἀρχ. *EFMUdy*; ἐρχ. vulgo ante Bernh. ‖ — 20. ἰθυμένον *FKU*; verba ἰθυμμένον... διὰ στάθμης om. *Y*. ‖ — 24. μωμήσαιτο *CHFMU*, μωμήσηται *Y*, μωμήσεται cett. ‖ — 28. λέγεται] γίνεται *DL*. ‖ — 30. ἐκεῖθεν *FU*; ὑπὸ] ἀπὸ *FU*. ‖ — 31. καὶ om. *C*; ἡ om. *L*. ‖ — 34. εἴρηται] λέγεται *Ed*; εἶπη *DLy*. ‖ — 35. Αὐσονιτῶν *ENU*, Σαμνιτῶν *M*. ‖ — 37. Ἀπένιον *Ed*. ‖ — 40. Ἀπέννινα *CKY*. ‖ — 42. Πυρρηνοί *C*; Τροῦσκοι codd. ‖ — 43. ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον, βόρειοι codd., exc. *C EUY*, ex quibus *U*, sicut *M*, habet ὠμοβόριοι. Deinde

καιρῷ λιμοῦ ἐξέστειλεν, ἀφ' οὗ ἡ χώρα Τυρρηνία ἐκλήθη, ιβ' πόλεις κτίσαντος, αἷς οἰκιστὴν ἐπέστησε Τάρχωνα, οὗ καὶ Λυκόφρων μέμνηται· ὃν διὰ τὴν ἐκ παίδων σύνεσιν πολιὸν γεγενῆσθαί φασιν, ἀφ' οὗ καὶ πόλις Ταρκυνία. Καὶ τὸν Τρωικὸν δὲ Κύκνον διὰ τοιοῦτον λόγον τινὰ ἐκ γενετῆς οἱ παλαιοὶ πολιὸν γενέσθαι φασὶ, καὶ οὐ μόνον διὰ λευκότητα σαρκῶν καὶ τριχῶν.

Ὅτι ἐπὶ Τυρρηνοῖς εἰσι Πελασγοὶ, οἳ διὰ πενίαν σποράδες μετοικοῦντες ἦλθόν ποτε καὶ ἐκεῖ, μακρὰν ἀπὸ τῆς κατὰ Ἀρκαδίαν Κυλλήνης, καὶ ᾤκησαν Εὐάνδρου τινὸς ἡγησαμένου τῆς ἀποικίας αὐτοῖς, ὃς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀρκαδίας Ἀγαμήδους τοῦ Στυμφαλοῦ θεοφορήτῳ μητρί φασι πεισθεὶς καὶ λαὸν ἀγείρας καὶ ἐλθὼν ἐκεῖ κατέπαυσε, τῷ Πανὶ νεὼν ἱδρύσας καὶ λόφον ὀχυρωσάμενος, ὃν Παλλάντιον ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ Πάλλαντος, τοῦ καὶ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ λόφου θάψαντος αὐτὸν θανόντα, καὶ τὸν Ἡρακλέα ξενίσαντος ἀπὸ τῶν τοῦ Γηρυόνου ἐπανιόντα βοῶν· ὅθεν καὶ νῦν οἱ Λατῖνοι τοὺς βασιλεῖ πρέποντας τόπους οὕτω καλοῦσι παλάτια, καθ' ἀφαίρεσιν ἀμεταβόλων τοῦ τε λ καὶ τοῦ ν.

Ἀκταία. Ἐκλήθη δὲ πάλαι ποτὲ ἡ Ἀκτικὴ καὶ Ἀκτή, ναὶ μὴν καὶ Ποσειδωνία καὶ Ἀθῆναι ἀπὸ ὁμωνύμων προσώπων, καὶ Ἰωνία δὲ ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου, καὶ Μοψοπία, ἀπὸ Μόψου ἄλλου παρὰ τὸν μάντιν τὸν τοῦ Τειρεσίου. Κραναὴ μέντοι ἡ Ἀττικὴ οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ Κραναοῦ, ὡς ἐρρέθη, ἀλλὰ καὶ διότι τραχεῖα, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῆς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε. Τὴν δὲ ἀνωτέρω γραφεῖσαν Ἀτθίδα πρεσβυτάτῳ τῷ Κραναῷ γενέσθαι φασὶν, ἣν παρθένον οὖσαν καὶ ὡραίαν γάμου θανοῦσαν θάψας λαμπρῶς ὁ πατὴρ ἀπ' αὐτῆς τὴν χώραν ὠνόμασε. Τὴν δὲ τῶν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν Κεκροπίαν ποτὲ κληθῆναί φασι, πόλιν οὖσαν μίαν τῶν ἐπὶ Κέκροπος ἐκτισμένων. Ὅτι δὲ καὶ Ἴωνες ἦν ὅτε οἱ Ἀττικοὶ ἐκαλοῦντο, ἱστορεῖ καὶ ὁ Γεωγράφος λέγων ὅτι καὶ ὁ Ποιητὴς ἐν τῷ « Βοιωτοὶ καὶ Ἴωνες » Ἴωνας τοὺς Ἀθηναίους φησί· καὶ ὅτι οἱ ἐν Ἀσίᾳ Ἴωνες τούτων εἰσὶ καὶ ἄποικοι καὶ ὁμώνυμοι· καὶ ὅτιπερ ἡ Ἰὰς, ἤτοι ἡ Ἰωνικὴ διάλεκτος, ἡ αὐτή ἐστι τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι. Ὅτι δὲ ἄποικοι Ἀθηναίων οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ἴωνες, δηλοῖ καὶ ὁ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ Θεμιστοκλῆς, πατέρας τῶν Ἰώνων λέγων τοὺς Ἀθηναίους. Ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι Κραναοὶ καλούμενοι ὅμως ἐπὶ Πελασγῶν ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα Πελασγοὶ ὀνομάζοντο, ἐπὶ δὲ Κέκροπος ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι, τὴν δὲ ἀρχὴν Ἐρεχθέως ἐκδεξαμένου Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν, Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχου γενομένου, ἐκλήθησαν ἀπ' αὐτοῦ Ἴωνες.

426. Ὅτι οὕτω πάνυ ἐπέδραμεν ἐνταῦθα ἐπελευστικώτατα, ἤγουν συντομώτατα, ὁ Περιηγητὴς, ὥστε τεσσάρων μεγάλων ἐθνῶν μνησθεὶς Βοιωτῶν, Λοκρῶν, Θεσσαλῶν, Μακεδόνων, ἠρκέσθη μόνον ἀριθμῆσαι αὐτὰ πρὸς ὄνομα, μηδέν τι πλέον εἰπὼν περὶ αὐτῶν. Φησὶ γάρ « Βοιωτῶν πέδον καὶ Λοκρὶς ἄρουρα, Θεσσαλίη τε Μακηδονίης τε πόληες »· ἡ δὲ παρεκβολὴ ἐρεῖ περὶ ἑκάστου τούτων ὅσα ἐνδέχεται.

Ὅτι οἱ Βοιωτοὶ ὠνομάσθησαν ἀπό τινος Βοιωτοῦ καλουμένου, ὃν ἡ μήτηρ Ἄρνη λάθρα τεκοῦσα περὶ βοῶν ἔθετο κόπρους, ἐξ οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχεν, ὡς ῥιφεὶς ἀμφὶ τοὺς βόας· ἢ ἀπὸ τῆς βοὸς ἡ χώρα Βοιωτία τῆς καθηγησαμένης αὐτόθι τῷ Κάδμῳ· οἱ δὲ παρὰ τὸν βοῦν ὠνομάσθαι εἶπον τοὺς Βοιωτοὺς, ὡς μὴ

non Posidonia et Athenæ a personis cognominibus, itemque Ionia ab Ione Xuthi filio, et Mopsopia a Mopsopo, diverso illo a Mopso vate Mantûs Tiresia natæ filio. Cranae tamen Attica non modo a Cranao, ut dictum est, sed etiam quia aspera est et majorem partem montibus subjecta. Atthidem autem, de qua supra meminimus, natam ferunt Cranao, quum is maxime grandi esset ætate; quam adhuc virginem viroque jam maturam demortuam quum honorifice pater sepelivisset, regionem ab ea nominavit. Atheniensium porro arcem vocatam olim fuisse aiunt Cecropiam, eamque unam de iis urbibus fuisse quæ sub Cecrope ædificatæ. Præterea vero Atticos vocatos etiam aliquando fuisse Iones narrat Geographus (*p.* 392), ubi ait Poetam quoque (*Il.* v, 585) in illis : *Bœoti et Iones*, Ionum nomine Athenienses indicare; itemque Iones Asiaticos horum esse coloniam et cognomines; denique Ionicam dialectum eandem esse atque veterem Atticam. Atheniensium autem coloniam esse Iones illos Asiaticos, palam etiam facit Themistocles apud Herodotum (8, 22), ubi Athenienses Ionum patres appellat. Idem (8, 44) narrat etiam Athenienses, quum Cranai vocitarentur, tamen, quo tempore Pelasgi Græciam obtinuerunt, Pelasgos nominatos fuisse, deinde sub Cecrope vocatos esse Cecropides, postea vero quam imperium Erechtheus suscepit, mutato eos nomine dictos esse Athenienses; tandem, duce exercitus constituto Ione Xuthi filio, Iones ab eo esse appellatos.

426. Celeriter adeo, tanquam in transcursu, sive per compendium locum hunc percurrit Periegeta, ut, quum quattuor magnas gentes, Bœotos, Locros, Thessalos, Macedones, commemoret, satis habeat nomina earum apposuisse, nihilque de iis amplius loquatur. Dicit enim : « Bœotorum campus et Locricus ager Thessaliaque et urbes Macedoniæ. » Sed commentarius noster de singulis quæ convenit exponet.

Bœotis nomen dedit Bœotus quidam, quem clam editum Arne mater in fumo boum exposuit, ex quo etiam nomen habuit, tanquam projectus circa boves. Secundum alios Bœotia dicta est a bove quæ viam bi Cadmo præivit; alii denique Bœotos a bove nominatos esse dicunt propterea quod non valde prompto

---

Stephani codd. Mox ἐπὶ om. *L.* ‖ — 1. καὶ Ἀκτικὴ καὶ Ἀκτή *CDL*, in quibus prius καὶ mutavi in ἡ; vulgo καὶ Ἀκτὴ καὶ Ἀκτική, in quibus verba καὶ Ἀκτικὴ, utpote spuria, inclusit Bernhardyus. ‖ — 2. Ἀθήνα codd. et vulg. ante Bernhardyum, qui Ἀθῆναι pro Ἀτθίς dici monet in Eurip. Phœn. 1699 et Heracl. 839. ‖ — 4. Debebat : ἀπὸ Μοψόπου ἄλλου παρὰ Μόψον τὸν Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου. Corrupta illa quæ Eustathius in suo Strabone legit, in nostris quoque codicibus plerisque leguntur p. 443 Cas., p. 381, 10 ed. Didot. τοῦ ante v. Τειρεσίου om. *CDFMU*. ‖ — 5. Κραναὴ μέντοι] Παραλία δὲ ἐκλήθη *L*; ἡ] καὶ *d*; ἀπὸ] παρὰ *L*; τοῦ om. *EN*. ‖ — 6. ἐρρήθη *MU*, εἴρηται *EN*. ‖ — 8. πρεσβυτάτην *L*, nescio an recte. ‖ — 9. πρὸ ante γάμου add. margo *L*. ‖ — 10. Quæ sequuntur post λαμπρῶς usque ad verba ὡς εἶναι p. 299, 2 exciderunt in *D*, in quo folium periit. Eadem lacuna hinc transiit in *L*. ‖ — 17. ἡ post ἤτοι om. codd., exc. *CUd*. ‖ — 29. ὥστε] ὡς *C*. ‖ — 30. ἐθνῶν μνησθεὶς *MU*. ‖ — 34. Μακηδ. *C*, Μακεδ. vulgo; παραβολὴ *U*. ‖ — 37. οὗ ἡ μήτηρ *U*. ‖ — 38. περὶ] παρὰ *CEFd*. Dein κόπροις *d*. Cf. Stephanus v. Βοιωτία, ubi in Euphorionis versibus legitur : « Βοιωτὸν δ' ὀνόμηνε· τὸ γὰρ καλέσαντο νομῆες, Ὅττι ῥα πατρῴῃσι βοῶν ἀπεθήκατο κόπροις. » Καὶ Εὐριπίδης· « τὸν δ' ἀμφὶ βοῦς ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν. ‖ — 40. ἡ χώρα ἡ B. *C*. ‖ — 41. παρὰ] περὶ *FK*. Deinde

ὄντας ταῖς διανοίαις ἄγαν εὐκινήτους. Συμφωνεῖ δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ ἡ Βοιωτία ὗς, ὅπερ ἐσκώπτοντο οἱ Βοιωτοί, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Πίνδαρος. Γυμναστικοὶ δὲ οἱ Βοιωτοὶ· διὸ καὶ λέγεται λόγος τοιοῦτος, ὡς Ἀθηναῖοι μὲν περὶ τὴν ναυτικὴν ἠσχόληνται τέχνην, Θετταλοὶ δὲ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν, Βοιωτοὶ δὲ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν, Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν ἐπιστήμην.

Ὅτι ἐγγὺς τῶν Βοιωτῶν οἱ Ἐπικνημίδιοι Λοκροὶ, ἀπὸ Κνημῖδος ὄρους τὴν κλῆσιν ἔχοντες, ὡς ἀπὸ Ζεφυρίου ὄρους ἕτεροι Λοκροὶ οἱ Ζεφύριοι. Ἱστορεῖ γὰρ ὁ Γεωγράφος ὅτι ὁ Παρνασὸς πρὸς δύσιν αὐτοῦ διαιρεῖ τοὺς Ἑσπερίους Λοκροὺς τοὺς καὶ Ὀζόλας καλουμένους, οἳ χαράσσουσιν ἐν σφραγῖδι τὸν ἕσπερον ἀστέρα, ἐπὶ δὲ ἕω τοὺς Ἐπικνημιδίους, οὕτω καλουμένους ἀπὸ ὄρους Κνημῖδος, κειμένου περὶ τὸ ὄρος τὴν Οἴτην. Τῶν δὲ Ἐπικνημιδίων μέρος ἐκεῖνος τοὺς Ὀπουντίους φησὶν, οὕτω λεγομένους ἀπὸ πόλεως Ὀποῦντος τῆς τοῦ Πατρόκλου πατρίδος, ἣν σεμνολογεῖ ὁ Πίνδαρος· ὥστε συνακτέον τεσσάρων Λοκρῶν εἶναι γένος, τρία μὲν ταῦτα τοὺς Ὀπουντίους καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους καὶ τοὺς Ὀζόλας, τέταρτον δὲ τοὺς Ἰταλικούς ἤτοι τοὺς Ἐπιζεφυρίους. Οἱ δὲ Ὀζόλαι ἀπὸ τῆς σηπεδόνος, φασὶν, ἐκλήθησαν τῶν ἐκεῖ ἀναιρεθέντων Κενταύρων· εὕρηται γὰρ παρ' αὐτοῖς Νέσσου τε μνῆμα καὶ ἄλλων Κενταύρων.

427 Ὅτι ἀπὸ Θεσσαλοῦ τινος ἡ πρώην καλουμένη Πελασγία Θεσσαλία ἐκλήθη. Ἐν ταύτῃ, ὡς λόγος, οὐκ ἐξῆν πελαργοὺς κτείνειν, ἐπεὶ τὴν χώραν ὄφεων ἐξεκάθαιρον. Ἀπὸ ταύτης ὑπόδημά τι ποιὸν ἐλέγετο Θετταλίς. Καὶ πήδημα δὲ ἀπὸ ταύτης Θεσσαλὸν τὸ παροιμιαζόμενον. Ἄδονται δὲ βασιλεῖς Θεσσαλίας οἱ Ἀλευάδαι, εὐγενὲς δὲ γένος ἐκεῖσε καὶ οἱ Σκοπάδαι, ἀπὸ ἀνδρῶν παλαιῶν γενεαλογούμενοι, ὧν ὁ μὲν Ἀλεύας, ὁ δὲ Σκόπας ἐκαλεῖτο.

Ὅτι Μακεδόνες λέγονται ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Διός. Οἱ δὲ παῖδας Αἰόλου δέκα παραδιδόασιν, ὧν εἷς Μακεδὼν, φασὶν, ἐξ οὗ ἡ Μακεδονία. Ἦν δέ τις μοῖρα Μακεδονίας Μακέτα λεγομένη, ἐξ ἧς καὶ ἡ Μακεδονία Μακετία ἐλέγετο. Ὅτι δὲ Μακεδὼν καὶ Μακηδὼν λέγεται, ἤδη ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξανδρείας προείρηται, ὅθεν καὶ Μακηδονίαν ἔφη τὴν χώραν ὁ Διονύσιος.

sint ingenio. Hac autem cum etymologia concinit proverbiale illud *sus Bœotia*, quo quidem Bœoti notabantur, ut manifestum facit etiam Pindarus (*Ol.* 6, 152). Sed exercitati Bœoti erant in palæstra; quare etiam dici solet Athenienses arti nauticæ, Thessalos equestri disciplinæ, Bœotos palæstrico studio, Cyrenæos curruum agendorum scientiæ operam navasse.

Prope a Bœotis Locri Epicnemidii, id nominis sortiti a Cnemide monte, ut a Zephyrio monte alteri Locri Epizephyrii. Tradit enim Geographus (*p.* 416) Parnassum versus occasum disterminare Hesperios Locros, qui et Ozolæ vocantur et Hesperum stellam in sigillo insculpunt, versus orientem vero Epicnemidios, sic vocatos a monte Cnemide, qui est prope OEtam montem. Horum autem Epicnemidiorum partem dicit (*p.* 425) Opuntios, sic nominatos ab urbe Opunte, Patrocli patria, quam magnifice extollit Pindarus (*Ol.* 9): adeo ut colligantur quattuor Locrorum genera, tria quidem hæc, Opuntii et Epicnemidii et Ozolæ, quartum vero Italici, nimirum Epizephyrii. Ozolas porro vocatos aiunt (*Strab.* *p.* 427) a Centaurorum ibi interfectorum putredine; repertum namque est apud eos tum Nessi monumentum tum aliorum Centaurorum.

427. Pelasgia, quæ prius vocabatur, a Thessalo quodam vocata est Thessalia. In hac ferunt non licuisse ciconias occidere, quoniam regionem a serpentibus expurgabant. Ab hac certum quoddam calceamenti genus Thessalis dicebatur, nec non saltus (?) Thessalus, qui est in proverbio. Celebrantur autem reges Thessaliæ Aleuadæ; nobile etiam ibi genus Scopadæ. Utrique genus ad priscos homines referebant, quorum alter Aleuas, alter Scopas vocabatur.

Macedones dicti a Macedone, Jovis filio. Alii decem Æoli filios tradunt, quorum unus fuerit Macedo, ex quo dicta Macedonia. Fuit et pars quædam Macedoniæ Maceta dicta, ex qua tota etiam Macedonia Macetia appellata. Ceterum pro Μακεδών dici etiam Μακηδών, jam diximus ubi sermo erat de Alexandria (*vs.* 254); hinc etiam regionem Μακηδονίαν dixit Dionysius.

ὠνομάζεσθαι *C.* || — 1. Verba ἄγαν εὐκινήτους ... Βοιωτοὶ δὲ περὶ τὴν om. *KM*, sed in *M* imæ margini adscripta sunt. || — 3. καὶ ὁ om. *CF.* || — 9. τῶν om. *CKY.* || — 13. λεγομένους *C.* || — 20. τέσσαρα..γένη *C.* || — 21. καὶ post Ὀπ. om. *F.* || — 24. ἐκλήθησαν, φασίν, *F.* || — 25. Νέσου *EU.* || — 29. ἀποκτείνειν *U*; κτείνειν etiam Stephanus v. Θεσσαλία, unde nostra manant. || — 31. πήδημα] Erat παροιμία τὸ Θεσσαλὸν σόφισμα (v. Schol. Eur. Phœn. 1408 aliique). Nostro loco num pro πήδημα dicendum fuisset σόφισμα, ut Bernhardyus ait, an aliud quid lateat, parum liquet. In epitome nostra Stephani Byz. post ὑπόδημα Thessalicum memoratur Θετταλικὸν περόνημα. Sed sive hoc, sive πίλημα, pileum Thessalicum, memorari putes, post v. Θεσσαλὸν excidisse suspicor καὶ σόφισμα Θεσσαλόν. || — 33. γένος] ἔθνος *Ed*; ἐκεῖσε om. *U.* || — 38. ἡ om. *Ep.* || — 39. Μακέτη *Dd*, Μάκετα codd. Stephani v. Μακεδονία : Λεγέται δὲ καὶ Μακεδονίας μοῖρα Μάκετα (Μακετία scr. Meineke, quod dubitans proposuit Dindorf. in Thes.) ... ἀλλὰ καὶ τὴν ὅλην δὲ Μακεδονίαν Μακετίαν οἶδεν ὀνομαζομένην Κλείδημος. Scriptura Μάκετα etiam ap. Constantin. Porphyr. De them. 2, 4 p. 22; καὶ

428. Ὅτι ὁ Αἶμος, ὃς καὶ οὐδετέρως τὸ Αἷμον λέγεται ἀπό τινος βασιλέως Σκυθῶν, Θρᾴκιόν ἐστιν ὄρος. Φησὶ γάρ « κορυφαὶ χιονώδεος Αἵμου Θρηϊκίου. » Τούτου πρὸς ζέφυρον Δωδώνη κεῖται, ἤπειρος ἀπείριτος. Καὶ ὅρα σχῆμα ἐτυμολογίας ἢ παρηχήσεως ἐν τῷ « ἤπειρος ἀπείριτος. » Τοιοῦτον καὶ τό « ἐν ἐκείναις ἠπείροις εἷς πόντος ἀπείριτος. » Ἰστέον δὲ ὅτι Δωδώνη οὐ μόνον ἡ χώρα, ἀλλὰ καὶ πόλις ἦν Δωδώνη, ἀπὸ Δωδώνης τῆς Διὸς καὶ Εὐρώπης, ἢ ἐκ ποταμοῦ Δώδωνος. Ἐλέγετο δὲ καὶ Δωδὼν δισυλλάβως. Ἀπ' αὐτῆς καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον ἐπὶ τῶν πολυλόγων. Ἐγένετο δέ ποτε Θεσπρωτὶς ἡ Δωδώνη, τουτέστιν ὑπὸ τοὺς Θεσπρωτούς, περὶ ἣν καὶ τὸ τοῦ Δωδωναίου Διὸς μαντεῖον διὰ τῆς δρυός, ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ εἴρηται.

431. Ὅτι ἐς νότον Δωδώνης, ὑπὸ σκοπιὰν Ἀρακύνθου (Αἰτωλικὸν δὲ ὄρος ὁ Ἀράκυνθος) τὸ τῶν Αἰτωλῶν ἐστι πεδίον μέγα, δι' οὗ μέσου ὁλκὸν ἄγων Ἀχελώιος ἀργυροδίνης σύρεται ἐπὶ τὸν τῆς Θρινακίας πόντον, ἑλισσόμενος διὰ μέσων τῶν Ἐχινάδων, ὧν μία καὶ ἡ Ὁμηρικὴ Τάφος. Ταύτας δέ, φασὶν, οὐκ ἔστιν ἄρτι εὑρεῖν· ὁ γὰρ Ἀχελῷος πολλὴν ἰλὺν ἐρευγόμενος προσέχωσεν αὐτάς. Ἡρόδοτος δὲ οὐ πάσας ἀφανισθῆναί φησιν, ἀλλά τινας· λέγει γὰρ ὅτι Ἀχελῷος ῥέων δι' Ἀκαρνανίας καὶ ἐξιὼν εἰς θάλασσαν τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεας ἤπειρον πεποίηκε. Ταύταις δὲ ὅμοροι καὶ αἱ τῶν Κεφαλλήνων πόλεις. Ἰστέον δὲ ὅτι Αἰτωλοὶ μὲν τὸ ἔθνος ἀπὸ Αἰτωλοῦ υἱοῦ Ἐνδυμίωνος, νῆσοι δὲ Ἐχινάδες ἢ ἀπό τινος Ἐχίονος ἢ διότι πολλοὶ ἐκεῖ ἐχῖνοι· ὁποίου δὲ γένους ἐχῖνοι, ζητητέον ἐν ἄλλοις, εἴτε οἱ τῇ χέρσῳ φιληδοῦντες, εἴτε καὶ οἱ θαλάσσιοι. Καὶ ἄλλως δὲ Ἐχινάδες διὰ τὸ τραχὺ τοῦ τόπου καὶ οἷον ἀκανθῶδες κατὰ τοὺς ἐχίνους. Τοὺς δὲ Κεφαλλῆνας καὶ τὴν Κεφαλληνίαν ἐν δυσὶ λλ ἡ παλαιὰ χρῆσις ἅπασα ἔχει. Ἡ δὲ κλῆσις ἀπό τινος Κεφάλου, ὡς ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν γέγραπται. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ Ἀχελῷος προσγεγραμμένον ἔχει τὸ ι, τῷ τύπῳ τῶν διὰ τοῦ ως προπερισπωμένων κτητικῶν, τοῦ πατρῷος, Μινῷος καὶ τῶν λοιπῶν· καὶ ἔστιν οἷον κτητικόν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Διονύσιος ἐκφωνήσας τὸ ι πεντασυλλάβως λέγει αὐτὸν Ἀχελώιον. Θρινακίας δὲ πόντον τὸν Σικελικὸν λέγει. Διὰ τί δὲ Θρινακίαν ἡ Σικελία λέγεται, ῥηθήσεται ἐν τοῖς ἑξῆς. Σημείωσαι δὲ ὅτι ὁ Γεωγράφος τὸν Ἀχελῷον οὐκ εἰς τὸν τῆς Σι-

428. Hæmus, qui et neutro genere Hæmum dicitur, ab Hæmo quodam, Scytharum rege, mons est Thracius. Sic enim Dionysius : « cacumina nivosi Hæmi Thracii. » Huic ad zephyrum sita est Dodona, « continens immensus ». Ac vide etymologiæ sive parecheseos figuram in verbis : ἤπειρος ἀπείριτος. Taie et illud : ἐν ἐκείναις ἠπείροις εἷς πόντος ἀπείριτος. Sciendum autem est non regionem modo esse Dodonam, sed etiam urbem Dodonam, a Dodona, Jovis et Europæ filia, aut a Dodone flumine. Dicebatur vero etiam Δωδών, duabus syllabis. Ab ea etiam *Dodonæum æs* de garrulis et loquacibus. Fuit autem hæc Dodona olim Thesprotia, h. e. sub Thesprotis, in qua Dodonæi Jovis per quercum oraculum, ut dictum est in Odyssea (ξ, 327).

431. Supra Dodonam, ad austrum, sub Aracynthi specula (Ætolicus mons Aracynthus) magna est campestris regio Ætolorum, per quam mediam tractum agens Achelous argenteis vorticibus in Trinacriæ pontum volvitur, per medias serpens Echinades, quarum una est Taphus Homerica. Has autem, ut perhibent, non est nunc invenire; nam Achelous, quum multum limi evomat, aggesta eas humo continenti junxit. Herodotus (2, 10) tamen non omnes de medio sublatas, sed aliquas, affirmat. Dicit enim Acheloum per Acarnaniam fluentem inque mare exeuntem Echinades insulas dimidia ex parte continentem fecisse. His porro Cephallenum urbes finitimæ. Sciendum autem est Ætolos nomen accepisse ab Ætolo, Endymionis filio, Echinades vero insulas vel ab Echione quodam, vel propterea quod multi ibi ἐχῖνοι, *erinacei;* cujus vero generis erinacei, quærendum alibi, utrum terrestres, an vero marini. Ex alia ratione Echinades etiam inde dictæ quod locus ille asper est ac veluti spinosus erinaceorum instar. Ceterum Κεφαλλῆνας et Κεφαλληνίαν usus omnis priscorum habet cum duplici λλ; appellatio vero est a Cephalo quodam, ut scriptum est in Commentariis ad Odysseam (α, *p.* 1396, 5). Sciendum autem Ἀχελῷος adscriptum habere ι, ad exemplum possessivorum, quæ in ως desinentia penultimam circumflexam habent, ut πατρῷος, Μινῷος et reliqua hujus generis, et esse illud veluti possessivum. Quare Dionysius, qui literam ι enuntiari vult, quinque syllabis dicit Ἀχελώιον. Thrinaciæ pontum dicit Siculum. Cur autem

om. *CEMKU*. ‖ — 1. ὁ om. *F*. ‖ — 6. τοιοῦτο *CF*. ‖ — 8. V. Stephan. v. Δωδώνη. ‖ — 10. Δωδώνα *UM*. ‖ — 11. καὶ om. *CKY*, ‖ — 12. Θεσπρωτίς. V. Strabo p. 328. ‖ — 14. καὶ om. *CKM*. ‖ — 15. γέγραπται *Ed*. ‖ — 16. Ἀραχίνθ. bis *CEFKMNdlm*, Ἀρακάνθου *Y*. ‖ — 17. ὁ om. *CU*. ‖ — 18. πεδίον *C*, πέδον cett.; μέγα πέδον *U*. ‖ — 19. τῆς om. *Ed*; Θρινακίης *U*. ‖ — 20. μέσου *EFd*. ‖ — 22. πολὺν *CFK* et alii, ut vid. ‖ — 23. ἀφανισθῆναι αὐτὰς φησιν *EN*. ‖ — 27. καὶ om. *C*; Κεφαλην. *EFMN*. ‖ — 29. Ἐχίονος] In Stephano Byz. (et Etym. M.) v. Ἐχῖναι legitur : Λέγονται καὶ Ἐχινάδες,... ἀπὸ Ἐχίνου μάντεως. Contra ibidem Echinus urbs Acarnaniæ a Rhiano Ἐχίονος (sic edd.; Ἔχιον codd.) ἄστυ dici perhibetur, sicut anonymus periegeseos poeta vs. 604 Echinum Thessaliæ oppidum τοῦ Σπαρτοῦ κτίσιν Ἐχίονος dicit. Πολλοὶ ἐχῖνοι ἐκεῖ *Ed*. ‖ — 30. ἐν *CEYd*; ἄλλως *C*. ‖ — 31. εἴτε] εἰ *F*, ἢ ἐν τῇ *M*; οἱ om. *Ed*. ‖ — 34. Κεφαλῆνας ... Κεφαληνίαν *CEd*, nisi quod Κεφαλωνίαν *d*. ‖ — 35. ἅπασα om. *FU*. ‖ — 43. ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται

κελίας κόλπον, ἀλλ' εἰς τὸν Κορινθιακὸν κόλπον ἐκβάλλειν φησὶν, ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν κόλπον Κορινθιακὸν μὲν κατὰ τὸν Γεωγράφον, Σικελικὸν δὲ κατὰ τὸν Διονύσιον. Ἀχελῷος δὲ οὗτός ἐστιν, ὃς κλασθεὶς τὸ ἀριστερὸν κέρας ὑφ' Ἡρακλεῖ τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας ἀντέδωκε, δι' οὗ πᾶν ἀγαθὸν ἐχορηγεῖτο τῷ χρῄζοντι. Τοῦτο δὲ οἱ τῶν μύθων θεραπευταὶ πρὸς ἀλήθειαν συμβιβάζοντες τοιοῦτόν τί φασιν αἰνίττεσθαι· Ἡρακλῆς εὐεργετεῖν εἰδὼς τοὺς ὁποιοτε γῆς, εἶτα δὴ καὶ τὸν ποταμὸν τοῦτον μαθὼν πλημμελῶς ῥέοντα καὶ ταῖς καμπαῖς πολλὴν τῆς Αἰτωλικῆς παρατεμνόμενον, καὶ οὕτως ἀδικοῦντα, παραχώμασί τισι καὶ διώρυξι καὶ διοχετείαις αὐτὸν ἐβιάσατο· καὶ παρατρέψας καὶ ῥέειν σωφρόνως ποιήσας ἀνέψυξε τὴν γῆν, καὶ εἰς ἀγαθοποιὸν εὐχρηστίαν μετήγαγε, καὶ τὸ τοῖς ἐγχωρίοις ἐπαριστερὸν κέρας τοῦ ποταμοῦ, τὴν ἄτακτον καμπὴν δηλαδὴ τὴν ὡς εἰπεῖν ἀτέραμνον καὶ σκληρὰν τοῖς ἐκεῖ, εἰς μαλθακὴν οἷον ἀντιπεριέστησε δεξιότητα. Καὶ ταῦτά εἰσι τὰ κέρατα τοῦ Ἀχελῴου, τό τε βίαιον τὸ καταπονηθὲν, καὶ τὸ πλουτοποιὸν τὸ ἀντιδοθὲν, δι' οὗ καὶ Ἡρακλῆς εὐεργέτης ἔγνωσται· τὰς γάρ τοι τῶν ποταμίων ῥείθρων καμπὰς κέρατα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, καὶ διὰ τοῦτο ταυροκράνους καὶ κερασφόρους ἐτύπουν αὐτούς. Καὶ οὕτω μέν τινες περὶ τῶν κατὰ τὸν Ἀχελῷον. Ἕτεροι δὲ αὐτὸν μὲν ἀφῆκαν ὅποι βούλοιτο ῥέειν, τὸ δὲ τῆς Ἀμαλθείας μόνον κέρας τὸ εὔδαιμον ἐν λόγῳ ἔθεντο, καὶ τὸ αὐτόθι τοῦ μύθου νοσοῦν ἐκθεραπεύοντες ἱστοροῦσι γραῦν τὴν Ἀμάλθειαν γενέσθαι κερδαλέαν, ἐμπορικὴν, τὸ πολὺ τῆς ἐμπολῆς ἐντιθεῖσαν κέρατι, ὃ διὰ τοῦτο Ἀμαλθείας κέρας ἐφημίζετο, πλουτοποιὸν καὶ βιωφελές. Ἐπεὶ δὲ Ἡρακλῆς ἀφελόμενος αὐτὸ πλῆρες τοῦ ἐγκειμένου κέρματος καὶ χρησάμενος ἔζησε πρὸς τρυφὴν, λόγος ἐντεῦθεν διεδόθη ἀστεῖος, ὡς ἄρα τῷ Ἡρακλεῖ τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας ἐκβλύζει πᾶν ἀγαθὸν, οὐ τὸ τῆς μυθικῆς αἰγὸς τῆς θρεψαμένης τὸν Αἰγίοχον Δία, ἀλλὰ τὸ τῆς ῥηθείσης γραός. Ἄλλοι δὲ τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, δι' οὗπερ εὖ ἔχει τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλέα, τὸ σκληρόν φασι τῆς διαίτης ἐκείνου καὶ τόν ποτε κατ' ἀρετὴν βίον αἰνίττεσθαι, ὁπηνίκα ἡμίγυμνος περιῶν καὶ ἐκκαθαίρων κακίας τὴν γῆν οὐ μαλθακῶς εἶχεν, ἀλλὰ σκληρότερον τοῖς φαύλοις προσεφέρετο. Καὶ τοῦτο ἦν τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, ἡ ἀμάλθακτος πρὸς πόνους ἀντιτυπία τοῦ ἥρωος. Ὅτε μέντοι ἐμελέτησεν οἰκουρεῖν, ἀναπεισθεὶς ὑπὸ γυναικὸς, καὶ σκιατραφούμενος ἱμάτια περιεβάλλετο θάλποντα, καὶ οὐ-

Sicilia Thrinacia vocitetur, postea explicabitur. Observes vero secundum Geographum (*p.* 335) Acheloum non in sinum Siculum exire, sed in sinum Corinthium, ita ut idem sit sinus et Corinthius secundum Geographum, et Siculus secundum Dionysium. Achelous autem hic est qui, quum sinistrum ei cornu Hercules fregisset, suum ut reciperet, Amaltheæ cornu reddidit, quo bona omnia indigenti suppeditabantur. Hoc vero fabularum curatores ad veritatem traducentes tale quid subindicare dicunt. Hercules, qui in omnes ubique terrarum mortales beneficia conferre consuevisset, posteaquam amnem hunc intellexit vitiose fluere, suisque flexibus magnam Ætoliæ partem rescindere et sic damnosum esse, aggeribus quibusdam et fossis et aquæ ductibus ipsum coercuit; quumque eum avertisset moderateque fluere fecisset, terram resiccavit atque ad commodum ferendorum bonorum usum adduxit, et quod incolis sinistrum erat fluminis cornu, inordinatam nimirum curvaturam, quam duriorem, ut ita dicam, atque asperiorem incolæ experiebantur, ad mollem veluti dexteritatem redegit. Atque hæc cornua sunt Acheloi, tum illud violentum, quod est debilitatum, tum illud lucrosum alteri isti substitutum, quo Hercules beneficum sese præstitit. Decurrentium namque amnium curvaturas cornua veteres vocabant, ac propterea taurino eos capite præditos atque cornigeros figurabant. Atque ita quidem aliqui de Acheloo. Alii vero, quum fluere eum, quo vellet, libere siverint, Amaltheæ solum cornu, beatum illud, co nsiderarunt, et fabulæ labem ita curarunt, ut traderent Amaltheam anum fuisse quæstuosam et negotiationi deditam, quæ lucri ex illa negotiatione maximam partem in cornu immitteret, quod Amaltheæ propterea cornu vocatum est, divitiarum efficiens vitæque perutile. Quoniam vero nummulis repletum Hercules abstulisset, eoque usus deliçatam vitam egisset, sermonem inde urbanum esse disseminatum, Amaltheæ cornu Herculi bona omnia effudisse, non cornu quidem capræ illius fabulosæ, quæ Ægiochum Jovem nutrivit, sed cornu anus illius, de qua diximus. Alii tamen cornu hoc Amaltheæ, quo bene res Herculi processerunt, volunt innuere durum vitæ illius institutum, vitamque ab illo ad virtutis aliquando regulas exactam, quum seminudus oberrans et orbem terrarum a malis repurgans, non molle vivendi genus sectabatur, sed durius sese erga improbos gerebat. Atque hoc erat cornu Amaltheæ, herois illius duritia procul ab omni mollitie ad labores firmiter sustinendos. Verum posteaquam uxori obsecutus domi se continere cœperat, otioque um-

C. ‖ — 1. πόντον *CKFKMYlm.* ἐκβάλλειν om. *ENd.* ‖ — 6. τοῖς χρῄζουσι *d.* ‖ — 8. βιβάζοντες *MU.* ‖ — 9. τοὺς om. *U.* De re v. Strabo p. 458; δὴ, quod habent *CDEFLMNY*, vulgo om. ‖ — 10. τοῦτον om. *E.* ‖ — 11. καμπταῖς *C.* ‖ — 15. εὐχαριστίαν *C*, εὐχαρηστίαν *d.* ‖ — 18. μαλθακόν ... δεξιώτατον *Dd*; οἷον εἰπεῖν *C*; ἀντιπεριέστησε *CEMUlm*, ἀντιπαρέστησε cett. ‖ — 21. ἐγνώρισται *F.* ‖ — 22. ποταμείων *Ed.* ‖ — 23. ταυροκρανίους *Ed.* ‖ — 25. περὶ τὰ *L*, τὸν om. *CDFL.* ‖ — 26. κέρας μόνον *C.* ‖ — 28. γραῦν in lacuna om. *C*; κερδαλείαν *C.* De hac narratione cf. Palæphatus c. 46, p. 307 ed. Westerm. ‖ — 31. ἐπειδὴ *d*; ὁ Ἡρακλ. codd., exc. *CUd* ‖ — 38. εὖ εἶχε *C*, ἔχει εὖ *Ed.* ‖ — 39. κατὰ *D.* ‖ — 42. σκληρὸς *C.* ‖ — 43. ἀμάλθακτος *CUEdm*, ἀμάλθακος vulgo ante Bernh. ‖ — 45. σκιατροφούμενος *C*; καὶ ante ἱμάτια add. codd., exc. *UEd.* ‖ — 46. οὐκέτι προσεγυμ-

κέτι πρὸς ψῦχος ἐγυμνάζετο, ἀλλ' ἐθάλφθη πρὸς τρυφὴν ἀποκλίνας, κατακαίει ὁ λόγος τὸν ἥρωα, τὴν ἐκ τῆς περιβολῆς θάλψιν εἰς πυρὰν αὐτῷ ὑπανάψας. Ἄλλος δέ τις λόγος Λιβυκόν τι χωρίον πάμφορον, ἐοικὸς βοὸς κέρατι κατὰ τὸ σχῆμα, ἐκτίθεται, καὶ εἰς κτῆμα γυναικί τινι Ἀμαλθείᾳ δίδωσιν, ὅπερ διὰ τὸ καρποῦ παντὸς εἰς πολλαπλάσιον δοτικὸν εἶναι ὁ μῦθος εἰς βόειον κέρας μεταλαβὼν τὰ θρυλούμενα περὶ αὐτοῦ διαδίδωσιν. Εἰ δέ τι παραπήλαυσεν ἀγαθὸν τοῦ τοιούτου κέρατος καὶ ὁ Ἡρακλῆς, ὅτε εἰς Λιβύην ἀπεδήμησε, λέγοιτο ἂν οὕτω μετεῖναι τῷ Ἡρακλεῖ τοῦ τοιούτου τῆς Ἀμαλθείας κέρατος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον ἱκανῶς, ἡμᾶς τοῦ κατὰ τὸν Ἀχελῷον ἐπὶ τὰ τοιαῦτα οἷον παρασύραντος ῥεύματος. Ἰστέον δὲ ὅτι ὥσπερ Ἀσωποὶ πολλοί, ἔτι δὲ καὶ Κηφισσοί, οὕτω καὶ Ἀχελῷοι, ὧν εἷς καὶ ὁ ἐν Πελοποννήσῳ κατὰ τὴν Ἀχαϊκὴν Δύμην.

437. Ὅτι ἀνατολικωτέρα τοῦ Ἀχελῴου ἡ ἀπὸ Φώκου καλουμένη χώρα Φωκὶς, ἑλκομένη πρὸς βορρᾶν κατὰ τὸ στόμα τῶν Θερμοπυλῶν, Παρνασοῦ νιφόεντος ὑπὸ πτυχὶ, ἦγουν ὑποκειμένη τῷ Παρνασῷ. Ταύτης οἱ οἰκήτορες Φωκεῖς λέγονται δισυλλάβως· Φωκαεῖς μέντοι τρισυλλάβως οἱ τῆς Φώκης, Ἰωνικῆς πόλεως, ἥτις καὶ Φώκαια λέγεται, ὡς Νίκη, Νίκαια. Τούτων τῶν Θερμοπυλῶν πλησίον ὁ Σπερχειὸς ποταμὸς ἐκδίδωσιν. Ὁ δὲ Διονύσιος λέγει καὶ ὅτι διὰ μέσης τῆς Φωκίδος ταύτης Κηφισσοῦ μέγα χεῦμα κατερχόμενον κελαρύζει, ὡς τοῦ Κηφισσοῦ Φωκικοῦ ὄντος ποταμοῦ. Σκόπησον δὲ εἰ τὸ κελαρύζειν κυρίως κεῖται ἐπὶ μεγάλου ποταμοῦ χεύματος. Ἑπτὰ δὲ ὁ Γεωγράφος καταριθμεῖται Κηφισσούς. Θερμοπύλαι δὲ λέγονται συνθέτως ἀπό τε θερμῶν ὑδάτων ἐκεῖ ἀναβαλλομένων καὶ διὰ τὸ εἰς στενότητα πυλῶν ὥσπερ συγκεκλεῖσθαι τὸν τόπον. Ὁποῖόν τι καὶ περὶ τῶν Κασπίων πυλῶν λέγεται, ἃς καὶ κλεῖδας τῆς Ἀσιάτιδος γῆς καλέσει ὁ Διονύσιος, ὡς ταὐτὸν ὂν ἐπὶ τοιαύτης στενοχωρίας κλεῖδας ἢ πύλας εἰπεῖν. Φησὶν δὲ καὶ Ἡρόδοτος ὅτι ἐν τῇ εἰσόδῳ τῶν Θερμοπυλῶν θερμὰ λουτρὰ, ἃ καὶ Χύτρους καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι· καὶ τεῖχος κατὰ τὰς εἰσβολὰς, ὃ Φωκέες ποτὲ ἔδειμαν· τὸ δὲ παλαιὸν καὶ πύλαι ἐπῆσαν. Λέγει δὲ καὶ ὅτι ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων Θερμοπύλαι ὁ τόπος ἐλέγετο, ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων Πύλαι.

441. Ὅτι τὸν δράκοντα, ὃν Ἀπόλλων ἀνεῖλεν ἐν τῇ Πυθῶνι τῇ περὶ τὸν Παρνασσὸν, Δελφύνην ὁ Διονύσιος καλεῖ, οὗ τὸν ὀλκὸν ἀναδιπλώσας ἐν ἐπαναλήψεως σχήματί φησιν, ὅτι « δράκοντος Δελφύνης παρακέκλιται

bratili indulgens, vestes ad fovendum corpus induebat, neque amplius ad frigus sese nudus exercebat, sed ad delicias deflectens corpus suum fovebat atque emolliebat, tunc heroem illum fabula combustum inducit, ex vestium fomento pyram ei succendens. Alius vero sermo Libycum quendam locum feracem et figura bovis cornu referentem profert et in possessionem dat mulieri cuidam Amaltheæ; quem locum, utpote omne fructuum genus multipliciter reddentem fabula in bovis cornu deflectens ea quæ de illo ferantur exhibeat. Quod si Hercules quoque aliquid commodi ex hujusmodi cornu percepit, quum in Libyam peregre est profectus, hoc sensu dici potest cornu Amaltheæ particeps fuisse. Atque hæc quidem hactenus satis, quum Acheloi fluentum ad hæc nos veluti transversos abstulerit. Quod autem sciendum est, sicuti Asopi multi, nec non Cephissi, sic etiam Acheloi, quorum unus in Peloponneso juxta Dymen Achaicam.

437. Orientalior Acheloo regio est, quæ a Phoco vocatur Phocis, eaque boream versus porrecta est ad fauces Thermopylarum, sub plicatura Parnassi nivosi; subjecta nimirum est Parnasso. Hujus incolæ dicti Φωκεῖς, duplici syllaba; at Φωκαεῖς tribus syllabis, habitatores Φώκης, urbis Ionicæ, quæ dicta etiam Φώκαια, ut Νίκη, Νίκαια. Prope ab his Thermopylis Spercheus amnis effluit. Verum Dionysius dicit Cephissi magnum fluentum per mediam hanc Phocidem delabendo murmurare, quippe quum Cephissus flumen sit Phocicum. Ubi consideres velim an κελαρύζειν proprie usurpetur de magni amnis fluento. Septem Cephissos Geographus (*p.* 424) enumerat. Thermopylæ autem composita voce, dictæ tum a calidis aquis ibi erumpentibus, tum quia ille locus in portarum angustias conclusus. Simile aliquid dicitur etiam de Caspiis portis, quas etiam *claves Asiaticæ terræ* vocabit Dionysius (*vs.* 1036), quasi de his locorum angustiis idem prorsus sit claves atque portas dicere. Scribit autem Herodotus (7, 176) in ingressu Thermopylarum esse calida balnea, quæ etiam Χύτρους vocent indigenæ, atque ad ipsos hos ingressus esse murum, quem Phocenses olim ædificaverint; antiquitus vero etiam portus ibi fuisse. Idem testatur a plerisque Græcis locum illum Thermopylas appellatum, sed ab indigenis Pylas.

441. Draconem illum, quem Apollo in Pythone ad Parnassum interfecit, Delphynen Dionysius vocat, cujus ὀλκόν per figuram repetitionis bis nominat in hisce : « Serpentis Delphynæ tripodi dei acclinatus

νάζετο *L.* ‖ — 2. ὑποκλίνας *CDL.* ‖ — 4. ἄλλος δέ τις λόγος] V. Diodor. 3, 68. ‖ — 6. δίδωσι] γίνεται *Ed;* ὅπερ] ὅπου *d.* ‖ — 8. μεταβαλὼν *Ed.* ‖ — 9. δίδωσι codd., exc. *CDL* et margo *Y.* ‖ — 12. τῆς om. *d* εἰς *d.* ‖ — 13. ἐπὶ τὰ ... οὕτω καὶ Ἀχελῷοι om. *C.* ‖ — 14. παρασύροντες *d.* ‖ — 17. Κύμην *U.* ‖ — 23. Φώκη forma aliunde, quantum sciam, non nota. Legendum putares, οἱ τῆς Φωκαίης (collato Stephano : Φώκαια, πόλις Ἰωνίας. Ἡρόδοτος πρώτῃ. λέγεται καὶ Φωκαίη διὰ τοῦ η), nisi obstaret illud : ὡς Νίκη, Νίκαια. ‖ — 34. πυλῶν om. *E.* ‖ — 37. καὶ om. *d.* ‖ — 38. Χύτρας vulgo ante Bernh. ‖ — 41. καὶ ante ὅτι om. *E.* πλειόνων *Ed.* ‖ — 45. Παρνασὸν· *CFY.* ‖ — 47. ὅτι] an ὅθι, *ubi*, pro ᾗχι, quod in poeta legitur? Δελφίνης *m.* 2. φολί-

ὁλκὸς τῷ Πυθίῳ τρίποδι, ὁλκὸς ἀπειρεσίαις ἐπιφρίσσων φολίδεσσιν, » ὡς τῆς δορᾶς τοῦ δράκοντος ἐκεῖ ἀνακειμένης. Ἐξ οὗ καὶ ἡ Πυθὼν παρωνομάσθαι δοκεῖ, ὡς ῥηθήσεται. Ὁλκὸν δὲ ἔφη τὴν δορὰν τοῦ δράκοντος, τῷ ὀνόματι τοῦ ὅλου ὀνομάσας τὸ μέρος, ὡς καὶ ἡ βύρσα βοῦς λέγεται, καὶ ἐλέφας τὸ ὀστοῦν τοῦ ἐλέφαντος. Φασὶ δὲ ὅτι ὁ Διονύσιος ἀντὶ ἀρσενικοῦ τοῦ ὁ Δελφύνης θηλυκῶς εἶπεν ἡ Δελφύνη, τρόπῳ ποιητικῷ κατὰ γένους κοινότητα.

443. Ὅρα δὲ ὅτι τὸ φολίς ἐπὶ ὄφεως εἶπεν, ὡς τῶν λεπίδων ἰχθύσιν ἀπονενεμημένων· καὶ ὅτι τὸ φρίσσειν καὶ ἐπὶ τῶν ἐπανεστηκυιῶν φολίδων ἔφη, ἀπὸ θαλάσσης καὶ ἐνταῦθα τὴν λέξιν μεταγαγών. Ὥσπερ γὰρ τὸ κυμαίνεσθαι θαλασσία λέξις, οὕτω καὶ τὸ φρίσσειν κυρίως, καὶ ἐκεῖθεν μετενήνεγκται εἰς ἄλλα διάφορα.

444. Ὅτι θυόεν πέδον τὸ τῆς Πυθῶνος διὰ τὰς ἐκεῖ πολλὰς θυσίας. Καὶ ἱμερτὸν δὲ ἢ μέγαν λέγει τὸν αὐτόθι ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἔνθα φησὶ τὸν Φοῖβον ἀπὸ Μιλήτου ἢ Κλάρου ἐλθόντα χρυσέης ἀναλύεσθαι ἄμμα φαρέτρης, ἤτοι λύειν τὸν τῆς φαρέτρας δεσμὸν, καὶ ἀποθέντα αὐτὴν ἀναπαύεσθαι. Ἱερὰ δὲ ἦν Ἀπόλλωνος καὶ ἡ Μίλητος καὶ ἡ Κλάρος, καθὰ καὶ ἡ Δῆλος καὶ ἡ Πυθὼν, καθ' Ὅμηρον δὲ καὶ ἡ Κίλλα ἡ καὶ Χρύση καὶ ἡ Τένεδος καὶ ἡ Ἴσμαρος. Ὅτι δὲ ἡ Πυθὼν παρὰ τὸ πύθω, τὸ σήπω, λέγεται, ὡς ἐν αὐτῇ σαπέντος τοῦ ῥηθέντος δράκοντος, ἢ παρὰ τὸ πυθέσθαι, τὸ μαθεῖν, ὡς τῶν χρηστηριαζομένων ἐκεῖθεν μανθανόντων τὰ μέλλοντα, ἱκανῶς τεθρύληται. Ἡ δὲ Μίλητος πόλις ἐστὶν Αἰολικὴ, περὶ ἧς γραφήσεται τὰ δέοντα ἐν τοῖς ἑξῆς. Ἡ δὲ Κλάρος λέγεται νεώριον εἶναι τῆς Κολοφῶνος, κληθῆναι δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ κλήρου, ἤτοι τοῦ λάχους· πολλῶν γὰρ, φασὶ, θεῶν κληρωσαμένων περὶ αὐτῆς, ἔλαχε τῷ Ἀπόλλωνι. Λέγεται δὲ καὶ Διὸς Κλαρίου μαντεῖον εἶναι αὐτόθι. Ὅθεν καὶ παρὰ τῷ Λυκόφρονι ἡ Κασσάνδρα Κλάρου Μιμαλὼν λέγεται, τουτέστι βάκχη καὶ μάντις Κλαρία.

451. Ὅτι νῆσος ἐσπεριωτάτη τὰ ἐσχατόεντα Γάδειρα, κατὰ μέσον τῶν πρὸς τῇ Ἰβηρίᾳ πυλῶν· διὸ καὶ Ἰβηρικά φησιν ὁ Ἀρριανὸς αὐτά. Ἔστι δὲ ἡ νῆσος αὕτη κατὰ τὸν Γεωγράφον οὐ πολὺ μείζων ἑκατὸν σταδίων κατὰ τὸ μῆκος, πλάτος δ' ἔσθ' ὅπου καὶ σταδιαῖον. Τὸ δὲ ἐθνικὸν αὐτῆς τετραχῶς λέγεται, Γαδειρίτης καὶ Γαδειρεὺς καὶ Γαδειραῖος καὶ Γαδειρανὸς, ὡς Βοσποράνος. Ἔστι δὲ οὐ μόνον οὐδετέρου γένους τὰ Γάδειρα, ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς ἡ Γάδειρα. Κεῖται δὲ ἐπὶ τέρμα-

est ὁλκός, ὁλκὸς innumeris horrens squamis, » quippe pelle serpentis ibi dedicata, unde etiam Pytho denominata videtur, uti mox dicemus. Ὁλκὸν scilicet dixit pellem serpentis, itaque totius nomine partem appellat, sicuti etiam ἡ βύρσα dicitur pro bove et ἐλέφας pro ebore. Notant etiam Dionysium pro masculino ὁ Δελφύνης dixisse muliebri genere ἡ Δελφύνη, mutatione poetica, pro communitate generis.

443. Vide porro, ut de serpente dicit φολίς, *squama*, quasi αἱ λεπίδες, quæ et ipsæ *squamæ*, attributæ sint piscibus; itemque ut φρίσσειν usurpat de erectis squamis, hoc etiam loci translata hac voce a mari. Sicuti enim κυμαίνεσθαι vocabulum est marinum, sic etiam proprie φρίσσειν, atque inde ad alias res diversas est translatum.

444. Solum illud Pythonis θυόεν, *odoratum*, dicitur propter multas ibi θυσίας, *sacrificationes*. Præterea vero ἱμερτόν aut μέγα templum ibi Apollinis vocat, ubi Phœbum ait a Mileto aut Claro profectum pharetræ aureæ nexum resolvere, i. e. pharetræ vinculum solvere, eaque deposita quieti sese tradere. Sacra autem erat Apollini et Miletus et Clarus, sicuti etiam Delus et Python, nec non, secundum Homerum (*Il.* α, 37), Cilla et Chrysa et Tenedus et Ismarus. Python dicta a πύθω, *putrefacio*, quod draco ille, quem diximus, ea in urbe computruit, vel a πυθέσθαι, *rescisciere*, quod qui oraculum consulebant, inde discebant res futuras. Quæ quidem sunt satis pervulgata. Miletus urbs est Æolica, de qua nos postea scribemus quæ e re esse videbuntur. Clarus vero navalia esse dicitur Colophonis, et ita appellata esse ἀπὸ τοῦ κλήρου, sive a sorte. Multi enim quum dii de ea, ut aiunt, sortirentur, obtigit Apollini. Jovis quoque ibi Clarii oraculum fuisse dicitur. Unde etiam apud Lycophronem (1464) Cassandra vocatur Clari Mimalon, h. e. Baccha et vates Claria.

451. Insula maxime occidentalis, Γάδειρα, s. Gades extremæ, in medio Portarum quæ sunt ad Iberiam. Quare etiam Iberica vocat Gadira Arrianus. Est ipsa hæc insula, secundum Geographum (*p.* 169), non multo major centum stadiis in longitudinem, latitudine vero alicubi est unius stadii. Ejus gentile quadrifariam dicitur Gadirita, Gadirensis, Gadiræus et Gadiranus, ut Bosporanus. Dicitur autem non genere modo neutro τὰ Γάδειρα, sed etiam muliebri ἡ Γά-

---

δησι *C.* ‖ — 4. ἔφη] φησὶ *C.* ‖ — 7. τοῦ om. *U.* ‖ — 11. τὸ λοπίδων *d*; καὶ ante ὅτι om. *d.* ‖ — 12. ἔφη] εἶπεν *C.* ‖ — 13. γὰρ] καὶ *d.* ‖ — 15. ἐκεῖθεν om. *E*; μετήνεγκται *CDEFKLMNY* et cett., ut vid.; em. Bernh., ἄλλα om. *CDFKLMY.* ‖ — 16. πεδίον *CF MU*, θυόπεδον *Ed.* ‖ — 18. λαὸν *U.* ‖ — 19. ἢ Κλάρου om. *Ed.* ‖ — 20. τῆς φαρέτρης *EF.* ‖ — 27. τὸ μαθεῖν om. *E.* ‖ — 29. γραφήσονται *U*; ἐν τοῖς ἑξῆς τὰ δέοντα *Ed.* ‖ — 30. νεώριον εἶναι λέγεται *d.* ‖ — 32. ἤτοι] ἤγουν *CD*, οἷον *L.* φησὶ *DL.* ‖ — 34. δὲ om. *C.* ‖ — 35. Μιμαλὼν *Ed*, Μεμάλλον *M*, Μεμαλτόν *F*, Μιμαλλὼν cett. ‖ — 37. ἐσχατόωντα codd., exc. *CYy.* ‖ — 38. μέσων *C*. πυλῶν] « στηλῶν sine dubio restituendum. » Bernh. ‖ — 43. καὶ bis om. *d.* De re v. Steph. v. Γάδειρα. ‖ P. 302, 1. τῇ πρὸς *EFd.* ‖ — 3. πολλὰς ... αἱ *U*; ἀγρίου

σιν ὠκεανοῦ τοῖς πρὸς τῇ ἑσπερίᾳ δηλονότι θαλάσσῃ, Κοτινοῦσα ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων κλῃζομένη, ἤγουν κοτινόεσσα, ὡς πολλοὺς ἔχουσα κοτίνους, οἳ ἀγριελαίας εἶδός εἰσι, μετονομασθεῖσα δὲ Γάδειρα. Ἐνταῦθα Διὸς γόνον Ἡρακλέα τιμᾶσθαί φησιν, ἢ ὁ Θηβαῖος δὴ οὗτος ἦν Ἡρακλῆς, ἢ ὁ Φοῖνιξ κατά τινας, ἤτοι ὁ Τύριος. Ἔσχε δὲ Φοινίκων ἀνδρῶν ἀποικίαν ἡ νῆσος. Ἐμποριχοὶ γὰρ ὄντες οἱ Φοίνικες, καὶ πρηκτῆρες καὶ τρῶκται κατὰ τὸν Ποιητὴν, καὶ πανταχοῦ πλωϊζόμενοι, ᾤκησαν καὶ αὐτόθι, καὶ Γάδειρα μετωνόμασαν αὐτὴν διὰ τὸ τοῦ τόπου στενὸν, οἱονεὶ γῆς δειράν, ὡς προγέγραπται.

453. Ὅτι δὲ καὶ αὐτόθι Φοίνικες ἀπῴκησαν, δηλοῖ καὶ ὁ Γεωγράφος λέγων· « ἀποικία γέγονε Φοίνιξιν ἕως Ἰβηρίας, τῆς τε ἄλλης καὶ [τῆς] ἔξω στηλῶν. » Ἀρριανὸς δὲ καὶ τὴν Ταρτησὸν Φοινίκων κτίσμα φησίν. Αἰλιανὸς δὲ ἐν τοῖς Περὶ προνοίας φησὶν, ὅτι ἐν Γαδείροις βωμὸς Ἐνιαυτῷ ἵδρυται καὶ Μηνὶ ἄλλος εἰς τιμὴν χρόνου μακροτέρου τε καὶ βραχυτέρου. Ἔστι δὲ καὶ Γήρως, φησὶν, ἱερὸν τοῖς ἐκεῖ, τιμῶσι τὴν ἡλικίαν τὴν μαθοῦσαν πολλά· καὶ Θανάτου ἄλλο, εἰς γέρας τῇ κοινῇ ἀναπαύλῃ, ἤγουν τῷ τελευταίῳ ὅρμῳ· καὶ βωμὸς δὲ, φησὶ, παρὰ τοῖς ἐκεῖ Πενίας καὶ Τέχνης, τῆς μὲν ἐξιλεουμένοις, τῆς δὲ παραλαμβάνουσιν εἰς ἄκος ἐκείνης. Ἀνδρεῖοι δὲ περὶ ναυτιλίας οἱ Γαδειρῖται· διὸ καὶ ἐσχάτη οὖσα ἡ νῆσος ὅμως ὀνομαστοτάτη ἐγένετο. Ὅτι δὲ πολλοὶ τόποι ἀπὸ φυτῶν ἔσχον τὰς κλήσεις, ὡς καὶ ἡ ῥηθεῖσα αὕτη Κοτινοῦσα, δῆλον· οὕτω γὰρ καὶ ἡ Ἐρεικοῦσα λέγεται διὰ τὰς ἐν αὐτῇ ἐρείκας, καὶ ἡ Μίλητος Πιτυοῦσά ποτε διὰ τὰς πίτυς ἐκλήθη· καὶ ἐν Ἀθήναις δὲ πολλοὶ τόποι ἐντεῦθεν ἐκλήθησαν, ὡς ἡ Ῥαμνοῦς ἀπὸ τῶν ἐκεῖ ῥάμνων, καὶ ἀπὸ τῶν μυρρινῶν οἱ Μυρρινούσιοι· καὶ ἡ Ποντικὴ δὲ Κερασοῦς ἀπὸ τῶν φυτῶν τῶν κεράσων κέκληται.

457. Ὅτι μετὰ τὰ Γάδειρα αἱ Γυμνήσιαι νῆσοι, οὕτω κληθεῖσαι ἢ διὰ τὸ γυμνοὺς καὶ ἀχλαίνους κατὰ τὸν Λυκόφρονα ἐκεῖ ἐξενεχθῆναι διὰ ναυαγίαν τινὰς τῶν Βοιωτῶν, ἢ ὅτι γυμνοὶ διάγουσιν οἱ ἐκεῖ. Ἐκλήθησαν δέ ποτε καὶ Βαλιαρίδες αἱ τοιαῦται νῆσοι. Ἄριστοι δὲ σφενδονᾶν οἱ ἐν αὐταῖς, ὡς καὶ Λυκόφρων ἱστο-

δειρα. Sita vero ea est in finibus oceani, ad mare nimirum occidentale, quæ superiori hominum memoria Cotinusa vocitabatur, i. e. Κοτινόεσσα, tanquam multis referta κοτίνοις, quod genus est oleæ silvestris; sed, mutato postea nomine dicta est Gadira. Hic coli ait Herculem, filium Jovis; aut vero Thebanus hic erat Hercules aut Phœnix secundum nonnullos, nimirum Tyrius. Habuit porro hæc insula Phœnicum coloniam. Phœnices enim quum mercaturam facerent atque, ut Poeta (*Od.* θ, 162; ο, 416) loquitur, negotiatores essent atque lucriones, et quocumque locorum adnavigarent, habitarunt etiam ibi, eamque insulam, ut supra scriptum est, propter loci illius angustias, quasi γῆς δειράν, *terræ cervicem*, transnominarunt.

453. Ibi quoque Phœnices coloniam constituisse docet Geographus (*p.* 756), qui coloniam missam fuisse a Phœnicibus ait usque in Iberiam, tum reliquam, tum eam etiam, quæ extra Columnas. Arrianus vero (*Exp.* 2,16) Tartessum quoque a Phœnicibus conditam testatur. Ælianus item in libris De providentia scribit aram Gadibus positam fuisse Anno, et aliam Mensi, in honorem temporis tum longioris tum brevioris. Est ibi etiam, inquit, templum Senectutis, quo ætatem multa edoctam honorent, templumque aliud Mortis in honorem requietis communis sive ultimi refugii. Ac præterea, inquit, ara apud eos Paupertatis atque Artis, alterius, ut eam sibi propitient ac placent, alterius, eam ut sibi ad remedium illius assumant. Strenui porro in re navali viri Gaditani; quare insula quamvis sit extrema, tamen celeberrima evasit. Ceterum multa loca nomen a plantis accepisse patet, ut hæc ista, de qua diximus, Cotinusa; sic enim etiam Ericusa dicitur ab ericis, quibus abundat, itemque Miletus ob copiam τῶν πιτύων, *pinorum*, vocata est olim Pityusa; Athenarum quoque loca compluria sunt inde appellata, ut *Rhamnus*, a rhamnis s. spinis albis ibi provenientibus, et a myrtis Myrrhinusii. Similiter Cerasus Pontica vocata est a cerasis arboribus.

457. Post Gades Gymnesiæ insulæ, sic vocatæ vel eo quod Bœotorum quidam eo propter naufragium ejecti fuerunt γυμνοί, *nudi*, lænaque exuti, secundum Lycophronem (630), vel quia incolæ degunt γυμνοί, *nudi*. Olim hæ istæ insulæ vocatæ etiam sunt Baliarides. Fundis torquendis præstantissimi insulani, ut Lycophron quoque (636) narrat, eorumque singuli ternas

---

ἐλείου *L*, ἀγρίου ἐλαίας *DKMY*; εἴδους vulg. ante Bernh. Post. v. κοτίνους *E* addit ἤγουν κλάδους. || — 4. δὲ om. *d*. || — 6. δὴ] δὲ codd.; ἢ δὲ ὁ Θηβαῖος οὗτος *FM*. || — 8. ἀποικίαν ἄνδρων *d*; ἐμποριχοὶ δὲ οἱ Φοίνικες *Ed*. || — 9. πρώκται *d*. || — 10. ᾤκισαν *d*; καὶ αὐτὰς *y*. || — 11. αὐτὴν om. *C*. || — 12. καὶ quod erat ante οἱονεὶ, om. *FLMY*. || — 14. Laudatur Strabonis locus qui exstat p. 756, quamquam ipsa Strabonis verba Eustathius non reddidit. || — 15. inserui τῆς. || — 16. Ταρσὸν *EFdl*; κτίσμα Φοινίκων *E*. || — 17. δὲ καὶ ἐν *d*. || — 19. βραχυτέρου τε καὶ μακροτέρου *DEFKLMNY* et ceteri, ut videtur, exc. *C*. || — 20. καὶ Γήρως post vocem ἐκεῖ posuit *d*, pro γήρως exhibens γέρω. Cf. Philostratus V. Apoll. 5, 4, monente Bernhardyo. || — 22. ἀναπαύσῃ *C*; ἤγουν] εἴτουν *C*, εἴτ' οὖν *M*, ἤτοι *E*. || — 23. δὲ om. *Ed*. καὶ τύχης *C*. || — 24. τὴν μὲν *ELd*, τοῖς μὲν ... τοῖς δὲ *FKM*. || — 25. ἐκεῖνος *C*; παρὰ *C*; ναυτιλίαν *E*. Γαδειρεῖται *DU*. || — 27. ἔσχον τὰς κλήσεις] ἐκλήθησαν *Ed*. Eadem narrantur in schol. ad Aristophan. Plut. 586, in quæ ex Eustathio illata esse censet Dindorfius. || — 28. καὶ om. *d*. || — 31. ἐκλήθη ποτε *C*; ἐντεῦθεν om. *C*. || — 32. ὡς καὶ ἡ *d*; ῥαμνοῦσα *CL*. || — 33. καὶ ἡ Ποντικὴ ... κέκληται, καὶ ἀπὸ τῶν μυρρινῶν οἱ Μυρρ. editt. ante Bernh. || — 36. Γυμνήσιοι *Ed*. || 37. οὕτω κληθ. om. *d*. Verba κατὰ τὸν Λυκοφρόνα post τῶν Βοιωτῶν transposuit *d*. || — 39. Βοιωτικῶν *m*.

ρεῖ, σφενδόνας ἀνὰ τρεῖς ἔχοντες ἐν τῇ κεφαλῇ. Διὸ καὶ Βαλιαρεῖς λέγονται, ὃ ἔστι σφενδονῆται, κατὰ τὴν ἐγχώριον γλῶσσαν. Ἑπτὰ δὲ εἰπόντων τινῶν εἶναι τὰς Γυμνησίας νήσους, ὁ Γεωγράφος δύο αὐτὰς ἱστορεῖ, ὧν ἡ μὲν, φησὶ, μείζων, ἡ δὲ ἐλάττων, εὐδαίμονες ἄμφω· καὶ εὐλίμενοι μὲν, χοιραδώδεις δὲ, ἤτοι πετρώδεις καὶ τραχεῖαι, κατὰ τὰ στόματα τῶν λιμένων. Οἱ δὲ ἐν αὐταῖς ἄνθρωποι πρῶτοι πλατυσήμους χιτῶνας ἐφεῦρον. Λέγεται δὲ καὶ ὅτι εἰς τούτους κομισθέντες πέραθέν ποθεν δύο λαγιδεῖς, ἄρρην καὶ θήλεια, οὕτως εἰς ἐπιγονὴν πολλὴν ηὐξήθησαν, ὥστε καὶ οἴκους ἀνατρέπειν ἐξ ὑπονομῆς καὶ δένδρα. Ὅθεν καὶ ἠναγκάσθησαν οἱ ἐκεῖ πρεσβεῦσαι εἰς Ῥωμαίους διὰ χώρας αἴτησιν. Εἰσὶ δὲ γεωρύχοι καὶ ριζοφάγοι οἱ λαγιδεῖς, οὓς καὶ λεβηρίδας ἐκάλουν τινές.

Ὅτι ἐπὶ ταῖς Γυμνησίαις νήσοις ἡ Βοῦσός ἐστιν, ἣν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου προσῳδίᾳ ὀξύνει, Βουσός ἀναγινώσκων. Ταύτης ὁ κύκλος τετρακοσίων σταδίων, ὡς ὁ Γεωγράφος φησίν.

458. Ὅτι ἐν τῷ Λιγυστικῷ πελάγει μέγισταί νῆσοι μετὰ Σικελίαν ἡ Σαρδὼ καὶ ἡ Κύρνος· διὸ καὶ ὁ Διονύσιος εὐρυτάτην καλεῖ τὴν Σαρδώ. Ἱστοροῦνται δὲ πολυχρονιώτατοι εἶναι οἱ Κύρνιοι. Τὴν δὲ Κύρνον καὶ Κορσίδα, φησὶ, καλοῦσιν, ἢ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων Κορσίκαν. Καὶ ὡς μὲν ἄλλοι φασὶ, Κορσὶς καλεῖται ἀπὸ Κύρσης γυναικός. Λέγεται γὰρ ὅτι νῆσος ἐν τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει Κορσὶς ἀπὸ Κόρσης δούλης βουκόλου. Ὡς δὲ ὁ Διονύσιος βούλεται, Κορσὶς λέγεται, διὰ τὰς ἐν αὐτῇ κόρσας, ὅ ἐστι κορυφὰς τῶν ὀρέων. Ἔστι γὰρ τῇ ὕλῃ, φησὶν, ἀμφιλαφὴς, ὅ ἐστι δασεῖα, οὔτις τόσον ὅσον ἐκείνη. Ἀμφιλαφὲς δὲ κυρίως ἐστὶ τὸ δασὺ, οὗ ἔστιν ἀμφοτέρωθεν λαβέσθαι, τραπέντος τοῦ β εἰς φ, Μακεδόνων ἔθει, οἳ καὶ τὸν Φίλιππον Βίλιππόν φασι. Τοιοῦτον δέ τι καὶ τὸ σοφὸς ἐκ τοῦ σέβω, καὶ τὸ στρεβλὸς ἀπὸ τοῦ στρέφω. Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ δασύτητος λέγεται τὸ ἀμφιλαφές, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς ἐπὶ πλήθους ἢ πυκνότητος, ὡς δηλοῖ ὁ εἰπὼν βροντὰς ἀμφιλαφεῖς καὶ ἐλέφαντας περί τινα τόπον ἀμφιλαφεῖς. Καὶ τοῦτο μὲν τοιοῦτον. Ἡ δὲ Σαρδὼ, καθὼς καὶ ἐν ἄλλοις προεγράφη, ἐκφέρεται καὶ διὰ τοῦ ν Σαρδών. Φησὶ γοῦν ὁ Γεωγράφος· « διέχει Σαρδόνος ἡ Κύρνος, ἡ καὶ Κορσίκα ὑπὸ Ῥωμαίων λεγομένη, σταδίους ξ'. Τραχεῖα δέ ἐστι, φησὶ, καὶ οἰκεῖται φαύλως. Καὶ οἱ

in capite fundas gestant (*Strab. p.* 168), ideoque patria lingua Baliarenses dicti, h. e. funditores. Gymnesias autem insulas quum aliqui septem esse affirment, Geographus (*p.* 167) duas esse commemorat, quarum una, inquit, major, altera minor, beatæ ambæ; et bonis quidem portibus instructæ, sed tamen ad portuum ostia scopulosæ sive petrosæ atque asperæ. Incolæ earum primi tunicas lati clavi invenerunt. Traditum quoque est (*Strab. p.* 168) cuniculis duobus, masculo et femina, aliunde ex locis transmarinis in has insulas importatis, eos propagata permultum sobole, usque adeo auctos fuisse, ut terra cuniculatim effodienda et domos et arbores subverterent, indeque incolas coactos fuisse legationem ad Romanos mittere ad regionem petendam. Suffodiunt autem terram et radicibus vescuntur cuniculi, quos nonnulli etiam λεβηρίδας vocarunt.

Post Gymnesias insulas est Busus, quam Herodianus in Prosodia universali (ap. Steph. v. Βυσός) vocem facit oxytonum, legens Βουσός. Hujus ambitus, Geographo (*p.* 167) teste, stadiorum quadringentorum.

458. Insularum Ligustici maris, secundum Siciliam, maximæ sunt Sardinia et Cyrnus. Quare etiam Dionysius Sardiniam vocat latissimam. Cyrnii autem vita quam maxime diuturna esse feruntur. At enim Cyrnum vocant etiam, ut est apud Dionysium, Corsidem, vel, ex quorumdam exemplarium fide, Corsicam. Atque, ut alii quidem aiunt, Corsis appellatur a Corsa, muliere ita vocitata. Fertur enim Corsis ita dicta esse in mari Tyrrhenico insula a Corsa serva, quæ boves pascebat; verum, ut vult Dionysius, dicitur Corsis propter τὰς κόρσας, quæ ibi sunt, h. e. montium cacumina. Neque enim, inquit, ulla alia æque atque illa est silvis ἀμφιλαφής, *referta*, h. e. densa arboribus. Ἀμφιλαφὴς autem proprie idem est atque densum, οὗ ἔστιν ἀμφοτέρωθεν λαβέσθαι, *quod licet utrinque apprehendere*, versa β litera in φ, Macedonum more, qui etiam τὸν Φίλιππον dicunt Βίλιππον. Tali fere modo etiam σοφός fit ex σέβω, et στρεβλός ex στρέφω. Sciendum vero non de densitate modo dici ἀμφιλαφές, sed etiam generatim de multitudine vel crebritate, ut palam facit is (*Herod.* 3, 114. 4, 28) qui dixit βροντὰς ἀμφιλαφεῖς, *fulgura crebra*, et elephantes alicubi ἀμφιλαφεῖς, *frequentes*. Atque id quidem hujusmodi. Verum ἡ Σαρδώ, sicuti alibi scriptum est, effertur etiam per ν, Σαρδών. Sic enim Geographus (*p.* 223) : « Distat a Sardone

3. γλῶτταν *d.* ‖ —4. Γυμνησίους *E*, Γυμνασίους *lm.* ‖ — 5. μείζων, φησὶ, *CDELY*; φησὶ om. *d.* ‖ —6. ἀλίμενοι *d.* ‖ χοιραχώδεις *DL.* ‖ —8. ἐφεῦρον] εὗρον *CEd*, quod recepit Bernhardyus; addens : « Nihil opus est conjectura ἐφόρουν. Ceterum apud Strabonem, quem ob oculos habuit Eustathius, ita legitur p. 168 (139, 30 Did.) : οὗτοι (sc. οἱ Φοίνικες) δὲ καὶ ἐνδῦσαι λέγονται πρῶτοι τοὺς ἀνθρώπους (Gymnasiarum incolas) χιτῶνας πλατυσήμους : adeo ut dicendum fuisset : οἱ δὲ Φοίνικες τοὺς ἐν αὐταῖς ἀνθρώπους ... πρῶτοι ἐνέδυσαν vel ἔφεσσαν. ‖ — 9 καὶ ὅτι om. *Ed.* ‖ — 10. ἐπὶ γόνην *l.* ‖ — 11. ηὐξήθησαν] ἐτράπησαν *L.* ‖ —13 εἰς *CDFKLUYlm*, πρὸς cett., ἐπὶ Strabo. ‖ —14. λαβήριδας *d.* ‖ — 16. Γυμνασίαις *C.* ‖ — 17. τῇ om. *d.* ‖ — 20. Ὅτι τῶν ἐν *DL.* ‖ — 21. ἡ om. *d*, ὁ *DKY.* ‖ — 24. Κυρσίδα *CDL.* ‖ — 25. Κορσίκαν] Κορσίδα *L.* ‖ — 26. γυναικὸς ... ἀπὸ Κόρσης om. *FMU.* De fabula vide Isidor. Origg. 14, 6. Cf. Rutilius Itin. 435 : *Armentale ferunt quippe natasse pecus, Tempore Cyrnæas quo primum venit in oras forte secuta vagum femina Corsa bovem.* ‖ — 27. Τυρσηνικῷ] Σικελικῷ *C*, Τυρρηνῷ *l.* ‖ — 28. δὲ] καὶ *CDF.* ‖ — 30. γὰρ om. *d.* ‖ — 20. φασὶν *LU.* ‖ — 33. οἷον καὶ *d.* ‖ — 35. ἐπὶ] ἀπὸ *Fl*; λέγει *C.* ‖ — 36. ἀμφιλαβὲς *Ed.* ‖ — 40. Σάρδων om. *EFd.*

κατέχοντες αὐτὴν θηρίων εἰσὶν ἀγριώτεροι, καὶ οὕτω βοσκηματώδεις, ὥστε καὶ ἀνδραποδισθέντες ἢ οὐκ ἀνέχονται ζῆν ἢ ζῶντες ἀπαθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ἔχοντας ἐπιτρίβουσι, καὶ οἱ αὐτοὺς κτώμενοι δεσπόται εἰ καὶ τὸ τυχὸν τίμημα καταβάλλουσιν ὑπὲρ αὐτῶν, ὅμως μεταμέλει αὐτοῖς ὕστερον. » Ἐκλήθη δὲ Σαρδὼν ἀπὸ Σαρδόνος υἱοῦ Ἡρακλέος· ὠνομάσθη δέ ποτε καὶ Ἰχνοῦσα, ἐπεὶ ἴχνει ἀνθρώπου ἐστὶν ὁμοία τὸ σχῆμα. Ὠκίσθη δέ ποτε καὶ ὑπὸ Ἰβήρων, εἶτα ὑπὸ Ἡρακλειδῶν, μετοικίσαντος Ἡρακλέους ἐκεῖ τούς τε Θεσπιάδας *καί τινας τῶν Καδμείων* καὶ τῶν Λοκρῶν. Εἶτα ᾠκίσθη καὶ ὑπὸ Καρχηδονίων. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς Σαρδόνος καὶ ὁ παροιμιώδης λέγεται κατά τινας Σαρδόνιος ἢ Σαρδάνιος γέλως, περὶ οὗ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ γέγραπται.

561. Ὅτι τὸν Αἴολον, περὶ οὗ ζητητέον καὶ εἰς τὴν Ὀδύσσειαν, φιλόξενον βασιλέα λέγει, καὶ Ἱπποτάδην ἀκολούθως Ὁμήρῳ, καὶ χρησάμενος καὶ εἰς αὐτὸν ἐπαναλήψει, διὰ τὸν περὶ αὐτοῦ θρύλον, λέγει θαυμαστὰ δῶρα λαχεῖν αὐτόν· τὰ δ' ἔστιν ἀνέμων κοιρανία, ἤγουν κυριότης, κλονεόντων τε ἱσταμένων τε. Καὶ ὅτι αἱ τοῦ Αἰόλου περίδρομοι ἐν ἁλὶ νῆσοι ἑπτά εἰσιν, ἐπώνυμοι, φησὶν, ἀνδράσι Πλωταὶ, τουτέστι φερωνύμως καλούμεναι Πλωταί· οὐχ ὅτι μετακινοῦνται, ὡς ἡ Δῆλός ποτε μυθεύεται, ἀλλὰ διότι ὡς περίδρομοι μέσον, φησὶν, ἔχουσι περίπλοον ἀμφιέλικτον, τουτέστι περιπλέονται, καί εἰσι γνώριμοι καὶ οὐκ ἀνώνυμοι, οὐδὲ ἄπλοοι διὰ μοχθηρίαν τινά. Τοῦτο δὲ ἀρετὴ νήσων ἐστίν. Εἶπε δὲ καὶ Ὅμηρος τὴν Αἰόλου νῆσον Πλωτήν· καὶ τούτου ζήτει τὴν αἰτίαν ἐκεῖ. Αἱ δ' αὐταὶ νῆσοι αἱ τοῦ Αἰόλου λέγονται καὶ Λιπαραίων νῆσοι, διέχουσαι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ στάδια διακόσια, ἐν ἀπόψει κείμεναι τοῖς ἐκ Σικελίας καὶ Ἠπείρου πλέουσιν· ὧν ἐν μιᾷ τῇ καλουμένῃ Στρογγύλῃ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασιν, ἥτις βίᾳ μὲν φλογὸς λείπεται τῶν ἄλλων ἓξ νήσων, φέγγει δὲ πλεονάζει. Μεγίστη δ' αὐτῶν ἡ Λιπάρα, ἀπὸ Λιπάρου τινὸς κληθεῖσα υἱοῦ Αὔσονος, Κνιδίων ἄποικος, ἐξ ἧς ὡς ἀπὸ μέρους προέχοντος αἱ πᾶσαι Λιπαραίων λέγονται νῆσοι. Ὠνομάσθη δέ ποτε αὕτη καὶ Μελιτουνίς. Ἐγγυτάτω δὲ αὐτῆς ἐστιν ἡ Σικελία. Σημείωσαι δὲ ὅτι αἱ τοῦ Αἰόλου νῆσοι Αἰόλειοι λέγονται, οὐ μὴν καὶ Αἰολίδες· τοῦτο γὰρ αἱ τῶν Αἰολέων νῆσοι εἰς κλῆσιν εἰλήχασι· καὶ ὅτι περὶ τὸ Τυρσηνικὸν αὗται

Cyrnus, quæ dicta est etiam a Romanis Corsica, stadiis sexaginta. » Aspera ea est, inquit, maleque incolitur; quique eam tenent, inhumaniores sunt feris, suntque adeo belluini, ut vel in servitutem redacti, aut intolerantes sint vitæ, aut indolentia atque stupiditate dominos suos conficiant, ipsosque dominos qui eos emerint, etiamsi minimum pro iis pretium dependerint, tamen impensæ postea pœniteat. Vocata est autem Sardon a Sardone, Herculis filio. Quin et olim nominata est Ichnusa, quoniam figura similis est hominis ἴχνει, *vestigio*. Habitata quoque ea olim est ab Iberibus, deinde ab Heraclidis, quum eo Hercules Thespiades et Cadmeorum atque Locrorum quosdam migrare jussisset. Postea etiam incolis frequentata est a Carthaginiensibus. Ab hac Sardone etiam, proverbii loco, secundum quosdam, dicitur Sardonius vel Sardanius risus, de quo scriptum est in Odyssea (ν, 302, *p.* 1893).

461. Æolum, de quo quærendum ad Odysseam (κ, 11), secundum Homerum dicit regem hospitalem et Hippotadem; utensque etiam in eum repetitione, propter hominis famam, dona eum dicit plane admiranda sortitum fuisse, quæ quidem sunt et turbantium et quiescentium ventorum κοιρανία, *imperium*, nimirum κυριότης, *dominatio*. Itemque dicit Æoli septem esse circumfluas in mari insulas, ἐπωνύμους, *cognominatas*, ut ait, ab hominibus Plotas, h. e. φερωνύμως, *ducto a re ipsa nomine*, Plotas vocatas, non quod loco moventur, ut de Delo olim fabulati sunt, sed quia, tanquam περίδρομοι, *circumfluæ*, mediam (hæc enim ejus verba) habent περίπλοον ἀμφιέλικτον, *circumcirca in orbem flexam navigationem*, h. e. περιπλέονται, *circumnavigantur;* et sunt eæ notæ, neque expertes nominis, neque propter aliquam pravitatem navibus inaccessæ. Hæc autem præstantia est insularum. Homerus quoque Æoli insulam Ploten vocat, cujus quidem appellationis ibi causam inquirito. Eædem vero Æoli insulæ dictæ etiam Liparæorum insulæ, distantes a freto Siculo stadia ducenta in prospectu positæ navigantibus e Sicilia et continente. In una earum Strongyle appellata Æolum domicilium habuisse ferunt; quæ vi quidem flammæ sex aliis insulis est inferior, sed splendore eas antecellit. Maxima autem earum Lipara sic vocata a Liparo quodam, Ausonis filio, eademque Cnidiorum colonia; a qua, tanquam a parte præstantiori, insulæ omnes Liparæorum nuncupatæ. Hæc vero olim nominata est etiam Meligunis, eique proxima est Sicilia. Ceterum volo observes, Æoli insulas dictas illas quidem Æolias, non tamen Æolidas (id enim nominis Æolum insulæ sortitæ sunt), atque has insulas

---

3. ἀπαθείᾳ *CL* Strabo; ἀπειθείᾳ *E*, ἀπειθίᾳ cett. ‖ — 6. μεταμέλεια *C*. ‖ — 7. Σαρδῶνος *EFd*. ποτε om. *CU*. ‖ — 8. Ἰχνοῦσσα *Y;* ἐπεὶ καὶ ἴχνει *Y*. ‖ — 9. πότε om. *CFKLMY*. ‖ — 10. τὰς τε Θεστιάδας vett. editt.; τάς τε habere *EFMY* scio. Præter Locros et Cadmeos scholiasta etiam Ætolos memorat. ‖ — 11. ὠκίσθαι *DL;* Χαλκηδονίων *FMUm*, Καρχηδόνων *d*. ‖ — 12. Σαρδῶνος *EFd*. ‖ — 13. δ παρ. λόγος λέγεται *Ed;* Σαρδώνιος *E*, Σαρδωνικὸς. ‖ — 14. ἢ Σαρδώνιος *F*. ‖ — 18. καὶ χρ.] δὲ χρ. *Ed;* fort. fuit χρ. δὲ. ‖ — 19. θρύλλον *CDEKLM Yd*. ‖ — 25. ἀλλὰ om. *E;* διότι *CEUd*, ὅτι alii. ‖ — 26. περίπλουν ἀμφιλεκτον *Ed*. ‖ — 31. Λιπαρέων *CEFd*, Λιπαραὶ *L*. ‖ — 32. σταδίους *Ed*. ‖ — 33. Ἠπείρου] Aut erravit Eustathius, aut legendum καὶ τῆς ἠπείρου (ex Italia) vel fortasse τῆς τῶν Αὐσόνων ἠπείρου, ut infra ad vs. 467 legitur. ‖ — 34. μὲν βίᾳ *L*. Exscripta sunt e Strabon. p. 276 (p. 229, 52 Did.). ‖ — 35. ἓξ μὲν νήσων *C*. τῶν ἄλλων νήσων τῶν ἓξ *F*. ‖ — 38. ὡς] καὶ *U*. Λιπαρέων *CEFLY*. ‖ — 41. Αἰόλειαι *U*, Αἰόλιαι vulg. ante Bernh. ‖ — 42. καὶ om. *Ed;* αἱ om. *Ed*.

κεῖσθαι λέγονται πέλαγος· ὅθεν σημειωτέον ὅτι καὶ ἡ Σικελία τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει παράκειται.

467. Ὅτι τὴν παρ' Ὁμήρῳ Θρινακίαν Τρινακίαν οὗτός φησι, τουτέστι τὴν Σικελίαν. Ἥτις ἐκτέταται, φησίν, ἐπὶ τρισσαῖς πλευραῖς ἑστηκυῖα, οἷα δηλονότι τρίγωνος οὖσα. Καὶ ἔστιν οἷον ἐτυμολογία τοῦτο τῆς Τρινακίας, οἱονεὶ τριακρίας, ὃ ἔστι τρία ἐχούσης ἄκρα. Διὸ καὶ ὁ Λυκόφρων τρίδειρον νῆσον λέγει αὐτήν, καὶ ὁ Πίνδαρος τριγλώχινα. Καὶ ὅρα τὸ ἑστηκυῖα ἐπὶ τρισσαῖς πλευραῖς. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς φθάσασι κρηπιδάς που εἶπεν, ἤτοι βάσεις, τὰς τοῦ τριγώνου πλευρὰς, ὡς ἱσταμένου ἐπὶ κρηπῖδος, ἤτοι βάσεώς τινος. Ἄκρα δέ οἱ, φησὶν, ἤτοι ἀκρωτήρια καὶ γωνίαι τοῦ νησιωτικοῦ τούτου τριγώνου, Πάχυνός τε Πελωρίς τε Λιλύβη τε. Καὶ ὅρα ὅτι κἀνταῦθα γοργῶς ἑνὶ στίχῳ τὰ τρία τῆς Σικελίας ἄκρα ἐμπεριέλαβεν, ὧν Λιλύβη μὲν πρὸς ζέφυρόν ἐστιν εἰσανέχουσα, ἥτις καὶ οὐδετέρως Λιλύβαιον λέγεται, ὡς κεφαλὴ κεφάλαιον· Πάχυνος δὲ πρὸς αὐγάς· ἐπ' ἄρκτον δὲ πρὸς Αὐσονίαν ὁρᾷ ἡ Πελωρὶς, ἧς ἐν τῷ κόλπῳ ἡ Μεσσήνη. Καὶ ὅρα τὸ εἰσανέχουσα, ὡς οὐ μάτην ἐστοίβασται ταῖς προθέσεσιν, ἀλλ' ἡ μὲν εἰς πρόθεσις τὸ ἐπὶ πολὺ τὴν ἄκραν ἐκτείνεσθαι εἴσω θαλάσσης ἐμφαίνει, ἡ δὲ ἀνά τὸ ὕψος τοῦ ἀκρωτηρίου παραδηλοῖ, ὅθεν καὶ ἠνεμόεσσαν ἔφη τὴν Πελωρίδα. Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ Πελωρὶς ἐνταῦθα μὲν Σικελίας ἄκρα ἐστὶ, κεῖται δέ ποτε ἡ λέξις καὶ ἐπὶ ὀστρέου. Ἔστι γὰρ κατὰ τοὺς παλαιοὺς πελωρὶς ὀστρέου εἶδος χήμης μεγαλώτερον· διὸ καὶ πελωρὶς διὰ τὸ μέγεθος λέγεται. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ὁ δὲ Γεωγράφος λέγει ὅτι ἀπὸ Τρινακρίας Θρινακία προσηγορεύθη, μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον. Λέγει δὲ καὶ δίαρμα εἶναι ἀπὸ Παχύνου τοῦ ἑῴου ἄκρου πρὸς τὸ στόμα τοῦ ἐν Πελοποννήσῳ Ἀλφειοῦ στάδια τετρακισχίλια, ἀπὸ δὲ τοῦ ἑσπερίου Λιλυβαίου ἐπὶ τὴν Λιβύην καὶ Καρχηδόνα τοὐλάχιστον χίλια πεντακόσια· καί τις τῶν ὀξυδορκούντων λέγεται ἀπὸ σκοπιᾶς ἀπαγγέλλειν τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκ Καρχηδόνος ἀναγομένων σκαφῶν. Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Διόδωρος οὐ μόνον ἀκρωτήριον Σικελίας οἶδε τὸ Λιλύβαιον, ἀλλὰ καὶ φρέαρ ἐνταῦθά που ἱστορεῖ οὕτω καλούμενον, καὶ πόλιν δὲ τῷ φρέατι τούτῳ ὁμώνυμον.

Ὅρα δὲ ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἐν τῷ « Τρινακίη δ' ὑπὲρ πέδον Αὐσόνων » τῇ ὑπέρ προθέσει συνήθως αὐτῷ ἐπὶ τῶν νοτίων ἐχρήσατο. Νοτιωτέρα γὰρ ἡ Σικελία τῆς τῶν Αὐσόνων ἠπείρου, ἧς καὶ ἐκκέκοπται, ὡς ῥηθήσεται δεῖν ἐν τῷ περὶ Σικελίας λόγῳ.

sitas dici in mari Tyrrhenico; unde observandum Siciliam quoque Tyrrhenico mari adjacere.

467. Quam Homerus Thrinaciam vocat, hic poeta dicit Trinaciam, h. e. Siciliam, quæ, ut ait, « stat longe in triplicis lateris protenta figuram, » quasi nimirum triangularis. Atque hæc est veluti etymologia τῆς Τρινακίας, quasi Τριακρίας, h. e. habentis τρία ἄκρα, *tria promontoria*. Quocirca etiam Lycophron (966) eam insulam dicit τρίδειρον, *tricipitem*, et Pindarus τριγλώχινα, *tricuspidem*. Ac vide illud ἑστηκυῖα ἐπὶ τρισσαῖς πλευραῖς, *stans super tria latera*. Idcirco enim alicubi supra (*vs.* 332) κρηπῖδας, bases nimirum, dicit latera ipsa trianguli, velut stantis super crepidinem sive basin quandam. « Ἄκρα vero ei, inquit, sive promontoria et anguli insularis hujus trianguli, Pachynusque Pelorisque et Lilybe. » Ac vide ut hic etiam celeriter atque acriter promontoria tria Siciliæ uno versu complectatur. Ex quibus sane Lilybe est ad zephyrum assurgens, quæ genere etiam neutro dicitur; Lilybæum, ut κεφαλή, κεφάλαιον; Pachynus vero ad ortum; denique ad septentriones, Ausoniam versus, respectat Peloris, cujus in sinu Messana. Ac vide non stipatum frustra esse præpositionibus τὸ εἰσανέχουσα, sed præpositionem εἰς, *in*, aperte indicare promontorium illud ad multum intra mare spatium extendi; præpositionem vero ἀνά, *sursum*, tacite ostendere promontorii illius excelsitatem; unde et ventosam vocat Peloridem. Sciendum autem est Pelorin hoc quidem loco promontorium esse Siciliæ, sed interdum vocem hanc usurpari etiam de ostreo. Est enim, secundum veteres, *peloris* ostrei genus, majus chema. Quare etiam πελωρὶς dicitur propter magnitudinem. Atque hæc quidem ita. Ceterum Geographus (*p.* 265) scribit a Trinacria appellatam esse Thrinaciam, mutato ita nomine ad concinniorem sonum. Auctor idem est (*p.* 266 *sq.*) a Pachyno promontorio orientali ad ostium Alphei, qui est in Peloponneso, trajectum esse quatuor millium stadiorum; a Lilybæo vero promontorio occidentali ad Africam et Carthaginem, mille et quingentûm minimum stadiorum, indeque quendam terri acerrimo visu præditum ex specula iis, qui in Lilybæo erant, solventium Carthagine scapharum numerum renuntiasse. Sciendum porro est Diodorum (13, 54) non promontorium modo Siciliæ Lilybæum agnovisse, sed etiam puteum ibi locorum sic vocatum, nec non urbem putei hujus cognominem commemorasse.

Vide hic etiam in illis verbis : Τρινακίη δ' ὑπὲρ πέδον Αὐσόνων, pro more usum eum fuisse præpositione ὑπέρ, *supra*, de partibus australibus. Australior namque est Sicilia continente Ausonum, a qua etiam divulsa fuit,

1. σημειωτέον *l.* || — 5-10. ἑστηκυῖα ... πλευραῖς om. *CDL*, sed in *L* manus recens ad marginem supplevit. || — 9. Πίνδαρος] Fragm. inc. 143 ed. Heyn. || — 11. τοῦ ante τριγ. om. *CL*, deinde vero τοῦ ante ἱσταμένου inserunt *EFY*. || — 12. Post κρηπῖδος iterum ἱσταμένου habet *Y*. || — 20. Μεσήνη *EM*. || — 21. εἰσανέχει *CDL*; ἐστίβασται *MU*. || — 25. ἡ om. *CFKLM*. || — 26. καὶ om. *d*. || — 28. εἶδος ὀστρέου *E*; ὀστρέου et deinde χήμης ... τὸ μέγεθος λέγεται om. *d*. || — 29. δὲ om. *U*; Τριναχρίας *U*, Τρινακίας cett.; Θρινακία] sic etiam Epitome Strabonis, apud quem (p. 220, 42 ed. Did.) ceteri codd. Θρινακὶς habere videntur, præter unum ex quo Τρινακὶς affertur, quod idem in Eustathio exhibet *U*. || — 33. ἐν τῇ Πελ. *U*; τετραχ.] Numerum in lacuna om. *C*. || — 35. καὶ] E Strabone p. 267 (222, 8 Did.) legerim καθ' ὃ. || — 36. ὀξυδορκ. e Strabone et *Ed* pro vulgato ὀξυδερκ. dedit Bernhardyus; ὀξυδερκέων v. l. ap. R. Stephan. || — 38. δὲ om. *d*. || — 40. τῷ om. *d*. || — 42.

σεται. Ἄλλοι δέ φασιν ὅτι Θρινακία λέγεται διὰ τὸ ἐοικέναι θρίναχι· ὅπερ ἀπάδει τῇ τῶν παλαιῶν δόξῃ· οὐ γὰρ δοκεῖ τοιούτου σχήματος εἶναι ἡ Σικελία. Σιβύλλα δέ φησιν ἀπὸ Τρινάκου βουκόλου κληθῆναι, εἰποῦσα·

Θρινακίη νῆσος, τὴν ἔκτισε Τρίνακος ἥρως,
υἱὸς ποντομέδοιο Ποσειδάωνος ἄνακτος.

473. Ὅτι πρὸς βορέαν τῆς Σικελίας ὀλεθρία τοῖς ναύταις κέλευθος, στενή τε σκολιά τε καὶ ἄσχετος· ὅπου ἡ θάλασσα, φησί, συρομένη κατὰ πάθος Εὐρίπου μακραῖς περιβρέμεται σπιλάδεσσιν, ἤτοι παραθαλασσίαις πέτραις. Ἐκφράζει δὲ τὸν Σικελικὸν ἐν τοῖς ἔπεσι τούτοις πορθμόν· ἔνθα καὶ τὸ τῆς Χαρύβδεως ὁ Ὁμηρικὸς μῦθος λέγει γίνεσθαι πάθος καὶ τῆς Σκύλλης κακόν. Ἔστι δὲ ῥοώδης καὶ οὗτος ὁ πορθμὸς, καὶ αὐτὸς μὲν δὶς ἑκάστης ἡμέρας μεταβάλλει, ἑπτάκις δὲ τὸ ὅλον νυχθήμερον ὁ περὶ Εὔβοιαν Εὔριπος. Περὶ ὃν φασι διατρίψαντα τὸν Ἀριστοτέλην καταλῦσαι τὸν βίον· ὅπου καὶ ἡ Εὐβοϊκὴ Ἀρέθουσα, ἔτι δὲ καὶ ἡ Χαλκὶς, ἀφ' ἧς καὶ ὁ Εὐβοϊκὸς Εὔριπος Χαλκιδικὸς λέγεται. Ταύτης δὲ τῆς Χαλκίδος οἱ πολῖται ἀνδρεῖοι ἱστόρηνται, περὶ ὧν χρησμὸς τοιοῦτος ἐξέπεσεν·

Ἵππον Θεσσαλικὸν, Λακεδαιμονίαν δὲ γυναῖκα,
ἄνδρας δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθούσης·

τοὺς Χαλκιδέας λέγων ὁ τοιοῦτος χρησμὸς Ἀρεθουσίους κατὰ τὴν ἐξήγησιν τῶν παλαιῶν· ἐκεῖ γάρ ἐστιν ἡ τοῦ τοιούτου χρησμοῦ Ἀρέθουσα. Δεῖ γὰρ εἰδέναι ὅτι οὐ μία ἡ Σικελικὴ, ἀλλὰ πολλαί εἰσιν Ἀρέθουσαι, ὥσπερ καὶ Χαλκίδες καὶ Εὔβοιαι, ναὶ μὴν καὶ πορθμοὶ ῥοώδεις κατὰ τὸν Σικελικόν. Ὥντινων πορθμῶν ὁ κατὰ τὸ Βυζάντιον ἔκρουν ἔχει μόνον, οὐ μὴν καὶ ἀνάκαμψιν. Ἵππαρχος δὲ ἱστορεῖ καὶ μονάς ποτε ποιεῖσθαι αὐτὸν, ἤγουν ἵστασθαι. Κἀκεῖνο δὲ ἰστέον, ὅτι τῶν δύο τῆς Σικελίας πορθμῶν ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ ὁ βόρειος, περὶ οὗ κατὰ τὸ προσεχὲς ἐρρέθη, ἑπταστάδιος ἱστορεῖται· τοσοῦτον γὰρ (τῆς γῆς) διέχει τὸ στενότατον, καθὰ καί τι μέρος τοῦ Ἑλλησπόντου, ὡς προϊστόρηται· ὁ δὲ πρὸς τῇ Καρχηδόνι ὁ νότιος, ὁ ἀπὸ Λιλυβαίου ἐπὶ Λιβύην, ὡς πρὸ ὀλίγου γέγραπται, σταδίων χιλίων πεντακοσίων, ὃν Λιβυκὸν πόρον καλεῖ ὁ Διονύσιος.

ut dicetur. Alii vero (*ap. Steph. v.* Τρινακρία) aiunt Thrinaciam vocari eo quod similis sit θρίναχι, *tridenti*. Quod quidem valde discrepat ab opinione veterum; non enim figura esse tali videtur Sicilia. Sibylla vero eam appellatam ait a Trinaco bubulco, illis verbis:

Trinacia insula, quam incoluit Trinacus heros,
filius mari imperantis Neptuni.

473. Boream versus a Sicilia perniciosa nautis via et angusta et obliqua et intractabilis, ubi mare, inquit, tractum agitati Euripi instar, longas circumfremit σπιλάδας, petras nimirum littorales. Exponit autem in his versibus fretum Siculum, ubi Homerica etiam fabula labem esse narrat Charybdis et malum Scyllæ. Est hoc sane fretum undosum ac fluxum et bis singulis diebus mutat, quum integro quatuor et viginti horarum spatio septies id accidat in Euripo Euboico, apud quem Aristotelem ferunt commoratum decessisse, et ubi Arethusa est Euboica, ac præterea Chalcis, a qua Euboicus Euripus etiam Chalcidicus vocatur. Hujus autem Chalcidis cives viri fortes esse prohibentur, de quibus oraculum hujusmodi in vulgus emanavit:

Thessalicum equum, Lacedæmoniam vero puellam,
viros autem qui bibunt aquam sacræ Arethusæ,

in quibus oraculum istud Chalcidenses vocat Arethusios, ex veterum explicatione; ibi namque est Arethusa, de qua hoc istud oraculum loquitur. Scire enim oportet non unam solamque Siculam, sed multas esse Arethusas, sicuti etiam Chalcides et Eubœas, immo vero et freta, Siculi instar, fluxa atque undosa, de quibus quidem fretis Byzantinum effluxum tantummodo, non vero refluxum neque aquarum reciprocationem habet. Quamquam Hipparchus (*ap. Strab. p.* 55) tradit id interdum etiam moras facere, nimirum stare. Ceterum ex duobus Siciliæ fretis alterum ad Italiam, quod est boreale, et de quo paulo ante diximus, septem stadiorum esse fertur (in tantum enim patet pars ejus angustissima, sicuti etiam pars quædam Hellesponti, ut supra proditum est); alterum vero ad Carthaginem, i. e. australe, quod est a Lilybæo ad Libyam, ut paulo ante scriptum est, mille esse et quingentûm stadiorum (V. *Strab. p.* 122); quem Λιβυκὸν πόρον vocat Dionysius.

ὅτι om. *C.* Τρινακρίη *U.* || — 2. θρίναχι om. *C*, Θρίδακι *EFKLMYd.* V. Stephan. v. Τρινακρία. || — 4. ἀπὸ Τρίνακος codd., exc. *U*, in quo ἀπὸ Τρινακοῦ, quod rec. Bernh., in sqq. etiam Τρινακὸς ἥρως exhibens. || — 6. Θρινακίη νῆσος, τὴν ἔκτισε] sic *F*, cett. codd. ἣν ἔκτισε, missis verbis Θρ. νῆσος. Ex eodem eodice *F* in secundo versu addidi ἄνακτος. Ceterum legendum vid. Τρινακίη νῆσος, ut apud Stephanum editur, ubi sic: Τρινακίης (Τρινακρίης codd.) νήσου, ἣν ἔκτισε Τρίνακος (Τρίνακρος codd.) ἥρως etc. || — 7. Ποσειδῶνος codd.; e Stephano em. Holstenius. || — 11. παραβρ. *Ul*; σπιλάδεσσιν *CEKLY*, σπιλάδεσι vulg. || — 13. Χαρύβδεος *C.* || — 14. λέγει γίνεσθαι *CDKLY*, γιν. λέγει vulg., μῦθος λέγεται πάθος *E.* || — 16. ἐκβάλλει *Fm*, ἐμβάλλει *l.* || — 18. φησὶ *C.* || — 19. ἔτι δὲ ἡ *U.* || — 21. χαλκιδεὺς *d.* || — 22. χρησμός] V. Strabo p. 449 (385, 51 Did.). Euseb. Pr. Ev. 5, 29. || — 23. θεσσαλόν. codd., H. Steph.; Λακεδαιμονίων *CDFL*; δὲ om. *EK*, τε *L.* || — 24. δ' sic *CU*, θ' vulgo; idem vitium ap. Strabonem tollendum esse monuit Bernhardyus; ὕδωρ om. *L*; ἱερῆς dedi ex *F*, ἱρᾶς *l.*, ἱερᾶς cett.; Ἀρεθούσας *L*, Ἀρεθουσίας *d.* || — 27. δεῖ γὰρ ... Ἀρέθουσαι om. *C.* || — 29. μὴν καὶ om. *L*; πορθμὸς ῥοώδης *MU.* || — 35. ἐρρήθη *MU.* || — 36. ἔχει *d.* || — 37. ὡς om. *C.* || — 38. τῇ et ὁ om. *d.* || — 40. στάδια χίλια πεντακόσια

476. Ὅτι ἡ Σικελία χερρόνησός ποτε ἦν συνεχὴς κατὰ τὸν ἰσθμὸν τῇ τῶν Αὐσόνων γῇ. Σεισμοῦ δέ τινος ὡς εἰκὸς ἐξαισίου συμπεσόντος, καὶ τοῦ ἰσθμοῦ διασχόντος, εἰσπεσεῖν φασι τὴν παρίσθμιον θάλασσαν, καὶ μεσολαβήσασαν θέσθαι νῆσον τὴν Σικελίαν, οὐ πολὺ διὰ τοῦτο τῆς χέρσου διέχουσαν. Ὅθεν καὶ μῦθος φέρεται, τὸν Ποσειδῶνα οἷα ἐπιστατοῦντα τοῖς σεισμοῖς ἀποτεμεῖν τὸν ἰσθμὸν Ἀονίῳ πολυγλώχινι σιδήρῳ, καὶ παρεισαγαγεῖν τὴν ἑκατέρωθεν ζωννύουσαν αὐτὸν θάλασσαν, καὶ οὕτω νῆσον ποιῆσαι τὴν τέως χερρόνησον, χαριζόμενον Ἰοκάστῳ τῷ τοῦ Αἰόλου παιδὶ, ὡς ἂν ἔχοι ταύτην οἰκεῖν ἀσφαλῶς. Ἀπὸ δὲ τῆς ῥηθείσης ῥήξεως, ὡς προείρηται, καὶ τὸ ἐκεῖ λέγεται παρονομασθῆναι Ῥήγιον· καθά που καὶ τὸ παρ' ἡμῖν τὸ Θράκιον· καὶ αὐτὸ γὰρ ἐπὶ τοιᾷδε ῥήξει ὀνομασθῆναί τινες οἴονται, δι' ἧς ῥήξεως ἡ λίμνη τῇ ἐγγὺς θαλάσσῃ ὡμίλησε διεκρεύσασα. Τοιοῦτον δέ τι παθεῖν καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἱστοροῦσί τινες, ὡς προϊοῦσι ῥηθήσεται. Ὁ δὲ Γεωγράφος φησὶν ὅτι πιστεύεται τὴν Λέσβον ἀπερρωγέναι τῆς Ἴδης, ὡς καὶ τὴν Σικελίαν τῆς Ῥηγίνης, καὶ τὴν Ὄσσαν τοῦ Μακεδονικοῦ Ὀλύμπου, ὧν μέσον ἔκτοτε διέρρευσεν ὁ Πηνειός. Καὶ τὴν Εὐβοΐδα δὲ γῆν

λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώρισε,

καθά τίς φησι ποιητής. Πολυγλώχινα δὲ σίδηρον τὴν τοῦ Ποσειδῶνος καλεῖ τρίαιναν κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἀντὶ τοῦ τριγλώχινα, τρεῖς ἀκίδας ἔχουσαν· ὥσπερ καὶ προϊών που ἐρεῖ ὅτι ἐν Ἀσίᾳ πολὺς ὠκεανὸς, ὅπερ αὐτὸς ἑρμηνεύων φησί « τρισσοὺς γὰρ κόλπους ἐρεύγεται ἔνδοθι· » ὡς ταὐτὸν ὂν εἰπεῖν πολὺς ὠκεανὸς καὶ τρισσοὶ ἐξ ὠκεανοῦ κόλποι· εἴ τι γὰρ τρία, φασὶ, τοῦτο καὶ πολλά· οὐ μὴν καὶ ἀνάπαλιν, εἰ πολλὰ, ἐξ ἀνάγκης καὶ τρία· οὐ γὰρ ἀντιστρέφει ὁ λόγος. Αἰνίττεται δὲ, φασὶν, ἡ τρίαινα τὰς τρεῖς τῶν ὑδάτων ποιότητας, τὴν ἁλμυρὰν, οἵα ἐστὶν ἡ τῆς θαλάσσης, τὴν γλυκεῖαν, ὁποία ἡ τῶν ποταμῶν, καὶ τὴν μέσην, τὴν τῶν λιμνῶν. Τὰ γὰρ πικρὰ καὶ ὀξώδη καὶ εἴτι που ἄλλο τοιοῦτον, οὐ προσλογιστέον διὰ τὸ σπάνιον. Ἀόνιον δὲ σίδηρον λέγει, ὡς ἄν τις εἴποι Βοιώτιον· Ἄονες γὰρ ἔθνος βάρβαρον οἰκῆσάν ποτε ἐν Βοιωτίᾳ, ἔνθα Ποσειδῶν ἐτιμᾶτο· καὶ οὐ δήπου κάλλιστός ἐστιν ὁ Ἀόνιος σίδηρος· τοιοῦτος γὰρ μάλιστα ὁ Χαλυβικὸς μεμαρτύρηται, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται.

478. Ὅτι περὶ τὴν ἑσπερίαν Σύρτιν, τὴν μικρὰν δηλαδὴ, δύο νῆσοι, Μῆνιγξ καὶ Κέρκινα. Λωτοφάγων

476. Sicilia peninsula olim fuit, conjuncta isthmo cum Ausonia. Sed quum maximo, ut videtur, terræ motu isthmus dirumperetur, mare, quod ad Isthmum erat, irrupisse aiunt Siciliamque interceptam fecisse insulam, eamque idcirco non valde a continente distantem. Unde etiam fertur fabula, Neptunum, veluti qui terræ motibus præsidet, Aonio ferro eoque multis cuspidibus armato isthmum illum abscidisse, et mare, quod eum utrinque angebat, induxisse et sic, quæ peninsula antea fuerat, insulam fecisse in gratiam Jocasti, Æoli filii, ut is hanc tutius incoleret. Atque ab hac ῥήξει, *ruptura*, quemadmodum supra dictum est, denominatum ferunt Rhegium, quod est ibi locorum, pariter atque Thracium, quod apud nos est; nam hoc quoque nominatum quidam opinantur propter hujusmodi ῥῆξιν, qua defluens lacus proximo sese mari conjunxit. Atque tale aliquid narrant aliqui Hellesponto quoque contigisse, ut infra explicabitur. Geographus (*p.* 60) porro scribit nonnullos esse qui credant abruptam fuisse Lesbum ab Ida, ut Siciliam a Rhegina, et Ossam a Macedonico Olympo, inter quos montes inde ab eo tempore Peneus interfluxit, nec non Euboidem terram, ut poeta quidam ait,

... tenuis Euripi fluxus
a Bœotiæ litore separavit.

Πολυγλώχινα σίδηρον, secundum veteres, vocat tridentem Neptuni, pro eo quod est τριγλώχινα, cuspides tres habentem, sicuti etiam postea alicubi dicit, multum esse in Asia oceanum; quod ipse interpretatur verbis : « namque sinus tres evomit intus, » perinde quasi idem sit dicere oceanum multum et sinus tres ex oceano. Si qua enim, inquiunt, tria, hæc etiam multa; non tamen e contrario, si multa, necessario etiam tria; non enim id sermonis inter sese vicissim convertitur. Denotat autem, ut aiunt, veluti per ænigma, tridens qualitates tres aquarum : salsitudinem, qualis est illa maris; dulcedinem, qualis est fluminum; qualitatem inter has mediam, quæ est lacuum; quæ enim aquæ amaræ sunt et acidæ, et si qua forte alia aqua hujusmodi, non eæ sane adnumerandæ propter raritatem. Ceterum ferrum Aonium vocat, pariter ac si quis Bœotium diceret. Aones namque gens barbara, cujus sedes quondam in Bœotia, ubi Neptunus colebatur; at non optimum utique est ferrum Aonium; tale enim maxime Chalybicum esse testatum habemus, ut dicetur postea.

478. Circa Syrtim occidentalem, parvam nimirum, insulæ duæ, Meninx et Cercinna. Atque hæ etiam

---

Ud. ‖ — 2. ἰσθμὸν] εἰπόντα *Ed.* ‖ — 6. διέχουσαν *U*; ὁ μῦθος *d.* ‖ — 9. αὐτὴν *ELd*, αὐτοῦ *F*, αὐτὸν ζωννύουσαν *C.* ‖ — 10. πυιεῖ *Flm.* ‖ — 11. Ἀκάστῳ *DKLMY*, ἑκάστῳ *CEF.* Ἰοκάστου cod. Hudsoni. Cf. Diodor. 5, 8, 1, Callimach. fr. 202 Bentl., Tzetzes ad Lycophr. 732; τὸ τοῦ Αἰόλου πεδίον *Ed.* ‖ — 13. παρωνομάσθαι *U.* ‖ — 15. ἐπὶ τοιαύτῃ *U.* ‖ — 17. τοιοῦτο *U.* ‖ — 18. τινες om. *Ed.* ‖ — 23. δὲ om. *EFMUd.* ‖ — 25. ἀκτὶς *C*; ἐχώρησε *F.* ‖ — 26. ποιητής] Æschylus in Glauco Pontico, ut conj. Bernh.; δὲ om. *CK.* ‖ — 32. φησι *U.* ‖ — 37. ὁποία] οἷα *C.* ‖ — 40. ἐάν τις εἴπῃ *CDL*, ἐάν τ. εἴποι *Y.* ‖ — 44. μεμαρτ. om. *Ed.* ‖ — 45. μικρὰν] *CEcdm*, μακρὰν olim vulg. ‖ — 46. Κέρκινα *EF*, Κέρκυνα *U*, Κέρκια *d.*

δὲ γῇ καὶ αὗται λέγονται καὶ μάλιστα ἡ Μῆνιγξ, ἐν ᾗ καὶ βωμὸς Ὀδυσσέως καὶ λωτὸς πολὺς, περὶ οὗ φησιν ὁ Γεωγράφος· « δένδρον τὸ καλούμενον λωτὸν, ἔχον ἥδιστον καρπόν. » Περὶ οὗ ἱστορεῖ πολλὰ καὶ Ἀθήναιος. Γέγραπται δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν.

483. Ὅτι ἡ Διομήδεια νῆσος, ἣν οὗτος ἰφθίμου Διομήδεος νῆσόν φησι, περιφραστικῶς αὐτὴν ἐτυμολογῶν, περὶ τὴν Ἀδριάδα ἐστὶ θάλασσαν, ἐπ' ἀριστερὰ τῷ εἰσελαύνοντι πρὸς τῇ Ἰαπυγίᾳ· ἔνθα ᾤκησε Διομήδης, διωχθεὶς ἐκ τῆς πατρίδος Ἀφροδίτης χόλῳ, οἷα τρωθείσης ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ κατὰ Τροίαν πολέμῳ, καθά φησι καὶ Ὅμηρος. Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ μὲν Ποιητὴς σώφρονά τε οἶδε τὴν τοῦ Διομήδους γυναῖκα τὴν Αἰγιάλειαν, καὶ οὐδὲ διωχθῆναι τὸν Διομήδην ἱστορεῖ· ἄλλοι δὲ ἱστοροῦσιν ὡς ἡ Ἀφροδίτη ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου ἀνέπεισε τὴν Αἰγιάλειαν, ἣν καὶ κακόφρονα οὗτος καλεῖ, μιχθῆναι τῷ Σθενέλου υἱῷ Κομήτῃ. Ὑφ' ὧν καὶ ἐξωσθεὶς μετὰ τὸν νόστον ὁ Διομήδης εἰς τριλλίστους ἢ τηλίστους Ἴβηρας ἦλθε πλανήτης, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν νῆσον ταύτην. Ἔστι δὲ τὸ μὲν τριλλίστους ταὐτὸν τῷ παρ' Ὁμήρῳ πολυλίστους, ὅ ἐστι πολυλιτανεύτους, τοῦ τρία ἀντὶ τοῦ πολὺ ληφθέντος, ἀντιστρόφως τῷ πρὸ μικροῦ ῥηθέντι πολυγλώχινι· ἐκεῖ γὰρ πάλιν τὸ πολὺ ἀντὶ τοῦ τρία ἔθετο ἀριθμοῦ, ὡς προείρηται. Καὶ τοιοῦτον μὲν τὸ τριλλίστους· τὸ δὲ τηλίστους τοὺς ὑπερορίους δηλοῖ, καὶ τῆλε, ὅ ἐστι πόρρω, πρὸς τῷ ὠκεανῷ ἀπέχοντας· ἐκεῖ γὰρ ἡ ἑσπερία Ἰβηρία κεῖται. Ἄλλοι δὲ δύο ἱστοροῦσι τὰς τοῦ Διομήδους νήσους, λέγοντες καὶ ὅτι τῆς περὶ τὴν θάλασσαν ταύτην δυναστείας τοῦ Διομήδους καὶ αἱ Διομήδειαι νῆσοι μαρτύρια, καὶ ἡ παρ' Ἐνετοῖς αὐτῷ λευκὸς ἵππος, ὡς ἐρρέθη, θυόμενος. Τῶν δὲ δύο τούτων νήσων τὴν μὲν οἰκεῖσθαί φασιν, ἧς καὶ μεμνῆσθαι δοκεῖ ὁ Διονύσιος, τὴν δὲ ἔρημον εἶναι, ἐν ᾗ καὶ τὸν Διομήδην ἀφανισθῆναι λέγουσι, καὶ τοὺς ἑταίρους ἐκεῖ ἀπορνιθωθῆναι, ὡς καὶ ὁ Λυκόφρων φησίν.

488. Ὅτι πρὸς ἀνατολὰς τῆς Ἀδριάδος ὁ τῶν Ἀψύρτου νήσων ἄσπετος ὁλκὸς ἀναφαίνεται, ὃ ἔστιν αἱ Ἀψύρτιδες νῆσοι, ἃς οἱ Κόλχοι, φησὶν, ἐπέδραμον, τὰ τῆς Μηδείας ἴχνη μαστεύοντες, ἤτοι ζητοῦντες καὶ καταδιώκοντες, ὅτε τῷ Ἰάσονι κατ' ἔρωτα ἠκολούθησεν, ἣν καὶ μὴ συλλαβεῖν ἐκεῖνοι ἐξισχύσαντες, ἀλλ' εἰς κενὸν μογήσαντες ᾤκησαν ὑπ' ἀμηχανίας ἐκεῖ. Οὐ γὰρ ἦν αὐτοὺς εἰς Κολχίδα νοστῆσαι, εἰ μὴ καὶ τὴν Μήδειαν ἀνακομίσονται· οὕτω γὰρ ὁ Αἰήτης ἠπειλήσατο. Ὠνομάσθησαν δὲ Ἀψύρτιδες αἱ νῆσοι ἀπὸ Ἀψύρτου τοῦ ἀδελφοῦ Μηδείας, ὃν συνδιώκοντα ἑλοῦσα διέφθειρεν ἡ

dictæ Lotophagorum regio, et maxime Meninx ubi et ara Ulyssis et lotus multus, de quo hæc Geographus (*p.* 834) : « Arbor, quæ vocatur lotus, fructu jucundissimo. » De eodem multa commemorat Athenæus (*p.* 651), et nos scripsimus in commentariis ad Odysseam (ι, 84, *p.* 1616).

483. Diomedea insula, quam Noster fortis Diomedis insulam vocat, ut sic eam per periphrasin ab etymologia declaret, in mari est Adriatico, Iapygiam versus, ad sinistram, si quis mare illud ingreditur; ubi domicilium Diomedes habuit, patria sua expulsus, Veneris ira, quippe quæ vulnus ab eo in prœlio ad Trojam accepisset, quemadmodum narrat etiam Homerus (*Il.* ε, 31). Quod autem sciendum est, Poeta quidem Diomedis uxorem Ægialeam castam novit, neque Diomedem expulsum fuisse commemorat; verum alii tradunt Venerem, belli Trojani tempore, Ægialeæ, quam malitiosam Dionysius vocat, persuasisse, ut cum Stheneli filio Comete consuesceret; a quibus etiam post reditum Diomedes exactus, errabundus ad Iberes venerit τριλλίστους vel τηλίστους; immo vero et ad hanc ipsam insulam. Est autem τὸ τριλλίστους, *ter precibus expetitos*, idem quod apud Homerum πολυλίστους, *multis precibus expetitos*, h. e. πολυλιτανεύτους, quippe quum τρίς sumatur pro πολύ, contra quam in τῷ πολυγλώχινι, ut paulo ante dictum est. Illic enim e contrario posuit πολύ pro numero τρία, ut dictum est supra. Et hujusmodi quidem τὸ τριλλίστους. At vero τηλίστους, *longissime remotos*, significat eos qui sunt ultra fines, et τῆλε, h. e. procul, ad Oceanum distant. Ibi enim sita est Iberia occidentalis. Alii vero insulas duas Diomedis commemorant; qui etiam dicunt dominationi illi Diomedis in hoc mari testimonio esse insulas Diomedeas, et equum album qui ei, ut dictum est, apud Venetos immolabatur. Harum porro duarum insularum alteram inhabitari aiunt (*Strab.* p. 215), cujus etiam meminisse videtur Dionysius; alteram vero desertam esse, in qua et Diomedem de medio sublatum fuisse dicunt, et ejus sodales, ut Lycophron (594) ait, in aves transformatos.

488. Qua Adriaticum mare ad orientem respicit, Absyrti insularum immensus tractus apparet, h. e. Absyrtides insulæ; quas Colchi, inquit, incursarunt, Medeæ vestigia μαστεύοντες, *indagantes*, nimirum inquirentes et persequentes, quum illa Jasonem, amore ejus capta, assectabatur; quam quum illi comprehendere minime potuissent, sed frustra laboravissent, nec haberent quo se verterent, ibi ad habitandum substiterunt. Non enim iis licebat in Colchidem, nisi reportata Medea, redire; sic enim Æetes interminatus fuerat. Nominatæ autem sunt Absyrtides insulæ ab Absyrto, Medeæ fratre, quem de insequentium comi-

πολλὰ om. *Ed.* || — 8. ἐτυμολ.] ἱστορῶν *L.* || — 16. τῷ om. *Ed.* || — 18. μιχθῆναι Σθενέλῳ τῷ τοῦ Κομήτου *EM.* || — 19. εἷς τε τριλλ. *CUEd*, probante Bernhardyo; ἢ τηλ. om. *M.* || — 22. πολύλιστος ... πολυλιτάνευτος *CDKLMUY.* || — 23. πολύ] πολλά *C.* || — 24. λεχθέντι *CD.* || — 26. καὶ τὸ τοιοῦτον *C;* τοιοῦτο *U.* || — 32. μαρτύριον *MU.* || — 33. ἐρρήθη *MU* et sic ubique; νήσων τούτων *CDL.* || — 35. καὶ om. *C*, φασι ejus loco habet *L*, misso in sqq. λέγουσι. || — 36. ἀπολιθωθῆναι *L.* || — 38. πρὸς ἀν. om. *Nd;* ἀνατολῆς *C.* || — 39. ἀναπέπταται *L.* || — 44. ᾤκησαν om. *Ed.* || — 47. τοῦ add. ex *d.*

Μήδεια, μελεϊστὶ τεμοῦσα καὶ τῇ θαλάσσῃ τὰ τῶν σαρκῶν ἐπισπείρασα τμήματα. Ὅρα δὲ ὅτι τὸ ἴχνη Μηδείας ἀστείως εἶπεν, ὡς ἐπὶ διωκομένου καὶ ἰχνηλατουμένου θηρός. Ἔστι δὲ οὕτω καὶ σεμνὸς ὁ λόγος· λεληθότως γὰρ ὡς θηριώδη σκώπτει αὐτὴν ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ ἀδελφοῦ. Σημείωσαι δὲ καὶ τὸ ὁλκός ἐπὶ νήσων λεχθέν· ὥστε οὐ μόνον ἐπὶ ὄφεων οὐδὲ ἐπὶ ὕδατος μόνου κεῖται ἡ λέξις.

492. Ὅτι μετὰ τὰ Κεραύνια δρυμὰ πρὸς νότον αἱ τῶν Ἀμβρακιέων φαίνονται νῆσοι καὶ ἡ λιπαρὰ Κέρκυρα, φίλον πέδον Ἀλκινόου τοῦ κατὰ τὰς ἱστορίας ἐκεῖ μεγαλωνύμως βασιλεύσαντος· ἐφ' ᾗ, τουτέστι μεθ' ἣν Κέρκυραν, τὸ τῆς Ἰθάκης ἕδος ἑστήρικται, ἣν καὶ Νηρικίην λέγει, οὐχ ὡς Νήρικον ἔχουσαν ὄρος κατά τινας· ἐκεῖνο γὰρ ὁ ποιητὴς Νήριτον λέγει διὰ τοῦ τ· ἀλλ' ὡς ἠπειρωτικήν. Τῆς ἠπείρου γὰρ πόλις καὶ τὸ Νήρικον, ἡ λεγομένη Λευκάς, ὡς ἐν τῷ τῆς Ὀδυσσείας ω τῷ μεγάλῳ εἴρηται, διὰ τοῦ κ γραφόμενον· εἰ καί τις Λούπερκος, ἀνὴρ παλαιὸς, ὡς οἱ Σχολιασταὶ λέγουσι, διὰ τοῦ τ γράφει καὶ τὴν τοιαύτην πόλιν ὁμωνύμως τῷ Ἰθακησίῳ ὄρει. Οἱ Ἀμβρακιεῖς δὲ ἠπειρωτικὸν καὶ αὐτοὶ ἔθνος· οὕτω δὲ λέγονται ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου θυγατρὸς ἢ ἀπὸ Ἄμβρακος υἱοῦ Θεσπρωτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ κόλπος Ἀμβρακιωτικὸς, καὶ πόλις Ἀμβρακία, ὡς ἀπὸ Θεσπρωτοῦ ἡ Θεσπρωτία χώρα. Τὸ δὲ Ἄμβραξ εἰσὶν οἳ ἀρχαϊκώτερον διὰ τοῦ π γράφουσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν χώραν Ἀμπρακίαν, ὡς καὶ τὰς νήσους τὰς Βρεττανικὰς Πρεττανικάς· πλείων δὲ ἡ διὰ τοῦ β γραφή. Λιπαρὰν δὲ τὴν Κέρκυραν λέγει διὰ τὸ πολύκαρπόν τε καὶ εὔκαρπον, ὅπερ ἐμφαίνει καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ ὁ Ποιητής. Τὰ δὲ παλαιὰ σχόλια καὶ πολλὰ δὲ τῶν ἱστοριῶν ἀντίγραφα ἐμφαίνουσιν ἀμφιβόλως ἔχειν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὴν τῆς νήσου ταύτης γραφήν· λέγεσθαι γὰρ καὶ διὰ τοῦ ο μικροῦ Κόρκυραν. Κορινθίων δέ ἐστι κτίσμα ἡ Κέρκυρα, καὶ ηὐξήθη ποτὲ, καὶ πολλὰς πόλεις καὶ νήσους ᾤκισε, καὶ ναυτικὸν ἔσχε πολὺ, ὥστε καὶ ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ οἱ Κερκυραῖοι ναῦς ἑξήκοντα ἐπλήρωσαν, ὅταν τὸ ἀμφίβολον τοῦ πολέμου εὐλαβούμενοι οὔτε τῷ Ξέρξῃ οὔτε τῇ Ἑλλάδι ἐβοήθησαν, ἀλλὰ τὴν βοήθειαν ἀνεβάλλοντο. Ἠρημώθη δὲ αὖθις, ὡς καὶ εἰς τοιαύτην παροιμίαν πεσεῖν, « ἐλευθέρα Κέρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις. » Δύο δὲ Κέρκυραι, ἥ τε Φαιακὶς, πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, περὶ ἧς καὶ τῷ Διονυσίῳ νῦν ὁ λόγος, ἡ καὶ Φαιακία καλουμένη καὶ Σχερία καὶ Δρέπανον καὶ Ἄργος· καὶ αὕτη

tatu Medea comprehensum truncavit membratimque dissecuit, carniumque frusta mari dispersit. Vide vero quam lepide *vestigia* Medeæ dixerit, quasi de fera, quam venatores insequantur atque vestigent. Est autem hinc etiam magnifica oratio; latenter enim notat eam veluti ferinam, propter cædem fratris. Observa etiam ὁλκός dictum de insulis, ita ut non de serpentibus tantum neque de sola aqua hæc vox usurpetur.

492. Post Ceraunios saltus ad austrum Ambraciensium insulæ apparent, pinguisque Cercyra, carum solum Alcinoi, qui, si qua fides historiis, magna ibi nominis celebritate regnavit : ἐφ' ᾗ, i. e. post quam Cercyram, fixa firmataque stat Ithacæ sedes, quam et Nericiam vocat, non quasi a Nerico ibi monte, ut volunt nonnulli (illum enim montem Poeta Neritum dicit per *t*), sed quasi Epiroticam. Epiri namque oppidum Nericum, quæ nunc Leucas, ut dictum est ad librum XXIV (*v.* 376 p. 1964) Odysseæ, scripto hoc nomine per x; tametsi Lupercus nescio quis, scriptor vetustus, ut scholiastæ aiunt, hoc quoque oppidum per *t* scribat, sicuti montem Ithacæ. Ambracienses porro, gens et ipsi Epirotica, ita appellati aut ab Ambracia, Augeæ filia, aut ab Ambrace, Thesproti filio, a quo etiam sinus Ambracioticus, et urbs Ambracia, ut a Thesproto Thesprotia regio. Sunt tamen qui Ambrax, affectato vetustatis more, scribant per *p*, ac propterea regionem ipsam *Ampraciam*, pariter atque Britannicas insulas scribunt *Prettanicas*; frequentior tamen scriptura est per *b*. Pinguem vocat Cercyram a copia et bonitate fructuum, quod Poeta quoque in Odyssea indicat. Vetusta tamen scholia multique historiarum codices ostendunt ambigue sese apud veteres habere insulæ hujus scripturam; dici namque etiam *Corcyram*, per o. Ædificata autem est a Corinthiis Cercyra, magnumque olim incrementum accepit, et urbes complures atque insulas missis coloniis frequentavit, multasque copias navales habuit, ita ut in Persico bello Cercyræi sexaginta naves instruxerint, quum ancipitem belli fortunam veriti neque Xerxi, neque Græciæ auxiliati sunt, sed auxilia distulerunt. Verumtamen desolata rursus est ita, ut in proverbium hujuscemodi abierit : « Libera Cercyra, cacato ubi velis. » Cercyræ porro duæ, altera Phæacis, ad sinum Ionium, de qua sermo nunc etiam Dionysio, quæ et Phæacia vocata et Scheria et Drepanum et Argos. Atque hæc quidem una. Altera vero

---

μελιστὶ *C*; καὶ om. *d*. || — 2. ἐπισπείρουσα *E*. || — 7. ὥστε] ὡς *E*; ὕδατος μόνον *CDL*. || — 10. Ἀμπρ. *Ed*, Ἀμβρ. cett.; Ἀμβρακιαίων *C*, Ἀμβρακίων *F*. || — 17. λεγομένη om. *Ed*. || — 19. « Λούπερκος (Λοῦπέρ *d*) ap. Steph. Byz. v. Νήρικος; sed si quidem οἱ σχολιασταί accurate dictum est, deprompsit Eustathius, quæ Holstenii quoque fuit sententia, hæc quæque significat in vs. 498, e vetustis Dionysii commentatoribus. » Bernh. || — 23. Αὐγίου *d*, Αὐγένου *M*. || — 27. ἀρχαιότερον *Ed*. || — 29. Βρετταν. Πρεττανικὰς *EMU*, Βρεταν. Πρεταν. cett. || — 33. δὲ ante τῶν om. *F*; τῶν om. *DEFKL*, ἱστορῶν *d*, ἱστορικῶν *C*. || — 35. μικροῦ addidi ex *FU*; Κόρκυρα *F*. || — 37. ᾤκησε *Ed*. || — 41. ἀνεβάλοντο codd., exc. *CEd*. || — 42. ἠρημέθη *C*, ἐρημώθη *F*. || — 43. πέζ' *KMU*. || — 44. Ἰωνίῳ et mox Ἰωνίου *d*. || — 45. καὶ ante Φαιακ. om. *CDLY*. || —

μὲν μία· ἑτέρα δὲ Κέρκυρα ἐντὸς τοῦ Ἰονίου, διὰ τοῦ ο μάλιστα λεγομένη Κόρκυρα, ἡ καὶ Μέλαινα καλουμένη. Δύο δὲ λιμένας ἡ Φαιακὶς ἔχει, ὧν θάτερος Ἀλκινόου λέγεται. Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Κερκυραῖοι παράτισι καὶ Κέρκυρες λέγονται, ὡς καὶ Ἴλλυρες οἱ Ἰλλυριοὶ, καὶ οἱ Ἀσσύριοι Ἄσσυρες, καὶ οἱ θεράποντες θέραπες, ὡς ὅτε Αἰλιανὸς λέγει, « λέγουσι δὲ καὶ οἱ προφῆται καὶ θέραπες τῶν θεῶν. » Εὕρηνται δὲ καὶ οἱ πολύπσδες λεγόμενοι πώλυπες.

496. Ὅτι Χαλκὶς ὄρος ἐστὶν Αἰτωλίας, ἀφ' ἧς ὁ Ἀχελῷος ἕρπει δίναις ἀργυρέαις. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Χαλκίδες, ὄρη δηλοῦσαι ἢ πόλεις, οἷον καὶ ἡ κατὰ Εὔβοιαν, ὡς καὶ πρὸ βραχέων ἐρρέθη πλατύτερον, καὶ ἡ Θρᾳκικὴ, ἣ καὶ μέχρι νῦν σώζει τὸ ὄνομα.

498. Ὅτι βορειότεραι νῆσοι Κρήτης πρὸς ζόφον (οὕτω γὰρ ὁ τῆς ἱστορίας συντάσσεται νοῦς) Αἴγυλα, Κύθηρα, Καλαύριά τε τραχεῖα· Κάρπαθος δὲ ἑτέρωθεν, πρὸς ἀνατολὰς δηλαδή. Ἐγγὺς δ' αὐτῆς ἡ Κρήτη, ἣν ἐγκωμιάζων φησί· « Κρήτη τιμήεσσα, τιθήνη Διὸς, ἧς τὸ μέγεθος περιώσιον, ἤτοι μέγα, πολλή τε λιπαρά τε καὶ εὔβοτος. » Ὑπὲρ ἧς ἡ Ἴδη, ὄρος ἐγχώριον, ἀφ' ἧς ἡ Τρωϊκὴ Ἴδη ὠνόμασται, ὡς τῷ Γεωγράφῳ δοκεῖ· ἣν καὶ ἐπαναλαβὼν ὁ Διονύσιος ὡς ἀξίαν λόγου φησίν· « Ἴδη καλλικόμοισιν ὑπὸ δρυσὶ τηλεθόωσα. » Πολύδενδρον γὰρ τὸ ὄρος καὶ μεγαλόδενδρον. Κρήτη δὲ λέγεται, ὡς οἱ παλαιοί φασιν, ἀπὸ τῶν ἐκεῖ οἰκησάντων Κουρήτων, οἱονεὶ Κουρήτη, καὶ ἐν συγκοπῇ Κρήτη. Οἱ δὲ ἀπὸ Κρητός τινος αὐτὴν Κρήτην ὠνόμασαν υἱοῦ τοῦ Διός. Ἀρριανὸς δέ φησι· « Κρὴς, οὗ Κρήτη ἐπώνυμος, ὁ τὸν Δία κρύψας ἐν ὄρει Δικταίῳ, ὅτε Κρόνος ἐμάστευεν ἐθέλων ἀφανίσαι αὐτόν. » Ἀρχίας δέ τις, ὡς λέγεται, Κρεήτην αὐτὴν ὠνόμασε, πλεονασμῷ τοῦ ε. Τῶν δὲ συμμνημονευθεισῶν ἐνταῦθα τῇ Κρήτῃ τεσσάρων νήσων, Αἴγυλα μὲν οὐκ ἠξίωται πολλοῦ λόγου τοῖς παλαιοῖς, τὰ Κύθηρα δὲ νῆσός ἐστι πρὸς τῇ Κρήτῃ, φυλάττουσα καὶ εἰσέτι τὴν κλῆσιν, δοκοῦσα αἰτία εἶναι τοῦ τὴν Ἀφροδίτην καλεῖσθαι Κυθέρειαν κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον, λέγοντος Κυθέρειαν τὴν Ἀφροδίτην λέγεσθαι, διότι προσεπέλασε Κυθήροις. Ἐκαλεῖτο δὲ, φασὶ, καὶ Πορφύρουσά ποτε, διὰ τὸ καλλίστας ἔχειν πορφύρας. Ὠνόμασται δὲ, φασὶν, ἀπὸ Κυθήρου τοῦ Φοίνικος. Τὴν δὲ Καλαύριαν νῆσον οἱ παλαιοὶ σχολιασταὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς τῶν Καλαβρῶν χώρας, τῆς τῷ κανόνι τῶν χωρῶν παροξυνομένης, προπαροξύνουσι, Καλαύριαν

Cercyra intra Ionium, dicta maxime Corcyra per o, et Melæna eadem vocata. Ceterum Phæacis portus habet duos, quorum alter Alcinoi appellatur. Quod autem sciendum est, Corcyræi apud quosdam dicti etiam Cercyres, ut et Illyrii Illyres, et Assyrii Assyres, itemque οἱ θεράποντες θέραπες, ut quum Ælianus ait : « Dicunt etiam prophetæ et θέραπες (*ministri*) deorum. » Præterea etiam οἱ πολύποδες dicti reperiuntur πώλυπες.

496. Chalcis mons est Ætoliæ, unde Achelous vorticibus serpit argenteis. Sunt etiam aliæ Chalcides, quo quidem nomine montes aut urbes significantur, ut Chalcis illa Euboica, sicuti paulo ante fusius dictum est, itemque Thracica, quæ etiam nunc nomen servat.

498. Insulæ sunt Creta magis boreales ad occasum (hæc est enim, quod ad sensum attinet, narrationis hujus structura), Ægyla, Cythera asperaque illa Calauria; Carpathus vero ab altera parte, nimirum ad ortum, et prope eam Creta, cujus quidem laudes celebrat illis verbis : « Creta honorata nutrix Jovis, cujus amplitudo περιώσιος, i. e. magna; ingensque illa et pinguis, bonis pascuis prædita, super quam Ida, mons ejus insnlæ, unde Trojana illa Ida, ut Geographo (*p.* 604) videtur, nomen accepit. Atque hanc sane, ut memorabilem, per repetitionem nominis ita commendat Dionysius : « Ida pulchra quercuum coma florens » ; multas enim mons ille magnasque arbores habet. Creta autem dicitur, ut veteres aiunt, a Curetibus, qui ibi incoluerunt, quasi Cureta, et per syncopen Creta. Verum alii Cretam nominant a Crete, filio Jovis. Arrianus vero, « Cres, inquit, a quo Creta denominata, is, qui Jovem in Dictæo monte occultavit, quum eum Saturnus interimendi ejus causa quæreret. » Archias tamen quidam, ut fertur, Κρεήτην eam, pleonasmo literæ ε, nuncupavit. Quatuor autem quum hoc loco insulæ simul cum Creta commemorentur, de Ægylis non multus apud veteres sermo est, Cythera vero insula est ad Cretam, quæ id nominis etiamnunc servat, eaque videtur fuisse in causa, cur Venus Cytherea vocaretur, secundum fabulam Hesiodi (*Theog.* 198), qui Venerem Cytheream dictam testatur propterea quod ad Cythera appulisset. Eam quoque insulam vocatam olim ferunt Porphyrusam, eo quod pulcherrimas purpuras haberet. Nominatam autem eam aiunt a Cythero, Phœnicis filio. Calauriam insulam veteres scholiastæ voce efferunt proparoxytona, Καλαύριαν legentes ad regionis Calabrorum distinctionem, quæ pro regionum regula acuitur in penultima, quum sic tamen servent scri-

3. ὁ θάτερος *CDL.* || — 5. καὶ om. *CDLY;* Ἀσύριοι Ἄσυρες *EFMUd.* || — 7. καὶ Αἰλιανὸς *U.* Laudari videtur scriptum De providentia. || — 8. δὲ ὡς οἱ *DL.* || — 9. πόλυπες *CDLY*, πόλιπες *d.* V. Stephan. Thes. v. πώλυψ. || — 10. ἐστὶν ὄρος *d;* τῆς Αἰτωλίας *C.* || — 13. ἐρρήθη *MU.* || — 14. καὶ ἡ] ἡ καὶ *E*, ἡ om. *F;* ἣ μέχρι *d*, καὶ μέχρι *C.* || — 16. Αἴγιλλα *EFMU.* || — 17. Καλαβρία *CEFLUYdm.* || — 21. τὸ ὄρος *C*, ὑπὲρ ἣν Ἴδη ὄρος *L.* || — 23. ὡς om. *C.* || — 24. καλλικόμοις *EMU.* || — 28. Κρήτην αὐτὴν *U.* || — 29. τοῦ om. *d.* || — 31. Ἀρχίας δέ τις] Ἀρχίλοχος ap. Stephan. Byz. v. Κρήτη. || — 32. Κρεῆτιν *KMU.* || — 33. πλεονάσας τὸ ε *L;* μνημονευθεισῶν *EUd.* || — 34. νήσων τεσσάρων *Ed;* Αἴγυλλα *EFYd*, Αἴγιλλα *M.* || — 35. ἠξίωνται *d.* || — 36. εἰσάρτι *F* et pr. m. *MY* aliique plurimi, ut videtur. || — 38. τὸν τοῦ Ἡσιόδου *CD.* || — 41. ὠνόμασται *CEFKLMY*, ὠνομάσθαι cett.; φησὶν *C.* || — 42. Καλαβρίαν *CDEY.* || — 45. Καλαβρίαν *CDL.*

ἀναγινώσκοντες, τὴν τοῦ ἰῶτα μέντοι καὶ οὕτω φυλάσσοντες γραφήν. Καὶ οὐδὲ διὰ τοῦ β γράφουσι ταύτην, ἀλλὰ διὰ τῆς αυ διφθόγγου ἐν τῇ προπαραληγούσῃ. Λέγουσι δὲ κύκλον ἔχειν ταύτην τὴν νῆσον σταδίων λ′, πορθμῷ τετρασταδίῳ διεστῶσαν τῆς ἠπείρου. Εἶτά φασι μετ' αὐτὴν εἶναι τὸν ἀνωτέρω μνημονευθέντα Σαρωνικὸν κόλπον, οὗ πρόκειται ἡ Αἴγινα, τοῦ Μυρτῴου ἤδη αὐτὴ πελάγους οὖσα, ὡς καὶ τὰ Κύθηρα καὶ ἡ Καλαύρια καὶ ἡ Σαλαμίν. Ἔχειν δέ φασι καὶ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἄσυλον τὴν Καλαύριαν ταύτην νῆσον, διὸ καὶ τὸν Δημοσθένην ἐκεῖ φυγόντα σταλεὶς ὁ Ἀρχίας ὑπ' Ἀντιπάτρου οὐκ ἐβιάσατο, ἀλλὰ πείθειν ἐπειράθη· εἰ καὶ μὴ ἐπείσθη ἐκεῖνος, ἀλλὰ τοῦ ζῆν ἐκὼν ἑαυτὸν παρέλυσεν. Ἡλλάξατο δὲ, φασὶν, ὁ Ποσειδῶν τὴν Καλαύριαν ταύτην πρὸς τὴν Λητὼ, ἀντιδοὺς τὴν Δῆλον, ὥσπερ καὶ τὴν Πυθὼ ἀντιδοὺς ἔσχε τὸ Ταίναρον. Ὅθεν καὶ λόγος παροιμιώδης ἐπὶ τῶν ἴσα ἀνθαιρουμένων καὶ ἀντικαταλλασσόντων ὡς αὐτοῖς βουλητόν,

Ἴσόν τοι Δῆλόν τε Καλαύριάν τε νέμεσθαι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα.

Τῇ δὲ Καρπάθῳ λυμήνασθαί ποτέ φασι τοὺς λαγωοὺς, κακὸν γενομένους ἐπακτὸν ἔξωθεν, ὡς καὶ ἡ παροιμία δηλοῖ ἡ λέγουσα, « ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών. » Κρήτης δὲ πόλεις μέγισται, καθὰ καὶ προγέγραπται, Γόρτυνα, Κυδωνία καὶ Κνωσσὸς, βασίλειον Μίνωος, ἥτις καὶ Καίρατος ἐκαλεῖτο, ὁμωνυμοῦσα ποταμῷ τινι παραρρέοντι. Μίνως δὲ πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημέρωσε νόμοις καὶ πολιτείαις καὶ πόλεων συνοικισμοῖς. Εἴρηκε δὲ περὶ αὐτῆς καὶ Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσείᾳ, καὶ γέγραπται ἐκεῖ ὅσα ἔδει. Ἰστέον δὲ ὅτι ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, βορειότεραι νῆσοι Κρήτης, βορειότεραι Ἀμνισοῦ εἶπεν ὁ Περιηγητὴς, ἀπὸ μέρους δηλώσας τὸ ὅλον. Μέρος γάρ τι Κρήτης ὁ Ἀμνισὸς, ἔνθα καὶ σπήλαιον Εἰληθυίας, ὡς ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ ὁ Ποιητὴς ἱστορεῖ.

504. Ὅτι ἀντικρὺ τῆς Αἰγυπτίας πέζης, ἤγουν τῆς τοῦ Δέλτα βορείας κρηπῖδος ἢ στάσεως ἢ βάσεως, ἡ Ῥόδος κεῖται, ἧς ὁ κύκλος σταδίων ἐστὶν ἐννεακοσίων εἴκοσι. Περὶ ἣν πόλις Λίνδος, ἡ καὶ μέχρι νῦν περιᾳδομένη, ἀφ' ἧς πλοῖα Λινδικὰ, ἔτι δὲ καὶ Ἰηλυσυὸς, καὶ Κάμιρος διὰ τοῦ ι γραφομένη πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κυρίου· ὁ γὰρ Κάμειρος τὸ κύριον διὰ διφθόγγου γράφεται (510, 511). Μεθ' ἣν πρὸς ἀνατολὰς ἐν ἀρχῇ τῆς τῶν Παμφυλίων παραλίας, ἔνδον τῆς τῶν Πατάρων μεγάλης ἄκρας, αἱ Χελιδονίαι τρεῖς νῆσοι κεῖνται, πάρισοι τὸ μέγεθος, διέχουσαι ἀλλήλων ὅσον πέντε σταδίους, τῆς δὲ γῆς ἀφεστηκυῖαι ὡς

pturam per ι; neque hanc Καλαύριαν scribunt per β in antepenultima, sed per diphthongum αυ. Aiunt (*Strab. p.* 373) porro hanc insulam ambitu esse stadiorum triginta, eamque a continente distare freto quatuor stadiorum. Deinde post eam aiunt esse sinum Saronicum, cujus supra meminimus, ante quem jacet Ægina, quæ jam est maris Myrtoi, sicuti etiam Cythera et Calauria et Salamin. Præterea vero aiunt Calauriam hanc insulam Neptuni fanum pro asylo habuisse, quare etiam Demostheni, quum eo confugisset, missum ab Antipatro Archiam nequaquam vim intulisse, sed persuadere conatum fuisse, tametsi ille non sibi persuaderi passus fuerit, sed ultro ipse sibi mortem consciverit. Fertur etiam Neptunus Calauriam hanc cum Latona Delo permutasse, quam pro Calauria dedit, sicuti etiam Tænarum accepit, data pro Tænaro Pythone. Unde trita illa in proverbii modum carmina de iis, qui par pari arbitratu suo inter sese commutant :

Par habitare tibi Delumque Calauriamque
Pythonemque sacram, pulsataque Tænara ventis.

Carpatho porro narrant nocumento olim lepores fuisse, malum aliunde eo importatum, ut declarat id quod est in adagio : « Carpathius leporem. » Cretæ urbes maximæ, ut etiam supra scriptum est, Gortyna, Cydonia et Cnossus, Minois regia, quæ Cæratus quoque est appellata, cognominis amnis cujusdam præterfluentis. Minos primus insulam legibus civilibus institutis incolisque in urbes cogendis mansuefecit. Ceterum de Creta Homerus quoque locutus est in Odyssea (γ, 291), ibique a nobis quæ ab re essent scripta sunt. Sciendum autem est Periegetam pro « insulæ magis septentrionales Creta » dixisse, « magis septentrionales Amniso, » ut ita ex parte totum significaret. Pars enim quædam Cretæ Amnisus, ubi et spelunca Lucinæ, ut Poeta narrat in Odyssea (τ. 188).

504. Ex adverso Ægyptiæ πέζης, *plantæ veluti pedis*, nimirum crepidinis sive firmamenti sive basis, septentrionalis τοῦ Delta, Rhodus sita est, cujus ambitus stadiorum est nongentorum et viginti. In ea urbs Lindus, etiam nunc percelebrata, a qua naves Lindicæ. Ac præterea Ialyssus ac Κάμιρος, quæ vox scribitur per ι, ad differentiam nominis proprii; siquidem ὁ Κάμειρος nomen proprium scribitur per diphthongum. Post hanc ad ortum, initio maritimæ oræ Pamphyliorum, intra magnum Patarorum promontorium, Chelidoniæ tres insulæ positæ sunt, pari inter sese magnitudine, atque inter sese stadiis fere quinque

---

3. παρακαταληγούσῃ codd., exc. *Ed.* || — 4. τὴν νῆσον ταύτην *Ud.* || — 6. μετ' αὐτὸν *CDL.* || — 13. πεισειν *Cd*, πειθειν cett. || — 23. καὶ om. *U.* || — 24. λαγώ *MU.* || — 26. βασίλεια *d*; Κέρατος *EFMd*; καὶ quod est ante h. v., om. *d.* || — 29. συνοικισμῷ *Ed.* || — 31. καὶ ἐκεῖ *CL.* || — 34. τι om. *d*; τῆς Κρήτης *CDL*; Ἀμνησός *FU.* || — 35. τῇ om. *EUd.* || — 36. Αἰγύπτου *Ed.* || — 37. ἢ βάσεως ἢ στάσεως *d.* || — 38. ἐστὶ ξ′ *C.* || — 39. πόλις om. *d.* || — 40. δὲ post ἔτι om. *U.* || — 41. Κάμειρος *d.* || — 45. Χελιδονίαι *Ed*, Χελιδόνιοι *C*, Χελιδόνιαι vulgo. V. Meineke ad Steph. v. Χελιδόνιοι. De re v. Strabo p. 666, quem Noster pro more

ἑξαστάδιον. Ἀφ' ὧν οἴονταί τινες ἄρχεσθαι τὸ ἀδόμενον ὄρος τὸν Ταῦρον, ἀρχόμενον τῇ ἀληθείᾳ ἀπὸ τῆς τῶν Ῥοδίων περαίας. Ἰστέον δὲ ὅτι Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου προσῳδίᾳ Χελιδονιαί ἀναγινώσκει ὀξυτόνως, ὡς πυρκαϊαί. Πάταρα δὲ κτίσμα Πατάρου, πόλις μεγάλη, περὶ ἧς προεγράφη πλατύτερον. Ἡ δὲ Ῥόδος ἄλλα τε ἔσχε θαυμαστὰ καὶ τὸν τοῦ Ἡλίου δὲ κολοσσὸν, Χάρητος ἔργον, ἀνδρὸς Λινδίου, πήχεων ἑβδομήκοντα· καὶ ἦν καὶ αὐτὸς ἓν τῶν ἑπτὰ θεαμάτων, ὃς ἔπεσε σεισμῷ κλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα εἶχεν ἡ Ῥόδος ἀγάλματα, ὧν τὸ τεχνικὸν καὶ μικροῦ δεῖν ἔμψυχον αἰνιττόμενοι οἱ τεχνῖται ἁλύσεσιν ἐδέσμουν αὐτὰ, μὴ καὶ λάθοιεν τάχα κινηθέντα μεταστῆναί που ἀλλαχοῦ. Εἰ δὲ χρὴ τὴν νῆσον ταύτην οὐ μόνον τῷ μεγίστῳ κολοσσῷ σεμνῦναι, ἀλλὰ καὶ σμικροτάτῳ τινὶ ἐπᾶραι ἀναθήματι· ἐκεῖ γὰρ καὶ ὁ καλὸς πέρδιξ ἦν, τὸ τοῦ Πρωτογένους ὑμνούμενον πάρεργον. Διὰ δὲ τὸν ἀνωτέρω ῥηθέντα μέγαν κολοσσὸν καὶ Κολοσσαεῖς ὡς ἐκ μεγάλου παρασήμου ἐκαλοῦντο οἱ Ῥόδιοι. Λέγεται δὲ καὶ ναύσταθμα ἔχειν ἡ Ῥόδος κρυπτὰ καὶ ἀπόρρητα τοῖς πολλοῖς, καὶ τῷ κατοπτεύσαντι αὐτὰ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. Ἐκλήθη δέ ποτε, φασὶν, Ὀφίουσα· εἶτα Τελχινὶς, διὰ τοὺς ἐκ Κρήτης Τελχῖνας οἰκήσαντας ἐκεῖ, ἄνδρας γόητας καὶ βασκάνους. Καίτοι τινὲς μάτην δυσφημηθῆναι τούτους φασί· βασκανθῆναι γὰρ μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων αὐτοὺς, ἀρίστους ὑπάρξαντας ἐργάτας χαλκοῦ καὶ σιδήρου, οἳ καὶ τὴν ἅρπην τῷ Κρόνῳ ἐδημιούργησαν. Ὁ δὲ Γεωγράφος φησὶ καὶ ὅτι πλεύσαντες οἱ Ῥόδιοι μέχρις Ἰβηρίας ἔκτισαν ἐκεῖ πόλιν Ῥόδον.

distantes, remotæ vero a terra stadiis circiter sex; a quibus quidam putant initium ducere percelebrem illum montem Taurum, quum ejus revera initium ducendum sit ab ea maritima ora, quæ est e regione Rhodiorum. Sciendum autem est Herodianum in Prosodia universali legere Χελιδονιαί, voce oxytona, ut πυρκαϊαί. Patara ædificata a Pataro, urbs magna, de qua supra fusius scriptum est. Ceterum Rhodus tum alia admiranda habuit, tum etiam colossum illum Solis, opus Charetis, hominis Lindii, cubitorum septuaginta. Atque ipse quoque unum fuit de septem mundi spectaculis, qui, fractis terræ motu genibus, cecidit. Sed et multas alias Rhodus statuas habuit, quarum ut singulare artificium perfectamque vitæ similitudinem artifices indicarent, catenis eas ligaverant, ut ne forte sese ipsæ clam, demigrandi alio causa, moverent. Quod si insulam hanc non maximo modo colosso commendare, sed etiam quam minimo donario extollere oportet, pulchra ibi perdix fuit, percelebrata appendix atque auctarium picturæ Protogenis. Verumtamen propter magnum illum colossum, quem diximus supra, Rhodii, veluti a magno insigni, sunt etiam Colossaenses appellati. Dicitur etiam Rhodus navalia occulta vulgoque arcana habuisse, et, si quis ea introspexisset, id ei capitale fuisse. Fertur etiam vocata ea olim fuisse Ophiusa, deinde Telchinis, propter Telchines illos Cretenses, qui domicilium ibi habuissent, homines maleficos, qui præstigiis atque fascinationibus uterentur; tametsi aliqui eos homines infamia temere notatos fuisse affirment; eos enim potius ab ejusdem artis æmulis per calumniam atque invidiam fascinatos fuisse, quum optimi ipsi essent æris ferrique artifices, qui et falcem Saturno sunt fabricati. Geographus (*p.* 654) autem scribit, Rhodios, quum in Hispaniam usque navigassent, urbem Rhodum ibi ædificasse.

508, 509. Ὅτι ἡ Κύπρος οὐδεμιᾶς νήσου λειπομένη τῇ ἀρετῇ τῷ Παμφυλίῳ καὶ τῷ Ἰσσικῷ κλύζεται κόλπῳ, ἧς οὐδεμία ἔτι ἀνατολικωτέρα νῆσός ἐστι. Λέγει δὲ αὐτὴν Ἀφροδίτης ἄστυ ἐπήρατον, ὡς καὶ τὴν Σαμοθράκην Κορυβάντιον ἄστυ, μικροπρεπῶς μὲν, οὐ γὰρ μεγαλόφωνον τὸ τὴν τοσαύτην νῆσον εἰπεῖν ἄστυ, ἀκολούθως δ' οὖν τῷ μύθῳ, διὰ τὴν ἐκεῖ τῆς Ἀφροδίτης μάλιστα διατριβήν. Ἄθυρμα γὰρ ἦν ἡ νῆσος τῇ δαίμονι, ἀφ' ἧς καὶ Κύπρις παρωνόμασται· τοῦτο δὲ διὰ τὴν τῶν ἐκεῖ μαχλοσύνην καὶ τὸ ἐπαφρόδιτον. Τινὲς δέ φασι Κύπρον κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου υἱοῦ Κινύρου, ἢ ἀπὸ ἄνθους ἐκεῖ πολλοῦ φυομένου, κύπρου καλουμένου. Οἱ δὲ Κρύπτον ποτὲ κληθῆναι αὐτὴν λέγουσι, διὰ τὸ κεκρύφθαι ὑπὸ θαλάσσης· ὅπερ καὶ περὶ Δήλου μυθεύεται, καὶ περὶ Ῥόδου δὲ κατὰ Πίνδαρον. Ὅτι δὲ καὶ Σφήκεια ἐκλήθη ποτὲ καὶ

508, 509. Cyprus, præstantia nulli alteri insularum secunda, Pamphylio Issicoque sinu alluitur, qua nulla insula magis recedit ad orientem. Eam autem vocat urbem Veneris amabilem, pariter atque Samothraciam Corybantium urbem, parum quidem decore (non enim magniloquæ orationis est, insulam tantam civitatem dicere), sed ut consentaneum est fabulæ, propterea quod ibi maxime Venus est commorata. Erat enim hæc insula deæ in deliciis, a qua et Cypris ea est denominata, idque propter impudicitiam ac delicias insulanorum. Ceterum quidam aiunt vocatam eam esse Cyprum a Cypro, Cinyri filio, vel a flore cypro, quem nominant, copiose ibi proveniente. Verum alii vocatam eam olim fuisse aiunt Cryptum, διὰ τὸ κεκρύφθαι, eo quod abdita fuisset mari: quod etiam in fabulis fertur de Delo, itemque de Rhodo, secundum Pindarum (*Ol.* 7, 9). Sed et Spheciam et

---

suo exscribit. ‖ — 6. καὶ Ῥόδος *U*. ‖ — 8. δὲ om. *d*; Χάριτος *E*, Χάρος *d*. ‖ — 9. ἦν αὐτὸς. ‖ — 13. ἁλύσεσιν] « Deprompta hæc sunt e schol. Pindar. Olymp. 7, 95. » Bernh. ‖ — 17. γὰρ om. codd., exc. *d*. De re vid. Strabo p. 652. ‖ — 22. τὴν om. *CDL*, ‖ — 23. φασιν om. *Ed*; καὶ Ὀφ. *d*; Ὀφιοῦσα *E*, Ὀφίουσσα codd. Stephani v. Ῥόδος. ‖ — 24. ἐκ τῆς Κρ. *L*. ‖ — 30. μέχρι *d*. ‖ — 32. τῷ ante Ἰσσ. om. *CUd*. ‖ — 33. ἔτι om. *d*; νῆσος ἔτι ἀνατ. ἐστί *ENa*, νῆσος ἀνατ. *d*. ‖ — 36. γὰρ om. *d* τὸ om. *C*. ‖ — 37. δ' om. *d*; μάλιστα τῆς Ἀφρ. *C*. ‖ — 38. ἦν om. *DL*, ἡ om. *C*. ‖ — 39. ἐπαφροδ.] In hanc vocem desinit codex *a* sive Barberinus 144. ‖ — 42. Κιννύρου *E*. Rectius haud dubie in Stephano Byz. v. Κύπρος legitur: ἐκλήθη ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου. ‖ — 44. διὰτὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θ. Stephanus. ‖ — 46. καὶ om. *DL*.

Κεραστία, ὁ Λυκόφρων δηλοῖ. Ὀλβιώτατοι δὲ νησιωτῶν οἱ Κύπριοι. Λέγονται δέ ποτε θαλαττοκρατῆσαι καιρόν τινα καὶ αὐτοί. Κύκλος δὲ ταύτης τῆς νήσου στάδια ,γυκ' τοῖς κατακολπίζουσι. Πολλαχοῦ δὲ καὶ ἰσθμοὺς ποιεῖ, διὰ τὸ τοῦ σχήματος ἑτερόμηκες.

506, 507. Ὅτι πρόσθεν Σουνιάδος κορυφῆς, ἐφύπερθεν ἢ ὑπένερθεν τῶν Ἀβάντων, φαίνονται Σαλαμίς τε καὶ Αἴγινα. Δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι ταὐτὸν ἐνταῦθα δηλοῖ καὶ τὸ ἐφύπερθεν Ἀβάντων καὶ τὸ ὑπένερθεν, ἵνα λέγῃ δι' ἀμφοῖν τὸ νοτιώτερον· ὅπερ εἰ καὶ ὑπένερθέν ἐστιν, διὰ τὸ καθ' ἡμᾶς βόρειον ὕψος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ Περιηγητοῦ συνήθειαν ὕπερθέν ἐστιν, ὡς τιθέντος ἐπὶ τῶν νοτίων τὴν ὑπέρ πρόθεσιν. Ἀκρωτήριον δὲ ᾀδόμενον Ἀττικῆς καὶ Εὐβοίας τὸ Σούνιον. Περὶ ἣν Εὔβοιάν εἰσιν οἱ Ἄβαντες, περὶ ὧν ἐροῦμεν μετ' ὀλίγα. Ἡ δὲ Σαλαμὶς πρώτη ἐν τῷ Σαρωνικῷ πελάγει, πρὸς ἀνατολὰς Κορίνθου. Καὶ μετ' αὐτὴν ἡ Αἴγινα, ἣν ἐν πολλοῖς καὶ ὁ Πίνδαρος ἐξυμνεῖ. Περὶ ἧς καὶ τοιαῦτα γράφεται· « Νῆσος πρὸ τῆς Ἐπιδαυρίας ἡ Αἴγινα ἐνδοξοτάτη, κύκλον σταδίων ρπ', κλυζομένη τῷ τε Κρητικῷ πελάγει καὶ τῷ Μυρτῴῳ, τῷ μεταξὺ Κρήτης καὶ Ἀργείας καὶ Ἀττικῆς, ἐν βάθει μὲν γεώδης, ἐπιπολῆς δὲ πετρώδης, διὸ καὶ ψιλή ἐστι, χριθοφόρος δὲ ἱκανῶς, Οἰνώνη ποτὲ ὀνομαζομένη. Ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰακός. Οἱ δὲ ἐν αὐτῇ πρῶτοι Μυρμιδόνες ἐκλήθησαν, οὐχ ὅτι κατὰ τὸν μῦθον λοιμοῦ τῇ νήσῳ συμπεσόντος καὶ τῶν ἐκεῖ ἐκτριβέντων τῇ νόσῳ, οἱ μύρμηκες ἄνθρωποι ἐγένοντο, Αἰακοῦ εὐξαμένου, ἀλλ' ὅτι μυρμήκων δίκην τὴν ἀγαθὴν γῆν κάτω οὖσαν ὑπορύττοντες ἐπέφερον ταῖς πέτραις, ἵνα τὴν μὲν ἔχωσι γεωργεῖν, ἐν δὲ τοῖς ὀρύγμασι κατοικεῖν, φειδόμενοι τοῦ πλινθοποιεῖν, ἵνα ἔχωσι γῆν. » Δωριεῖς δὲ ἀνέκαθεν οἱ Αἰγινῆται ἀπὸ Ἐπιδαύρου κατὰ τὸν Ἡρόδοτον. Ἐκ ταύτης τῆς νήσου καὶ ὁ ᾀδόμενος Κριὸς, ἀνὴρ γενναῖος ἀθλητής· ὑφ' οὗ ἀπελαυνόμενος

Cerastiam eam olim appellatam patet ex Lycophrone (447). Locupletissimi autem insularium Cyprii. Quin et imperium maris aliquando obtinuisse dicuntur. Insulæ ambitus, si quis sinus circumeat, sex stadiorum millia et quadringenta ac viginti. Atque isthmos etiam subinde facit, propter figuram ab altera parte longiorem.

506, 507. Ante Sunium promontorium ἐφύπερθεν, *supra*, vel ὑπένερθεν, *infra*, Abantes, conspicuas sese dant Salamis et Ægina. Scire autem oportet, idem hoc loco significare τὸ ἐφύπερθεν Ἀβάντων et τὸ ὑπένερθεν, ita ut utraque hac voce dicat id, quod est magis australe; quod quidem, quamvis sit *infra*, eo quod nobis polus attollitur septentrionalis, tamen, pro Periegetæ consuetudine, *supra* est, quippe qui præpositionem *supra* usurpet de partibus australibus. Sunium vero celebre est promontorium Atticæ e regione Eubœæ, qua in Eubœa Abantes sunt, de quibus paullo post. Salamis vero prima est in Saronico mari, ab Corintho versus ortum, et post eam Ægina quam passim Pindarus decantat. De ea etiam hæc scribuntur : « Insula ante Epidauriam Ægina, clarissima, ambitu stadiorum centum et octoginta, alluta tum Cretico mari tum Myrtoo, quod est inter Cretam atque Atticam, eaque in profundo quidem glebosa, sed petrosa in summo, ideoque ab arboribus nuda, tametsi hordei satis ferax; eademque OEnone olim appellata. Ex ea Æacus. Primi ejus incolæ Myrmidones vocati sunt, non quod, secundum fabulam, oborta per insulam pestilentia, incolisque morbo absumptis, myrmeces s. formicæ in homines, Æaci precibus, transierint, sed quod formicarum more, bona terra, quæ in profundo erat, suffossa, eam petris injecerint, quo terram colere et in fossis habitare possent, quippe qui, ut terram haberent, a faciendis lateribus parcerent. » Æginetæ genere sunt Dorienses ex Epidauro, secundum Herodotum (6, 50). Ex hac etiam insula Crius, magna vir celebritate, athleta strenuus, a quo expulsus ex hac insula Cleomenes, rex Laconum, quum exterrere eum vellet, urbana ad Crii nomen

---

‖ — 1. Stephanus l. l. ita habet : ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεραστίς...καὶ Κεραστιάς. Idem v. Σφήκεια Lycophronis versum 447 laudans habet εἰς Κεραστίδα, quod in Κεραστίαν (sic enim in Lycophr. legitur) emendari vult Dindorf. Thes. v. Κεραστιάς. Formam Κεραστία præbet etiam Philostephanus in Etym. M. p. 738, 50. ‖ — 3. ταύτης cm. *CUd*. ‖ — 4. ,γκύ] V. Strabo p. 682. (581, 42 Did.). ‖ — 5. ἑτερόμηκες] ἱερόμηκες *K*, περίμηκες *MU*. V. Strabo p. 582, 1 Did. Post hæc editiones habent scholium quod est de Arado insula (512); at in optimis codd. *CDEFKLMNUd* legitur post id quod est de Ægina et Salamine insulis. Qui quidem rerum ordo non erat mutandus. Dionysii narratio quum haud recte procederet, eam mutatam esse a scholiastis, qui versus transposuerunt, supra p. 134 monuimus. Horumque rationes Eustathius quoque eo sequitur quod post Rhodum (505) ponit Chelidonias insulas (510, 511), deinde Cyprum (508, 509). Sed ab iis recedit eo quod deinceps de Salamine et Ægina, et tum demum de Arado verba facit. Aradum postremo loco ipse recensuit Dionysius; nec non codd. Dionysii *GKNew*, quamvis in ceteris priscum versuum ordinem mutaverint, eum tamen versum, qui est de Arado, loco suo haud moverunt. ‖ — 7. et 10. ὕπερθεν *Ed*; φαίνεται *CU*. ‖ — 11. ἀπένερθέν *C*; διὰ] ὡς διὰ *E*. ‖ — 14. τὴν ὑπέρ πρόθεσιν ἐπὶ τῶν νοτίων *U*. ‖ — 15. δὲ om. *Ed*; κατ' Εὔβοιαν? ‖ — 17. μετὰ *CKY*. ‖ — 18. καὶ om. *E*. ‖ — 19. ἣν...Ἐπιδαυρίας ἡ Αἴγινα om. *C*. ‖ — 20. γράφεται *ELY*, γράφονται vulgo; πρὸς τοῖς Ἐπιδαυρίοις *L*. Hæc et quæ sequuntur de Ægina insula, excerpta sunt e Strabon. p. 374 (322 Did.). ‖ — 21. κύκλου *EUYd*. ‖ — 22. τε om. *Ed*. ‖ — 24. ὑψηλὴ *Ed*. ‖ — 27. ὁ om. *U*. ‖ — 28. λιμοῦ *U*, λοιμοῦ γενομένου τ. ν. καὶ *Ed*. ‖ — 29. οἱ om. *d*. ‖ — 30. γῆν om. *L*. ‖ — 31. ὑπορίπτοντες *f*; ἐπέβαλον *EFd*. ‖ — 33. ἔχωσι γεωργεῖν *C*.

τῆς νήσου ὁ τῶν Λαχώνων βασιλεὺς Κλεομένης καὶ θέλων ἐκφοβῆσαι αὐτὸν ἔφη ἀστείως τὸ ὑμνούμενον, « ἤδη νῦν καταχαλκοῦ, ὦ κριὲ, τὰ κέρατα, ὡς μεγάλῳ κακῷ συνοισόμενος. » Λέγεται δὲ καὶ Σώστρατός τις Αἰγινήτης ἔμπορος μεγάλα ἐκ φορτίων κερδῆσαι.

1. Συλῶντα...Συλῶντος *Ed.* || — 7. ἀπέλαβε (ἐπέλαβε *d*) ἰχθύος *Ed.* || — 11. κάτω *CDL*; ὡς φησιν Ἡρόδοτος, ὄρυγμα *d.* || — 13. παρεγίνετο *EFd.* || — 14. Ἀπαλῖνος *C.* Verba Εὐπαλῖνος... ἀρχιτέκτων om. *F.* || — 15. Ῥοῖχος *L.* || — 17 et 20. Κεφαλην. *C.* || — 20. σάμη *EUd.* V. Strabo p. 457. || — 23. καὶ om. *E*, κατὰ *C.* || — 29. ἐν τῇ φυγῇ codd., exc. *CEd.* || — 32. ἐνναχοσίων *d.* || — 34. Πεληνναῖον *M*, Παλληναῖον *F*, Παλινναῖον *EYd*; ἱστορεῖ *d.* V. Stephanus v. Χίος. || — 38. Πενέταις *E.* || — 39 et 43. Κορυναφόροις *d*; δμωίταις et δμωήταις codd. sicut codd. Stephani; em. Salmasius. || — 42. Πενέτας *E.* || — 43. τοὺς Πελ. om. *L.* || — 45. τὸν τῶν *C.* Κρητικῶν *CDL.*

Τένεδος ἱμερτή. Μητρόπολις δὲ τῶν Αἰολικῶν πόλεων ἡ Λέσβος, περίμετρον ἔχουσα χιλίων ἑκατὸν σταδίων, μεταποιουμένη τῆς τοῦ Ὀρφέως κεφαλῆς. Ἐκεῖ γάρ φασι μετὰ θάνατον αὐτὴν λαλοῦσαν προσενεχθῆναι. Τοῦτο δὲ ἐμυθεύθη διὰ τὸ ἀρίστους ἐκεῖ καὶ μετὰ Ὀρφέα γενέσθαι ἄνδρας λογίους, ὧν ἦν καὶ Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος καὶ Πιττακὸς καὶ ὁ ποιητὴς Ἀλκαῖος καὶ ἡ Σαπφὼ, θαυμαστόν τί, φασι, γυναικὸς χρῆμα, πρὸς ἣν οὐδεμία γυνὴ ἐνάμιλλος εἰς ποίησιν. Ἦν δὲ πενταπόλις ἡ Λέσβος, μίαν ἔχουσα τῶν πέντε τὴν Λέσβον, ἀφ' ἧς ἡ ὅλη νῆσος Λέσβος ἐλέγετο, ἐκ τοῦ μέρους λαχοῦσα τοὔνομα· ὥσπερ καὶ νῦν Μυτιλήνη λέγεται ἡ αὐτὴ ἀπὸ πόλεως ὁμωνύμου μιᾶς ἐκείνων τῶν πέντε. Τῷ δὲ αὐτῷ λόγῳ καὶ Λυκόφρων αὐτὴν Ἴσσαν ἐκάλεσε· μία γὰρ καὶ ἡ Ἴσσα τῆς αὐτῆς πενταπόλεως. Ἡ δὲ Τένεδος περίμετρον μὲν ἔχει σταδίων ὀγδοήκοντα, τῆς ἠπείρου δὲ ἀπέχει οὐ πλείους τῶν τεσσαράκοντα· εἶχε δὲ καὶ πόλιν Αἰολίδα καὶ λιμένας δύο καὶ Σμινθέως ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Παράκεινται δὲ αὐτῇ αἱ ῥηθεῖσαι ἀνωτέρω Καλύδναι δύο νῆσοι. Ἐκαλεῖτο δέ ποτε, φασί, καὶ αὐτὴ Καλύδνα. Ἐκλήθη δέ ποτε καὶ Λεύκοφρυς. Διὰ δὲ τὸν Τένην, οὗ γέγονεν ἔδος ὡς βασιλεύσαντος ἐν αὐτῇ, ἐπεκράτησε Τένεδον καλεῖσθαι αὐτήν. [Ὄντινα Τένην διαβολὴ μὲν μητρυιᾶς Φιλονόμης ἢ Πολυβοίας συγκατέρριψε διὰ τοῦ πατρὸς Κύκνου εἰς θάλασσαν τῇ ἀδελφῇ Λευκοθέᾳ, ἐγκλείσασα λάρνακι. Ἡ δὲ δίκη περισωσαμένη τῆς νήσου βασιλέα κατέστησεν. Ἦν δὲ ἡ τῆς μητρυιᾶς διαβολὴ πρὸς τὸν Κύκνον ἐρωτική, ὅτι δηλαδὴ ὁ Τένης ἐβιάζετο αὐτήν· καίτοι αὐτὴ οὕτως εἰς τὸν Τένην ἐποίησεν.] Ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τῶν αὐστηρὰ ψηφιζομένων ᾄδεται παροιμία, Τενέδιος ἀνήρ. Λέγεται γάρ ποτε τοῖς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ αὐτόθι δικαζομένοις πελεκηφόρον ἐφεστάναι ἄνδρα, ὃν ἔδει τῷ ἁλωκότι τοῦ ἐγκλήματος πληγὴν εὐθὺς ἐπιθεῖναι θανάσιμον.

538. Ὅτι ἐκεῖ που περὶ τὴν Τένεδον ὁ Μέλας κόλπος ἐφ' Ἑλλήσποντον ἴησιν, ἀφρὸν ἐρευγόμενος· τὴν κλῆσιν ἔχων ἀπὸ ποταμοῦ Μέλανος, τοῦ καὶ ἄνω ῥηθέντος, ἐκδιδόντος εἰς αὐτόν· ἢ καὶ διὰ τὸ τοῦ βάθους πολύ. Συνάπτει γὰρ τῷ Αἰγαίῳ, ὃν βαθὺν πόρον φθάσας ἔφη ὁ Διονύσιος. Κόλπος δὲ Μέλας ἐστὶν, ὡς οἱ ἀκριβέστεροι λέγουσιν, οἷς φαίνεται καὶ ὁ Διονύσιος ἑπακολουθῶν, περὶ ὃν καὶ ἡ Αἶνος κεῖται, πόλις Αἰολική. Φασὶ γὰρ ὅτι ἐν τῷ Μέλανι κόλπῳ ἡ Αἶ-

dus amabilis. Metropolis autem Æolicarum urbium Lesbus, circuitu stadiorum mille, quæ caput sibi Orphei vindicat. Eo namque aiunt post Orphei mortem caput loquens accessisse. Idque commenta est fabula propterea quod homines ibi præstantissimi etiam post Orpheum eloquentia atque litteratura excellentes exstiterunt, de quibus fuit Arion Methymnæus, et Pittacus et Alcæus poeta et Sappho, admirabile, ut aiunt, mulieris negotium, quacum nulla altera conferenda in poesi esse videatur. Urbes habuit Lesbus quinque, earumque unam Lesbum, a qua tota insula Lesbus appellata est, a parte id nominis sortita; sicuti etiam nunc Mytilene dicitur ab urbe cognomine, una illarum quinque. Eadem ratione Lycophron (220) Issam eam vocavit; nam Issa quoque una est illarum urbium quinque. Tenedos circuitu est stadiorum octoginta, distatque a continente non amplius stadia quadraginta. Habet ea urbem Æolicam et portus duos et Sminthei templum Apollinis. Ei adjacent quæ dictæ sunt supra Calydnæ duæ insulæ. Olim et ipsa vocata fertur Calydna. Appellata aliquando est etiam Leucophrys; verum propter Tenem, cujus sedes fuit, quippe qui in ea regnaverit, obtinuit, ut ipsa Tenedus vocaretur. [Quem quidem Tenem Cycnus pater, calumniosa ac falsa novercæ Philonomæ vel Polybœæ delatione inclusum in arca una cum Leucothea, ejus sorore, in mare projecit. Sed justitia eum servavit et regem insulæ constituit. Erat autem calumnia illa novercæ apud Cycnum amatoria, quasi scilicet vim ei Tenes inferre voluisset, quamvis id ipsa in Tenem facere conata fuisset.] Ab hac insula in eos, qui acerbius atque durius aliquid decernunt, celebratur adagium *Tenedius vir*. Fertur enim quondam iis, qui magno ibi de crimine judicium subibant, homo securim gestans adstitisse, quem reo objecti criminis convicto ictum statim letalem infligere oportebat.

538. Ibi locorum ad Tenedum irrumpit in Hellespontum, spumam evomens, Melas sinus, qui appellationem hanc habet a Melane amne, de quo supra etiam dictum est, eum in sinum influente, vel etiam propter nimiam profunditatem. Coit namque cum Ægæo, quem supra jam Dionysius *profundum meatum* vocaverat. Sinus autem Melas est, ut accuratiores scriptores volunt, quos videtur subsecutus etiam esse Dionysius, ubi sita est Ænus, urbs Æolica. Aiunt namque Ænum in sinu esse Melane ad ostium Hebri.

‖ — 48. ἀναφέρονται *CD*. ‖ — 2. ἑκατὸν Bernhardyus inseruit e Strabone p. 616. ‖ — 3. τοῦ om. *L*. ‖ — 4. φησὶ *C*. λαχοῦσαν *U*. ‖ — 6. ἄνδρας γενέσθαι *U*; ἦν Ἀρίων καὶ ὁ *C*. ‖ — 8. φησιν *EK*. V. Strabo p. 617. ‖ — 10. ἡ om. *d*. ‖ — 11 ἐλέγετο Λέσβος *C*. ‖ — 12. τὸ ὄνομα *CDL*; Μιτυλήνη *CEKLMY*. ‖ — 14. τῷ αὐτῷ δὲ λόγῳ *Ed*. Ἴσσαν ἐκάλεσεν αὐτήν *d*. ‖ — 15. μία γὰρ] μέγαρον *E*. ‖ — 17. τῆς δὲ ἠπείρου *d*. πλείω *U*. ‖ — 18. δὲ πόλιν *Cd*; quod sequitur καὶ om. *C*. ‖ — 22. δὲ, φασὶ, ποτε *CF*. ‖ — 23. Τένην] Eodem modo scribitur ap. Tzetzem ad Lycophr. 232. V. Dindorf. in Thesaur. gr. s. v. ‖ — 26. sqq. Quæ uncinis inclusa sunt, in uno cod. *L* leguntur. ‖ — 33. τοῖς om. *E*. δικαζομένοις] ψηφιζομένοις *E* et codex Hudsoni; πελεκυφόρον *CEMU*, πελεκυηφόρον *F*. ‖ — 34. ἄνδρα οἷον τῷ *U*. ‖ — 35. ἐπιθῆναι *C*. ‖ — 36. που om. *C*; τὴν om. *CL*. ‖ — 40. γὰρ om. *d*. ‖ — 41. ἔφη φθάσας *Yd*. Μέλας] μέγας *C*. ‖ — 42. ἀκριβέστατοι *L*; ἐφ' οἷς *L*; καὶ om. *Ld*; ὶ ὁ Διονύσιος om. *K*, relicto spatio vacuo. ‖ — 43. ἀκολουθῶν *Y*. ‖ — 44. ὅτι om.

νος πρὸς τῇ ἐκβολῇ τοῦ Ἕβρου. Οἱ δὲ περὶ Κύζικον καὶ Προκόνησον τὸν Μέλανα κόλπον τιθέμενοι δοκοῦσιν ἀμάρτυρα λαλεῖν, εἰ μὴ ἄρα ἔχ τινος χωρίου βοηθοῦνται, κειμένου ἐν τοῖς τοῦ Ὀππιανοῦ Ἁλιευτικοῖς, ὅπου περὶ τῆς τῶν πηλαμύδων ἄγρας ἐκεῖνός φησι. Καὶ Ἡρόδοτος δέ φησι· « Μέλας ποταμὸς, ἐξ οὗ ὁ κόλπος ὁ πρὸς τῇ Αἴνῳ. » Λέγεται δὲ οὗτος μὴ ἐξαρκέσαι τῷ Περσικῷ στρατῷ, ὅτε ὁ Ξέρξης εἰς τὴν Εὐρώπην διέβη, ἀλλὰ ἐκλιπεῖν πινόμενος. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Σκάμανδρος οὐκ ἀντέσχε τὸ ὕδωρ· καὶ ὁ Λίσσος δὲ ποταμὸς Θρᾳκικὸς οὐκ ἀπέχρησεν, ἀλλὰ προέδωκε τὸ ῥεῖθρον, ὥς φησιν ὁ γλυκὺς Ἡρόδοτος.

541. Ὅτι ἀντικρὺ τοῦ βορείου ποταμοῦ Βορυσθένους τοῦ περὶ τὰ σκαιὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου ἐκβάλλοντος πελαγία ἐστὶ νῆσος ἡρώων πολυώνυμος, Ἀχιλλέως ἱερὰ, ὅπου ἀντιπέραν καὶ ὁ προρρηθεὶς αὐτοῦ παρώνυμος Δρόμος Ἀχίλλειος. Τὴν δὲ νῆσον ταύτην φησὶ Λευκὴν καλεῖσθαι κατὰ ἐπωνυμίαν, ὃ ἔστι φερωνύμως, ἐπειδὴ τὰ ἐν αὐτῇ κινώπετα, ἤγουν θηρία ὀρνέων, τουτέστιν ὄρνεα, λευκά εἰσι· τυχὸν μὲν λάροι, κατὰ δέ τινας πελαργοί. Κινώπετα δέ ἐστιν, ὧν ἡ κίνησις ἐν τῷ πέτεσθαι. Ἀσυνήθης δὲ ἡ λέξις. Ἐκεῖ δὲ, φησὶ, φήμη ἐστὶν Ἀχιλλέως τε καὶ ἡρώων ἐλίσσεσθαι ψυχὰς ἐρημαίας ἀνὰ βήσσας· ὥστε νῆσος ἡρώων λέγεται ἡ Λευκὴ αὕτη νῆσος, ὥσπερ νῆσοι μακάρων αἱ ἐν τῷ ἑσπερίῳ ὑμνούμεναι ὠκεανῷ. Καὶ τοῦτο, φησὶ, δῶρον τοῖς ἀριστεῦσιν ἀντ' ἀρετῆς, ἤγουν τοῦτο ἔλαχον οἱ ἥρωες γέρας ἀντὶ ἀρετῆς, τὸ ἀθύρειν μετὰ ῥᾳστώνης ἐν τῇ ῥηθείσῃ νήσῳ. Εἶτα ἐπιπλέκει γνωμικὸν προτρεπτικὸν εἰς ἀρετὴν, καί φησιν· « ἀρετὴ γὰρ ἀκήρατον ἔλαχε τιμήν », τουτέστιν ἀθάνατόν ἐστι καλὸν ἡ ἀρετὴ καὶ οὐ συναπολήγει τῷ σώματι. Δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι σπανιώτατόν ἐστι τὸ τῆς γνώμης καλὸν παρὰ τῷ Διονυσίῳ. Τούτου δὲ αἴτιον, ὅτι μὴ δίδωσιν αὐτῷ ἡ τῆς πραγματείας ὕλη συχνὰ γνωματεύεσθαι.

519. Ὅτι ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος νῆσος ἀπειρεσίη ἐστήρικται, ἣν καλοῦσι Ταυρικὴν, ἐν ᾗ Φαναγόρα καὶ Ἑρμώνασσα, Ἰώνων ἄποικοι πόλεις, ὧν ἡγήσατο Φαναγόρας τις καὶ Ἕρμων, ἀφ' ὧν οἱ τόποι καλοῦνται. Ἀρριανὸς δὲ οὕτω φησί· « Φαναγόρεια, ἣν ἔκτισε Φαναγόρας ὁ Τήιος, φεύγων τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν. Ἔτι δὲ Ἑρμώνασσα ἐπὶ Ἑρμωνάσσῃ τῇ γυναικὶ Σημάνδρου Μυτιληναίου τινὸς, οὗ τινας τῶν Αἰολέων εἰς ἀποικίαν μεταστήσαντος καὶ θανόντος ἐν τῷ τῆς πό-

Qui vero circa Cyzicum et Proconesum Melanem sinum ponunt, nullo testimonio comprobata hariolari videntur, nisi si forte præsidium ponant in loco Halieuticorum (4, 515) Oppiani, ubi ille de pelamydum piscatione loquitur. At vero Herodotus (7, 58) : « Melas, inquit, fluvius, ex quo sinus ad Ænum. » Narrant hunc fluvium exercitui persico minime suffecisse, quum Xerxes in Europam trajecit, sed ad bibendum defecisse. Et sic etiam Scamander suppeditandæ aquæ impar fuit (*Herod.* 7, 43); neque satis fuit Lissus amnis Thracicus, sed fluentum suum prodidit, ut loquitur dulcis ille Herodotus (7, 43).

541. Ex adverso Borysthenis, fluvii septentrionalis, qui ad sinistram Ponti Euxini in eum evolvitur, posita in alto est insula heroum percelebris, Achilli sacra; ubi etiam e regione is, de quo diximus supra, Dromos Achilleus, ita ab Achille denominatus. Hanc autem insulam vocari ait Leucen s. Albam, ducto nomine a re ipsa, quoniam quæ in ea sunt κινώπετα, bestiæ volatiliæ, aves scilicet, albæ sunt, fortassis gaviæ, secundum quosdam vero ciconiæ. Κινώπετα sunt, quorum ἡ κίνησις ἐν τῷ πέτεσθαι, *motus in volando*. Verbum hoc est insolens. Ibi vero, inquit, fama est Achillis et heroum animas desertas per valles versari. Itaque Heroum insula dicitur insula hæc Leuce quemadmodum beatorum insulæ illæ decantatæ in oceano occidentali. Et hoc, inquit, pro virtute donum optimatibus illis viris; nimirum hoc virtutis præmium heroes illi sortiti sunt, ut in hac insula lusus atque delicias in otio et vitæ tranquillitate agant. Tum dictum sententiosum adnectit, quo ad virtutem cohortetur, in hæc verba : « Namque incorrupti virtutis honores », h. e. virtus bonum est immortale, neque simul perit cum corpore. Ubi scire oportet, ejusmodi sententiarum decus rarissimum esse apud Dionysium, hujusque rei causam hanc esse, quod materia hujus operis ei non permittit ut sententias frequenter loquatur.

549. Immensa intra Mæotin insula constabilita est, quam Tauricam vocant, in qua Phænagora et Hermonassa, Ionum coloniæ, quas deduxerunt Phænagoras quidam et Hermon, a quibus loca hæc vocantur. Arrianus vero ita dicit : « Phænagoria, quam Phænagoras Teius condidit, dum fugeret ab contumelia Persarum. Porro Hermonassa dicta est de Hermonassa uxore Semandri Mytilenæi, qui quum Æolenses

Ed.‖—1. ἐμβολῇ *U;* Εὔρου *CEKLM.*‖—2. Προικόννησον *CEd*, Προκόννησον *U*, Προικόννησον vulgo ante Bernh. ‖ — 5. πηλαμίδων *L*, παλλαμύδιον *d*. ‖ — 8. ὁ om. *L;* Εὐρώπην] Ἑλλάδα *L*. ‖ — 10. οὐ κατέσχε *d*. ‖ — 11. προδέδωκε *EM;* τὸ ὕδωρ *CDL*. ‖ — 14. ἐμβαλ. *E*. ‖ — 15. πελασγία *d*. ‖ — 20. ἐστι *C*. ‖ — 24. βήσας *C*. ‖ — 26. ὑμνουμένῳ *U*.‖—27. ἀντ' ἀρετῆς om. *E;* οἱ ἥρωες om. *C;* γέρας οἱ ἥρωες *U*. ‖ — 30. ἐπιτρεπτικὸν *d*. ‖ — 31. ἔλαχε *CEKMYd*. ἀθάνατόν ἐστι om. *d*. ‖ — 32. οὐκ ἀπολήγει *Ed*. ‖ — 34. τοῦτο *d*. ‖ — 38. Ἑρμώνασα *C*, Ἑρμώνα Παιώνων ἄποικοι *Ed*. ‖ — 40. Ἀριανὸς *K* om. *d;* Φαναγορία *Y*, Φαναγόρεια *K* et alii complures, Φαιναόρεια *d*, Φαιναγόρα *C* fort. recte. ‖ — 41. Φαναγόρας *KY;* ὁ Τήιος] ὅστις *L*, ὁ Τῖος cett.; em. Holstenius. ‖ — 42. ἔτι] ἐπεὶ *d*, ἐπὶ cett.; om. Bernhardyus, qui deinde Ἑρμώνασσα scribit pro Ἑρμωνάσσῃ vel Ἑρμώνασα (sic *E*), quod codd. præbent. Ceterum ἔτι δὲ Ἑρμώνασσα om. *L*, ἐπὶ Ἑρμωνάσσῃ om. *K;* τῇ om. *CDELY*. ‖ — 43. Μιτυλ. *EKLY*.

λεως οἰκισμῷ, ἡ γυνὴ τῆς τε πόλεως ἐγκρατὴς ἐγένετο, καὶ τὸ ἑαυτῆς ὄνομα τῇ πόλει ἐπέθετο. » Τὸ δὲ στόμα τῆς Μαιώτιδος Κιμμερικὸς λέγεται Βόσπορος, περὶ οὗ προεγράφη, ἔνθα τὸ τοῦ πορθμοῦ στενότατον στάδια κ'. Πολεμισταὶ δέ εἰσιν οἱ περὶ τὴν Μαιῶτιν, καὶ γεωργοὶ, καὶ μετά γε τὸ Σκυθῶν ἔθνος πάντων ἀλκιμώτατοι· καὶ ἀπ' αὐτῶν ἡ κλῆσίς ἐστι τῇ Μαιώτιδι, καθά τινες λέγουσι. Φασὶ δὲ καὶ πάντας τοὺς ἐφεξῆς αὐτοῖς Σκύθας πάλαι ποτὲ σιτοφάγους εἶναι καὶ ἀροτῆρας, μεταβαλόντας δὲ γενέσθαι νομάδας, ἀλλοκότους τε καὶ ἀπόλιδας, διὰ τὴν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα ῥηθησομένην αἰτίαν.

554. Ὅτι λέγων κατὰ σχῆμα συμπληρώσεως ὁ Διονύσιος, αἵδε μὲν ἀνθρώποις εὐκλεεῖς νῆσοι, ὁμολογεῖ πάλιν τὴν παχυμερῆ περιήγησιν. Καὶ καινὸν οὐδὲν, ὅπου καὶ ὁ πλατύτατος Γεωγράφος ἐκὼν φησι παραλείπειν πολλά· τὸ γὰρ πάντα λεπτοτομεῖν χωρογραφίας ἐστὶν ἴδιον, ὡς καὶ ἐν προοιμίοις εἴπομεν. Ἐρεῖ δὲ ὅτι καὶ τῶν νήσων αἱ περὶ τὸν ὠκεανὸν ἐστεφάνωνται τὰς περισήμους περιηγήσεται. Ἄρξεται δὲ καὶ ἐπὶ τούτων ἀπὸ Λιβύης, ἀρχὴν κἀνταῦθα ταύτην ποιούμενος, καὶ οὕτω πρεσβεῖον οἷον τιμῆς τῷ ἑαυτοῦ ἔθνει περιποιούμενος.

557 Ὅτι κατὰ μεταφορὰν τολμηροτέραν καὶ ποιητῇ πρέπουσαν σφυρὸν, ἤγουν πόδα, ἀνέμου λέγει τὴν βάσιν, ὃ ἔστι τὸν τόπον καὶ τὴν θέσιν ὅθεν πνέει. Τὸ δὲ κυρίως σφυρὸν διερμηνεύων Ἀριστοτέλης φησί· « τῆς κνήμης διοστέου οὔσης τὸ μὲν πρόσθιον ἀντικνήμιον λέγεται, τὸ δὲ ὀπίσθιον γαστροκνημία, τὸ δὲ ἔσχατον ἀντικνημίου σφυρόν. » Λέγει δὲ καὶ ὅτι τῶν σφυρῶν ἑκάτερον ἐκ πλαγίων τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν κάμπτεται.

558. Ὅτι Ἐρύθεια ἡ τοῦ Γηρυόνου νῆσος περὶ τὸ ῥεῦμά ἐστι τοῦ Ἄτλαντος, ἤτοι περὶ τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος. Καὶ ὅρα ὅτι τὸ πέλαγος Ἄτλαντα εἶπεν, ὁμωνύμως τῷ ἥρωι, ἐξ οὗ αὐτὸ παρωνόμασται. Ταύτην τὴν νῆσον βουτρόφον ἐπωνόμασε διὰ τὴν περιουσίαν τῶν βοῶν αἳ ἦσαν τῷ Γηρυόνῃ, ἐν ᾗ Αἰθίοπες Μακροβίων υἱοὶ, περὶ ὧν προείρηται, οἳ μετὰ τὸν Γηρυόνου, φησὶ, θάνατον ᾤκησαν τὴν νῆσον. Αὐτοῦ γὰρ ζῶντος ἀοίκητος ἦν τοῖς ἄλλοις διὰ τὸ ἐκείνου κακόξενον. Ἄδεται δὲ Ἡρακλῆς εἰς αὐτὴν πλεύσας χαλκῷ λέβητι, ὅτε καὶ τὰς Γηρυονείους ἀπήλασε βοῦς

quosdam in coloniam deduxisset atque in urbe ædificanda immortuus fuisset, uxor ejus urbis imperio potita est, nomenque suum urbi imposuit. » Ostium Mæotidis Bosporus dicitur Cimmericus, de quo supra scriptum est; ubi fretum, qua angustissimum, stadiis est viginti. Sunt autem Mæotidis accolæ bellicosi deditique agriculturæ, et secundum Sytharum gentem omnium fortissimi; et ab iis appellatio est Mæotidi, ut nonnulli affirmant. Aiunt etiam Scythas universos, qui proximi ab iis habitant, olim aliquando frumento victitasse et aratores fuisse; sed, mutato vitæ genere, nomades alienosque et extorres evasisse, eam ob causam quam postea afferemus.

554. Complementum sententiæ adhibens Dionysius verbis illis: « Hæ sunt percelebres mortalibus insulæ », rudiorem esse hanc periegesin rursus confitetur; neque mirum id est, quandoquidem etiam Geographus uberrimus consulto se multa omittere dicit. Nam minuta quæque persequi, ut in procemio diximus, proprium est chorographiæ. Dicit autem Dionysius descripturum se insigniores earum quoque insularum, quæ circumjectæ sunt Oceano. Atque in his quoque ab Africa incipiet, ut ea re primigenium veluti jus honoris suæ ipse genti asserat.

557. Metaphora audaciori atque ad ornatum poeticum satis decora σφυρόν, s. pedem, venti vocat basim, h. e. locum atque situm, unde is spirat. Quid autem proprie sit τὸ σφυρόν, *malleolus pedis*, explicat Aristoteles (*H. An.* 1, 15) his verbis: « Tibia quum gemino osse constet, pars ejus anterior dicitur ἀντικνήμιον, *tibiæ spina*; posterior vero γαστροκνημία, *sura*; quod vero extremum est ἀντικνημίου, id vocatur σφυρόν, *malleolus*. » Addit etiam Aristoteles malleolorum utrumque a latere inflecti, dextro et sinistro.

558. Erythia, insula illa Geryonis, in fluento est Atlantis, nimirum in mari Atlantico. Ac vide, ut pelagus Atlantem vocat eodem nomine herois, a quo id mare est denominatum. Insulam hanc boum nutricem cognominat propter magnam illam boum Geryonis olim copiam. Hac in insula Æthiopes, Macrobiorum filii, de quibus supra dictum est; qui post Geryonis, ut ait, mortem, insulam hanc incoluerunt. Eo namque vivente erat aliis inhabitabilis, propter illius inhospitalitatem. Carminibus autem celebratur Hercules ad eam lebete æreo navigans, quum Geryoneas boves abegit,

---

5. κ'] V. Strab. p. 310.‖—6. γεωργοὶ *Ed* et Strabo p. 494 (425, 40 Did.), γεωργικὴν *K*, γεωργικοὶ cett. καὶ et γε om. *Ed*; ἔθνος] γένος *L*. ‖ — 7. ἀπ'] ἐπ' *K*; Μαιώτη *K*. ‖ — 9. αὐτῆς *E*. ‖ — 10. μεταβάλλοντες *C*; καὶ νομάδας *C*; ἀλλοκότας *K*.‖ — 11. ἀπήλιδας *Ed*. ‖ — 15. κενὸν οὐδάς *d*. ‖ — 17. λεπτολογεῖν vulg. ante Bernh. ‖ — 18. καὶ post ὡς om. *CU*. ‖ — 19. ὅτι om. *E*. τὸν ex *d* addidit Bernh. ‖ — 20. ἄρξηται *Ed*; δὲ om. *d*. ‖ — 21. ταύτης *CD*. ‖ — 25. ἤγουν *Ed*, ἤως *U*, ἤτοι cett.; ἀνέμου πόδα *Ed*. ‖ — 26. τὴν θέσιν καὶ τὸν τόπον codd., exc. *CEd*. ‖ — 29. ὄπισθεν *U*. ‖ — 30. λέγεται *E*; καὶ om. *E*. ‖ — 31. πλαγίου codd., πλαγίων Aristoteles H. An. 1, 15 quamquam hoc de brachiis dicit; de malleolis dicit: σφυρὸν διφυὲς ἐν ἑκατέρῳ σκέλει. ‖ — 35. ὅρα τὸν τόπον ἤτοι τὸ πέλαγος *CDY*; ὅτι om. *MU*; καὶ ὅρα ὅτι τὸ πέλ. om. *L*. ‖ — 36. ἐξ οὗ καὶ αὐτὸ codd., exc. *CELd* et *D* qui habet οὗ αὐτοῦ ‖ — 37. βουτρόφον *CL*; ὠνόμασε *Ed*. ‖ — 39. υἱοὶ] εἰσὶ *Ed*; εἴρηται *E*. ‖ — 40. φασὶ *d*. ‖ — 42. πλεῦσαι *CEMU*. Hæc e Stephano petita esse probabilis est sententia Meinekii ad Steph.

χαλκείῃ ἀκάτῳ βουπληθέος ἐξ Ἐρυθείης,

ὡς ὁ Εὐφορίων λέγεται ἱστορεῖν. Ὁμοίως καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἀλέξανδρος, εἰπών·

χαλκείῳ δὲ λέβητι μέγαν διενήξατο πόντον.

Τάχα δὲ ὁ μὲν ῥηθεὶς λέβης πλοίου εἶδος ἦν, ᾧ καὶ ὁ ληστρικὸς λέμβος ἔοικε παρηχεῖσθαι κατὰ παρωνομασίαν τινά. Τὸ δὲ τούτου χάλκεον συγκρότησίν τινα χαλκοῦ ὀηλοῖ ἐπ' αὐτῷ, ὡς εἴ γε τυχὸν χαλκέμβολον ἦν, ἢ παράσημά τινα ὡς εἰκὸς ἐκ τοιαύτης εἶχεν ὕλης περὶ τὰ κατὰ πρύμναν ἢ κατὰ πρῴραν. Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Ἀρριανὸς δοξάζων τὸν Τύριον Ἡρακλέα τοῖς περὶ τὰ Γάδειρα τόποις ἐπιφοιτῆσαι, λέγει ὅτι κατὰ τὸν λογοποιὸν Ἑκαταῖον ὁ Γηρυόνης, ἐφ' ὃν ὁ Ἀργεῖος Ἡρακλῆς ἐστάλη, οὐδέν τι προσήκει τῇ γῇ τῶν Ἰβήρων, ἤγουν οὐκ ἦν ἐξ Ἰβηρίας, ἀλλὰ τῆς ἠπείρου τῆς περὶ Ἀμπρακίαν βασιλεὺς ἐγένετο, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου ταύτης ἀπήλασεν ὁ Ἡρακλῆς τὰς βόας, οὐδὲ τοῦτο φαῦλον ἆθλον τιθέμενος. « Οἶδα δὲ, φησὶν, ἐγὼ καὶ εἰς τοῦτο ἔτι τὴν ἤπειρον ταύτην εὔβοτον, καὶ βοῦς τρέφουσαν καλλίστας. » Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω. Τοὺς δὲ ἐν Ἐρυθείᾳ Αἰθίοπας μακροβίους μὲν ὁ Διονύσιος λέγει, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἀκριδοφάγων Αἰθιόπων, οἳ βραχύβιοί εἰσι, σπανίως ὑπερτιθέντες ἔτη μ' κατὰ τὸν Γεωγράφον, ὡς ἀποθηριουμένης αὐτῶν τῆς σαρκός· θεουδέας δὲ ἐπονομάζει καὶ ἀμύμονας διὰ δικαιοσύνην, ὡς τῶν ἄλλων ἑσπερίων ἀδίκων ὄντων. Ἰστέον δὲ ὅτι μακροβίους καί τινας τῶν Ὑπερβορείων ἱστοροῦσί τινες. Ἄλλοι δὲ νῆσον Ἐρύθειαν εἶπον αὐτὰ τὰ Γάδειρα, τῷ Διονυσίῳ οὐ συντρέχοντες· οἱ δὲ νῆσόν τινα Ἐρύθειαν εἶπον παραβεβλημένην τοῖς Γαδείροις, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην. Ἐνόμισαν δὲ τοῦτο οἷα τὸ εὔβοτον ὁρῶντες τῆς τοιαύτης νήσου, ἔνθα τῶν προβάτων γάλα ὀρρὸν οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ τυροποιοῦσι πολλῷ ὕδατι μίξαντες διὰ τὴν πιότητα. Καὶ ἐν τριάκοντα δέ φασιν ἡμέραις αὐτόθι πνίγεται τὸ ζῶον, εἰ μή τις ἀποσχάσει τι τοῦ αἵματος. Πλούσιος δὲ ὁ Γηρυόνης ὥσπερ κατὰ τὰς βόας, οὕτω καὶ κατὰ τὸ ὄνομα· λέγεται γὰρ καὶ Γηρυὼν καὶ Γηρυόνης καὶ Γηρυονεύς.

561. Ὅτι κατὰ τὴν ἱερὰν ἄκραν τὴν κατὰ τοὺς ἀφνειοὺς Ἴβηρας, ὅ ἔστι κατὰ τὸ οὕτω λεγόμενον ἱερὸν ἀκρωτήριον, ὃ καὶ κάραν Εὐρώπης ἄλλοι φασίν, αἱ Κασσιτερίδες εἰσὶ δέκα νῆσοι ἐγγὺς ἀλλήλων, πρὸς ἄρκτον κείμεναι, ἃς ὁ Διονύσιος ἑσπερίδας καλεῖ διὰ τὸν τόπον τῆς θέσεως· δυτικαὶ γάρ εἰσιν· ὅθεν, φησὶ, κασσιτέροιο γενέθλη, διὸ καὶ Κασσιτερίδες λέγονται.

æneo scapho boum nutrice ex Erythia,

ut Euphorio narrare dicitur. Ac similiter Alexander Ephesius dicit :

æneo lebete magnum tranatavit pontum.

Fortasse iste lebes genus erat navigii, cui et lembus piraticus videtur per paronomasiam quandam voce ipsa consonare. Quod autem hic lebes æneus dicitur, id aperte ostendit aliquid in eo lebete operis exstitisse ex ære conflatum, ut si forte, exempli causa, rostrum æreum fuerit, aut quædam, ut videtur, insignia ex hac ista materia in puppi aut prora habuerit. Sciendum porro est Arrianum, quippe qui existimaverit Herculem Tyrium ad eam regionem ventitasse, ex fide Hecatæi historiarum scriptoris tradere Geryonem, ad quem Hercules Argivus missus fuit, nihil ad Iberum regionem attinuisse, nimirum non ex Iberia exstitisse, sed regem fuisse continentis quæ est circa Ampraciam, atque ex hac ipsa continente Herculem boves abegisse, neque id parvi præmii loco habuisse. « Ego vero, inquit, scio, hanc ipsam continentis regionem ad hæc usque tempora pascendis pecoribus esse peropportunam, et boves pulcherrimas alere. » Atque hæc quidem ita. Verum Æthiopes, qui in Erythia sunt, vocat Dionysius Macrobios, i. e. longævos, ad distinctionem Æthiopum Acridophagorum, i. e. vescentium locustis, qui brevi sunt vita, quod quadraginta raro annos Geographo teste (*p.* 773.) excedant; tunc enim carnes eorum bestiolarum multitudine corrumpuntur. Macrobios autem θεουδέας, *pios*, cognominat, et ἀμύμονας, *inculpatos*, propter justitiam, eo quod alteri Æthiopes, Hesperii, injusti sunt. Sciendum vero haud deesse qui μακροβίους etiam quosdam Hyperboreos commemorent. Alii non consentientes Dionysio, Erythiam insulam Gades ipsas dixerunt; alii Erythiam insulam quandam esse aiunt Gadibus appositam atque ab iis freto unius stadii diremptam. Idque illi putarunt, quod hanc istam insulam egregie pascuam cernerent, ubi ovium lac serum non facit, sed et multum aquæ in conficiendo caseo, propter pinguedinem, admiscent. Atque ibi etiam intra dies triginta animas suffocari aiunt, nisi si quis scarificando parum inde sanguinis detrahat. Ceterum dives est Geryones, ut bobus, sic etiam nomine; nam et Γηρυὼν dicitur et Γηριόνης et Γηρυονεύς.

561. Ad Sacram illam ἄκραν, quæ est juxta opulentos Iberes, h. e. ad promontorium illud Sacrum, quod ita vocant, et quod caput Europæ alii appellant, Cassiterides sunt insulæ decem, prope inter sese ad septentriones positæ, quas Dionysius Hesperides nominat, propter locum ipsum, ubi eæ sitæ sunt. Sunt enim occidentales. Hinc, inquit, κασσιτέροιο γενέθλη, *stanni*

---

v. Ἐρύθεια. Deinde βοῦς ἀπήλασε *MU*. ‖ — 1. Ἐρυθείας *CDKMY*. ‖ — 2. Ἐφορίων *Y*; ὅμως *K*. ‖ — 4. διενοίξατο *K*; πόντον] κόλπον *Ed*. ‖ — 5. πλοίου εἶδος] V. Movers. *Phœniz. Alterth.* t. 3, p. ‖ — 6. παρεχρῆσθαι *C*. ‖ — 11. τὸν Ἡρακλέα τὸν Τύριον ἐπιφοιτῆσαι τοῖς περὶ τὰ Γάδειρα τόποις *U*. ‖ — 12. λέγει] φησὶν *CDLy*. ‖ — 15. ἠπείρου περὶ Ἀμβρακίαν *E*. ‖ — 17. τοὺς βόας *CL*. ‖ — 18. τιθέμενος ἆθλον *d*. ‖ — 20. καλλίστους *C*. ‖ — 21. λέγει] καλεῖ *U*. ‖ — 25. καὶ ἀμύμονας ἐπονομάζει *U*. ‖ — 27. Ὑπερβορέων *CU*. ‖ — 28. αὐτὰ τὰ... Ἐρ. εἶπον om. *CDL*. Quæ post ἄλλοι δὲ νῆσον sequuntur usque ad συντρέχοντες. οἱ δὲ om. *Ed*. ‖ — 29-34. Petita e Strab. p. 169. 175. ‖ — 34. δέ om. *Ed*; φησιν *E*. ‖ — 36. ὥσπερ om. *E*; τοὺς *CDKMU*. ‖ — 37. οὕτως *CDE*. γὰρ *CDLY*, δὲ cett., nisi quod vocem om. *Ed*. καὶ om. *C*. ‖ — 41. κάραν] ἄκραν v. l. ap. R. Steph. ‖

Οὐκ ἐπιπολῆς δὲ, φασὶν, ὁ κασσίτερος, ἀλλ' ὀρυττόμενος εὑρίσκεται. Τούτων τῶν δέκα νήσων μία ἔρημος, τὰς δ' ἄλλας οἰκοῦσι μελάγχλαινοι ἄνθρωποι ποδήρεις ἐνδεδυκότες χιτῶνας, ἐζωσμένοι τὰ στέρνα, μετὰ ῥάβδων περιπατοῦντες, ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποιναῖς, ὡς φασιν οἱ παλαιοί. Ἡρόδοτος δέ φησιν ὅτι « οὐκ οἶδα νήσους Κασσιτερίδας, ἐξ ὧν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ. »

566. Ὅτι πρὸς βορρᾶν, ἔνθα Ῥῆνος ὑστατίαν εἰς ὠκεανὸν ἀπερεύγεται δίνην, αἱ Βρετανίδες εἰσὶ δύο νῆσοι, Ἰουερνία καὶ Ἀλουίων, ἤτοι Ἰβερνία καὶ Ἀλβίων, Βρετανίδες δι' ἑνὸς τ παρὰ τούτῳ τῷ ποιητῇ γραφόμεναι· ὧν μέγεθος περιώσιον, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς Κρήτης εἶπεν, οὐδέ τις ἄλλη νήσοις ἐν πάσαις ἰσοφαρίζει, ὃ ἔστιν ἐξισοῦται αὐταῖς καὶ τὸ ἴσον φέρεται· αἷς καὶ συγκρίνων τὰς ἐκεῖ νήσους τῶν Ἀμνιτῶν νησῖδας ἐν ὑποκορισμῷ καλεῖ. Ἔνθα, φησὶν, αἱ γυναῖκες τῶν ἀγαυῶν Ἀμνιτῶν ἀντιπέραθεν ἐρχόμεναι τελοῦσιν ἱερὰ τῷ Βάκχῳ κατὰ νόμον ἐννύχιαι, στεψάμεναι κισσοῦ μελαμφύλλου κορύμβοις· παταγῆς δὲ λιγύθροος ὄρνυται ἠχή. Λέγει δὲ κισσὸν μελάμφυλλον τὸν δασὺν, ὡς μελανίαν τοῖς φύλλοις παρέχοντα. Οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ « μέλαν δρυὸς ἀμφικεάσσας » παρ' Ὁμήρῳ δρυὸς μέλαν τινὲς εἶπον τὴν τῶν φύλλων περιττότητα καὶ τὴν πύκνωσιν, ἀφ' ἧς τὸ τῆς σκιᾶς μέλαν γίνεται, ὡς καὶ πρὸ τούτων γέγραπται. Κόρυμβοι δὲ νῦν οἱ βοτρυώδεις λέγονται καρποὶ τοῦ κισσοῦ. Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ ἐξοχῆς ὀρεινῆς ἡ λέξις κεῖται, δῆλον. Φησὶ γὰρ Ἡρόδοτος « οἱ μὲν ἔφυγον ἐπὶ τοῦ ὄρους τὸν κόρυμβον. » Τὸ δὲ παταγή κοινότερον μὲν ὀξύνεται, ὡς τὸ ἀλαλαγή, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς βαρύνει αὐτὸ, λέγων ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ πατάσσω γίνεται, ὠξύνετο γὰρ ἂν ὡς τὸ ἀλαλαγή, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πάταγος, οὗ τὸ θηλυκόν φησιν ἡ πατάγη. Καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. Φασὶ δὲ νῆσον ὠκεανίαν εἶναι μικρὰν, οὐ πάνυ πελαγίαν, ἣν οἰκοῦσι γυναῖκες Ἀμνιτῶν Διονύσῳ κατεχόμεναι. Οὐκ ἐπιβαίνει δὲ ἀνὴρ τῆς νήσου, ἀλλ' αὐταὶ πλέουσι πρὸς τοὺς ἄνδρας, καὶ κοινωνοῦσαι αὐτοῖς ἐπανέρχονται. Εἶτα συγκρίνων ῥητορικῶς ταῦτα τὰ ἱερὰ πρὸς ἄλλα ὅμοιά φησιν, οὐχ οὕτως οἱ Ἀψίνθιοι Θρᾷκες, οὐδ' οὕτως οἱ Ἰνδοὶ μελανδίνην ἀνὰ ποταμὸν Γάγγην κῶμον, ἤγουν κωμαστικὴν ἑορτὴν ἄγουσι τῷ Διονύσῳ, ὡς αἱ νησιώτιδες αὗται γυναῖκες ἀνευάζουσι, τουτέστιν ὑμνοῦσι τὸν Εὔιον Διόνυσον, εὐοῖ εὐᾶν ἀνακράζουσαι, ταῦτα δὴ τὰ ἐπὶ Διονύσῳ ἐνθουσιαστικὰ ἐπιφωνήματα. Λόγος γὰρ τὰς τῶν Ἀμνιτῶν γυναῖκας δι' ὅλης νυκτὸς

origo; quare etiam Cassiterides, quasi Stannariæ, appellatæ. Neque vero ibi stannum in summa tellure esse aiunt, sed fossum inveniri. Harum decem insularum una deserta; ceteras incolunt μελάγχλαινοι, homines atris tunicis talaribus inducti, cincti pectore, cum virgis obambulantes, Furiis tragicis similes, ut veteres (*Strab. p.* 147) aiunt. Herodotus (3, 145) tamen scribit sese non novisse insulas Cassiterides ex quibus stannum ad nos veniat.

566. Ad septentriones, ubi vorticem suum Rhenus in oceanum extremum eructat, Bretanides sunt insulæ duæ, Ivernia et Alvion, sive Ibernia et Albion. Βρετανίδες scribuntur apud hunc Poetam cum unico τ; quarum magnitudo περιώσιος, *immensa*, quod dixerat etiam de Creta; neque ulla alia inter insulas universas eis *æquiparatur*, h. e. exæquatur, et parem magnitudinem obtinet; quibus etiam quum insulas, quæ ibi sunt, Amnitarum comparet, has forma diminutiva νησῖδας vocat, ubi, inquit, illustrium Amnitarum uxores ex adverso littore profectæ, sacra ex more peragunt Baccho, nocturnæ, corymbisque hederæ, nigra folia habentis redimitæ; stridorisque acutus oritur sonitus. Hederam ibi μελάμφυλλον, *nigram foliis*, intelligit densam atque opacam, veluti quæ nigrorem foliis præbeat. Et sic etiam in Homerico illo (*Od.* ξ, 30) : μέλαν δρυὸς ἀμφικεάσσας, *nigrore roboris scisso*, δρυὸς μέλαν quidam intellexerunt foliorum ubertatem et densitatem, ex qua, ut et supra scriptum est, nigror et opacitas umbræ efficitur. Corymbi porro nunc dicti fructus racemosi hederæ. Constat autem usurpari etiam hanc vocem de vertice montis. Sic enim Herodotus (7, 208) : « Illi quidem in corymbum (*verticem*) montis fugerunt. Παταγή, tametsi communius acuitur, ut ἀλαλαγή, tamen Herodianus vocem gravat, quum fieri eam affirmet, non ex πατάσσω (sic enim acueretur, ut ἀλαλαγή), sed ex πάταγος, cujus femininum, inquit, ἡ πατάγη. Atque hæc quidem hujusmodi. Ceterum aiunt in oceano esse insulam parvam nec longe in alto sitam, quam Amnitarum uxores, Baccho percitæ, incolunt. Vir in eam insulam non descendit, sed ipsæ ad viros navigant, et, posteaquam cum iis consueverunt, revertuntur. Tum hæc sacra cum aliis similibus sacris oratorie comparat, in hæc verba : « Non sic Absinthii Thraces, neque sic Indi per Gangem, nigricantium aquarum amnem, κῶμον, *Bacchanale festum*, Libero patri peragunt, ut insulares hæ mulieres ἀνευάζουσιν, h. e. hymno Evium Bacchum celebrant, clamantes *Evæ evan*; hæ enim sunt fanaticæ in Bacchum acclama-

— 42. δέκα om. *Ed.* ‖ — 45. καττιτέροιο *C.* δι' οὗ *d.* ‖ — 1. φασὶν] Strabo p. 147 (122, 15 Did.); καττίτερος *EKY.* ‖ — 2 sqq. V. Strabo p. 175 (145, 45 Did). ‖ — 3. οἰκοῦσι om. *K.* ‖ — 4 ἐνδεδυμένοι *U*, χιτῶνας ἐνδεδυμένοι *Ed.* ἐζ. περὶ τὰ στέρνα Strabo. ‖ — 8. ὑδατίαν *U.* ‖ — 10. Οὐερνία... Βερνία codd.; em. Holstenius. ‖ — 11. τ om. *C.* ‖ — 13. ἐν πάσαις νήσοις *Ed.* ‖ — 15. Ἀμνιτῶν] Ναμνιτῶν conj. Holsten. ‖ — 16. νησῖδας *C*, νησιάδας cett. ‖ — 18. στελλόμεναι *M*, sed στρεψάμεναι in margine. ‖ — 21. δὲ om. *KM*; ἀμφικεάσας codd.; em. H. Steph. ‖ — 25. λέγεται νῦν οἱ βοτρυώδεις καρποὶ *d.* ‖ — 27. ἡ λέξις om. *CDL*; κεῖται] λαλεῖται *CDL*, καλεῖται cett. ‖ — 30. ὡς καὶ τὸ *d*; ἀλλαγή *Ed*, λαλαγή *CL*. Deinde αὐτὰ *d.* ‖ — 32. ἀλλαγή *E*; ἀλλὰ *KM*; τὸ om. *CDEKLMY.* ‖ — 34. μακρὰν *KM*. Vid. Strabon. p. 198 (165. 4 Did.). ‖ — 36. πρὸς e conj. Bernhardyi, περὶ codd. ‖ — 38. ταύτα τε *d.* ‖ — 40. μελανδίην *Ed.* ‖ — 41. κωμάστην *U.* ‖ —

ἐξαλλομένας χορεύειν, ὥστε ἐν τούτῳ καὶ τοὺς Θρᾷκας εἴκειν αὐταῖς καὶ τοὺς Ἰνδούς, καίτοι καὶ αὐτοὺς κατόχους ὄντας τῷ Διονύσῳ, καὶ πάνυ ὀργιάζοντας αὐτῷ. Ὁ δὲ Γεωγράφος καὶ ἱερὸν εἶναι λέγει ταῖς γυναιξὶ τῶν Ἀμνιτῶν, ὅπερ κατ' ἐνιαυτὸν ἀποστεγάζουσαι αὐθημερὸν πάλιν πρὸ δύσεως ἡλίου στεγάζουσιν, ἑκάστης φορτίον ἐπιφερούσης, ὅπερ ἐὰν ἐκπέσῃ, διασπῶσι μανιωδῶς τὴν φέρουσαν. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐννύχια τῷ Διονύσῳ ἐτελοῦντο τὰ μυστήρια, πρὸς αἴνιγμα τοῦ δεῖν τοὺς πίνοντας ἐπικρύπτειν τὸν οἶνον, καὶ μὴ ἐς προῦπτον ἀσχημονεῖν κωμάζοντας· ἢ καὶ διὰ τὴν σπουδὴν τοῦ ταμιεύεσθαι τὸν οἶνον καὶ κρύπτεσθαι ὡς εἰς παλαίωσιν. Διὸ καὶ Οἰκουρὸς Διόνυσος ἐλέγετο. Τὸ δὲ ἔθνος οἱ Ἀψίνθιοι ἀπὸ ποταμοῦ ἐοίκασι κεκλῆσθαι Ἀψίνθου. Φησὶ γὰρ ὁ Διονύσιος, « Θρήικος ἐπ' ἠόσιν Ἀψίνθου. » Διχῶς δὲ γράφεται, καὶ διὰ τοῦ υ καὶ διὰ τοῦ ι· ὡς καὶ τὸ ἀψίνθιον τὸ φυτὸν, καθά φασιν οἱ παλαιοί. Τὸ δὲ εὐοῖ εὐᾶν ἀναφωνήσεις ἦσαν, ὡς εἴρηται, εἰς τὸν Διόνυσον ὑμνητήριοι, περὶ ὧν μετ' ὀλίγα ἐν τῷ περὶ Καμαριτῶν λόγῳ ῥηθήσεται. Ὁ δὲ Διόνυσος Εἰραφιώτης μὲν καλεῖται ἢ παρὰ τὸ ἐρράφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διὸς, ἢ παρὰ τὸ ἔριν φαίνειν· πατὴρ γὰρ ἔριδος οἶνος ὑπὲρ μέτρον πινόμενος. Ἐρίβρομος δὲ καὶ ἐριβρεμέτης ἢ διὰ τὰς τῶν μεθυόντων κραυγὰς (διὸ καὶ Βάκχος ὡς ἀπὸ τοῦ βάζειν λέγεται, προσληφθέντος τοῦ κ στοιχείου διὰ πλείονα τραχύτητα φωνῆς), ἢ διὰ τὸν βρόμον, ὃν ὁ γλευκάζων οἶνος ποιεῖ πνευματούμενος καὶ ζέων. Καὶ οὕτω μὲν καὶ ταῦτα. Τὴν δὲ μεγίστην Βρεττανικὴν νῆσον οἱ παλαιοὶ τρίγωνον ἱστοροῦσιν εἶναι τῷ σχήματι, εἰς ἣν διαίρων, ἤγουν ἀποπλέων, Καῖσαρ ὁ ἐπιλεγόμενος θεὸς νύκτωρ ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, τριακοσίους σταδίους διάπλου τελέσας. Δὶς δὲ, φασὶ, διαβὰς ἐκεῖ ἐπανῆλθε διαταχέων, οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος, οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολὺ τῆς νήσου, ἀλλὰ δύο μὲν ἢ τρεῖς νίκας νικήσας, ἀπολέσας δὲ πλοῖα πολλὰ διὰ τὴν αὔξησιν τῶν ἐν τῷ ὠκεανῷ πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων.

568. Ὅτι τὸ μέγεθος τῶν Βρεττανίδων νήσων, ἃς ἄλλοι, ὡς προερρέθη, διὰ τοῦ π Πρεττανίδας καλοῦσιν, οὐ μόνον ὁ Διονύσιος ἐνέφηνεν, ὡς ἀνωτέρω ἐρρέθη, ἀλλὰ δηλοῖ καὶ ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῇ γεωγραφικῇ ὑφηγήσει, λέγων ὅτι τῶν νήσων πρωτεύει ἡ Ἰνδικὴ Ταπροβάνη μεγέθει καὶ δόξῃ, μεθ' ἣν ἡ Βρεττανικὴ, τρίτη ἡ Χρυσῆ χερρόνησος, τετάρτη ἑτέρα Βρεττανῶν

tiones. Nimirum fama est Amnitarum uxores, per totam noctem tripudiantes choreas ducere, ita ut hac in re et Thraces eis et Indi cedant, tametsi et ipsi afflati sint numine Bacchi, eique orgia magno opere celebrent. Geographus (*p.* 198) præterea scribit templum esse mulieribus his Amnitarum, quod eæ quotannis retegunt eodemque rursus die ante solis occasum integunt, unaquaque onus importante, quod si deciderit, mulierem ipsam importantem furiose discerpunt. Sciendum autem est nocturna Libero Patri hæc mysteria fieri, ut veluti ænigmate ostenderent, eos qui vino indulgent id oportere in occulto facere, neque bacchando turpiter in propatulo agere, aut etiam propter curam atque studium recondendi vini, veluti ad inveterationem. Quare etiam Bacchus οἴκουρος, *custos domus*, est appellatus. Absinthii populi vocati sic videntur ab Absintho flumine. Sic enim Dionysius : « Thracis ad ripas Absinthi. » Ἄψινθος bifariam scribitur, tum per υ, tum per ι, sicuti etiam ἀψίνθιον, *absinthium*, plantæ genus, ut veteres aiunt. Verba porro illa : *Evoe Evan*, erant, ut dictum est, acclamationes ad Bacchum, ad laudes ejus canendas accommodatæ; quibus de acclamationibus paulo post, ubi de Camaritis. Ceterum Bacchus εἰραφιώτης vocatur, vel ex eo quod Jovis femori insutus fuit (ἐρράφθη), vel eo quod ἔριν φαίνει, in lucem profert discordiam. Vinum namque, si immoderatius bibitur, pater est discordiæ. Idemque etiam ἐρίβρομος et ἐριβρεμέτης vel propter ebriorum clamores (quare etiam Bacchus dicitur, quasi a verbo βάζειν, *loqui*, assumpta littera κ ad majorem vocis asperitatem), vel propter βρόμον, *fremitum*, quem vinum adhuc musteum, quum inflatur et fervet, facit. Atque hæc quidem ita. Maximam Brettanicam insulam veteres tradunt figura esse triangulari, in quam quum classe trajiceret Cæsar, qui Deus est cognominatus, de nocte solvit, postridieque appulsus est, hora fere quarta, confecto spatio trecentorum stadiorum. Bis vero narrant eo Cæsarem trajecisse, nullaque re memorabili gesta, quam celerrime rediisse, quum non longe per insulam processisset, sed duobus aut tribus prœliis victoriam consecutus, multas naves ex æstuum oceani accedentium atque recedentium incremento amisisset.

568. Magnitudinem Brettanidum insularum, quas alii, ut supra dictum est, Prettanides vocant per p, non Dionysius modo, ut memoratum est supra, repræsentat, sed etiam declarat Ptolemæus (7, 5) in enarratione sua geographica, ubi insularum principem magnitudine et gloria esse ait Taprobanam Indicam, secundum ab ea locum obtinere Brettanicam, tertiam esse Chersonesum auream, quartam, Brettano-

---

1. ἐξελαυνομένας *DKLMY*, ἐξαλαμένας *E*, ἐξευλομένας *d*, διελαυνομένας *C*. ‖ — 9. τὰ om. *d*. ‖ — 11. εἰς *d*. ‖ — 12. ὡς om. *Ed*. « Οἰκουρὸς Διόνυσος unde Eustathio innotuerit latet, nisi ab Lycophrone 1246 accepit; proxime accedit Διόνυσος ὁ Σκοῖδος apud Menandrum p. 97. » Bernh. ‖ — 15. Θρηίκιος *Ed*; ἠιόσιν *Ed*. ‖ — 16. υ καὶ τοῦ ι om. *C*. ‖ — 18. εὐὰν *KL* aliique. εἰσὶν *CDL*. ‖ — 19. τὸν om. *CDLM*. ὀλίγον *KM*. ‖ — 20. περὶ om. *CDKY*. ‖ — 22. φαίνειν] ὑφαίνειν conj. Holsten. ‖ — 25. ὡς om. *C*; βράζειν *d*. ‖ — 27. ποιεῖ post ζέων collocat *d*. ‖ — 28. καὶ ante ταῦτα add. e *CEKLMY*. ‖ — 29. Βρεττανικὴν *LMU*, Βρετανικὴν *CDEKNY*. ‖ — 32. περὶ] ἐπὶ pr. m. *Y*. ‖ — 33. τριακοσίους *C*, τριακοσίους καὶ εἴκοσι Strabo p. 199 (166, 20 Did.). ‖ — 34. οὐδὲ *D*. ‖ — 37. πλημυρίδων *KM*. ‖ — 39. Βρετανίδων *CDEKNY*. et similiter in sqq. ‖ — 40. ἐρρέθη *CDL*. ‖ — 41. οὐ μόνον *K*; ἀνέφηνεν

ἡ Ἰουερνία, πέμπτη Πελοπόννησος, Σικελία μετ' αὐτὴν ἕκτη, ἑβδόμη Σαρδὼ, ὀγδόη Κύρνος, Κρήτη ἐννάτη· ἐπὶ δὲ ταύταις ἡ Κύπρος οὖσα δεκάτη γίνεται τοῦ καταλόγου κορωνίς. Καὶ Πτολεμαῖος μὲν οὕτως εἰς δεκάδα κορυφοῖ τὰς μεγίστας νήσους, συναριθμῶν αὐταῖς καὶ δύο χερρονήσους, ὡς ἂν, οἶμαι, τὴν δεκάδα σεμνύνῃ. Ἕτεροι δὲ, ὡς καὶ ἄνω που ἐλαλήθη, εἰς ἑπτὰ συνάγουσιν αὐτὰς καὶ μόνας, γράφοντες οὕτως ἐμμέτρως·

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς ἔδειξεν ἡ φύσις
θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
πρώτη μεγίστη, δευτέρα Σαρδὼ, τρίτη
Κύρνος, τετάρτη δ' ἡ Διὸς Κρήτη τροφός,
Εὔβοια πέμπτη στενοφυὴς, ἕκτη Κύπρος,
Λέσβος δὲ τάξιν ἐσχάτην λαχοῦσ' ἔχει.

581. Ὅτι μετὰ τὰς Βρεττανίδας πολὺ πρὸς τὰ βόρεια ἡ Θούλη νῆσος, ἧς πολὺς ὁ ἐκτοπισμός· ἀρκτικωτάτη γὰρ τῶν ὀνομαζομένων τίθεται. Ἔνθα, φησὶν, ἤματα ὁμοῦ καὶ νύκτας ἀειφανὲς ἐκκέχυται πῦρ, ὁπηνίκα ἥλιος βεβήκοι ἐς πόλον ἄρκτων, ἐν καρκίνῳ γενόμενος. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑπερβολικὸν τὸ ἀδιάδοχον ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ εἶναι τὴν ἡμέραν ἐκεῖ. Ἐκεῖνο δὲ καὶ ἐπὶ πλέον ἐκπίπτει ὑπερβολῆς, ὃ δή τινες ἱστόρησαν, τὸ τὸν μὲν θερινὸν ὅλον ὑπὲρ γῆς εἶναι αὐτόθι, τὸν δὲ χειμερινὸν ὑπὸ γῆν, ὡς ἐντεῦθεν τὸν ἐνιαυτὸν ἐν τῷ ἐκεῖ κλίματι μερίζεσθαι εἰς ἡμερονύκτιον ἕν, ἤγουν εἰς μίαν ἡμέραν καὶ εἰς μίαν νύκτα· καθὰ καὶ Ἡρόδοτος περὶ τῶν Κιμμερίων λέγων φησὶ μὴ ἐνδέχεσθαι ἀνθρώπους εἶναι, οἳ τὴν ἑξάμηνον νύκτα καθεύδουσιν. Φασὶ δὲ ἄλλοι ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἐλθόντα τὸν ἥλιον ποιεῖν παρατείνειν τὴν ἡμέραν ἐκεῖ καὶ εἰς κ' θερινὰς ὥρας καὶ εἰς πλεῖόν τι, ὀλιγίστων ὡρῶν ποιοῦντα τὴν νύκτα, χειμῶνος δὲ τὸ ἀνάπαλιν. Αἰτίαν δὲ λέγει ὁ Διονύσιος τοῦ ἐκεῖ ἀειφανοῦς φωτὸς τὸ λοξοτέρᾳ τηνικαῦτα τὸν ἥλιον ἐπιστρέφεσθαι στροφάλιγγι, τουτέστι τὸ λοξότερον ἀναφέρεσθαι τὸν ἥλιον, καὶ δι' αὐτὸ ἐμβραδύνειν τοῖς ἄνω. Τὸ δὲ ἑξῆς ἐπαγόμενον τὸ ἀκτίνων ἰθεῖαν ἐπὶ κλίσιν ἐρχομένων, ἀντὶ τοῦ κατευθὺ τῆς νήσου φερομένου τοῦ ἡλίου, καὶ εἰς αὐτὴν οἷον ἀφορῶντος. Καὶ ἔστι τὸ σχῆμα ῥητορικὸν ἀντίθετον, ἀντιτεθέντος τοῦ λοξοῦ τῇ εὐθύτητι, ὡς ἐὰν εἴπῃ ὅτι λοξοτέρου μὲν ἄλλως φύσει τοῦ ἡλίου στρεφομένου, κατ' εὐθὺ δὲ ὅμως τηνικαῦτα ὄντος τῇ

rum alteram Iberniam, quintam Peloponnesum, sextam Siciliam, septimam Sardiniam, octavam Cyrnum, nonam Cretam, decimam denique Cyprum coronidem esse hujus catalogi. Et sic quidem Ptolemæus insulas maximas ad denarii usque numeri summam provehit, quum iis et Chersonesos s. peninsulas duas adnumeret, ut, quemadmodum opinor, denarium numerum commendet. Verum alii, ut supra dictum est, ad septem tantummodo eas contrahunt, quas versibus sic describunt :

Septem insularum, maximas mortalibus
quas edidit natura, Sicilia, ut ferunt,
prima insula est, secunda Sardo ; tertia
Cyrnus, deinde quarta Creta, altrix Jovis,
Eubœa quinta angustior, sexta est Cypruš,
Lesbusque septima ordinem extremum tenet.

581. Post Brettanides valde ad septentriones Thule insula, cujus magna est a reliquis terris remotio. Posita namque est ad septentriones maxime omnium insularum, quæ nomen habent ; ubi, inquit, dies ac noctes ignis semper splendidus effunditur, quum sol sursum versus ad polum arcticum progrediens ad Cancrum pervenit, atque in eo versatur. Atque hoc quidem supra fidem est planeque hyperbolicum, eo tempore diem ibi esse perpetuum. Sed illud tamen in hyperbolen multo majorem transit, quod quidam tradunt, solem ibi æstivum totum esse supra terram, hybernum vero subter terram, ut inde annus in illo climate in diei et noctis spatium unum dividatur, nimirum in unum diem et in unam noctem, sicuti etiam Herodotus (4, 25), ubi de Cimmeriis loquitur, affirmat, fieri nequaquam posse, ut homines sint, qui semestrem noctem dormiant. Verum alii aiunt solem, quum ad Arctos adscendit, diem ibi protractum facere ad horas æstivas viginti atque aliquanto etiam amplius, noctem vero ad horas paucissimas breviare ; contraque facere hieme. Cur autem semper ibi lux appareat, causam hanc affert Dionysius quod hinc sol flexu atque gyro obliquiore convertitur, h. e. obliquius sol adscendit, ideoque in superiore parte immoratur. Illud vero quod subjicitur, « radiis rectam ad inclinationem venientibus » pro eo est ac si diceret, directe contra insulam lato sole, atque ad eam veluti respiciente. Et est figura oratoria antithesis, quum opposita inter sese sint obliquum et rectum, perinde ac si dixisset, solem, tametsi natura si alioquin obliquior, tamen hinc recta linea esse illi insulæ oppositum.

E; ἐρρήθη *M.* ‖ — 1. Οὐερνία codd. ‖ — 3. δὲ om. *CDL.* ἡ om. *d.* ‖ — 6. καὶ δύο χ. αὐταῖς *Ed.* ‖ — 10. sqq. Alexidi comico versus tribuuntur a schol. Platonis p. 392. ed. Bekker. (V. Fragm. Comic. p. 580 ed. Did.) et Constantino Porphyr. de Them. 2, 10 p. 59 ed. Bonn. Hic, sicuti Eustathius, eos petierunt e Stephano Byzantio v. Σικελία. Ceterum de insulis maximis cf. Aristoteles Mirab. c. 89; idem de mundo c. 3 (tom. 3, p. 558, 2 Did.), Timæus ap. Strabon. p. 654 (558, 2 Did.), Anonymus ad calcem Scylacis (tom. 1, p. 96); Diodor. 5, 17; Stobæus Eclog. Phys. 1, 42; Agathemerus, qui dicitur, p. 46; Marcian. § 8 (t. 1, p. 521); Appian. H. Rom. c. 5 p. 2 ed. Did. Apuleius p. 123 ed. Altenb. ‖ — 11. δέδειχεν schol. Plat. et Constantin. μέγιστας] μάλιστα scr. Bothe in Fragm. Comic., absque causa idonea. ‖ — 12. πρώτη] ἐστὶν schol. et Const. ‖ — 15. ἐσχάτην] ἑβδόμην schol. et Const. ‖ — 17. ἀρκτικωτέρα *lm.* ‖ — 20. ὁ ἥλιος *C;* βεβήκοι om. *Ed.* ‖ — 23. ὑπερεκπίπτει *C.* ‖ — 25. ἐνταῦθα *Ed.* ‖ — 27. εἰς ante μίαν om. *d.* ‖ — 28. λέγει μὴ *Ed.* ‖ — 29. νύκτα om. *d.* ‖ — 34. λοξότερον *d;* ἀναστρέφεσθαι *C.* ‖ — 38. ἀκτίνων om. *C;* ἐπίκλησιν *Ed,* ἐπίκλισιν *L.* ‖ — 42. ἂν *ELd;* εἶπεν codd.; ὅτι om. *L.* ‖ — 43. στρεφομένου om. *KM,* κινουμένου *Ed.* ‖ —

νήσῳ. Ποιεῖ δὲ, φησὶ, τοῦτο ὁ ἥλιος, ἕως ἐπὶ κυανέους ἄνδρας νοτίαν ὁδὸν αὖθις ἐλάσῃ, τουτέστιν ἐπιμήκης ἡ ἡμέρα γίνεται τοῖς περὶ τὸν βόρειον πόλον, ἕως εἰς τὸ ἀντικείμενον νότιον ἡμικύκλιον ἢ ἡμισφαίριον τραπῇ ὁ ἥλιος. Τούτους γὰρ λέγεσθαί φασι κυανέους, δηλονότι τοὺς πρὸς τῷ νοτίῳ μέρει Αἰθίοπας, εἰς οὓς καὶ ὁ Ζεὺς ἥλιος ἀποδημεῖν ποτε παρὰ τῷ Ποιητῇ πλάττεται. Τὸ δὲ ἐς πόλον ἄρκτων ἀντὶ τοῦ περὶ τὸν ἀρκτῷον πόλον, ἤγουν κύκλον τοῦ οὐρανοῦ, περὶ ὃν αἱ δύο ἄρκτοι εἱλοῦνται.

589. Ὅτι πρὸς τοῖς ἑῴοις τοῦ ὠκεανοῦ ἐστιν ἡ Χρυσῆ νῆσος, λεγομένη οὕτως ἢ διὰ τὸ χρυσὸν φέρειν κατά τινας, ἢ κατὰ τὸν Διονύσιον διότι αὐτόθι ἀνατολαὶ καθαροῦ φαείνονται ἠελίοιο, καὶ οὕτω διὰ τὸ καθαρὸν τῆς φαύσεως χρυσοῦς εἶναί πως δοκεῖ ὁ ἥλιος, οὐ μὴν σκυθρωπὸς, καθὰ παρὰ Σκύθαις διὰ τὴν τοῦ Κρονίου πόντου συννέφειαν. Καὶ διὰ τοῦτο Χρυσῆ λέγεται καὶ ἡ ὑπ' αὐτῷ λαμπομένη αὕτη νῆσος.

591. Ὅτι ἡ Ταπροβάνη ποτὲ Σαλικὴ ὀνομασθεῖσα νῆσός ἐστι πελαγία, οὐκ ἐλάττων τῆς Βρεττανικῆς, κατὰ τὴν ἱστορίαν, τετράπλευρος, θηρονόμος, πεπληθυῖα εὐρίνων ἐλεφάντων, ὡς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Λύχνος ἐπιλεγόμενος· ταύτην τὴν νῆσον ὁ Διονύσιος μητέρα φησὶν ἐλεφάντων Ἀσιηγενέων. Λέγει δὲ αὐτὴν καὶ Κωλιάδος νῆσον μεγάλην, ὃ ἔστιν Ἀφροδίτης, ὁποία καὶ ἡ Κύπρος, διὰ τὸ καὶ τοὺς ἐν τῇ Ταπροβάνῃ ἀνθρώπους γυναικείῳ κόσμῳ φαιδρύνεσθαι, ἄλλως τε τὰ εἰς Ἀφροδίτην θρυπτομένους, ἔτι δὲ καὶ ἐμπλεκομένους τὰς τρίχας. Ἱστορεῖ δὲ καὶ τὸν καρκίνον τὸ θερινὸν ζώδιον ὑπὲρ αὐτῆς δινεῖσθαι τῆς νήσου, οὐρανίαις ἀειρόμενον στροφάδεσσιν, ὡς τοῦ ἐκεῖ κλίματος ὑπὸ τὸν καρκίνον κειμένου. Πτολεμαῖος μέντοι τὸν κριὸν τὸ ζώδιον ὑπὲρ αὐτῆς εἱλεῖσθαί φησι. Σημειωσαι δὲ ὅτι κατὰ λόγον δριμύτητος, ἤτοι γλυκύτητος, στροφάδας οὗτος νῦν εἶπε τὰς τοῦ ἀστέρος τοῦ καρκίνου κατ' οὐρανὸν στροφάλιγγας καὶ κινήσεις. Ἡ δὲ κοινὴ χρῆσις ὄνομα νήσων ἔχει τὰς Στροφάδας περὶ τὸ Σικελικὸν κειμένων πέλαγος. Κωλιὰς δὲ ἡ Ἀφροδίτη ἢ ἀπὸ τόπου Ἀττικοῦ, ὅπου τὰ Περσικὰ συνέπεσον ναυάγια, περὶ ὧν χρησμὸς τοιοῦτος ἐξέπεσε· « Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖς φρίξουσιν. » Ὁ δὲ τοιοῦτος Ἀττικὸς τόπος ὅμοιός ἐστι, φασὶν, ἀνθρώπου κώλῳ. δηλαδὴ τῷ κατὰ τοὺς πόδας, ἐκκείμενος εἰς θάλασσαν, ἔχων Ἀφροδίτης ἱερὸν, Κωλιάδος καλουμένης ἐκ τῆς τοῦ τόπου ὁμοιότητος. Ἕτεροι δὲ Κωλιάδα φασὶ κλη-

Idque, ut ait, facit sol, donec australem rursus viam ad cyaneos homines ineat, h. e. fit iis dies longior, qui ad polum borealem habitant, donec sol versus oppositum semicirculum australem s. australe hemisphærium convertatur. Hos enim vocatos aiunt cyaneos, Æthiopes nimirum, qui sunt in parte australi, ad quos comminiscitur Poeta (Il. α, 423) Jovem, qui utique sol est, peregre aliquando abire. « Ad polum arctorum » dicit pro : ad polum arcticum, circulum nimirum cœli, circa quem arcti s. ursæ duæ vertuntur.

589. Ad oceanum orientalem est Aurea insula, ita appellata vel eo quod, ut quibusdam placet, fert aurum, vel, ut Dionysio videtur, quod ortus ibi solis clare pureque lucentis apparent; itaque propter puram illam lucem aureus quodammodo sol esse videtur, non vero tristi turpidoque aspectu, ut apud Scythas, propter Cronii illius maris nebulas. Et hac de causa Aurea insula dicitur, quæ sub eo splendet atque illuminatur.

591. Taprobana, Salica quondam nominata, insula est in alto posita, non minor Brettanica, ut historia proditum est, lateribus illa quidem quaternis, ferarum altrix, elephantibus bene a proboscide instructis referta, ut Alexander ait cognomento Lychnus. Insulam hanc Dionysius matrem vocat elephantum in Asia genitorum, eamque etiam dicit insulam magnam Coliadis, h. e. Veneris, cujusmodi est Cyprus, eo quod qui in Taprobana sunt viri muliebri sese mundo nitide exornant, præsertim quum et rebus ipsi Veneris lascivius indulgeant, ac præterea implexos colligatosque capillos gerant. Ad hæc etiam tradit Cancrum signum æstivum supra eam insulam in orbem moveri, cœlestibus gyris atque conversionibus sublatum : quippe quum clima ibi positum sit sub Cancro. Quanquam Ptolemæus (8, 28) arietis signum supra eam insulam versari affirmat. Verum observa, ut hic Poeta pro acrimoniæ vel dulcedinis ratione conversiones et motus stellæ Cancri in cœlo vocat nunc στροφάδας, quum tamen usus communis Strophades nomen insularum habeat in mari Siculo positarum. Colias autem Venus fortasse a loco Attico quo, facto naufragio, navium Persicarum fragmenta devenerunt, de quibus oraculum hujusmodi ad vulgus emanavit : « Coliades matres visis remis horrebunt. » Est autem, ut aiunt, hic iste locus Atticus similis hominis κώλῳ, *membro*, nimirum cruri, expositus atque excurrens in mare, cum templo Veneris, quæ inde a loci similitudine Colias vocitatur. Verum alii vocatam aiunt Coliadem

28. φησὶ om. *CDL.* ‖ — 2. ἐλάσει *CEKLY*, ἐλάσσει *M.* ‖ — 3. τοῖς] τοῦ *E.* ‖ — 4. τὸ] τὸν *L.* Parum recte hæc Eust. disserit, monente Hillio ad Dion. v. 586. p. 232 sq. Dein περὶ τῶν ἀρκτώων *C.* Ceterum pro περὶ legendum videtur πρὸς aut certe παρὰ. ‖ — 13. διότι] διὰ τὸ *Ed.* ‖ — 14. καθαροῦ φαίνονται ἀνατολαὶ ἠελίοιο *CDL.* ‖ — 19. Σαλύκη *C.* ‖ — 22. Ἀλέξανδρος] apud Steph. Byz. v. Ταπροβάνη. ‖ — 25. Μολιάδος *F.* ‖ — 26. καὶ om. *CDL.* ‖ — 28. ἐς *CE.* ‖ — 33. εἱλῆσθαί φησι ὑπὲρ αὐτῆς *C.* Ptolemæus (8, 28) neque dixit tale quid, neque dicere potuit. ‖ — 35. νῦν οὕτως εἶπε *C.* ‖ — 39. ἀπὸ τοῦ τόπου *E.* ‖ — 40. συνέπεσαν *E*; συνέπεσον τὰ Περσικὰ ν. *M*; περὶ οὗ vulg. ante Bernh. V. Strabo p. 398 (342 Did.). ‖ — 41. σφρίξουσιν *C.* φρύξουσι apud Strabon. et Herodotum leg. esse viri docti conjecerunt. ‖ — 42. ἀνθρώπου κώλῳ φασὶν *C*; φασὶν ἀνδρ. om. *L.* De sequentibus v. Schol Aristoph. Nub. 53. ‖ — 1. δὲ om. *E.* ‖ — 4. οὕτω... κωλῇ om.

θῆναι ἀπὸ τόπου εἰς ὃν ζώου κωλῆν ἀπέθετο ὄρνις ἔκ τινος θυσίας ἁρπάσας. Μέρος δὲ ποδὸς ἐμπροσθίου ἡ κωλῆ, καὶ περισπᾶται ἀπὸ συναιρέσεως, ὥσπερ γαλέα γαλῆ, οὕτω καὶ κωλέα κωλῆ. Οἱ δέ φασιν ὅτι Ἀθηναίους ἐληΐσαντό ποτε οἱ Τυρρηνοὶ, μεγάλα σὺνιστῶντες πειρατήρια. Γυνὴ δὲ Τυρρηνὶς διατεθεῖσα φιλίως περί τινα τῶν Ἀττικῶν αἰχμαλώτων ἀφῆκε λύσασα. Ὁ δὲ ἵδρυσε φυγὼν Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερὸν, ὡς δι' αὐτὴν τὰ κῶλα λυθείς. Αἴθωνα δὲ τὸν καρκίνον προσεῖπεν ἀντὶ τοῦ καυσοποιὸν, διὰ τὴν θερμότητα ἣν ὁ ἀὴρ πάσχει, ὄντος τοῦ ἡλίου ἐν τῷ τοιούτῳ θερινῷ ζωδίῳ.

592. Ὅτι κεῖται καὶ ἐνταῦθα παρήχησις καινότροπος, ὁποῖαι πολλαὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν εἰρηνται. Ἔστι δὲ τοιαύτη, στρεφθεὶς νοτίης προπάροιθε κολώνης, αἶψά κε Κωλιάδα ἐπὶ νῆσον ἵκοιο. Παρηχοῦνται γάρ πως ἡ κολώνη καὶ ἡ Κωλιάς. Τάχα δὲ οὐδὲ τοῦτο παρήχησις, ἀλλ' οὕτω παρατυχὸν συνέπεσεν, οὐ περιεργασαμένου τοῦ ποιητοῦ.

596. Ὅτι εὐρυτάτη τὸ μέγεθος ἡ Ταπροβάνη. Φησὶν οὖν καὶ ὁ Γεωγράφος· « Ταπροβάνη πελαγία νῆσος μεγάλη, πολὺ τῆς ἠπείρου διέχουσα. Ἔχει δὲ κατὰ τὸν Διονύσιον καὶ κήτη πολλὰ ὄρεσιν ἠλιβάτοις ἐοικότα, οἷς ὑπὲρ ἄκρων νώτων τέτρηχεν, ὃ ἔστι τετράχυνται, μήκιστος ὁλκὸς ἀκάνθης· ὧν καὶ τὰ στόματα λυγρὰ λέγει, καὶ χάσμα οὕτω μέγα φησὶν αὐτοῖς εἶναι, ὡς πολλάκις καὶ νῆα σὺν αὐτοῖς ἀνδράσιν ὑφ' ἓν καταβρῶξαι, ὃ ἔστι καταβροχθίσαι, καταπιεῖν. Ὀνοματοπεποίηται δὲ τὸ καταβρῶξαι, ὡς ἀπὸ τοῦ βρόχω ῥήματος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔστι καὶ ὁ βρόχθος καὶ τὸ καταβροχθίζω ῥῆμα. Λέγει δὲ τὰ τοιαῦτα κήτη καὶ τέρατα καὶ βοτὰ πόντου Ἐρυθραίου, ἐν ᾧ καὶ ἡ νῆσος κεῖται. Μεγεθύνας δὲ αὐτὰ τῷ λόγῳ, ἐπάγει πάνυ ἐνδιαθέτως, ὡς οἷα φόβον παθὼν, ὅτι δυσμενέων παῖδες ἐκείνοις ἀντιάσειαν, ὃ ἔστιν ἐχθροὶ ἄνδρες πλανώμενοι περὶ θάλασσαν ἐντύχοιεν αὐτοῖς. Τούτου δὲ τοῦ σχήματος τῷ ἀνάπαλιν χρήσεται, ὅτε περὶ τῶν Μασσαγετῶν εἴπῃ, ὅτι « μήτ' αὐτὸς ἐγὼ, μήθ' ὅστις ἑταῖρος αὐτοῖς ἐμπελάσοι· μάλα γὰρ κακόξενοι. » Ἔμπαλιν γὰρ ἐσχημάτισται τοῦτο πρὸς ἐκεῖνο. Εἰ γὰρ καὶ ἄμφω ἐνδιαθέτως ἔχουσιν, ἀλλ' ὅμως διαφέρουσι, καθὰ ἐνταῦθα μὲν ἐχθροῖς ἐπαρασάμενος ἀπώλειαν καταντᾷ σιωπηρῶς εἰς τὸ ὑπὲρ φίλων ἀπεύχεσθαι· φησὶ γάρ. δυσμενεῖς ἐμπελάσειαν αὐτοῖς, φίλοι δὲ δηλαδὴ οὔ· ἐν δὲ τῷ περὶ Μασσαγετῶν ἀνάπαλιν τὰ ὑπὲρ φίλων ἀπευξάμενος εἰς ἐχθροῦ ἀφορᾷ κατευχήν· λέγει γάρ· μήτ' ἐγὼ, μήτε τις τῶν ἐμῶν ἐμπελάσοι τοῖς Μασσαγέταις, ἀλλ' ἐχθρὸς δηλονότι ἐμπελάσοι αὐτοῖς. (599.)

a loco, in quem avis κωλῆν, *armum*, victimæ ex sacrificio quodam raptum deposuerat. Pars pedis anterioris ἡ κωλῆ, *armus;* et circumflectitur ex synæresi, uti γαλέα, γαλῆ, sic etiam κωλέα, κωλῆ. Alii tamen tradunt Tyrrhenos olim, magnis piraticis copiis coactis, prædam ex Atheniensibus egisse; mulierem vero Tyrrhenicam, Attici cujusdam captivi amore captam, illum a vinculis liberasse; qui fuga inde elapsus, Coliadis Veneris templum posuerit, quod sibi propter eam τὰ κῶλα soluta fuissent. Porro autem Cancrum αἴθωνα, *ardentem*, appellat, ac si diceret efficientem ardoris atque æstus, propter calorem quo aer afficitur, quum sol in hoc æstivo signo versatur.

592. Inest in hoc quoque loco parechesis novæ cujusdam rationis, quales multæ commemoratæ sunt in Commentariis ad Odysseam (ι, 415, p. 1639). Est autem hujusmodi : « Conversus australem ante collem (κωλώνην), illico Coliadis ad insulam perveneris. » Parechesim enim sive adsonantiam quodammodo habent κολώνη, *collis*, atque Κωλιάς, *Colias*. Sed fortasse non hæc est parechesis, sed casu quodam ita evenit, non quod eam poeta curiose exquisierit.

689. Cum Herodoto (2, 114) Noster censet Colchos advenas esse ex Ægypto, h. e. *in* coloniam eo missos vel deportatos. Cui sententiæ illud argumento est quod et capite crispo sunt, h. e. capillis crispis, ut Ægyptii, et cute nigra, ac præterea consuetudines sunt apud eos Ægyptiæ, quarum una est, ut circumcidantur et vestes lineas induant. Quin et victus ratio et lingua similiter sese habere dicuntur apud Colchos et Ægyptios. Geographus vero (*p.* 492, 498) ita : « Colchi sunt post Heniochos sub Caucasiis et Moschicis montibus. » Vocantur autem Colchi a Colcho Phasidis filio. Feruntur supra hos siti esse Thoanes (*Soanes*), homines sordibus nihilo meliores vicinis Phthirophagis, sed abundantes auro. Torrentes namque apud eos aurum deferunt, quod incolæ velleribus excipiunt. Unde datus est locus fabulæ de vellere aureo, cujus gratia Argonautæ navigationem illam susceperunt. Quanquam Charax vellus aureum esse dicit rationem conficiendi auri litteris mandatam, eamque in membranis contentam, propter quam, tamquam in pretio habendam, expeditionem illam Argûs navis instructam fuisse affirmat. Atque hæc quidem hujusmodi. Verum Dionysius Colchorum loca describens incolere eos ait ad intimum sinum, quem diximus, Ponti Euxini, post Tyndaridas, de quibus diximus, prope a Caucaso, qui circa sinum Hyrcanium montibus altissimis excrescit; ubi, inquit, et Phasis

---

2. Ἀζύγιοι *d*. || — 3. φησιν om. *U*. || — 4. περὶ] ἐπὶ *d*. || — 5. τὸν Εὔξεινον om. *d*. || — 7. εἶναι om. *d*; ἤτοι] ἤγουν *d*, γοῦν *DL*, τοὺς τῶν... Ἡνιόχους καὶ om. *CF*. || — 11. Τραπεζοῦντα *C*. || — 18. δὲ om. *CF*. || — 20. καὶ om. *CDFLMY*. || — 25. οὐλόκρατοι *C*; οὐλότριχες Herodotus habet. || — 26. μέλανες] μελανόχροες Herodot. || — 27. ἔθνη *dl*; καὶ om. *d*; λινᾶς *U*. || — 32. υἱοῦ τοῦ Φάσ. *C*. || — 33. Θοᾶνες] Debebat Σόανες. V. Strabo p. 426, 20 ed. Didot.; μὲν om. *d*. || — 34. δὲ om. *d*. || — 36. μαλωταῖς *FM*. || — 39. χρυσοῦν μαλλὸν δέρμα *D*. De re cf. Suidas v. δέρας; μεμβράνῃ *L*. || — 40. περιειλημ. *d*. || — 41. στόλου *C*. || — 43. αὐτὸν om. *DL*. || — 45. περὶ] πρὸς *C*.

καὶ ὁ Φᾶσις « Κιρκαίου κατὰ νῶτον ἑλισσόμενος πεδίοιο
Εὐξείνου ποτὶ χεῦμα θοὴν ἀπερεύγεται ἄχνην. » Εἰς γὰρ
τὸν Εὔξεινον πόντον ἐκβάλλει καὶ ὁ Φᾶσις ποταμὸς, ὃς
ἐκτείνει μὲν τὴν παραλήγουσαν, καλεῖται δὲ οὕτως ἀπὸ
Φάσιδος, οὗ υἱὸς Κόλχος ἱστόρηται. Καταρρέει δὲ εἰς
τὴν Κολχίδα τραχὺς καὶ βίαιος, περατὸς ἑκατὸν γεφύ-
ραις κατὰ τὸν Γεωγράφον διὰ σκολιότητα. Ἐμβάλλουσι
δὲ εἰς αὐτὸν ποταμοὶ Γλαῦκος καὶ Ἵππος. Ἐπίκειται
δὲ καὶ πόλις ὁμώνυμος. Οἱ δὲ περὶ αὐτὸν τόποι Φα-
σιανὴ λέγεται χώρα ὑπό τε Διοδώρου καὶ ἄλλων. Καὶ
οἱ Φασιανοὶ δὲ τὸ ὄρνεον ἐκεῖθεν παρονομασθῆναι δο-
κοῦσιν, ὡς αὐτόθι πλεονάσαντες. Ὁ δὲ Καύκασος καὶ
Κάσπιος ὑπὸ τῶν ἐκεῖ καλεῖται, ὡς ὁ Γεωγράφος φη-
σίν· ὃς λέγει καὶ ὅτι τὰ πρὸς θάλασσαν αὐτοῦ Κεραύνια
ὄρη καλοῦνται ὁμωνύμως δηλονότι τοῖς Ἰλλυρικοῖς·
καὶ ὅτι ὑπέρκειται ὁ Καύκασος οὗτος τοῦ Κασπίου πε-
λάγους, διατειχίζων τὸν αὐτόθι ἰσθμὸν, καὶ ἀφορίζων
πρὸς μὲν νότον Ἀλβανοὺς καὶ Ἴβηρας, πρὸς δὲ ἄρκτον
Σαρμάτας.

692. Τὸ δὲ Κιρκαῖον πεδίον διὰ τὴν τοῦ Κολχικοῦ
βασιλέως Αἰήτου ἀδελφὴν Κίρκην οὕτω καλεῖται, τὰς
βοτάνας ἐκεῖθεν συλλέγουσαν. Περὶ τούτου πεδίου καὶ
ὁ Γεωγράφος φησὶν, ὅτι περί που τὴν Ἀλβανῶν γῆν
Κίρκης ἱερὸν, ἔνθα καὶ φιάλη τις Ὀδυσσέως δείκνυ-
ται, καὶ Κιρκαῖον ὄρος πολύρριζον, νησίζον θαλάσσῃ
καὶ ἕλεσιν. Ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τὸν Λυκόφρονα ἔστι
Κιρκαΐόν τι ὄρος καὶ περί που τὰ τῆς Ῥώμης ὅρια.

694. Ὅτι τὸ Ἀρμένιον ὄρος, ἀφ' οὗ ῥέειν ὁ Φᾶσις
ἄρχεται, ὁ μὲν τὰ Ἐθνικὰ γράψας περὶ τὴν ἀρχὴν τῆς
Ὑρκανίας εἶναι οἴεται, ἄλλοι δὲ τοῦ Ταύρου φασὶν
ἀπόσπασμα εἶναι τὸ Ἀρμένιον, παρατεῖνον ἕως καὶ εἰς
Ἀρμενίαν, τὴν οὕτω κληθεῖσαν ἢ ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος
Ἀρμενίου ὄρους, ἢ ἀπό τινος Ἀρμένου Ῥοδίου ἀνδρός.
Κατὰ δὲ ἄλλους Ἀρμενία ἡ χώρα λέγεται ἐπωνύμως
Ἀρμένου ἥρωος ἐξ Ἀρμενίου πόλεως Θετταλικῆς,
συστρατεύσαντος ἐκεῖ τῷ Ἰάσονι. Ὅτι δὲ καὶ εἰς τοὺς
τοιούτους τόπους ἦλθεν ὁ Ἰάσων, ὅτε εἰς τὸ χρυσόμαλλον
ἐπέπλευσε δέρμα, πολλὰ τεκμήρια παρὰ τοῖς παλαιοῖς.
Τὸ δὲ Ἀρμένιον ὄρος λέγεται καὶ πληθυντικῶς τὰ Ἀρ-
μένια. Ἰστέον δὲ ὅτι Ἡρόδοτος τοὺς Ἀρμενίους Φρυ-
γῶν ἀποίκους φησὶ, λέγων καὶ ὅτι πολυπρόβατοί εἰσι.
Καὶ Εὔδοξος δὲ ἐν Γῆς Περιόδῳ φησίν· « Ἀρμένιοι τὸ
γένος ἐκ Φρυγίας, καὶ τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζουσι.
Παρέχονται δὲ καὶ λίθον τὴν γλύφουσαν καὶ τρυπῶσαν
τὰς σφραγῖδας. » Κἀκεῖνο δὲ ἰστέον, ὅτι τὴν Ἀρμενίαν
χώραν εἰς τέσσαρα διελεῖν λέγεται Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς,

« Circæi rapidus campi per dorsa volutus Euxinum in
Pontum spumosas evomit undas. » Namque in Pontum
Euxinum exit Phasis fluvius, qui productam habet
primam syllabam, itaque vocatur a Phaside, cujus
filius Colchus habetur. Defluit autem in Colchidem as-
per ac violentus, pontibus centum ad transitum junctus,
ut Geographus (*p.* 500) ait, propter obliquitatem. In-
fluunt autem in eum Glaucus et Hippus flumina, eique
etiam urbs cognominis adjacet. Circumjacens regio
vocatur Phasiana tum a Diodoro (14, 29), tum ab
aliis. Phasiani item aves habere inde nomen videntur,
quippe qui frequentes ibi sunt. Caucasus vero etiam
Caspius ab accolis appellatur, ut Geographus (*p.* 497.
501) tradit; qui etiam testatur, qua is mons spectat
ad mare, Ceraunios montes vocari, eodem nimirum
nomine quo Illyrici, itemque hunc Caucasum Ponto
Caspioque mari imminere, ac veluti muro isthmum,
qui ibi est, intercipere, Albanosque et Iberes ad au-
strum dirimere, Sarmatas vero ad septentriones.

692. Circæus campus sic vocatur propter Circen,
Æetæ Colchorum regis sororem, quæ inde herbas col-
ligebat. Hoc de campo scribit Geographus (*p.* 232)
ad Albanorum fines fanum esse Circes, ubi etiam
phiala quædam Ulyssis ostendatur, et Circæum mon-
tem, radicibus abundantem insulæ instar, inter marè
et paludes. Sciendum tamen est secundum Lycophro-
nem (1273) Circæum etiam montem quendam esse
circa fines urbis Romæ.

694. Armenium montem, ex quo fluere incipit
Phasis, Ethnicorum scriptor (*v.* Ἀρμενία) ad Hyrcaniæ
initium esse existimat. Verum alii Armenium montem
partem esse aiunt Tauri, porrectam usque ad Arme-
niam, quæ sic appellata est vel ab Armenio eo monte,
quem diximus, vel ab Armeno quodam, viro Rhodio.
Quanquam aliis Armenia regio dicta esse videtur per
denominationem ab Armeno heroe, ex Armenio, op-
pido Thessaliæ, qui eo simul cum Jasone in expedi-
tionem profectus fuerit. Nam et ad hæc ista loca Ja-
sonem penetrasse, quum ad vellus aureum navigavit,
multa sunt indicia apud veteres. Ceterum Armenius
mons, numero etiam multitudinis effertur, montes
Armenii. Quod autem sciendum est, Herodotus (5, 49)
Armenios oriundos a Phrygibus facit, ubi etiam scri-
bit esse illos re pecuaria locupletes. Ad hæc Eudoxus
(*ap. Steph.*) in Circuitu orbis terrarum Armenios ait
genus ducere ex Phrygia atque ad Phrygum loquelam
in multis accedere, lapidemque suppeditare quo gemmæ
scalpuntur ac perforantur. Quin et illud sciendum,
quod traditum ferunt Justinum (*Justinianum*) impe-

---

1. Κυρκαία *C*, Κερκαίου *F*, Κερκέου *M*; πεδίον τὸ Εὐξ. *C*. || — 2. ποτὶ] περὶ *d*. || — 6. ἑκατὸν] ρκ' Strab. p. 500. || — 15. τοῖς om. *C*. || — 17 διατειχίζων om. *d*. || — 18. πρὸς ἄρκτον δὲ *F*; ἄρκτους *C*. || — 20. Κυρκαῖον *CFM*; Κόλχου vulg. ante Bernh. || — 23. περί που] πρὸς vulg. ante Bernh. τῶν Ἀλβ. *C* || — 24. τις om. *d*. || — 25. πολύριζον *D*. || — 26. Lycophron eundem montem quem Strabo indicat. || — 28. καὶ ῥέειν *C*. || — 29. ἔρχεται *C*. || — 30. οἴεται om. *L*, εἴρηται *D*. || — 31. τὸ om. *F*; καὶ ἕως εἰς *d*. || — 33. ἀνδρὸς Ῥοδίου *d*. || — 36. τῷ om. *D*; δὲ om. *C*. || — 37. τόπους om. *L*; Χρυσόμαλον *K*. || — 38. ἔπλευσε *CDFY*, om. vocem *L*. || — 39. καὶ τὰ Ἀρμ. *L*. || — 44. καὶ om. *CDL*; τυπῶσαν *d*. || — 46. Ἰουστῖνος] Debebat Ἰουστινιανὸς,

καὶ πρώτην μέν, φησίν, ἔθετο τὴν ἐνδοξοτάτην Ἑπτάπολιν, ἧς μητρόπολις Βαζανὶς, ἡ πρὶν Λεοντόπολις· ταύτης δέ ἐστι καὶ ἡ Θεοδοσίου πόλις, καὶ ἡ Κολώνεια καὶ ἡ Τραπεζοῦς δὲ καὶ ἡ Κερασοῦς ἐκ τοῦ Πολεμωνιακοῦ κόλπου. Δευτέραν δὲ ὁ αὐτὸς ἔταξεν Ἀρμενίαν ἐν πέντε πόλεσιν, ὧν καὶ ἡ Σεβάστεια. Τρίτην δὲ Ἀρμενίαν κατέστησεν Ἑξάπολιν, τήν ποτε καλουμένην δευτέραν Ἀρμενίαν, ἧς ἡγεῖται ἡ Μελιτηνή. Περὶ ταύτην τὴν Ἀρμενίαν καὶ ἡ Κόμανα ἡ καὶ Χρυσῆ ὀνομαζομένη, καὶ ἡ Κουκουσσός. Ἐπέστησε δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν ὑπὸ σατράπαις οὖσαν, συγκειμένην ἐκ διαφόρων, καὶ λεγομένην Τζοφανὴν καὶ Βαλβιτηνὴν καὶ τοιαῦτά τινα βάρβαρα ὀνόματα.

695. Ὅτι πρὸς ἀνατολὴν καὶ βορέαν τοῦ Ἀρμενίου ὄρους ὁ ἰσθμός ἐστιν ὁ μεταξὺ Κασπίας καὶ Εὐξείνου θαλάσσης, περὶ ὃν οἱ ἑωθινοί εἰσιν Ἴβηρες, Ὑρκανίοις ὡς εἰκὸς πολέμιοι, ἐκ τῶν κατὰ Πυρήνην μετοικισθέντες ἑσπερίων Ἰβήρων· ἣν δὴ Πυρήνην καὶ Πυρηναῖον οἴδαμεν ὄρος λέγεσθαι. Ἐπαναλαμβάνει δὲ καὶ τὸν τοιοῦτον Ἰσθμὸν διὰ τὸ πολὺ τοῦ χάσματος καὶ ἀξιόλογον. Οὗτος γάρ ἐστιν ὃν καὶ ὅρον Ἀσίας καὶ Εὐρώπης ἐνόμισάν τινες, ὡς προγέγραπται. Τοὺς δὲ Ἴβηρας τούτους Ἀρμενιστὶ καὶ Μηδιστὶ ὁ Γεωγράφος ἐσκευάσθαι φησί. Λέγει δὲ καὶ ὅτι τούτων οἱ ὀρεινοὶ μαχιμώτεροι.

696. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἡ τοῦ ἰσθμοῦ ἐνταῦθα ἐπανάληψις ὁμοῦ καὶ ἐπανάληψίς ἐστι καὶ ἐπαναστροφή. Φησὶ γάρ· « ἐπικέκλιται ἰσθμὸς, ἰσθμὸς Κασπίης τε καὶ Εὐξείνοιο. » Τοῦτο μὲν γὰρ, καθὸ μὲν τοῦ πρώτου νοήματος λήγοντος εἰς τὸ ἰσθμός ὁ δεύτερος στίχος ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἄρχεται λέξεως, ἐπαναστροφὴν ποιεῖ, σχῆμα ῥητορικόν· διότι δὲ χάριν σαφηνείας ἀναγκαίως ὁ ἰσθμὸς ἐδισσεύθη, ἐπανάληψις γέγονεν.

700. Ὅτι περὶ τὸν ῥηθέντα ἰσθμὸν κεῖται καὶ τὸ μέγα φῦλον τῶν Καμαριτῶν, οἳ οὕτω λέγονται ἀπὸ πλοίων στρογγύλων ληστρικῶν, οἷς ἐχρῶντο, ἃ ἐκαλοῦντο καμάραι παρ' Ἕλλησιν. Ἦσαν δὲ ἀκάτια λεπτὰ, στενὰ καὶ κοῦφα, ἀνθρώπους εἰς κε' δεχόμενα, σπάνια δὲ καὶ εἰς λ'. Οὗτοι οἱ Καμαρῖται τὸν Βάκχον Ἰνδῶν ἐκ πολέμου, φησὶ, δεξάμενοι ἐξένισαν, καὶ ταῖς Ληναις, ὅ ἔστι ταῖς Βάκχαις, συνεχόρευσαν, τὰ ἐκείνων φορήματα, ζώματα δηλαδὴ καὶ νεβρῖδας, ἐπὶ στήθεσι βαλόντες, εὐοῖ Βάκχε λέγοντες. Ὑμνητικὸν δὲ ἦν τοῦτο τὸ λόγιον τῷ Διονύσῳ ἐπιφωνούμενον, ὥσπερ καὶ τὸ εὐάν· ὅθεν καὶ τὸ εὐάζειν παράγεται, καὶ ὁ Διόνυσος

ratorem Armeniam regionem in partes quatuor divisisse, primamque, ut aiunt, Heptapolin, clarissimam illam, posuisse, cujus metropolis Bazanis, dicta prius Leontopolis; ejusdem etiam est Theodosiopolis et Colonia itemque Trapezus et Cerasus ad sinum Polemoniacum; secundam vero Armeniam eundem in urbibus quinque collocasse, quarum una Sebastea; tertiam vero Armeniam Hexapolin ex urbibus sex constituisse, quæ secunda olim Armenia vocabatur, cujus urbs primaria Melitene; qua in Armenia sita etiam Comana, quæ et Chryse nominata, et Cucussus; quartam denique Armeniam, sub satrapis ex variis partibus compositam, et Tzophanen et Balbitenen aliisque hujusmodi barbaris nominibus appellatam ordinasse.

695. Armenio monti ad ortum et septentriones isthmus est inter mare Caspium et Euxinum, in quo Iberes sunt orientales, hostes Hyrcaniorum, qui eo, translatis sedibus profecti sunt ab Iberibus occidentalibus, qui sunt ad Pyrenen, quam etiam Pyrenæum montem dici novimus. Hunc porro isthmum iterum per repetitionem nominat, eo quod tractus ejus est amplior dignusque qui commemoretur. Hic enim est quem nonnulli, ut supra jam scriptum est, Asiæ atque Europæ terminum existimarunt. Hos autem Iberes scribit Geographus (*p.* 500) more Armenio atque Medico instructos esse; idem etiam testatur de his qui montani sunt, eos esse bellicosiores.

696. Observa, quæ fit hic isthmi repetitio, eam simul esse et repetitionem et epanastrophen. Sic enim Dionysius: « adjacet isthmus, isthmus Caspii et Euxini. » Hoc enim, quatenus, priori versu desinente in *isthmus*, secundus versus ab eadem voce incipit, epanastrophen s. reversionem facit, figuram oratoriam; quoniam vero perspicuitatis gratia bis *isthmus* dicitur, fit epanalepsis s. repetitio.

700. Eo in isthmo, quem diximus, jacet magna gens Camaritarum, qui sic appellantur a navigiis teretibus prædatoriis, quæ vocabantur καμάραι apud Græcos. Erant autem naviculæ exiles angustæque et leves, quæ quinque et viginti homines caperent, raroque usque ad triginta. Hi Camaritæ Bacchum ex bello Indico, ut narrat, hospitio exceptum prosecuti sunt, simulque cum Lenis, h. e. Bacchis, choros agitarunt, quum illarum gestamina, cingula nimirum pellesque hinnuleorum, pectoribus injecissent et Euoe Bacche clamarent. Erat id acclamationis hymnorum in Bacchum epiphonema, sicuti etiam *Evan*. Unde et deducitur εὐάζειν, *Evan acclamare* ac *bacchari*, et Bacchus

---

monente Wesselingio in Præfat. ad Hierocl. p. 625. ‖ — 1. φησὶν *CFY*; εὐδοξ. *C*. ‖ — 3. κολωνία *CFd*; δὲ om. *DFL*. ‖— 8. Μηλιτηνή *K*, Μελητηνή *F*; καὶ περὶ *C*. ‖—9. καὶ τὰ Κόμανα *F*; Κόμανα ἡ καὶ om. *d*. ‖ — 10. Κουκουσός *Y*, Καυκασσός *d*, Κολωσσός *F*.‖—11. καὶ om. *C* ‖—12. Τζοφαρὴν *FKMY*, Τζοφὰρ *d*.‖—14. ἀνατολὰς *FM* et alii. ‖ — 15. ὁ om. *d*. ‖ — 17. μετοικισθέντων *FMm*. ‖ — 19. ὄρος οἴδαμεν *d*; καὶ om. *F*. ‖ — 21. οὗτος] οὕτω *C*. ‖ — 24. καὶ om. *DL*. ‖ — 26. Σημείωσαι δὲ om. *DL*. ‖ — 27. ὁμοῦ add. *Cdy*, ὁμοῦ καὶ om. *K*, in margine habet *M*. ‖ — 28. ἰσθμός om. *d*; Εὐξείνου *d*. ‖ — 29. μὲν om. *CDLy*.‖—31. ποιεῖν *M*.‖—35. οἳ] καὶ *d*. ‖ — 37. δὲ om. *dy*; δὲ καὶ *C*. ‖ — 38. εἰς om. *FKM*. ‖ — 39. καὶ om. *L*. ‖ — 41. Ληναῖς] Σειληναῖς margo *Y*.‖—43. βάλλοντες *C*, λαβόντες *d*. ἦν om. *DLy*.‖ —44. τὸ om. *d*. ἐπιφορούμενον *d*; καὶ τὸ... λέγεται om. *d*.

Εὔϊος λέγεται. Ταῦτα δὲ οἱ μὲν ἐδάσυνον, ὡς ἐνθουσιαστικὰ πρωτόθετα ἐπιρρήματα, οἱ δὲ ἐψίλουν, ἀντὶ τοῦ εὖ οἱ, τουτέστιν αὐτῷ, ἐκλαμβανόμενοι τὴν τοῦ Περιηγητοῦ ταύτην φωνὴν, καὶ ἐξ αὐτῆς τὸ εὐάν προάγοντες, τάχα μὲν ἐν μιᾷ λέξει, τάχα δὲ καὶ ὡς ἐκ δύο σύνθετον, τοῦ εὖ καὶ τοῦ αν. Ἰστέον δὲ ὅτι αἱ Βάκχαι αἱ τοῦ Διονύσου ὀπαδοὶ εἰς ἀμπέλους ἀλληγοροῦνται· τροφοὶ γὰρ αὗται τοῦ εἰς οἶνον ἐκλαμβανομένου Διονύσου. Αἱ δὲ Διονυσιακαὶ νεβρῖδες τὴν τῶν σταφυλῶν ἐν χρόᾳ αἰνίττονται πολυείδειαν· πολύχροοι γὰρ καὶ αἱ νεβρῖδες καὶ ποικίλαι τοῖς στίγμασιν· ἢ καὶ τὸ τῶν μεθυόντων ὑπεμφαίνουσιν ἀγενές· δειλὸν γὰρ ὁ νεβρὸς, τὸ τῆς φυζακινῆς ἐλάφου νεογνὸν, οὗ δορὰ ἡ νεβρίς· ἢ καὶ διότι ποικίλοι τὰ εἰς νοῦν διὰ τὸ εὐμετάβολον οἱ μεθύοντες, ποικίλον δὲ καὶ ἡ νεβρὶς διὰ τὸ πολύστικτον.

707. Ὅτι ὥσπερ Ἡσίοδος ἐν τοῖς περὶ τοῦ πλέειν λέγει, ὅτι « λέξω οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὔτε τι νηῶν· οὐ γάρ ποτε νηΐ ἔπλευσα, » καὶ τὰ ἑξῆς, διδοὺς νοεῖν ὅτι ὡς Μουσῶν ὑποφήτης οἶδε πάντα· οὕτω καὶ οὗτός φησιν, ὅτι « ῥᾳδίως σοι καταγράψομαι καὶ τὴν Κασπίαν θάλασσαν, οὔτε ἰδὼν αὐτὴν, οὔτε νηΐ περάσας. Εἶτα πλατύνων θεατρικῶς τὸ νόημά φησιν, « οὐ γάρ μοι βίος ἐστὶ μελαινάων ἐπὶ νηῶν, οὐδέ μοι ἡ ἐμπορία πατρώιος, οὐδ' ἐπὶ Γάγγην ἔρχομαι, οὐδὲ τὰ καὶ τὰ ποιῶ, οἷάπερ ἄλλοι ψυχῆς, φησὶν, οὐκ ἀλέγοντες, ἵνα πολὺν ὄλβον ἕλωνται. » Τοῦτο δὲ γνωμικῶς καὶ παροιμιακῶς ἐπὶ τῶν τοῦ πλοῦ ἀφειδούντων λέγεται. « Ἀλλά με, φησὶ, Μουσῶν φέρει νόος », τουτέστιν αἱ ἐκ τῶν μαθήσεων γνώσεις, αἳ δύνανται δίχα πλάνης πολλὴν ἅλα μετρήσασθαι, οὐρεά τε ἤπειρόν τε καὶ αἰθερίαν ὁδὸν ἀστέρων. Καὶ σημείωσαι ὅτι ὁ Διονύσιος τοιοῦτον βουλόμενος ἔσεσθαι καὶ τὸν αὐτοῦ ἀκροατὴν τὴν παροῦσαν πραγματείαν ἐνεστήσατο, ὑφ' ἧς καὶ ἐκεῖνος ὡς οἷα ὑπὸ Μουσῶν φερόμενος τῷ Διονυσίῳ τούτῳ ἔσται ὅμοιος. Ὅρα δὲ καὶ ὅτι τὸ περιηγήσασθαι ἐνταῦθα καταγράψασθαι εἶπε καὶ μετρήσασθαι, εἰπών « καταγράψομαι θάλασσαν » καὶ « πολλὴν ἅλα μετρήσασθαι ». Τούτῳ δὲ πάντως ὅμοιον καὶ τὸ γῆν μετρήσασθαι, ἐξ οὗ τὸ γεωμετρεῖν συντέθειται. Ὁμηρικὴ δὲ ἡ λέξις, ληφθεῖσα ἐκ τοῦ « ὄφρα τὴν ὁλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν. »

714. Ὅτι ἔοικε καὶ Ἐρυθραῖός τις εἶναι Καύκασος, εἴγε φησὶν ὁ Διονύσιος, Καυκασίας κνημῖδας Ἐρυθραίων Ἀριηνῶν· » κάλλιον δὲ γράφειν Καυκασίας κνημῖδας

Evius vocatur. Hæc autem alii denso spiritu afficiebant, veluti adverbia primigenia ex furore quodam fanatico, alii vero spiritu leni, qui vocem hanc Periegetæ accipiunt pro εὖ οἱ, h. e. αὐτῷ, *bene ei*, atque ex ea Εὐάν, *Evan*, deducunt sive una voce, sive ex duabus compositum, i. e. Εὖ et αν. Sciendum autem est, Bacchas, ministras Bacchi, vites allegorice intelligi; hæ namque nutrices Bacchi, qui pro vino accipitur. Baechicis vero hinnuleorum pellibus varii atque multiplices uvarum colores denotantur; multicolores enim hinnuleorum pelles, multisque punctis distinctæ; aut etiam ebriorum ignavia indicatur (timidum namque atque ignavum animal est hinnuleus, *fugacis cervæ* (*Il.* ν, 102) pullus, cujus pellis ἡ νεβρίς); aut etiam quia ebrii mente sunt varia, propter inconstantiam et levitatem; nam varia est etiam hinnulei pellis utpote multis macularum notis distincta.

707. Quemadmodum Hesiodus (*Op.* 648), ubi sermonem habet de navigatione, ait : « De ea dicam, quamquam nec navigandi peritus neque navium; nunquam enim navigavi etc. », significans se tanquam Musarum vatem atque interpretem omnia cognovisse : sic etiam Dionysius sese tibi facile descripturum ait Caspium mare, tametsi ipsum non viderit, neque navi trajecerit. Deinde hanc eandem sententiam, veluti ad speciem theatralem, amplificans dicit : « Nam neque vita mihi nigris in puppibus acta, nec mihi mercatus patrius, neque ad ostia Gangis tendo, neque hoc facio, neque illud, ut alii, temnentes vitam, magnis ut opibus potiantur. » Quod quidem sententiose atque in modum proverbii de iis usurpatur, qui non parcunt navigationi. « Sed me, inquit, Musarum mens agitat, » h. e. scientiarum disciplinæ, quæ certæ minimeque vagantes immensum possunt metiri undique pontum, astrorumque viam ætheriam, montesque solumque. Et observa, ut Dionysius, quum talem fieri velit auditorem suum, hanc ipsam tractationem instituit, a qua ille quoque, veluti a Musis impulsus, Dionysio huic similis sit. Vide etiam, ut pro περιηγήσασθαι dicit hoc loco καταγράψασθαι et μετρήσασθαι, in his : καταγράψομαι θάλασσαν, et, πολλὴν ἅλα μετρήσασθαι. Cui simile prorsus est γῆν μετρήσασθαι, ex quo compositum est γεωμετρεῖν. Id autem vocabulum est Homericum, desumptum ex illo (*Od.* μ, 428) : « Ut metirer adhuc funesta pericla Charybdis. »

714. Videtur etiam Caucasus esse Erythræus, siquidem dicit Dionysius : Καυκασίας κνημῖδας Ἐρυθραίων Ἀριηνῶν; at præstat scribere : Καυκασίας κνημῖδας,

---

1. δὲ om. *d.* || — 4. ἐξ αὐτοῦ *L*; προσάγοντες τὸ εὐάν *C.* || — 9. τὴν τῶν... αἱ νεβρῖδες om. *d*; ἐν χρόᾳ om. *L.* || — 10. καὶ om. *DL.* || — 11. καὶ om. *d.* || — 12. ἀγεννές *CK.* || — 14. ἐς *d.* || — 15. μεθύσκοντες *d.* || — 17. λέξω] λέγω *KMYlm*, δείξω Hesiodus; οὔτι ναυτ. *K*, οὔτε ναυτ. *CDLMY*; οὔτε νηῶν *CDKMY*, οὐδέ τι vulgo. || — 20. καταγράψομεν *C*; Κασπίην *d.* || — 21. οὔτ' *d.* || — 25. οἱ ἄλλοι codd., exc. *Cd.* || — 27. τοῦ om. *y.* || — 28. νόος om. *y.* || — 33. καὶ om. *d*; ὡς οἷα om. *d.* || — 35. καὶ om. *Cy.* || — 36. καὶ om. *C.* Dein εἰπὼν... ἅλα μετρήσασθαι om. *CF*; καταγράψομαι ... ἅλα μετρ. om. *d.* || — 39. ἐξ οὗ καὶ τὸ *y.* || — 42. καὶ om. *Nd.* || — 44. Ἀρηινῶν *CF*; κάλλιον... τ' Ἀριηνῶν om. *L* nec non *K*, nisi quod hic postremæ vocis Ἀριηνῶν habet ultimam partem mendose scriptam ητῶν, ante quam trium literarum spatium relinquitur.

Ἐρυθραίων τ' Ἀριηνῶν, ἵνα λέγῃ, ὅτι οὐκ ἐρευνῶ τὸν βόρειον Καύκασον καὶ τὴν Ἀριανὴν χώραν, περὶ ἧς ἐν τοῖς ἑξῆς λεχθήσεται. Καὶ ὅρα ὅπως τοὺς τῶν ὀρέων κνημοὺς, ἤτοι πόδας, κνημῖδας εἶπεν ὑποκοριστικῶς ἢ μᾶλλον παρωνύμως, κατὰ ἰδίαν δριμύτητα, ὥς που καὶ τὸν πορθμὸν πορθμίδα εἶπε, καὶ τὴν Κασπίαν δὲ θάλασσαν Κασπίδα ὁμοίως ἐρεῖ.

718. Ὅτι ὁ Διονύσιος μὲν περίδρομον ἢ περίτροχον ἀμφιέλικτον τὸ τῆς Κασπίας θαλάσσης σχῆμά φησιν, ὡς οἷα κυκλοτερὲς, καὶ τῷ ὠκεανῷ αὐτὴν συμμιγνύειν. Φησὶ γάρ· « ὀξὺ δ' ἐπ' ἄρκτους ἑλκομένη ἐπιμίσγεται τῷ ὠκεανῷ. » Καὶ οὕτω μὲν ὁ Διονύσιος, ὅς γε καὶ στόμα ἔοικε παραδιδόναι, καθ' ὃ δηλαδὴ εἰς αὐτὴν ὁ ὠκεανὸς ἀπερεύγεται, ὡς καὶ ἐν ἀρχαῖς τοῦ βιβλίου φαίνεται· Πτολεμαῖος δὲ οὔτε στόμα αὐτῆς τοιοῦτον οἶδεν, ὅς γε καὶ περιοδεύεσθαί φησι κύκλῳ αὐτὴν τοῖς πεζεύουσι, καὶ οὐδὲ κυκλοτερῆ αὐτὴν ἱστορεῖ, ἀλλὰ σφενδόνῃ ἐοικυῖαν ὑποτίθεται, ὁποῖον ὁ Διονύσιος τὸ τῆς οἰκουμένης ἔθετο σχῆμα. Διχῇ τοίνυν οὕτω διαφερομένων τῶν σοφῶν, τὰ μὲν περὶ τοῦ σχήματος τῆς θαλάσσης ταύτης μεμενήκασιν ἴσως αὐτοῖς ἀκατάλλακτα, ἡ δὲ λοιπὴ διαφορὰ, ὡς ἐν ἀρχαῖς ἐρρέθη, συμβεβίβασται παρὰ τῶν παλαιῶν διαιτηθεῖσα καλῶς. Εἰ γὰρ ἐξ ἀδήλων πηγῶν ὁ ὠκεανὸς τὸ Κάσπιον ἀναδίδωσι πέλαγος, σώζοιτο ἂν καὶ ὁ τοῦ Πτολεμαίου καὶ ὁ τοῦ Διονυσίου λόγος, ὡς ἐν τοῖς φθάσασι γέγραπται. Καθὸ μὲν γὰρ ἐξ ὠκεανοῦ τὸ Κάσπιον ὕδωρ, ἀληθεύει ὁ Διονύσιος, ἐρεύγεσθαι εἰπὼν αὐτόθι τὸν ὠκεανόν· εἰ δὲ ἄδηλοι αἱ πηγαὶ καὶ οὐ φαίνεται τὸ στόμα, ἀληθεύει καὶ ὁ Πτολεμαῖος.

721. Ὅτι τὴν Κασπίαν θάλασσαν ὁ Διονύσιος πόρον ἀμείλιχον λέγει, ἔτι δὲ καὶ μεγάλην θάλασσαν. Διὰ τί δὲ μεγάλην; ὅτι οὐκ ἂν, φησὶν, ἐκείνην νηὶ περάσειας τριτάτης ἐπὶ κύκλα σελήνης, ὃ ἔστιν ἐπὶ μῆνας τρεῖς, δηλονότι κατὰ τὴν κύκλῳ περίοδον. Ἄλλως γὰρ εὐπέρατός ἐστι, μῆκος μὲν πλόον ἔχουσα τοῖς ἐρέσσουσι ιε' ἡμερῶν, εὖρος δὲ ὀκτὼ ἡμερῶν, ὅπου ἐστὶν εὐρυτάτη ἑκυτῆς, κατὰ τὸν Ἡρόδοτον. Ἐντεῦθεν δὲ σημείωσαι καὶ ὅτι οὐκ ἀκριβῶς ἐστι κυκλοτερὴς ἡ Κασπία θάλασσα, ὡς τάχα ὁ Περιηγητὴς ὑποτίθεται, ἀλλὰ ἑτερομήκης, ὡς καὶ ὁ Πτολεμαῖός φησιν.

723. Ὅτι πολλὰ καὶ ἄλλα θαύματα ἡ Κασπία ἐν ἀνδράσιν αὔξει, φύει δὲ καὶ κρυστάλλους λίθους, καὶ ἴασπιν ἠερόεσσαν, ὃ ἔστιν ἀερώδη, σκοτεινὴν, ἐχθρὰν ἐμπούσαις καὶ ἄλλοις εἰδώλοις. Δοκεῖ γὰρ ἀλεξίκακος εἶναι ἡ λίθος αὕτη καὶ ἀποτροπιαστικὴ φασμάτων, ὧν

Ἐρυθραίων τ' Ἀριηνῶν : ita ut dicat, sese minime scrutaturum borealem illum Caucasum atque Arianam regionem, de qua postea. Ac vide ut montium κνημούς, pedes nimirum, κνημῖδας vocat diminutive, aut potius denominative, sua quadam acrimonia. Sicuti etiam alicubi pro πορθμόν dicit πορθμίδα, quasi *fretulum*, et mare Caspium similiter postea Κασπίδα.

718. Dionysius rotundam seu orbiculatam vel undique sinuosam maris Caspii figuram vocat, veluti circularem, idque mare commixtum ait oceano. Dicit enim : « In acutum ad arctos protractum miscetur oceano. » Atque ita quidem Dionysius, qui certe et ostium assignare videtur, quo nimirum in id mare oceanus emittitur, ut initio etiam hujus libri apparet. Verum Ptolemæus neque ostium ejus tale novit, siquidem id mare terrestri in orbem itinere circumiri affirmat, neque orbiculatum id narrat, sed simile ponit fundæ, qualem utique posuit Dionysius terræ habitabilis figuram. Bifariam igitur quum ita inter sese docti viri dissentiant, quæ de figura quidem hujus maris ab iis controvertuntur, talia sunt fortasse, ut nullo modo inter sese conciliari possint; at vero reliqua controversia, ut in principio diximus, conciliatis sententiis a veteribus præclare est composita. Si enim ex occultis fontibus oceanus Caspium ex sese mare emittit, salva manserit et Ptolemæi sententia et Dionysii, ut scriptum est supra. Quatenus enim ex oceano mare est Caspium, vera est Dionysii sententia, veluti qui oceanum dixerit in ipsum influere; sin incerti sunt fontes, neque ostium ejus apparet, vera quoque est sententia Ptolemæi.

721. Caspium mare Dionysius vocat trajectum immitem, et magnum mare. Cur vero magnum? Quia, ut ait, non citius trajeceris illud, quam ter luna suos rediens decurrerit orbes : hoc est, ad menses tres, circumnavigatione nimirum circulari; nam alioquin trajici facile potest, quippe quum remigio utentibus in longum pateat navigatione dierum quindecim, in latum vero dierum octo, ubi est quidem quam maxime latum, ut scribit Herodotus (1, 203). Atque hinc observa non esse ad amussim rotundum Caspium mare, ut fortasse Periegetes statuit, sed oblongum, ut Ptolemæus dicit.

723. Multa et alia admiranda Caspium mare apud mortales auget, gignitque id etiam crystallos lapides et iaspin ἠερόεσσαν, *aeream*, eamque Empusis aliisque spectris inimicam. Videtur enim hic lapis utilis esse malis verruncandis spectrisque avertendis, quorum

1. Ἀριητινῶν, expunctis literis τι, *M*; Ἀρηινῶν *F*; ἐρανῶ *d*. || — 2. Ἀριανῶν *L*. || — 3. ῥηθήσεται *Y*; καὶ ὅρα] ὅτι τοὺς *L*. || — 5. κατὰ παρωνυμίαν *L*. || — 6. δὲ om. *Ld*. || — 8. μὲν om. *d*. || — 10. αὐτῷ *C*, αὐτῇ *F*; συμμιγνύει *CDL*. || — 12. τῷ om. *CFKL*. || — 20. μὲν om. *d*. || — 21. ἡ λοιπὴ δὲ *d*. || — 23. διατεθεῖσα *d*. || — 24. ἀποδίδωσι *d*. || — 25. Πτολ. λόγος καὶ *d*; ὁ τοῦ om. *C*. || — 31. τὴν om. *d*; πόρον ἄλμης ἀμ. *d*. || — 32. ἀμείλικτον *C*. || — 33. περάσας *d*. || — 34. ἐπὶ om. *K*. || — 35. εὐπέρατος *CKMY*, ἀπέρατος vulgo. || — 36. ἔχουσα μῆκος μὲν πλόου *M*, μῆκος μὲν ἔχ. πλ. *d*; πλόον *C*. || — 38. τὸν om. *Cy*. || — 39. οὐ κυκλοτερὴς ἀκρ. ἐστι *d*. || — 41. καὶ om. *Cd*. || — 42. πολλὰ γὰρ καὶ *d*; ἐν om. *d*. || — 43. κρύσταλλον λίθον v. l. ap. R. Steph. || — 46. αὕτη om. *Cdy*; ἀποτροπικὴ *K*; ἓν om. *L*.

ἓν ἐστι καὶ ἡ Ἔμπουσα, δαιμόνιόν τι περὶ τὴν Ἑκάτην, ἑνὶ ποδὶ δοκοῦν διοικεῖσθαι· ὅθεν καὶ παρονομάζεται, ὡς εἴ τις εἴποι, μονόπους ποδὶ ζώου, ὡς τοῦ ἑτέρου ποδὸς χαλκοῦ ὄντος κατὰ τὸν μῦθον. Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ἐρεῖ καὶ ἑτέραν ἴασπιν ὑδατόεσσαν. Ὅτι δέ τινα δαιμόνια ὕλας πτοοῦνταί τινας, πολλοῖς δοκεῖ, ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ εἴρηται.

728. Ὅτι Σκύθαι Κρονίας ἁλὸς ἄγχι εἰσί. Περὶ ὧν οἷοι τὸν βίον εἰσὶν, ἤδη προγέγραπται. Καλεῖσθαι δὲ λέγονται Σκύθαι ἢ παρὰ τὰ σκύτη ἃ περιβέβληνται, ἢ παρὰ τὸ σκύζεσθαι ἤτοι ὀργίζεσθαι· ὀργίλοι γάρ εἰσιν· ἢ ἀπὸ Σκύθου υἱοῦ Ἡρακλέος, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ γέγραπται. Ἦσαν δὲ Σκύθαι καὶ Θρᾴκιον ἔθνος, οἳ καὶ Νομαῖοι ἐλέγοντο.

730. Ὅτι Οὖννοι, ἢ Θοῦννοι μετὰ τοῦ θ στοιχείου, Κάσπιον ἔθνος εἰσὶ Σκυθικόν. Μάλιστα δὲ προσθετέον τοῖς γράφουσιν Οὖννοι δίχα τοῦ θ. Φέρεται γοῦν καὶ ἐν τῇ τοῦ Σιμοκάτου οἰκουμενικῇ ἱστορίᾳ Οὔννους τοὺς πρὸς τῷ βορρᾷ τῆς ἕω, οὓς Τούρκους Πέρσαι καλοῦσιν, οὕτω ποτὲ πολυχρύσους γενέσθαι, ὡς καὶ κλίνην χρυσῆν σφυρηλατεῖν καὶ τραπέζας καὶ θρόνους καὶ βήματα, εἰσπραττομένους ἐκ τῶν Μήδων ἠρεμίας προφάσει τεσσαράκοντα χιλιάδας χρυσῶν· ὕστερον μέντοι φορολογηθῆναι τοὺς τοιούτους Οὔννους ὑπὸ Βαβυλωνίων ἱστοροῦσιν. Οὐ μόνον δὲ ὁ Σιμόκατος, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ πίστεως ἄξιοι τοὺς Οὔννους ἔθνος ἱστοροῦσι Σκυθικὸν ἀξιόλογον.

Ὅτι ὥσπερ οἱ ῥηθέντες Οὖννοι Σκύθαι εἰσὶν, οὕτω καὶ οἱ Κάσπιοι μετ' αὐτοὺς ὄντες ἔθνος λόγου ἄξιον· ἀφ' ὧν καὶ ἡ θάλασσα Κασπία καλεῖται, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν Ὑρκανίων Ὑρκανία· παρ' οἷς καὶ τῶν φύλλων ἀπορρέειν μέλι ἡ ἱστορία φησὶ, καὶ ἡ ἄμπελος πολυφορεῖ, καὶ ἡ συκῆ δὲ οὕτω λέγεται πλουτεῖν τῷ καρπῷ, ὡς ἐνίας καὶ εἰς μεδίμνους ἑξήκοντα πληθύνειν τὸν καρπόν. Ἐκεῖ δὲ καὶ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλβανοὶ, ποιμενικοὶ καὶ μετρίως πολεμικοὶ, μεταξὺ Ἰβήρων καὶ Κασπίας· ὧν Κυκλώπειος, φασὶν, ὁ βίος, τούτεστιν εὐδαίμων καὶ ἄπονος, οἷς ἡ γῆ πολλαχοῦ ἅπαξ σπαρεῖσα τοῦ λοιποῦ δὶς καὶ τρὶς ἄσπαρτον φέρει καρπόν. Ἁπλοῖ δέ εἰσι καὶ οὐκ οἴδασι νόμους, οὐδὲ ἀριθμοὺς οἴδασι πλείω τῶν ἑκατόν. Γλῶσσαι δὲ αὐτῶν κατὰ τὸν Γεωγράφον ἓξ καὶ εἴκοσιν. Ἐκεῖ δὲ καὶ οἱ Καδούσιοι κατὰ τὸν Διονύσιον, ὧν τραχεῖα ἡ γῆ, ἄνδρες δεινοὶ πετροβατεῖν, καὶ ἀκοντισταὶ ἄριστοι, ὡς ὁ Γεωγράφος ἱστορεῖ, καὶ οἷοι ἐν τοῖς τραχέσι πεζοὶ ἀντὶ ἱππέων διαμάχεσθαι. Τούτοις δὲ ἀγχι-

unum est Empusa, dæmon de comitatu Hecates, qui ἑνὶ ποδὶ, *uno duntaxat pede*, perfungi videtur, perinde ac si quis diceret μονόπους, *unum pedem habens*, pedem nimirum animantis, quippe altero pede æreo, secundum fabulam. Infra etiam alteram iaspin commemorat, ὑδατόεσσαν, *aquosam*. Dæmones autem quidam multis videntur certa quædam materiarum genera expavere, ut dictum est in Odyssea (κ, 295).

728. Scythæ prope sunt a mari Cronio, de quibus, quali vitæ sint instituto, supra jam scriptum est. Vocati dicuntur Scythæ, vel propter τὰ σκύτη, sive *a pellibus* quibus amicti sunt, vel a verbo σκύζεσθαι, *irasci;* sunt enim iracundi; vel a Scytha, Herculis filio, sicuti etiam alibi scriptum est. Erant autem Scythæ etiam gens Thracia, qui Nomæi etiam appellati.

730. *Unni* sive *Thunni*, cum littera *Th*, populi sunt Caspii de genere Scythico. Quanquam maxime adhærendum est iis qui scribunt Unni, sine *Th*. Certe in Simocati quoque Historia orbis terrarum fertur *Unnos* populos boreales ad orientem, quos Persæ Turcos vocant, tantam olim vim auri habuisse, ut et lectos aureos et mensas et solia et suggestus opere ductili fabricarent, quum a Medis, specie atque obtentu quietis, quadraginta staterum aureorum millia exegissent. Postea tamen hos istos Unnos tradunt tributum Babyloniis pependisse. Neque vero Simocatus modo, sed etiam multi fide digni Unnos gentem Scythicam percelebrem commemorant.

Quemadmodum hi isti Unni Scythæ sunt, sic etiam qui post eos sunt Caspii, gens valde memorabilis, a quibus mare etiam vocatur Caspium, ut ab Hyrcaniis Hyrcanium; apud quos etiam testatur historia mel e foliis defluere, et vitem multum fructum ferre; quin etiam ficus usque eo fructibus locupletari dicitur, ut ficus nonnullæ fructum ad medimnos usque sexaginta multiplicent. Ibi quoque Albani populi pastoritii, et non multum illi quidem, sed tamen satis bellicosi, medii inter Iberes et mare Caspium, quorum Cyclopea esse fertur vivendi ratio, h. e. beata minimeque omnium laboriosa; quibus terra ipsa multis in locis, facta semel sementi, deinceps iterum atque tertio fructum ex sese citra sationem profert. Moribus autem sunt simplicibus, neque leges sciunt, neque numerare ultra centenarium numerum noverunt. Linguæ iis, Geographo teste (*p.* 502), sunt sex et viginti. Illic autem et Cadusii secundum Dionysium, quorum aspera est regio, homines ad incedendum per saxa exercitati, optimique jaculatores, ut Geographus (*p.* 523) tradit, et tales, qui in aspretis pedites vice equi-

2. διοικ. *Ccy*, διίκ. *L*, διακ. *d*, διηκ. cett. ‖ — 3. εἴπῃ *LM;* μονόπους om. *L;* ποδὸς om. *d*. ‖ — 6. καὶ om. *C*. ‖ — 9. καλοῦνται δὲ Σκύθαι *L*. De re v. Stephan. Byz. v. Σκύθαι. ‖ — 14. Ληναῖοι ἐκαλοῦντο *L*. ‖ — 15. Οὖνοι *FN;* ἢ Θοῦνοι *CELNY*, οἱ Θοῦνοι *F*. ‖ — 17. Οὖνοι *FLN;* τοῦ Θ στοιχείου *d*. ‖ — 18. οὖν *d*, δὲ *L;* καὶ om. *ld*. ‖ — 19. τῷ om. *d;* Τόρκους *d*. ‖ — 20. πολυχρύσους ποτὲ *d*. ‖ — 24. ὡς ἱστορ. *L*. ‖ — 25. δὲ om. *L*. ‖ — 26. Οὔνους *LF;* ἱστοροῦσιν ἔθνος *L*. ‖ — 28. Οὖνοι *FNL*. ‖ — 29. καὶ μετ' αὐτοὺς *L*. ‖ — 30. ὡς ἀπὸ *C*, ὡς καὶ ὑπὸ *L*. ‖ — 31. τῶν om. *L;* τὸ φύλλον *LD*. ‖ — 33. ὡς καὶ ἐνίας *γ*. ‖ — 34. καρπὸν ἐκεῖ·· καὶ *L*. ‖ — 36. Κασπίης *d*. ‖ — 37. Κυκλώπιος vulg. ante Bernh.; -φησιν *C;* ἄπονος] ἄλυπος *d*. ὧν ὁ βίος κυκλώπειος, φασὶ, ἤτοι εὐδαίμων ἐστὶ, τουτέστι εὐδαίμων καὶ ἄπονος *L*. ‖ — 39. φέρειν *d*. ‖ — 40. ἀριθμοὺς *m*, ἀριθμεῖν vulgo, οὐδὲ ἀριθμὸν ἴσασι μείζω τῶν ἑκατόν Strabo p. 431, 28 Did. ‖ — 42. Διονύσιον] γεωγράφον *C*. ‖ — 45. τούτους

γείτονες Μάρδοι καὶ Ὑρκάνιοι καὶ Ἄπυροι, οὓς Ταπύρους φησὶν ὁ Γεωγράφος, ἀρχομένους ἀπὸ τοῦ τ, οἳ ἐκ γυναικὸς δύο ἢ τρία ἀνελόμενοι τέκνα ἐκδιδόασι τοῦ λοιποῦ τὰς γυναῖκας ἑτέροις.

731. Ὅτι Μάρδος ὁ ποταμὸς Δερκεβίων τε καὶ ἀφνειῶν Βάκτρων ἐστὶ πόμα, εἰς Ὑρκανίαν μὲν βάλλων θάλασσαν, μέσος δὲ ἀμφοτέρων τούτων τῶν ἐθνῶν ἑλισσόμενος.

737. Ὅτι Παρνησοῦ τινος ὄρους Βακτρίου ἐνταῦθα ὁ Διονύσιος μέμνηται· καὶ ζητητέον εἴτε οὕτω γραπτέον αὐτὸ, ὁμωνύμως τῷ Εὐρωπαίῳ Παρνασῷ, εἴτε καὶ Παρπαμισὸν ὀνομαστέον αὐτό· οὕτω γὰρ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσι. Μεμνήσεται δέ που καὶ ὁ Περιηγητὴς ὄρους Παρπαμισοῦ.

739. Ὅτι πέραν Ἀράξου πρὸς ἀνατολὰς οἱ Μασσαγέται τοξικώτατοι καὶ κακοξεινότατοι, ἔθνος μέγα καὶ ἄλκιμον, παρ' οἷς Κῦρος ἐτελεύτησε, βασιλευούσης Τομύριδος· ὧν ὑπογράφων τὴν ἀγριότητά φησιν, ὅτι αὐτοῖς οὐ σίτου ἐστὶ μελίφρονος ἐδωδὴ, οὐ μὴν οὐδὲ οἶνος μεταδήμιος, ἤτοι ἐνδήμιος, ἀλλ' ἵππων αἵματι μίσγοντες λευκὸν γάλα ζῶσι. Διὸ καὶ εὔχεται ὁ Διονύσιος ἐνδιαθέτως, ὡς καὶ πρὸ ὀλίγου ἐρρέθη σαφέστερον, ὅτι μήτ' αὐτὸς ἐγὼ, μήθ' ὅστις ἐμοὶ ἑταῖρος ἐμπελάσαι αὐτοῖς. Μάλα γάρ τε κακοξεινότεροι ἄλλων. Καὶ ὅρα ὅτι τῶν ἄλλων μελίφρονα οἶνον λεγόντων, οὗτος σῖτον ἔφη μελίφρονα. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ οὗτος τοῦ κακοξεινότερος τὴν προπαραλήγουσαν ἀντὶ μακρᾶς ἐδέξατο· καθὰ καὶ ὁ Ποιητὴς ἐν Ὀδυσσείᾳ, ἔνθα καὶ ἐρρέθη τὰ εἰκότα. Ἰστέον δὲ ὅτι ἠδύνατο μὲν ἐκφυγεῖν τὴν κακομετρίαν ὁ Διονύσιος, σχηματίσας ὥσπερ καὶ πρὸ τούτου ἐκ τοῦ αἰδοῖος τὸ αἰδοιέστερος Ἰωνικῶς, οὕτω καὶ ὧδε ἐκ τοῦ κακόξεινος τὸ κακοξεινέστερος· ἀλλ' ἔοικε θελῆσαι μᾶλλον συγχωλᾶναι τῷ Ὁμηρικῷ μέτρῳ, ἢπερ ἄλλως ὀρθὸν προαγαγεῖν τὸ ἔπος καὶ ἄσφαλτον. Φασὶ δὲ ἄριστον εἶναι παρὰ τοῖς Μασσαγέταις θάνατον, ὅταν γηράσαντες συγκατακοπῶσι κρέασι προβάτων καὶ βρωθῶσιν. Ἀμπέχονται δὲ φωκῶν δέρματα, καὶ ἥλιον δεσπότην ἐπιγράφονται, καὶ ἵππον αὐτῷ θύουσιν, ὡς ταχίστῳ, φασὶ, τὸ πάντων τῶν θνητῶν τάχιστον. Χρυσὸς δὲ αὐτοῖς καὶ χαλκὸς ἄπλετος. Σιδήρῳ δὲ χρῶνται οὐδὲν, ὅτι μηδὲ ἔχουσιν. Ἀράξης δὲ καλεῖται ὁ ῥηθεὶς ποταμὸς, ὡς ἀπαράξας τὴν συνέχειαν τῶν ἐκεῖ ὀρῶν καὶ διεκδὺς, καθάπερ καὶ ὁ Πηνειὸς ὁ νῦν Σαλαμβρίας καλούμενος τὴν Ὄσσαν τοῦ Ὀλύμπου ἀπέρρηξε· διὸ καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Γεωγράφου Ἀράξης ἐκλήθη ποτὲ καὶ ὁ Πηνειὸς, ὡς καὶ αὐτὸς ἀπαράξας τῆς Ὄσσης τὸν Ὄλυμπον, ὅτε

tum prælientur. His proximi Mardi et Hyrcanii et Apyri, quos Tapyros vocat Geographus (*p.* 515), præfixa littera T, qui post duos aut tres liberos ex uxore susceptos, uxores in reliquum suas aliis elocant.

734. Mardus amnis et Dercebiorum et divitum Bactrorum potus est, qui influit in mare Hyrcanium, et medius inter utrasque has gentes devolvitur.

737. Parnasi, montis Bactrii, meminit hic Dionysius. Et quærendum, utrum ita scribendum sit, idem ut sit hujus nomen atque Parnasi Europæi, an vero nominandus hic Parpamisus. Sic enim pleraque habent exemplaria. Sed Parpamisi montis meminit alicubi postea Periegeta.

739. Trans Araxem ad orientem Massagetæ, sagittarii peritissimi maximeque inhospitales, gens magna et robusta, apud quos periit Cyrus, regnum tenente Tomyride. Horum feritatem ita describit, ut dicat, non iis pro cibo in usu esse mellitum frumentum, neque vero vinum μεταδήμιον, nimirum ἐνδήμιον, *vernaculum*, sed equinum eos sanguinem cum lacte albo miscere, itaque victitare. Quare etiam illud ex animo precatur Dionysius, ut et paulo ante clarius dictum est, ut neque ipsemet neque alter quisquam sodalium suorum ad eos appropinquet. Multo enim, inquit, sunt aliis inhospitaliores. Ac vide, ut, quum alii οἶνον dicant μελίφρονα, hic poeta μελίφρονα vocat panem e frumento. Atque etiam observa poetam pro longa accepisse antepenultimam vocis κακοξεινότερος, *inhospitalior*, ut Poeta in Odyssea (*v.* 376), ubi etiam dicta quæ dicenda esse videbantur. Sciendum autem est potuisse quidem per figuram Dionysium vitiosam metri rationem evitare, si nempe, quemadmodum supra, ex αἰδοῖος, *venerabilis*, Ionice fecit αἰδοιέστερος, sic et hoc loci pro κακόξεινος figurate dixisset κακοξεινέστερος; sed tamen videtur maluisse cum Homerico metro claudicare, quam aliter rectum versum minimeque lubricum proferre. Ceterum narrant pulcherrimum apud Massagetas mortis genus esse, quum senio confecti una cum ovillis carnibus conciduntur, simulque cum iis comeduntur. Induunt phocarum pelles, et solem dominum inscribunt, equumque ei immolant, tanquam velocissimo, quod aiunt, mortalium omnium velocissimum. Magna iis vis auri atque æris, at nullus omnino ferri usus, quia ferrum non habent. Araxes porro vocatur fluvius is, quem diximus, tanquam ἀπαράξας, *discindens*, montium ibi cohærentiam, et per eos montes elabens. Sicuti etiam Peneus, qui nunc Salambrias vocatur, Ossam ab Olympo ἀπέρρηξεν, abrupit. Quare etiam, ex Geographi historia (*p.* 531), ipse quoque Peneus vocatus est olim Araxes, veluti et ipse ἀπαράξας ab Ossa

d. ‖ — 1. καὶ Τάπυροι *M*; Ταπείρους *d.* ‖ — 2. οἳ] οἷον *C.* ‖ — 6. βάλλων om. *l.* ‖ — 9. Παρνησσοῦ codd., exc. *Cd.* ‖ — 13. καὶ om. *y.* ‖ — 17. βασιλευσάσης *d*; τῆς Τωμ. *C.* et codd. Huds.; Τομύριδος cod. Hudsoni et Herodotus, Τεμύριδος *M* et vulgo ante Bernh., τῷ Μυρίδος *y*, Τωμυρίδος cett. et ed. Bernh. ‖ — 19. οὐ μὴν *C.* ‖ — 21. καὶ om. *d.* ‖ — 22. σαφέστερον ἐρρέθη *d.* ‖ — 23. ὅστις] οὔτις *C.* ‖ — 27. παραλ. codd., exc. *Cy.* ‖ — 30. καὶ om. *Cy.* ‖ — 32. κακοξεινέστερος *d.* ‖ — 34. προσαγαγεῖν *dy.* ‖ — 35. παρὰ] περὶ *C.* De re v. Strab. p. 513. ‖ — 40. τῶν et mox δὲ om. *d.* ‖ — 44. Σαλαβρίας codd., Σαλαμβ. recte Tzetzes Chil. 9, 706. ‖ — 45. καὶ om. *Cy.* ‖ — 47. τῆς om. *y.*

σεισμῷ τὰ Τέμπη τὰ Θετταλικὰ ῥαγέντα διέστησαν. Τοῦ δὲ Μασσαγετικοῦ τούτου Ἀράξου μέμνηται καὶ Αἰσχύλος, καὶ ἀρέσκεται καὶ ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν καλεῖσθαι αὐτόν. Ἡρόδοτος δέ φησι μείζονα μὲν αὐτὸν εἶναι τοῦ Ἴστρου, ῥέοντα ἐκ Ματιανῶν, καὶ νήσους ἔχειν μεγάλας συχνὰς, στόμασι δὲ τεσσαράκοντα ἐκδιδόναι εἰς ἕλη καὶ τενάγη, ἑνὶ δὲ προρρέειν εἰς τὴν Κασπίαν.

747. Ὅτι Ὦξος ὁ ποταμὸς, ὃν καὶ ἱερὸν οὗτος καλεῖ, ἐκ τοῦ Ἡμωδοῦ ὄρους διὰ τῆς Σουγδιάδος γῆς ἑλισσόμενος εἰς τὴν Κασπίδα βάλλει. Καὶ ὅρα τὸ Κασπίδα παρωνύμως καὶ αὐτὸ λεχθὲν κατὰ τὴν τοῦ Διονυσίου συνήθειαν. Ὄρος δὲ τὸ Ἡμωδὸν Ἰνδικὸν πρὸς ταῖς τοῦ Διονύσου στήλαις, ὅπερ τινὲς προπαροξυτόνως Ἥμωδον λέγουσι, καθὰ καὶ τὸ Ἰμάϊον, ὅπερ ἐστὶ τμῆμα τοῦ Ταύρου. Προϊὼν δὲ ὁ Διονύσιος πληθυντικῶς Ἡμωδὰ ὄρη ἐρεῖ τὸ αὐτό. Ἡ δὲ Σουγδιὰς γῆ καὶ Σουγδιανὴ λέγεται, ὅπου ἱστοροῦσι τὴν ἀνάλωτον εἶναι πέτραν, ἣν Ἀλέξανδρος εἷλε πολλῇ σπουδῇ τῶν Μακεδόνων, οὓς πτηνοῖς στρατιώταις εἴκαζον οἱ βάρβαροι σὺν γέλωτι, ὁπηνίκα τὴν ἀρχὴν τῇ ἁλώσει ἐπέβαλλον. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐνταῦθά που περὶ τὸν Ὦξον, ὡς ἡ ἱστορία φησὶ, στρατεύοντος Ἀλεξάνδρου, οὐ μακρὰν τῆς αὐτοῦ σκηνῆς πηγὴ ὕδατος εὑρηται, καὶ ἄλλη ἐλαίου πλησίον αὐτῆς· καὶ ὁ μάντις Ἀρίστανδρος ἔφη, ὅτι πόνων τέ ἐστι σημεῖον τοῦ ἐλαίου ἡ πηγή· ἀθλούντων γὰρ ἄλειμμα τὸ ἔλαιον, ἀλλὰ καὶ νίκην ἐπὶ τοῖς πόνοις σημαίνει.

749. Ὅτι μετὰ τὸν Ὦξον ὁ Ἰαξάρτης ποταμὸς, ὅπου οἱ Σάκαι τόξα ἔχοντες, ἃ οὐκ ἄν τις ἄλλος ἐλέγχοι τοξευτής· οὐ γάρ σφι θέμις ἀνεμώλια βάλλειν. Τοῦτο δὲ παρῳδία ἐστὶ τοῦ παρ' Ὁμήρῳ ἀνεμώλια βάζειν. Καὶ τὸ ἐλέγχοι δὲ ἐξ Ὁμήρου ὁ Διονύσιος εἴληφεν, εἰπόντος « μὴ σύ γε μῦθον ἐλέγξῃς » ἀντὶ τοῦ ἀργὸν καὶ ἄπρακτον ποιήσῃς. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος τοὺς Σάκας καὶ σακέων φασί τινες εὑρετὰς, παρωνυμουμένων αὐτοῖς. Ἡ δὲ ἱστορία φησὶ καὶ μεγάλα ἰσχῦσαί ποτε τοὺς Σάκας, καὶ μέχρι Εὐξείνου κατακτήσασθαι γῆν ἀρίστην, καί τινα γῆν Ἀρμενίαν ἀπ' αὐτῶν κληθῆναι Σακασηνήν· ἀπολέσθαι δέ φασιν ἄρδην αὐτοὺς ὑπὸ Περσῶν πανηγυρίζοντας ἀπὸ λαφύρων. Τινὲς δὲ τοῦτο οὕτως ἱστόρησαν, ὅτι τὸν Κῦρον οἱ Σάκαι ἡττήσαντες, εἶτα ἐξ ὑποστροφῆς ἐκείνου ἡττηθέντες διὰ μέθην ἀπώλοντο, καὶ διὰ τοῦτο ἀπεδείχθη πανήγυρις ἱερὰ Περσικὴ τὰ Σάκαια. Καὶ Κῦρος δὲ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ἐκείνους κατέκοψεν, ἀνιερώσας πατρίῳ θεῷ Σακαίαν ἀνηγόρευσεν. Ἡρόδοτος δὲ λέγει ὅτι Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλοῦσι Σάκας.

Olympum, quum Tempe illa Thessalica terræ motu disrupta discesserunt. Massagetici autem hujus Araxis meminit quoque Æschylus (*Prom. vs.* 717), cui etiam placet, ut is vocetur a verbo ἀράσσειν. Ceterum Herodotus (1, 202) majorem eum dicit Istro, atque ex Matianis fluere insulasque magnas frequenter habere, et ostiis quadraginta in paludes atque lacunas exire, uno vero in Caspium mare influere.

747. Oxus fluvius, quem et sacrum poeta hic vocat, ex Emodo monte per Sogdiadem regionem devolutus, in Caspidem labitur. Ac vide Κασπίδα dictum et ipsum denominative, pro consuetudine Dionysii. Mons porro Indiæ Ἡμωδόν ad Liberi Patris Columnas; quem quidem montem nonnulli proparoxytone Ἥμωδον dicunt, pariter atque Ἰμάϊον, quæ pars est Tauri. Verum infra Dionysius eundem ipsum montem multitudinis numero vocat Ἡμωδὰ ὄρη. Regio quæ dicta Σουγδιάς dicitur etiam Σουγδιανή, ubi in historiis tradunt petram fuisse inexpugnabilem, quam Alexander cepit multa contentione Macedonum, quos, quum a principio ad expugnationem aggressi essent, barbari eum risu alatis militibus assimilarunt. Sciendum autem est, in his ferme circa Oxum locis, ut est in historia, castra habente Alexandro, non longe ab ejus tabernaculo fontem aquæ repertum fuisse, aliumque fontem ei proximum olei, Aristandrumque vatem dixisse, fontem illum quidem olei indicium esse laborum, siquidem oleo unguntur athletæ, sed et victoriam post labores significare.

749. Post Oxum Iaxartes fluvius, ubi Sacæ sunt gestantes arcus, quos nemo alter sagittarius improbaverit; non enim iis fas est ἀνεμώλια βάλλειν, in cassum jacere. Id autem per parodiam expressum est ex Homerico illo (*Od.* δ 837) ἀνεμώλια βάζειν, *in cassum loqui*. Quin et ἐλέγχοι, *improbaverit*, sumpsit Dionysius ex Homero, cujus est illud (Il. ι, 512) : μὴ σύ γε μῦθον ἐλέγξῃς, *ne tu sermonem improbes*, nimirum otiosum atque irritum facias. Sacas illos quidam aiunt inventores fuisse σακέων, *scutorum*, quæ fuerint ab iis denominata. Sed et historiæ mandatum est Sacas magna olim potentia fuisse, et, quod regionum illarum præstantissimum erat, usque ad Euxinum in potestatem suam redegisse, et ab iis partem quandam Armeniæ Sacasenen appellatam fuisse; sed usque ad internecionem deletos eos a Persis aiunt, dum festum ex spoliis agerent. Verum alii id ita commemorant, ut Sacæ, superato Cyro, deinde illo reverso superati propter ebrietatem perierint, eaque de causa festum sacrum Persicum Sacæorum constitutum fuerit; Cyrus denique diem, quo illos superaverat, deo patrio consecratum Sacæum appellaverit. Herodotus (7, 64) autem scribit Scythas universos a Persis Sacas vocari.

---

2. Μασαγ. *D.* ‖— 4. μὲν om. *C.* ‖— 6. συχνὰς μεγάλας *Cy.* ‖— 7. προρρέειν *CDMy*, προσρέειν vulgo. ‖ — 13. Ἰνδικὸν post στήλαις habet *C.* ‖ — 14. προπαροξύτονον *y.* ‖ — 16. πληθ. om. *d.* ‖ — 17. Σουγδαίας *d.* ‖ — 19. σπουδῇ πολλῇ *CDL* De re v. Arrian. 4, 18 et Strabo. ‖— 32. ἐστὶ om. *CF.* ‖ — 34. ἐλέγχοις *d.* ‖ — 35. ποιήσας *d*, ποιήσεις *C*; δὲ καὶ τὸ *y.* ‖ — 36. τινας *d.* ‖ — 38. μέχρι *Cd*, μέχρις cett. ‖ — 40. Σακασηνή *C*, Σακακηνήν *L*. Σακασινήν, supra scr. ση, *K*, Σακασιανήν *d*, Σακαηνήν vulgo ante Bernh. Cf. Strab. p. 511. Deinde αὐτοὺς ἄρδην *d.* ‖ — 41. ὑπὸ *FKMlm.* ‖ — 43. διὰ τὴν μέθην *y*; ἀπώλλοντο *d.* ‖— 44. ἀποδέχθη *d.* ‖— 45. Σάκεια *C*.

752. Ὅτι Φροῦροι Σκυθικὸν ἔθνος βαρυτόνως, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ φρουροί, ὅπερ ὀξυνόμενον δηλοῖ τοὺς φύλακας. Τινὲς δὲ Φρῦνοι γράφουσιν ὡμωνύμως τῷ ζώῳ. Φρῦνοι γὰρ, καθὰ καὶ ὁ Φίλων γράφει, οἱ βάτραχοι. Τὸ δὲ Τόχαροι (ἔθνος δὲ ὅμοιον καὶ αὐτό) τινὲς ὀξύνουσι, τριγενὲς εἶναι λέγοντες.

Ὅτι Σῆρες ἔθνος βάρβαρον Σκυθικὸν, ἐξ ὧν τὰ Σηρικὰ ὑφάσματα λέγονται. Οὗτοι βόας μὲν, φησὶν, ἀναίνονται καὶ ἴφια μῆλα, αἰόλα δὲ ξαίνοντες ἐρήμης ἄνθεα γῆς εἵματα τεύχουσι πολυδαίδαλα τιμήεντα, ἐοικότα κατὰ χροιὰν λειμωνίδος ἄνθεσι πόας· οὕτω λεπτὰ, ὥστε οὐκ ἂν ἐκείνοις ἐρίσειεν ἔργον ἀραχνάων. Φασὶ δὲ καὶ τὴν βύσσον ἀπὸ βοτάνης συνάγεσθαι. Σημείωσαι δὲ οὖν ὅτι ἐξ ἀνθῶν οἱ Σῆρες ποιοῦσι τὰ ὕφη· διὸ οὐδὲ τοὺς λειμῶνας ἐῶσι καταβόσκεσθαι. Ὅτι δὲ ἀπροσμιγεῖς ἀνθρώποις εἰσὶ καὶ ἀνομίλητοι οἱ Σῆρες, δῆλον ἐκεῖθεν· τῶν πωλουμένων τὸ τίμημα σακκίοις ἐπιγράψαντες ὑποχωροῦσιν· εἶτα ἐλθόντες οἱ ἔμποροι καὶ θέντες τὴν τιμὴν ἀναχωροῦσιν, ἐφ' οἷς ἔρχονται οἱ Σῆρες, καὶ εἰ μὲν ἀρέσκονται, λαμβάνουσι τὴν τιμὴν, εἰ δὲ μή (γε), τὰ ἴδια. Φασὶ δὲ μακροβιωτάτους εἶναι τοὺς Σῆρας, παρατείνοντας πέρα καὶ διακοσίων ἐτῶν. Σημείωσαι δὲ ὅτι ὅμοια τῇ ἱστορίᾳ τῶν Σηρῶν γίνεται καὶ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. Ἔμποροι γὰρ ἐκεῖ ἀπὸ Καρχηδόνος ἐρχόμενοι καὶ τὰ φορτία ἐξελόντες, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, ὑποτύφουσι καπνόν· καὶ αὐτοὶ μὲν ἀνάγονται τοῦ αἰγιαλοῦ, οἱ δὲ ἐπιχώριοι ἐγγίσαντες σκέπτονται τὸν φόρτον καὶ τίθενται χρυσὸν καὶ ἀναχωροῦσιν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι ἐκβάντες τῶν νηῶν λογίζονται τὴν ἀξίαν, καὶ καταλλάσσουσιν ἀπροσαύδητοι, καὶ ἐξισώσαντες τὸ συναλλασσόμενον ἀπαλλάσσονται. Δικαίους οὖν συναλλάσσειν αἱ ἱστορίαι καὶ τούτους καὶ τοὺς Σῆρας παραδιδόασιν.

759. Ὅτι ἐν Σκύθαις δυσήνεμος ἐκτέταται χθὼν, χειμερίοις ἀνέμοις λελειμμένη καὶ χαλάζαις, ὡς καὶ ἀνωτέρω γέγραπται. Παρέφρασε δὲ ὧδε τὸ ἀνωτέρω ῥηθὲν, τὸ « λείπουσι δὲ γαῖαν ἀήταις χειμερίοις », ἐν τῷ εἰπεῖν « χθὼν χειμερίοις ἀνέμοις λελειμμένη ».

762. Ὅτι δυτικώτεροι Κόλχων καὶ Φάσιδος Εὐξείνου περὶ χεῖλος ἱλαδὸν οἱ Βύζηρες, ἀφ' ὧν καὶ λιμὴν Βυζηρικὸς, καὶ οἱ Βέχειρες, Ποντικὸν ἔθνος καὶ Σκυθικὸν, ἔτι δὲ καὶ οἱ Μάκρωνες καὶ οἱ Μοσύνοικοι καὶ οἱ Τιβαρηνοὶ καὶ οἱ Χάλυβες, περὶ ὧν κάτω λελέξεται.

761. Ὅτι ἡ Χαλκὶς ἄρουρα κατὰ τὸ Θρᾴκιον τοῦ Πόντου κεῖται στόμα, ἤγουν ἡ γῆ τῶν Χαλκηδονίων.

752. Φροῦροι, *Phruri*, gens Scythica, voce barytona, ad distinctionem τοῦ φρουροί, quod accentu quidem acuto significat custodes. Quidam tamen scribunt φρῦνοι, *Phryni*, eodem nomine quo vocatur animal. Namque Φρῦνοι, ut Philon quoque scribit, ranæ vocantur. At vero Τόχαροι (gens et ipsa similis) quidam acuunt, tria ejus nominis genera esse dicentes.

Seres, gens barbara Scythica, a quibus telæ sericæ appellatæ. Hi boves quidem, ut ait, pinguesque oves aspernantur, sed variis desertæ terræ floribus depexis, vestes artificio pretiosas concinnant, colore floribus pratensis herbæ consimiles, adeo denique tenues, ut ne opus quidem aranearum cum illis certaverit. Byssum quoque ex herba colligi aiunt. Itaque observa Seres textilia ex floribus facere; quare neque prata sinunt depasci. Seres porro homines esse insociabiles atque a mutua vitæ consuetudine alienos, inde manifestum, quod, rerum veno positarum æstimatione saccis inscripta, sese inde subducunt; tum accedunt mercatores, et pretio deposito, retrocedunt; veniunt postea Seres, et, si quidem acquiescunt, pretium, sin minus, sua capiunt. Aiunt autem Seres esse vita maxime diuturna, quippe qui vivendi spatium ultra annos ducentos protrahant. Verum observa, similiter atque de Seribus narrant, fieri etiam extra Herculis Columnas. Mercatores namque Carthaginienses eo profecti, mercibus expositis, ut Herodotus (4, 196) ait, succenso igne fumum excitant; atque ii quidem a litore in altum subvehuntur; indigenæ vero, propius accedentes, dispiciunt merces, auroque deposito recedunt. Tum Carthaginienses, e navibus egressi, justum pretium expendunt, citraque usum colloquii inter sese negotiantur, exæquatoque cum rebus vendĭtis pretio discedunt. Itaque historiis proditum est, tum hos tum Seres justos atque æquos in rebus contrahendis esse.

759. Scytharum regio ventis male obnoxia, porrecta longius est, hibernis ventis atque grandinibus relicta, ut et supra scriptum est. Hic autem per paraphrasin explicat superius illud : « terramque relinquunt flatibus hibernis », quatenus hic quidem dicit « terra relicta flatibus hibernis ».

762. Colchis et Phaside occidentaliores ad Euxini labrum turmatim positi sunt Byzeres, a quibus etiam portus Byzericus, et Bechires, gens Pontica et Scythica, nec non Macrones et Mosynœci et Tibareni et Chalybes, de quibus paulo post.

764. *Chalcis tellus* sita est ad ostium Ponti Thracium, regio nimirum Chalcedoniorum; cujus Chalcidis nomen gentile οἱ Χαλκιδεῖς. Sic igitur ipse infra

---

mox Σάκειαν codd. || — 3. Φροῦνοι bis *C*. Cf. Arcadius p. 79, 3. || — 5. ἔθνος ἐστὶ ὅμ. *y*. || — 6. λέγοντες εἶναι *d*. || — 8. φησιν om. *d*. || — 9. ξαίνονται *d*. || — 11. πώας *y*, πολης *F*, πολας *M*. || — 13. τὸν βύσσον *CFLMYy*. || — 14. Σημείωσαι ... καταβόσκεσθαι om. *d*. οὖν] δὲ *F*. || — 16. εἰσὶ ἀνθρώποις *M*. || — 17. πολουμένων *C*, πολεμίων *d*; σακίοις γράψαντες *d*; ὑποχωροῦσιν ... θέντες τὴν τιμήν. om. d. || — 19. ἀναχωροῦσιν ... λαμβάνουσι τὴν τιμήν om. *D*. || — 21. γε om. *CFKLMy*; δὲ om. *C*. || — 22. παρεκτείνοντας *y*. || — 23. ὅτι om. *C*. || — 25. ἀπὸ Καρχ. ἐκεῖ *d*; ἰκόμενοι *Fm*. || — 31. καταλλ.. codd. exc. *Cd*. || — 32. συναλλ. om. *d*. || — 33. καὶ om. *F*. || 34. ἐντέταται *d*. || — 35. ἀνέμοις ... χειμερίοις om. *L*. || — 37. ῥηθὲν] λεχθὲν *d*. || — 40. ἱληδὸν *F*. || — 41. Βέκχειρες, πονητικὸν *d*. || — 42. ἡ Μακρωνίς *y*. || — 43. λέξεται *y*. || — 46. στόμα κεῖται

Ἧς Χαλκίδος τὸ ἐθνικὸν οἱ Χαλκιδεῖς. Ἐρεῖ οὖν αὐτὸς ἐν τοῖς ἑξῆς, « Χαλκιδέες παρὰ στόμα γαῖαν ἔχουσιν, οὔδας ἐς ἀντιπέραν Βυζάντιον εἰσορόωντες. » Τούτους τυφλοὺς ὁ χρησμὸς ἐκάλεσε, διότι οἱ τὴν Χαλκίδα κτίσαντες Μεγαρεῖς ἐνταῦθα πρῶτα πλεύσαντες, καὶ ἀφέντες κατασχεῖν τὴν περὶ τὸ Βυζάντιον γῆν, εἵλοντο τὴν λυπροτέραν περαίαν. Καὶ Μεγάβυζος δὲ μαθὼν ὅτι ἑπτακαίδεκα ἔτεσιν, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, πρότεροι Βυζαντίων οἱ Καλχηδόνιοι τὴν χώραν ἔκτισαν, τυφλοὺς αὐτοὺς εἶπε τοῦτον τὸν χρόνον εἶναι. Οὐ γὰρ ἂν εἰ ἔβλεπον, τοῦ καλλίονος τόπου παρόντος, ἀνθείλοντο τὸν αἰσχίονα. Ἔστι δὲ καὶ περὶ Εὔβοιαν, ὡς προερρέθη, Χαλκὶς, ἡ πρότερον Εὔβοια καλουμένη· ὅθεν καὶ Χαλκιδικὰ ποτήρια παρὰ τῷ Κωμικῷ. Καὶ οἱ ἐν τῇ Σικελικῇ δὲ Κύμῃ Χαλκιδεῖς τούτων ἄποικοι τῶν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ Χαλκιδέων. Ἱστορεῖται δὲ καὶ σιδήρου καὶ χαλκοῦ μέταλλα εἶναι κατὰ τὴν Εὐβοϊκὴν Χαλκίδα, καὶ ὅτι ἄριστοι ἐκεῖ σιδηρουργοί· καὶ ὅτι οὐ μόνον ἐκεῖ πρῶτον ὤφθη χαλκεῖα, ἀλλὰ καὶ πρῶτοι χαλκὸν ἐκεῖ ἐνεδύσαντο Κούρητες μετὰ Διός. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι, ὡς προεγράφη, Χαλκίδες· ὧν μία καὶ ἡ Αἰτωλικὴ, ἀφ' ἧς τὸν Ἀχελῷον ῥέειν εἶπεν ὁ Διονύσιος.

765. Ὅτι καὶ οἱ Μάκρωνες ἔθνος Ποντικὸν, Βεχείρων νοτιώτερον. Τούτους νῦν Σάννους φαμὲν, ἰδιωτικώτερον δὲ Τζάνους, ὡς καὶ τὴν Κελσηνὴν Κελτζηνήν· καὶ τὴν χώραν δὲ τῶν Σάννων Τζανικὴν λέγουσιν οἱ τὴν φράσιν ἰδιωτεύοντες.

Ὅτι τοὺς Μοσυνοίκους περιφράζων ἢ ἐτυμολογῶν ὁ Διονύσιος λέγει μόσυνας ἔχειν δουρατέους, ἤγουν ξυλίνους. Οὗτοι δὲ ἀπὸ θηρείων ζῶσι σαρκῶν καὶ ἀκροδρύων. Λέγει δὲ καὶ ὁ Γεωγράφος ἀπὸ μοσύνων, ὃ ἔστι πύργων, αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι. Ξενοφῶν δὲ στέατι δελφίνων χρᾶσθαι τοὺς Μοσυνοίκους ἱστορεῖ, ὡς οἱ Ἕλληνες τῷ ἐλαίῳ, καὶ κάρυα πολλὰ ἔχειν τὰ πλατέα οὐκ ἔχοντα διαφυὴν, ἤτοι σχισμὴν, οὐδεμίαν. Καὶ παῖδας αὐτοῖς εἶναι φησι σιτευτοὺς, τεθραμμένους καρύοις ἑφθοῖς, ἁπαλοὺς καὶ λευκοὺς σφόδρα, καὶ οὐ πολλοῦ δέοντας ἴσους τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος εἶναι· καὶ οἶνον παρ' αὐτοῖς λέγει εὑρίσκεσθαι, ὃς ἄκρατος μὲν ὀξὺς ἦν ὑπὸ αὐστηρότητος, κερασθεὶς δὲ εὐώδης τε καὶ ἡδύς. Λευκοὶ δὲ πάντες, φησὶν, οἱ ἄνδρες καὶ αἱ γυναῖκες. Βαρβαρώτατοι δὲ οἱ ἐκεῖ, ἐν ὄχλῳ μὲν ποιοῦντες ἅπερ ἄν τινες ἐν ἐρημίᾳ ποιήσειαν, ἐν δὲ τῷ

(863) : » Chalcidecs, qui prima tenent circa ostia Ponti, littore in adverso Byzantia mœnia spectant. » Hos oraculum cæcos vocavit, propterea quod Megarenses ii, qui Chalcidem ædificarunt, quum eo primum navigassent, et Byzantinam regionem occupare neglexissent, regionem sitam illi ex adverso, steriliorem atque macilentiorem, elegerant. Itaque Megabyzus, quum Chalcedonios, ut est apud Herodotum (4, 144), septem et decem ante annis quam Byzantios oppidum in ea regione ædificasse didicisset, hoc ipso tempore cæcos eos fuisse affirmavit. Non enim, si lucis usum habuissent, præ meliori loco qui præsens adesset, turpiorem elegissent. Est autem et in Eubœa, ut supra dictum est, Chalcis, quæ Eubœa prius vocabatur. Unde et Chalcidica pocula apud Comicum (*Eq.* 237). Porro Chalcidenses ii, qui sunt in Cuma Siculâ, colonia sunt horum Chalcidensium Euboicorum. Proditum autem est in Chalcide Euboica metalla esse ferraria atque æraria, optimosque ibi esse fabros ferrarios; neque modo ibi primum officinas ærarias visas fuisse, sed etiam primos ibi Curetes cum Jove arma ærea induisse. Sunt et aliæ, ut supra scriptum est, Chalcides, quarum una est Ætoliæ, e qua Dionysius fluere dicit Acheloum.

805. Post Chalcedonios Chalcidenses Bebryces siti sunt, qui sic vocantur vel a Bebryce heroe quodam vel a Bebryca muliere. Eos traditum est videri majora corpora quam pro hominum statura habere : apud quos etiam Bebryx ille Arantas, quem octo cubitis longum fuisse aiunt, latitudine autem tanta, quemadmodum Arrianus scribit, quanta, ad levitatis atque agilitatis rationem cum tanta longitudine commensum proportionis haberet : quanta nimirum latitudo, pro commensûs ratione, apte conveniret longitudini octo cubitorum, ut homo ille corpore esset expedito ad incedendum. Cum viro hoc tanto singulari pugna congressus victoriaque potitus est adolescentulus, annos natus septem et decem. Bebryca vero, quam diximus, Ægypto filia fratris fuit, una filiarum Danai, Hypermnestræ soror. Hanc quoque ferunt Hippolyto consobrino sponsoque suo pepercisse, sicut Hypermnestram Lynceo, fugamque cum illo capessivisse, magnamque sibi potentiam comparasse, eo quod barbaros Ægyptiam sapientiam docuisset; quare etiam regionem, ad quam fugit, Bebrycen ab ea sive Bebryciam appellatam fuisse. Propterea igitur Pindarus (*Pyth.* 9, 197) octo et quadraginta Danai filias commemorat, eo quod reliquis filiabus nolit has duas adnumerare, quippe quæ patri suo non obtemperaverint, ideoque de filiarum numero obliteratæ fuerint. Sciendum namque est ex veteri historia filios quinquaginta adolescentulis consobrinis concubuisse, atque ex his quidem Bebrycen et Hypermnestram solas maritis suis pepercisse, reliquas vero reliquis necem attulisse.

---

bent *Cy*, post διφθόγγου ponunt cett. ‖ — 1. Ὀχηστός *C*. ‖ — 2. Ἀβάντιος *Y*; τὸ om. *Y*. Vid. Stephan. v. Ἀβαντίς. ‖ — 4. τὸ om. *DL*; Αἰπρότιον et mox Αἰπρότου *L* aliique, ut vid. ‖ — 6. καὶ ante τοῦ Αἰπ. add. *C*; τοῦ Ποίαντος καὶ τοῦ Αἰπύτου *D*. ‖ — 8. παραλήγονται *Cy*. ‖ — 9. μεγάλα *CY*. ‖ — 10. καὶ οἱ Βύζαντες ἰσχύσαι *C*. ‖ — 11. ἀπολιπεῖν τὴν σφετ., φυγόντας εἰς *Cyc*, ἀποφυγεῖν τ. σφ., φυγόντες δὲ εἰς cett. De re v. Herodot. 6, 33. ‖ — 12. καὶ μετὰ *c*, μετὰ καὶ cett.; καὶ οἰκίσαι *CDLY*; οἰκῆσαι supra οἰκίσαι scriptum in *Cy*. ‖ — 13. καὶ om. *y*. ‖ — 15. κεῖνται...τοὺς Βέβρυκας om. *DL* aliique; οὕτω *Y*. ‖ — 17. ἱστοροῦνται codd., exc. *c*; μειζόνων δοκεῖν *C*. ‖ — 18. ἀνθρώπων codd., exc. *Cy*. ‖ — 20. ὁ Ἀρρ. *C*. ‖ — 21. ἤγουν...ξύμμετρον om. *Y*. ‖ — 25. δὲ om. *C*; Βεβρυκίαν φασὶ κληθῆναι ἀπὸ Βεβρύκης Αἰγ. μὲν ἀδελφόπαιδος vulgo; e *Cy* mutavit Bernh. ‖ — 28. ἀνεψίου *C*. ‖ — 29. Ὑπερμήστραν *CD*; Λυγγέως *L*. ‖ — 32. ἢ Βεβρυκίαν om. *CDLY*. ‖ — 35. ὡς καὶ τὰς *C*; τῶν λοιπῶν *DL*; οἷα *CDY*. ‖ — 36. ἀπαληφείσας *C*. ἀπαλειφῆναι vulgo ante Bernh., ἀπολιφῆναι margo *Y*. ‖ — 39. πεντήκοντα post Αἰγ. om. *C*. ‖ — 40. Βεβρυκία *C*; καὶ Ὑπερμήστρα *C*; hoc

Ὅτι μετὰ τοὺς Βέβρυκας ἡ Μυσία καὶ τὰ τῆς Μυσίδος γῆς ὄρη, ἔνθα Μύσιος ποταμὸς ὁ Κίος προϊεὶς ἱμερόεντα ῥέεθρα, καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Κίος. Περὶ δὲ τὸν Κίον ποταμὸν ἡ θρυλουμένη ἁρπαγὴ τοῦ Ὕλα συνέπεσεν. Ἑταῖρος δὲ Ἡρακλέος ὁ Ὕλας. Νύμφη γὰρ, φησὶν, ἐκεῖ ὑδρευόμενον τὸν Ὕλαν καθήρπασεν, ὃν καὶ ἀνακαλούμενος ὁ πελώριος Ἡρακλῆς οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ μακρὰ καὶ κενὰ βοήσας ἀπηλλάγη, ὡς καὶ Θεόκριτος ἱστορεῖ. Ὅθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνακαλουμένων τοὺς μὴ ἀκούοντας, « Ὕλαν καλεῖς. » Φασὶ δὲ καὶ τὴν Προυσιάδα πρότερον Κίον καλεῖσθαι, ἣν ὕστερον Δημήτριος κατέσκαψεν. Ὁ δὲ Γεωγράφος λέγει ὅτι ὑπὲρ τὴν Προυσιάδα Κίος πόλις, ἣν ἔκτισε Κίος Ἡρακλέος ἑταῖρος καὶ σύμπλους ἐπανελθὼν ἐκ Κολχίδος, ἔνθα τὰ κατὰ τὸν Ὕλαν γενέσθαι φασί. Περὶ δὲ Μυσῶν καὶ προείρηται μὲν ἤδη, καὶ εὐθὺς δὲ κατωτέρω πάλιν εἰρήσεται.

809. Ὅτι μετὰ τὴν Μυσίαν ὁ τῆς μικρᾶς Φρυγίας ἄσπετος ἀγκὼν, ἤγουν ἀγκάλη, ἐπιτρέχων εἰς Ἑλλήσποντον πρὸς ἑσπέραν, ὑπὸ τοὺς τῆς Ἴδης πόδας, ἐνδότερον δὲ ἐπ' ἀνατολὰς ἡ εὐρυτέρα Φρυγία, ὃ ἔστιν ἡ μεγάλη, ἧς Μίδας ἐβασίλευσε, παρὰ τῷ προειρημένῳ Σαγγαρίῳ ποταμῷ, οὗπερ αἱ πηγαὶ περί τινα λέγονται εἶναι κώμην Σαγγίαν καλουμένην. Ταύτην δὲ τὴν μεγάλην Φρυγίαν καὶ ἱππόβοτον λέγει καὶ λιπαράν. Ὀλβιωτάτους δὲ τοὺς Φρύγας καὶ Ἀρριανὸς ἱστορεῖ, λέγων καὶ ὅτι « λέγονται Φρύγες παλαιότατοι ἀνθρώπων γενέσθαι, καὶ ὅτι μαίνονται τῇ Ῥέᾳ, καὶ πρὸς Κορυβάντων κατέχονται, ἤγουν κορυβαντιῶσι δαιμονῶντες. Ὅταν δὲ κατάσχῃ αὐτοὺς τὸ θεῖον, ἐλαυνόμενοι καὶ μέγα βοῶντες καὶ ὀρχούμενοι προθεσπίζουσι τὰ μέλλοντα, θεοφορούμενοι καὶ μαινόμενοι. » Ἔστι δὲ, φασὶ, Φρυγία καί τις τόπος Εὐρωπαῖος περὶ τὴν Οἴτην τὸ τῆς Τραχῖνος ὄρος, οὕτω κληθεῖσα παρὰ τὸ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα καυθέντα. Τὸ δὲ πόδας Ἴδης ἐξ Ὁμήρου ληφθὲν Πινδάρῳ μὲν δέδωκεν ἀφορμὴν σφυρὰ ὄρους εἰπεῖν, τῷ δὲ Λυκόφρονι πτέρναν πύργου, καὶ ἄλλοις κνημοὺς ὄρους. Ἰστέον δὲ ὅτι Διονύσιος μὲν Ἀσιανῶν ἐνταῦθα Φρυγῶν μέμνηται, ἄλλοι δέ φασι καὶ ἑτέρους Εὐρωπαίους εἶναί ποτε Φρύγας, ἐξ ὧν περαιωθέντων οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐγένοντο· ὥσπερ καὶ Μυσοὶ οὐ μόνον Εὐρωπαῖοι, οἵ γε καὶ πέραν Ἴστρου ἦσαν, ἀλλὰ καὶ Ἀσιανοὶ, ὧν μέρος καὶ οἱ Ὀλυμπηνοὶ Μυσοὶ, λεγόμενοι οὕπως, ὥς που προείρηται παρὰ τὸν μυσὸν, ὅστις ἐστὶν ἡ ὀξύα κατὰ

Post Bebryces Mysia Mysiæque regionis montes, ubi Cius, amnis Mysius, fluenta profundens amabilia, et urbs cognominis Cius. Ad amnem hunc Cium contigit raptus ille Hylæ vulgi sermonibus percelebratus. Sodalis Herculis hic Hylas. Nympha enim, inquit, aquantem ibi Hylam corripuit, quem quum ingens Hercules semel ac sæpius inclamasset, nihil profecit, sed diu ac frustra clamans discessit, ut et Theocritus (13, 58) memorat. Unde etiam propter eos qui sæpius alios vocant non exaudientes, in proverbio est Hylam vocare. Ad hæc tradunt Prusiadem prius Cium vocatam fuisse, quam postea Demetrius evertit. Verum Geographus (*p.* 564) scribit supra Prusiadem urbem esse Cium, quam Cius, Herculis sodalis ejusque in navigatione socius, ædificasset ex Colchide reversus: ubi Hylæ casum locum habuisse commemorant. Ceterum de Mysis et supra jam dictum est, et paullo post dicetur iterum.

809. Post Mysiam Phrygiæ Minoris immensus ἀγκών, *cubitus*, nimirum ἀγκάλη, *ulna*, procurrens ad Hellespontum in occasum, sub pedibus Idæ; verum interius ad ortum latior Phrygia, h. e. Magna, in qua Midas regnavit, apud Sangarium amnem, de quo supra, cujus quidem fontes esse dicuntur circa Sangiam, quo nomine pagum vocant. Hanc autem Magnam Phrygiam et equorum altricem et pinguem appellat. Phryges a rerum copia beatissimos dicit Arrianus, ubi etiam narrat ferri Phryges antiquissimos esse mortalium, eosque Rheæ numine in furorem agi et a Corybantibus afflari (nimirum a dæmone correptos Corybantum in morem furere). Quando autem numen eos invadit atque occupat, tunc eos agitatos magnaque voce vociferantes et saltantes, divinoque numine actos atque furentes prædicere futura. Sed et Phrygiam esse aiunt locum quendam Europæ, circa OEtam, Trachinis montem, sic appellatum ex eo quod ibi Hercules ardendo πέφρυκται, *est torrefactus*. Illud porro πόδας Ἴδης ex Homero (*Il.* β, 824) sumptum, exemplum Pindaro (*P.* 2, 85.) præbuit dicendi σφυρὰ ὄρους, Lycophroni (442) πτέρναν πύργου, et aliis κνημοὺς ὄρους. Sciendum autem est Dionysium quidem Asianorum hic Phrygum meminisse, alios vero scribere alteros quoque olim fuisse Phryges Europæos, qui quum mare transmisissent, Phrygiæ Asianæ nomen dederint; sicuti etiam Mysi non Europæi modo sunt trans Istrum, sed etiam Asiani, quorum pars Olympeni Mysi, sic appellati, quemadmodum alicubi supra dictum est, a myso quæ, est oxya lingua

---

etiam *d*. Mox. αἱ δὲ...διεχρήσαντο om. *Y*. ‖ — 1. Βέβρυκας] βαρβάρους vulgo ante Bernh. ‖ — 2. ὁ om. *C*. ‖ — 4. Κίου *C*; Ὕλλα *CLY*. ‖ — 5. ὁ om. *C*; Ὕλλας... Ὕλλαν *CDY*. ‖ — 6. ἥρπασεν *Y*. ‖ — 9. ὁ Θεοκρ. *DCY*. παροιμία φησὶν ἐκ τῶν...καλεῖν *L* et vulgo ante Bernh. ‖ — 10. Ὕλλαν *CDY*, itemque in sqq. ‖ — 11. Κίον] Vid. Stephan. Byz. v. Ηροῦσα. ‖ — 18. Μυσίαν] Ἀσίαν *L* et vulgo ante Bernh.; τὴν om. *Cy*. ‖ — 19. πρὸς Ἑλλήσποντον εἰς ἑσπ. vulgo ante Bernh., haud dubie ex *L*. ‖ — 24. πόλιν, supra scr. κώμην, *Y*; Σαγίαν, ut codd. Strabonis p. 564, *CDLY*. ‖ — 27. λέγων δὲ καὶ *DL*. ‖ — 29. κορυβαντιῷ δαιμονιῶντες *C*. ‖ — 30. κατάσχει *C*; τὸ θεῖον αὐτοὺς *Y*. ‖ — 32. καὶ ante θεοφ. codd., exc. *Cy*. ‖ — 36. Ἴδης] ὄρους *y*. ‖ — 42. ὡς καὶ *y*. ‖ — 45. ὀξεῖα codd. Cf. Eustath. ad 322.

τὴν τῶν Μυσῶν ἢ Λυδῶν γλῶσσαν· πολὺ γὰρ τὸ τοιοῦτον φυτὸν παρὰ τοῖς Μυσοῖς. Οὕτω δέ φασι δύσεργον εἶναι διορίσαι Μυσοὺς καὶ Φρύγας διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς οἰκήσεως, ὥστε τάχα καὶ τὴν παροιμίαν ἐντεῦθεν διεκπεσεῖν τὴν λέγουσαν, « πόρρω τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα. » Ὡσαύτως δὲ συγκέχυνται οἱ Λυδοὶ καὶ Μαίονες, οἱ καὶ Μῆονες παρὰ τῷ Ποιητῇ. Ἀρριανὸς δέ φησιν ὅτι « Θυνὸς καὶ Μυσὸς υἱοὶ ἦσαν Ἀργανθώνης, ἥτις καλόν τι χρῆμα νύμφης ἦν, ἀφ' ὧν Θυνὸς μὲν Θυνίαν οἰκίσας ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασε, Μυσοὶ δὲ ἐπὶ τῷ Μυσῷ ὠνομάσθησαν. » Ἡρόδοτος δέ φησι καὶ αὐτὸς πρώτους ἀνθρώπων τοὺς Φρύγας εἶναι, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς ἐμφαίνει, ἔνθα τὸν ἀρχαῖον βεκκεσέληνον λέγει, ἀπό τε τῶν Ἀρκάδων τῶν πρὸ τῆς σελήνης μυθευομένων εἶναι καὶ ἀπὸ τοῦ βέκου. Βέκος δὲ ὁ ἄρτος Φρυγιστί.

Mysorum aut Lydorum; multa enim hæc planta apud Mysos. Adeo autem difficile esse aiunt Mysorum Phrygumque fines discernere, propter habitationes eorum promiscuas, inde ut fortasse manaverit proverbium illud : « Res ardua est definire Mysorum et Phrygum fines. » Ac similiter confusi inter sese fuerunt Lydi et Maiones, qui et Μῆονες apud Poetam (*Il.* β, 866). Arrianus scribit Thynum et Mysum filios fuisse Arganthonæ (nympha hæc fuit pulcherrima); de quibus Thynus quidem Thyniam incolis frequentans a sese nominaverit, Mysi vero propter Mysum sint nominati. Herodotus (2, 2) porro ipse quoque Phryges primos mortalium fuisse affirmat, quod et Comicus (*Nub.* 397) indicat, ubi hominem annosum vocat βεκκεσέληνον, tum ab Arcadibus, quos ante σελήνην, *lunam*, exstitisse fabulantur, tum ἀπὸ τοῦ βέκκου; *beccus* namque lingua Phrygia *panis*.

815. Ὅτι ὑπὸ ταῖς πλευραῖς τῆς μικρᾶς Φρυγίας ἡ Ἴλιος, μεταξὺ τῆς Ἴδης καὶ τῆς θαλάσσης. Ταύτην τὴν πόλιν ἀγλαὸν ἄστυ παλαιγενέων ἡρώων λέγει, καὶ ἔργον μέν φησι γενέσθαι Ποσειδῶνος καὶ Ἀπόλλωνος κτισάντων, ὑπὸ Ἀθηνᾶς δὲ καὶ Ἥρας ἀπολέσθαι, ὅ ἔστιν ὑπό τε φρονήσεως καὶ ὑπὸ ἡραίας ἤγουν βασιλικῆς ἀνδρώδους δυνάμεως· ἢ καὶ ἄλλως ἀστείως, ὅτι ἄνδρες μὲν τὴν πόλιν ἴδρυσαν, γυναῖκες δὲ κατέρριψαν. Ὅτι δὲ ἐξήλειπται ἀφανισθεῖσα ἡ παλαιὰ Ἴλιος, ὡς μηδὲ θεμελίους ὑπολειφθῆναι αὐτῆς, ἀριδήλως ἡ παλαιὰ ἱστορία φησίν. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐπαναλαμβάνει καὶ τὴν Ἴλιον κατὰ συνήθειαν ποιητικήν, οὐ μόναν διὰ τὸ σεμνὸν ἄλλως τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ θρήνων ἄξια παθεῖν αὐτήν. Διὸ καὶ ὁ Λιβάνιός που Αἰγαίου μὲν πελάγους καὶ ἄλλων τινῶν τόπων πρὸς ὄνομα ψιλὸν καὶ μόνον ἁπλῶς οὕτως μέμνηται, τῆς Τροίας δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὴν τὰ δεινότατα παθοῦσαν Πριάμου πόλιν φησὶν, οἰκτισάμενος ὡς ἐκ παρόδου αὐτήν. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τρεῖς ἀναγράφονται Φρυγίαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Μία μὲν ἡ μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἄρξαι λέγεται, περὶ ἣν καὶ ἡ Πισιδία * καὶ τὸ Ἀμόριον καὶ τὰ Σύνναδα καὶ ἡ Λαοδίκεια. Ταύτης δὲ τῆς μεγάλης ἐστὶ καὶ ἡ παρώρειος Φρυγία, περὶ ἣν τὸ Φιλομήλιον· καὶ αὕτη μὲν μία Φρυγία. Δευτέρα δὲ καὶ ἑτέρα Φρυγία ἡ μικρὰ ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ περὶ Ὄλυμπον. Καὶ τρίτη ἡ λεγομένη

815. Sub lateribus Parvæ Phrygiæ Ilios, inter Idam et mare. Urbem hanc oppidum vocat perillustre priscorum heroum, idque opus fuisse dicit Neptuni atque Apollinis, quippe qui eam urbem ædificassent; sed deletam eam atque eversam fuisse ait a Minerva et Junone, h. e. tum a prudentia, tum a potestate illa Junonia, quæ regia est ac virilis; vel etiam aliter lepide dixeris viros urbem hanc fundasse, mulieres diruisse. Priscam vero illam Ilion penitus deletam fuisse et ita evanuisse, ut ne fundamenta quidem ejus supersint, vetus perspicue historia testatur. Sciendum autem est more eum poetico Ilii nomen repetere, non solum propter urbis dignitatem, sed etiam quod clades ea prorsus deplorandas acceperat. Quocirca etiam Libanius (*De vita sua t.* 1, *p.* 13 *R.*), quum alicubi Ægæi maris et aliorum quorundam locorum sic nomine tenus nude ac simpliciter meminisset, tamen unius Trojæ non ita meminit, sed gravissima perpessam Priami urbem vocat, quasi eam veluti ex transitu commiseretur. Sciendum etiam est tres Phrygias apud veteres recenseri. Una est Magna, cujus Midas imperium habuisse dicitur, in qua est etiam Phrygia Pisidica et Amorium et Synnada et Laodicea. Atque hujus Magnæ Phrygiæ est etiam Phrygia Paroreos sive ad montes sita, in qua Philomelium. Atque hæc quidem una Phrygia. Secunda et altera est Phrygia Parva, quæ est ad Hellespontum circaque Olympum. Tertia

3. διάφορον *Cy.* ‖ — 5. πόρρω] Strabo de his ita habet p. 572 : ὥστ' ἔργον διορίσαι « χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα ». Fortassis Eustathius scripsit : ἄπορον [διορίσαι χωρὶς] τὰ Μυσῶν κτλ. ‖ — 7. Μαίωνες *Cy.* ‖ — 13. ὡς om. *L;* καὶ om. *D.* ‖ — 15. βέκους *DY.* ‖ — 16. δὲ] γὰρ *D.* ‖ — 17. ταῖς om. *CDLY;* ἡ *Cy,* καὶ vulgo. ‖ — 21. ἀπὸ *γ;* δὲ om. *C;* ἀπολέγεσθαι *γ.* ‖ — 22. ἡραιούσης vulgo ante Bernh. ‖ — 25. ἀφανεῖσα *C.* ‖ — 28. συνήθειαν κατὰ ποντικὴν *C.* ‖ — 29. παρὰ πόλεως *C;* καὶ om. *γ.* ‖ — 31. ψιλῶν καὶ μόνης olim vulg. ‖ — 34. καὶ ὅτι *C.* ‖ — 36. « καὶ ἡ Πισινὴ καὶ ἡ Πισιδία *C,* unde haud cunctanter elicimus ἡ Πεσσινουντία. » *Bernh.* Ego ex *C* enotatum habeo καὶ ἡ Πισίνη Πισιδία, quæ orta sunt ex dittographia. Legendum est ἡ Πισιδικὴ, nisi mavelis ἡ πρὸς Πισιδίαν vel πρὸς Πισιδίᾳ. Excerpta hæc sunt e Strabone p. 576, ubi hæc : ἐν ᾗ (μεγάλῃ Φρυγίᾳ) ἐστιν ἥ τε παρώρειος λεγομένη καὶ ἡ πρὸς Πισιδίαν καὶ τὰ περὶ Ἀμόριον καὶ Σύνναδα, εἶτα Ἀπάμεια... καὶ Λαοδίκεια. Pessinus Galatiæ urbs huc non pertinet. ‖ — 37. καὶ ἡ Λαοδίκ. om. *L.* ‖ — 38. περὶ ἣν... ἑτέρα Φρυγία om. *C.* ‖ — 40. καὶ add. ex *γ.*

Ἐπίκτητος, ἐν ᾗ τὸ Κοτυάειον καὶ τὸ Δορύλαιον, ὡς ὁ Γεωγράφος ἱστορεῖ, τὸ καὶ Δορυλάειον, κατὰ δὲ τὴν ὀρθογραφικὴν τέχνην καὶ Δορύλλειον, διὰ διφθόγγου, ὥσπερ καὶ Δοκίμειον, πόλις καὶ αὐτὸ Φρυγίας· οὕτω δὲ καὶ Σύλλειον, ἐν δυσὶ λλ ἢ καὶ δι' ἑνός. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ κατὰ τὸν τὰ Ἐθνικὰ γράψαντα πόλις Φρυγίας, ἢ κατά τινας, ὡς φησι, Παμφυλίας. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ Σύλαιον τὸ τοιοῦτον γράφεται.

820. Ὅτι μετὰ τὴν μικρὰν Φρυγίαν καὶ τὴν Ἴλιον ἡ τῶν Αἰολέων παραπέπταται γῆ, Αἰγαίου περὶ χεῖλος, ὑπὲρ τὸν μέγαν ἤτοι πλατὺν Ἑλλήσποντον, ὃ ἔστι νοτιώτερον τοῦ Ἑλλησπόντου. Καὶ ἐνταῦθα γὰρ τὴν ὑπέρ πρόθεσιν ἐπὶ τῶν νοτιωτέρων τέθεικεν, ὡς αὐτῷ σύνηθες. Ἄλλως γὰρ ὑπὲρ τὴν Φρυγίαν πρὸς τὰ βόρεια οὐ κεῖνται Αἰολεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὴν παλαιὰν ἀναγραφὴν Φρυγῶν ἔχονται Καππαδόκαι πρὸς βορρᾶν δηλαδή. Τούτοις δὲ πρόσουροι Κίλικες καθήκοντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν, περὶ ἣν καὶ ἡ Κύπρος. Τούτων δὲ ἔχονται Ἀρμένιοι, αὐτῶν δὲ Ματιανοὶ, τούτων δὲ οἱ Κισσιανοί. Λέγει δὲ ὁ Διονύσιος καὶ ὅτι μετὰ τοὺς Αἰολεῖς, ὧν ἐστι καὶ ἡ Σμύρνα, ἡ τῶν Ἰώνων γῆ κεῖται, ἀγχίαλος καὶ αὐτή. Ταύτης ἀρχὴ κατὰ τὸν Γεωγράφον ἡ Φώκαια πέρας οὖσα τῆς Αἰολίδος. Ἰστέον δὲ ὅτι ὥσπερ τὴν Ἰάδα ἐν τοῖς φθάσασιν ἔγνωμεν τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι, ὡς Ἰώνων καλουμένων πάλαι ποτὲ τῶν Ἀττικῶν ἀπὸ Ἴωνος καὶ τῆς χώρας Ἰάδος λεγομένης, οὕτω καὶ ἡ Δωρὶς ἡ αὐτὴ τῇ Αἰολίδι ἐστίν. Ἐκαλοῦντο γάρ ποτε κατὰ τὸν Γεωγράφον Αἰολεῖς κατ' ἐπικράτειαν ἔθνους πάντες οἱ ἐκτὸς τοῦ κατὰ Πελοπόννησον ἰσθμοῦ, πλὴν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων καὶ Δωριέων τῶν περὶ Παρνασσόν. Διὸ καὶ Πίνδαρος πολλαχοῦ, καίτοι Δωριστὶ γράφων, Αἰολίδα τὴν ἑαυτοῦ λέγει μολπήν. Αἰολεῖς δὲ ἐκεῖνοι ἐλέγοντο ἀπὸ τῶν τοῦ Αἰόλου παίδων, ὥσπερ καὶ Δωριεῖς ἀπὸ τῶν τοῦ Δώρου, καὶ Ἴωνες ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου ἀνδρὸς Ἀττικοῦ, ὃν καὶ Εὐριπίδης κτίστορα ἱστορεῖ Ἀσιάδος χθονός. Οἱ δὲ περὶ τὴν Ἀσίαν Αἰολεῖς οὕτως ἐκλήθησαν, οὐ μόνον ὡς ὄντες τῶν ῥηθέντων Εὐρωπαίων Αἰολέων ἄποικοι, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀπὸ αἰόλων, ὃ ἔστιν ἐκ ποικίλων τινῶν καὶ μιγάδων ἀνθρώπων, ἡ αὐτόθι ἀποικία ἐκείνοις συνεκροτήθη.

823. Ὅτι διὰ μέσης τῶν Ἰώνων γῆς ὁ Μαίανδρος λιπαραῖς δίναις εἰς ἅλα κατέρχεται, μεταξὺ τῆς Πριήνης καὶ τῆς Μιλήτου, Ἰωνικῆς πόλεως, ἀποίκου Ἀθη-

denique est Epictetos vocata, in qua Cotiaium et Δορύλαιον, ut Geographus (*p.* 516) tradit : quod etiam dictum Δορυλάειον, immo etiam, secundum artem orthographicam, Δορύλλειον per diphthongum, sicuti et Δοκίμειον, urbs et ipsa Phrygiæ. Sic et Σκύλλειον, quod duplici vel etiam simplici λ scribitur. Est ipsum quoque sec. Ethnicorum scriptorem (*v.* Σύλειον) oppidum Phrygiæ, aut, ut idem ipse ait, secundum alios, Pamphyliæ. Constat autem scribi etiam Σύλαιον.

820. Post Parvam Phrygiam atque Ilion expansa est Æolensium regio, ad labrum maris Ægæi, ὑπέρ, *supra*, magnum, nimirum latum, Hellespontum, quod est sane magis australe Hellesponto. Nam et hoc loco pro more suo usurpat præpositionem ὑπέρ de iis quæ sunt magis australia; alioquin enim supra Phrygiam ad septentriones non siti sunt Æolenses, sed e veteri terrarum descriptione Phrygibus continui sunt Cappadoces, nimirum ad septentriones. His autem finitimi sunt Cilices, pertinentes ad mare, ubi Cyprus. His proximi sunt Armenii, Armeniis Matiani, Matianis Cissiani. Adjicit Dionysius post Æolenses, quorum est etiam Smyrna, regionem Ionum jacere, ipsam quoque maritimam. Hujus initium ex Geographo (p. 582) Phocæa, quæ et terminus Æolidis. Quemadmodum autem supra vidimus Iadem eandem esse atque antiquam Atticam, quippe quum ipsi aliquando Attici antiquitus Iones ab Ione vocarentur, ipsaque regio Ias diceretur: sic etiam sciendum Doridem dialectum eandem esse atque Æolidem. Vocabantur enim olim, secundum Geographum (*p.* 333), Æolenses, pro imperio ac potestate ejus gentis, ii omnes, qui sunt extra isthmum Peloponnesi, præter Athenienses et Megarenses et Dorienses Parnassi. Quare etiam passim Pindarus, quamvis scriberet Dorice, tamen cantilenam suam Æolidem appellat. Æolenses porro illi dicti ab Æoli filiis, sicuti etiam Dorienses a filiis Dori, et Iones ab Ione, Xuthi filio, homine Attico, quem Euripides (*Ion.* 74) narrat coloniis Asiaticas terras frequentasse. Verum Æolenses illi Asiæ sic vocitati sunt non modo quod oriundi erant ab iis, quos diximus, atque ab iis in coloniam profecti, sed etiam quia, quæ ibi colonia erat, eam illi conflaverant atque collegerant ἀπὸ αἰόλων, h. e. ex variis convenisque hominibus.

823. Per mediam Ionum regionem Mæander nitidis vorticibus in mare delabitur, inter Prienen et Miletum, urbem Ionicam coloniamque Atheniensium, secun-

1. Κοτυάειον *c*, Κοττυάειον *Cy*, Καττυεύειον ed. Stephan., rectius scriberes Κοτιάειον. || — 2. Meinekius ad Steph. v. Δορυλάειον Eustathium scripsisse suspicatur : τὸ καὶ Δορυλάιον, κατὰ δὲ τὴν ὀρθ. τ. Δορυλάειον διὰ διφθόγγου. || — 4. Δοκίμιον *C.* || — 8. λέγεται *C.* || — 10. παρατέταται var. lect. in *Y*. || — 11. τὸν πλάτυν vulg. ante Bernh. || — 14. τὰ βόρεια κεῖνται οἱ Αἰολεῖς vulgo, quæ ex *Cy* mutavit Bernh. || — 15. ἀλλὰ om. *y*. || — 16. ἔχονται καὶ K. olim vulgo ; καὶ om. *Cy* iidem τούτοις pro vulg. τούτων. || — 17. τὴν om. *CDY* || — 19. Ἀκισσιανοί *cy*. || — 23. ὅτι om. *C.* || — 24 τῇ παλ. Ἀτθ. οὖσαν vulg. ante Bernh. || — 25. ποτὲ om. *Cy*. || — 29. ἐκτὸς *CDYy* margo *m* et Strabo, ἐντὸς *L* et editt. || — 34. καὶ om. *DLYy*. || — 35. Ξάνθου *Cy*. || — 36. Ἀσιάδος *Cy*, Ἀσιατίδος vulgo ante Bernh. || — 37. οὐ μόνον δὲ *C.* || — 42. τῆς ante μέσης om. *Cy*.

ναίων κατὰ Ἡρόδοτον· ὧν ἡ μὲν Πριήνη καὶ Κάδμη ποτὲ ἐκλήθη, ἣν Αἴπυτος ὁ Νηλέως ἔκτισεν, ἀφ' ἧς εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὁ Βίας· ἡ δὲ Μίλητος κτίσμα Νηλέως ἀνδρὸς Πυλίου αὐτόθι μετοικήσαντος, κατὰ δὲ Ἡρόδοτον Νηλεὺς ὁ Κόδρου ἔκτισεν αὐτήν. Φησὶ γάρ· « Νήλεῳ τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ τὴν Μιλήτου κτιστύν. » Ἔρια δὲ ὁ τόπος οὗτος φέρει ἀγαθά, ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν κεῖται τὰ Μιλήσια στρώματα. Καὶ Θεόκριτος δὲ τάπητας μαλακωτέρους ὕπνου εἰπὼν ἐπάγει· « φαίη ἂν ἡ Μίλητος καὶ ὁ τὴν Σαμίαν καταβόσκων· » ὡς τῆς Σάμου καὶ τῆς Μιλήτου ἀγαθῶν οὐσῶν εἰς ἐρίων φοράν. Περὶ δὲ τῆς πόλεως ταύτης καὶ τοιαῦτα γέγραπται· « Μίλητος πόλις Ἰώνων ἐπιφανής. Ἐκλήθη δέ ποτε καὶ Λελεγὶς διὰ ἐποίκους Λέλεγας, καὶ Πιτύουσα δὲ ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πιτύων, καὶ διότι ἐκεῖ πρῶτον πίτυς ἔφυ. » Ἐκεῖθεν ἦν Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ ῥήτωρ Αἰσχίνης, ὃν ἡ παρρησία ἔβλαψε, καὶ Φωκυλίδης, καὶ Τιμόθεος ὁ κιθαρῳδὸς, εἰς ὃν ἐπίγραμμα φέρεται τόδε·

Πάτρα Μίλητος τίκτει Μούσαισι ποθεινὸν
Τιμόθεον, κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον.

Ἦν δέ ποτε καὶ Κρητικὴ Μίλητος. Λέγεται δὲ καὶ τὴν τῆς Καλυψοῦς νῆσον Μίλητον κληθῆναί ποτε. Φέρεται δὲ λόγος, καὶ μέγιστον κατασκευασθῆναι ναὸν ἐν Μιλήτῳ, χωρὶς ὀροφῆς μείναντα διὰ τὸ μέγεθος. Ταύτης δὲ ἱστοροῦνται πολλαὶ ἀποικίαι, ὅπουγε καὶ περὶ τὰ Νειλῶα στόματα τεῖχος ἦν Μιλησίων λεγόμενον, ὅπερ αὐτοὶ ἐτείχισαν ναυσὶ τριάκοντα πλεύσαντες· καὶ ὅπου δὲ τελευτᾷ ὁ Ἴστρος περὶ τὸν Εὔξεινον, Ἰστριανοὶ κατοικοῦσι Μιλησίων ἄποικοι, ὡς φησιν Ἡρόδοτος. Τούτων δὲ βορειοτέρα ἡ Ἔφεσος, ἡ καὶ Τραχεῖά ποτε κληθεῖσα καὶ Ὀρτυγία καὶ Πτελέα· πόλις δὲ Ἰώνων καὶ ἡ Ἔφεσος, κατὰ δὲ Ἡρόδοτον Λυδίας, ἣν καὶ παραλίαν ὁ Διονύσιος λέγει, καὶ μεγάλην πόλιν Ἀρτέμιδος, καὶ ναὸν ἐκεῖ φησιν εἶναι, ὃν Ἀμαζόνες ἐποίησαν ἐν πρέμνῳ, ὃ ἔστιν ἐν κορμῷ πτελέας, περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα. Λέγει δὲ ἴσως τὸν περίπυστον ἐκεῖνον, τὸν ὕστερον καυθέντα πρός τινος θελήσαντος οὕτως ἑαυτῷ περιποιήσασθαι τὸ ἐπ' ὀνόματι ἀοίδιμον, κἂν οὐκ ἔσχε τυχεῖν ἐκεῖνος οὗ ἤθελεν· ἀραὶ γὰρ ἐτέθησαν, μηδένα τῶν ἁπάντων τὸ ἐκείνου περιφέρειν ὄνομα, ὡς ἂν ἐπιλησθείη παντάπασι καὶ μὴ ἔχοι ὃ βούλεται. Λέγεται δὲ καὶ ὅτι Κροῖσος τῇ Ἐφέσῳ ἐπιθέμενος ἐπολιόρκει, ἀμηχανοῦντες δὲ οἱ πολῖται ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι, ἐξάψαντες ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀρτέμιδος σχοινίον εἰς τὸ τεῖχος.

dum Herodotum (1, 142). De quibus quidem Priene vocata est olim Cadme, quam Æpytus Nelei filius condidit; unde Bias, unus de septem sapientibus. Miletus vero ædificata est a Neleo, homine Pylio, qui eo ad habitandum demigraverat. Quanquam Herodotus (9, 97) vult ædificatam eam urbem a Neleo, Codri filio. Hæc enim verba Herodoti : « Sequutus Neleum, Codri filium, ad Miletum ædificandam. » Fert hic locus bonas lanas, unde et in proverbium venerunt stragula Milesia. Et Theocritus (15, 125), quum tapetes somno molliores vocasset, subdit : « Dicat Miletus, Samiamque qui incolit urbem, » quippe quum lanæ apud Samum et Miletum bene proveniant. Porro de hac urbe hæc literis consignata (*Steph. s. v.*) : « Miletus, urbs clara admodum et illustris. Vocata ea olim Lelegis, propter advenas Leleges; et Pityusa *a pinorum* (πιτύων) *copia*, et quod ibi primum nata est pinus. » Inde fuit Thales Milesius et Æschines orator, cui loquendi libertas fraudi fuit, et Phocylides et Timotheus citharœdus, in quem fertur hoc epigramma :

Miletus peperit dilectum patria Musis
Timotheum, præstans qui citharœdus erat.

Fuit olim et Cretica Miletus. Quin et Calypsonis insulam perhibent vocatam fuisse aliquando Miletum. Est etiam sermo maximum Mileti templum exstructum fuisse, idque præ magnitudine sua sine tecto remansisse. Hujus quoque urbis coloniæ multæ referuntur, quandoquidem ad ostia etiam Nili murus fuit Milesiorum dictus, quem ipsi ædificarunt, triginta navibus eo profecti. Ac præterea ubi Ister ad Euxinum desinit, incolunt Istriani, Milesiorum colonia, ut scribit Herodotus (2, 33). Ab his boream versus sita est Ephesus, quæ et Trachea olim et Ortygia et Ptelea vocata est, urbs Ionum, sive, ut placet Herodoto (1, 142), Lydiæ, quam maritimam Dionysius vocat, et magnam urbem Dianæ, ibique templum esse ait, quod Amazones condiderint ἐν πρέμνῳ, h. e. in trunco ulmi, magnum mortalibus miraculum. Intelligit autem fortasse templum illud celebratissimum quod incensum postea ab homine fuit nescio quo, qui nominis sibi celebritatem vindicare voluerit, tametsi haud sit ille assecutus id quod voluit. Diris namque exsecrationibus sancitum fuit, ut ne quis unquam homo nomen illius circumferret, quo ille oblivioni traderetur sempiternæ, neque quod voluisset assequeretur. Præterea traditum est Crœsum, admoto ad Ephesum exercitu, eam obsedisse, cives vero consilii inopes urbem Dianæ dedicasse, funemque ex eo templo ad urbis mœnia alligasse.

2. Αἴγυπτος *C*, « quod veri habet similitudinem (v. Tzsch. ad Strabon. 14, p. 502), quamvis a viris doctis certatim in Pausan. 7, 2, 7 de sede detrusum. » Bernhardyus. Νείλεως... Νείλεῳ *Y*. ‖ — 4. τὸν Ἡρ. *γ*. ‖ — 6. τοῦ Μιλ. *C*. κτιστὺν Herodot., κτίστιν *Y*, κτιστὴν *C*, κλίστην *γ*, κτίσιν ed. Steph. ‖ — 8. κεῖνται *CY*. ‖ — 10. ὁ Μιλ. *Dγ*; καὶ om. *γ*. ‖ — 12. καὶ ex *C* additum. ‖ — 20. τὸν Μούσ. *DL*. ‖ — 22. Κρ. νῆσος Μίλητος *L*. ‖ — 26. δὲ om. *CDY*. ‖ —29. τελευτᾷ *C*, τελευταῖος vulgo. ‖ — 32. Πτέλα *DL*, Τέλα *γ*; δὲ om. ed. Steph.; καὶ add. ex *Cγ*. ‖ — 35. νησιν ἐκεῖ codd., exc. *C*; deinde αἱ ante Ἀμ. om. *Cγ*. ‖ — 40. οὗ *Cγ*, ὃ vulg. ante Bh. ‖ — 43. καὶ om. *CDY*; ὁ Κρ. *CD*; ὅτι τῇ Ἐφ. ἐπιτεθεὶς ὁ Κρ. *CY* et, ut

828. Ὅτι δὲ αἱ Ἀμαζόνες πολλοὺς ἐν Ἀσίᾳ κατέσχον τόπους ποτὲ, δηλοῦσι καὶ χρῆναί τινες Ἀμαζόνων ὁμώνυμοι, ναὶ μὴν καὶ πόλεις, οἷον ἡ Ἔφεσος αὕτη, ἡ Ἀναία, ἡ Μύρινα, ἡ Αἰολικὴ Κύμη. Ἔστι δὲ καὶ Ἐλαία τόπος πρὸς τῇ Νικομηδείᾳ κατὰ τὸν Ἀρριανὸν ἀπὸ Ἐλαίας Ἀμαζόνος. Καὶ πρὸς τῷ Πόντῳ δὲ Θίβα, τόπος διὰ τοῦ ι ἔχων τὴν παραλήγουσαν, ἀπὸ μιᾶς τῶν ὑφ' Ἡρακλέος ἀναιρεθεισῶν Ἀμαζόνων σχοῦσα τὴν κλῆσιν, ὧν αἱ διάφοροι, τουτέστιν αἱ ὑπερέχουσαι καὶ ἀξιολογώτεραι, κατὰ τὴν τοῦ Ἀρριανοῦ ἱστορίαν, εἰσὶν αὗται πρὸς ὄνομα, Τράλλα, Ἰσοκράτεια, Θίβα, Πάλλα καὶ ἄλλαι. Καὶ ἡ Σμύρνα δὲ Ἀμαζὼν οὖσα καὶ αὐτὴ κατασχεῖν τὴν Ἔφεσον λέγεται, ἀφ' ἧς καὶ Σμύρνα τόπος Ἐφέσου. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἔφεσον Σμύρναν κληθῆναί ποτε λέγουσι. Φασὶ δὲ τὴν τῆς Ἐφέσου πόλιν ἐν κοίλῳ τόπῳ οἰκισθεῖσαν τὴν ἀρχὴν καὶ χειμῶνι κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ Λυσιμάχου μετατεθῆναι ἔνθα νῦν ἐστι, καὶ Ἀρσινόην κληθῆναι ἀπὸ Ἀρσινόης τῆς ἐκείνου γυναικός. Φέρεται δὲ καὶ Δούριδος καλὸν ἐπίγραμμα εἰς τὸν τοιοῦτον κατακλυσμὸν, ἐν ᾧ καὶ ἀοιδοτάτην τῶν Ἰάδων πόλεων τὴν Ἔφεσον ἐκεῖνος λέγει· ἀρχὴ δὲ τοῦ ἐπιγράμματος αὕτη·

Ἠέριαι νεφέλαι, πόθεν ὕδατα πικρὰ πιοῦσαι
νυκτὶ σὺν ἀστεμφεῖ πάντα κατεκλύσατε;

καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν δὲ Ἔφεσον τὸ κύριον ὄνομα, γυνὴ γὰρ ἡ Ἔφεσος, ἀφ' ἧς ἡ πόλις ὀνομάζεται, πρόσπολον Ἀρτέμιδός φασι, καὶ θυγατέρα αὐτῆς τὴν Ἀμαζὼ ἱστοροῦσιν, ἀφ' ἧς αἱ Ἀμαζόνες. Οἱ δέ φασι τὰς Ἀμαζόνας ὑπὸ Ἡρακλέος διωκομένας, ὅτε κελεύοντος Εὐρυσθέως ἐπὶ τὸν τῆς Ἱππολύτης ἐστάλη ζωστῆρα, καταφυγεῖν ἐπί τινα βωμὸν Ἀρτέμιδος, κἀκεῖ τυχεῖν ἀφέσεως, καὶ τὸν τόπον ἐκεῖθεν Ἔφεσον κληθῆναι κατὰ παραγραμματισμὸν, ἀντὶ τοῦ Ἄφεσον. Ἔθνος δὲ γυναικεῖον αἱ Ἀμαζόνες πρὸς τῷ Θερμώδοντι, διὸ καὶ ἀπὸ μητέρων ἐγενεαλογοῦντο, καθάπερ Ἀρριανὸς ἱστορεῖ. Ἐκαλοῦντο δέ ποτε καὶ Σαυρομάτιδες, διὰ τὸ ἐν τῇ Σαυροματικῇ ποτε Σκυθίᾳ οἰκῆσαι, καθὰ προγέγραπται ἐν τοῖς περὶ Σαυροματῶν· ἢ οἱονεὶ σαυροπάτιδες, διὰ τὸ σαύρας πάσασθαι, ὅ ἐστι γεύσασθαι· τοιούτων γὰρ ἤσθιον κρεῶν. Διὸ καὶ Ἀμαζόνες ἐκαλοῦντο κατά τινας, οὐ μόνον ὡς μονόμαζοι· ἐπεκαίοντο γὰρ βρέφοθεν τὸν δεξιὸν μαζὸν, ὡς ἂν μὴ ἐπικωλύῃ τὴν τοξείαν, ἀλλὰ καὶ οἷα μὴ μάζαις ἀλλὰ κρέασι θηρίων ἐπιτρεφόμεναι. Καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. Τὸν δὲ ῥηθέντα Μαίανδρον

828. Amazones multa olim in Asia loca tenuisse argumento sunt fontes Amazonum cognomines, immo vero et urbes, ut ipsa hæc Ephesus, Anæa, Myrrhina, Cyme Æolica. Est et Elæa locus juxta Nicomediam secundum Arrianum, ab Elæa Amazone. Ad hæc Thiba, locus ad Pontum, cujus prima syllaba per ι, id nominis sortita ab una illarum Amazonum, quæ interfectæ fuerunt ab Hercule; quarum præstantiores et celebriores, ex Arriani historia, sunt hæ nomine : Tralla, Isocratea, Thiba, Palla aliæque. Præterea Smyrna, ipsa etiam Amazon, tenuisse Ephesum dicitur, a qua Smyrna quoque locus Ephesi. Quin et ipsam Ephesum Smyrnam olim vocatam fuisse affirmant (*Steph. v.* Ἔφ.). Ferunt (*Strab. p.* 640) Ephesum urbem a principio in loco cavo ædificatam fuisse; sed quum hiemis imbribus demersa fuisset, eo, ubi nunc est, a Lysimacho translatam, et Arsinoen ab Arsinoe, illius filia, appellatam. Fertur autem in hanc inundationem pulchrum Duridis epigramma, in quo ille Ephesum Ionicarum urbium celebratissimam appellat. Ejus epigrammatis hoc initium est :

Aeriæ nubes, sævis unde imbribus haustis,
nocte sub immiti cuncta ruistis aquis?

et quæ sequuntur. Quod autem ad Ephesum nomen proprium attinet (mulier enim Ephesus, a qua nomen urbi), Ephesum hanc ministram Dianæ fuisse aiunt, ejusque filiam Amazonem commemorant, a qua Amazones. Alii vero scribunt Amazones, quas Hercules insequeretur, quum jussu is Eurysthei ad Hippolytæ cingulum auferendum missus esset, ad aram quandam Dianæ confugisse, ibique ἄφεσιν, *dimissionem*, impetrasse; indeque eum locum dictum esse Ephesum levi litterarum immutatione pro Apheso. Ceterum gens muliebris Amazones ad Thermodontem. Quare etiam earum genus a matribus recensebatur, quemadmodum proditum est ab Arriano. Vocatæ eæ quoque olim Sauromatides eo quod in Sauromatica olim Scythia habitassent, ut supra scriptum est, quum de Sauromatis ageremus; vel quasi Sauropatides, διὰ τὸ σαύρας πάσασθαι, eo quod lacertis vescerentur. Id enim carnium genus edebant. Ideoque Amazones, ut aliqui arbitrantur, vocatæ sunt, non modo tanquam μονόμαζοι, *unam mammam habentes* (iis enim inde ab infantia dextra mamma, ut ne impedimento hæc esset jaciendis sagittis, adurebatur), sed etiam veluti quæ non μάζαις, *mazis*, sed carnibus ferinis alerentur. Atque hæc quidem ita. Mæandrum vero, quem diximus,

vid., *y*. ‖ — 3. αὐτὴ ἡ Ἔφεσος *LYy*. ‖ — 4. ἡ Ἔνναια *C*, τὰ Ἄναια margo *Y*; Μύριννα *Cy*, Μύρρινα *L*, καὶ ἡ Αἰολ. *y*. ‖ — 5. πρὸς τὴν κομη....κατὰ *L* et vulg. ante Bernhardyum; τὸν om. *C*. ‖ — 11. αὗται τὸ ὄνομα *L* 12 Τάλλα *L*. ‖ — 19. γυναικὸς *Ccy*, θυγατρὸς vulg. ant. Bernh. ‖ — 22. ἐκεῖνος om. *y* (non vero etiam *C*, ut Bernh. ait). Integrum epigramma vid. ap. Steph. v. Ἔφεσος. ‖ — 24. ἀέριοι *CDLYy*. ‖ — 25. πάντα om. *CDLY*. ‖ — 27. ἡ πόλις...ἀφ' ἧς om. *C*. ‖ — 28. φησὶ *y*. ‖ — 33. καὶ τόπον ἐντεῦθεν *C*. ‖ — 34. ἐπιγραμμ. *y*. ‖ — 36. καθ. καὶ Ἀρρ. *L*. ‖ — 37. καὶ om. *C*. Vid. Stephan. v. Ἀμαζόνες. ‖ — 38. καθάπερ ed. ante Bernh., ex *L* haud dubie, qui codex fundamentum est editionis Steph. ‖ — 40. πάσασθαι] πατεῖν καὶ ἐσθίειν Stephanus, apud quem πάσασθαι ex Eust. reponi vult Bernh.; potius pro πατεῖσθαι Eustathium πάσασθαι legisse puto. ‖ — 43. ἐπικολύει *C*. ‖ — 44. ἀποτρεφ. *C*.

σχολιόν φασι ῥέειν, ἀφ' οὗ καὶ τὰς τῶν ποταμῶν σχολιότητας πάσας Μαιάνδρους καλεῖσθαι. Ἱστορεῖται δὲ ὅτι τὴν ἀνωτέρω εἰρημένην Πριήνην πρὸς τῇ θαλάσσῃ οὖσαν τὰς ἀρχὰς μεσόγεων πεποίηκεν ὁ Μαίανδρος μακρῷ προσχώματι· φησὶ γὰρ ὁ Γεωγράφος· « οὕτω γὰρ ὁ Μαίανδρος πολὺν χοῦν κατάγων καὶ ὅπη τύχῃ τοῦ αἰγιαλοῦ προστιθεὶς πεποίηκε τὴν Πριήνην μεσόγεων τεσσαράκοντα σταδίων προσχώματι, ἐπὶ θαλάττῃ πρότερον οὖσαν. »

830. Ὅτι μετὰ τοὺς Ἴωνας οἱ Μῆονες, ὧν καὶ Ὅμηρος μέμνηται, ἦγουν οἱ Λυδοὶ, ἐπ' ἀνατολὰς, ἔθνος χώραν ἀγαθὴν οἰκοῦν καὶ πολυαργυρωτάτην, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἔνθα ὁ ἠνεμόεις Τμῶλος τὸ ὄρος, ὅθεν ὁ Πακτωλὸς ῥέων χρυσὸν ὁμοῦ δίνῃσιν ἐφελκόμενος κελαρύζει. Χρυσορρόας γὰρ ἱστορεῖται ὁ Πακτωλὸς ποταμὸς, ἢ ὡς αὐτὸ τοῦτο χρυσοῦ κατασύρων ψήγματα, ἢ ὡς λιπαίνων τὴν ἐγχώριον γῆν, καὶ πλουτοποιὸς τοῖς ἐκεῖ γινόμενος. Καὶ ὅρα καὶ ἐνταῦθα τὸ κελαρύζειν, οὐ πάνυ προσφυὲς ὂν μεγαλειότητι ποταμίου ῥεύματος, ὡς οὐδὲ ἐν τοῖς πρὸ τούτου ἐπὶ τοῦ Κηφισοῦ. Ὁ δὲ Πακτωλὸς καταφέρεσθαι λέγεται εἰς τὸν Ἕρμον, καθὰ καὶ Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, λέγων « Πακτωλὸς ψῆγμα χρυσοῦ καταφέρων ἐκ τοῦ Τμώλου εἰς τὸν Ἕρμον ποταμὸν ἐκδιδοῖ. » Ὁ δὲ Ἕρμος ῥέων διὰ τῆς Σαρδιανῆς ἐκδίδωσιν εἰς τὴν τῆς Φωκαίας θάλασσαν. Λίαν δὲ καὶ τὴν τῶν Λυδῶν ἐξυμνεῖ ὁ Διονύσιος ὡς εὐδαίμονα, θεῖόν τε ἔδαφος αὐτὴν ἀποκαλῶν καὶ λέγων κύκνων λιγυρὰν ὅπα ἔαρος ὥρᾳ ἀκούεσθαι ἐν ταῖς τοῦ Πακτωλοῦ πλευραῖς, οἳ καθ' ὕλην ἔνθα καὶ ἔνθα νέμονται αὐξομένης ἐπὶ πόας, καὶ ὅτι πολλοὶ μὲν λειμῶνες ἐν Ἀσίᾳ θάλλουσιν, ἔξοχα δὲ κατὰ τὸ Μαιάνδριον πεδίον. Διό τινες καὶ τὸ παρ' Ὁμήρῳ « Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι » ἐντεῦθεν νοοῦσιν, ὡς τάχα τῆς Μῃονίας Ἀσίας λεγομένης. Μεθ' ἣν καὶ ἔθνος τι οἱ Μυσοὶ κατὰ τὸν Γεωγράφον, ἄλλο παρὰ τοὺς Ὀλυμπηνούς. Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος· « Μυσοὶ μετὰ Λυδοὺς, καὶ πόλις Φιλαδέλφεια. » Λέγει δὲ ὁ Διονύσιος καὶ τὸν Κάϋστρον ἥσυχα καχλάζοντα ἢ παφλάζοντα ἐπιρρέειν ὕδατι ἀγλαῷ εἰς τὸν Μαίανδρον.

837. Κάϋστρος δὲ ὀνομάζεται ἀπὸ τοῦ παρακεῖσθαι τῇ κατακεκαυμένῃ χώρᾳ, ἐξ ἧς κατὰ τὸν Γεωγράφον οἶνος ἐλλόγιμος ἀρετῇ ὁ κατακεκαυμενίτης. Τὴν δὲ χώραν ταύτην οἱ μὲν Μυσίαν καλοῦσι διὰ τοὺς ἐκεῖ ῥηθέντας Μυσοὺς, οἱ δὲ Μῃονίαν διὰ τοὺς Μῆονας· ἥτις τεφρώδης λέγεται εἶναι τὴν ἐπιφάνειαν καὶ ἄδενδρος, πλὴν ἀμπέλου. Ἀπὸ δὲ τοῦ Καΰστρου καλεῖται καὶ πεδίον Καΰστριον τὸ καὶ Καϋστριανὸν, ᾧ συνεχὲς τὸ Κιλβιανόν. Λέγονται δὲ οἱ Λυδοὶ καὶ Μαίονες καὶ

fluere aiunt obliquum; ex quo etiam obliquitates omnes fluminum Mæandros vocari. Narrant autem Prienen, de qua nos supra, mari a principio adjacentem, terra postea ad longum spatium aggesta, factam esse a Mæandro mediterraneam. Quippe Geographus (*p.* 579) dicit : « Sic enim Mæander, magna limi copia advecta, et, ubicunque ad littus aggesta, Prienen mediterraneam fecit quadraginta stadiorum aggere, quum ea ad mare prius jaceret. »

830. Post Iones sunt Meones, quorum et Homerus (*Il.* κ, 431) meminit, Lydi nimirum, ad orientem, gens bonam regionem incolens, maximeque abundantem argento, ut veteres aiunt : ubi ventosus Tmolus mons, unde Pactolus fluens aurumque simul cum vorticibus trahens, κελαρύζει, *murmurat*. Aurifluus enim traditur esse Pactolus amnis, aut quia revera is amnis ramenta auri devolvit, aut quia regionis illius agros pingues reddit, coque incolas divites facit. Ceterum etiam hic vide κελαρύζειν non satis apte dictum de fluvio multa aquarum vi defluente, ut neque supra de Cephiso. Pactolus autem deferri dicitur in Hermum, sicuti etiam Herodotus (5, 101) narrat his verbis : « Pactolus ramentum auri ex Tmolo deferens in Hermum amnem delabitur. » Hermus vero ex Sardiana fluens exit in mare Phocææ. Regionem porro illam Lydorum carminibus suis valde celebrat Dionysius, veluti beatam; nam solum divinum appellat, et verno tempore ad latera Pactoli exaudiri ibi dicit canoram vocem cycnorum, qui hic et illic per silvam succrescente in herba pascuntur; ac multa quidem in Asia prata, sed præ ceteris in campo Mæandrio virescere dicit. Quare etiam nonnulli huc referunt Homericum illud Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, *Asia in prato*, perinde quasi Meonia dicta fortasse sit Asia; post quam secundum Geographum (*p.* 628) est Mysorum populus quidam, diversus ille a Mysis Olympenis. Sic enim ille : « Mysi post Lydos et urbs Philadelphia. » Ad hæc Dionysius Caystrum dicit καχλάζοντα, *crepitantem*, s. παφλάζοντα, *ferventem*, aquis suis in Mæandrum influere.

837. Cayster nominatur ex eo quod adjacet τῇ κεκαυμένῃ, h. e. adustæ regioni, ex qua, Geographo teste (*p.* 628), eximiæ bonitatis vinum provenit, οἶνος ὁ κατακεκαυμενίτης. Hanc vero regionem alii Mysiam vocant, propter incolentes ibi Mysos, quos diximus; alii propter Meones Meoniam : quæ cinericia in summo esse dicitur atque ab arboribus nuda, præterquam a vite. Ceterum a Caystro vocatur etiam campus Caystrius, qui et Caystrianus, cui contiguus est Cilbianus. Ipsi autem Lydi et Μαίονες dicuntur et Μῆονες, ut o-

2. δὲ καὶ ὅτι *CD*; τὴν om. *y*. ‖ — 4. ἐποίησεν *L*. ‖ — 5. γὰρ ὁ om. *CD*; ὁ γὰρ οὕτω Μαίανδρος πολὺν *Y*. ‖ — 6. τύχοιτο αἰγ. *C* ‖ — 8. σταδίους *L*. ‖ — 10. τοὺς om. *Cy*. ‖ — 12. πολυαργυρωτάτους *C*. ‖ — 15. ὁ ποταμὸς Πακτ. *DL*. ‖ — 18. καὶ] δὲ *C*. ‖ — 20. ὡς... ἐπὶ om. vulg. ante Bh. ‖ — 24. διὰ] *Cy*, ἐκ vulgo ante Bh. ‖ — 25. καὶ ex *C* additum. ‖ — 26. Ἰνδῶν vulgo ante Bh.; ὁ Διον. ἐξυμνεῖ vulgo, ex *Cy* mutavit Bernh.; ὡς om. *y*. ‖ — 27. ἀποκαλεῖ *C*. ‖ — 29. αὐξανομένης ἐπὶ ποίας vgo; ex *Cy* mutavit Bernh. ‖ — 31. πεδίον om. *C*; καί τινες *C*. ‖ — 32. ἔνθεν *y*. ‖ — 33. καθ' ἣν *y*. ‖ — 35. Ὀλυμπηνούς *C*, Ὀλυμπίους vulg. ‖ — 36. τὸν om. *C*. ‖ — 40. κεκαυμένη codd., exc. *Cy*. ‖ — 41. ὁ *Cy*, ἐστὶ cett. ‖ — 42. ἐκεῖ om. *Cy*. ‖ — 44. εἶναι λέγεται *C*. ‖ — 46. Καυστρηνὸν... Κιλβανόν

Μήονες, ὡς δηλοῖ καὶ Ἡρόδοτος, λέγων ὅτι ὁ δῆμος Λύδιος ἀπὸ Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος, πρότερον Μήων καλούμενος· παρ' οἷς καὶ αἱ Σάρδεις τὸ τῶν Λυδῶν βασίλειον, ἃς φασιν Ὕδην λέγεσθαι παρὰ τῷ Ποιητῇ. Ταύτας ἑλεῖν οἱ Κιμμέριοι λέγονται δίχα τῆς ἀκροπόλεως, ὅτε τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας κατέδραμον.

839. Ὅτι ἀποσεμνύνων τὴν γῆν τῶν Λυδῶν ὁ Διονύσιος ὡς καὶ καλλιγύναικά φησιν ὅτι « οὐ μὴν οὐδὲ τὰς Λυδὰς μέμψαιτό τις γυναῖκας, αἳ χρυσοῦν ἅμμα κατὰ ὀσφύος βαλοῦσαι, ἤγουν ζώνῃ χρυσῇ ζωσάμεναι, κύκλον χοροῦ θηητὸν ἑλίσσουσι, χοροστασίας τελοῦσαι τῷ Διονύσῳ. » Εἶτα ἐνθουσιῶν οἷον ὁ ποιητὴς πανηγυρικώτερον ἐπὶ τῇ τῆς χώρας εὐδαιμονίᾳ καὶ ἀφελείᾳ λόγου γοητεύων τὸν ἀκροατήν, ἢ καὶ ὡς εἰπεῖν τοῖς ἔπεσι χορεύων καὶ ἐπορχούμενος ἐπάγει, « σὺν καὶ παρθενικαὶ νεοθηλέες οἷά τε νεβροὶ σκαίρουσιν, τῇσι δὲ, ἤγουν ταύταις, περισμαραγεῦντες ἀῆται ἰμερτοὺς δονέουσι περὶ στήθεσσι χιτῶνας. » Τὸ δὲ νεοθηλέες τοῖς νεβροῖς συνταχτέον, παρθένοις γὰρ τοιαύταις οὐ πάνυ προσφυὲς τὸ ὄνομα. Χαιρόντων δὲ τὸ σκαίρειν· τὸ μέντοι σπαίρειν κινδυνώδης λέξις ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀσπαίρειν. Τὸ δὲ σμαραγεῖν ἰδοὺ καὶ ἐπὶ ἀνέμων ὀνοματοπεποίηται· ὅθεν καὶ Ζεὺς ἐρισμάραγος, ἤτοι ἀὴρ πολύηχος. Ἐνταῦθα δὲ οὐ μόνον ὡς δεξιὰς χοροποιοὺς ὁ Διονύσιος, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀγαθὰς ὑφαίνειν τὰς Λυδὰς ἐπαινεῖ. Ὅτι δὲ καὶ πλούσιοι πάλαι ποτὲ οἱ Λυδοὶ δῆλον, παρ' οἷς πρώτοις καὶ νομίσματα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ἐκόπη· καὶ τρυφὴν δὲ πολλὴν εἶχον, ὅθεν καὶ παίγνια πολλὰ ἐξεῦρον αὐτοί. Λέγονται δὲ καὶ ἀνδρεῖοί ποτε γενέσθαι καὶ ἀλκιμώτατοι, καὶ ἀγαθοὶ εἶναι ἱππεύειν. Διὸ καὶ παρὰ Λύδιον ἅρμα θέειν λέγονται παροιμιακῶς οἱ ἐν ἡνιοχείᾳ ἡττώμενοι.

846. Ὅτι ὥσπερ Πάμφυλος καὶ Παμφύλιος τὸ ἐθνικὸν, καὶ Σύρος καὶ Σύριος, οὕτω καὶ Λυδὸς καὶ Λύδιος. Διαβάλλονται δὲ οἱ Λυδοὶ ἐπὶ πονηρίᾳ, ὅθεν καὶ ἡ παροιμία « Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι, καὶ τρίτοι Κᾶρες. » Αἱ δὲ Λυδαὶ πορνεύεσθαι πᾶσαι λέγονται, καὶ δῶρα πλείω διδόναι ἢ λαμβάνειν. Οὕτω δέ φασι καὶ παρ' Ἀρμενίοις παρθένους ἐπιφανεῖς ἀνιερωθείσας θεᾷ τινι λεγομένῃ Ἀναΐτιδι καταπορνεύεσθαι, εἶτα πρὸς γάμον ἐκδίδοσθαι, μηδενὸς ἀπαξιοῦντος ταῖς τοιαύταις συνοικεῖν.

847. Ὅτι Λύκιοι τὸ ἔθνος κατά τινας καλεῖται ἀπὸ Λύκου τοῦ Πανδίονος διαβάντος εἰς τὴν Ἀσίαν. Κεῖνται δὲ, φησὶν, οἱ Λύκιοι πρὸς θάλασσαν· ἔνθα καὶ ὁ Ξάνθος ποταμός ἐστιν, ἄλλος παρὰ τὸν Τρωικὸν, τὸν καὶ Σκάμανδρον, καὶ πόλις ὁμώνυμος. Περὶ ὧν ἐρρέθη τι καὶ

stendit Herodotus (1, 7), ubi Lydium populum nomen habere ait a Lydo, Atyis filio, qui Μήων prius vocaretur; apud quos etiam Sardes, Lydorum regia, quas Hyden appellari aiunt apud Poetam. Has ferunt Cimmerios, præter arcem, tenuisse, quo tempore magnam Asiæ partem incursionibus infestabant.

839. Lydorum regionem Dionysius celebrat a mulierum pulchritudine in hæc verba : « Neque vero Lydas quis mulieres reprehenderit, quæ nexu aureo lumbis injecto (nimirum cingulo cinctæ aureo) mirabilem chori orbem flectunt, quum Baccho choreas celebrant. » Tum furore veluti divino ad majorem pompam concitatus poeta propter regionis illius felicitatem, et simplicitate orationis auditorem suum illiciens, sive etiam, ut ita dicam, versibus suis choreas agens tripudiansque subdit : « Simul etiam virgines, veluti recens natæ hinnulæ, tripudiant; his vero circumstrepentes ventorum flatus elegantes agitant circa pectora vestes. » In his νεοθηλέες componendum est cum νεβροῖς: ipsis enim virginibus nomen hoc non satis convenit; gaudentium vero est τὸ σκαίρειν, *exsultare;* sed σπαίρειν, *palpitare*, vocabulum est periculi, sicuti etiam ἀσπαίρειν. Porro σμαραγεῖν, *strepere*, ecce tibi per onomatopœiam fictum de ventis; unde etiam Jupiter ἐρισμάραγος, *valde strepitans*, aer nimirum valde sonorus. Ceterum Dionysius Lydas mulieres collaudat, non ut scitas modo in choris ducendis, sed etiam ut peritas ad telas texendas. Constat autem Lydos magnam aliquando antiquitus vim divitiarum habuisse, apud quos primos etiam numi cusi sunt ex auro et argento; sed valde etiam deliciis indulgebant; quare etiam ludos multos invenerunt. Simul vero etiam fortes olim fuisse feruntur, et strenuissimi et re equestri insignes. Quapropter etiam « juxta Lydium currum currere » proverbio dicuntur ii qui in aurigandi certamine vincuntur.

846. Sicuti Pamphylus et Pamphylius nomen gentile, et Syrus, Syrius, sic etiam Lydus, Lydius. Male autem audiunt Lydi ab improbitate. Unde et adagium « Lydi improbi, secundi Ægyptii, tertii Cares. » Mulieres vero Lydæ pudicitiam universæ prostituere feruntur, donaque plura dare quam accipere. Et sic etiam aiunt (*Strab. p.* 533) apud Armenios virgines perillustres deæ cuidam, quam Anaitin vocant, dicatas, cum viris consuescere ac meretricium facere, deinde in matrimonium collocari, nemine talium feminarum conjugium dedignante.

847. Lycii, ut quibusdam visum est, vocantur a Lyco, Pandionis filio, qui in Asiam trajecerat. Siti sunt, inquit, Lycii ad mare, ubi est Xanthus fluvius (alius ab illo Trojano, qui et Scamander vocatur) et urbs cognominis; de quibus aliquid dictum est, quum de Pataris commemoraremus. Porro autem ad

---

codd. ‖ — 4. φησιν *y*; Ὕδην *C*, Ἴδην vulg. ante Bernh. ‖ — 5. ἑλεῖν *Cy*, ἔχειν cett. ‖ — 9. μέμψεται *C*. ‖ — 14. ἀκροώμενον *CDy*. ‖ — 20. τοὔνομα codd., exc. *Cy*. ‖ — 21. σπαίρ.] σκαίρειν *C*. ‖ — 22. ὠνομ. *CDLY*. ‖ — 28. τροφὴν πολλὴν *C*. ‖ — 31. παροιμιακῶς add. ex *Cy*. ‖ — 33. Παμφυλία *C*. ‖ — 34. καὶ ante Σύριος et Λύδιος add. *C*; καὶ τὸ Λυδὸς *y*. ‖ — 35. ὅθεν ἡ παρ. *CY*, ὅθεν καὶ παρ. cett., exc. *y*. ‖ — 36. δ' ante Αἰγ. add. *Cy*. ‖ — 37. Κᾶρες] πάντες *CDLYy*. Quodsi iambi servandi essent, legendum foret : Αἰγύπτιοι, τρίτοι δὲ Κᾶρες, monente Bernhardyo. ‖ — 40. Ταναΐτιδι codd.; similiter vox ap. Strabon. p. 533 (456, 40 ed. Did.) corrupta est, ubi em. Xylander. ‖ — 43. καλεῖται κατά τινας *Cy*. ‖ — 46. περὶ *C*.

ἐν τῇ τῶν Πατάρων ἱστορίᾳ. Περὶ δὲ Λυκίαν καὶ τὰ τοῦ βαθυκρήμνου Ταύρου οὔρεα φαίνεται μέχρι Παμφύλων ἤτοι Παμφυλίων· διχῶς γὰρ ἡ τοῦ ἔθνους φέρεται γραφὴ, ὡς προείρηται· οὗ Ταύρου τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν, ὡς οἱ παλαιοί φασι, προτομῇ ταύρου εἰκάζονται, διὸ καὶ ταῦρον τὸ ὄρος κληθῆναι λέγουσιν. Οἱ δὲ καὶ διὰ τὸ μέγεθος Ταῦρόν φασιν αὐτὸν λέγεσθαι· ταῦροι γὰρ καὶ βόες παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὰ μεγάλα καὶ βίαια, ὅθεν καὶ τὸ βου ἐπιτατικὸν μόριον κατά τινας εἴληπται ὡς ἐκ τοῦ βοός. Τὸν δὲ ἐνταῦθα Ταῦρον τὸ ὄρος καὶ Κράγον φησὶ φημίζεσθαι, ἀπὸ Κράγου τινὸς ἐπιφανοῦς ἀνδρὸς, ὃς αὐτόθι θανὼν τιμᾶται. Ἐν τούτῳ δέ φασιν οἱ παλαιοὶ τῷ Κράγῳ θεῶν ἀγρίων ἄντρα εἶναι. Ὁ δὲ Γεωγράφος περὶ τοῦ Κράγου καὶ ταῦτά φησιν· « ὁ Κράγος ὄρος ἐστὶν ἔχον ἄκρας ὀκτὼ καὶ πόλιν ὁμώνυμον, ἔνθα μυθεύεται τὰ περὶ Χιμαίρας, καὶ φάραγξ ἐκεῖ Χίμαιρα ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀνατείνουσα. Πρὸ δὲ αὐτοῦ κεῖται ὁ Ἀντίκραγος. » Ἱστορεῖται δὲ καὶ ὄρος εἶναι περὶ Λυκίαν, τίκτον πῦρ αὐτόματον· τοῦτο δὲ μέχρι καὶ εἰσάρτι φαίνεται.

852. Ὅτι ἐν Ἀσπένδῳ τῇ Παμφυλικῇ πόλει, ἔνθα ποταμὸς Εὐρυμέδων ῥέει, συῶν θυσίαις ἱλάσκεται Ἀφροδίτη, ὅ ἐστι θεραπεύεται, Μόψου τινὸς προκατάρξαντος τοῦ ἔθους, ὃς εὐξάμενος θύσειν ὃ ἂν παραπέσῃ τῇ θήρᾳ συῶν ἑλὼν ἔθυσε, κἀκεῖθεν τὸ ἔθος ἐκράτησεν. Ἀργείων δὲ κτίσμα ἡ Ἄσπενδος, εὐανδροῦσά ποτε κατὰ πολύ· εἶχε δὲ καὶ ἐλαιῶνα. Φησὶ γὰρ ὁ Γεωγράφος· « Ἄσπενδος ἐλαιόφυτος, καὶ Σίδη, Παμφυλικαὶ πόλεις, κατέχουσαι χωρία γεώλοφα. » Ὁ δὲ Ἀρριανὸς ἱστορεῖ κακωθῆναι τοὺς Ἀσπενδίους ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, διότι δοῦναι τῇ στρατιᾷ ὑποσχόμενοι πεντήκοντα τάλαντα εἰς μισθὸν, καὶ τοὺς πεντήκοντα ἵππους, οὓς ἔτρεφον τῷ βασιλεῖ, οὐκ ἔδωκαν. Ἄλλα τε οὖν αὐτοὺς ἐλύπησεν ὁ βασιλεὺς καὶ τάλαντα ἑκατὸν ἔλαβεν ἀντὶ τῶν πεντήκοντα. Ἰστέον δὲ ὅτι Ἄσπενδος μὲν διὰ τοῦ ε πόλεως ὄνομα, διὰ δὲ τοῦ ο ἄσπονδος ὁ μὴ σπενδόμενος· ἵνα μὴ συνεμπέσωσιν ἡ πόλις καὶ τὸ ἐπίθετον.

851. Ὅτι ἡ Παμφυλία ἡ χώρα ἢ ἀπὸ γυναικὸς Παμφύλης ἢ ἀπὸ Παμφύλου τινὸς, οὗ καὶ Λυκόφρων μέμνηται. Ἡρόδοτος δέ φησιν ὅτι Παμφύλιοί εἰσι τῶν ἐκ Τροίας ἀποσκεδασθέντων μετὰ Ἀμφιλόχου καὶ Κάλχαντος.

855. Ὅτι Παμφυλίδες πόλεις Κώρυκος, Πέργη καὶ Φάσηλις προπαροξυτόνως, ἥ ποτε Φάρσαλος, ἀφ' ἧς Θεοδέκτης κάλλει διαφέρων καὶ ποιήσας τέχνην ῥητορικὴν καὶ λόγους ἀγαθοὺς γράψας καὶ τραγῳδίας ν'. Περὶ τούτων ὁ Γεωγράφος φησί· « Κώρυκος καὶ Φάση-

Lyciam Tauri illius alte præcipitis montes visuntur usque ad Pamphylos s. Pamphylios (duplex fertur, ut supra dictum est, de gentis hujus nomine scriptura) : cujus quidem Tauri quæ partes ad mare spectant, prominenti tauri capiti assimilantur. Qua etiam de causa hunc montem Taurum vocatum volunt. Alii tamen propter magnitudinem Taurum eum aiunt appellatum. Namque ταῦροι et βόες apud priscos magna quæque ac violenta; unde etiam, secundum nonnullos, desumpta est particula intensionis βου tanquam a voce βοῦς. Taurum autem, qui ibi locorum mons est, Cragum etiam vulgo nominatum dicit a Crago quodam, viro perillustri, qui ibi demortuus colitur. Hoc in Crago veteres narrant antra esse agrestium deorum. At vero Geographus (*p.* 665) hæc etiam de Crago : « Cragus mons verticibus est octo, urbemque habet cognominem, ubi quæ sunt in fabulis de Chimæra : et convallis ibi Chimæra, a littore sursum versus extenta. Ante hunc montem est Anticragus. » Traditur etiam mons esse in Lycia ultro emittens ignem, qui etiamnunc conspicitur.

852. In Aspendo urbe Pamphylica, ubi Eurymedon amnis fluit, suum sacrificiis Venus placatur, h. e. colitur, auctore hujus moris Mopso, qui quum se immolaturum vovisset quidquid venatione ipsi occurreret, deprehensum suem immolavit; indeque mos ille obtinuit. Condita est autem Aspendus ab Argivis, fuitque olim valde populosa, habuitque olivetum. Sic enim Geographus (*p.* 569) : « Aspendus, oleis consita, et Side urbes Pamphylicæ, quarum territoria colles ac tumuli. » Arrianus (*Exp.* 1, 26 *sq.*) porro tradit Aspendios male ab Alexandro tractatos fuisse eo quod quinquaginta talenta pro mercede sese exercitui daturos polliciti, et equos quinquaginta, quos regi alebant, minime dedissent; itaque regem tum alias iis molestias intulisse, tum talenta centum pro quinquaginta sumsisse. Quod autem est sciendum, Ἄσπενδος quidem per ε nomen est Aspendi urbis; at vero ἄσπονδος per ο idem est atque ὁ μὴ σπενδόμενος, *non paciscens*, ne urbs atque epitheton inter se confundantur.

854. Pamphylia regio aut a Pamphyla muliere aut a Pamphylo quodam, cujus Lycophron (442) quoque meminit. Herodotus (7, 91) autem Pamphylios ex iis esse ait, qui cum Amphilocho et Calchante dispersi a Troja fuissent.

855. Pamphylicæ urbes Corycus et Φάσηλις proparoxytone, quæ olim Pharsalus, e qua Theodectes, præstanti vir pulchritudine, qui artem rhetoricam composuit, orationesque bonas et tragœdias quinquaginta conscripsit. De his ita Geographus (*p.* 671) :

---

1. ἐν τῇ περὶ τῶν *DYy*. || — 5. ὡς οἱ παλαιοὶ φασι add. *Cy*. || — 6. καὶ om. *y*. || — 7. διὰ om. *y*; αὐτόν φασιν *CDY*. || — 8. καὶ βόες add. *Cy*; mox πάντα, quod ante τὰ μέγαλα legebatur, om. *Cy*. || — 18. καὶ om. *y*. || — 23. κατάρξαντος *y*. || — 24. ἔθνους codd., exc. *y*; παραπέσοι *Dy*. « Hudsonus conjecit ὅπερ ἂν ἐμπέσῃ, hoc ut videtur scholio ms. usus : ἀπὸ Μόψου τινὸς εὐξαμένου, ὅπερ ἂν ἐμπέσῃ τῇ θήρᾳ, τοῦτο θύειν τῇ Ἀφροδίτῃ· χοίρου δὲ παρεμπεσόντος, τοῦτο ἔθυσεν. » Bernh.; θήρᾳ *CDy*, χώρᾳ vulg. olim. || — 25. κἀκεῖ *C*. || — 26. εὐανδρίσαν *C*. || — 27. ἐλαιῶνας *y*. || — 36. συμπέσωσιν *y*, συμπέσῃ edd. ante Bh. || — 38. ἡ ante Παμφ. om. *CDYy*, ἡ ante χώρα om. *L*. || — 39. ὁ Λυκ. *L*. || — 41. Χάλκαντος edd. ante Bh. || — 47. Κάρυκος *C*; Πέργη add. *Cly*. Ceterum ita Stephanus v. Φάσηλις· ὃς

λις Παμφύλων τόποι. » Ἀλλαχοῦ δέ φησι· « Κώρυκος αἰγιαλὸς περὶ Λυκίαν. Εἶτα Φάσηλις λίμνη καὶ πόλις ἀξιόλογος ἔχουσα τρεῖς λιμένας. Ταύτης ὑπέρκειται τὰ Σόλυμα· καὶ Τερμησσὸς πόλις Πισιδικὴ ἐπικειμένη τοῖς στενοῖς τοῖς περὶ τὴν Φασηλίδα θάλασσαν, ἅπερ Ἀλέξανδρος ἀνοίξας διήγαγε τὴν στρατιάν. Ἔνθα καὶ Κλίμαξ ὄρος, φησὶν, ἐπικείμενον τῷ Παμφυλίῳ πελάγει. Ἐνταῦθα νηνεμίας μὲν γυμνοῦται τοῖς παροδεύουσιν ὁ αἰγιαλὸς, πλημμύροντος δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ τῶν κυμάτων καλύπτεται τὸ πολύ. Μέσον δὲ Φασήλιδος καὶ Ἀτταλείας Θήβη πόλις καὶ Λυρνησσὸς, ὁμώνυμοι ταῖς Τρωικαῖς. » Τὴν δὲ Ἀττάλειαν ὁμώνυμον ὁ Γεωγράφος εἶναι λέγει τοῦ κτίσαντος, ὃς καὶ Κώρυκον πολίχνιον ᾤκισεν. Ἐν ἄλλοις δέ φησιν ὁ αὐτὸς, ὅτι Κώρυκος ἄκρα Κιλικίας, μετὰ τὴν ἄκραν τὸ Ἀνεμούριον, ὑπὲρ ἧς ἄντρον τὸ Κωρύκιον, ἐν ᾧ ἀρίστη κρόκος φύεται. Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ παροιμία ἡ λέγουσα « τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο », οὐκ ἀπὸ ταύτης τῆς Κωρύκου εἴρηται, ἀλλ' ἀπὸ νησίου τινὸς καὶ λιμένος ὄντος πλησίον τῆς Τέω (νήσου) καὶ τῶν Ἐρυθρῶν, ἔνθα λῃστήριον ἦν τῶν ἐκεῖ Κωρυκαίων ὠτακουστούντων περιέργως τὰ κατὰ τοὺς ἐμπόρους καὶ οὕτως ἐπιβουλευόντων αὐτοῖς. Ὅθεν καὶ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν περιεργαζομένων καὶ μανθανόντων τὰ ἀπόρρητα.

857. Ὅτι τοὺς Λυκίους πρὸς θάλασσαν εἶπεν εἶναι, διαστέλλων πρὸς τοὺς Λυκάονας, οὓς Λυκάονας πρὸς ἀνατολὴν λέγει ὡς ἠπειρώτας μέσην χθόνα οἰκεῖν, καὶ ἀγκυλοτόξους ἐπονομάζει, καὶ ἴδριας ἐν πολέμῳ καλεῖ. Τούτων τῶν Λυκαόνων ἐστὶ καὶ τὸ Ἰκόνιον τῇ εἰκόνι τῆς Γοργόνος παρονομαζόμενον, ἣν αὐτόθι ἀναστηλῶσαι λέγεται ὁ Περσεύς. Λέγονται δὲ Λυκάονες ἀπὸ Λυκάονος τινὸς Ἀρκάδος, πόλιν αὐτόθι κτίσαντος, κατὰ χρησμὸν, ἐπὶ ἐμφανείᾳ λύκου ἀκάμαντος φέροντος ἐνὶ γναθμοῖς « ἀνδρομέην παλάμην, τό ῥα οἱ τέκμηρεν Ἀπόλλων. » Ἰστέον δὲ ὅτι διττοί εἰσιν οἱ Λύκιοι, ὡς καὶ Ὁμήρῳ δοκεῖ, οἱ μὲν Τρωικοὶ, καθὰ καὶ ὁ Γεωγράφος φησὶν, οἱ δὲ πρὸς τῇ Καρίᾳ. Ἄδηλον δὲ πότεροι τοὺς ἑτέρους ἀπῴκισαν. Οὕτω δέ φησιν ὁ Γεωγράφος καὶ ἐπὶ τῶν Κιλίκων. Περὶ τούτων μέντοι ἀλλαχοῦ φησιν ὁ αὐτὸς Γεωγράφος, ὅτι Κίλικες οἱ ἐν Τροίᾳ μεταστάντες εἰς

« Corycus et Phaselis, Pamphylorum loca. » Et alibi (*p.* 666) : « Corycus, inquit, littus Lyciæ. Deinde Phaselis lacus et urbs memorabilis, tres habens portus. Supra hanc sita sunt Solyma et Termessus, urbs Pisidica, angustiis Phaselici maris imminens, quibus quidem angustiis apertis Alexander exercitum traduxit. Ibidem etiam Climax mons, inquit, imminens mari Pamphylio. Hic, tranquillo mari, nudum sese littus viatoribus prætereuntibus aperit; at, mari exundante, fluctibus admodum obtegitur. Medio porro inter Phaselidem et Attaleam spatio Thebe et Lyrnessus, urbes Troicarum cognomines. » Attaleam autem Geographus cognominem esse dicit conditoris, qui et Corycum oppidulum ædificavit. Alibi vero (*p.* 671) idem scribit Corycum esse promontorium Ciliciæ, post Anemurium promontorium; supraque Corycum antrum esse Corycium, in quo crocus optima nascitur. Sciendum tamen est, quod dici solet in proverbio : « Hoc nempe Corycæus audivit, » non a promontorio hoc Coryco dictum fuisse, sed a parva insula et portu prope Teon et Erythras, ubi receptaculum erat prædonum Corycæorum, qui res mercatorum intentis auribus curiose diligenterque sublegebant, et sic iis insidiabantur. Unde et adagium de iis qui curiose anquirunt atque explorant arcana.

912. Urbes Phœnices effert cum epithetis, quippe qui magna verborum copia abundet. Vocat namque Tyrum Ogygiam, Berytum amabilem, Byblum maritimam, Sidonem floridam, Tripolim pinguem. De Tyro jam dictum est quantum satis. Sidon vero, circa quam Bostrenum fluere ait, amœnum amnem, oppidanos habet artificiorum varietate atque elegantia perinsignes. Tales porro Sidonios clare demonstrant pepli illi apud Poetam (Il, ζ, 289. ψ, 741), omnigena artificii colorumque varietate a Sidoniis mulieribus elaborati, atque etiam crater ille Eunei, qui in toto terrarum orbe pulchritudine præstabat. Hos vero Sidonios quidam aiunt coloniam esse eorum Sidoniorum, qui sunt in sinu Persico. Atque hic veteres historiarum contradictiones insimulant. Alii namque eos Phœnices atque Sidonios, qui ad nostrum mare sunt, coloniam esse aiunt Sidoniorum Phœnicum qui sunt ad oceanum; causamque adjiciunt, quamobrem Phœnices vocentur : propterea sc., aiunt, quod mare quoque Erythrum (Rubrum) vocatur, idemque est Phœnices dicere et Erythros. Alii vero e contrario illos tradunt coloniam esse horum, qui apud nos sunt. Ceterum de hac Sidone, quæ est in Phœnice Syria, historia fertur hujusmodi : Filia Iûs fuit Libya; hujus et Neptuni filii Agenor, Belus et Enyalius; Beli Side et Ægyptus et Danaus. Atque ex his quidem, a Side denominata est Sidon, ab Ægypto regio cognominis, a Danao Græci Danai. Jam vero supra alicubi dictum est, Dionysium post Homeri vestigia producere primam syllabam Σιδῶνος, corripere vero τὸ ο obliquorum, tametsi id posteriores e contrario producant. Jam supra dictum est Sidonios, tanquam mercatores et navicularios, astronomiæ et arithmeticæ scientia plurimum valuisse. Fertur etiam arena vitraria esse Sidoniis, ad fundendum idonea (V. *Strab. p.* 757). Berytus porro condita est a Saturno, atque ex parva magna et valida evasit, indeque nomen tulit; nam Beruti Phœnices robur dicunt. Alii vero sic eam vocatam censent a magna copia aquarum; Ber enim ibi apud incolas vocatur puteus (*E Steph. v.* Βηρυτός). Narrant etiam (*Str. p.* 756) eam a Tryphone tyranno exhaustam atque exinanitam, postea refectam reparatamque fuisse a Romanis, nimirum restitutam atque instauratam. Acuitur autem Βηρυτός, veluti vox trium syllabarum, pariter atque κωκυτός et γωρυτός, longumque habet υ apud Dionysium. Byblus vero ipsa quoque condita est a Saturno, urbs Adonidi sacra, regia Cinyri antiquissima, a Byblo nescio quo ductore exercitus, vel a Byblo muliere ita appellata, vel eo quia vetustæ omnis βύβλου, *pa-*

---

1. τὰς om. Huds. ‖ — 2. οἷον Huds. ‖ — 4. Σιδόνα *y*. ‖ — 7. ἔχειν *C*. ‖ — 8. Σιδώνιοι ubique *Y*. Σιδόνιοι vulgo. ‖ — 10. γὰρ κρατὴρ *c*. ‖ — 11. τοὺς Huds. ‖ — 16. προστεθέντες *y*. Hudsonus Φοίνικες λέγονται] Φοινίκη λέγεται tanquam variam lectionem adscripsit *Y*. Ad hanc lectionem in codice quodam annotatum erat : γράφεται δὲ καὶ Φοίνικες, quod codex *C* in ordine verborum post v. λέγονται exhibet. ‖ — 17. Φοινικὴν *Yyc*; καὶ om. *cy*; ἐρυθράν *CYcy*, ἐρυθραίαν Huds. ‖ — 19. ἡμῶν *Y*. ‖ — 22. καὶ additum ex *C*. ‖ — 24. ἡ χώρα ὁμώνυμος *Yy* Huds. ‖ — 27. Σιδόνος *y*. — 30. ἀριθμητικοὶ *Yyc*; εἰσιν ante οἱ Σιδ. addit Hudsonus. ὡς καὶ ἐμπ. *C*. ‖ — 32 sq. V. Stephanus v. Βηρυτός. ‖ — 33. βηρουτοὶ *C*. ‖ — 37. καλεῖται τὸ φρέαρ *Yy* Huds. ‖ — 42. αὕτη *Cy*. Excripsit Eustathius Stephanum v. Βύελος. ‖ — 44. Βύβλης *Cy* Steph. Bú-

φυλακὴν ἀσινέα ἐν αὐτῇ γενέσθαι, ἢ καὶ διότι Ἶσις τὸν Ὄσιριν κλαίουσα ἐκεῖ τὸ τῆς κεφαλῆς ἀπέθετο διάδημα ἐκ βύβλου ὂν Αἰγυπτίας. Φυτὸν δὲ ἡ βύβλος κατὰ τοὺς παλαιοὺς φυόμενον ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς ἕλεσι, ῥάβδος ψιλή, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, ἐπ' ἄκρῳ χαίτην ἔχουσα, φυομένη πολλὴ καὶ ἐν τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ Δέλτα, ἧς κρείττων, φασὶν, ἡ λεγομένη ἱερατική. Τῆς δὲ βύβλου τὸ κάτω ὅσον ἐπὶ πῆχυν τρώγεται, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, πνιγὲν μάλιστα ἐν κλιβάνῳ διαφανεῖ. Ζητητέον δὲ μή ποτε ἀπὸ τῆς τοιαύτης βύβλου, ὡς πεφυκυίας ὑφαίνεσθαι ἢ πλέκεσθαι ἢ ἄλλως πως συντίθεσθαι, καὶ αἱ τῶν γραμμάτων φύλακες πτύχες βύβλοι ἐλέγοντο, διὰ τὸ τυχὸν ἐκ τοῦ τοιούτου φυτοῦ τὰς τοιαύτας τότε κατασκευάζεσθαι, καὶ ἡ κλῆσις παρέμεινε καὶ εἰς ἡμᾶς, ἐναλλαγέντος τοῦ υ εἰς τὸ συγγενὲς δίχρονον. Ἐγίνετο δὲ καὶ πέδιλα ἐκ τοῦ φυτοῦ τῆς βύβλου· οἱ γοῦν Αἰγύπτιοι ἱερεῖς βύβλινα λέγονταί ποτε φορεῖν ὑποδήματα, καὶ πλοίων δὲ ναυπηγουμένων αἱ ἁρμονίαι βύβλῳ παρεβύοντο, καὶ ἱστία δὲ πλοίοις ἐγίνοντο βύβλινα, καὶ τὴν ἐν Ἀβύδῳ δὲ τοῦ Ξέρξου γέφυραν, ὡς Ἡρόδοτός φησιν, Φοίνικες μὲν λευκολίνῳ ἐγεφύρουν, Αἰγύπτιοι δὲ βύβλῳ. Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν τοῖς περὶ Ἀττικῶν λέξεων ὑπογράφει σαφέστερον τὴν τοῦ φυτοῦ φύσιν τῆς βύβλου, ἔνθα περὶ φιλύρας φησὶν, ὅτι φυτὸν ἡ φιλύρα φλοιὸν ἔχον βύβλου, παπύρῳ ὅμοιον, ἐξ οὗ τοὺς στεφάνους πλέκουσι. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ Βύβλου.

914. Ἡ δὲ Τρίπολις, ἥτινι συνεχὲς κεῖσθαι ἱστόρηται τὸ τοῦ Θεοῦ λεγόμενον πρόσωπον, οὕτω καλεῖται διὰ τὸ ἔχειν ἀποικίαν ἐκ τριῶν πόλεων, Τύρου καὶ Σιδῶνος καὶ Ἀράδου, περὶ ἧς ἐν τοῖς περὶ νήσων εἴρηται. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Τριπόλεις διάφοροι.

Ὅτι πόλεις Φοινίκων καὶ ἡ Ὀρθωσὶς καὶ ἡ Μάραθος. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν Ὀρθωσίδα Ὀρθωσίαν οὕτως ἄλλοι φασὶ, καὶ ἴσως χαίρων τῷ τοιούτῳ τύπῳ ὁ Διονύσιος ὥσπερ τὸν πορθμὸν εἶπε πορθμίδα, καὶ τὰς Ἀμαζόνας Ἀμαζονίδας, καὶ τὴν Ἀσίαν Ἀσίδα, καὶ τοὺς τῶν ὀρῶν κνημοὺς κνημῖδας, καὶ τὴν Κασπίαν Κασπίδα, οὕτω καὶ τὴν Ὀρθωσίαν Ὀρθωσίδα φησί. Μάραθος δὲ οὐ μόνον ἡ περὶ Φοινίκην αὕτη πόλις, περὶ ἣν καὶ ποταμὸς ῥέει Μαραθίας λεγόμενος, ἀλλὰ καὶ Εὐρωπαία ἑτέρα ἐν τῇ τῶν Ἀκαρνάνων γῇ, ἐξ ἧς ὁ μουσικὸς Διόδωρος.

915. Ὅτι Λαοδίκεια ἡ τῆς Φοινίκης ἀπὸ Λαοδίκης ὠνόμασται, ἀδελφῆς Ἀντιόχου, ὡς μικρὸν κατωτέρω

pyri, ut veteres volunt, custodia ibi esset innoxia, vel etiam propterea quod Isis Osirin plorans diadema ibi capitis deposuerit, quod erat ex byblo Ægyptia. Planta est ἡ βύβλος, secundum veteres nascens in paludibus Ægyptiacis, ramus nudus, ut illi quidem aiunt, habens in summo comam; multa ea nascitur in partibus inferioribus Delta regionis, qua quidem meliorem eam esse aiunt, quam sacerdotalem appellant. Hujus autem bybli pars inferior ad cubiti mensuram comeditur, ut Herodotus ait (292), suffocata maxime in furno candente. Sed inquirendum an ex hac ista byblo, quippe quæ texi aut complicari aut alio modo componi posset, etiam literas asservantes pugillarium laminæ plicatæ *bybli* dictæ sint, quod ex ista planta hac tum conficerentur, atque illa appellatio, versa littera υ in cognatam ancipitem, ad nos usque perduraverit. Fiebant autem et calceamenta ex planta hac byblo; quippe sacerdotes Ægyptii byblina calceamenta gestasse olim feruntur. Ad hæc in construendis navibus commissuræ byblo stipabantur, atque vela etiam navium ex byblo fiebant, ac præterea pontem Xerxis in Abydo, ut Herodotus (7, 36) narrat, Phœnices lino albo, Ægyptii byblo junxerunt. Ælius porro Dionysius in opere de vocibus atticis clarius indicat bybli plantæ naturam, ubi de philyra planta dicit, philyram corticem bybli habere similem papyro, quo ex cortice nectunt etiam coronas. Atque hæc quidem de Byblo.

914. Tripolis vero, cui contiguum esse traditur promontorium, quod Theuprosopon, *Dei facies*, vocatur, ita dicta est eo quod coloniam deductam habet ex urbibus Tyro, Sidone et Arado, de qua dictum est, ubi de insulis. Sunt autem et aliæ Tripoles diversæ.

Urbes Phœnicum etiam Orthosis atque Marathus. Quod autem sciendum est, τὴν Ὀρθωσίδα alii vocant Ὀρθωσίαν; et fortasse hoc isto modo gaudens Dionysius, ut τὸν πορθμόν dicit πορθμίδα, et τὰς Ἀμαζόνας Ἀμαζονίδας, et τὴν Ἀσίαν Ἀσίδα, et montium τούς κνημούς κνημῖδας, et τὴν Κασπίαν Κασπίδα: sic etiam τὴν Ὀρθωσίαν vocat Ὀρθωσίδα. Marathus porro non hæc modo urbs Phœnices, circa quam amnis fluit Marathias appellatus, sed etiam altera Europæa in Acarnanum finibus, ex qua musicus Diodorus.

915. Laodicea, urbs Phœnices, nomen accepit a Laodice, Antiochi sorore, ut paulo post dicetur, se-

---

6λου *C*; aliis mulier ista Βυβλίς. ‖ — 1. γενέσθαι *Cy* Stephan., γίνεσθαι *Y*. ‖ — 2. ἀπέθετο om. *C*. ‖ — 5. ψιλὴ om. *C*. ‖ — 6. χαίτην] χάρτην Huds. ‖ — 12. καὶ οἱ τῶν γραμμάτων φύλακες τοιαύτην ποτὲ κατασκευάζεσθαι Huds. ‖ — 14. τὰς τοιαύτας *Cy*; φυλακὰς τοιαύτας *y*. ‖ — 15. υ literam om. *C*. ‖ — 16. ἐγίνετο *y*, ἐγίνοντο *Y*, ἐγένοντο *C*; τοῦ omisit *C*; βίβλου *Y*. ‖ — 19. αἱ om. *CY*; παρελύοντο Huds. ‖ — 20. πλοίων ἐγένοντο *C*; βίβλινα *Y*. ‖ — 26. ἐξ οὗ καὶ τοὺς Huds. ‖ — 27. περὶ τῆς Βύβλου *C*. ‖ — 29. καλεῖσθαι *y* Huds. ‖ — 33. Φοινίκης *C*. ‖ — 34. Ὀρθοσίδα, Ὀρθοσίαν *C*. ‖ — 35. χαίρων *Yyc*, χείρει *C*, qui deinde post ὥσπερ inserit γὰρ; τρόπῳ Huds. ‖ — 37. Ἀσιάδα *cy*. ‖ — 38. οὕτως Huds. ‖ — 40. περὶ om. *Y* ‖ — 42. Ἀκαρνάνων] E Steph. Byz. ubi Μάραθος, πόλις Ἀκαρνανίας, quæ corrupta esse viri docti suspicati sunt. Ni fallor fuit: [Φοινίκης] πόλις [πλησί]α Κάρνης. Deinde ἐξ ἧς καὶ ὁ *Y*. ‖ — 43. ὅτι Λαοδίκη *C*. Eust. exscripsit Stephan.

βηθήσεται· οἱ δὲ ἀπὸ Λαοδίκης φασὶ, μητρὸς ἢ θυγατρὸς Σελεύκου τοῦ Νικάτορος. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Λαοδίκεια Λυδίας, ἣν Ἀντίοχος ἔκτισε, παῖς Ἀντιόχου τοῦ τῆς Στρατονίκης, χρησμοῦ δοθέντος ἐν ὀνείροις τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ποιῆσαι τοῦτο. Τὴν δὲ ἐν Φοινίκῃ Λαοδίκειαν Λευκὴν ἀκτὴν φασί ποτε κληθῆναι καὶ Ῥάμανθαν, διότι ποιμήν τις βληθεὶς κεραυνῷ ἀνεβόα ῥαμάνθας, τουτέστιν ἀφ' ὕψους ὁ θεός· ῥαμὰν γὰρ ἐγχωρίοις τὸ ὕψος, ἀθὰν δὲ ὁ θεός. Διάφοροι δὲ Λαοδίκειαι, ὧν εὐοινοτάτη αὕτη ἡ Συριακή. Διφορεῖται δὲ ἡ πόλις αὕτη· καὶ γὰρ τετρασυλλάβως Λαοδίκη λέγεται, καὶ κατὰ παραγωγὴν Λαοδίκεια, ὡς Ἀπάμη Ἀπάμεια, Εὐρώπη Εὐρώπεια, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

916. Ὅτι ὥσπερ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἐν Ὀδυσσείᾳ τὸ ἐν τοῖς Φαίαξι Ποσειδήϊον διὰ τοῦ ι ἔχει τὴν τετάρτην ἀπὸ τοῦ τέλους, ἤγουν τὴν σι συλλαβὴν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα παρὰ τῷ Διονυσίῳ λέγοντι περιφραστικῶς ὅτι Ποσειδήϊα ἔργα, ἤγουν Ποσειδήϊον, ἔστι περὶ τὰ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἱερὰ τέμπεα, ὅ ἐστι περὶ τὰ τῆς Δάφνης ἀλσώδη δάση καὶ κοιλώματα, περὶ ἧς μετ' ὀλίγον εἰρήσεται. Ποσίδειον δὲ λέγεται τετρασυλλάβως κατὰ τὸ ἐντελὲς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος τέμενος, τὴν μὲν παραλήγουσαν ἔχον διὰ διφθόγγου, τῷ λόγῳ τῆς περιοχῆς, τὴν δὲ προπαραλήγουσαν διὰ τοῦ ι, τῇ ἀπελεύσει τοῦ τῆς διφθόγγου ἑνὸς στοιχείου, ᾧ λόγῳ καὶ Ὀππιανὸς τοῦ ἀλγινόεις ἀπισχνάνας τὴν δίφθογγον εἰς μονόφθογγον διὰ τοῦ ι γράφει, ὡς προερρέθη, τὴν προπαραλήγουσαν. Διαλυθὲν δὲ ἐκ τετρασυλλάβου τὸ τοιοῦτον ἐντελὲς Ποσίδειον εἰς πενταυσυλλαβίαν γέγονε Ποσιδήϊον. Ἡ δὲ ῥηθεῖσα τῆς διφθόγγου συστολὴ, ὡς καὶ πρὸ ὀλίγου ἐρρέθη, καὶ ἐν ἄλλοις γέγονεν, ἐν οἷς καὶ ὁ λιμὸς ἀπὸ τοῦ λέλειμμαι, καὶ ἡ ἰδέα ἐκ τοῦ εἴδους, καὶ αἱ χιράδες αἱ τῶν χειρῶν ῥαγάδες, καὶ τὰ χίμετλα τὰ ἐν τῷ χειμῶνί ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενα ἀποκαύματα.

Ὅτι κατὰ τὴν ἱστορίαν ὑπέρκειται τῆς Ἀντιοχείας μ' σταδίους ἡ ἁδομένη Δάφνη, κατοικία μὲν μετρία, ἄλσος δὲ μέγα ἔχουσα συνηρεφὲς, οὗ κύκλος π' σταδίων, διαρρεόμενον πηγαίοις ὕδασιν, ἔνθα ἐπανηγύριζον οἱ ἐγχώριοι· ὅπου καὶ τέμενος ἄσυλον. Ἀρριανὸς δὲ περὶ τούτων οὕτω γράφει· « Ἐν Δάφνῃ τῇ πρὸς Ἀντιοχείᾳ ἄλσος τι ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ αὐτὴ ἐκείνη ἡ δάφνη δείκνυται, ἥν τινες γῆθεν ἀνασχεῖν λέγουσιν ἐπὶ τῇ Δάφνῃ τοῦ Λάδωνος, ἣ φεύγουσα τὸν ἐραστὴν Ἀπόλλωνα ηὔξατο τὸν ὑπὸ γῆν ἀφανισμὸν, καὶ ἔτυχε τῶν

cundum alios vero, a Laodice matre vel filia Seleuci Nicatoris. Est autem et altera Laodicea Lydiæ, quam ædificavit Antiochus, Antiochi Stratonicæ filius, oraculo in somniis uxori ejus edito, id ut faceret. Laodiceam vero Phœniciæ Albam Actam vocatam olim fuisse aiunt, et Rhamantham, eo quod pastor quidam fulmine percussus exclamavisset *Rhamanthas* i. e. ex alto deus. *Rhaman* namque lingua vernacula sonat altum, *athan* vero deus. Ceterum diversæ sunt Laodiceæ, quarum vini feracissima hæc Syriaca. Hæc ipsa porro urbs bifariam effertur. Etenim Laodice dicitur quatuor syllabis, et per paragogen Laodicea, ut Apame Apamea, Europe Europea, et quæcunque alia hujusmodi.

916. Sicuti apud Homerum in Odyssea (ζ, 266) Ποσειδήϊον, Neptunium, quod est apud Phæaces, quartam a fine habet per ι, syllabam nimirum σι, ita et hoc loci apud Dionysium, ubi is dicit per periphrasin Ποσειδήια ἔργα, *Neptunia opera*, nimirum Ποσειδήιον, *Neptunium*, esse ad sacra illa Tempe Antiochiæ, h. e. ad nemorosos lucos et convalles Daphnes, de qua paullo post dicetur. Ποσίδειον, quatuor syllabis, integra voce fanum dicitur Neptuni, et penultimam habet per diphthongum, antepenultimam vero per ι, una diphthongi littera rejecta, qua etiam ratione Oppianus, attenuata in simplicem vocalem diphthongo, quemadmodum supra dictum est, per ι scribit antepenultimam vocis ἀλγινόεις. Verum integrum vocabulum Ποσίδειον, *Neptunium*, per dissolutionem ex quatuor syllabis transit in syllabas quinque. Ista vero, quam dixi, diphthongi contractio, ut paullo ante jam monui, in aliis quoque locum habet; sic ὁ λιμός fit ex λέλειμμαι, et ἡ ἰδέα ex εἶδος, et αἱ χιράδες dicuntur αἱ τῶν χειρῶν ῥαγάδες et τὰ χίμετλα, ulcera quæ ἐν τῷ χειμῶνι ut plurimum fiunt.

Secundum historiam sita est supra Antiochiam Daphne ad stadia quadraginta, pagus quidem mediocris, sed lucum habens magnum et opacum octoginta stadiorum ambitu et fontanis aquis irriguum, ubi indigenæ conventus agebant, atque fanum erat inviolabile. Verum de his ita Arrianus : « In Daphne quæ est ad Antiochiam, lucus sacer Apollini et ipsa Daphne Ladonis filia, quæ Apollinem fugiens amatorem suum summis precibus optavit, ut e medio sublata sub terram conderetur, votorumque suorum

---

s. h. v. ‖ — 1. οἱ δὲ ... Νικάτορος om. Huds. ‖ — 4. τοῦ om. Huds. ‖ — 6. Λευκὴν ἀκτὴν ex Hudsoni apogr. add. ‖ — 7. Ῥάμανθαν] Ῥάμαιθαν Huds., Ῥάμιθα codd. Stephani, ubi Ῥάμαθα legi voluit Bochartus. ‖ — 8. τουτέστιν om. Huds. ‖ — 9. ἐγχώριον *y*; ἀθάν] ἀθάς codd. Steph. ‖ — 10. δὲ om. *y*. ‖ — 11. τετρασύλλαβον *y* Huds. ‖ — 14. ἐν τῇ Ὀδ. *Y*. ‖ — 15. τοῖς om. *y* Huds.; Ποσειδήιον *Y*. ‖ — 16. ἤτοι *Y*. ‖ — 20. καὶ κοιλώματα... κατὰ τὸ om. *Y*; ὀλίγα *y*; Ποσειδῖον (leg. Ποσίδειον) λέγεται τετρασύλλαβον Huds. ‖ — 22. τὴν μὲν ἄρχουσαν... τὴν δὲ παραλήγουσαν *y* Huds. ‖ — 26. ἀπισχάνας *yc*, ἀπισχνανάσας Huds., ἀπισχάνας cett. ‖ — 29. Ποσιδήιον ... ἄλλοις γέγονεν om. *y* Hud. ‖ — 34. ἐπὶ πολὺ *C*. ‖ — 36. ἁδομένη om. Huds. ‖ — 42. δείκνυται ... τῇ Δάφνῃ om. *Yy* Huds.

εὐχῶν. » Ἄλλοι δὲ περὶ αὐτῆς οὕτω φασί· « Δάφνη ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἥ ποτε πόλις Ἡρακλείας, εἰς ἣν πολλὰς κυπαρίττους ἐφύτευσε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ, ἧς ἐγγὺς τὸ τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου βουλευτήριον. Ταύτην οὕτω σεισμὸς ἐκάκωσεν ἐπὶ Τραϊανοῦ, ὥστε τοὺς Ἀντιοχέας κτίσαντας ἐπιγράψαι· « οἱ ζήσαντες ἀνέστησαν θεῷ σωτῆρι. » Σημείωσαι δὲ ὅτι αὕτη μὲν ἡ Δάφνη ἑνικῶς λέγεται, πρὸς δὲ τῷ Πηλουσιακῷ τοῦ Νείλου στόματι χωρίον τι πληθυντικῶς Δάφναι λέγονται παρὰ τῷ Ἡροδότῳ. Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἑῴας Ἀντιοχείας τὴν Δάφνην ταύτην εἰπὼν λέγει· καὶ ἄλλην εἶναι Δάφνην, χωρίον Λυκίας, καὶ λιμένα Δάφνην ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι, καὶ προάστειον δὲ αὐτόθι που ἐν ἀριστερᾷ ἐπὶ τὸν Ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν.

compos est facta. » Alii vero de ea sic dicunt : « Daphne est ad Antiochiam, quæ urbs olim Heraclea, ubi multas cypressos plantavit Seleucus Nicator : prope quam Antiochi Epiphanis curia. Hanc terræ motus misere afflixit, diruta tertia parte urbis, ita ut Antiochenses inscriptionem hanc posuerint : *superstites servatori deo erexerunt.* » Volo autem observes, ut hæc quidem Daphne dicitur numero singulari, at vero locus ad ostium Nili Pelusiacum multitudinis numero Daphnæ dicitur apud Herodotum (2, 30). Ethnicorum porro scriptor (v. Δάφνη), quum hanc Daphnen suburbium orientalis illius Antiochiæ nobilissimum appellasset, subjicit aliam esse Daphnen locum Lyciæ, et in ore Ponti portum Daphnen, ad dextram sursum naviganti, nec non suburbium ibi alicubi esse a sinistra iis qui per Bosporum in Pontum navigant.

918. Ὅτι ἐν μέσαις ταῖς περὶ Φοινίκην πόλεσίν ἐστι καὶ ἡ Ἀπάμεια, ποτὲ μὲν κώμη οὖσα καὶ Φαρνάκη καλουμένη, πόλις δὲ ὕστερον γενομένη, ἐν μεσογαίῳ κειμένη, πρὸς νότον Ἀντιοχεῦσιν, ἥτις καὶ Χερρόνησός ποτε ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ἐκεῖ ὑδάτων ἐκλήθη. Καὶ Πέλλα δὲ ὠνομάσθη παρὰ τῶν αὐτόθι Μακεδόνων διὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ Πέλλαν, τὴν τοῦ Φιλίππου πατρίδα. Ἐν ταύτῃ δὲ ἐλέφαντας πεντακοσίους ὁ Σέλευκος ἔτρεφε καὶ τὸ πλέον τῆς στρατιᾶς. Φασὶ δὲ καὶ ἐν Μήδοις Λαοδίκειαν εἶναι καὶ Ἀπάμειαν καὶ ἄλλας Μακεδονικὰς πόλεις. Ὥσπερ δὲ ἡ Ἀπάμεια, ἣν ὁ ἐπιφανὴς Νικομήδης ἔκτισεν, ὠνομάσθη ἀπό τινος γυναικὸς Ἀπάμας, οὕτω καὶ ἡ παρὰ τῷ Διονυσίῳ αὕτη Ἀπάμεια. Ἱστοροῦσι γὰρ τοιαῦτα οἱ παλαιοί· « Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ καὶ Ἀπάμεια ἡ ἐν Συρίᾳ πρὸς νότον Ἀντιοχείας ἐν μεσογαίῳ κειμένη, ἔτι δὲ Λαοδίκεια καὶ Σελεύκεια, κτίσματα Σελεύκου εἰσὶ τοῦ Νικάτορος, αἵτινες καὶ ἀδελφαὶ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλας ὁμόνοιαν ἐκαλοῦντο. Καὶ ἡ μὲν μεγίστη, φασὶ, τῷ τοῦ Σελεύκου πατρὶ τῷ Ἀντιόχῳ ἐπωνομάζετο, ἡ δὲ ἐρυμνοτάτη αὐτοῦ ἐπώνυμος ἦν, Ἀπάμεια δὲ τὸ τῆς γυναικὸς ἔφερεν ὄνομα, Λαοδίκεια δὲ τὸ τῆς μητρός. » Περὶ δὲ Ἀντιοχείας ἄλλοι καὶ οὕτω φασίν· « Ἀντιόχῳ τῷ Σελεύκου τρεῖς ἐπεφάνησαν κατ' ὄναρ γυναῖκες, κτίσαι πόλιν ἑκάστη λέγουσα. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν αὐτὰς τὴν γυναῖκα εἶναι καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν ἀδελφήν, κτίζει ἀπὸ μὲν τῆς ἀδελφῆς Λαοδίκης Λαοδίκειαν, ἀπὸ δὲ τῆς γυναικὸς Νύσσης Νύσσαν, ἀπὸ δὲ τῆς μητρὸς Ἀντιοχίδος Ἀντιόχειαν. » Ἔτι δὲ

918. In mediterraneis Phœniciæ urbibus est etiam Apamea. Olim pagus erat Pharnace dictus, postea vero urbs, sita in mediterraneo Antiochensibus ad austrum; quæ aliquando etiam Chersonesus vocata fuit ab ambitu circumfusarum ibi aquarum; quin et Pella nominata fuit a Macedonibus, qui ibi habitarunt, propter Pellam illam Macedonicam, patriam Philippi. Hac in urbe Seleucus elephantos quingentos majoremque exercitus partem aluit. Ferunt etiam apud Medos Laodiceam esse et Apameam aliasque urbes Macedonicas. Quemadmodum autem Apamea, quam Nicomedes Epiphanes ædificavit, nomen accepit ab Apama nescio qua muliere, sic etiam hæc apud Dionysium Apamea. Sic enim a veteribus proditum est : « Antiochia ad Daphnen et Apamea Syriæ ab Antiochia austrum versus in mediterraneo sita, nec non Laodicea et Seleucia conditæ fuerunt a Seleuco Nicatore : quæ et sorores propter concordiam, qua conjunctæ inter se erant, vocabantur. Atque illa quidem maxima, ut perhibent, denominata fuit a patre Seleuci Antiocho; altera vero munitissima ab ipso denominata; Apamea porro nomen uxoris tulit, Laodicea vero matris. » Verum de Antiochia aki (Steph. v. Ἀντιόχεια) narrant : « Antiocho, Seleuci patri, tres in somniis mulieres sese obtulerunt, quarum unaquæque exstrui urbem juberet; eum vero suspicatum illas esse uxorem et matrem et sororem, de nomine Laodices sororis Laodiceam, de nomine Nyssæ uxoris Nyssam, de nomine Antiochidis matris Antiochiam ædificasse. »

1. ἐν] ἐπ' Huds. ‖ — 2. πολλοὺς Huds.; κυπαρίσσους *Y*. ‖ — 5. οὕτω om. Huds. ‖ — 6. κτίσαντας om. Huds.; ἐγγράψαι Huds.; ζητήσαντες *y*. ‖ — 7. ἐν θεῷ *y* Huds.; οἱ σωθέντες ἀνέστησαν Διὶ Σωτῆρι Malalas p. 359; αὕτη om. *C*. ‖ — 8. Inde a voce λέγεται denuo incipiunt *EFKMND* (V. p. 253, 8). ‖ — 9. χωρίον om. *K*. ‖ — 10. τῷ, quod erat ante Ἡροδότῳ, om. *CFKMY*. ‖ — 12. Κυλικίας *d*. ‖ — 16. μέσῃ *Cy*. ‖ — 17. Φαρνάσκη *KMYy*. ‖ — 18. γενομένη om. *Y*. V. Stephan. v. Ἀπάμεια. ‖ — 20. τῶν ὑδάτων τῶν ὄντων ἐκεῖσε *d*. ‖ — 21. Πέλλα] τέλμα *F*; παρὰ] ἀπὸ *C*. ‖ — 23. δὲ om. *C*; δὲ καὶ *Y*. ‖ — 25. δὲ om. *y*. ‖ — 26. Inde a verbis καὶ ἄλλας denuo incipiunt *DL*. ἡ om. *C*. ‖ — 27. ἀπό τινος γυναικὸς ὠνομάσθη *d*. ‖ — 29. αὕτη ἡ Ἀπ. *y*. ‖ — 30. ἐν Ἀσσυρίᾳ *d*. ‖ — 38. οὕτω καὶ ἄλλοι *C*. ‖ — 39. ἐφάνησαν *Cd*, ἐπέστησαν Stephan. ‖ — 40. λέγουσα *L* et Steph., θέλουσα cett. ‖ — 41. τὴν γυναῖκα εἶναι καὶ τὴν μητέρα *CYy*, εἶναι τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα *l*, εἶναι τὴν γυναῖκα, τὴν μητέρα vulgo ante Bernh. ‖ — 44. Ἀντιοχίδος] Ἀντιόχου *y*; ἔτι

περὶ Ἀντιοχείας καὶ ταῦτα λέγεται, ὅτι καὶ Θεούπολις ἤρξατο καλεῖσθαι ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ, ἀνεψιοῦ Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκός· καὶ ὅτι περὶ τὸ Σίλπιον ὄρος κεῖται, ὅπου καὶ τόπος ἐστὶν ἡ Ἰώπολις, ἀπὸ Ἰοῦς τελευτησάσης ἐκεῖ, ἥτις καὶ Ἶσις ὕστερον ἐκλήθη, ὡς καὶ ὁ υἱὸς αὐτῆς Ἔπαφος Ἄπις· καὶ ὅτι τετραπόλεως αὐτῆς οὔσης καὶ τετειχισμένης τείχει κοινῷ τε καὶ ἰδίῳ κατὰ ἕκαστον κτίσμα· τὸ μὲν πρῶτον Σέλευκος ὁ ἐπικαλούμενος Νικάτωρ συνῴκισεν, εἰς ὃν τότε τὸ τῆς Ἀσίας περιελήλυθε κράτος, τὸ δεύτερον δὲ οἱ οἰκήτορες ἔκτισαν, τὸ δὲ τρίτον Σέλευκος ὁ Καλλίνικος, καὶ τὸ τέταρτον ὁ Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος. Εἰσὶ δὲ Ἀντιόχειαι περί που τὰς ιδ', ὡς οἱ ἱστοροῦντες ἐκτίθενται· ἐξ ὧν αὕτη ἡ τῆς Κοίλης Συρίας προκαθημένη οὐ πολὺ κατὰ τὸν Γεωγράφον ἐλείπετο δυνάμει καὶ μεγέθει Σελευκείας τῆς ἐπὶ τῷ Τίγρει καὶ Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ.

919. Ὅτι πρὸς ἀνατολὰς τῆς Ἀπαμείας κατασύρεται ὑγρὸς Ὀρόντης, ἄσπετος, ὃς ἐκ Κοίλης Συρίας ἔχων τὰς ἀρχὰς, καὶ ὑπὸ γῆν ἐνεχθεὶς, εἶτα τὸ ῥεῦμα ἀναδοὺς καὶ διὰ τῆς Ἀπαμέων γῆς προελθὼν εἰς Ἀντιόχειαν καὶ πλησιάσας τῇ πόλει μέσην ὁρίζει τὴν Ἀντιοχέων γῆν, οὐχ ὅτι μέσην τέμνει τὴν πόλιν, ὡς τὴν Ταρσὸν ὁ Κύδνος, ἀλλ' ὅτι τὰ ἐκεῖ παραρρέει. Ὁ δὲ Γεωγράφος φησὶν ὅτι Ὀρόντης ἐν Συρίᾳ καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας χάσμα, ὃ καλοῦσι Χάρυβδιν, ἀνατέλλει πάλιν ἐν τεσσαράκοντα σταδίοις, καὶ καταφέρεται πρὸς θάλασσαν τὴν κατὰ Σελεύκειαν, Τυφὼν μὲν καλούμενος πρότερον διὰ τὸν ἐπὶ τῷ Τυφῶνι μῦθον, ὃς ἐν Ἰλιάδι γέγραπται, μεταβαλὼν δὲ καὶ τὸ τοῦ γεφυρώσαντος αὐτὸν μεταλαβὼν ὄνομα, ὃς Ὀρόντης ἐκαλεῖτο, οὗ τάχα πρὸς ἀντιδιαστολὴν ὑγρὸν Ὀρόντην ὁ Διονύσιος τὸν ποταμὸν ἐπωνόμασεν, ἢ καὶ ἄλλως ἁπλούστερον, ὡς καὶ τὸν ἐν Πελοποννήσῳ ποταμὸν Ἰάονα ὑγρὸν εἶπεν. Ἄλλοι δέ φασιν ὅτι ὁ Καῖσαρ Τιβέριος ἐκ Δράκοντος αὐτὸν Ὀρόντην μετωνόμασεν, ὃ σημαίνει Ῥωμαϊστὶ τὸν ἀνατολικόν.

921. Ὅτι πᾶσα ἡ περὶ Ἀντιόχειαν χώρα λιπαρά τε καὶ εὔβοτος, καὶ ἀγαθὴ μῆλα τρέφειν, καὶ δένδρεσι καρπὸν αὔξειν· μητρόπολις δὲ ἦν αὕτη Συρίας, καὶ ἐν αὐτῇ τὸ βασίλειον ἦν τοῖς ἄρχουσιν. Ἦν δὲ καὶ αὐτὴ τῆς Σελευκίδος μοίρας. Ἰστέον δὲ ὅτι μερίς ἐστι Συρίας ἀρίστη ἡ λεγομένη Σελευκὶς καὶ καλουμένη Τετράπολις, διὰ τὰς ἐν αὐτῇ ἐξεχούσας τέσσα-

Præterea vero de Antiochia traditur eam etiam Theopolim vocari cœptam sub Justiniano, Justini Thracis consobrino; eamque ad Silpium montem sitam esse, ubi et locus est Iopolis, ab Ione ibi demortua, quæ et Isis postea vocata fuit, ut et Epaphus filius ejus Apis; quumque ea quadruplici urbe constaret, muroque tum communi, tum etiam singularum illarum urbium proprio muniretur, primam quidem urbem Seleucum Nicatorem condidisse atque habitatoribus frequentasse, ad quem Asiæ tum imperium pervenerat; alteram vero oppidanos ipsos ædificasse, tertiam Seleucum Callinicum, quartam Antiochum Epiphanem. Sunt autem Antiochiæ fere quatuor et decem, ut in historiis versati exponunt. De quibus sane Antiochiis hæc quæ Cœlæ Syriæ præsidebat, viribus et magnitudine non multum inferior habebatur Seleucia illa ad Tigrim et Alexandria Ægypti.

919. Ad orientem Apameæ delabitur liquidus Orontes, ingens fluvius, qui ex Cœle Syria ortus et sub terram delatus, deinde fluento suo erumpens et per Apamensium agros ad Antiochiam progressus, urbique appropinquans, Antiochiensium territorium medium dirimit, non quod urbem ipsam mediam dividat, ut Tarsum Cydnus, sed quod loca illa præterfluat. Geographus (*p.* 750) item scribit Orontem in Syria, posteaquam sese in voraginem abdidit, sitam inter Apameam et Antiochiam, quam Charybdin vocant, inde rursus emergere intra stadia quadraginta, deferrique in mare quod est ad Seleuciam; et eum quidem amnem Typhonem prius vocatum, propter fabulam illam de Typhone, quæ perscripta est in Iliade (β, *p.* 346), sed nomen postea commutasse nomenque ejus assumpsisse, qui pontem fluvio imposuit, qui quidem Orontes vocabatur. Atque ad hujus fortasse differentiam fluvium ipsum Dionysius liquidum Orontem cognominat; aut etiam simplicius liquidum dicit pariter atque Iaonem, fluvium Peloponnesi. Alii tamen aiunt Tiberium Cæsarem eum fluvium Dracontem dictum transnominasse Orontem, quod romana lingua orientalem significat.

921. Universa Antiochena regio et pinguis et pascua est, idoneaque ad oves alendas fructusque arboribus augendos. Metropolis autem hæc erat Syriæ; quique Syriæ imperabant, regiam sibi in ea constituerant. Fuit ipsa quoque Seleucidis portionis. Ubi sciendum partem optimam Syriæ esse eam quam Seleucin vocant, eandemque Tetrapolin appellatam propter quatuor in ea urbes præcipuas quæ erant

δὲ] καὶ *d*. ‖ — 2. ἐπὶ *CYyl*, ἀπὸ cett.; Θρᾳκὸς] χάρακος *d*, πατρὸς *L*. ‖ — 4. Ἰούπολις *L*, Ἰόπολις cett.; τῆς ante Ἰοῦς om *CYy*. ‖ — 5. ὁ om. *DKMYd*. ‖ — 7. κατὰ τὸ ἐκ *DL*. ‖ — 9. συνῴκησεν *d*. ‖ — 10. δὲ om. *C*; οἱ om. *d*; τὸ τρίτον δὲ *d*. ‖ — 12. δὲ καὶ Ἀντ. *C*; που om. *d*. ‖ — 13. οἱ om. *Kd*. ‖ — 16. τῷ om. *L*; Τίγρι *KL*, Τίγριδι *DYy*; Αἰγύπτου *d*. ‖ — 18. Ἀπαμείας] Ἀντιοχείας *M*. ‖ — 19. Ὀρρόντης *UDYdy* et sic passim in sqq. ‖ — 21. προελθὼν om. *d*. ‖ — 23. μέσον *d*; τὸν Ταρσὸν *C*. ‖ — 27. ἐν *Clmy*, ἐπὶ cett. ‖ — 28. καταγράφεται *d*. ‖ — 29. μὲν om. *d*; μεταβαλὼν *d*. ‖ — 33. τὸν om. *C*; καὶ om *y*. ‖ — 35. ὁ add. *Cy*. ‖ — 36. Ὀρρόντην *MY*, om. *DLy*. De re cf. Malalas p. 234 ed. Bonn. : Ὁ αὐτὸς Τιβέριος καὶ τὸν ποταμὸν τῆς πόλεως τὸν πρώην λεγόμενον Δράκοντα μετεκάλεσεν Ὀρόντην τῇ ῥωμαϊκῇ λέξει, ὅπερ ἑρμηνεύεται ἀνατολικός. Eadem prodit Isidorus Origg. 13, 21. ‖ — 38. ἡ om. *d*. ‖ — 40. αὕτη ἦν *d*; Ἀσυρίας *CDL*. ‖ — 41. ἦν om. *d*; αὐτὴ *Ccy*, αὐτὸ cett. ‖ — 42. δὲ] γὰρ *DKLY*.

ρας πόλεις, αἳ ἦσαν Ἀπάμεια καὶ Λαοδίκεια, περὶ ὧν ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ Ἀντιόχεια αὕτη καὶ Σελεύκεια ἡ ἐν Πιερίᾳ ὄρει, ὃ προσεχὲς τῷ Ἀμανῷ ἐστιν· ἣν Σελεύκειαν ἡ ἱστορία ἔρυμά φησιν εἶναι ἀξιόλογον καὶ βίας κρεῖττον. Ὅτι δὲ πολλαὶ Ἀντιόχειαι καὶ εἴ τι ἄλλο ἔδει ῥηθῆναι ὡς ἐν συνόψει προγέγραπται.

924. Ὅτι νοτιώτερον τῆς Συρίας ἡ Ἀραβία, καὶ ὅτι ὁ Ἀράβιος κόλπος μέσος εἱλεῖται Συρίας καὶ Ἀραβίας, τυτθὸν ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν τετραμμένος, ἤτοι παρεκκλίνων καὶ παρεκνεύων ἄχρι Σελάνων· οὕς τινες ὀξύνουσιν ὁμοίως τῷ Ἀλανοί Γερμανοί καὶ τοῖς τοιούτοις ἐθνικοῖς· ἔθνος γὰρ καὶ οἱ Σελανοὶ Ἀράβιον. Καὶ ὅρα ἕως ποῦ παρατείνειν βούλεται τὴν Συρίαν, ἣν καὶ φθάσας ἔφη ἐς νότον ἕρπειν. Διὸ καὶ τοὺς Ἄραβας Σύρους ἐκάλουν τινὲς διὰ τὴν ἐκ τοῦ ὁμορεῖν ἐπιμιξίαν αὐτῶν· συναφὲς γὰρ τῇ Ἀραβίᾳ τὸ νότιον πέρας τῆς Συρίας.

927. Ὅτι περὶ Ἀραβίαν, ἣν καὶ ἐρατεινὴν καλεῖ, οἱ ὄλβιστοι Ἄραβες, τουτέστιν οἱ εὐδαίμονες· ὄλβος γὰρ ἡ εὐδαιμονία. Ἡ τοιαύτη δὲ χώρα καὶ εὐδαίμων Ἀραβία λέγεται. Τούτων δὲ ἡ γῆ διττή, φησι, θαλάσσῃ ἔζωσται, Περσίδι τε Ἀραβίῃ τε, ὧν μέση κεῖται ἡ τῶν Ἀράβων γῆ. Σημείωσαι δὲ ὅτι τὸ ἔζωσται καὶ ἐν ἄλλοις φθάσας εἶπεν ἐπὶ ὁμοίας σημασίας· καὶ ὅτι ἐν τῷ ὀλβίστων Ἀράβων φανερῶς δι' ἑνὸς ρ ἡ τοῦ Ἄραψ ἐστὶ γραφή, ὡς καὶ ἐν τῷ ἀβροβίων Ἀράβων· εἰ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πολλὰ τῶν ἀντιγράφων πολὺν τὸν ῥοῖζον ἐκ τῆς τοῦ ἀμεταβόλου ἐξηχοῦσι διπλώσεως. Εἴποι δ' ἄν τις τάχα διὰ τὸ μέτρον ἐκπεσεῖν ἄρτι τὸ ἓν ἀμετάβολον, ὅθεν καὶ συσταλῆναι τὴν ἄρχουσαν. Βούλονται γὰρ πολλοὶ ἀναδιπλοῦν τὸ ρ, ὡς ἀπὸ τῆς α στερήσεως καὶ τοῦ ῥάπτω ῥάψω, κἀντεῦθεν τὴν τῶν Ἀράβων κλῆσιν οἷον συρράπτουσιν, ὡς μὴ ῥαπτομένων ἱμάτια, περιτυλισσομένων δὲ ὑφάσματα· καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἀνάγκην φασὶν ἐν τῷ Ἄραψ κεῖσθαι τὸν τοῦ ρ διπλασιασμὸν, ὡς καὶ ἐν τῷ ἄρρηκτος καὶ ἄρρητος καὶ ἀρραγής καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις. Ἡσίοδος μέντοι ἐν τῷ κούρην Ἀράβοιο, ἐξ οὗ καὶ ἡ Ἀραβία κεκλῆσθαι δοκεῖ, δι' ἑνὸς ἀμεταβόλου καὶ συστολῆς τῆς ἀρχούσης καὶ αὐτὸς ἐμφαίνει δεῖν γράφειν τοὺς Ἄραβας. Καὶ ὁ τὰ Ἐθνικὰ δὲ γράψας ἐν ἑνὶ ἀμεταβόλῳ γράφει αὐτούς. Τυχὸν δὲ ἀντιγράφων αὐθάδεια τὴν τοῦ ρ διπλόην ἐξ αὐτονομίας παρεισήνεγκεν, ὅπου καὶ τὴν ἄρχουσαν τῆς παρά προθέσεως παρὰ τούτῳ τῷ ποιητῇ πολλὰ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων διὰ δύο ἀμεταβόλων προήγαγον, ὡς καὶ ἐν τῷ παραλίην Ἔφεσον· ὡς εἴπερ μὴ εἶχε καὶ χωρὶς τῆς τοῦ ἀμεταβόλου διπλόης ἐκτεί-

Apamea et Laodicea, de quibus supra, ipsaque hæc Antiochia et Seleucia sita illa in Pieria monte, qui Amano adhæret; quam quidem Seleuciam historia esse tradit propugnaculum perinsigne planeque inexpugnabile. Multas autem esse Antiochias, et si quid aliud dictum oportuit, tanquam in compendio scriptum est supra.

924. Australior quam Syria est Arabia. Sinus Arabicus medius volvitur inter Syriam et Arabiam, paullulum ad orientem conversus, nimirum declinans usque ad Σελάνους, quos aliqui efferunt voce oxytona, similiter atque Ἀλανούς, Γερμανούς, aliaque gentilia hujuscemodi. Gens namque Selani Arabica. Ac vide quousque porrectam protentamque Syriam velit, quam supra dixerat ad austrum serpere; quare etiam Arabes ipsos nonnulli Syros vocarunt, propter eorum ex vicinitate admixtionem; extrema namque Syria ad austrum conjuncta est Arabiæ.

927. In Arabiam, quam amabilem vocat, Arabes sunt ὄλβιστοι i. e. felices; namque ὄλβος felicitas est. Atque hæc sane regio etiam Arabia Felix appellatur. Horum autem terra duplici, inquit, mari cincta est, Persico et Arabico, inter quæ media sita est regio hæc Arabum. Observa poetam alibi quoque in antecc. verbum ἔζωσται simili significatione usurpasse; itemque observa in illo : ὀλβίστων Ἀράβων nomen Ἄραψ aperte scribendum esse per simplex ρ, sicuti etiam ubi dicit ἀβροβίων Ἀράβων; quamquam aliis in locis pleraque exemplaria multum illum stridorem τοῦ ρ ex litteræ hujus immutabilis geminatione resonant. Dixerit tamen fortasse aliquis excidisse nunc propter metrum immutabilem unam, unde et prima correpta sit syllaba; duplicare enim plerique volunt τὸ ρ, tanquam ab α privationis nota et verbo ῥάπτω, ῥάψω, *consuo*, *consuam;* indeque veluti συρράπτουσι, *consuunt*, nomen ipsum τῶν Ἀράβων, quippe qui vestimenta non ῥάπτουσι, *suant*, sed texta s. telas circumvolvant. Propterea igitur in Ἄρραψ, ex necessitate inesse docent geminationem literæ ρ, ut in ἄρρηκτος, ἄρρητος, ἀρραγής aliisque hujuscemodi. Hesiodus (*cfr.* 9) tamen, ubi dicit κούρην Ἀράβοιο, ex quo etiam appellata videtur Arabia, una solaque immutabili, primaque syllaba correpta, ipse quoque satis indicat, scribi oportere τοὺς Ἄραβας. Ethnicorum quoque scriptor (s. v.) scribit eos una simplicique immutabili. Ac fortasse exemplarium pervicacia geminationem literæ ρ suopte jure intrusit, sicuti etiam primam præpositionis παρά apud hunc poetam vetusta pleraque exemplaria proferunt cum duplici immutabili, ut ubi dicit παραλίην Ἔφεσον, adeo ut, si non habeat duplicem immutabilem, etiam sine ea produci

‖ — 1. τέσσαρας om. *C;* καὶ om. *d.* ‖ — 6. παρόψει *y.* ‖ — 7. νοτιωτικὸν *d*, νοτιωτέρα *Ym.* ‖ — 8. ὅτι om. *d;* Ἀρραβ. *C* h. l. et in sqq., Ἀραβικός *Gy;* μέσον *C.* ‖ — 9. τυτθὸν omisit *C.* ‖ — 10. Σελανῶν *M.* ‖ — 14. ἔφην *d.* ‖ — 16. αὐτῶν om. *d.* ‖ — 17. ἐστὶν post Συρίας add. codd., exc. *Cy.* ‖ — 20. χώρα δὲ *d.* ‖ — 21. θαλάσσῃ φησὶ ἔζ. *d;* θαλ. ἔζ. φησι *G.* ‖ — 22. Περσίδι καὶ Ἀραβίῃ, ὧν *d.* ‖ — 23. δὲ om. ‖ — 24. σημασίας ὁμοίας *M.* ‖ — 26. καὶ om. *d.* ‖ — 29. τάχα om. *d.* ‖ — 34. δὲ om. *d.* ‖ — 35. κατ' ἀνάγκην om. *C;* φησὶν *Cd;* Ἄρραψ *M.* ‖ — 36. διπλ. *Cy*, ἀναδιπλ. cett.; καὶ om. *d.* ‖ — 41. δὲ om. *C.* ‖ — 43. ὅπου *Cy*, ὅτε cett.; καὶ

νεσθαι ἡ τῆς παρά προθέσεως παραλήγουσα, καθάπερ καὶ παρ' Ὁμήρῳ ἐν τῷ « αἴσιμα παρειπών ».

929. Ὅτι καὶ ἐνταῦθα τὸ ἑκάστη ἀντὶ τοῦ ἑκατέρα τέθεικεν, εἰπὼν περὶ τῆς Περσίδος καὶ Ἀραβίας θαλάσσης « ἄνεμον δὲ ἔλαχεν ἑκάστη, Ἀραβία ζέφυρον, Περσὶς εὖρον. » Τὸ δὲ ὀρθὸν ἦν ἑκατέρα εἰπεῖν, εἰ μὴ τὸ μέτρον ἐκώλυσεν.

933. Ὅτι πολὺ καταχέει τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ἐγκώμιον, ἐνδιατρίβων αὐτῇ, καὶ τούς τε Ἄραβας ἀβροβίους καλεῖ, ὡς καὶ πρὸ ὀλίγου ὀλβίστους, καὶ αὐτὴν μεγίστην λέγει, καὶ ἀγλαά φησι καὶ πολύολβα φῦλα νέμεσθαι αὐτήν. Ἄλλο δέ, φησί, μέγα θαῦμα ἔξοχον ἔλαχεν. Ποῖον ἐκεῖνο; ἀεὶ ὑπὸ θύοις λαρὸν ὄδωδεν ἡ σμύρνης ἢ εὐώδους καλάμου ἢ θεσπεσίου πεπαινομένου λιβάνου ἢ κασίας ἢ θύου, ὅπερ ἐστὶ, φασὶν, εἶδος δένδρου εὐώδους. Καὶ μὴν ἄλλως θῦον γενικῶς ἅπαν ἄρωμα λέγεται. Διὸ καὶ αὐτὸς φθάσας ἔφη, κηώεσσα θύοις ὕπο, τουτέστι τοῖς ἀποτελοῦσιν εὐωδίαν θυμιάμασιν. Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ τοῦ λιβάνου δένδρου καρπὸς λιβανωτὸς λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, καὶ ὅτι οὕτω πολὺς αὐτόθι λιβανωτὸς, ὥστε χίλια τάλαντα λιβανωτοῦ οἱ Ἀράβιοι ἦγον τῷ βασιλεῖ ἑκόντες· οὐ γὰρ κατήκουσαν τοῖς Πέρσαις, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, ἐπὶ δουλοσύνῃ, ἀλλὰ ξένοι ἐγένοντο. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἐν μόνῃ τῇ Ἀραβίᾳ φύεσθαι λιβανωτὸν καὶ σμύρνην καὶ κασίαν καὶ κιννάμωμον καὶ λήδανον, ὅπερ, φησὶν, Ἀράβιοι καλοῦσι λάδανον.

936. Ὅρα δὲ ὅπως γενικῇ συντάσσει τὸ ὄζει, εἰπὼν ὄδωδε θύου ἢ σμύρνης καὶ τὰ ἑξῆς. Σκοπητέον δὲ εἴτε ὁ ἐνταῦθα εὐώδης κάλαμος ὁ αὐτός ἐστι ταῖς παρὰ τῷ Γεωγράφῳ Ἰνδικαῖς καλάμοις, ἃς μελιτοποιεῖν ἐκεῖνός φησιν, εἴτε καὶ διαφέρει μάλιστα ἐκείνων οὗτος ὡς εὐώδης μὴ τοιούτων. Ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τὴν παλαιὰν ἱστορίαν, Ἀλέξανδρος διενοεῖτο μετὰ τὴν ἐξ Ἰνδῶν ἐπάνοδον βασίλειον ἑαυτοῦ τὴν Ἀραβίαν ποιῆσαι, καὶ ὅτι εἰσὶ καὶ Σκηνῖται Ἄραβες περὶ τὰ πέραν Εὐφράτου ἕως Κοίλης Συρίας.

939. Ὅτι ὁ Διονύσιος ἐπιτόμῳ ἐγκωμίῳ τὴν Ἀραβίαν σεμνύνας κατὰ τὸ προσεχὲς ἐπάγει μῦθον, ὅτι ὄντως ἐκεῖ Ζεὺς τὸν Διόνυσον ἐλύσατο παρὰ μηροῦ εὐραφέος· ἀφ' οὗ καὶ Εἰραφιώτης, ὡς προερρέθη, ἐκλήθη κατά τινας. Τοῦτο δὲ Ἀρριανὸς ἐπὶ Σαγγαρίῳ μυθοπλαστεῖ, λέγων ὅτι πρὸς ταῖς ὄχθαις τοῦ Σαγγαρίου ἔρρηξε τοὺς δεσμοὺς τοῦ Διὸς ὁ Διόνυσος ἤδη τρόφιμος ὤν. Ὁ δὲ Διονύσιος οἷς εἶπεν ἀκολούθως ἐπάγει γενεθλιακὴν διασκευὴν, λέγων, ὡς ἐν ἐκφράσει, οἷα εἰκὸς ἦν τότε τῷ τοιούτῳ τόκῳ ἐπισυμβῆναι. Πάντα γὰρ,

possit penultima præpositionis παρά, sicuti etiam apud Homerum (*Il.* ζ, 62) in illis verbis : αἴσιμα παρειπών.

929. Hoc item loco usurpavit ἑκάστη, *unaquæque*, pro ἑκατέρα, *utraque*, ubi de Persico et Arabico mari dicit : « Ventum sortitum est unumquodque mare, Arabicum zephyrum, Persicum eurum. » At enim rectum erat dicere ἑκατέρα θάλασσα, *utrumque mare*, nisi metrum prohibuisset.

933. Profusus admodum in laudes celebrandas Felicis Arabiæ, in ea diutius immoratur, et Arabes ἀβροβίους vocat, ut et paulo ante ὀλβίστους, et ipsam regionem dicit maximam, clarasque eam ait valdeque beatas gentes incolere. « Aliud quoque, inquit, magnum eximiumque miraculum sortita est. » Cujusmodi illud? Semper aromatis suaviter olet, vel myrrhâ vel odorato calamo vel divino beneque concocto thure, vel casia vel θύῳ, *thyo*, quod quidem genus esse aiunt arboris bene odoratæ ; quanquam alias θῦον generatim dicatur genus omne aromatis. Quapropter etiam ipse superiori jam versu dixerat κηώεσσα θύοις ὕπο, *fragrans aromatis*, h. e. suffimentis suaviter olentibus. Sciendum autem est τοῦ λιβάνου, *thuris*, arboris fructum dici apud veteres λιβανωτόν, *thus*, adeoque magna copia thus ibi provenire ut mille thuris talenta Arabes regi ultro attulerint. Nam, Herodoto teste (3, 88), non propter servitutem dicto audientes Persis erant, sed hospitali cum iis necessitudine conjuncti. Idemque etiam scribit in una solaque Arabia thus nasci et casiam et cinnamonum et ledanum, quod inquit, Arabes ladanum vocant.

936. Vide vero, ut cum genitivo casu construit τὸ ὄζει, *olet*, in his verbis : ὄδωδε θύου ἢ σμύρνης. Considerandum vero an qui hoc loco dicitur odoratus calamus, idem sit atque calami illi Indici, quos Geographus (*p.* 694) ait mel gignere, an vero hic calamus, veluti bene odoratus, ab illis differat ut qui non sint tales. Sciendum autem est ex antiqua historia Alexandrum post reditum ex India Arabiam regiam suam facere cogitasse, et Scenitas esse Arabes ultra Euphratem usque ad Cœlen Syriam.

939. Dionysius quum brevi præconio Arabiam proxime ante exornasset, fabulam subjicit de Baccho quem vere ibi Jupiter e femore εὐραφεῖ, *bene suto*, dissolverit, unde etiam Bacchus, ut dictum est supra, vocatus est secundum quosdam Εἰραφιώτης, *Eiraphiota*, quasi *Insutus*. Hoc autem Arrianus ad Sangarium factum comminiscitur, dicens ille ad Sangarii ripas Bacchum jam vitalem Jovis vincula perrupisse. Ceterum Dionysius in sequentibus apparatum subjungit natalitium, distincteque enarrat, quæ verisimile erat tunc in isto partu contigisse. Omnia enim, in-

om. *d*. ‖ — 3. καὶ et τοῦ om. *C*. ‖ — 6. ἑκάτερον *C*. ‖ — 7. ἐκώλυεν *y*. ‖ — 12. θαῦμα μέγα *CDL*, θ. μέγιστον *y*, ἔλαχε μέγα θαῦμα ἔξοχον *d*. ‖ — 13. λαρὸν om. *C*. ‖ — 17. ἔφη] εἶπε *d*. ‖ — 18. ἀτελοῦσιν *y*; εὐδία *d*; θυμίασον *d*. ‖ — 19. δ om. *D*; τοῦ om. *H*. ‖ — 24. δὲ καὶ αὐτὸς ὡς ἐν *d*. ‖ — 27. φασιν *y*; ληδᾶν *d*, λαύδανον *M*. ‖ — 28. δὲ om. *C*; πῶς *d*; γενικῶς *Hdlm*. ‖ — 30. εὐώδης ἐνταῦθα *d*; ἐστι καὶ ταῖς *d*; ταῖς om. *DL*. ‖ — 31. μελιττοπ. *d*. ‖ — 35. αὐτοῦ *d*. ‖ — 36. Σκηνῆται codd. ‖ — 38. δ om. *y*. ‖ — 41. ἐφ' οὗ *d*; προερρήθη pro more *M*. ‖ — 42. δ Ἀρρ. codd., exc. *Cy*; μυθοπλαστεῖ...Σαγγαρίου om. *d*. ‖ — 44. ἐκεῖ διέρρηξε *d*. ‖ — 45. εἶπεν *CHl*, om. *d*, εἶπον cett. ‖ — 47. ποτὲ *d*

φησίν, ἦσαν εὐώδη τηνικαῦτα, μῆλα δὲ λασίοις ἐβαρύνετο μαλλοῖς, αὐτομάτῳ δὲ κατέρρεον ὕδατι λίμναι, ὄρνιθες δὲ ἀοικήτων ἀπὸ νήσων, τῶν περὶ τὸ Ἐρυθραῖον τάχα πέλαγος, ἦλθον φύλλα φέρουσαι ἀκηρασίων κιναμώμων· καὶ πολὺς ὄλβος ἐπεχέθη τοῖς ἐκεῖ· διόπερ εἰσέτι νῦν λιβάνῳ μὲν κομῶσιν αἱ ἄρουραι, τὰ δὲ ὄρη χρυσῷ, οἱ δὲ ποταμοὶ θυηλαῖς, οἱ δὲ ἐνοικοῦντες μάλα πίονα δῆμον ἔχουσι, χρυσέοις πέπλοις ἀγαλλόμενοι μαλακοῖς. Λέγει δὲ καὶ ὅπως νεβρῖδά τε ἐτανύσατο κατωμαδίην ἢ ἐπωμαδίην ὁ Διόνυσος, καὶ κισσῷ ἐστέψατο, ἀκροχάλιξ δὲ οἴνῳ μειδιόων, οἷα φιλομειδὴς, καὶ αὐτὸς πλεκτοὺς ἀνεσείσατο θύρσους, ὃ ἔστι κλάδους τινὰς, οἳ καὶ αὐτοὶ Διονύσου φόρημα ἦσαν. Σημείωσαι δὲ ὅτι εἰπὼν ὁ Περιηγητὴς ἀπὸ ἀοικήτων νήσων ἄγεσθαι ὑπὸ ὀρνίθων τὸ κινάμωμον ἐμφαίνει καὶ αὐτὸς μὴ γινώσκεσθαι τὴν γῆν τὴν φέρουσαν τὸ κινάμωμον, ὥσπερ φησὶ καὶ Ἡρόδοτος. Ἐκεῖνος δὲ ἀφηγεῖται καὶ ὅπως οἱ μὲν ὄρνιθες τὰ κάρφη τοῦ κιναμώμου φέρουσιν εἰς τὰς οἰκείας νεοσσιὰς, καὶ πηλῷ προσπλάττουσιν ἐν ἀβάτοις κρημνοῖς· οἱ δὲ Ἄραβες κρέα μεγάλα προρρίπτουσι, καὶ οἱ ὄρνεις ἀνάγουσιν αὐτὰ, καὶ αἱ νεοσσιαὶ βαρύνονται, καὶ κάτω φέρονται, καὶ τὸ κινάμωμον συλλέγεται. Παρὰ δὲ Ἀριστοτέλει φαίνεται ὁμωνύμως τοῖς φερομένοις κάρφεσι λέγεσθαι κινάμωμα καὶ τὰ ὄρνεα τὰ φέροντα τὰ τοιαῦτα κάρφη, ἐξ ὧν καὶ τὰς νεοττιὰς αὐτὰ ποιοῦνται ἐν τόποις ἀβάτοις, ἃς οἱ ἐγχώριοι καταβάλλουσι μόλυβδον ὀϊστοῖς προσαρτῶντες καὶ τοξεύοντες, καὶ οὕτω συνάγουσιν ἐκ τοῦ φορυτοῦ, φησί, τὸ κινάμωμον. Τὸ δὲ ἐτάνυσε νεβρῖδα οὐκ ἀντὶ τοῦ ἐνεδύσατο νοητέον, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐφόρησεν, ἐξεκρέμασεν, ἤτοι ἐνήψατο. Ἐνάπτεσθαι δὲ καὶ καθάπτεσθαι λέγομεν τὰ μὴ ζώνῃ διαλαμβανόμενα, μηδὲ τὸ σῶμα ὅλον ἐνδύοντα, ἀλλὰ μέρος τι σκέποντα καὶ ἄφετα ἐξαρτώμενα, οἷον πήραν λεοντῆν ἢ παρδαλέην· Ἀρριανὸς δὲ καὶ διφθέρας καθάπτεσθαι λέγει. Οὕτω γοῦν καὶ νεβρῖδα, ὃ ἔστι δέρμα νεβροῦ, ἤτοι νεογνοῦ ἐλάφου πολύστικτον, ὁ Διόνυσιος ἐνάπτεται τοῖς ὤμοις. Ποιεῖ δὲ τοῦτο ἢ διὰ τὸ τῶν μεθυόντων πολύτροπον, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, οὗ σύμβολον τὸ πολύστικτον, ἢ διὰ τὸ τῶν σταφυλῶν πολύχροον, ἢ καὶ διὰ τὴν ἐκ τῆς μέθης ἀσθένειαν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ νεβρὸς ἀπόλεμον καὶ εἰς φυγὴν ἑτοιμότατον. Τὸ δὲ ἀπὸ κισσοῦ στεφάνωμα τὸ τοῦ οἴνου συμβολικῶς κισσητὸν ἤτοι ἐπιθυμητὸν αἰνίττεται, εἴγε τὸ κισσᾶν ἐπὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν τίθεται. Οἱ δὲ θύρσοι τὸ τῶν μεθυόντων ἕτοιμον εἰς πληγὰς ὑπεμφαίνουσι, πλεκτοὶ λεγόμενοι παρωνύμως τῇ τῶν διαμαχομένων συμπλοκῇ.

quit, bene odoribus fragrabant, oves densis velleribus onerabantur, scaturientibus sponte aquis lacus diffluebant et volucres folia deferentes sincerorum cinnamomorum venerunt ab insulis desertis (iis fortasse, quæ sunt in mari Erythræo), multa denique in incolas profusa est felicitas. Quare etiam nunc arva thure virent, montes auro abundant fluminaque suffimentis, incolæ vero pinguem admodum populum præstant, aureis mollibusque peplis gloriantes. Ad hæc narrat, ut Bacchus hinnulei pellem humeris injecerit et hedera se coronarit, et vino madidus subridens (veluti risus amans) ipse quoque quassaverit thyrsos h. e. ramos quosdam, qui et ipsi a Baccho gestabantur. Quoniam vero dicit Periegeta importari a volucribus cinnamomum ex insulis desertis, observa eum innuere ignotam esse regionem cinnamomiferam, sicuti Herodotus quoque (3, 111) docet. Ille namque narrat, ut volucres festucas cinnamomi ad nidos suos ferant, easque luto in rupibus inaccessis agglutinent; Arabes vero magna carnium frusta in illa loca projiciant, eaque frusta aves sursum ad nidos ferant, ipsique nidi eo pondere graventur atque ad terram decidant, et sic cinnamomum colligatur. Videntur tamen apud Aristotelem (*H. An.* 9, 13) eodem nomine quo apportatæ illæ festucæ cinnamomi vocari ipsæ etiam volucres quæ has istas festucas apportant, ex quibus suos eæ nidos in locis inaccessis construunt; hos porro nidos incolas, appenso ad sagittas plumbo, missisque sagittis dejicere, et sic ex congestitia illa materia, ut ait, cinnamomum colligere. Ceterum ἐτάνυσε νεβρῖδα, *extendit* s. *expandit hinnulei pellem*, non est accipiendum pro *induit*, sed pro *gestavit, suspendit* s. ἐνήψατο, *illigavit*. Ἐνάπτεσθαι autem et καθάπτεσθαι ea dicimus quæ non fascia constringuntur, neque toti corpori sunt indumento, sed partem quandam tegunt et libera suspenduntur, ut peram vel pellem leoninam s. pantherinam. Quin et Arrianus διφθέρας, *pelles* s. *exuvias pelliceas* dicit καθάπτεσθαι, *alligari* s. *appendi*. Sic igitur et νεβρῖδα, h. e. pellem νεβροῦ, *hinnulei*, cervi nimirum recens nati, multis maculis distinctam, Bacchus humeris ἐνάπτεται, *illigat*. Idque facit vel propter multiplices motus ebriorum, ut supra jam diximus, quam varietatem significat multitudo macularum, vel propter varios colores uvarum, vel propter imbecillitatem consequentem ex ebrietate; nam hinnuleus animal est imbelle atque ad fugam paratissimum. At vero corona hederacea symbolice innuit τὸ κισσητόν, sive vim vini ad concupiscendum impellentem, siquidem κισσᾶν valet concupiscere. Thyrsi vero indicant ebriorum promptas manus ad plagas inferendas, quippe qui πλεκτοί, *plexi*, appellentur relato hoc verbo ad τὴν συμπλοκήν, ad manus consertas prœliantium.

2. αὐτομάτως *DLy*; δὲ om. *y*. || — 5. ἀπεχέθη add. *CHdy*, ἀπεχύθη *m*. || — 9. ὅπη *DL*. || — 10. κατωμιδίην ἢ ἐπωμιδίην *C*. || — 11. δὲ om. *d*. || — 12. ἐνεσ. *y*. || — 17. ὡς *d*. καὶ om. *d*; ἠγεῖται *y*. || — 18. ὅτι οἱ *DL*. || — 19. νεοσσιὰς πήλῳ προσπλάττοντες v. l. R. Steph.; πηλῷ *CHdm*, πηλὸν cett. || — 21. ὄρνιθες *d*. || — 23. καταφέρονται *d*; κιννάμωμον *U*. || — 26. αὐτῶν *d*. || — 27. μόλιβδον *d*. || — 29. φορητοῦ *H*; φασὶ *C*. || — 31. ἤτοι om. *d*. || — 34. σκέπτοντα *d*. || — 35. ἢ om. *CHy*. Legi velim πήραν ἢ λ., nisi fort. fuit οἷόνπερ δορὰν λεοντ. || — 37. πολύστικτον ... πολύτροπον om. *d*. || — 41. καὶ post ἢ om. *DHLdy*. || — 42. καὶ post γὰρ om. *d*. || — 47. τῶν μαχομένων διαπλοχῇ *d*. || — 48. ὁ ante τῷ om. *y*.

Ἀκροχάλιξ δὲ οἴνῳ ὁ ἄκρως κεχαλασμένος, ἢ ὁ τῷ ἀκράτῳ χαλασθεὶς τοῦ φρονεῖν, ὁποῖόν τι καὶ ὁ χαλίφρων παρὰ τῷ Ποιητῇ, ἢ ὁ ὀρθοῦσθαι μὴ ἔχων, ἀλλὰ κάτω χαλώμενος, ὁποῖοι οἱ ἔξοινοι. Τοῦ δὲ κιναμώμου τὴν βλάστην (φρύγανον δέ, ὥς φησιν ὁ Πορφύριος, ἐστὶν Ἀραβικόν) ὁμοίαν φασὶν εἶναι ἀμπέλῳ, οὗπερ ὁ ὀσφραινόμενος κλαυθμυρίζεται ὑφ' ἡδονῆς· φιλοῦσι δὲ αὐτὸ αἱ κατὰ χώραν αἶγες. Διὸ καὶ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν λίαν φιλίως πρός τι διακειμένων, « ἡ αἶξ τὸ κινάμωμον. » Ἰστέον δὲ ὅτι ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀράβων ἔθνους, μὴ πάνυ ὡς ἔοικεν εὐδοκιμούντων τὰ εἰς ᾠδὴν, πεπαροιμίασται τὸ « Ἀράβιος αὐλητής », ὃς κατὰ τὴν παροιμίαν δραχμῆς μὲν ηὔλει, τεττάρων δ' ἐπαύετο. Λέγεται δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων καὶ ἀδολεσχούντων, καὶ μόλις παυομένων τοῦ πολυλογεῖν, ἢ ἐπὶ τῶν ἀμούσων καὶ βαρβάρων ἐν τῷ αὐλεῖν.

954. Ὅτι Ἀράβων πρῶτοι ὑπὲρ κλιτὺν Λιβάνου, τουτέστι πρὸς νότον τοῦ Λιβάνου, ἀφνειοὶ Ναβαταῖοι, ἀπό τινος Ναβάτου καλούμενοι. Ναβάτης δὲ, φασὶν, Ἀραβιστὶ ὁ ἐκ μοιχείας γενόμενος. Μετὰ δὲ Ναβαταίους Χαβλάσιοι καὶ Ἀγρέες, οὓς ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας Ἀγραίους λέγει. Μεθ' οὓς ἡ Χάτραμις γῆ, κατὰ δὲ ἄλλους Χατραμῖτις, κατέναντι Περσίδος γῆς. Καμηλοκόμοι δὲ καὶ οὗτοι, καὶ οἱ περὶ τὸ πλευρὸν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κείμενοι Σάβαι, ὅπου καὶ οἱ Μινναῖοι, ἔθνος καὶ αὐτὸ παράλιον. Τοὺς δὲ Σάβας καὶ Σαβαίους ἄλλοι φασὶ λέγοντες ὅτι Ναβαταῖοι καὶ Σαβαῖοι τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν νέμονται, καὶ ὅτι εὐδαιμονεστάτη ἐστὶν ἡ τῶν Σαβαίων γῆ ἔθνους μεγίστου, παρ' οἷς καὶ σμύρνα καὶ λίβανος καὶ κινάμωμον καὶ βάλσαμον. Καὶ ὅτι τεσσάρων ἐθνῶν μεγίστων κατοικούντων τὴν Ἀραβίαν ἓν ἐκεῖσέ ἐστι καὶ τὸ τῶν Μινναίων πρὸς Ἐρυθρὰν, ὧν πόλις μεγίστη Κάρνα· ἐχόμενοι δὲ Σαβαῖοι. Ἡ δὲ Ναβαταία χώρα πολύανδρος, φασὶ, καὶ εὔβοτος. Μητρόπολις δὲ Ναβαταίων ἡ Πέτρα. Λέγονται δὲ καὶ σώφρονες οἱ Ναβαταῖοι καὶ κτητικοὶ, ὥστε ὁ μὲν τὴν οὐσίαν μειώσας δημοσίᾳ ζημιοῦται, τῷ δὲ αὐξήσαντι κεῖνται τιμαί. Εἰσὶ δὲ καὶ ὀλιγόδουλοι, καὶ διακονοῦνται τὸ πλέον ὑπὸ συγγενῶν, καί εἰσιν αὐτοδιάκονοι καὶ ἀντιδιάκονοι. Ὁ δὲ τῶν Ἐθνικῶν ἀναγραφεὺς λέγει ὅτι καὶ Δαχαρηνοὶ τὸ τοιοῦτον ἔθνος ἐκλήθη, ὃ ἔστιν ἀρσενικοί.

963. Ὅτι ἀντιπέραν τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας πρὸς ζέφυρον λυπρὸν οὖδας Ἐρεμβῶν, ἤτοι τῶν ἐν ἀρχῇ

Ἀκροχάλιξ οἴνῳ est ὁ ἄκρως κεχαλασμένος, *summe laxatus*, vel ὁ τῷ ἀκράτῳ χαλασθεὶς τοῦ φρονεῖν, *qui propter merum mente est laxata*, qualis fere etiam ὁ χαλίφρων, *is qui mente laxata est*, apud Poetam (*Od.* δ', 371), vel qui non potest rectus consistere, sed deorsum versus χαλᾶται, *dejicitur*, quales ii qui vino expleti sunt. Cinnamomi autem germen (cremium, ut ait Porphyrius, est Arabicum) simile esse perhibent viti, quod qui olfacit, lacrymas hic fundit præ voluptate. In deliciis id est regionis illius capris Quocirca etiam adagium de iis qui permagno ad aliquid amore afficiuntur : « *Capra cinnamomum.* » Sciendum etiam est, a gente illa Arabum, quippe qui, canendi arte haud magnam sibi famam paraverant, in proverbii usum venisse illud *Arabius tibicen*, qui ut est in proverbio, « *drachma canens una, obticebat quatuor.* » Usurpatur autem hoc proverbium de iis qui verbosi perpetuo sunt atque garruli, et posteaquam multum verborum profuderunt, vix finem loquendi faciunt, vel de iis qui agrestes et barbari sunt in cantu tibiæ.

954. Arabum primi ultra declivitatem Libani, h. e. qua Libanus ad austrum spectat, divites Nabatæi a Nabata quodam appellati. Nabates vero Arabice idem esse dicitur atque natus ex adulterio. Post Nabatæos Chablasii et Agreenses, quos Ethnicorum sciiptor (v. Ἀγραῖοι) vocat Agræos; post quos Chatramis regio, sive, ut ab aliis vocata est, Chatramitis, e regione Persidis. Curam hi camelorum gerunt, quique ad Erythræi maris latus siti sunt Sabæ; ubi etiam Minnæi, gens et ipsa maritima. Sabas autem alii etiam vocant Sabæos, quo loco tradunt Nabatæos et Sabæos Arabiam Felicem incolere, et beatissimam esse regionem Sabæorum, gentis maximæ : apud quos et myrrha et thus et cinnamomum et balsamum. Quumque quatuor gentes maximæ Arabiam incolant, harum unam illic esse gentem Minnæorum ad Erythræum, quorum urbs maxima Carna, proximos autem esse Sabæos. Nabatæam porro regionem populis frequentem esse aiunt pascuisque abundantem; metropolin autem Nabatæorum Petram. Feruntur Nabatæi temperantes esse atque moderati, censuique augendo dediti, adeo ut, qui rem familiarem atterat, publice in eum animadvertatur; ei vero qui rem familiarem auxerit, honores sint constituti. Præterea servitia habent perpauca, et consanguineis plerumque ministris utuntur, suntque ipsi sibi famuli, ac vicissim inter se famulorum officio funguntur (*E Strab. p.* 780. 784). Is vero, qui Ethnica conscripsit, testatur (v. Να6.) hanc gentem Dacharenos vocatos fuisse, h. e masculinos.

963. Ex adverso Arabiæ Felicis ad zephyrum miserum solum Eremborum, nimirum Troglodytarum,

---

2. ὁ add. *dy*. ‖ — 5. ἐστὶ om. *Y*. ‖ — 6. ὀσφρώμενος *y*; κλαυθμυρίζει *DLy*. ‖ — 7. δὲ] γὰρ *γ*. ‖ — 8. λίαν... λέγεται δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν om. *C*; λίαν] ἄγαν προσδιακειμένων *d*. ‖ — 11. τὸ] τὸ δὲ *y*. De re v. Steph. Ἀραβία, unde sua habet Eustathius. ‖ — 12. ηὔχει *d*. om. *DL*; δὲ *Y*. ‖ — 15. τῶν om. *y*. ‖ — 17. κλιτὴν *d*. ‖ — 19. Ναυάτου *F*; Ναύατος *F'*, Νάβατος *DLy*, Ναβαο *D*; φησιν *CDL*. ‖ — 20. ὡς ἐκ *d*. ‖ — 21. Χαβρούσιοι *L*. Vid. Steph. v. Ἀγραῖοι. ‖ — 22. Χάτραμος *L*, Χήτραμις vett. edd. ‖ — 24 περὶ om. *L*; τῆς θαλάσσης τῆς Ἐρυθρᾶς *d*. ‖ — 26. καὶ αὐτοὶ *CL*. ‖ — 27. φασὶν ἄλλοι *d*. ‖ — 32. ἐκεῖσε *Cy*, ἐκεῖ cett. ‖ — 34 οἱ δὲ Ναβαταῖοι *L*. ‖ — 35. φασὶ] φησὶ *C*, ἐστιν *L*. ‖ — 36. καὶ om. *CKLMY*. ‖ — 38. ζημειώσας *C*, σημειώσας *γ*. ‖ — 40. ὁ δὲ...ἀρσενικοί om. *C*; ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας *d*; Χαλδαρινοί *d*. ‖ — 43. πέραν *N*. ‖ — 44. λυπηρόν *H*; λυπηρῶν vulgo

τοῦ βιβλίου ῥηθέντων Τρωγλοδυτῶν· οἳ, φησὶν, οὐχ ὡς οἱ ἀντιπαρακείμενοι ἀβρόβιοι Ἄραβες ζῶσιν, ἀλλὰ τὸν βίον ὑπὸ πέτραις κατωρυχέεσι, μᾶλλον δὲ καταρρωγέσι, τίθενται, γυμνοὶ καὶ κτεάνων ἐπιδεεῖς καὶ αὐαλέοι τὸν χρῶτα, διὰ τὸ καύματι θάλπεσθαι, οἷα θῆρες ἀλώμενοι, ἄλγεα ἔχοντες. Καὶ ἐπάγει γνωμικόν « οὐ γὰρ ἐν ὄλβῳ ἴσην μοῖραν ἐν ἀνδράσι θήκατο θεός· » ὅπερ ὅμοιόν ἐστι τῷ « οὐ πᾶσι πάντα δέδωκε θεός. »

970. Ὅτι πρὸς αὐγὰς τοῦ Λιβάνου ὡς πρὸς Μεσοποταμίαν ἡ ἑτέρα Συρία μηκύνεται, ἤγουν ἡ παρὰ τὴν Κοίλην Συρίαν ἑλκομένη καὶ μέχρι Σινώπης, ἣν ἁλίκλυστον λέγει διὰ τὸ χερρόνησον εἶναι· ἐφ' ἧς ἑτέρας ταύτης Συρίας οἱ Καππαδόκαι μεσήπειροι, οὓς προπαροξυτόνως Καππάδοκας ὁ Γεωγράφος λέγει, ὡς ἀπὸ εὐθείας τῆς ὁ Καππάδοξ· οἳ, ὡς προϊστόρηται, καὶ Λευκόσυροι λέγονται πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἑτέρων μελαγχρόων Σύρων. Ὁ δὲ Διονύσιος τοὺς Καππαδόκας καὶ ἐπιστήμονας ἱπποσύνης φησὶν, ὃς καὶ τοὺς ἁλὸς ἄγχι τῆς τοῦ Εὐξείνου παρὰ τὸν Θερμώδοντα οὐ Σύρους, ἀλλὰ Ἀσσυρίους φησὶν, ὡς καὶ ἐν τοῖς περὶ Σινώπης προγέγραπται. Καὶ ὅρα ὅτι ἐνταῦθα σαφέστατα ὁ Διονύσιος ἐφάνη δύο δοξάζων Συρίας, ὧν τρίτην ἑτερώνυμον ἔχει τὴν Ἀσσυρίαν, ἣν, ὡς ἔκ τε τῶν προλαβόντων ἐδηλώθη καὶ ὡς ἐκ τῶν ἄρτι λεχθέντων φαίνεται, μετὰ τοὺς Χάλυβας εἶναι ἱστορεῖ, καὶ ἐμπεριγράφει αὐτὴν περὶ τὴν θάλασσαν τοῦ Εὐξείνου πόντου παρὰ τὸ στόμα τοῦ Θερμώδοντος. Ὡς εἶναι κατ' αὐτὸν μίαν μὲν Συρίαν τὴν Κοίλην, ὑπερεκπίπτουσαν πρὸς νότον καὶ ἕως Ἀραβίας, ὡς καὶ αὐτὸς ἱστόρησεν, ἧς μέρος καὶ ἡ παραλία Φοινίκη κατὰ τὸν αὐτὸν Διονύσιον, εἰπόντα ὅτι τῶν Σύρων οἱ μὲν ἐν ἠπείρῳ, οἱ δὲ ἁλὸς ἐγγὺς, ἐπωνυμίην Φοίνικες, ἑτέραν δὲ δευτέραν Συρίαν, τὴν ὑπὲρ Λίβανον ἕως Σινώπης, περὶ ἣν μέσην οἱ Καππαδόκαι· τρίτους δ' ἐκεῖθεν περὶ τὴν τοῦ Εὐξείνου θάλασσαν κεῖσθαι τοὺς Ἀσσυρίους. Φησὶ γάρ « Ἀσσύριοι ἁλὸς ἄγχι παρὰ στόμα Θερμώδοντος. » Εἰ μὴ ἄρα τις καὶ τούτους Σύρους βούλεται λέγειν, ἀδιάφορον ἡγούμενος τὸ τῶν Ἀσσυρίων καὶ Σύρων ὄνομα κατά τινας. Ὅτι δὲ περὶ Ἀσσυρίων ἄλλοις ἄλλα ἱστόρηται, ἱκανῶς ἀλλαχοῦ προείρηται· καὶ ὅτι δὲ ὑπό τινων εἰς πλείους μοίρας ἡ Συρία διῃρεῖτο, προεγράφη καὶ αὐτὸ ἐν τοῖς περὶ τῆς Κομμαγηνῆς χώρας. Ἄλλοι δὲ εἰς τρία διῄρουν αὐτὴν, Κοιλοσύρους καὶ Σύρους καὶ Φοίνικας. Καὶ

§ 14. — 2. ἀπὸ] ἀφ' Ἡρώων editt. ‖ — πόλεως] ποταμοῦ *BCDEH*. ‖ — 3. θήρας ⌈θύρας *ABCDE*. θ'] Sic etiam Eratosthenes apud Strab. p. 768, ex quo etiam quæ mox leguntur de sinus latere Arabico et de Arabiæ longitudine, petita sunt; neque minus certum est ejusdem Eratosthenis rationes auctorem nostrum secutum esse in oræ mensuris quæ a Ptolemaide Epitheras usque ad oceanum pertinent, verba autem quæ huc faciunt in codd. turbata esse. Etenim in codd. et editt. post vocem μῆκος ita legitur: Τὸ δὲ κατὰ Δειρὴν (Δίρην *BCD*, Δείρην *H* et editt.) στενὰ σταδίων ξ'· ἔνθεν ἑξῆς πλοῦς σταδίων ,ςφ', τὸ δὲ λοιπὸν οὐ πλεῖται παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἕως ὠκεανοῦ σταδίων ,ε (sic *A*, ,ς *BCD*, ,η *EH* et editt.). Quæ in ordinem redegi, collato Eratosthene ap. Strab. l. l.: Τὸ δὲ κατὰ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, ὅπερ ἐστὶν ἐν δεξιᾷ ἀποπλέουσιν ἀπὸ Ἡρώων πόλεως, μέχρι μὲν Πτολεμαΐδος καὶ τῆς τῶν ἐλεφάντων θήρας, ἐννακισχίλιοι πρὸς μεσημβρίαν στάδιοι καὶ μικρὸν ἐπὶ τὴν ἕω· ἐντεῦθεν δὲ μέχρι τῶν στενῶν, ὡς τετρακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι πρὸς τὴν ἕω μᾶλλον ... Τὰ δὲ κατὰ τὴν Δειρὴν στενὰ συνάγεται εἰς σταδίους ἑξήκοντα ... Ὁ

ἑξῆς πλοῦς ἐστιν ἐγκολπίζουσι παρὰ τὴν σμυρνοφόρον ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἅμα καὶ τὴν ἕω μέχρι πρὸς τὴν τὸ κινναμωμον φέρουσαν, ὅσον πεντακισχιλίων σταδίων. Πέρα δὲ ταύτης οὐδένα ἀφῖχθαί φασι μέχρι νῦν. ‖ — 8. ἀπ'] ἀπὸ *BDE*; Αἰλανίτου *ABC*, Αἰλανίου τοῦ *D*, Ἐλανίτου editt. ‖ — 9. μυρίων] μυριάδων codd et editt. 14000 illa stadia Eratosthenes notata repperit ab Anaxicrate et Alexandro illo, qui maris Erythræi periplum scripsit. V. Strabo p. 768 (654, 26 Did.). Cf. idem p. 653, 32 Did.: Ἡ Εὐδαίμων (Ἀραβία) ἐστὶν ἐπὶ μυρίους καὶ δισχιλίους ἐκκειμένη σταδίους.

§ 15. Quæ sequuntur de terræ longitudine ex Artemidoro petita esse docemur loco Plinii 2, 112, § 242: *Pars nostra terrarum, de qua memoro, ambienti oceano velut innatans, longissime ad occasum patet, hoc est ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas* $\overline{LXXXV}$. *LXVIII mill. pass.* (68544 stadia), *ut Artemidoro auctori placet, ut vero Isidoro,* $\overline{XCVIII}$ *et XVIII M. Artemidorus adjicit amplius a Gadibus circuitu Sacri promontori ad promontorium Artabrum, quo longissime frons procurrat Hispaniæ, DCCCXCI* (7928 stad.) *Id mensuræ currit duplici via. A Gange amne ostioque ejus, quo se in Eoum oceanum effundit, per Indiam Parthyenenque ad Myriandrum urbem Syriæ in Issico sinu positam* $\overline{LII}$. *XV M. pass.* (41720 stad.), *inde proxuma navigatione Cyprum insulam, Patara Lyciæ, Rhodum, Astypalæam in Carpathio mari insulas, Laconicæ Tænarum, Lilybæum Siciliæ, Caralim Sardiniæ viciens et semel CIII M. pass.* (16824 stad.), *deinde Gadis duodeciens CL M. pass.* (10000 stad.), *quæ mensura universa ab eo mari efficit* $\overline{LXXXV}$. *LXVIII M. pass.* (68544 stad.). ηφμέ] ηφμθ' (8549) codd.; em. Hoffmann. ex ipso Agathemero qui in sequentibus a Gange ad Myriandrum 41725, hinc usque ad Gades 26820 stadia computat, unde summa colligitur stadio-

16. Ἀπὸ δὲ Μυριάνδρου ἐπὶ Γάδειρα σταδίων δισμυρίων ,ϛωχ', οὕτως· ἀπὸ Μυριάνδρου ἐπὶ Κλεῖδας Κύπρου στάδια ,αυ'· ἐπὶ Ἀκάμαντα τὸ ἀκρωτήριον στάδια ,ατ'· ἐπὶ δὲ Χελιδονίας διὰ Παμφυλίου πελάγους στάδια ,ατ'· εἰς Πάταρα στάδια ω'· (ὡς) εἰς Ῥόδον στάδια ψ'· εἰς Ἀστυπάλαιαν διὰ Καρπαθίου στάδια ϡμ'· ἐπὶ Ταίναρον στάδια ,αυν'· ἐπὶ Πάχυνον Σικελίας στάδια ,δχ'· ἐπὶ Λιλύβαιον διὰ Λιβυκοῦ πελάγους στάδια ,αφκ'· ἐπὶ Κάραλιν Σαρδοῦς διὰ Τυρσηνικοῦ πελάγους στάδια ,βω'· ἐπὶ Γάδειρα ὑπερπλεύσαντι Γυμνησίας νήσους στάδια μύρια· ἀπὸ Γαδείρων δὲ διὰ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου ἐπὶ Ἀρτάβρων λιμένα στάδιοι ,ζϡλϐ'. Ὁμοῦ γίνονται μυριάδες ζ' καὶ ,ϛυοζ'.

16. A Myriandro usque ad Gades stadia 26820, hoc modo : a Myriandro ad Cypri Clides stadia 1400; inde ad promontorium Acamantem stadia 1300; hinc in Chelidonias per mare Pamphylium stadia 1300; tum ad Patara 800; dein in Rhodum 700; ad Astypalæam per Carpathium mare stadia 940; ad Tænarum stadia 1450; ad Pachynum Siciliæ 3600; ad Lilybæum per mare Libycum stadia 1520; ad Caralin Sardiniæ per mare Tyrrhenum stadia 2800; ad Gades præternaviganti insulas Gymnesias 10000 stadiorum cursus; Gadibus præter Sacrum promontorium ad Artabrorum portum stadia 7932. Ita fiunt in universum 76477 stadia.

17. Καὶ ἄλλως· ἀπὸ Γάγγου ἕως Εὐφράτου ποταμοῦ μυριάδες δ' καὶ ,ατν'· ἀπὸ Εὐφράτου εἰς Μάζακα Καππαδοκῶν στάδια ,αϡν'· ἀπὸ δὲ Μαζάκων διὰ Φρυγίας τῆς παρωρείας καὶ μεγάλης [καὶ] Καρίας ἕως Ἐφέσου

17. Alia via : a Gange ad Euphratem amnem stadia 41350; ab Euphrate ad Cappadocum Mazaca stadia 1950; a Mazacis vero per Phrygiam Submontanam et Magnam et per Cariam usque ad Ephesum 3990.

---

rum 68545. Cf. Plinius l. l. ‖ — 15. μυριάδων δ'] μυρ. ϛ' cod. Chiffl. ‖ — 16. μυρίων ,ϛ] Eodem modo Eratosthenes apud Strab. p. 64 : τὸ μὲν τῆς Ἰνδικῆς μέχρι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ στενότατον σταδίων μυρίων ἑξακισχιλίων (τὸ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀκρωτήρια τεῖνον τρισχιλίοις εἶναι μεῖζον). Qui quidem stadiorum numerus ita colligebatur ut ab Indo ad Palibothra 10000 stadia, hinc ad Gangis ostia 6000 stadia numerarentur. Plinius VI, 23, § 70 : *Artemidorus inter duos amnes* (Gangem et Indum) *XXI M. p.* (16800 stad.) *interesse tradit*, ubi legendum XX M. p., monente Hoffmanno. ‖ — 17. μυρίων ,ετ'] Tot etiam Eratosthenes ap. Strabon. p. 723 prodit ab Indo ad pylas Caspias, si quis viam fecerit per Ortospana et Prophthasiam et Alexandriam Ariæ; lineam rectam nonnisi 14000 stadiorum esse censet. ‖ — 18. μυρίων ν'] μυρίων Eratosthen. ap. Strab. p. 64. ‖ — 19. τοε'] Apud Strabonem legitur p. 749 (p. 637, 45 Did.) : στάδιοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τοῦ ζεύγματος τοῦ κατὰ Κομμαγηνὴν οὐκ ἐλάττους τῶν [χιλίων καὶ] τετρακοσίων, ubi χιλίων καὶ inserüerunt viri docti, ut ad verum propius numerus accederet, conferentes etiam Plinium 5, 13 § 67 : *A Seleucia Pieria ad oppidum in Euphrate Zeugma CLXXV M. p.* (1400 stad.). Reapse a sinu Issico ad Zeugma sunt linea recta stadia mille et paullo amplius. Attamen apud Agathemerum nihil esse mutandum e reliqua computandi ratione intelligitur; quare etiam apud Strabonem codicum lectionem intactam relinquendam esse recte monet Hoffmannus. Quamquam vitium antiquum numero τοε', subesse suspicari licet ortumque esse ex ϡοέ, quum ϡ' persæpe in τ' depravetur. Sed reputandum est in sqq. a Myriandro ad Clides Cypri, quum reapse sint 900 fere stadia, computari 1400 stadia, adeo ut auctor noster sinum Issicum justo longius versus ortum extendisse; eaque de causa Myriandrum Euphrati justo propiorem fecisse videatur.

§ 16. — 3. ,αυ'] Numerus justo major. Sunt 900 fere stadia. ἐπὶ Ἀκάμαντα ... ,ατ'] Pro ,ατ' in *ABDE* G legitur γτ'; 1400 stadia sec. Strabon. p. 682. Cum Agathemero facit Artemidorus ap. Plinium 5, § 129 : *Longitudinem* (Cypri) *inter duo promontoria Didas* (sic cod *A*; Dinas ex *RD* ed. Sillig.; at leg. *Clidas*); *et Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus CLXX. D* (1300 stad.), *Timosthenes CC* (1600 stad.). ‖ — 4. ἐπὶ δὲ Χελιδονίας... ,ατ'] ,αψ' *B*; ,αϡ' (1900) sec. Strabon. p. 682; ,αω' (1800) Stadiasm. M. § 233 (tom. 1, p. 491); ,α (1000) Marinus ap. Ptolem. 1, 15., satis recte. — ‖ 5. ὡς fort. ex antecedente ω' ortum est. ‖ — 6. ψ] sic etiam Strabo p. 252. ‖ — 7. ϡμ'] ρμ' codd.; em. Hoffmann. Strabo p. 489 a Chalcia insula juxta Rhodum sita usque ad Astypalæam exputat stadia 800. ‖ — 8. ,δχ'] ,δ codd.; em. Hoffm. e Strabon. p. 363 et p. 267, ubi laudatur Artemidorus. ‖ — 9. ,αφκ'] ,αφλ' scr. Hoffmannus, ut summa stadiorum 26820 colligeretur; at decem illa stadia, quæ ad explendam istam summam desiderantur, num hoc loco an alibi addenda sint, sciri nequit. Pro 1520 stadiis Posidonius apud Strabon. p. 265 habet 1550, Timosthenes ap. Plin. 3, 14 stadia 1600. ‖ — 10. βω'] 1520 stad. recte Plinius 3, 14. Noster numerus e veterum geographorum opinionibus pendet. ὑπερπλεύσαντι] παραπλ.? ‖ — 12. ἐπὶ Ἀρτ. λιμένα] καὶ Ἀρτ. λιμένος codd., nisi quod καὶ om. *E*; em. Hoffm. — 13. ,ζϡλϐ'] ,ζτλϐ, codd. Deinde pro ,ϡυοζ' codices habent ,βυοζ'. Hoffmannus posteriorem codicum numerum servans in antecc. scripsit ,γϡλβ'. Apud Plinium Martianus legit : 991 *m. p.* (7928 stad); codex *A* Silligii habet 990 *m. p.* (7920 stad), quæ cum lenissima nostri numeri ζτλϐ' mutatione conciliari possunt. Silligius ex aliis codd. Plinii scripsit 890 *m. p.*, perperam; recte vero respuit Harduini conjecturam, qui 491 *m. p.* intulit, quamvis is numerus vero proximus sit. γίνονται] γίγνονται var. lect.

§ 17. — 15. μυριάδων δ' καὶ ,ατν'] Totidem stadia etiam in § 15 a Gange usque ad Euphratem (i. e. usque ad Zeugma Euphratis) supputantur; nostro loco ea Euphratis pars intelligenda est, cui adjacet Tomisa castellum, uti patet e Strabone p. 664 (566, 30 Did.), qui postquam ex Artemidoro retulit quæ sit viæ lon-

στάδια ,γπζ'. Ὁμοῦ ἀπὸ Γάγγου εἰς Ἔφεσον σταδίων μυριάδες δ' καὶ ,ζσζ'· ἀπὸ δὲ Ἐφέσου εἰς Δῆλον διὰ τοῦ Αἰγαίου στάδια ,αχ'· ἐπὶ Ἰσθμὸν στάδια ,αψ'· ἀπ' Ἰσθμοῦ διὰ Κορινθίου κόλπου εἰς Πάτρας στάδια ψκ'· ἐπὶ Λευκάδα στάδια ψ'· ἐπὶ Κόρκυραν στάδια ψ'· ἐπ' Ἀκροκεραύνια ὄρη στάδια χξ'· ἐπὶ Βρεντέσιον στάδια ψ'· ἀπὸ Βρεντεσίου πεζῇ ὁδεύοντι ἕως Ῥώμης στάδια ,βωπ'· ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἕως Σκιγγομάγου ὑπὸ ταῖς Ἄλπεσιν οὔσης στάδια ,δρνβ'· εἶτα διὰ Κελτικῆς ἕως πόλεως Ἰλλιβίρρεως [στάδια ,γψμζ'·

Ita colliguntur a Gange ad Ephesum stadia 47290. Ab Epheso per Ægæum mare ad Delum sunt stadia 1600; hinc ad Isthmum sunt 1700 stadia; ab Isthmo per sinum Corinthiacum ad Patras stadia 720; inde ad Leucadem 700; hinc in Corcyram tantundem; hinc ad Acroceraunios montes stadia 660; inde ad Brundusium 700; inde terrestri itinere Romam proficiscenti sunt stadia 2880; hinc ad Alpes et Scingomagum, sub ipsis Alpibus positum, stadia sunt 4152; inde per Galliam ad oppidum Illibirrim numerantur

---

gitudo ab Epheso ad Euphratem et Tomisa, subjicit: τὰ δ' ἐπ' εὐθείας τούτοις μέχρι τῆς Ἰνδικῆς τὰ αὐτὰ κεῖται καὶ παρὰ τῷ Ἀρτεμιδώρῳ καὶ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει. Attamen Eratosthenes sec. Strabon. a Gangis ostio ad Euphratem computavit stadia 40000, dum ex nostris Artemidori numeris conficiuntur stadia 41350. Concinit numerus 5169 m. p. (41352 stad.), quem in Plinio 3, 112 § 244 præbet vetustissimus codex Leidensis, qui Silligio est codex *A*. ‖ — 16. Καππαδοκῶν codd. mei omnes, Καππαδόκων editt. ‖ — ,αϑν'] ,δρν' *ABCDEF*; ,βφν' editt., fortassis e codice Chiffletiano. Apud Plinium codices habent 244 *m. p.* (1952 stad.), quod Harduinus, quem ceteri editores secuti sunt, mutavit in 319 *m. p.* (2552 stad.), ut Plinium cum Agathemero conciliaret. At Agathemerus potius e Plinio emendandus erat; nam Plinii numerus ad verum proxime accedit, si quidem a Mazącis ad Euphratem linea recta ducitur stadiorum circiter 1720, quod locorum intervallum notatur etiam in tabulis Ptolemæi. Justo minores numeros affert Strabo, qui p. 664 (566, 30 Did.) a Mazacis usque ad Tomisa, castellum Euphrati appositum, secundum Artemidorum 1440 stadia esse dicit, atque p. 539 (462, 15) a Mazacis ad Euphratem minus esse censet stadiis 1600. ‖ — 17. παρωρείας] παρορίας codd. et editt. Deinde inserui καὶ. ‖ — 1. ,γϑπ' 3990; codices mei γτλ'; editiones ,γτκ', in quibus τ, ut passim, ortum est ex ϑ. Concinit Plinius, cujus codex optimus *A* habet 499 *m. p.* (3992 stadia); in aliis codd. notæ melioris legitur 498 *m. p.* Harduinus et Silligius pro 499 dederunt 415 m. p. (3320 stad.), corruptum in Agathemeri editionibus numerum etiam in Pliniana inferentes. Stadia 3990 veram distantiarum rationem reddunt satis exacte, siquidem linea recta a Mazacis usque ad Ephesum pertinens est fere stadiorum 3800. Strabo l. l. ab Epheso ad Carura numerat stadia 740, hinc ad Holmos 920, hinc ad Tyriæum 500 et paullo plus, hinc ad Coropassum 840, hinc ad Gasaura 120, hinc ad Mazaca 620: ex quibus conficiuntur stadia 3740, quæ summa justo minor est. Fieri potest ut unus alterve numerus corruptus sit. ‖ — 2. μυριάδων δ' καὶ, ζσζ'] sic recte codd. mei, nisi quod pro ζ in *AE* scriptum est ρ. In editt. pro ζ' legitur κ'. ‖ — 3. ,αχ'] 200 m. p. Plinius. ‖ — ,αψ'] Eodem modo Plinius, 212500 passus computans. ‖ — 4. διὰ Κορινθιακοῦ *E*. ‖ — ψκ'] ψζ' *E*, ψη' *D*; idem ψη' supra ψκ', scriptum est in *A*. Stadia 720 e Plinio quoque 4, 5, § 11 colliguntur, ubi isthmi latitudinem 5 m. p. esse ait, ab isthmo autem Patras 85 m. p. numerat. Verum eo loco quo Artemidori computum Plinius exponit (2, 112 § 244), ab isthmo usque ad Patras in codd. scribitur esse *CCII. D*, quod in *XCM* mutavit Harduinus, probante Silligio, quamquam ea mutatio probabilitatis specie caret. Codicum scriptura suadet ut Plinium dedisse putemus *XCII. D.* (740 stad.), et in Artemidori codice legisse ψμ', quod quidem tanto facilius fieri potuit, quo sæpius literæ κ et η et μ inter se permutantur. De distantiis inter Patras et Leucadem et Corcyram cum Agathemero faciunt Plinius l. l. et Strabo p. 125. ‖ — 6. χξ'] sic codd.; ,αξ' (1060) scripserunt editores inde a Tennulio, quia apud Plinium legitur a Corcyra ad Acroceraunia esse CXXXII. D. At luce clarius est apud Plinium potius manu lenissima corrigendum esse: LXXXII. D (660 stadia), quæ distantia recte habet. Polybius apud Strabonem p. 125 pro 660 stadiis prodit stadia 700 numero rotundo. De sequentibus numeris 700 et 2880 cum Nostro faciunt codd. Plinii. ‖ — 8. ἕως Σκιγγομάγου] ἕως τομάρου *AEF*, ἕως τὸ μάρον *G*, ἕως τὸν μαύρον *BCD*; em. Tennulius e Strabone p. 179 (148, 41 Did.), ubi codices habent: ἀπὸ Σκιγγομάγου et paullo ante: διὰ Βριγαντίου κώμης καὶ Ἐκσκιγγομάγου (Ἐξσκιγγομάγου v. l.) καὶ τῆς τῶν Ἄλπεων ὑπερθέσεως etc. Apud Plinium codex *A* habet: *ad Cincomagum*, in ceteris legitur *ad Cincomachum*, *calcincomachum*, *calcineomacum*. Aliunde de hoc loco non constat, adeo ut genuina nominis forma maneat dubia. Ceterum post Σκιγγομάγου Tennulius addidit κώμης, quod in codd. meis non legitur. ‖ — 9. ,δρνβ'] i. e. 519 m. p., quot habet Plinii codex *R*, qui numerus in aliis codd. abiit in 518 et 527. ‖ — 10. Ἰλλιβίρρεως] Ἰλλυγύρεως *BCDF*, Ἰλυγύρεως *AE*; Ἰλλίβιρρις codd. Strab., Ἰλύβιρρις edit. Ald. Strabon.; *Illiberre* Tab. Peuting.; Ἰλλίβερις Ptolem. 2 9, p. 145 ed. Wilb; ap. Plinium editur *Illiberim*, at e bonorum librorum lectione *Illibirium* eliciendum potius videtur *Illibirrim*. Quæ deinceps uncis includuntur, de meo supplevi. Numeri ratio ut intelligatur, tenendum est in sequentibus pro ,βχνα' (2651) legendum esse ,ςχνα' (6651), ut colligis ex Plinio, ubi optimus codex *A* recte habet 832 mill. pass. (6656 stadia), inepte autem editiones præbent 331 m. p. ex Harduini conjectura, qui sanos Plinii numeros ex Agathemero Tennuliano corrupit. His ita constitutis, singuli numeri summam efficiunt stadiorum 67813. Igitur ad complenda stadia 71560, quot ipse auctor noster supputat, desiderantur 3747 stadia sive 468 fere millia passuum. Haud multum ab his recedunt rationes itinerariorum Romanorum. Secundum Strabonianos numeros a Pyrenæo ad Ocelum

ἀπὸ Ἰλλιβίρρεως] διὰ τῶν πανδοκείων ἕως Γαδείρων στάδια ,ςχνα, καὶ ὁ διάπλους ἐπὶ Γάδειρα στάδια ξ'. Ὁμοῦ ἀπὸ Γάγγου εἰς Γάδειρα σταδίων μυριάδες ζ' καὶ ,αφξ'.

18. Πλάτος δὲ τῆς οἰκουμένης ἀπὸ τῆς Αἰθιοπικῆς θαλάσσης ἐπὶ τὴν Μερόην σταδίων ,ε· ἀπὸ Μερόης εἰς Ἀλεξάνδρειαν σταδίων μυρίων· ἀπὸ δὲ Ἀλεξαν-

stadia 3747; Illibirri usque ad Gades secundum mansiones stadia 6651, et in insulam trajectus stadiorum 60. In summa ab Gange ad Gades stadia sunt 71560.

18. Latitudo terræ, qua habitatur, ab Æthiopico oceano ad Meroen est stadiorum 5000; a *Meroe ad* Alexandriam stadiorum 10000; ab Alexandria ad Ta-

---

per Narbonem, Nemausum, Eburodunum et Brigantium sunt fere 424 m. p.; ex Itin. Anton. colliguntur 445 mill. p. vel etiam 464 m., si a Pyrenæo ad Narbonem pro 65 m. p. (quot habes p. 387 ed. Wess.), computes 84 m. (uti est p. 389). Illibirris a Summo Pyrenæo in Tab. Peut. abest m. 17, Scingomagus autem ab Ocelo occasum versus distat (sec. Strabonem p. 178) 28 m. p., adeo ut via ab Illibirri ad Scingomagum 45 m. p. brevior sit quam ea quæ est a Pyrenæo ad Ocelum. Pro 468 m. pass., quæ Agathemeri computus flagitat, codices Pliniani, quos Silligius citat, præbent m. p. 456, 453, 566, 555, 351. Horum quum nihil genuinum esse possit, e nostro emendandum est 468; vulgo legitur 927, e mira conjectura Harduini, quia tot esse millia deberent, si numeri Agathemeri quales Tennulius dedit, pro veris habendi ad eosque Pliniana verba exigenda essent. Ceterum quum in Itinerariis neque Oceli neque Scingomagi mentio exstaret, neque aliud quidpiam de his locis compertum haberemus nisi Cæsarem *ab Ocelo, quod est citerioris provinciæ extremum,* Alpes transiisse (B. Gall. 1, 10), de situ horum locorum in varias sententias viri docti abierunt. Alii, ut D'Anvillius (*Not.* p. 588), viam quæ ab Eburoduno in Italiam ducit, apud Artemidorum non eam indicari censuerunt qua per Segusionem iter est quamque solam noverunt Itinerariorum editorum auctores, sed aliam quandam, qua Taurinis adscendatur per vallem loci hodie *Fenestrelles* dicti ad locum *Uxeau,* qui respondeat *Ocello* Artemidori Cæsarisque, unde deinceps iter fuerit per collum quod vocatur *col de Sestrières*, ad Scingomagum vicum, situm illum eo loco ubi nunc est *Chamlat de Seguin* prope *Cesanne*. Alii, ut Mannertus (tom. 9, 1, p. 194), alteram hanc viam in usu fuisse negarunt et Scingomagum aut cum statione quæ in Itin. Ant. *ad Martem* (*Oulx*) vocatur, 18 mil. pass. a Segusione versus occasum dissita, composuerunt, aut situm ejus definire omnino non sunt ausi, communi tamen consensu rejecerunt Tennulii et Harduini opinionem, qui Scingomagum a Segusione non diversam esse recte suspicati erant, ut comprobatur itinerariis, quæ paucis abhinc annis reperta sunt Aquis Apollinaribus (*Vicarello*) (V. Henzen in *Rhein. Museum* 1853, tom. IX, p. 20 sqq.). Ex his intelligitur Ocelum (Ὤκελον, τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς, Strabo p. 179) in eadem via situm fuisse in qua erat Segusio (hod. *Susa*). Collato Geographo Ravennate p. 30 (ubi : *Alpediam*, *Gessabone*, *Ocellio*, *Fines*, *Staurinis*) patet Ocelum proximum fuisse loco qui in Itin. Ant. vocatur *ad Fines*, et a Taurinis 18 m. p. abesse dicitur. Haud minus liquet Scingomagum, quæ sec. Strabonem ab Ocelo 28 m. (sic Kramer. ed., 27 m. editt. priores), ab Eboruduno autem 71 m. p. distat, non diversam esse posse a Segusione, a qua ad Ocelum 27 m., ad Eburodunum 70 m. in Itin. *A* computantur. A Ticino urbe usque ad Ocelum sec. Strabonis codd. (p. 217 Cas., 180, 48 Did.) via μιλίων ἐστὶ περὶ ἑξήκοντα. Quod quum aperte falsum sit, editores Strabonis inde a Du Theilio scripserunt περὶ [ἑκατὸν] ἑξήκοντα, literam ρ' post vocem περὶ excidisse putantes. Sed hoc quoque admitti jam nequit. In Itin. Anton. *Ticino* ad *Fines* sunt m. p. 114, idque recte habet. Strabo scripserit ἐστιν ρις' (116); postquam ἐστιν ρί abierat in ἐστι περὶ, numerus ς' servari amplius non potuit ideoque in ξ' mutatus est. Quod nomen *Scingomagus* attinet, aut perperam sic Artemidorus scripsit pro *Segusiomagus* vel *Secusiomagus*, aut nomen locus mutavit postquam Cottus ibi regni sui sedem constituerat. Hoc si admittere velis, suspicari licet *Scincomagus* ortum esse ex *Savincomagus*, quum *Savincates* inter populos Alpinos a Cotta devictos in titulo publico recenseantur. ‖ —1. διὰ τῶν πανδοκείων] Sic edidit Tennulius. In *ABCDEF* διὰ τῶν πανδόκων (sic) post verba ἐπὶ Γάδειρα leguntur. ‖ — 2. ,ςχνα'] ,βχνα' codd. et editt. Deinde καὶ διάπλους *CDEGH*. ‖ —ξ'] Consentit Plinius. ‖ — 3. μυριάδων ζ' καὶ ,αφξ'] Apud Plinium codices præbent 8990, 8992 et 8995 m. p. (71920, 71936, 71960 stad.); ad verum facillime accommodari potest numerus postremus, in quo pro XCV scribendum est XLV, adeo ut obtineas 8945 m. p. sive 71560 stadia. Ceterum numerus 8995 non scribarum errori deberi, sed de industria a quodam illatus esse videtur; ea enim passuum summa colligenda erat, si quis a Corcyra ad Ceraunios numeraret millia CXXXII, uti in omnibus Plinii codicibus legitur pro vero numero LXXXII. Jam igitur Plinii locus ab Harduini conjecturis purgatus, hunc in modum refingendus est : *Alia via, quæ certior, itinere terreno maxume patet a Gange ad Euphratem amnem* CCCLI. *LXIX; inde Cappadociæ Mazaca CCXLIV M; inde per Phrygiam, Cariam, Ephesum CCCCXCVIIII M; ab Epheso per Ægæum pelagus Delum CC, Isthmum CCII. D; inde terra et Lechaico mari et Corinthiaco sinu Patras Peloponnesi XC M, Leucadem LXXXVII. D, Corcyram totidem, Acroceraunia LXXXII. D, Brundisium LXXXVII. D, Romam CCCLX milia, Alpis usque ad Scingomagum vicum DXIX, per Galliam ad Pyrenæos montis Illibirrim CCCCLXV III, ad oceanum et Hispaniæ oram DCCCXXXII, trajectu Gadis VII milia quingenti : quæ mensura Artemidori ratione LXXXIX. XXXXV efficit.*

§ 18. τῆς οἰκουμένηκως, apposito σ supra literam κ, *E*. Fort. erat : Πλάτος δὲ τῆς οἰκουμένης οὕτως. ‖ —6. σταδίων

δρείας ἐπὶ Τάναϊν μυρίων ,ηνς' (τὰ γὰρ ἄνω τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τανάϊδος ἀγνοεῖται εἰς βορρᾶν), οὕτως· ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Λίνδον Ῥόδου στάδια ,δφ'· ἐπὶ τὸ Θοάντειον, δεξιὸν παραπλέοντι Ῥόδον, στάδια υ'· ἐπὶ Τῆλον στάδια σξ'· ἐπὶ Λακτῆρα τῆς Κῴας στάδια τκ'· ἐπὶ Δρέπανον Κῴας στάδια ρ'· ἐπ' Ἀρκῖτιν νῆσον στάδια τλ'· ἐπὶ Κορσίας [στάδια] ρ'· ἐπὶ Σαμίων Ἄμπε-

nain stadiorum 18056 (nam ulteriora ostiis Tanaidis boream versus incomperta sunt), hunc in modum : ab Alexandria ad Lindum Rhodi stadia 4500; inde ad Thoantium, si Rhodum a dextra habens præternaviges, stadia 400; inde ad Telum stadia 260; ad Lacterem Coæ insulæ stadia 320; ad Drepanum (*Dracanum?*) Coæ stadia 100; ad Arcitin insulam

---

,ε] sic recte *ABCEF*; vulgo ,η. 5000 stadia efficiunt 526 m. p.; patet igitur apud Plinium 2, 112 § 245 manu leni corrigendum esse : *A litore Æthiopici oceani... ad Meroen DCXXV*, pro eo quod codices plurimi habent : *DCCCV*. Editores, codicum scripturas nihil curantes, Harduino auctore, ex Agathemeri editionibus scripserunt : *deciens centena millia*. Eratosthenes a parallelo per regionem Cinnamomiferam ducto usque ad Meroen esse stadia 3400 censuit. ‖ — 7. μυρίων] μυρίων ,α codd. et editt; sed Plinius l. l. *duodeciens centena millia quinquaginta*, i. e. 10,000 stadia, quot Eratosthenem quoque exputasse constat. ‖ — 1. μυρίων ,ηνς'] 18056. sic editt.; μυρίων ,ανς' *ABCDEF*. Legendum esse ,η pro α extra dubitationem positum; sed num νς' recte habeat quæritur, quum in singulis distantiis quæ jam sequuntur, nonnisi rotundi numeri afferantur. E numeris, quales editiones Agathemeri exhibebant, colligebatur summa stadiorum 19330; e numeris quos nos dabimus partim codicum ope, partim conjectura emendatos, conflantur stadia 18015, Ubinam addenda sint quæ ad explendam summam stad. 18056 desiderantur, sciri omnino nequit, quum ratio distantiarum parum accurata sit ut scribarum errores haud ita magni indagari queant. Ceterum summam stadiorum 18056, quam libri præbent, vere Artemidoream esse aut certe quam proxime ab ea abesse, e Plinio colligitur, qui postquam illam quæ § 19 legitur ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν mensurationem exposuerat, addit eam quæ per marium compendia fiat, 79 (89 v. l.) milibus passuum (632 stad.) breviorem esse. Altera vero ista mensura confici videbimus summam stadiorum 18690 sec. Agathemerum (vel 18696 stad., 2337 m. p. sec. Plinium); unde sequitur alteram fuisse circiter stadiorum 18058. ‖ — τὰ γὰρ ἄνω... ἀγνοεῖται] Idem tanquam Artemidori sententiam refert Plinius. ‖ — 3. Verba Ἀλεξανδρείας... ,δφ' ἐπὶ τὸ om. *B*. ‖ — 4. Θοάντειον] Θοάντιον codd. et editt. Cf. Strabo p. 655 (559, 29 Did.) : τὸ Θοάντειον (Θοάντιον codd.) ἀκτή τις, ἧς μάλιστα πρόκεινται αἱ Σποράδες αἱ περὶ τὴν Χαλκίαν. Fuerit igitur hodiernum *Cap Kondura*, ad quod a Lindo reapse sunt stadia 400. Ptolemæus aliud Thoantium pr. habet in proximæ Carpathi insulæ apice meridionali, unde ad borealem perperam Kiepertus traduxit. ‖ — δεξιὸν, si genuinum est, barbare dicitur pro ἐκ δεξιῶν vel δεξιὰν. ‖ — 5. στάδια σξ'] ρξ' *ABCDEF*, φζ' editt. Utrumque a vero aberrat, neque in summam infra colligendam cadit. Quare σξ' dedi. Linea recta est stadiorum 200 et paullo plus. ‖ — Λακτῆρα] Promontorium (*Cap Krokilo*), quod in acutam calcem exiens longe procurrit, Λακητὴρ minus recte, opinor, vocatur in codd. Strabonis p. 658 (561, 23 Did.) : ἔχει δὲ πρὸς νότον μὲν ἄκραν τὸν Λακητῆρα (ἀφ' οὗ ξ' εἰς Νίσυρον), ἀπὸ δύσεως δὲ τὸ Δρέκανον (*C. Daphne*). ‖ — Κῴας] sic hac voce etiam Strabo utitur p. 657 : ἀντίκειται τῆς Κῴας. ‖ — τκ'] sic editt.; ρκ' *E*; ρη' *ABCDF*. ‖ — 6. Δρέπανον] Δρέκανον Strabonis codd. l. l., in quo si litera k recte habet, leg. videtur Δράκανον; ejus enim nominis promontorium etiam Icariæ insulæ erat, uti constat e Strabone p. 639 (546, 3), Theocrito 26, 33 et Diodoro 3, 65. Uti hoc nomen ap. Strabon. p. 637 (544, 23) in Δρέπανον corruptum est, sic etiam apud Agathemerum fortasse pro Δρέπανον Δράκανον reponendum est. Figura promontorii, qualem in majoris moduli tabulis nauticis representatam video, nihil habet quod Δρέπανον nomen commendet. ‖ — Ἀρκῖτιν vel fort. Ἀρκίτην] Ἀρκίτιν codd. *ABCDEF* nec non codex Gronovii, Ἀκρίτην Tennulius, sicut legitur in codice Stadiasmi Magni (t. 1, p. 501, 6) : ἀπὸ Ποσειδίου εἰς τὴν Ἀκρίταν στάδιοι σμ'. At codicum nostrorum scripturam hodiernum *Arki* insulæ nomen tuetur. Quas Plinius 5, 36, § 134 una cum Lepsia et Hyetussa commemorat *Argias* (sic) *numero XX* (XI?), ad eandem hanc *Arki* et adjacentes ei minutas insulas decem referendæ sunt. ‖ — 7. τλ'] σλ' codd. Ab Arciti ad Corsias sive Corassias satis recte computantur stadia 100 (revera sunt fere 120), sed quæ a Drepano sive Dracano Coico esse scribuntur stadia 230, ferri nequeunt; quapropter numerum emendavi. ‖ — Κορσίας] De hujus nominis formis variis vide notata ad Stadiasm. § 283, tom. 1, p. 499. ‖ — Ἄμπελον] Triginta stadia ad hod. *Cap Dominico* pertinent. Haud recte igitur Kiepertus Ampelum pr. composuit cum hodierno *Cap Colonne*, quod 150 fere stadia ortum versus a *Cap Dominico* distat. Cum Nostro Ptolemæus quoque (5, 2) facit atque Strabo p. 658 (544, 33), ubi : Ἄμπελός τις ἄκρα βλέπουσά πως πρὸς τὸ τῆς Ἰκαρίας Δράκανον (Δρέπανον codd. et editt.). Ceterum quum stadia ista triginta inde a Corsiarum extremitate boreali computandi sint, antecedens vero stadiorum centum distantia nonnisi ad meridionalem insulæ per 80 stadia versus boream porrectæ partem pertineant, ipsius etiam insulæ longitudo exputari debebat. Fieri igitur facile potest, ut pro centum stadiis hoc loco ducenta Artemidorus dederit, alius autem numerus aliquis centum stadiis diminuendus sit. ‖ — 1. Ἄργεννον] sic *ABCEF*; Ἄργενον *D* et editt. Eadem scripturæ varietas ap. Ptolemæum 5, 2, 7 p. 316, 20 Wilb. et Strabon. p. 645 (550, 42), ubi hæc : Μετὰ δὲ Κώρυκον Ἀλόννησος νησίον· εἶτα τὸ Ἄργεννον (hod. *C. Blanc*), ἄκρα τῆς Ἐρυθραίας πλησιάζουσα μάλιστα τῷ Χίων Ποσειδίῳ, ποιοῦντι πορθμὸν ὅσον ξ' σταδίων. Thucydides 8, 34 Ἀργῖνον vocat, sicut

λον στάδια λ'· ἐπὶ τὸ (Αἰγαῖον) Ἄργεννον διὰ τοῦ Αἰγαίου στάδια φ'· ἐπὶ τὸ Ἐρυθραῖον Κορυναῖον στάδια κε'· ἐπὶ Φλίον, ἄκρον Χίου, στάδια ν'· ἐπὶ Μελανέα, ἄκρον Λέσβου, στάδια υν'· ἐπὶ τὸ Σίγριον Λέσβου στάδια φ'· εἰς Τένεδον νῆσον στάδια υν'· εἰς Σίγειον στάδια ρ'· ἐπὶ στόμα Πόντου στάδια βφ'· ἐπὶ Κάραμβιν στάδια ,ϛω'· ἐπὶ στόμα Μαιώτιδος στάδια βφ'· ἐπὶ Τάναϊν στάδια ,βσ'.

stadia 330; ad Corsias stadia 100; ad Samiorum Ampelum stadia 30; ad Argennum per Ægæum mare stadia 500; ad Erythræorum Corynæum stadia 25; ad Phlium (*Posidium?*) Chii promontorium stadia 50; ad Melaneum (*Maleam?*) Lesbi promontorium stadia 450; ad Sigrium Lesbi stadia 500; ad Tenedum insulam stadia 450; ad Sigeum stadia 100; ad os Ponti stadia 2500; ad Carambin stadia 2800; ad os Mæotidis stadia 2500; ad Tanain stadia 2200.

---

proximam ei insulam *Arginusam* dicit Plinius 5, 38, 137, qui *Argennon* appellat unam ex insulis Mycalæ promontorio adjacentibus.‖— 1. Αἰγαῖον cur adjecerit auctor, non perspicio; nam in Ægæo mari promontorium hoc, sicuti alterum Ἄργεννον Lesbicum, situm fuisse sequentibus verbis διὰ τοῦ Αἰγαίου sponte intelligitur; nata vox fuerit ex sequente Αἰγαίου. Ceterum ex hoc loco patet sec. Artemidorum mare Icarium nonnisi id dici quod est a meridie Icariæ Samique, illud vero quod inter Samum et Chium est medium, Ægæo accenseri, dum apud Ptolemæum Icarii maris pars est. Argennum quidem ipse etiam Ptolemæus in Ægæi maris ora recenset, sed id ex errore illo pendet, quo promontorium hoc posuit ab Erythris versus boream, eo fere in loco ubi sec. Strabonem erat Melæna æra, Mimantis promontorium. Artemidori sententiam etiam Plinius loco supra adscripto (ad. § 17) indicat, ubi Epheso ad Delum per mare Ægæum navigari dicit. ‖ —2. φ'] sic codices mei omnes; ω' editt., male. ‖ — Ἐρυθραῖον] Ἐρυθραίων?. ‖ — Κορυναῖον] sic *ABCDE*, Κορυκαῖον editt., quod in Κωρυκαῖον emendandum esse putavit Hoffmannus, quamquam hoc promontorium, ab Argenno meridiem et ortum versus longe dissitum, a nostro loco prorsus est alienum. Mitto quod Corycum prom. Teiorum, non vero Erythræorum esse a Livio 37, 12 dicitur. Corynæum tanquam Mimantis prom. commemoratur apud Plinium 5, 31, 116; apud Melam vero (1, 17) legitur: *in ipsa* (Erythræorum) *peninsula est Coryne.* Situm Corynæum fuisse debet ad partem angustissimam freti inter continentem et Chium insulam intercedentis. Hæc autem efficitur acte e continente in mare projecta duosque habente apices, quorum australis est Argennum promontorium, alter in boream spectans Chioque insulæ proximus Corynæum pr. esse debet. Distantia inter utrumque secundum optimas tabulas nauticas intercedit stadiorum circiter viginti quinque, adeo ut in Agathemero pro codicum numero aperte corrupto Σ0′ (270) scribendum esset ΚΕ. Nescio tamen an hanc quoque distantiam, sicuti ceteras plerasque, justo majorem Artemidorus fecerit, et pro σο′ scripserit ο′. Quo concesso, summa stadiorum colligeretur 18060, quæ ad eam quam codices habent (18056), proxime accederet. Ab Argenno in Chium Strabo recte computat stadia 60, Agathemerus a Corynæo 50 numerat, ac reapse ab hoc promontorio trajectus decem fere stadiis brevior est. ‖ — 3. κε′] σο′ codd. Vide not. antec. ‖ — Φλίον] Ποσείδιον Strabo habet. Itaque suspicio subnascitur in ΦΑΙΟΝ latere ΕΙΔΙΟΝ, reponendumque esse ἐπὶ [Ποσ]είδιον. Incerta tamen res est. Nam Chii illud promontorium ipsum quoque duplicem apicem emittit, quorum australis Ποσείδιον, septentrionalis, 10 fere stadiis ab altero distans, qui nunc *Cap. de Ste Helène* vocatur, Φλίον (vel fort. Φαιὸν) dici potuit.‖—3.Μελανέα] Strabo p. 617 (527, 23 Did.) memorat Μαλίαν, τὸ νοτιώτατον Λέσβου ἄκρον, (*C. Zeitoun Bouroun* sive *C. Marie* sive *C. Iero*), a quo usque ad Sigrium esse ait stadia 560(500 Agath.). Idem prom in Ptolemæi codd. (5, 2, p. 323) et apud schol. ad Aristoph. Ran. v. 30 Μανία vocatur, et Μαλέα apud Xenoph. Hell. 1, 6, 26. Idem, suspicor, etiam Μαλόεις dicebatur (et Maloentis Apollinis fanum habuit), sicuti Mytilenes portum borealem Thucydides 41, 3, 4 et 4, 6 Μαλέαν, Aristoteles (De ventis) autem Μαλοέντα appellat. Haud diversum prom. notari censeo in Agathemero, ubi corrigi velim Μαλέαν. ‖ —4. υν′] Strabo a Chio urbe ad Lesbum esse prodit stadia 400, quod bene quadrat cum stadiis 450, quæ inde a Phlio exputat Artemidorus. ‖ — τὸ, quod est ante Σίγριον, addidi ex *F*. ‖ — 5. φ′] φξ′ Strabo. Artemidorus, ut lineam quam maxime rectam describeret, misso Malea promontorio, a Chio statim ad Sigrium progredi debebat. Quod quominus fecerit impedivisse videtur falsa de Lesbi figura opinio; nam in Ptolemæi tabulis Malia et Sigrium in eodem meridiano ad occidentale insulæ latus posita sunt, cum quibus confer quod Strabo dicit Lesbi insulæ longitudinem pertinere a Malia ad Sigrium, ita ut Sigrium sit insulæ promontorium maxime boreale, ex regione positum Lecti et Assi Troadis.‖ — υν′] 56 m. p. (448) stad. sec. Plinium 5, 39. ‖ — Σίγιον *ABCDEF*.‖—6.ρ′] Consentit Plinius l. l. ‖ — Πόντου] ποταμοῦ *E*. ‖ — ,βφ′] βρ′ *CD*. Numerus 2500 etiam in § 19 et apud Plinium recurrit. Similiter Isidorus, qui in multis cum Artemidoro facit, sec. Plinium 5, 44, § 150, a Sigeo ad Chalcedonem esse dixit CCCXII (perperam CCCXXXII Sillig. ex uno codice) m. p. (2496 stad.). Mirus tamen his inest error, quum computanda fuissent non 2500, sed 1500 stadia, quot ἀπὸ τῆς Τρωάδος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον recte numerat Strabo p. 124 (ex Eratosthene, ut videtur). Forsan nostris subest perantiquum librorum Artemidoreorum vitium. ‖ — 7. ,βω′] Eodem modo Strabo, qui a Ponti ore Heracleam 1500, hinc ad Carambim 1300 stadia recenset.‖—8. ,βσ′] sic *BCDEF*; ,βσι′ *A*; ,βχο′ editt., qui numerus conflatus est ex primo elemento numeri βσ′ et ex ultimis duobus numeri sequentis δχο′. Intermedia in codicibus quibusdam neglecta esse ex sqq. colligas. Stadia βσ′ habes etiam § 19 et ap. Plinium,

19. Ἄλλως, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν· ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Ῥόδον στάδια ,δχο′· εἰς Κνίδον στάδια ψ′· εἰς Κῶ στάδια σ′· εἰς Σάμον στάδια ω′· εἰς Χίον στάδια ψν′· εἰς Μυτιλήνην στάδια φχ′· εἰς Τένεδον στάδια ϡν′· εἰς Σίγειον ρ′· ἐπὶ τὸ στόμα Πόντου ,βφ′· ἐπὶ Κάραμβιν στάδια ,βω′· εἰς στόμα Μαιώτιδος ,βφ′· ἐπὶ Τάναϊν ποταμὸν ,βσ′. Ὁμοῦ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως Τανάϊδος στάδια μύρια ,ηχϟ′.

19. Aliter, ab urbe ad urbem : ab Alexandria ad Rhodum stadia 4670; ad Cnidum stadia 700; ad Con stadia 200; Samum deinde 800; abest hinc Chios stadia 750; ultra hanc Mytilene 520; sequitur Tenedos post stadia 950; mox Sigeum post stadia 100. Os Ponti abest inde stadiis 2500, et Carambis hinc post 2800 stadia; jam ad os Mæotidis sunt 2500, ac deinceps ad Tanaim fluvium 2200. Summa stadiorum ab Alexandria in Tanaim 18690.

V. [Τῶν νήσων ἀναμέτρησις.]

V. [Insularum dimensio].

20. Λοιπὸν δὲ ἐροῦμεν τῶν καθ' ἡμᾶς νήσων τὰς περιμέτρους, λαβόντες παρὰ Ἀρτεμιδώρου καὶ Μενίππου καὶ ἑτέρων ἀξιοπίστων. Γάδειρα μῆκος σταδίων ρη′, πλάτος σταδίων ις′· ὁ δὲ καθ' Ἡρακλείους στήλας πορθμὸς στενότατός ἐστι σταδίων π′. Ἐν δὲ τῷ Ἰβηρικῷ πελάγει νῆσοι Πιτυοῦσα ἡ μείζων καὶ οἰκουμένη σταδίων τ′ τὸ μῆκος, ἡ δὲ ἐλάττων σταδίων ρ′. Τῶν δὲ Γυμνησίων, ἃς Καρχηδόνιοι Βαλιαρίδας καλοῦσιν (οἱ γὰρ σφενδονῆται οὕτω καλοῦνται (οἱ) Βαλιαρεῖς), ἡ μείζων μῆκος ἔχει σταδίων ,ασ′, πλάτος σταδίων υ′· ἡ ἐλάττων σταδίων τ′.

20. Restat ut dicamus insularum in nostro mari sitatarum ambitus, prout accepimus ab Artemidoro, Menippo et aliis auctoribus fide dignis. Gadium longitudo stadiorum 108, latitudo 16. Fretum ad columnas Herculis, qua angustissimum est, patet 80 stadia. Præterea in mari Hispanico insulæ, Pityusa major et habitata longa stadia 300, minor stadia 100; Gymnesiarum vero, quæ a Carthaginiensibus vocantur Baliarides (nam funditores sic Baliares appellantur), major longa est stadia 1200, lata 400; minor stadia 300.

consentiente Strabone (258, 3 et 423, 30 ed. Did.), qui ab Achilleo Bospori Cimmerii usque ad Tanaim 2200 stadia posuit.

§ 19. Ἄλλως ἀπὸ πόλεως κτλ.] Sic codices mei omnes. Pro his in editis e manco codice legitur : Καὶ ἄλλως· ἀπὸ Ῥόδου εἰς Κνίδον etc. ‖ — 2. ,δχο′] Apud Plinium optimi codices 584 vel 583 m. p.; legendum 584 (4672 stad.). Nihili est, quod ex Harduini arbitrio in editionibus legitur, 563 m. p. ‖ — ψ′] Eodem modo Plinius. A Rhodo ad Cnidum linea recta est fere 450 stadiorum. Nostris ne vitium subesse putes impedit auctor Stadiasmi in tom. 1, p. 497, 2, qui a Rhodo ad Cnidum computat stadia 750, ψν′, quod tamen in χν′ (650) corrigendum puto, ut aliquatenus constet sibi auctor. Nam a Rhodo ad Myndum habet 1000 stadia, a Cnido autem ad Con 180, hinc ad Myndum 140, adeo ut reliquantur stadia 680 navigationi quæ est a Rhodo ad Cnidum. Hinc corrigenda sunt quæ ad locum Stadiasmi notavi. ‖ — 3. σ′] 25 m. p. Plinius. Paullo accuratius in Stadiasmo l. l. habes stadia 180. ‖ — Verba ω′· εἰς Χίον στάδια ψν′, εἰς Μυτιλήνην στάδια om. *E*. Stadiis 800 et 750 et 520 apud Plinium respondent m. p. 100 et 94 et 65. ‖ — 5. ϡν′] Sic dedi pro τν′ quod in codd. et editt. legitur. Frequens est numerorum ϡ′ et τ′ confusio. Apud Plinium e Silligii codice Θ legendum est CXIX m. p. (— 952 stad.); in cett. codd. est XCIX corrupte; in editt. ex Agathemero Tennuliano, Harduino præeunte, inepte scribitur XLIV (352 stad.). Uti hoc loco a Mytilene, sic in antecc. a Malea Lesbi prom. ad Tenedum 950 stadia computantur. Vocem στάδια ante ϡν′ om. *ABCEF*. ‖ — Σίγιον codd. De numeris 100, 2500, 2800, 2500, Plinius cum Nostro consentit. ‖ — 6. Μαιώτιδος ,βφ′] M. ,αφ′ *ABC DEF*, in E tamen ,βφ′ supra ,αφ′ notatur. ‖ — 7. ,βσ′] 2200 stad. sunt 275 m. p.; in Plinii codd. 265 et 262, quod emendavit Harduinus. ‖ — 8. μυρίων ,ηχϟ′] sic *AE F*, μυρ. ,ηχη′ *BCD* et editt. E singulis numeris summa colligitur stadiorum 18690, ut apud Plinium 2337 mill. pass. (18696 stad.). His si addis millia 1875 (15000 stad.), quæ sunt ab oceano usque ad Alexandriam, totius terræ cognitæ latitudo est 4212 m., XLII. XII, qui numerus in plurimis codd. corruptus est in LIIII. LXII; nonnulli habent 5472, Dicuil in Plinianis excerptis 3348; Harduinus dedit 4490. Jam igitur Plinii (2, 112, 245) verba ita constituenda sunt :

Latitudo autem terræ a meridiano situ ad septentriones dimidio fere minor colligitur XLII. XII milia; quo palam fit quantum et hinc vapor abstulerit et illinc rigor. Neque enim deesse terris arbitror aut non esse globi formam, sed inhabitabilia utrimque incomperta esse. Hæc mensura currit ab litore Æthiopici oceani, qua modo habitatur, ad Meroen DCXXV milia, inde Alexandriam duodeciens centena milia quinquaginta, Rhodum DLXXXIV, Cnidum LXXXVII. D, Coum XXV milia, Samum C milia, Chium LXXXIV milia, Mytilenen LXV milia, Tenedum CXIX milia, Sigeum promontorium XII milia quingenti, os Ponti CCCXII milia quingenti, Carambim promontorium CCCL, os Mæotidis CCCXII milia quingenti, ostium Tanais CCLXXV milia; qui cursus compendiis maris brevior fieri potest LXXIX milia. Ab ostio Tanais nihil modi quam diligentissimi auctores fecere : Artemidorus ulteriora incomperta existumavit, cum circa Tanaim Sarmatarum gentis degere fateretur ad septentriones versus; Isidorus adjecit duodeciens centena milia quinquaginta usque ad Thulen, quæ conjectura divinationis est.

§ 20. — 11. παρὰ] παρ' editt.; similiter aliis locis plurimis de suo, opinor, dedit Tennulius. ‖ — 13. ρη′] « ρν′ in cod. Savil. » *Hudsonus*. Strabo p. 169 insulam dicit οὐ πολὺ μείζονα τῶν ἑκατὸν σταδίων τὸ μῆκος. Polybius apud Plin. 4, 36, 119 duodecim m. p., ipse Plinius quin-

Αἱ δὲ Στοιχάδες αἱ φερώνυμοι ἑξῆς ἐπ' εὐθείας κεῖνται πρὸ τῶν Μασσαλιακῶν πόλεων· αἱ μὲν μείζους τρεῖς, δύο δὲ μικραὶ αὐτῆς ἐγγὺς Μασσαλίας.

Ἡ δὲ Σαρδὼ ἔχει σχῆμα ὡς ποδὸς ἴχνος, μεσόκοιλος· τὸ μῆκος ,βσ'. Κύρνος ἐγγὺς Σαρδοῦς, πολλῷ δὲ ἀγεννεστέρα, ἔλαττον ἢ ἥμισυ τῆς Σαρδοῦς μῆκος ἔχει. Ἀφετήριον δ' εἰς Σαρδὼ καὶ Κύρνον Ποπουλώνιον τῆς Τυρσηνίας· τὸ δὲ δίαρμα σταδίων ,βσ'.

Τῆς Σικελίας κατὰ Τιμοσθένην περίμετρος σταδίων ,δψμ', σχῆμα τρίγωνον σκαληνοειδές. δίαρμα δ' ἔχει ἀπὸ Πελώρου ἄκρου εἰς Ἰταλίαν σταδίων ια' πορθμόν· πλευρὰ νήσου ἀπὸ Πελώρου εἰς Πάχυνον στάδια ,ατξ'.

Stœchades prout nomen indicat linea recta alteræ post alteras urbibus Massiliensium objacent. Harum tres majores; minores duæ proximæ ipsi Massiliæ.

Sardinia habet figuram similem pedis vestigio, estque in medio sui cava; longa 2200 stadia. Corsica vicina Sardiniæ, vilior multo illa, dimidio breviorem longitudinem habet. E Populonio Etruriæ in Sardiniam et Corsicam navigari solet trajectu stadiorum 2200 (1200?).

Siciliæ ambitus (secundum Timosthenem) est 4740 (4940?) stadiorum; figura triangularis, cujus

---

decim m. p. longitudinem ejus esse statuunt. ‖ — 13. ις'] 3 m. p. secundum Plinium. Variam insulæ latitudinem quibusdam locis nonnisi unius esse stadii refert Strabo. ‖ — Ἡρακλείους *CD*, Ἡρακλείας *B*, Ἡρακλέους cett. ‖ — 14. π'] Cf. not. ad Scylac. in tom. 1, p. 16, ubi haud recte dixi sec. Agathemerum latitudinem freti esse stadiorum 70. Cum Nostro facit Marcianus Peripl. mar. externi § 3 (tom. 1, p. 518, 40). ‖ — 16. σταδίων τ' τὸ μῆκος] σταδίων τῷ κῆπος *B*, σταδίων τῆς μῆκος *CD*. Revera longitudo ne 200 quidem stadiorum est. Similiter erravit Diodorus 5, 16: Πιτυοῦσσα ... κατὰ τὸ μέγεθος παραπλήσιός ἐστι Κορκύρᾳ. Accuratiora dant Strabo p. 167, ambitum insulæ 400 stadiorum esse dicens, et Plinius 3, 11, 76: *Pityussæ patent XLVI m. p.* ‖ — 17. Γυμνασίων *ABCDE*. Similiter *Gymnasias* præbent codd. Plin. 3, 11, 77. ‖ — Βαλεαρίδας] Βαλεαρίας *ABCDE* et codex Gronovii; Βαλιαρεῖς ed. Tennulius. ‖ — 18. καλοῦσιν] καὶ οὖσιν *A*. ‖ — σφενδονῖται editt. ‖ — 19. ἔχει om. *ABCDF*. ‖ — 19. ,ασ'] Hanc mensuram, quæ veram longe excedit, Artemidorum tradidisse novimus e Strabone p. 167, ubi: μῆκος δὲ τῆς νήσου μικρὸν ἀπολεῖπον τῶν ἑξακοσίων (quod recte habet), πλάτος δὲ διακοσίων (est fere 350 stad.). Ἀρτεμίδωρος δὲ διπλάσιον εἴρηκε τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος. Haud meliora Diodorus 5, 17, 1 vel potius auctor ejus Timæus tradidit, cui insula hæc μεγίστη πασῶν ἐστι μετὰ τὰς ἑπτὰ νήσους Σικελίαν, Σαρδὼ, Κύπρον, Κρήτην, Εὔβοιαν, Κύρνον, Λέσβον. Sec. Plinium 3, 11, 77: *Major* (Balearidum) 100 *m. p. est longitudine, circuitu vero* 475 *m. p., minor longitudine* 40 *m., circuitu* 150 *m. p.* ‖ — 1. αἱ φερώνυμοι] Cf. Schol. Apoll. Rhod. 4, 553: περὶ τὴν Ἰταλίαν εἰσὶ τρεῖς Λιγυστιάδες καλούμεναι· Στοιχάδες δὲ διὰ τὸ στοίχῳ τετάχθαι, αἵτινες οἰκοῦνται ὑπὸ τῶν Λιγύων. Plinius 3, 11, 79: *Tres Stœchades a vicinis Massaliensibus dictæ propter ordinem quo sitæ sunt. Nomina singulis Prote, Mese quæ et Pomponiana vocatur, tertia Hypæa. Ab his Sturium, Phœnice, Phila, Lera et Lerina.* De numero insularum cum Agathemero faciunt Ptolemæus 2, 10 et Strabo p. 185 (153, 23 Did.): πρόκεινται δὲ τῶν στενῶν τούτων ἀπὸ Μασσαλίας ἀρξαμένοις αἱ Στοιχάδες νῆσοι, τρεῖς μὲν ἀξιόλογοι, δύο δὲ μικραί· γεωργοῦσι δὲ αὐτὰς Μασσαλιῶται. Μετὰ δὲ τὰς Στοιχάδας ἡ Πλανασία καὶ Λήρων. Ex verbis Agathemeri αὐτῆς ἐγγὺς Μασσαλίας nonnulli (ut Ukertus 2, p. 462) colligerunt duas illas insulas minores esse hodiernas *Ratoneau* et *Pomègue*. Id vero parum est probabile, quum insulæ illæ duæ a majoribus tribus (hod. *Porquerolle*, *Porteroz* et *île du Titan*) longe dissitæ sint et a Massilia versus occasum hibernum jaceant, secundum Strabonem vero ab ea urbe versum ortum e regione τῶν στενῶν ponendæ sint. Itaque designari potius videntur duæ ex minutis insulis quæ majoribus tribus adjacent (*l'Esquillade* et *Bagneau*?), quasque Plinius *Sturium* et *Phœnicen* appellare videtur. Insulas ipsi Massiliæ objacentes Strabo commemorat post mentionem Leronis. Ἄλλα δέ ἐστι νησίδια οὐκ ἄξια μνήμης, τὰ μὲν πρὸ τῆς Μασσαλίας αὐτῆς, τὰ δὲ πρὸ τῆς ἄλλης τῆς λεχθείσης ἠϊόνος. Agathemerus et Strabo ex eodem fonte (Artemidoro) hausisse mihi videntur; dissensum vero ex eo derivandum suspicor quod excerptor noster verba auctoris sui male contraxit, aut quod librariorum culpa locus noster truncatus est et hunc fortasse in modum refingendus: δύο δὲ μικραί· [ἄλλαι δὲ νῆσοι μικραὶ] αὐτῆς ἐγγὺς τῆς Μασσαλίας. ‖ — 4. ποδός] πόλος codd. nisi, πώλου Tenul.; em. Gronov. Cf. Plin. 3, 13, 85; Strabo p. 610; Aristot. Mir. c. 104; Steph. Byz. v. Σαρδώ; Eustath. ad Dion. 58. ‖ — 5. ,βσ'] Eodem fere modo anonymus De dimensur. provinc. Sardiniæ longitudinem esse dicit CCLXXX m. p. ubi nescio an legendum sit CCLXXV (2200 stad). Chorographus ap. Strabon. p. 224 exputat 220 m. p. Accuratiora dat Plinius 3, 13, 84. ‖ — τοῦ Σαρδοῦς *A BCDE*. ‖ — 6. ἔλαττον] sic codd.; ἐλάττων editt. qui post v. ἔχει lacunæ notam ponunt. Igitur Corsicæ longitudo ne 1100 quidem stadiorum erat, sicuti statuit auctor Dimensurat. provinc., qui 130 m. p. (= 1040 stad.) habet; apud reliquos major numerus affertur, 150 m. p. ap. Plinium, 160 m. p. apud Chorographum Strabonis l. l. ‖ — 8. ,βσ'] Recte, ut puto, Hoffmannus suspicatur legendum esse ,α6', quum 1200 stadia Sardiniam ab continente distare dixerit Artemidorus, eo nomine reprehensus a Strabone p. 424, qui ipse a Populonio ἀφητηρίῳ in Æthaliam ins. 300 stadia, hinc ad Corsicam alia 300 stadia exputat. Plinius a Corsica ad Vada Volaterranea 62 m. p. esse dicit. ‖ — 10. ,δψμ'] ,δ om. *ABCDEF*. E seqq. numeris (1360, 1600 et 1700) colligitur summa stad. 4660, vel, si cum editt. pro 1360 posueris 1037, stad. 4337. Posterior hic numerus prope accedit ad computum Diodori, qui tribus Siciliæ lateribus tribuit stadia 1160, 1500 et 1700 (= 4360), nec non Posi-

ἀπὸ Παχύνου εἰς Λιλύβαιον στάδια ,αχ'· κατὰ Τιμοσθένην ἀπὸ Λιλυβαίου εἰς Πελωριάδα στάδια αψ'· ἀπὸ Λιλυβαίου διάπλους εἰς Ἀσπίδα τῆς Λιβύης ἐγγὺς στάδια ,αχ'.

21. Κέρκινα νῆσος μῆκος [σ'], πλάτος ο', ὅπου δὲ στενοτάτη στάδια μ'. Ὑπέρκειται δὲ πόλεως ἠπειρωτικῆς Θένης, ἣ κεῖται τῆς μικρᾶς Σύρτιδος ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Τῇ δὲ Κερκίνῃ παράκειται νῆσος Κερκινῖτις γεφύρᾳ ζευχθεῖσα, μῆκος στάδια μ', πλάτος δὲ στάδια κε'.

22. Ἀπὸ Κερκίνης ἐπὶ νῆσον Μήνιγγα τὴν Λωτοφαγῖτιν ὁ διάπλους στάδια χ', ὅσον τῆς μικρᾶς Σύρτιδος λέγεται τὸ στόμα. Ἡ δὲ Μῆνιγξ μῆκος σταδίων σ', πλάτος σταδίων ρπ'. Μεγάλαι δ' εἰσὶν περὶ αὐτὴν παλίρροιαι.

latera sunt inæqualia; a Peloro promontorio in Italiam trajectus fit per undecim stadiorum fretum; latus insulæ a Peloro ad Pachynum stadiorum 1360; a Pachyno ad Lilybæum stad. 1600; secundum Timosthenem a Lilybæo in Peloriadem stadia 1700; a Lilybæo in Aspidem Libyæ trajectus est fere stadiorum 1600.

21. Cercina insula habet longitudinem stadiorum [200], et ubi angustissima est, latitudinem stad. 40. Jacet e regione Thenæ in continente urbis, juxta initium Syrtis minoris. Adjacet vero Cercinæ Cercinitis insula ponte conjuncta; longa stadia 40, lata stadia 25.

22. A Cercina in insulam Meningem Lotophagitidem trajectus stadiorum 600, quantum etiam Syrtis minoris ostium esse dicitur. Meninx vero longa est stadia 200, lata 180. Circa hanc magnæ maris reciprocationes contingunt.

---

donii ap. Strabon. p. 266, qui 4400 stadia (1130, 1350, 1720) colligit. Sed hinc argumentum peti nequit, quum accuratus ille numerus 1037 per se suspectus sit, neque cum correspondente Diodori et Strabonis numero satis conveniat, neque codicum nostrorum auctoritate nitatur. Quantum Siciliæ ambitum Timosthenes fecerit tanto magis in medio relinquendum, quum priorum duorum laterum mensuræ non ex ejusdem auctoris computu afferri videantur ex quo affertur mensura tertii; id enim suadet tum Timosthenis mentio in tertii lateris mensura tum comparatus Plinius. Agathemerus enim sicuti Plinius, qui Agrippæ computum reddit, a Pachyno ad Lilybæum esse aiunt 1600 stadia sive 200 millia passuum. Porro a Peloro ad Pachynum Noster numerat stadia 1360, i. e. 170 m. pass., quem eundem numerum habes apud Plinium, nisi quod ibi non brevissimo huic a Peloro ad Pachynum lateri, sed longissimo illi, quod est a Peloro ad Lilybæum, attribuitur, errore manifesto. Brevissimo lateri ap. Plinium dantur milliaria 186, quæ ad longissimum transferenda sunt. Quo facto emendatio hujus numeri aperte corrupti offertur facillima. Pro CLXXXVI legendum est [C]CXXXXVI (210 in Tab. Pont., 254 in Itiner. Anton., 263 sec. Chorographi apud Strabonem numero), adeo ut ex trium laterum numeris (170, 200, 246) colligatur summa 618 m. p., quam circuitu insulæ tribuit Agrippa. Millia 618 efficiunt stadia 4940, ,δϑμ'. Hunc ipsum numerum reponendum esse censeo pro ,δψμ'; nam raro fit ut ϑ' non corrumpatur in signum notius, Agathemerus vero qui in singulorum laterum mensuris miscet computus Timosthenis et Agrippæ, simili confusione numerum stadiorum, quo Agrippa ambitum insulæ definivit, Timostheni attribuisse videtur. Sua excerptor temere corrasit ex auctore qui utriusque auctoris rationes exposuit, quemadmodum Strabo juxta Posidonii calculos commemoravit computum Chorographi. Ceterum ad Agrippæ rationes proxime accedit auctor, cujus excerpta quædam in cod. Paris. 39 (v. infra p. 511) leguntur. Is enim Siciliæ tribuit 4800 stadia, millia vero 645. Milliariorum numerus accuratior esse videtur. Jam quum 7'|2 + 645 (sic enim computandum) sint 4847 stadia, hæc ipsa pro 4800 reponenda forent, adeo ut centum fere stadiorum esset differentia.‖—12. ,ατξ'] αλζ' editt.‖ — 1. Verba στάδια ,αχ'. κατὰ Τιμοσθένην ἀπὸ Λιλυβαίου in margine habet *A*.

§. 21.—5. μῆκος [σ'], πλάτος ο', ὅπου δὲ στενοτάτη] sic codd. mei; in editt. legitur μῆκος ἔχει στάδια ο', πλάτος δ' ὅπου στενοτάτη, quod vereor ne sic de suo Tennulius adornaverit. σ', quod, præcedente altera σ litera, facile excidit, supplevi e Plinio 5, 7, 41, ubi: *Cercina longa XXV m. p., latus dimidium ejus, ubi plurumum, at in extremo non plus V m. p.; huic perparva Carthaginem versus ponte jungitur*. Fortassis pro ο' e Plinio reponendum ρ'.‖—7. Θένης] Θρήνης *AEF*, ἐθρήνης *BCD*, Θήνης Tennul. In græcis scriptoribus occurrunt formæ Θένη et Θαίνη (Strab. p. 834; Stadiasm.) et Θεαῖναι (Ptol.). Cf. not. ad Stadiasm. t. 1, p. 468. Strabo nostris simillima habet hæc p. 834: εἶτα Θένα (Θαίνα h. l. codd.) πόλις παρὰ τὴν ἀρχὴν κειμένη τῆς μικρᾶς Σύρτεως... Παράκειται δὲ τῇ ἀρχῇ τῆς Σύρτεως νῆσος παραμήκης, ἡ Κέρκινα, εὐμεγέθης, ἔχουσα δμώνυμον πόλιν, καὶ ἄλλη ἐλάττων Κερκινῖτις.‖—9. μῆκος στάδια μ'] στάδια μῆκος μ' codd. mei.‖—10. κέ] ε' *BCD*.

§ 22.—11. Λωτοφαγῖτιν] Λωτοφαγίτιδος editt.‖—12. χ'] Tot stadiorum Strabo p. 844 quoque dicit esse os Syrtis minoris, cui hinc Cercina, illinc Meninx adjacent: τὸ δὲ πλάτος τοῦ στόματος ἑξακοσίων· καθ' ἑκατέραν δὲ τὴν ἄκραν τὴν ποιοῦσαν τὸ στόμα προσεχεῖς εἰσι τῇ ἠπείρῳ νῆσοι, ἥ τε λεχθεῖσα Κέρκινα καὶ ἡ Μῆνιγξ, πάρισοι τοῖς μεγέθεσι. Eadem etiam p. 123 narrantur.‖ — 13. Μῆνιγξ] Μῆνιξ var. lect.‖ — σ'] χ' codd. et editiones, numero falsissimo. Secundum Strabonem longitudo Meningis insulæ eadem fere quæ est Cercinæ, quam 200 stadia longam Plinius dixit. Eandem mensuram etiam Meningis esse idem Plinius prodit: *Meninx longitudine XXV m. p., latitudine XXII, ab Eratosthene Lotophagitis appellata*. Itaque pro χ scripsi σ'; nam patet Plinii, Strabonis et Agathemeri narrationes ex eodem fonte demanare.‖ — 14. παλίρροιαι] Cf. Strabo l. l.: Διατείνει δὲ μέχρι δεῦρο τὰ τῶν ἀμπότεων πάθη καὶ τῶν πλημμυρίδων.

23. Κεφαλληνία νῆσος τετράπολις μῆκος σταδίων υ′. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ νῆσοι παρὰ τὴν Ἰλλυρίδα, ὧν ἐπισημότεραι Ἴσση καὶ ἡ Μέλαινα Κόρκυρα καὶ Φάρος καὶ Μελίτη, ὧν ἀγνοῶ τὰς περιμέτρους.

24. Πελοποννήσου δὲ ὁ περίπλους καὶ τῶν κόλπων συμμετρουμένων στάδια ,εχχζ′, χωρὶς δὲ τοῦ κατακολπίσαι ὁ περίπλους στάδια ,δ. Μῆκος δὲ ἀπὸ Μαλέας ἕως Αἰγίου στάδια ,αυ′. Ἔχει δὲ ὅμοιον σχῆμα φύλλῳ πλατάνου, κόλποις μεγάλοις τεμνομένη. Συνάγεται μὲν εἰς τὸν Κορίνθιον Ἰσθμὸν, πλάτος σταδίων μ′, ὑπὸ τοῦ Κορινθίου κόλπου καὶ [τοῦ] Σαρωνικοῦ· [ὁ δὲ Σαρωνικὸς κόλπος διήκει] ἐπὶ τὸ Σούνιον ἄκρον ἐξ εὐωνύμων [καὶ ἐπὶ τὸ Σκύλλαιον ἄκρον ἐκ δεξιῶν], ἔνθα πρόκειται νῆσος Καλαυρία Ποσειδῶνος ἱερά. Ἐξῆς δὲ ὁ Ἀργολικὸς κόλπος μέχρι Μαλέας ἄκρου, ὃ πολὺ προπέπτωκεν εἰς [τὸ] πέλαγος. (Εἶτα ὁ Ἑρμιονικὸς κόλπος.) Ἐξῆς δὲ μετὰ Μαλέαν Λακωνικὸς κόλπος ἕως

23. Cephallenia insula quatuor habens urbes, longa est stadia 400. Sunt quoque in Adriatico mari insulæ propter oram Illyrici, quarum insigniores sunt Issa et Corcyra Nigra et Pharus et Melita, quarum dimensiones non habeo compertas.

24. Peloponnesus, si connumeres etiam ejus sinus, circumnavigatur stadiis 5627; quod si sinus prætereas, ambitur stadiis 4000. Longitudo ejus a Malea ad Ægium est stadiorum 1400. Figura platani folio similis, magnis sinibus incisa; coarctatur in Corinthium Isthmum, quadraginta stadia latum, sinu Corinthio et Saronico. Saronicus vero sinus pertinet a sinistra usque ad Sunium promontorium, et a dextra usque ad Scyllæum promontorium, ubi objacet Calauria insula Neptuno sacra. Inde sinus Argolicus usque ad promontorium Maleam, quod longe in mare procurrit. (Tum Hermionicus sinus.) Dein post Maleam est dextrorsum sinus Laconicus usque ad

---

§ 23. — 2. υ′] Linea recta sunt fere 280 stadia; oræ orientalis longitudo circa 360 stadia; supra 400 stadia juxta oram occidentalem. Ambitum insulæ Plinius satis recte dicit esse 93 m. p. (774 stad.). Apud Strabonem p. 455 (392, 24 ed. Did.), ubi codd. ἔστιν ὡς τ′ τὴν περίμετρον, pro τ′ leg. videtur ψ′. ‖ — Ceterum quæ de Cephallenia in nostro leguntur, codex *E* in margine habet literis rubris exarata. ‖ — 3. Ἐπισημέστεραι Tennulius.

§ 24. — 6. ,εχχζ′] ,ηχχζ Tennulius. Numerum hunc ab Artemidoro traditum fuisse, colligis e Strabone p. 335: ἡ δὲ περίμετρος μὴ κατακολπίζοντι, ,δ σταδίων, ὡς Πολύβιος, Ἀρτεμίδωρος δὲ καὶ υ′ προστίθησι· κατακολπίζοντι δὲ πλείους τῶν ἑξακοσίων ἐπὶ τοῖς πεντακισχιλίοις. Pro stadiis 4400 stadia 4500 (563 m. p.) collegit Isidorus (ap. Plin. 4, 5, 9) ex eoque auctor anonymus fragmenti quod infra exhibebimus. ‖ — 8. Αἰγίου] Αἰγαίου codd. ‖ — 8. ,αυ′] ,αν′ *ACDF*. Post ,αυ′ fort. excidit: [πλάτος δὲ ἀπὸ τοῦ Χελωνάτα ἕως τοῦ Ἰσθμοῦ στάδια ,αυ′]. Cf. Strabo p. 335 (287, 39): Ἔστι τοίνυν ἡ Πελοπόννησος ἐοικυῖα φύλλῳ πλατάνου τὸ σχῆμα, ἴση σχεδόν τι κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος, ὅσον χιλίων καὶ τετρακοσίων σταδίων· τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Χελωνάτα δι' Ὀλυμπίας καὶ τῆς Μεγαλοπολίτιδος ἐπὶ Ἰσθμόν· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ νότου πρὸς τὴν ἄρκτον, ὅ ἐστι τὸ ἀπὸ Μαλεῶν δι' Ἀρκαδίας εἰς Αἴγιον. ‖ — 9. συνάγεται μὲν] μὲν, quod sic abundat, et cujus loco δὲ particulam exspectaveris, ex pleniore oratione auctoris, quem Noster excerpsit, resedisse videtur. ‖ — 10. τὸν Κορινθίων *ABCDE*. ‖ — 10. σταδίων μ′] Eodem modo Strabo p. 335, Plinius 4, 5, 9, Eustathius ad Dionys. 405. ‖ — 11. ὑπὸ τοῦ Κορινθίου etc.] In codd. et editt. legitur: σταδίων μ′. Ἀπὸ τοῦ Κορινθίου κόλπου καὶ Σαρωνικοῦ ἐπὶ τὸ Σκύλλαιον ἄκρον ἐξ εὐωνύμων, ἔνθα πρόκειται etc. Quæ quum sensu destituta sint, refingere tentavi. ‖ — 14. Καλαυρία] Καρία *AF*. ‖ — 16. Εἶτα ὁ Ἑρμιονικὸς κόλπος] Hoc loco ea verba leguntur in codd.; ab editoribus transposita sunt ante verba Ἐξῆς δὲ ὁ Ἀργολικὸς κόλπος. « Sic enim legi jubere aiunt et naturam locorum et auctoritatem Melæ et Strabonis. » At nihil erat cur ordinem verborum, qualem codices exhibent, mutando ad verum traduceremus. Nam Scyllæum pr. (hod. *C. Scyli*) dirimere Saronicum sinum ab Argolico non unus Agathemerus dixit, sed Ptolemæus quoque statuit, qui Hermionicum sinum (reapse illum ita comparatum ut sinus nomen vix mereatur) omnino non memorat, sed Hermionicam oram litore sinus Argolici comprehendit. Talem igitur rerum adornationem reperiens quidam, si nihilominus etiam sinus Hermionici, quem a multis memorari sciebat, mentionem facere voluit, facillime fieri potuit ut eum inter Argolicum et Laconicum sinum temere poneret medium. Alii de his aliter errarunt; ad quod non attendentes viri docti multa turbarunt. Itaque paucis rem exponere operæ pretium sit. Ora maritima ita est configurata ut Argolicus sinus pertinere debeat a Malea pr. usque ad promontorium *Spezzia* insulæ oppositum ad quod erat Halia sive Halieis locus (*Porto Kelli* s. *Keli*), Saronicus autem sive Isthmicus sinus initium sumat a promontorio Scyllæo sive hodierno *Cap Skyli*. Atque sic res habet in Scylacis Periplo. Quod inter utrumque promontorium interjectum est, Hermionicum sive mare sive sinum dicere licebat; quamquam Scylax hunc maris tractum peculiari aliquo nomine nondum designat. Contra in Ptolemæi tabulis, ut modo dixi, ita ora delineata est, ut ab intimo Argolici sinus recessu recta procurrat usque ad Scyllæum pr., adeoque totum litus Hermionicum ei sinui appositum sit. Apud alios autem sinus Argolicus item Scyllæo promontorio clauditur, ita tamen ut sinus idem sit qui apud Scylacem est usque ad Haliam pertinens; nimirum Scyllæum promontorium his non est hodiernum *Cap Skyli*, sed id quod Haliæ est propinquum. Quodsi unus tantum alterve scriptor hunc in modum statueret, pravam hanc opinionem esse et ex duabus illis quas in antecc. dixi de termino sinus Argolici veterum sententiis male conflatam dicerem. Jam vero de hac re probe inter se consentiunt et Pomponius Mela et Strabo et Plinius,

Ταινάρου ἐκ δεξιῶν, ὅπερ ὁρίζει ἐξ εὐωνύμων τὸν Μεσσηνιακὸν κόλπον, οὗ ἐκ δεξιῶν Ἀκρίτας ἄκρα. Εἶτα προπέπτωκεν ἄκρον Ἰχθύς, καθ' ὃν κεῖται Ζάκυνθος, καὶ ἕτερον ὁ Χελωνάτας· τελευταῖον δὲ ἄκρον Ἄραξος ἀντιπρόσωπον Ἀκαρνανίᾳ· μεθ' ὃν ὁ Κορινθιακὸς ἀναχεῖται κόλπος, ζ' σταδίων συγκλειόμενος στόματι κατὰ τὸ Ῥίον ἄκρον, ὃ ἔστι τῆς Πελοποννήσου, τὸ δ' Ἀντίρριον Λοκρίδος. Ἀπὸ Ταινάρου ἐπὶ Φυκοῦντα Λιβύης τὸ δίαρμα στάδια ,γ.

Tænarum, qui a sinistra terminat sinum Messeniacum, cujus a dextra Acritas promontorium. Postea prominet promontorium Ichthys, juxta quod Zacynthus objacet, et alterum Chelonatas; postremum vero promontorium est Araxus, situm ex adverso Acarnaniæ. Inde sinus Corinthiacus diffunditur conclusus estio septem stadiorum inter Rhium Peloponnesi et Antirrhium Locridis promontoria. A Tænaro in Phycuntem Africæ trajectus 3ooo stadiorum.

---

nec non Livius historicus et auctor quidam quem adhibuisse debet Pausanias. Quapropter veri similius esse mihi videtur duo exstitisse Scyllæa promontoria, alterum hodiernum *Cap Skyli*, alterum prope hodiernum *Kelli* portum, sicuti Bucephala pr. et ad sinum Saronicum erat et in ora Hermionica. Mela 2, 3, 8 ita habet : *Inter Scyllæum et Maleam sinus Argolicus.* Idem vero : *Habitant ab isthmo ad Scyllæum Epidaurii et Trœzenii;... oppida autem Epidaurus et Trœzene et Hermiona his litoribus apposita sunt.* Igitur Scyllæum ab Hermione versus occasum situm esse statuit. Eandem Plinii sententiam fuisse verba ejus docent hæc (4, 9, 17) : *Qui sequitur* (post Laconicum) *sinus ad Scyllæum Argolicus vocatur; Oppida Bœa, Epidaurus Limera* etc. .. *A Scyllæo ad Isthmum CLXXVII m. p.; oppida Hermione, Trœzen* etc. Denique Strabo p. (317,12 Did.) : Ὁ Ἑρμιονικὸς κόλπος ἄρχεται ἀπὸ Ἁλίας (sive Ἁλικῆς; codd. Ἀνης) πολίχνης. Idem p. (316, 24) : Ὁ μὲν (Ἀργολικὸς κόλπος) μέχρι τοῦ Σκυλλαίου πλέοντι πρὸς ἕω καὶ τὰς Κυκλάδας· ὁ δὲ Ἑρμιονικὸς ἐωθινώτερος τούτου μέχρι πρὸς τὴν Αἴγιναν καὶ τὴν Ἐπιδαυρίαν. Cf. p. 484 (416,22) : ἡ Μῆλος διέχουσα τοῦ Ἑρμιονικοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ Σκυλλαίου σταδίους ψ'. Adde quod alio loco (p. 321, 13) Scyllæum dicit esse ἐν Ἑρμιόνῃ, in ditione Hermionica; minime hoc cadit in *Cap Skyli*, quod erat Trœzeniorum; neque admitti velim quod Curtius (*Pelop.* 2, p. 453) censet Strabonis verbis priscum aliquem rerum statum indicari, quo Hermionica ditio ultra *Cap Skyli* pertinuisset. Obstat enim quod apud Livium quoque legimus (31, 44) : *Classis a Corcyra profecta, Malea superata, circa Scyllæum agri Hermionii Attalo regi* (qui tunc in Hermione urbe erat) *conjuncta est.* Strabo hodiernum *Cap Skyli* tanquam insigne aliquod promontorium omnino non novisse videtur; nam quum sinum Hermionicum usque ad Epidauri viciniam extendat atque Methanam ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ sitam esse putet (p. 49, 27), maximum illum oræ anfractum, quem hodiernum *Cap Skyli* facit, ignorasse debet. — Accedo ad Pausaniam. Is enim (2, 34) postquam viam qua per mediterranea Trœzene in Hermionicam iter est, descripsit, brevem subjungit recensum promontoriorum insularumque quæ in ora maritima sunt inde a Scyllæo Trœzenio usque ad Hermionem urbem. Post Scyllæum memorat Bycephalam pr. et tres insulas Haliussam et Pityussam et Aristeras, tum Colyergiam pr., dein Tricrana insulam, post hanc Buporthmum montem eique objacentem Aperopiam insulam, a qua non longe distat Hydrea ins., tum αἰγιαλὸν μηνοειδῆ, tum ἀκτὴν in qua urbs Hermione. Ex his locis Hydrea est hodierna *Hydra*, et Tricrana (Tricarenus ap. Plin.) aperte respondet hodiernæ *Trikeri*. Hæc vero insula quum ab Hydra sit versus occasum brumalem, non intelligis quomodo ante Aperopiam (*Doko*) et Hydream commemoretur, imo ejus insulæ mentio a periplo qui a *Cap Skyli* ad Hermionem fieret, omnino aliena erat. Itaque Leakius, quem in tabulis suis Kiepertus secutus est, Pausaniam putavit a Scyllæo profectum præternavigasse orientale Hydreæ insulæ promontorium (*C. Zurla*), idque Colyergiæ nomine designasse miroque errore pro continentis promontorio venditasse; hinc vero australe insulæ latus præterlegentem usque ad *Trikeri* insulam navigasse, unde deinceps cursu boream versus deflexo Hermionem tetendisset. At ejusmodi commentum ab omni veri specie abhorrere recte intellexit Curtius (*Pelop. l. l.*), ideoque aliam rerum adornationem excogitavit, quam ipsam quoque improbamus. Scyllæum scilicet Curtio non est hod. *C. Skyli*, sed promontorium magis versus boream situm (*C. Krioneri*); quod vix credideris. Dein Bucephala est *C. Spadi;* Haliussa et Pityussa sunt insulæ *Skyli* promontorio adjacentes. Colyergiam refert ad minutum litoris apicem prope *Phurkariam* situm qui in tabulis nauticis nomine caret; quamquam insigne aliquod et periculosum promontorium tum nomen ejus tum verba Pausaniæ, ἄκρα ἀνέχουσα ἐκ τῆς ἠπείρου, indicare videntur. Haud magis verisimile est Tricrana esse insululam vel rupem quæ prope *Phurkariam* oræ adjacet. Denique quo pacto credideris auctorem in hoc paraplo Hydream insulam, quæ inde a Scyllæo ob oculos erat, post Aperopiæ demum mentionem recensuisse? Statuendum potius hunc in modum. Pausanias via illa mediterranea, quam descripsit, Trœzene in Hermionicam trajecit; eundem præterea etiam litus maritimum inde a Scyllæo legisse, ut nuda nomina promontoriorum insularumque operi suo insereret, negamus; istum locorum recensum e scripto aliquo geographico mutuatus est, neque animadvertit in eo opere Scyllæum promontorium non esse illud Trœzeniæ (*Skyli*), sed Hermionicum quod e Pomponio Mela, Plinio, Strabone et Tito Livio novimus. Quo admisso Pausaniæ errore, omnia facillime explicantur. Scyllæum igitur sit promontorium quod est a borea *Kelli* sive Ἁλίας portus. Sequitur ab altero portus latere Bucephala pr., ad quod est insula, quæ ab Halia vocabatur Haliussa (sicuti insula Maseti portui Hermionico objecta Masetis dicebatur). Sequuntur Pityussa et Aristeræ, quæ hodie dicuntur *Spezzia* et *Spezzia-Poulo*. Jam Κωλυεργία ἄκρα ἀνέ-

25. Αἴγινα νῆσος προμήκης στάδια ρξ'· ἐξ ἐναντίας κεῖται τῆς Ἀττικῆς. Σαλαμὶς μῆκος στάδια ο'· ἡ Κεία ρκ'. Τῶν δὲ Κυκλάδων κρατίστη ἐστὶν ἡ Νάξος· διὸ μικρὰ λέγεται Σικελία. Ἐκ δεξιῶν δὲ αἱ Σποράδες. Ἡ δὲ Εὔβοια γεφύρᾳ πρὸς τὴν Βοιωτίαν ἔζευκται· παρατείνει δὲ Βοιωτίαν, Φωκίδα, Λοκροὺς, ἐκ δὲ θατέρου ἐπὶ ποσὸν καὶ τὴν Ἀττικήν· ἔστι γὰρ μακρὰ, διὸ Μάκρις ὠνομάσθη, μῆκος σταδίων ,αψ'.

26. Ἡ δὲ Κρήτη κατὰ Μαλέαν πλησιάζει Πελοποννήσῳ· περίμετρος δὲ αὐτῆς σταδίων ,ὀρ', μῆκος ,βτ'· κατὰ πολὺ γὰρ μεμήκυται. Κύθηρα μέσον Κρήτης καὶ Λακωνικῆς. Κύπρος βύρσῃ τὸ σχῆμα ὁμοία· περίπλους στάδια ,γυκ', μῆκος δὲ ,ατ'. Ἀπὸ Πάφου εἰς Ἀλεξάνδρειαν δίαρμα βορέου σταδίων ,γω'. Ῥόδου

25. Insula Ægina exadversum Atticam sita, longa est stadia 160; Salamis longa 70 stadia; Cea stadia 120. Inter Cyclades insulas optima est Naxus, quare vocatur minor Sicilia. Ad dextram Sporades sunt. Eubœa ponte Bœotiæ jungitur; prætexitur Bœotiæ, Phocidi, Locris, et altera sui parte aliquantum ipsi etiam Atticæ; est enim longa, ideoque Macris appellata fuit; longitudo 1700 (1200?) stadiorum.

26. Creta contra Maleam Peloponneso adjacet; ambitus ejus stadiorum 4100, longitudo 2300; nam plurimum in longitudinem patet. Cythera inter Cretam et oram Laconicam media. Cyprus habet figuram similem tergori bovis; et circumnavigatur stadiis 3420; longa est 1300. A Papho flante borea trajicitur Alexandriam spatio stadiorum 3800. Insula

---

χουσα ἐκ τῆς ἠπείρου est magnum illud promontorium (*C. Mylonas*) quod e tota Argolidis peninsula omnium maxime in meridiem projicitur et cum *Spezzia* insula periculosum fretum (*Spezzia-Strait* in tabb. anglicis) efficit. Id sanequam nautis erat κωλυσιεργία, indeque nomen traxit. Deinde ad dextram habes *Trikeri* insulam, sicut apud Pausaniam Τρίκρανα sequitur. Hinc navigatio per fretum perangustum (*Doko-Strait*), quod arctant longe in mare exporrectum promontorium portus *Kuverta*, i. e. Βούπορθμος ὄρος ἐς θάλασσαν ἐκ τῆς Πελοποννήσου προβεβλημένον, et ab altera parte *Doko* insula, Ἀπεροπία Pausaniæ. Deinceps ὁ αἰγιαλὸς μηνοειδὴς est recessus semicircularis hodierni *Kappari* portus, quem excipit ἡ ἀκτὴ urbis Hermionis. ‖ — 1. ὅπερ ὁρίζει] sic *CD*, ὃ περιορίζει *ABEF*, ὃς περιορίζει edittt. Τὸ Ταίναρον dicit etiam Strabo p. 363 aliique, quos v. in Steph. Thes. s. v. Ταίναρος. ‖ — 5. Ἄρραξος *ACDEF*. ‖ — 6. ζ'] quinque sec. Strabon. p. 336 (288, 30); *minus mille passuum latitudine* sec. Plin. 4, 3. ‖ — 7. κατὰ τόριον *AF*, κ. Τορίασον cod. Tennul. et *E*, sed in hoc ασ literas expunctas habes. ‖ — 9. ,γ] sic etiam Strabo p. 363 (311, 50); idem p. 837 (710, 25) habet 2800 stadia, sicut 350 m. p. Plinius 5, 35.

§ 25. ρξ'] Cf. Plinius 4, 19 : *Ægina... cujus XX m. p. præternavigatio est*. Quæ mensura modum longe excedit. Propior vero Strabo p. 375 ambitum insulæ 180 stadiorum facit. ‖ — 2. ο'] Eodem modo Strabo p. 393. — Κεία] sic codd. mei; Κεῖος edittt., nisi quod Κέως dedit Hoffmanus. Κεία etiam ap. Ptolem. 3, 14 pro Κία reponendum. Cf. Plin. 4, 20 : *Ceos, quam Nostri quidam dixere Ceam*. ‖ — 3. Μικρὰ Σικελία] Cf. Plinius 4, 22, 67; Steph. Byz. : ἔστι καὶ ἄλλη Σικελία κατὰ τὴν Πελοπόννησον. ‖ — 5. παρατ. δὲ Βοιωτίδα codd. et edittt. ‖ — 7. τῇ Ἀττικῇ codd.; em. Berkel. ad Steph. v. Εὔβοια. ‖ — 8. ,αψ'] ,ασ' sec. Strabon. p. 444; 150 m. p. sec. Plin. 4, 21; 1350 stad. sec. Scylac. Peripl. 58 (tom. 1, p. 47).

§ 26. — 10. δρ'] ita Artemidorus, teste Strabone p. 474. ‖ — ,βτ'] Hoc quoque loco diversos computus Noster confundit, siquidem talis longitudo cum 4100 stad. ambitu conciliari nequit. E Strabone constat stadia 2300 et paullo amplius insulæ longitudini tribuisse Sosicratem, qui ambitum ejus 5000 stadiis majorem esse statuit. ‖ — 11. μηκύνεται *E*. ‖ — 12. βύρσῃ] δορᾷ προβάτου Eustath. ad Dion. 175; *similis scuto Gallico* Hygin. fab. 276. ‖ — 13. ,γυκ'] ut Strabo p. 682 et Timosthenes ap. Plin. 5, 35, 129. Isidorus ap. Plin. computavit 3000 stadia. Cf. Stadiasm. § 315, tom. 1, p. 504. ‖ — ,ατ'] sic etiam supra § 16 et Artemidor. ap. Plin. l. l.; Strabo l. l. habet 1400 stadia, fort. librorum vitio; Timosthenes ap. Plin. 1600 stadia computat. ‖ — 14. ,γω'] 3600 sec. Strabon. p. 683 (583, 15). ‖ — 1. ,ατ'] Accuratiora habet Strabo p. 655, qui ambitum Rhodi esse stadiorum 920 tradit. Similiter Plinius (6, 36, 132) habet 1000 stad. (125 m. p.), Isidorus vero ap. Plin. et Anonymus in fragm., quod infra exhibebimus, stadia 825 sive 103 m. p. Ad Agathemeri rationes propius accedit Anonymus (in tom. 1, p. 96), qui longitudinem Rhodi 600 stadiorum esse dicit. φν'] Eodem modo Strabo p 657; 100 m. p. sive 800 stad. Plinius 5, 37, 135 et fragm. Anonymi (ex Isidoro). Agathemeri numerus vero proximus. ‖ — 2. Σάμου] sic Tennulius; Σάμος codd. mei. ‖ — χλ'] satis recte; 600 Strabo p. 637; 800 Isidorus apud Plin. et Anonymus; 700 ipse Plinius. ‖ — 3. τ'. Consentit Anonymus ad calcem Peripli Scylacis (tom. 1, p. 95), et Plinius 4, 23, 68, ubi Icariæ longitudo, secundum Silligii codicem *a*, est mill. 38 sive stadiorum 304; codex *A* habet 28 m. p. sive 224 stadia, quæ in veram insulæ longitudinem bene quadrarent. Strabo p. 639 ambitum insulæ 300 stadiorum dicens pro ambitu longitudinem dicere debebat. ‖ — χξ'] Nescio an numerus uti falsus, sic etiam corruptus sit. An ϡξ', 960? Reapse sunt inter 800 et 900 stadia. Strabo p. 645 exputat 900 stadia, Plinius 5, 38 § 136 stadia 1000, sive 125 m. p.; Isidorus ap. Plin. 1072 stadia (134 m. p.); Anonymus habet αχ', 1600, stadia, aperte vitio; legam ,αλ', 1030. Apud Plinium vero, ubi legitur : *Circuitu CXXV m. p. colligit, ut veteres tradidere, Isidorus IX m. adjicit*, pro IX reponendum esse suspicor IV, adeo ut Isidoreus numerus sit 129 m. sive 1072 stadia, et Anonymus pro more suo cum Isidoro consentiat. ‖ — 4. ,αρ'] Sic Strabo quoque p. 626; 1180 stadia sunt apud Anon. Numeri hi bene habent. Plinius 5, 39, 146 : *Tota insula circuitur, ut Isidorus, CLXVIII*

περίμετρος στάδια ,ατ'· Κῶ περίμετρος στάδια φν'· Σάμου στάδια χλ'. Ἰκαρία δὲ ἐστὶ μακρὰ, τραχεῖα, μῆκος σταδίων τ'. Χίου περίμετρος στάδια χξ', Λέσβου περίμετρος ,αρ'.

Rhodum circuitus stadiorum 1300, Cos stadiorum 550, Samos stadiorum 630 habet. Icaria longa est et confragosa; longitudo stadiorum 300. Chius circuitu continet stadia 660, Lesbus stadia 1100.

---

m. p. (1344 stad.), *ut veteres*, *CXCV m.* (1560 stad.). Quæ vereor ne corrupta sint. Isidorus numeraverit CXLVIII m. p., 1082 stadia, ut Anonymus, veteres autem CXLV.

[ΑΝΩΝΥΜΟΥ]

ΔΙΑΓΝΩΣΙΣ ΕΝ ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΗΣ ΕΝ ΤΗ ΣΦΑΙΡΑ ΓΕΩΓΡΑΦΙΑΣ.

1. Τοῦ τεχνικοῦ Πτολεμαίου διεξιόντος, ὅσα τῇ γεωγραφίᾳ σοφωτέρως διέθετο, οὐχ ἁπλῶς, οὐδ', ὡς ἄν τις εἴποι, ἐξ οἰκείας γνώμης ἢ δόξης, ἀλλὰ ταῖς τῶν παλαιοτέρων καὶ οὗτος ἐπακολουθῶν παραδόσεσι, καὶ τῶν μὲν τὰ δόξαντα ἀληθῆ εἶναι, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα ὑποβάλλουσιν, ἐπιβεβαιῶν, τῶν δὲ τὰ τῇ αἰσθήσει ὡς ψεύδη ἀπελεληγμένα ἐπιστημονικῶς διορθούμενος· δεῖν προσεπενοήσαμεν καὶ αὐτοὶ τὴν τοῦ παντὸς ὡς ἐν βραχεῖ συνελεῖν πραγματείαν, ὡς ἂν ἐπὶ μνήμης ἔχῃς, ὦ Φίλων ἄριστε, ὅσα καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παρ' ἡμῶν ἀκήκοας.

2. Δέον τοίνυν εἰδέναι σε, ὡς ἡ οἰκουμένη πᾶσα πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ὅλης γῆς ἀναλογιζομένη τὸ τέταρτον ταύτης εὑρίσκεται. Ἐπειδὴ γὰρ σφαιροειδῆ ταύτην παρελάβομεν εἶναι, καὶ περίμετρον ἔχειν μοιρῶν τ', τὰς μὲν ρπ' κατὰ τὸ φαινόμενον μέρος τῆς γῆς ὑποθώμεθα, τὰς δ' ἑτέρας ρπ' τῷ μὴ φαινομένῳ δῶμεν. Τοῦτο δὲ ποιήσωμεν ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι τῆς οἰκουμένης μέρεσι, βορείῳ λέγω καὶ νοτίῳ καὶ ἑσπερίῳ καὶ ἑῴῳ.

3. Εἶτα γραμμῇ διελόντες τὴν ὅλην οἰκουμένην ἀπὸ δύσεως μέχρι ἀνατολῶν, ἀφορίσωμεν τὸν βορρᾶν ἀπὸ τοῦ νότου. Καλοῖτο δ' ἂν ἡ γραμμὴ ἰσημερινός, ὡς ἐπὶ ταύτῃ ἀεὶ ἰσημερίας γινομένης, καὶ ὡς, ἐπειδὰν ἐν ταύτῃ τὴν ἀνατολὴν ποιεῖται ὁ ἥλιος, ἰσημερίας κατὰ πᾶσαν γινομένης τὴν γῆν.

4. Ἔπειτα κύκλῳ δίχα τε καὶ πρὸς ὀρθὰς τῷ ἰσημερινῷ διελόντες τὴν οἰκουμένην, ἐκ τούτου τὸ δυσμικώτερον καὶ ἀνατολικώτερον τοῦ πόλου νοήσωμεν. Λέγοιτο δ' ἂν ἡ γραμμὴ αὕτη μεσημβρινός, ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ γινόμενος καθ' ἑκάστην ὁ ἥλιος τὴν μεσημβρίαν ἀποτελεῖ. Ἀμφότερα δέ μοι δοκεῖ καλὸν ὑποτυπῶσαι σχήμασιν, ὡς ἂν εὐληπτότερά σοι γένοιντο.

5. Ἔστω τὸ φαινόμενον τῆς γῆς ἡμισφαίριον, ἐν ᾧ ἡ οἰκουμένη καταγράφεται, τὸ Α Β Γ Δ· ἰσημερινὸς δὲ κύκλος ὁ Β Ε Δ· βόρειος δὲ παράλληλος, ὁ ἀφορίζων τὸ ἐγνωσμένον τῆς γῆς πλάτος, ὁ Ζ Η Θ· νότιος δὲ παράλληλος, ὁ ἀφορίζων καὶ αὐτὸς τὸ ἐγνωσμένον αὐτῆς πλάτος, ὁ Κ Λ Μ. Ἔστιν οὖν ὁ τοῦ πλάτους σταδιασμὸς διὰ τοῦ μεσημβρινοῦ μυριάδων δ', τὸ ἀπὸ

§ 1.—2. σοφωτέρως *BCDE*, σοφωτάτως *AF*, σοφώτερον cod. Savill., σαφεστάτως editt. ‖ —3. εἴπῃ *ABCDF*. ‖ —7. ἀπεληλαγμένα codd. mei (non vero ἀπολεληγμένα, at Bernhardyus dicit in Analect. in Geogr. min. p. 16); ἀπολελεγμένα editt. ‖ — 8. διορθούμενοι editt. ‖ — προσεπενοήσαμεν etc.] Similem phrasin habes in Ptolemæo 7, 5, 1. ‖ — 9. ἐν βραχεῖ] ἐγχειριδίῳ editt.

§ 4. — 30. ἂν καὶ ἡ γραμμὴ *EAF*. ‖ — 32. ὑποτυπῶσαι codd. mei; ἂν ὑποτυπῶ editt. ‖ — 33. γένοιντο codd.; γένοιτο editt.

§ 5.—36. ὁ ante ἀφορίζων om. editt. Quæ sequuntur post verba γῆς πλάτος usque ad αὐτῆς πλάτος om. *A*.

[ANONYMI]

SUMMARIA RATIO GEOGRAPHIÆ IN SPHÆRA INTELLIGENDÆ.

1. Postquam Ptolemæus geographiæ artifex eam doctius exposuit, non vero simpliciter, nec, quod quispiam forte opinetur, ex privata sua notitia aut opinione, sed et ipse priscorum traditiones secutus, et quicquid illorum verisimile, prout res ipsæ demonstrant, comprobans, quæ vero sensus experimento tanquam falsa damnantur, ex artis præscripto corrigens : oportere cogitavimus nos quoque universi negotii disquisitionem in breve contrahere, ut tu, optime Philo, in memoriam revoceris eorum quæ viva voce a nobis accepisti.

2. Scire igitur debes habitabilem orbis portionem mensuratam ad magnitudinem totius terræ reperiri quadrantem ejus. Quoniam enim accepimus terram esse globosam, ejusque ambitum esse graduum 360, eorum quidem 180 gradus attribuamus adspectabili ejus parti, reliquos 180 demus parti non apparenti. Hoc vero faciamus per quatuor terræ habitabilis plagas, nimirum borealem et australem et occidentalem et orientalem.

3. Deinde ducta linea ab occidente in orientem, qua dividamus totam habitabilem, separetur septentrio ab austro. Illa linea apelletur æquinoctialis, quod sub illa noctes semper æquentur diebus, quodque, quoties in ea sol oritur, æquinoctium faciat per orbem universum.

4. Rursum circulo ad rectos angulos in æquinoctialem ducto bifariam orbem dividentes, ex eo dignoscemus, quidnam sit occidentale, quidnam orientale. Vocetur autem hæc linea meridiana, quandoquidem sol quotidie, ubi in eo constituitur, facit meridiem. Sed operæ pretium videtur, utrumque figuris deformare, quo ista facilius mente consequaris. [*Vid. fig. I.*]

5. Esto igitur apparens telluris hemisphærium, in quo describatur quicquid habitatur, Α Β Γ Δ. Sit autem circulus æquinoctialis Β Ε Δ, et huic parallelus borealis Ζ Η Θ, terminans cognitam terræ latitudinem, australis autem parallelus Κ Λ Μ, etiam ipse cognitam ejus latitudinem definiens. Est igitur latitudinis dimensio per meridianam stadiorum 40000, a septentrione in

βορρᾶ ἐπὶ νότον δηλονότι, ὅσον ἐγνωσμένον τε καὶ οἰκούμενον· ὁ δὲ τοῦ μήκους σταδιασμὸς, ἤτοι τὸ ἀπὸ δυσμῶν ἕως ἀνατολῶν ἐγνωσμένον, ὃ καὶ οἰκούμενον, θ′ μυριάδων σταδίων εἶναι λέγεται ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, ὡρῶν δὲ ιϐ′· διάστημα γὰρ κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον, ὡς ἔμαθες, τουτέστι τὸ ἀπὸ τοῦ **B** ἐπὶ τὸ **Δ**. Τὸ μέντοι ἀπὸ τοῦ **H** ἐπὶ τὸ **A** ἐν τῷ βορείῳ τμήματι, καὶ ἀπὸ τοῦ **Λ** ἐπὶ τὸ **Γ** ἐν τῷ νοτίῳ ἄγνωστον πάντη καὶ ἀοίκητον· ἐγνωσμένον δὲ μόνον τὸ ἀπὸ τοῦ **H** ἐπὶ τὸ **Λ** τμῆμα. Λέγεται δὲ πλάτος, ὡς εἴρηται, ἡ **H Λ**, ἡ δὲ **B Δ** μῆκος.

6. Ἔστιν οὖν τὸ μὲν μῆκος, ὡς ἔφαμεν, μοιρῶν μὲν ρπ′, σταδίων δὲ μυριάδων θ′, ὡρῶν δὲ ιϐ′· τὸ δὲ πλάτος μοιρῶν μὲν οθ′, γ′ ιϐ′, ἢ ὅλων π′, σταδίων δὲ μυριάδων δ′, ὡρῶν δὲ θ′. Μὴ καταπλαγῇς δὲ, καθότι ἐπὶ μὲν τοῦ μήκους, ρπ′ μοιρῶν ὄντος, ιϐ′ ὡρῶν ἀκούεις εἶναι διάστημα, ἐπὶ δὲ τοῦ πλάτους, π′ μόνον ὄντος μοιρῶν, θ′ ὡρῶν ἔχειν ἀνάβασιν, ὀκτὼ μὲν ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς βορρᾶν, μιᾶς δὲ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς νότον· οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς λόγος ἐπ' ἀμφοτέροις ἐστὶν, ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ ἰσημερινοῦ ὁ δρόμος ἐστὶν, ὡς ἔφαμεν, τοῦ ἡλίου, καὶ ἐπειδὴ τὸ νυχθήμερον κδ′ ὧραί εἰσι, διέρχεται δὲ ὁ ἥλιος τὸν ζωδιακὸν κύκλον, καὶ φαίνεται πρωὶ μὲν εἰς τὴν ἀνατολὴν κατὰ τὸν ὁρίζοντα, ἑσπέρας δὲ εἰς δυσμὰς κατὰ τὸν ὁρίζοντα καὶ νυχθήμερον ἀποτελεῖ· τὸ ἥμισυ ἄρα καὶ μεσαίτατον τῆς γῆς ιϐ′ ὡρῶν ἔχει διάστημα. Ἐπὶ δὲ τῆς πρὸς βορρᾶν ἀναβάσεως τοῦτό σε εἰδέναι χρὴ, ὡς ὁ ἥλιος ὑπὸ γῆν ὢν, ὅτε μὲν κατὰ τὴν ἰσημερίαν ἐστὶ, πανταχόθεν ἑνὶ ὁρίζοντι φαίνεται ἀνατέλλων καὶ δύνων ὁμοίως, κἀντεῦθεν ἰσημερία ἐστὶν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μόνῃ· ὅτε δὲ ταύτης πρὸς βορρᾶν ἢ πρὸς νότον ἀπέρχεται, τότε δὴ καὶ ἡ ἡμέρα αὔξειν ἀπάρχεται, τῷ μέρει δηλονότι ᾧ ὁ ἥλιος περιέρχεται.

7. Ἔδοξε δέ μοι καὶ τοῦτο διὰ σχήματος ὑποδεῖξαί σοι, ὡς ἂν ἔχῃς ἀκριβῆ τὴν περὶ τούτων εἴδησιν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸ σφαιροειδὲς εἰ μὴ σφαῖραν ἔχοις κατανοῆσαι, μέθοδόν τινα διεθέμεθα, πῶς δεῖ ἐν ἐπιπέδῳ τὴν τοῦ σφαιροειδοῦς καταλαβεῖν πραγματείαν.

8. Ἔστω τοίνυν κύκλος ὁ ἐκτὸς νοούμενος ὁ οὐράνιος, ὁ δ' ἐντὸς τὸ τῆς γῆς σχῆμα. Ἔστω σοι δὲ, ὡς ἐν ὑποδείγματι ὁ διὰ κοκκίνου, εἰς τέσσαρα μερισμὸς, δύσις μὲν καὶ ἀνατολὴ ἡ **Γτ** καὶ ἡ **ηΔ**, ἡ δὲ **Αα** καὶ ἡ **Βν** τοῦ ἰσημερινοῦ τὰ ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν μέρη.

austrum scil., quantum cognoscitur et incolitur. Item longitudinis dimensio sive quantum ab occidente in orientem cognoscitur et habitatur, definitur in æquinoctiali **B E Δ** stadiorum esse 90000, horarum 12; nam distantia secundum solis cursum, ut didicisti, id est, spatium ab **B** ad **Δ**. Incognitum vero et inhabitabile in segmento boreali quicquid est ab **H** ad **A**, deinde in australi quicquid est ab **Λ** in **Γ**, ita ut solum sit cognitum segmentum quod est ab **H** ad **Λ**. Vocatur autem latitudo, sicut dictum est, spatium inter **H** et **Λ**, longitudo **B Δ**.

6. Est ergo longitudo, ut diximus, graduum 180, stadiorum vero 90000, horarum autem 12; at latitudo graduum 79 et 25 minutorum, aut integrorum graduum 80, stadiorum vero 40000, horarum vero 9. Ceterum noli mirari quod audis in longitudine, quæ sit 180 graduum, duodecim horarum esse intervallum, in latitudine autem, quamquam 80 solummodo graduum sit, novem horarum adscensum esse, quarum octo ab æquinoctiali versus boream et una versus austrum pertinent. Nimirum non eadem in utroque est ratio. Nam secundum æquinoctialem, ut modo diximus, solis cursus est, et quoniam noctiduum 24 horis constat, sol vero signiferum circulum permeat, et mane ab ortu in horizonte, vespere autem ab occasu in horizonte apparet atque noctiduum absolvit : sequitur dimidium et maxime medium terræ duodecim horarum habere intervallum. At vero in boreali adscensu sciendum tibi est solem sub terra existentem, quandoquidem æquinoctialem circulum occupet, ubique terrarum in uno et eodem horizonte videri oriri atque pari modo occidere, et inde æquinoctium esse una sola die; quando autem vel in septentrionem vel in austrum recesserit, advehere eum etiam dierum incrementa in illam mundi partem, in cujus latere versatur.

7. Consilium mihi est tibi id quoque apposita figura exhibere, ut ita habeas accuratam istorum notitiam. Quoniam enim fieri nequit, ut sphæricam figuram aliter quam si globum habeas, comprehendas, methodum aliquam disposuimus, qua etiam in plano globosi ratio percipiatur. [*Vid. fig. II.*]

8. Sit igitur circulus extimus is quem cœlestem intelligimus, intra quem qui ductus est, referat imaginem terræ. Ponatur vero, ut in apposita figura colore coccino indicavimus, in quattuor partes divisio, ita ut **Γτ** et **ηΔ** sint occidens et oriens, **Αα** autem et **Βν**

‖ — 3. ὃ καὶ] ὃν καὶ *ABEF*; an τε καὶ, ut lin. 2? Mox τοῦ ante ἰσημερινοῦ om. editt. ‖ — 5. γὰρ, quod est post διάστημα, om. *ABC*; ac sane jungere licet ὡρῶν δὲ ιϐ′ διάστημα. ‖ — 8. πάντη] fort. præstat πᾶν τε.

§ 6. 12. ἔφημεν codd. et editt. De re v. Ptolemæus 1, 10, 1. ‖ — 15. καταπλαγῇς] κατὰ πλαγῆς *ABEF*, κατὰ πλάγια editt. absque sensu; vertunt : *sed non per obliqua hæc latera.* ‖ — 16. ἀκούεις] ἀκούειν *B*, ἀκόλουθον editt. ‖ — 18. ἔχειν ἀνάβασιν] an ἔχεις, an εἶναι ἀνάβασιν? ‖ — 20. ὁ ante αὐτὸς λόγος om. editt. Deinde ἀμφοτέρους editt. ‖ — 22. ἔφημεν codd. et editt. ‖ — 33. ἀπέρχεται] ἀπάρξεται codd. et editt.. Dein ἡ ante ἡμέρα om. editt..

§ 8. — 42. τὸ ante τῆς γῆς σχῆμα om. editt. Dein ἔστω σοι δ' ἕως editt. Velim ἔστω δέ σοι, ὡς. ‖ — 44. δύσις μὲν καὶ ἀνατολὴ ἡ Γτ καὶ ἡ ηΔ etc.] Sic codd. mei. Tennulius edidit : δύσις μὲν Γτ, καὶ ἀνατολὴ ηΔ, μεσημβρία Αα, καὶ μεσονύκτιον Βν, τοῦ ἰσημερινοῦ τὰ ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν

Χρὴ τοίνυν εἰδέναι, ὡς ὅταν ὑπὲρ γῆν μέν ἐστιν ὁ ἥλιος, εἰ μὲν κατὰ τὸ μέσον πως τοῦ οὐρανοῦ ἐστι τὸ Αα, τῇ μὲν ηΔ ἴσῃ γραμμῇ κατὰ τὴν γῆν πρώτη ἀπάρχεται εἶναι ὥρα, ὡς ἡ α δηλοῖ· τῇ δὲ Γτ ἴσῃ γραμμῇ ἐσπέρα ἀπάρχεται, ὡς ἡ ν [δηλοῖ.] Καὶ τὸ ἑξῆς δὲ δῆλόν ἐστιν ἐντεῦθεν ἐκ τῶν στοιχείων, ὡς ὅταν μὲν εἰς τὸ β γένηται ὁ ἥλιος ὑπὲρ γῆν, εἰς μὲν τὴν θϐ ἴσην γραμμὴν ὑπο γῆν πρώτη ἀπάρχεται ὥρα, τῇ δὲ ηΔα γίνεται δευτέρα ὥρα· ὅταν δ' εἰς τὸ Γ γένηται ὁ ἥλιος ὑπὲρ γῆν, τῇ μὲν ιγ ἴσῃ γραμμῇ ὑπὸ γῆν πρώτη ἀπάρχεται ὥρα, τῇ δὲ Δηα ὑπὲρ γῆν τρίτη ὥρα ἀπάρχεται. Ταὐτὸ δεῖ νοεῖν ἐπὶ πάντα τὸν κύκλον τοῦ τε ὑπεργείου καὶ ὑπογείου μέρους καὶ μήτινα ἔχειν ἀμφιϐολίαν.

Καὶ ταῦτα μέν ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν ἰσημερίαν ἡλιακοῦ δρόμου συντετάχαμεν, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ καὶ σφόδρα γε ἁρμοδίως· οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ τοῖς πᾶσι τοῦτο δοκεῖ. Πλὴν ἴστω πᾶς τῶν ἀνατρέπειν ἐπιχειρούντων, ὡς οὐχ ὑπειληφότες ταῦτα γεγράφαμεν, ἀλλὰ ταῖς τῶν σοφῶν πειθόμενοι παραδόσεσιν, οἳ καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ πολλῶν ἑτέρων φιλοπονώτερον ἐξηγήσαντο.

II. [Περὶ τῶν τῆς ἡμέρας διαφορῶν.]

9. Περὶ δὲ τῶν τῆς ἡμέρας διαφορῶν, καθότι ἐπὶ μὲν τοῦ κατὰ τὸν ἰσημερινὸν τμήματός ἐστιν ὡρῶν ιϐ', ἐπὶ δὲ τοῦ κατὰ τὸν διὰ Θούλης ὡρῶν κ', καὶ τοῦτό σοι, καθόσον ἐστὶν ἡμῖν δυνατὸν, ἐροῦμεν.

Ἔστιν οὖν ἰδεῖν οὕτως. Ὑποτυπώσομεν ἐνταῦθα πόλον. Δύσληπτον μὲν γάρ ἐστιν, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, ἐν ἐπιπέδῳ τὴν τοῦ σφαιροειδοῦς καταλαϐεῖν ὡς ἔνι θεωρίαν· πλὴν τοῖς νοῦν ἔχουσιν εὐκόλως ἂν καὶ διὰ τούτου καταληπτὴ γενήσεται, μόνον εἰ τοῖς σχήμασι καὶ στοιχείοις μετὰ ἀκριϐείας προσέχωσι.

10. Πάλιν οὖν ἔστω κύκλος οὐράνιος ὁ Α Β Γ Δ, γῆ δὲ τὸ ἐντὸς, πλάτος δὲ τοῦ ζωδιακοῦ τὸ Ε Ζ καὶ Θ. Η

æquinoctialis circuli partes super terram et infra terram. Jam scire oportet, quando supra terram sol sit, si in linea Aα medium fere cœli obtineat, in linea æquali ηΔ in terra esse initium horæ primæ, ut litera α significatur, ab æquali autem linea Γτ incipere vesperam, ut litera ν notatur. Hinc deinceps ex adscriptis literis patet, quando in β sol supra terram adscendat, primam horam in θϐ linea æquali hemisphærii quod infra terram est, secundam vero horam fieri in ηΔα; porro, quando in Γ sol supra terram assurgat, primam horam incipere in æquali linea ιγ hemisphærii inferioris, tertiam vero horam fieri in linea Δηα hemisphærii superioris. Eodemque modo rem habere censendum est per totum circulum tum partis quæ supra terram, tum ejus quæ infra terram, neque ullam de his esse dubitationem.

Ac hæc quidem de solari per æquinoctialem circulum cursu composui satis apposite, ut mihi quidem videtur, an vero aliis quoque omnibus idem videatur, dicere non habeo. Ceterum, quisquis evertere conaris, scito me ista conscripsisse nulla opinatione privata inductum, sed iis persuasum quæ viri eruditi tradiderunt, qui et de his et de aliis multis laboriosius exposuerunt.

II. [De diei differentiis.]

9. Ut vero etiam disputemus de diei differentiis, quomodo fiat ut sub plaga æquinoctialis circuli dies sit horarum 12, sub circulo autem qui per Thulen ducitur, horarum 20: hoc quoque tibi pro virili nostra expediemus.

Quæ res sit, intelligere licet hoc modo. Ponamus ibi mundi globum. Difficile sane est, ut supra jam monui, in plano sphæricam rationem comprehendere, ut revera se habet; at tamen ingenio præditis facile erit rem vel sic percipere, si modo figuras et adscriptas iis literas attenderint. [*Vid. fig. III.*]

10. Denuo igitur ponatur circulus cælestis Α Β Γ Δ, et sit terrestris globi effigies ejus internus circulus.

μέρη, in quibus verba μεσημϐρία et μεσονύκτιον ex appicta figura Tennulius in verba auctoris intulisse videtur. Idem post vocem μέρη complura excidisse putat, quæ in latinis supplet hunc in modum: « *Dividatur vero etiam uterque circulus, lineis ex communi centro æqua'ia segmenta efficientibus, in 24 partes æquales inter se, totidem literis alphabeti utrinque adnotatis. Hisque ita dispositis intelligatur solem noctidui revolutione moveri ex α in* β *et* γ *et* δ, *ac sic deinceps.* Quibus facile carebis. ‖ — 2. ἐστι τὸ Λα] κατὰ τὸ Αα codd. Hoc si servare velis, alterum quod præcedit κατὰ vel in ἐστι mutandum vel delendum fuerit. In editt. ex Tennulii instituto magna foret lacuna post τὸ Αα, deinde altera lacuna post verba τῇ μὲν η Δ ἴσῃ γραμμῇ. Totum locum Tennulius vertit hunc in modum: « *Dico, siquidem supra terras incedat sol per* Αα, *quod est medium cœli, tunc futurum ut immineat vertici habitantium in* τ, *atque illic meridiem faciat, quam secundum eam vocare liceat lineam horæ sextæ, designatam literis* Αατ; *habitantibus vero sub æquali linea* Δηα *conspici contiget mane orientem attollentemque se ex horizonte solem, ubi hora jam inchoatur diei prima, quam ex æquo repræsentat illic linea* ηα. *Eodem momento temporis existentibus sub æquali linea* ητν, *const tutis inquam in* ν, *jam incipit vespera, quum meridies est quam maxime habitantibus in* τ, *sicut dictum est.* Simili ratione sequentia vertit. Quæ apponere tædet. ‖ — 3. κατὰ τὴν γῆν] κατὰ τὴν γὰρ, absque sensu, editt. ‖ —5. ὡς ἡ ν] ὧν ἡ ν editt.; δηλοῖ de meo addidi, quamquam si subintelligi hanc vocem mavelis, nihil refragor. ‖ — 7. τὸ β γένηται et τὸ γ γένηται codd.; γίνεται editt. ‖— 10. τῇ μὲν ιγ ἴσῃ γραμμῇ ὑπὸ γῆν ἴσῃ ἀπάρχ. ὥρα codd. et editt. ‖ — 12. Ταὐτὸ] Τοῦτο codd. et editt. ‖ — 17. γε post σφόδρα om. editt.

§ 9.—25. ἐπὶ δὲ τοῦ] ἐπὶ δὲ τὸν editt. Post Θούλης addendum foret παράλληλον, siquidem vocem ἰσημερινὸν supplere ex antecc. non licet. ‖—28. πόλον *AEF*, πόλιν *BD*, πάλιν editt. Complura post πάλιν excidisse censet Tennulius, quæ de suo penu in latinis supplere studet.

πλὴν ταττέσθω ἡ Α Γ βόρειον καὶ νότιον, ἡ δὲ Β Δ δυτικὸν καὶ ἀνατολικόν, ὡσαύτως καὶ ἡ μὲν Ε Η θερινὸς τροπικός, ἡ δὲ ΖΘ χειμερινός. Ὑποθώμεθα τοίνυν ἀνιόντα τὸν ἥλιον ἐπὶ τὰς θερινὰς τροπάς, ἢ ἀπιόντα [ἐπὶ] τὰς χειμερινάς· ἀνάγκη τὸ ἡμισφαίριον φωτίζειν, ὅπου ἂν καὶ ἔστι. Καὶ ὅρα μοι τὰς ἀπὸ τοῦ ΕΖ καὶ ΗΘ ἐκβαλλομένας γραμμὰς, καὶ ὅσον τὸ περιττεῦον τῷ βορείῳ ἢ τῷ νοτίῳ ἐννόησον. Οὕτω γὰρ ποιῶν ῥᾳδίως δυνήσῃ γνῶναι τὴν ἑκάστου διαφοράν. Ταὐτὸν οὖν δεῖ νοεῖν ἐφ' ὅλῳ τῷ πόλῳ. Ἰδού σοι καὶ τούτου τὴν λύσιν ὡς ἦν δυνατὸν ἐν ἐπιπέδῳ νοῆσαι παραδεδώκαμεν, εὐκολωτέρως δ' ἂν εἶχες νοῆσαι, εἰ * τὴν οἰκουμένην κατεσκευάσαμεν.

Sit vero latitudo zodiaci EZ et HΘ. Præterea vero sumantur ad partes A et Γ plagæ suppolares. Item ad B Δ intelligantur partes mundi occiduæ et orientales; porro E H sit æstivus tropicus, Z Θ tropicus hibernus. Ponamus ergo solem vel assurgere versus æstivum tropicum, vel deprimi in hibernum; sequitur illud hemisphærium illuminari, cui sol incumbit. Jam vide mihi emissas ex E Z et HΘ lineas, et considera quantum incrementi boreali vel australi plagæ accedat. Hoc enim si feceris, facile poteris cognoscere uniuscujusque partis discrimen. Idem igitur per totum polum sic habere censendum est. Ecce etiam hujus quæstionis solutionem, prout fieri poterat in plano, intelligendam tibi dedimus; quam tamen facilius potuisses comprehendere, si terrarum orbem in globum contulissemus.

III. [Ἔκθεσις τῶν παραλλήλων.]

III. [Parallelorum circulorum descriptio.]

11. Εἰδέναι δέ σε θέλω καὶ τοῦτο, ὡς ἡ οἰκουμένη πᾶσα εἴκοσι κα τρισὶ παράλληλοις μερίζεται, ὡς παρὰ τοῦ τεχνικοῦ Πτολεμαίου μανθάνομεν, οἳ τὴν τῶν κλιμάτων ἡμῖν δηλοῦσι θέσιν, δι' ὧν αἱ τῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν αὐξήσεις τε καὶ μειώσεις γίνονται. Θαυμασίως δὲ δηλοῦσιν ἀπ' ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν οἱ τοιοῦτοι παράλληλοι τάς τε ἐπαρχίας, ὅσαι ὑπὸ τὸν αὐτὸν παράλληλόν εἰσι, τάς τε πόλεις καὶ τἆλλα ὅσα τῇ γεωγραφίᾳ παρέπονται.

11. Scire etiam hoc debes, orbem universum, quatenus habitatur, dividi tribus ac viginti parallelis, ut a Ptolemæo hujus artis prudentissimo discimus, qui climatum situs nobis indicant, secundum quæ dierum noctiumque incrementa et decrementa incedunt. Isti sane paralleli miranda facilitate nobis manifestant ab ortu in occasum usque, quænam provinciæ eidem parallelo sint subjectæ, quæ urbes, quæque id genus alia geographiam comitantur.

12. Εἴκοσι τριῶν τοίνυν ὄντων τῶν παραλλήλων ἐφ' ἑκατέρου τοῦ ἰσημερινοῦ (ὃς καὶ αὐτὸς παράλληλον τοῖς λοιποῖς ἐχει τὴν θέσιν, ἀλλ' ἰδίως ἰσημερινὸς καλεῖται κατὰ μέσα τέμνων τὴν ὅλην γῆν· ἀπ' αὐτοῦ γὰρ γίνεται ἡ ἀρχὴ τῶν πρὸς βορρᾶν ἢ πρὸς νότον ἀνιουσῶν καὶ κατιουσῶν μοιρῶν, οὗ τὸ μῆκος προλαβόντες εἴπομεν εἶναι μυριάδων θ' σταδίων· ἐξῆς δὲ πρὸς βορρᾶν γράφεται παράλληλος, ὃς καλεῖται πρῶτος. Ἐρεῖ δέ τις ἴσως· πῶς οὐχὶ δεύτερος καλοῖτο οὗτος, ἅτε προτιθεμένου τοῦ ἰσημερινοῦ; ἀλλ' εἴρηται ἡ αἰτία ὅτι ὁ ἰσημερινὸς οὐχὶ παράλληλος, ἀλλ' ἰδίως ἰσημερινὸς καλεῖται), πρῶτος δὴ τῶν λοιπῶν παραλλήλων ὁ μετ' αὐτὸν λέγεται, ἐπί τε τὰ βόρεια ἰόντων ἡμῶν καὶ τὰ νότια. Ἀπέχει δὲ οὗτος τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας δ', δ' πρὸς βορρᾶν, καὶ διαφέρει τούτου μιᾶς ὥρας τετάρτῳ, διὰ τὸ πρὸς βορρᾶν ἀνιέναι τὸν ἥλιον. Ἐπ' αὐτὰς δὲ τὰς θερινὰς τροπὰς γινομένου [αὐτοῦ εἶναι] τοῦτο εἰδέναι δέον.

12. Jam quum viginti tres paralleli sint ab utraque parte æquinoctialis lineæ,— (quæ et ipsa pari a ceteris intervallo currit, sed proprio nomine æquinoctialis vocatur, utpote totam terram loco medio secans; ab eaque linea, cujus longitudinem 90000 stadiorum esse ante diximus, initium sumitur graduum vel in boream ascendentium vel in austrum descendentium, et qui proximus ab ea versus boream parallelus describitur, is primus vocatur. Fortassis tamen aliquis dicat: Quidni secundus hic appelletur, quum ante eum positus sit æquinoctialis parallelus? Sed jam dixi causam ejus rei, nimirum æquinoctialem lineam non vocari parallelum, sed æquinoctialis nomen habere proprium) —primus igitur ceterorum parallelorum is dicitur qui proximus est ab æquinoctiali et boream et austrum versus tendentibus. Abest vero hic ab æquatore gradibus 4 et minutis 15 versus boream, ab eoque differt unius horæ quadrante, quoniam sol ascendit versus boream; quod locum habere scito quum venerit ad solstitium æstivum.

Καὶ αὖθις ὁ δεύτερος παράλληλος, ἀπέχων καὶ οὗτος μοίρας μὲν η', γ', ιϐ', διαφέρων δὲ ἡμισείᾳ μιᾶς ὥρας, ἤτοι ἔχων τὴν μεγίστην ἡμέραν ὡρῶν ιϐ' καὶ ἡμισείας.

Qui hunc sequitur est secundus parallelus, distans gradibus 8 et minutis 25, differens semisse unius horæ, sive maximum diem habens horarum 12 et minutorum 30.

Εἶτα ὁ τρίτος παράλληλος, ἀπέχων μοίρας μὲν ιϐ' [καὶ] ἡμίσιεαν, διαφέρων δὲ ἡμίσει καὶ τετάρτῳ μιᾶς ὥρας.

Deinde tertius parallelus ab æquatore distans gradibus 12 et dimidiato, et faciens diei differentiam in tres quartas partes unius horæ.

---

§ 10. 5. ἐπὶ de meo addidi. ‖ — 12. εὐκολώτερα *A*. ‖ — 13. τὴν ante οἰκουμένην om. *ABCDF*; debebat εἰ ἐν σφαίρᾳ τὴν οἰκ. vel tale quid.

§ 12 — 24. εἴκοσι τριῶν] 21 ab æquinoctiali linea versus boream, duo vero versus austrum. Verba ἐφ' ἑκατέρου τοῦ ἰσημερινοῦ, ὃς καὶ αὐτὸς παράλληλον om. editiones. ‖ —30. σταδίων om. *ABDEF*. ‖ — 33. ἡ αἰτία] καὶ αἰτία editt.; deinde ὁ ante ἰσημερινὸς editt. omittunt. ‖ — 35. τῶν ante λοιπῶν om. editt. ‖ — 37. ἀπέχειν codd. mei. De seqq. vide Ptolem. 1, 23 p. 71 sqq. ed. Wilberg. ‖ — 38. Verba καὶ διαφέρει... πρὸς βορρᾶν om. *CD*. ‖ — 46. ιϐ' ἡμισείᾳ codd.

13. Καὶ ἑξῆς ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ ἡ ἀρχὴ τῶν κλιμάτων τέθειται (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ διὰ Μερόης πρῶτον κλίμα)· ἀπέχει δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς βορρᾶν μοίρας ις′, γ′, ιϐ′, καὶ διαφέρει ὥρᾳ μιᾷ, ἤγουν ἔχει τὴν μεγίστην ἡμέραν ὡρῶν ιγ′. Ἔχει τὸ μῆκος σταδίων μυριάδων ὀκτὼ καὶ ,στλγ′ ἔγγιστα. ὯΙ ἀντίκειται ὁ νοτιώτατος παράλληλος ὁ δεύτερος ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς νότον ἀπέχων μοίρας ις′, γ′, ιϐ′, ὅσα καὶ ὁ διὰ Μερόης πρὸς βορρᾶν, διαφέρων τε μιᾷ ὥρᾳ ὁμοίως τῷ διὰ Μερόης· ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ μήκει ἴσος ἐστὶ τούτῳ· οὗ νοτιώτερον οὐδὲν ἐγνωρίσθη παρὰ ἀνθρώποις.

14. Μεταξὺ δὲ τούτου τε καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ ὁ πρῶτος πρὸς νότον παράλληλος ἀπέχων τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας η′, γ′, ιϐ′, διαφορὰν δὲ ἔχων ἡμιωριοῦ. Τῆς μιᾶς τοίνυν ὥρας τὴν διαφορὰν ἐπὶ θάτερα μέρη μοιρῶν ις′, γ′, ιϐ′ εὑρίσκομεν οὖσαν. Τούτων δὲ τῶν νοτίων παραλλήλων, δηλονότι τοῦ διὰ Μερόης ἕνεκα παραλλήλου, μνημονεύσαντες, τοῦ προηργμένου δρόμου ἤδη ἐχώμεθα.

Πέμπτος τοιγαροῦν [ὁ] μετὰ τὸν διὰ Μερόης παράλληλος γράφεται, μοίρας μὲν ἀπέχων κ′, δ′, ὥραν δὲ μίαν καὶ δ′.

Ὁ ἕκτος μετ' αὐτὸν ὁ καὶ διὰ Συήνης γραφόμενος καὶ ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἀπέχων καὶ οὗτος μοίρας μὲν κγ′, ∠′, δ′, διαφέρων δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ ὥρᾳ μιᾷ καὶ ἡμίσει· ἐν ᾧ ἐστι τὸ δεύτερον κλίμα· ἔχει δὲ μῆκος σταδίων μυριάδων ὀκτὼ καὶ ,βτλς′.

Εἶτα ὁ ἕβδομος, ἀπέχων μοίρας μὲν κζ′, ∠′, ὥραν δὲ α′, ∠′, δ′.

Ὁ ὄγδοος ὁ καὶ δι' Ἀλεξανδρείας, ἀπέχων μοίρας μὲν λ′, γ′, ὥρας δὲ β′· ἐν ᾧ τὸ τρίτον κλίμα. Ὅρα μοι τὴν τῆς ὥρας ἐνταῦθα διαφορὰν μοιρῶν οὖσαν ιγ′, ∠′, γ′, ιϐ′.

Ὁ ἔννατος ἀπέχων μοίρας μὲν λγ′, γ′, ὥρας δὲ β′ καὶ δ′.

Ὁ δέκατος ὁ καὶ διὰ Ῥόδου, ἀπέχων μοίρας μὲν λς′, ὥρας δὲ β′, ∠′, ἐν ᾧ τὸ τέταρτον κλίμα, οὗ τὸ μῆκος σταδίων μυριάδων ζ′ καὶ ,βωιϐ′ ἔγγιστα.

15. Ὁ ἑνδέκατος, ἀπέχων μοίρας μὲν λη′, ∠′, ιϐ′, ὥρας δὲ β′, ∠′, δ′.

Ὁ δωδέκατος ὁ καὶ δι' Ἑλλησπόντου, ἀπέχων μοίρας μὲν μ′, ∠′, γ′, ιβ′, ὥρας δὲ γ′, ἐν ᾧ τὸ πέμπτον κλίμα. Ἰδοὺ καὶ ταύτης τῆς πρὸς βορρᾶν τρίτης ὥρας διαφορὰν μοιρῶν ι′, ∠′, ιϐ′.

Ὁ τρισκαιδέκατος ὁ διὰ Βυζαντίου γραφόμενος, ἀπέχων μοίρας μὲν μγ′, ιϐ′, ὥρας δὲ γ′ καὶ δ′.

13. Hunc sequitur quartus, in quo positum est climatum initium (id enim est per Meroen clima primum), abest vero ab æquinoctiali versus boream gradibus 16 et minutis 25, et differt spatio horæ unius, ita ut habeat diem maximum tredecim horarum. Ejus longitudo est stadiorum 86333 quam proxime. Huic objacet maxime australis parallelus alter, ab æquatore in austrum distans iisdem gradibus 16 et minutis 25, quot etiam hic per Meroen consurgit in septentriones; et idem horæ unius discrimen habet, ut hic per Meroen, ut proinde eandem quam ille longitudinem possideat; neque illo quicquam australius in mortalium notitiam pervenit.

14. Inter illum et æquinoctialem medius est primus versus austrum parallelus ab æquatore distans gradibus octo et minutis 25, et dimidium horæ differentiam habens. Ergo unius differentiam horæ versus utramque partem invenimus esse 16 graduum et 25 (*deb.* 50) minutorum. Nunc vero istorum parallelorum australium, nempe propter Meroes parallelum, mentione facta, inceptum cursum persequamur.

Quintus ergo post parallelum per Meroen describitur in distantia graduum 20 et minutorum 15, longiorem hora una et minutis 15 diem exhibens.

Huic proximus sextus per Syenen describitur et sub ipso tropico æstivo, distans ille gradibus 23 et minutis 45, æquinoctialem superans hora una cum semisse; in eo statuitur secundum clima. Habet autem hic parallelus longitudinem stadiorum 82336.

Septimus in ordine distat gradibus 27 et minutis 30, et differt excessu unius horæ et minutorum 45.

Octavus autem, qui et per Alexandriam, abest gradibus 30 et minutis 20, et duabus horis; ibi differt tertium clima. Hic animadverte alterius horæ incrementum nasci intra gradus 13 et minuta 55.

Nonus abest gradibus 33 et minutis 20, horis 2 et 15 minutis.

Decimus, qui per Rhodum dicitur, distat gradibus 36, horis 2 et semisse, in quo quartum clima. Hujus longitudo est stadiorum fere 72812.

15. Undecimus abest gradibus quidem 38 et minutis 35, horis autem 2 et minutis 45.

Duodecimus, qui etiam per Hellespontum, abest gradibus quidem 40 et minutis 55, horis autem tribus; ubi quintum clima. Vide tertiæ horæ ad boream discrimen 10 esse graduum et minutorum 35.

Tertius decimus per Byzantium descriptus abest gradibus quidem 43 et minutis 5, horis autem 3 et minutis 15.

§ 13. — 1. τῶν ante κλιμάτων om. editt., sicuti mox δὲ (τε *BDF*) post ἀπέχει. ‖ — 4. ἤγουν ἔχει] ὡς ἔχειν editt. ‖ — 8. Ante verba ὅσα καὶ in codd. legitur πρὸς νότον, quod ex antecc. male repetitum est.

§ 14. — 12. τοῦ ante ἰσημερινοῦ om. editt. Verba ὁ πρῶτος πρὸς νότον π. ἀπ. τ. ἰσημερινοῦ om. editt., lacunam notantes. ‖ — 16. ις′, γ′, ιϐ′] Debebat ις′, ∠′, γ′. ‖ — 18. προηρηγμένου *D*; προηρημένου *E*. ‖ — 25. In sexto parallelo pro κγ′, ∠′, δ′ Wilbergius in Ptolem. dedit κγ′, ∠′, γ′ (23° 50′), quod est accuratius. Cum Nostro faciunt perboni codd. Ptolemæi, quos v. ap. Wilb. ‖ — 36. διὰ Ῥόδου] διὰ τῆς Ῥοδίας Ptolemæus. ‖ — 37. ,βτλς′] sic etiam Ptolemæus 7, 5, 15. In octavo parallelo v. μοίρας om. editt. ‖ — 38. ,βωιϐ] ,β *ABEF*, sicut Ptolemæus l. l.

Ὁ τεσσαρακαιδέκατος ὁ καὶ διὰ μέσου Πόντου, ἀπέχων μοίρας με′, ὥρας δὲ γ′, ∠′, ἐν ᾧ τὸ ἕκτον κλίμα.

Ὁ πεντεκαιδέκατος ὁ καὶ διὰ Βορυσθένους, ἀπέχων μοίρας μὲν μη′, ∠′, ὥρας δὲ δ′, ἐν ᾧ τὸ ἕβδομον κλίμα· καὶ ταύτης δὲ τῆς ὥρας ἡ διαφορὰ μοιρῶν ζ′, ∠′, ιϐ′.

Ὁ ἑκκαιδέκατος ἀπέχων μοίρας να′, ὥρας δὲ δ′, ∠′.

Ὁ ἑπτακαιδέκατος ἀπέχων μοίρας νδ′, ὥρας δὲ ε′. Καὶ ὧδε τὴν τῆς ὥρας διαφορὰν νόει μοιρῶν οὖσαν ε′, ∠′.

Ὁ ὀκτωκαιδέκατος ἀπέχων μοίρας νς′, ὥρας δὲ ε′ ∠′.

Ὁ ἐννεακαιδέκατος ἀπέχων μοίρας νη′, ὥρας δὲ ς′. Κἀνταῦθα πάλιν τῆς ὥρας τὴν διαφορὰν ἰδοὺ μοιρῶν οὖσαν τεσσάρων.

Ὁ εἰκοστὸς ἀπέχων μοίρας ξα′, ὥρας δὲ ζ′. καὶ ὧδε ἡ τῆς ὥρας διαφορὰ μοιρῶν γ′.

Εἶτα ὁ εἰκοστὸς πρῶτος ὁ βορειότερος, ὁ καὶ διὰ Θούλης γραφόμενος, οὗ βορειότερον οὐδὲν ἐγνωρίσθη παρὰ ἀνθρώποις, ἀπέχων τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας ξγ′, ὥρας δὲ η′, οὗ τὸ μῆκος σταδίων μυριάδων τεσσάρων καὶ ωνδ′. Ἐνταῦθα κατήντησεν ἡ τῆς ὥρας διαφορὰ μοίραις δυσίν.

ιϛ. Εἰ οὖν τὰς ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ ἕως τῆς ὀγδόης ὥρας προσέχῃς τῶν μοιρῶν ἐλαττώσεις, ἐκ τούτων δυνήσῃ καὶ τὴν τῶν ἡμερῶν αὔξησίν τε καὶ μείωσιν διαγνῶναι. Ταὐτὸν γὰρ δεῖ νοεῖν ἐν ταῖς νυξὶ τοῦ νοτίου πόλου, ὅτε ὁ ἥλιος πρὸς βορρᾶν ἄνεισι, πάλιν τε κατὰ τὸ ἀντικείμενον, ὅτε πρὸς νότον κατέρχεται, ταῖς ἡμέραις μὲν τὴν μείωσιν εἰς τὰ βόρεια, ταῖς νυξὶ δὲ τὴν αὔξησιν γίνεσθαι.

Quartus decimus, qui etiam per medium Pontum, abest gradibus 45, horis vero 3 ac 3o minutis; in quo clima sextum.

Decimus quintus, qui etiam per Borysthenem, distat gradibus 48 et minutis 3o, horis vero 4; in quo septimum clima. Hujus quoque horæ differentia graduum 7 et minutorum 35.

Decimus sextus abest gradibus 51, horis autem 4 et minutis 3o.

Decimus septimus distat gradibus 54, horis vero 5. Hic quoque colliges horæ differentiam esse 5 graduum et 3o minutorum.

Decimus octavus abest gradibus 56, horis autem 5 et minutis 3o.

Decimus nonus distat gradibus 58, horis 6. Ubi rursum considera unius horæ discrimen factum esse post quatuor gradus.

Vigesimus abest gradibus 61, horis autem 7. Hic discrimen horarium intra gradus 3.

Tandem vigesimus primus, omnium maxime septentrionalis, per Thulen scriptus, ultra quem nihil magis boreale hominibus compertum, distans ab æquatore gradibus 63, horis autem octo, cujus longitudo stadiorum 40854. Ibi occurrit horæ discrimen duobus gradibus.

16. Si itaque a prima usque ad hanc octavam horam attente consideraveris graduum imminutiones, ex eo poteris dignoscere dierum incrementa et decrementa. Etenim idem considerandum est in noctibus austrini poli, quum sol ad boream ascendit, et vice versa (ut est contrariorum eadem ratio) quum sol in austrum descendit, dies versus borealia diminui et noctes crescere.

---

§ 15. — 8. μοίρας να′] Sic vulgo etiam ap. Ptolemæum, ubi Wilbergius e codd. dedit να′, ∠′ ‖ — 11. μοίρας νς′] Sic vulgo etiam in Ptolemæo; νς′ ς′ scripsit Wilberg. ‖ — 13. ἰδοὺ] ἴδε editt. ‖ — 21. καὶ ωνδ′] Ptolemæus 7, 5, 15 nonnisi 40,000 habet.

[ΑΝΩΝΥΜΟΥ]

ΥΠΟΤΥΠΩΣΙΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΑΣ

ΕΝ ΕΠΙΤΟΜΗ.

I. Ἀναμέτρησις τῆς ὅλης γῆς.

1. Ἡ τῆς ὅλης γῆς περίμετρος σταδίων ,κε′ μυριάδων καὶ ,β παραδέδοται. Μῆκος δὲ τῆς οἰκουμένης τὸ μὲν ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν σταδίων ἀναμεμέτρηται ἑπτακισμυρίων. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀπὸ Γάγγου ποταμοῦ ἐκβολῆς, τοῦ ἐν Ἰνδοῖς ἑωθινωτάτου, ἐπὶ τὸ δυτικώτατον τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται μὲν Ἱερὸν, τῆς Λυσιτανίας δ' ἐστὶν ἄκρον· τόδ' ἐστὶ τῶν Ἡρακλέους στηλῶν δυτικώτερον σταδίοις που τρισχιλίοις. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ μῆκος τῆς ὅλης οἰκουμένης. Τὸ δὲ πλάτος, ᾗ πλατυτάτη οὖσα τυγχάνει, τρισμυρίων ἀναμετρεῖται σταδίων, χιλίων ἔλαττον, ἀπὸ μεσημβρίας ἐπὶ τὰς ἄρκτους.

2. Καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀρκτικοῦ πόλου μέχρι τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου τριάκοντα καὶ ἓξ τμήματα πάντα ἐστὶν ἀοίκητα διὰ κρύος· στάδιοι δ' εἰσὶν οὗτοι δισμύριοι καὶ ,ε καὶ σ'· ἀοίκητα δέ ἐστι καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ σταδίους ,η[ω], ᾗ ἀρχὴν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ὑποτιθέμεθα, καθάπερ κατ' ἄρκτους τὰ μετὰ τὸν ἀρκτικὸν εὐθέως κύκλον· ὥστε τοὺς πάντας τῆσδε τῆς ἐπιφανείας ἀοίκους συνάγεσθαι σταδίους τρισμυρίους καὶ ,δ. Λοιπὸν οὖν καταλείπονται οἰκήσιμοι ὑπὸ τὴν εὔκρατον πεπτωκότες στάδιοι δισμύριοι καὶ ,θ, ἅπερ ἐστὶ μίλια μὲν ,γχκε′, σχοῖνοι δὲ, ἐκ σταδίων λ′, μικρῷ πλέον ἐννακόσιοι· ὃ δὴ καὶ πλάτος ἐστὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης.

II. Περὶ διαιρέσεως τῆς οἰκουμένης.

3. Διαιρεῖται δὲ ἡ ὅλη οἰκουμένη εἰς ἠπείρους τρεῖς, Ἀσίαν τε καὶ Λιβύην καὶ Εὐρώπην. Ἡ δὲ διαίρεσις ἰσθμοῖς ἢ πορθμοῖς. Καί εἰσιν ὅροι τῶν ἠπείρων, τῆς μὲν Εὐρώπης πρὸς τὴν Λιβύην Στῆλαι τε καὶ πορθμὸς Ἡράκλειος, δι' οὗ ἡ καθ' ἡμᾶς εἰσχεῖται θάλασσα· τῆς δὲ Ἀσίας πρὸς τὴν Εὐρώπην ἰσθμὸς, ὃς ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τῆς Μαιώτιδος λίμνης ἐπὶ τὴν πρὸς ἄρκτους θάλασσαν διήκει· διαρρεῖ δὲ τὸν ἰσθμὸν τοῦτον ποταμὸς Τάναϊς. Χωρίζεται δὲ καὶ ἡ Ἀσία τῆς Λιβύης ἰσθμῷ πάλιν

[ANONYMI]

GEOGRAPHIÆ EXPOSITIO

COMPENDIARIA.

I. Dimensio universæ terræ.

1. Universæ terræ ambitus traditus est stadiorum 252000; magnitudo autem ejus partis, quæ habitatur, habet ab ortu in occasum dimensionem 70000 stadiorum, quæ numerantur ab ostio Gangis fluminis apud Indos maxime orientalis ad maxime occiduum totius terræ habitabilis promontorium, quod vocatur Sacrum; Lusitaniæ hoc promontorium, occidentalius columnis Herculis 3000 fere stadiis. Hæc igitur est totius habitabilis orbis longitudo. At vero latitudo, qua latissimus est, censetur stadiorum 29000 a meridie in septentriones.

2. Quæ sunt a polo arctico ad circulum arcticum sectiones 36, sive stadia 25200 omni ex parte inhabitabiles sunt propter frigus. Inhabitabilia sunt etiam spatia ab æquinoctiali ad 8800 stadia, post quæ initium a nobis habitati orbis supponimus, sicut et versus septentriones quæ sunt post arcticum illico circulum. Itaque hujus superficiei inhabitata stadia 34000 colliguntur, adeo ut sub temperata habitari credantur stadia 29000, quæ sunt millia passuum 3625, schœni vero, si stadiorum tricenum singulos computes, paulo plures quam 900 (966) : quæ et latitudo est habitati nostri orbis.

§ 39.—14. Quæ uncis includuntur supplevi. Post ἔκπιπτον in codd. legi τὸ dicit Bernhardyus. Hoc si est, ego enotare oblitus sum. ‖ — 16. ἐπὶ τῶν τε] ἐπὶ τὰ μὲν et ἐπὶ τὰ τῶν codd. ‖ — 18. εἴκοσι τρεῖς etc.] Cf. supra Anonymus § 14. p. 492, 25. Indicatur parallelus per Syenen ductus. Ptolem. 7, 5, 15 : ἐπὶ δὲ τοῦ διὰ Συήνης (παραλλήλου), ὃς ἀπέχει τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας κγ′, ∠′, γ′ (∠′, δ′ Anonym.) μέσος πως κείμενος τοῦ ὅλου πλάτους, (τὸ ἐγνωσμένον τῆς γῆς μῆκός ἐστι) μυριάδων ὀκτὼ ,βτλς′, κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων παραλλήλων πρὸς τὸν ἰσημερινὸν ἀναλογίαν. ‖ — 19. καὶ ante τοῦτο abundat. ‖ — 20. ,βτπδ′] E Ptolemæo reponendum videtur ,βτλς′. Post. v. τὸ μῆκος in *E* legitur πδ′. Lacunam notant editt. ‖ — 21. ἔγγιστα θ′ μυριάδων] Cf. Ptolem. l. l. : ὥστε συνάγεσθαι τὸ ἐγνωσμένον αὐτῆς μῆκος ἐπὶ μὲν τοῦ κατὰ τὸν ἰσημερινὸν τμήματος ἐννακισμυρίων. ‖ — 22. διὰ τοῦ etc.] διὰ τὸ ὑπὸ μεγίστου κύκλου περιέχεσθαι τὸ ἐγνωσμένον codd. et editt.; quæ sensu idoneo carent. ‖ — 23. γραφομένου δὲ διὰ] aut δὲ delendum, aut ante hæc verba alius meridiani mentio excidit. ‖ — 25. χιλ. δ′ καὶ τλγ′] χιλ. λδ′ καὶ τλγ′ *ABD* et, misso καὶ, *E*, in quibus χιλ. λδ′ ex varia scriptura numeri præcedentis τρισμύρια δισχ. ortum est. In anteec. Noster longitudinem terræ sub æquatore esse 90000 stadiorum dixerat ex sententia Ptolemæi. Exspectaveris igitur secundum ejusdem Ptolemæi rationes latitudini tribui stadia 40000 sive gradus 80, qui pertinerent inde a 63° lat. bor. sive a Thules parallelo usque ad 17° lat. austral., qui terminus duobus gradibus australior est Praso Libyæ promontorio ultimo (15°). At longe alia Anonymus prodens diversa miscuisse videtur. Ni fallor, τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης dedit τὸ συνακολουθοῦν τῷ ῥομβοειδεῖ σχήματι, cujus orbis terrarum figuræ in definienda longitudine nullam se rationem habere dixit. Noverit igitur auctor præter tabulam orbis Ptolemæi etiam aliam quæ terram ῥομβοειδεῖ σχήματι ita exhibebat, ut latitudo ejus esset stadiorum 32500 sive graduum 65 in meridiano qui ducitur per montes Hippicos. Iste stadiorum numerus proxime accedit ad stadia illa 33064 (4133 m. p.), quæ Artemidorus, ut supra vidimus, cognitæ orbis latitudini assignavit inde a Tanaidis fluvii ostio usque ad oceanum Æthiopicum, quem 5000 stadiis a Meroes parallelo abesse statuit, adeo ut meridionalis terræ terminus decem fere gradibus Hipparcheis sit æquatore septentrionalior. Verum si hunc ipsum Artemidori computum Anonymus noster exprimere voluisset, meridianum commemorasset per Alexandriam et Rhodum vel per Tanaidis ostia ductum, non vero per Hippicos montes Sarmatiæ, quos Ptolemæus ponit in 74° long. et 54° lat., sive in eadem fere latitudine in qua sunt ostia Tanaidis (54° 30), ultra quæ terram incognitam esse multi statuerunt; meridianus autem montium Hippicorum in Libya præstringit Rhaptum promontorium (73° 50′ long., 8° 25′ lat. austr.), quod ultimum terræ meridionalis terminum cognitum esse non multo ante Ptolemæi ævum statuit auctor Peripli maris Erythræi; neque aliter statuisse mihi videtur auctor quo usus

XIV. Περὶ μήκους καὶ πλάτους τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην θαλασσῶν.

40. Τῶν δὲ τῆς οἰκουμένης θαλασσῶν τὰ μήκη καὶ πλάτη τόνδε τὸν τρόπον ἔχει. Τῆς μὲν καθ' ἡμᾶς θαλάσσης [μῆκος μὲν] τὰ ἀπὸ Κώτου, τοῦ τῆς Μαυριτανίας Τιγγιτανῆς ἄκρου, μέχρι τῆς Ἴσσου σταδιοί εἰσι δισμύριοι ,ευ', ἤτοι μίλια ,γτπς'· πλάτος δὲ ἀπὸ Μασσιλίας (ἐπεὶ τὸ πλεῖστον ἡ Γαλλικὴ θάλασσα ἐνταῦθα πρὸς ἄρκτους ἀνακολποῦται) ἐπ' Ἰγίλγιλιν κολώνειαν τῆς Μαυριτανίας στάδια ,εφ', μίλια δὲ ψλγ'.

41. Τοῦ δὲ Πόντου ἀπὸ Τόμων ἐπὶ τὰς τοῦ Φάσιδος ἐκβολὰς μῆκος μὲν στάδια ,ς[σ]', μίλια ωκς', πλάτος δὲ τὸ ἀπὸ Φαναγορίας τῆς ἐν Βοσπόρῳ ἐπὶ τὰς τοῦ Ἅλυος ἐκβολὰς, ἥπερ καὶ πλατύτατός ἐστιν ὁ Πόντος, στάδια ,βυ', μίλια τχ'.

42. Ἔστι δὲ τῆς Κασπίας θαλάσσης μῆκος μὲν τὸ ἀπὸ τῶν τοῦ Κύρου ἐκβολῶν, ὃς κάτεισιν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, ἐπὶ τὰς τοῦ Ἰαξάρτου ἐκβολὰς σταδίων ,ησ', ἤτοι μιλίων ,αζδ', πλάτος δὲ πλεῖστον σταδίων ,βφ', μιλίων δὲ τλδ'.

43. Τῆς δὲ κατὰ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος Βραχείας θαλάσσης, ἐπείπερ αὕτη παρὰ τὰς ἄλλας ἐπὶ πλεῖστον πρὸς ἀνατολὰς καὶ δύσεις ἐκτείνεται, τὸ ἀπὸ Ἐσιναῦ ἐμπορίου τῆς Βαρβαρίας ἢ τῶν Ῥαπτῶν τῆς μητροπόλεως ἐπὶ Κοττίαριν ποταμὸν τῶν Σινῶν σταδίων μυριάδες ε' καὶ ,βφ', μίλια δὲ ,ζ· πλάτος δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Μεγάλου κόλπου ἐπὶ τὴν ἄγνωστον στάδια [μυρία] τρισχίλια, ἤτοι μίλια ,αψ[λ]γ'.

44. Τοῦ δὲ Ἀραβίου κόλπου ἐκκλίνοντος πρὸς ἀνα-

XIV. De marium per orbem terrarum longitudine ac latitudine.

40. Longitudines et latitudines marium in orbe terrarum sic se habent. Mare mediterraneum a Cote Mauritaniæ Tingitanæ promontorio ad Issum usque stadia continet 25400, quæ sunt millia passuum 3386. Latitudo vero ejus patet a Massilia (ubi quam maxime in septentriones mare Gallicum sinuatur) ad Igilgilim Mauritaniæ coloniam stadia 5500, quæ sunt millia passuum 733.

41. Ponti vero longitudo a Tomis ad ostia Phasidis stadiorum 6200, seu millium passuum 826. Latitudo a Phanagoria Bospori ad Halyos ostia, qua est Pontus latissimus, est stadiorum 2400, quæ faciunt millia passuum 320.

42. Caspii autem maris longitudo ab ostiis Cyri, qui ex Armenia fluit, ad ostia Iaxartis stadiorum est 8200, seu millia passuum 1094; maxima vero latitudo est stadiorum 2500, quæ sunt millia passuum 334.

43. Pelagi Indici mare Breve, quod præ aliis latissime in orientem et occidentem porrigitur, extenditur ab Esinau emporio Barbariæ sive metropoli Rhaptorum ad Sinarum amnem Cottiarim per stadia 52,500 seu millia passuum 7,000; latitudo autem ab intimo recessu Magni sinus ad terram incognitam est stadiorum 13,000, sive millium passuum 1733.

44. Sinus Arabicus in orientem inclinans ad angu-

---

est Anonymus noster, ac propterea hunc maxime meridianum ab eo commemorari censeo. A Tanaidis parallelo usque ad Rhaptum pr. gradus sunt 63, quibus si addideris gradus duos usque ad ultimum terminum (sicuti Ptolemæus duos gradus numerat a Praso promontorio usque ad extremum terræ cognitæ limitem), habebis gradus 65 sive stadia illa 32500, quæ terræ latitudinis esse Noster contendit. In tabula secundum has mensuras constructa medius totius terræ parallelus circulus per Syenen transibat, sicuti apud Ptolemæum, qui terram versus boream et meridiem multo longius producit. Denique quum terræ figuram in hac tabula ῥομβοειδῆ fuisse ipse Anonymus indicare videatur, orientales Asiæ partes ibi eodem modo descriptæ fuerint quo descripsit eas auctor Peripli maris Erythræi.

§ 40. — 5. ἀπὸ Κώτου] ἀπὸ Κῶ codd.; Κώτης ἄκρον optimi codd. etiam apud Ptolemæum 4, 1 p. 249, 9, ubi ante Wilbergium edebatur Κώττης. Apud Strabonem (p. 701 sq. Did.) promontorium vocatur αἱ Κώτεις. ‖— 7. γτπς' (25395 stad.)] γυμς' *ABDE*. Cf. § 47. ‖ — 9. ἐπὶ γίλγιλιν codd. et editt.; deinde pro κολώνειαν in editt. est κολωνίαν. ‖ — 10. ,εφ'] Apud Ptol. Massilia sita in 24° 30′ long., 43° lat., Igilgilis autem in 24° long., 32° lat. Intercedunt inter utramque urbem undecim gradus, sive 55000 stadia, pro quibus 5000 habes ap. Strabonem.

§ 41. — 11. Τόμων] Τομέως *AB*, ut Strabo p. 490 (264, 27 Did.). ‖— 12. σταδ. ,ςσ'] supplevi σ, quod post ,ς' facile excidit. ‖ — ωκς'] sic *ABCDE*, ωκγ' editt. Apud Ptolemæum inter Tomos (55° long., 45° 50′ lat.) et Phasidis ostium (72° 30′ long., 44° 50′ lat.) intercedunt 17° 30′, qui in hac latitudine efficiunt fere stadia 6200. Reapse autem distantia est 5000 circiter stadiorum. Strabo a Bosporo ad Phasin vel 8000 stadia computat, ac similiter alii. ‖ — 15. τχ'] τη' *ABD*. In Ptolemæi tabulis Phanagoria (47° 50′ lat.) et Halyis ostia (43° 10′) in eodem meridiano (64° 30′) sita distant inter se 4° 40′ = 2333 stadia. ‖—,ησ'] § 42. — 18. Is numerus cum Ptolemæi tabulis satis quadrat, quamquam Iaxartes ibi non ita positus est, ut ad eum inde ab Armenia longitudo maris maxima computari possit. Latitudinis vero stadia 2500 a Ptolemæo nostro prorsus aliena sunt, quippe qui ab australi maris ora ad borealem esse statuit 8° 30′ sive 4250 stadia.

§ 43. — 23. Ἐσιναῦ] sic codd. mei, Ἐσινοῦ editt. In Ptolem. 6, 7 p. 301, 8 et 1, 17, p. 60, 2 codices habent Ἐσσινά, Ἔσσινα, Ἐσσινάευ, Ἐσσίαευ, Ἴσσινα, Ἴσινα. Quænam genuina sit nominis barbari forma nescio. Βραχεῖα θάλασσα Ptolemæo est sinus ille qui a Rhapto prom. ad Prasum prom. pertinet; quod sequitur mare a Praso usque ad Asiam extremam juxta terram incognitam exporrectum, id vocatur Πρασώδης θάλασσα, sicuti cum Ptolemæo Anonymus quoque § 32 et 33

τολὰς τὰ μέχρι τῶν στενῶν οὐκ ἔλαττόν ἐστι μυρίων σταδίων, ἅ ἐστι μίλια ,ατλγ′, γ′.

45. Αὕτη δὲ ἡ μεγάλη θάλασσα, ἡ τὴν ὅλην οἰκουμένην περιρρέουσα κοινῷ μὲν ὀνόματι ὠκεανὸς καλεῖται, κατὰ κλίματα δὲ διαφόρους ἔχει ἐπωνυμίας. Ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ ταῖς ἄρκτοις πᾶς μὲν ἀρκτικὸς καὶ βόρειος λέγεται, ἤδη δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν ἀνατολικώτερον Σκυθικὸς ὠκεανός, τὸ δὲ δυτικώτερον Γερμανικός τε καὶ Βρεττανικὸς καλεῖται· ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος σύμπας καὶ Κρόνιον πέλαγος καὶ Πεπηγὼς καὶ Νεκρὸς ἐπωνομάζεται. Ὁ δὲ ὑπὸ τῇ μεσημβρίᾳ σύμπας μὲν καλεῖται Μεσημβρινός τε καὶ Νότιος ὠκεανός· πάλιν δ' αὐτοῦ τὸ μὲν ἀνατολικώτερον Ἐρυθρὰ θάλασσα, τὸ δὲ δυτικώτερον Αἰθιοπικὸς ὠκεανὸς προσαγορεύεται. Τῶν δὲ λοιπῶν δύο κλιμάτων τὸ μὲν κατ' ἀνατολὰς Ἑῷον πέλαγος καὶ Ἰνδικὸς ὠκεανός, τὸ δὲ κατὰ τὴν δύσιν, ἀφ' οὗπερ ἡ καθ' ἡμᾶς θάλασσα πληροῦται, Ἑσπέριος ὠκεανός, καὶ κατ' ἐξοχὴν Ἀτλαντικὸν προσαγορεύεται πέλαγος.

stias usque stadia 10,000 non minus obtinet, millia passuum 1,333 1/3.

45. At vero hoc mare magnum et terras omnes circumluens, communi quidem vocabulo nominatur oceanus, sed pro climatum varietate etiam diversas appellationes sortitur. Nam qua polo arctico subjacet, appellatur Arcticus sive Borealis, cujus tamen pars orienti propior dicitur oceanus Scythicus, occidentalis vero Germanicus et Britannicus; sed hic ipse universus nuncupatur etiam pelagus Cronium et Concretus oceanus et Mortuus; qua autem sub meridiem, totus quidem Meridianus et Notius oceanus dicitur; rursus vero hujus pars orienti vicinior mare Rubrum, et qua petit occidentem, Æthiopicus oceanus audit. In reliquis duobus climatibus, quicquid ejus est ad ortum solis, vocamus Eoum mare seu oceanum Indicum, quicquid ad occasum, unde nostrum hoc mare repletur, Hesperius nominatur oceanus, aut etiam per excellentiam Atlanticum pelagus.

---

statuit. Contra vero nostro loco Brevis maris nomine etiam ἡ Πρασώδης θάλασσα comprehenditur. Majoris autem momenti discrepantia de Esinau emporii situ inter Ptolemæum et Anonymum intercedit. Secundum Nostrum Esinau et Rhapta in eadem regione fuisse debent, apud Ptolemæum vero Essina (3° lat. austr.) quattuor graduum intervallo a Rhapton metropoli (7° lat. austr.) separatur. Nimirum post eos litoris Libyci tractus qui vocantur Ἀπόκοπα et Μικρὸς αἰγιαλὸς et Μέγας αἰγιαλός, Ptolemæus (1, 17) narrat sinum esse ἐν ᾧ ἐμπόριον τὸ καλούμενον Ἔσσινα, μετὰ δύο νυχθημέρων πλοῦν· εἶτα Σαραπίωνος ὅρμον μετὰ μιᾶς ἡμέρας πλοῦν· ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐπὶ τὰ Ῥαπτὰ φέροντα κόλπον τριῶν νυχθημέρων ἔχοντα διάπλουν. Quibus repugnant non modo quæ Anonymus noster habet, sed etiam ea quæ in accuratissimo Periplo maris Erythræi leguntur. In eo enim inde a Sarapionis statione sequuntur septem Azaniæ cursus, deinde duarum dierum noctiumque cursus ad Menuthiadem insulam, hinc denique unius diei noctisque cursus ad Rhaptum promontorium, adeo ut 13 dierum cursus sit, ubi ex Ptolemæi narratione sex tantummodo dierum navigatio foret. Perprobabile igitur est Essinæ emporii sinum apud Ptolemæum perperam transpositum esse ponendumque fuisse post sinum sex dierum qui est inde a Sarapionis statione, cuique in Periplo respondent septem Azaniæ cursus, ita ut Essinæ sinus sit e regione Menuthiadis (hod. *Ungudja* sive *Zanzibar*) insulæ juxta eum oræ tractum cui hod. *Wassina* montes et oppidum (quod ab vetere Essina non sit diversum) adjacent. Jam vero mireris hanc oræ partem in Periplo nostro maris Erythræi nomine carere, quum ceteri litoris partes suis singulæ nominibus afficiantur. Sed attendas, velim, eo ipso loco, ubi mentio ejus rei facienda erat, codicem Peripli laborare. Verba hæc sunt (§ 15 in tom. 1, p. 269 sq.): ἀφ' ἧς (sc. τῆς λεγομένης Διώρυχος) μικρὸν ἐπάνω τοῦ λιβὸς μετὰ δύο δρόμους νυχθημέρους παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν εἰτενηδιωμ. Μενουθεσιὰς ἅπαντα νῆσος. Quæ resarcire viri docti haud leni manu tentarunt ita, ut auctor dicat aut navigationem versus occasum tendere, aut insulam in occasum esse porrectam; quamquam utraque ratio errorem auctoris Peripli implicaret. Itaque aliud remedium circumspiciendum esse jure merito monuit doctissimus D'Avezacius (*Annales des voyages*, 1856, p. 134). Attulit conjecturam nescio cujus, qui legendum proposuit: παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν εἴτε νὴ δι' ἕω Μεν. etc. Recte hoc respuit Salmasius (ad Solin. p. 778), quum ineptum sit et conjectorem prodat literarum græcarum rudem. Ipse D'Avezacius propinavit hæc: παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν εἶτ' ἔνῃ δι' ἕω, quod significare vellet: « post duarum dierum noctiumque cursum juxta terram ab occasu sitam, tertio deinde die versus ortum occurrit Menuthias. » Sed ipse bene sensisse videtur neque δύσιν vocem ita usurpari posse neque recte dici istud δι' ἕω. Itaque si verba παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν quovis pacto servanda essent, crederem aliquem ad obscura illa μικρὸν ἐπάνω τοῦ λιβὸς adnotasse: παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν εἶπεν ἡλίου vel παρ' α. τ. δ. εἰπεῖν ἥδιον, idque glossema e margine in ordinem verborum irrepsisse. At e supra allatis sponte nascitur suspicio manu lenissima emendandam esse: παρ' αὐτὴν τὴν Αὐσινείτην (vel fort. Ἀσσινείτην) ἠιόνα, « juxta Ausiniten (*Wassina*) oram », eaque scriptura, nescio an leviter corrupta, indicari regionem Essinæ. ‖ — 28. μύρια τρισχίλια ἤτοι μίλια ,αψλγ′] τρισμύρια ,αυγ′ codd.; τρισμύρια ἤτοι μίλια ,δ* editt. Milliariorum numerum ,δ Tennulius vel codicis Tennuliani scriba ad stadiorum numerum 30,000 accommodasse videtur. Vitium latere in numero τρισμύρια luce clarius est. In Ptolemæi tabulis ab intimo sinus Magni recessu (173° long., 17° 20′ lat. boreal.) usque ad ultimum oræ orientalis locum Cattigara (177° long., 8° 30′ lat. austr.) linea recta sunt stadia 13,000; unde colligitur quomodo locus noster emendandus sit.

§ 45. — 3. ἡ τὴν ὅλην] καὶ τὴν ὅλην codd.

46. Ἡ δ' ὑπὸ τούτων περιρρεομένη γῆ τριχῆ νενέμηται ὑπὸ τῶν ἄριστα τὴν οἰκουμένην διελόντων, εἴς τε τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Λιβύην. Ὅροι δὲ τῆς μὲν Εὐρώπης πρὸς Λιβύην ὁ καθ' Ἡρακλέους στήλας πορθμὸς, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ πληρούμενον ἐπ' ἀνατολὴν μέσον πέλαγος ἄχρι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος τοῦ Νείλου· τῆς δ' Ἀσίας πρὸς μὲν τὴν Λιβύην τὸ αὐτὸ τοῦτο στόμα τοῦ Νείλου καὶ ὁ ἐπ' ὀρθὴν τοῦ ποταμοῦ πόρος ἐπὶ μεσημβρίαν, πρὸς δὲ τὴν Εὐρώπην ὁ Τάναϊς ποταμὸς εἰς τὴν Μαιῶτιν ἐμβάλλων λίμνην· ἡ δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκφέρεται Πόντον, οὗτος δὲ εἰς τὴν Προποντίδα, ἡ δὲ εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, μεθ' ὃν τὸ Αἰγαῖον ἐπὶ μεσημβρίαν ὁμοίως ἀναπέπταται πέλαγος. Ἔνιοι δὲ τὰς προκειμένας ἠπείρους ἰσθμοῖς διορίζουσιν, ἀπὸ μὲν τῆς Ἀσίας τὴν Εὐρώπην τῷ μεταξὺ Κασπίας θαλάσσης καὶ τοῦ Πόντου, τὴν δὲ Λιβύην τῷ μεταξὺ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς κατὰ τὸ Πηλούσιον θαλάσσης.

47. Αἱ μὲν ὁλοσχερεῖς τομαὶ τῆς οἰκουμένης εἰσὶ τοιαῦται. Τῶν δὲ ἐμφερομένων ἐν αὐτῇ πελάγων τὸ μὲν ἀπὸ δύσεως τῶν Ἰβηρικῶν ἄκρων ἐπ' ἀνατολὴν ἄχρι τοῦ κατὰ τὴν Κιλικίαν Ἰσσικοῦ κόλπου διῆκον, στάδιά ἐστι δισμύρια ἐννεακισχίλια, ἤτοι μίλια [,γωξζ']. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῆς Ῥοδίας ,ε ἀριθμοῦνται, μίλια χξζ'. Ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὸ ἑῷον ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ὃ Σαμώνιον καλεῖται, χίλιοι στάδιοι, μίλια δὲ ρλγ'· ἀπὸ δὲ τοῦ Σαμωνίου ἐπὶ Κριοῦ μέτωπον, ἕτερον τῆς Κρήτης ἀκρωτήριον·τὸ ἑσπέριον, ,αφ', ὅπερ ἐστὶ καὶ μῆκος τῆς νήσου. Δίαρμα δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ Πάχυνον ἄκρον τῆς Σικελίας ,δφ', ὃ δὴ καὶ μῆκός ἐστι τοῦ Σικελικοῦ πελάγους. Ἀπὸ Παχύνου δὲ ἐπὶ πορθμὸν πλείονες ἢ χίλιοι· δίαρμα δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ Στήλας μυρίοι καὶ ,γ. Ἀπὸ δὲ Στηλῶν ἐπὶ τὸ Ἱερὸν ἀκρωτήριον ,γ. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ μῆκος.

46. Terra autem quæ sic ab illis circumluitur, trifariam describitur ab iis, qui rectissime illam sunt partiti, in Europam et Asiam et Africam. Termini Europæ quidem ad Africam fretum ad columnas Herculis, et pelagus, quod per illud repletum versus orientem interest medium usque ad Canobicum Nili ostium; Asiæ vero ad Libyam idem istud Nili ostium et fluvii illius alveus recta tendens versus meridiem; ad Europam vero Tanais fluvius in Mæotin paludem se exonerans, quæ ipsa deinde in Euxinum Pontum defluit, hic in Propontidem, Propontis in Hellespontum, unde Ægæum pelagus in meridiem similiter expanditur. Alii prædictas continentes illas dispescunt isthmis: ab Asia Europam quidem illo, qui medius inter Caspium mare et Pontum; Africam autem illo qui est inter sinum Arabicum et mare Pelusiacum.

47. Atque hæ quidem sunt generales terrarum sectiones; marium vero intra eas decurrentium, illud ab occasu promontoriorum Hispanicorum in orientem usque ad Issicum Ciliciæ sinum penetrans, est longum stadia 29,000, seu millia passuum 3,867. Namque ab Issico sinu usque Rhodum numerantur stadia 5,000, millia passuum 667; hinc ad orientale Cretæ promontorium, quod Samonium appellant, stadia mille, quæ sunt millia passuum 133; a Samonio ad Criu Metopon, alterum Cretæ promontorium occidentale, stadia 1,500, quæ est etiam insulæ longitudo. Ab hoc trajectus in Pachynum Siciliæ promontorium stadiorum 4,500, quæ est ipsa etiam longitudo maris Siculi. A Pachyno ad fretum plura sunt quam mille stadia; inde ad Columnas trajectus 13,000, denique a Columnis ad Sacrum promontorium 3,000. Hæc igitur longitudo.

---

§ 47. Quæ in hoc capite leguntur de marium mensuris eadem iisdem sæpe verbis habes apud Strabonem; non is tamen de omnibus consensus est, ut ex ipso Strabone Nostrum sua hausisse confidenter liceat asseverare. ‖ — 23. ἐννακισχίλιοι] Tot e singularum distantiarum numeris colliguntur, quamquam accuratius dicere auctor debebat: πλείονες ἢ ἐννακισχίλιοι, siquidem a Pachyno ad fretum Siculum sunt πλείονα ἢ χίλια (1130 sc., ut aliunde scimus). Strabo de his ita habet p. 105 (87, 25 Did.): Τοῦτο δὲ τὸ ἑσπέριον τμῆμα τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῶν ἄκρων τῆς Ἰβηρίας μικρὸν ἀπολείπειν τῶν τρισμυρίων. Συντιθέασι δὲ οὕτως· ἀπὸ μὲν τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῆς Ῥοδίας ,ε, ἐνθένδ' ἐπὶ τὸ Σαλμώνιον (Σαμώνιον Noster, et sic etiam Strabo locis ceteris, ubi ejus pr. mentio fit) τῆς Κρήτης, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἑῷον ἄκρον, χιλίους· αὐτῆς δὲ τῆς Κρήτης μῆκος πλείους ἢ δισχιλίους (1500 Noster)· ἐντεῦθεν ἐπὶ Πάχυνον τῆς Σικελίας ,δφ', καὶ ἀπὸ Παχύνου δὲ ἐπὶ Πορθμὸν πλείους ἢ χιλίους· εἶτα τὸ δίαρμα ἐπὶ Στήλας ἀπὸ πορθμοῦ μυρίους τρισχιλίους (sic. codd. et Anonym.; 12,000 editt. Strab. inde a Groskurdio, quoniam paullo ante p. 87, 23 nec non p. 101, 20 Did. (122 Cas.) hunc numerum habes)· ἀπὸ Στηλῶν δὲ ἐπὶ τὰ τελευταῖα τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου περὶ τρισχιλίους. In his haud recte editores numerum 13,000 in 12,000 mutarunt, sed ceteris duobus Strabonis locis pro 12,000 potius scribendum erat 13,000; nam e numeris, quales codices præbent, colliguntur stadia 29,500 et quod excurrit; bene hæc quadrant in verba μικρὸν ἀπολείπειν τῶν τρισμυρίων; secus res haberet si summa foret 28,500. Quod Cretæ longitudinem attinet, Hoffmannus in Anonymo pro 1,500 stadiis, collato Strabone, dedit 2,500, quot habes apud Scylacem § 47. Tum vero summa conflaretur stadiorum 30,000, quæ admitti nequit. Huc accedit quod reapse Creta insula 1,500 stadiorum habet longitudinem. Adde mensuras istas probabiliter ex Artemidoro fluxisse, qui quum ambitum insulæ 4,100 stadiorum fecerit, longitudinem ejus non multum ultra 1,500 stadia extendere potuit.

48. Τοῦ δὲ πελάγους πλάτος ἐστι τὸ μέγιστον σταδίων ,ε, τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου, τοῦ μεταξὺ Ναρβῶνος καὶ Μασσαλίας, ἐπὶ τὴν καταντικρὺ Λιβύην. Ὀνομασίας δὲ ἔχει τὸ σύμπαν κατὰ τόπους διαφόρους. Τὸ μὲν γὰρ στόμα τοῦ πελάγους αὐτὸ πορθμὸς [δ] καθ' Ἡρακλέους στήλας καλεῖται. Ἔστι δὲ οὗτος τὸ μῆκος σταδίων ρκ', μιλίων ις', πλάτος δὲ ᾗ στενότατον ο'. Εἰσπλεύσασι δὲ τὸν πορθμὸν τοῦτον εὐθέως ἡ καθ' ἡμᾶς ἀναφαίνεται θάλασσα, ἧς τὸ μὲν πρὸς τῇ Λιβύῃ μέχρι τῆς Αἰγύπτου Λιβυκὸν καλεῖται πέλαγος, ἐν ᾧ δύο κόλποι συνίστανται οἱ προσαγορευόμενοι Σύρτεις. Τούτων δ' ἡ μὲν ἐλάττων δυτικωτέρα οὖσα τῆς ἑτέρας περίμετρον ἔχει σταδίων ,αχ', μίλια δὲ [ρζ'], ἡ δὲ μείζων ,ε· ταύτης δὲ βάθος ,α ἐστὶ καὶ φ', ὅσον καὶ τὸ πλάτος τοῦ στόματος.

49. Τὸ δὲ πρὸς τῇ Εὐρώπῃ πέλαγος πλείονας ἔχει τὰς ἐπωνυμίας. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀπὸ τῆς δύσεως Ἰβηρικὸν λέγεται, μετ' ἐκεῖνο δέ ἐστιν ὁ κατὰ Μασσαλίαν καὶ Ναρβῶνα Γαλατικὸς κόλπος. Εἶτα κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τῆς νῦν Ἰταλίας Λιγυστικὸν ἐκδέχεται πέλαγος, μετὰ δὲ τοῦτο τὸ Σαρδῷον, ἐξῆς δὲ τούτῳ τὸ Τυρρηνικὸν, εἶτα τὸ Σικελικὸν· φθάνει δὲ τοῦτο ἄχρι Παχύνου ἐπὶ μεσημβρίαν, καὶ τῶν ἄκρων τῆς Κρήτης ἐπὶ τὴν ἕω, καὶ τῆς Ἰαπυγίας ὡς ἐπὶ βορρᾶν. Μεθ' ἣν ὁ Ἀδρίας πολὺς ἀναχεῖται κόλπος ἐπὶ τὰς ἄρκτους, εἶτ' εἰς δύσιν ἀποκλίνει, μῆκος μὲν ἔχων ,ς' σταδίων, μιλίων δὲ [ω'], πλάτος δὲ ᾗ πλατύτατος ,α καὶ σ'. Τούτου δὲ [τὰ δεξιὰ] Ἰλλυρίς ἐστι, τὰ δὲ εὐώνυμα ἡ Ἰταλία μέχρι τοῦ κατ' Ἀκυληίαν μυχοῦ καὶ Πόλας.

50. Μετὰ δὲ τὸ Σικελικὸν πέλαγος ἐκδέχεται τὸ Κρητικὸν, ᾧ συνάπτει τὸ Αἰγύπτιον, μεθ' ὃ τὸ Φοινίκιον, εἶτ' ἤδη ἐπὶ τὰς ἄρκτους παρεγκλίνει τὴν ἄνω Συρίαν καὶ τὴν Κιλικίαν παραξύον, μεθ' ἃς ἐπὶ δύσιν ἐπινεύει, καὶ Παμφύλιον προσαγορεύεται πέλαγος ἄχρι Χελιδονίων νήσων καὶ ἄκρας Λυκιακῆς. Ἀπὸ δὲ τῶν Χελιδονίων ἀναπέπταται ὡς πρὸς ἄρκτους τὸ Αἰγαιον, μῆκος ἔχον ἐπὶ βορρᾶν ,δ σταδίων, μιλίων δὲ φλγ', πλάτος δὲ ᾗ πλατύτατον ,β. Μεθ' ὃν συνάγεται εἰς στενὸν [δ] Ἑλλήσποντος, ἑπτὰ σταδίων ἔχων διάστημα κατὰ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον.

51. Εἶτα ἀπ' αὐτοῦ πλατύνεται ἡ Προποντὶς, μῆκος μὲν ἔχουσα τὸ ἀπὸ τῆς Τρωάδος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον σταδίων ,α καὶ φ', μιλίων δὲ [σ'], πάρισον δέ πως καὶ πλά-

48. Latitudo vero pelagi maxima est stadiorum 5,000 a Gallico sinu, qui medius inter Narbonem ac Massiliam, usque in oppositam Africam. Ceterum hoc omne pro locorum varietate appellationes variat. Nam ostium pelagi ipsum dicitur fretum ad columnas Herculis, cujus longitudo est stadiorum 120 seu millium passuum 16, latitudo, ubi angustissimum, 70 stadiorum. Hoc fretum ingressis statim sese aperit nostrum mare, cujus latus omne, quod Africæ littus stringit ad Ægyptum usque, vocatur pelagus Libycum, in quo etiam constituuntur sinus, quos Syrtes appellant. Harum minor, occidentalior quam altera, ambitur stadiis 1,600, millibus passuum [107], major vero stadiis 5,000, cujus profunditas stadiorum 1,500, quanta etiam ostii latitudo.

49. Pelagus autem, quod Europæ adjacet, compluribus nominibus describitur. Primum enim ab occidente vocatur Ibericum; deinde sequitur ad Massiliam et Narbonem Gallicus sinus; deinde circa principium hodiernæ Italiæ Ligusticum pelagus excipit, post illud est Sardoum, ac continuo Tyrrhenicum, postea Siculum, quod magnum tractum occupat versus meridiem usque ad Pachynum, et promontoria Cretæ versus orientem, versus boream usque ad Iapygiam; post quam Adriaticus sinus magnus refunditur obversus septentrionibus, sed mox ad occasum obliquatur; longitudo ejus stadiorum 6,000, quæ sunt millia passuum [800], latitudo autem, ubi maxima, stadiorum 1,200. Hujus oram dextram prætendit Illyricum, lævam Italia usque ad intimum circa Aquileiam recessum et Polam.

50. Post Siculum pelagus est Creticum, cui contiguum est Ægyptium, a quo Phœnicium; deinde deflectitur in septentriones, superiorem Syriam Ciliciamque stringens; post quas in occidentem abscedit, pelagusque Pamphylium appellatur usque ad Chelidonias insulas et extremam Lyciam. A Chelidoniis autem committitur Ægæum versus septentriones, cujus longitudo in boream 4,000 stadiorum est, millium passuum 533, latitudo maxima 2,000 stadiorum. Post hoc cogitur in angustum Hellespontus, septem stadiorum spatium habens inter Sestum et Abydum.

51. Ab hoc deinde laxatur Propontis, cujus longitudo a Troade usque ad Byzantium stadiorum 1,500, quæ sunt millia passuum [200]; latitudo prope

---

§ 48. τοῦ δὲ πελάγους καταντικρὺ Λιβύην] Eadem iisdem pæne verbis Strabo p. 122 (101, 21-24 Did.). ‖ — 7. ρκ' et ο'] ut Strabo l. l. ‖ — 11. δύο om. editt. Quæ sequuntur de Syrtibus ex Eratosthene affert Strabo.

§ 49. Eadem Strabo p. 122 sq. ‖ — 19. κατὰ] μετὰ codd. et editt. ‖ — 27. ς'γ', codd. ‖ — 28. Cf. Strabo p. 124 : Τούτου δὲ τὴν μὲν ἐν δεξιᾷ πλευρὰν ἡ Ἰλλυρὶς ποιεῖ, τὴν δ' εὐνώνυμον ἡ Ἰταλία μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Ἀκυληίαν. ‖ — 30. Πόλας] πόλεως *E*, Πώλας editt.

§ 50. — 36. Λυκιακῆς] Λυκίας editt. ‖ — 37. ἀναπέπταται] ἀνάπτεται editt. Mirum est quod inde a Chelidoniis mare Ægæum versus boream expandi dicitur, quum vulgo mare Chelidoniis propinquum aut Pamphylio mari assignetur, aut Lycio. Cf. Dionys. vs. 130. ‖ — 37. ,δ et ,β] ut Strabo p. 124 (102, 54 Did.).

§ 51. — 44. πως] που editt.; πως etiam Strabo p. 125. ‖ — § 53. 23. περιφερέστερος] προφερέστερος codd. et editt.; em. e Strabone p. 125 (103, 36 Did.). ‖ — 25. Κιμμέριος editt.

τος. Μετὰ δὲ τὴν Προποντίδα εἰς τετραστάδιον αὖθις στενοῦται καὶ [τὸ] στόμα τοῦ Πόντου, ὃ καλεῖται Βόσπορος Θρᾴκιος. Ἐντεῦθεν δὲ ἤδη ὁ Πόντος αὐτὸς ἀνοίγεται διθάλασσος ὢν τρόπῳ τινί· κατὰ μέσον γὰρ αὐτοῦ δύο ἀνέχουσιν ἄκραι, ἀλλήλων ἀπέχουσαι δισχιλίους που καὶ φ′ σταδίους, ὧν ἡ μὲν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπ' ἄρκτους ἀνατείνουσα καλεῖται Κάραμβις, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης πρὸς νότον Κριοῦ μέτωπον προσαγορεύεται.

52. Καὶ τὰ μὲν ἀριστερὰ τοῦ Πόντου, ἅπερ ἐστὶ πρὸς ἑσπέραν, μῆκος μὲν ἔχει ἀπὸ Βυζαντίου μέχρι τῶν ἐκβολῶν Βορυσθένους σταδίων ,γω′, μιλίων δὲ[φζ′], πλάτος δὲ ,β· τὸ δὲ ἑῷον μέρος, ὅπερ ἐστὶ καὶ δεξιὸν τοῖς εἰσπλέουσι, μῆκος ἔχει ,ε ἢ μικρῷ πλέον ἀπὸ τοῦ στόματος ἐπὶ τὸν κατὰ Διοσκουριάδα μυχὸν, πλάτος δὲ ,γ.

53. Ἡ δὲ περίμετρος τοῦ σύμπαντος Πόντου δισμυριά ἐστι καὶ ,ε, ἐοικυῖα Σκυθικῷ τόξῳ. Τὰ μὲν γὰρ δεξιὰ τῇ νευρᾷ παρομοιοῦσι, πάντοθεν γάρ ἐστιν ἰθυτενῆ πλὴν τῆς ἀνεχούσης Καράμβεως, τὸ δὲ λοιπὸν πᾶν τῷ κέρατι τοῦ τόξου διττὴν ἔχοντι τὴν ἐπιστροφὴν, ὥστε δύο κόλπους συνίστασθαι, ὧν ὁ ἑσπέριος κατὰ πολὺ περιφερέστερος ὑπάρχει τοῦ ἑῳθινωτέρου. Τούτου δὲ πρὸς ἄρκτον ἡ Μαιῶτις ὑπέρκειται λίμνη, τὴν περίμετρον ,θ οὖσα σταδίων, ἧς τὸ στόμα Κιμμερικὸς καλεῖται Βόσπορος. Ἡ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς θάλασσα τοιαύτη.

æqualis. Post Propontidem rursus arctatur Ponti quoque ostium in quadristadium, quod appellatur Bosporus Thracius. Hinc jam ipse Pontus aperitur, in duo velut maria se diffidens. Quippe circa ejus medium duo eminent promontoria, 2,500 circiter stadiis invicem dirempta; quorum alterum ab Asia procurrens in septentriones dicitur Carambis, alterum ab Europa in austrum Criu Metopon appellatur.

52. Et læva quidem Ponti, quæ ad occidentem sunt, longitudine sua a Byzantio ad ostia Borysthenis obtinent stadia 3,800, quæ sunt passuum millia [507], latitudine vero 2,000. Eoa autem pars, quæ innavigantibus est dextera, longitudinem habet stadiorum 5,000 aut aliquanto plus, ab ostio ad recessum juxta Dioscuriadem; latitudo est 3,000 stadiorum.

53. Universi autem Ponti ambitus est stadiorum 25,000, similis Scythico arcui; quippe dextra chordam imitantur; ubique enim in rectum tenduntur, nisi qua Carambis eminet; sed reliquum omne cornui arcus par est duplicem habenti curvaturam, ita ut constituantur duo sinus, quorum occiduus est multo rotundior orientali. Ab hoc Ponto Euxino in septentriones sursum sita est Mæotis palus, ambitu stadiorum 9,000, cujus ostio nomen est Cimmerio Bosporo. Atque ita se habet mare nostrum.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ.

A.

Τῶν δ' εὐμεγεθῶν νήσων Σαρδὼ μὲν τὴν περίμετρον ἔχει σταδίων ,δυμ′, μιλίων φ[ϛβ′], Κύρνος δὲ, ἣν Κορσικὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι, τὰ κύκλῳ ἔχει σταδίων ,δυμ′. Τῆς δὲ Κρήτης τὰ κύκλῳ ἐστὶ σταδίων ,δτ′. Ἡ δὲ Κύπρος σταδίων ,γ. Τῶν δὲ Βρεττανικῶν νήσων ἡ μεγίστη καλουμένη Ἀλβίων τὴν περίμετρον ἔχει σταδίων τρισμυρίων ἐνναχισχιλίων, ἡ δὲ Ἰέρνη ἀναλόγως ταύτης μείζων *. Ἡ δὲ Πελοπόννησος σταδίων ἐστὶ

FRAGMENTA.

I.

Inter insulas autem majores Sardinia ambitum habet 4,440 stadiorum, 592 mill. passuum. Cyrnus, quam incolæ appellant Corsicam, ambitum habet stadiorum 4,440 (2,440?). Cretæ circuitus est stadiorum 4,300; Cypri stadiorum 3,000. Insularum Britannicarum maxima, quæ Albion appellatur, circuitum habet stadiorum 39,000; Hibernia autem *paullo minorem*. Peloponnesus est circuitu stadiorum

Quæ sequuntur excerpta exstant in codice Paris. 39; prior eorum pars legitur in folio 167 R., altera in folio 168 R. Primus edidit E. Miller. in *Périple de Marcien d'Héraclée*, etc. (Paris 1839). Quæ de ambitu Cypri, Albionis, Peloponnesi, Rhodi, Sami traduntur, Isidori computum reddere constat. Probabile igitur est ex eodem auctore etiam cetera depromi.

29. ,δυμ′] 4,440 stadia efficiunt 555 m. p.; apud Plinium 3, 13, 84 Sardiniæ ambitus est 565 m. p., qui numerus nescio an ex Agathemero in 555 mutandus sit. φ′] Numerus mancus est. Scribendum φνε′, si octo stadia in mille passus computasse auctorem censeas; sed infra quum mille passus sint stadia septem et dimidium, eadem ratio etiam hoc loco fuerit, adeo ut corrigendum sit φϛ′. ‖ — 30. ἐπιχώριοι Miller., χώριοι codex; possis etiam ἐγχώριοι. Mox τὸ κύκλῳ et sic in sqq. iterum, sed deinceps τὰ κύκλῳ codex. δυμ′] Numerus aperte falsus ex antecedentibus temere repetitus esse videtur. Ambitum Corsicæ 2,600 stadiorum sive 325 m. p. esse Plinius l. l. dicit. Cf. quæ de longitudine insulæ leguntur in Agathem. § 20. Nostro loco quid reponendum sit, sciri nequit. ‖ — 31. ,δτ′] 4,100 sec. Artemidor.; 4,712 (589 m. p.) Plinius 4,

τετρακισχιλίων πεντακοσίων. Ῥόδου δὲ ἡ περίμετρος σταδίων ωκε′, Κῶ δὲ νήσου σταδίων ώ. Χίος δὲ σταδίων ,αχ′. Λέσβου δὲ τὰ κύκλῳ ,αρπ′. Ἡ δὲ Σαμία νῆσος σταδίων ω′.

2. Μῆκος τῆς ὅλης γῆς ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δυσμάς φασι σταδίους ὀκτακισμυρίους. Τῆς δ' ὅλης γῆς τὸ μέγιστον ἐχούσης κύκλῳ εἰς μυριάδας σταδίων κε′, τὴν σύμπασαν αὐτῆς ἐπιφάνειαν λογιζόμενοι, τίθεμεν εἰς [μυριάδων] μυριάδας διακοσίας· ὧν τὸ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης ὡς τέταρτόν ἐστι τούτου. Μῆκος δὲ τοῦ παντὸς χύματος ἀφ' Ἡρακλείων στηλῶν ἕως τῆς πρὸς ἀνατολαῖς Συρίας οὐ πολὺ λείπει τρισμυρίων σταδίων.

4,500. Rhodi ambitus stadiorum 825; Coi insulæ stadiorum 800. Chios est circuitu stadiorum 1,600. Lesbi circuitus stadiorum 1,180. Samos insula circuitum habet stadiorum 800.

2. Longitudinem totius orbis terrarum ab ortu solis ad occasum dicunt esse stadiorum 80,000. Totus orbis terrarum quum ad summum habeat circuitu stadia 250,000, omnem ejus superficiem ponimus contineri stadiis 20,000,000,000, quorum terra habitabilis nostra quartam fere partem comprehendit. Longitudo totius maris inde ab Herculis columnis usque ad Syriam orientalem 30,000 stadiis non multo minor est.

20; supra 5,000 stadia Sosicrates ap. Strabonem. ‖ — 32. ,γ] Sic Isidorus ap. Plin. 5, 35, 129. ‖ — 34. τρισμυρ. ἐννακισχ.] Sic Isidor ap. Plin. 4, 30, 102. ἀναλόγως ταύτης μείζων] Hæc nihili sunt. Apud Melam 3, 6, 6 *Juverna est pœne par spatio*. Sec. Plin. 4, 30, 102 *latitudo est eadem, sed latitudo CC m. minor*. Cæsar B. G. 5, 13 : *Hibernia dimidio minor, ut æstimatur, quam Britannia*. Hinc fingere licet : ἡ δὲ Ἰέρνη ἐστὶν ὀλίγῳ ταύτης μείων, vel etiam ἡ δὲ Ἰέρνη, ὡς λόγος, ταύτης ἡμίσειαν (τὴν περίμετρον ἔχει). ‖ — 1. τετρακισχιλ. πεντακ.] Sic Isidorus ap. Plin. 4, 5, 9. ‖ — 2. ωκε′] Sic Isidorus ap. Plin. 5, 36, 132. 2. ω′] Sic Isidorus ap. Plin. 5, 36, 134. ‖ — 3. ,αχ′] Is numerus genuinus esse nequit. Facillima correctio foret ,αλ′, 1,030, quot stadia etiam Isidorus computavit, si apud Plinium 5, 38, 136 pro IX legeris IV. Ut nunc numeri Pliniani habent, Isidorus computasset stadia 1,072. Quare Hoffmannus nostro loco ,αξ′ leg. proposuit. V. not. ad Agathemer. § 26. ‖ —,αρπ′] Isidorus ap. Plin. 5, 39, 140 Lesbi ambitum fecit, sec. codd. scripturam, CLXVIII m. p., quod corrigendum fuerit in CXLVIII m. p. (1184 stad.). Agathemerus § 26 et Strabo (ex Artemidoro) 1,100 stad. produnt. ‖ — 4. ω′] Sic Isidorus ap. Plin. 5, 37, 135. Cf. Agathem. § 26.

§ 2. — 5. μῆκος τῆς ὅλης γῆς] In seqq. ἡ ὅλη γῆ est *orbis terrarum ;* quo sensu si nostro quoque loco verba intelligenda essent, illa 80,000 stadia referenda essent ad diametrum globi terrestris. At cetera verba suadent significari longitudinem τῆς οἰκουμένης, quam ipsam quoque ex Isidoro deprompserit. Usque ad Gades Isidorus computavit stadia 78,544 (9,818 m. p. sec. Plin. 2, 112, 242). Ad explendam summam stadiorum 80,000 desiderantur stadia 1,456 (182 m. p.), quæ Gadibus ad Sacrum promontorium pertinent, veramque ejus tractus longitudinem accuratius indicant quam millia pass. 190, quæ e Strabone colliguntur, atque 228 m. Varronis ap. Plin. 5, 35, 116. In Marciano (v. tom. I, p. 521) terræ longitudo usque ad Sacrum promontorium, quod a Gadibus 3,000 stad. abesse censet, est stadiorum 78,545. Hunc numerum ex Isidoro desumtum esse, Marcianum vero temere usque ad Sacrum prom. computare quæ ex Isidori sententia nonnisi usque ad Gades computanda essent, facile aliquis crediderit. At quum ceteri Marciani numeri ab Isidoreis diversi sint, numerus 78,545 corrigendus potius videtur in 71,545, uti exposui in not. ad Marcian. l. l. ‖ — 9. μυριάδων] Hoc inserui ex emendatione Letronnii in *Fragments des poëmes géogr.* p. 294, ubi hæc : « La notion curieuse qui suit ne se trouve, à ma connaissance, que dans ce seul fragment : il s'agit de la surface du globe. L'auteur dit : « calculant la surface entière, nous la portons à deux cents myriades (2,000,000) de stades. » Ce nombre est beaucoup trop faible. En effet, d'après la proportion : 7 : 22, qui est celle d'Archimède, entre le diamètre et la circonférence, on a pour le diamètre (la circonférence étant de 250,000) le nombre de 79,546 stades, et en partant de 252,000, on a 80,181 ; mais, pour la facilité du calcul, les anciens prenaient le nombre rond 80,000. Voilà pourquoi, dans Plutarque (De facie in orbe lunæ p. 425), le rayon de la terre est porté, en terme moyen, à 40,000 stades (κατὰ τοὺς μέσως ἀναμετροῦντας) ; or, en multipliant le diamètre (80,000) par le grand cercle (250,000), selon le célèbre théorème d'Archimède, on a la surface de la sphère égale à 20,000,000,000 stades carrés, ou, d'après la façon de parler des Grecs, à 200 myriades de myriades. On voit donc que le copiste a oublié un mot. » ‖ — 10. ὡς τέταρτον] Eodem modo Ptolemæus. ‖ — 11. ἕως τῆς πρὸς ἀνατολαῖς Συρίας] « L'expression est singulière, comme si la Syrie pouvait être ailleurs comme en Orient. » Letronnius, qui legendum putat ὡς πρὸς ἀνατολὰς μέχρι τῆς Συρίας. Præter necessitatem. Maxima interni maris longitudo quum pertineat a Columnis ad sinum Issicum et Syriæ oram borealem, quæ longe est orientalior quam australis Syriæ ora Ægypto vicina, suo jure Noster Syriæ partem borealem dicere potuit τὴν πρὸς ἀνατολαῖς Συρίαν. Maris longitudinem usque ad Issum 30,000 stadiorum facit Strabo p. 519 (445, 10) ; Anonymus, ut supra vidimus, computat stadia 29,400 et alio loco 29,000. Ceterum hic computus Isidori esse vix potuit ; is enim a Tingi ad Canobicum ostium 28,792 stadia computasse dicitur, adeo ut 30,000 stadia vel usque ad Pelusium numerare debere, multoque plura ad intimum maris interni recessum.

B.

3. Νάξος νῆσος*. — Ἡ Μαραθὼν τῆς Ἀττικῆς σταδίους τριακοσίους ἀπέχουσα τῆς πόλεως. Ἔστι δὲ ὁ Ἑλλήσποντος πορθμὸς, φερόμενος ἀπὸ τῆς Προποντίδος ἐπὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, ἔχων τὸ πλάτος σταδίων ζ′, ὃν ἔζευξε Ξέρξης. Ἔστι δὲ ἡ Σικελία νῆσος σταδίων τετρακισχιλίων ὀκτακοσίων ἔχουσα τὴν περίμετρον, μιλίων χμε′.

II.

3. Naxos insula. Marathon in terra Attica sita abest ab Athenarum urbe trecenta stadia. Hellespontus est fretum, quod fertur ex Propontide in mare Ægæum, habetque latitudinem stadiorum 7, ubi Xerxes pontem fecit. Sicilia est insula, habens ambitum stadiorum 4,800 sive 645 (640?) mill. passuum.

§ 3. — 1. τῆς Ἀττικῆς] ἀπὸ τῆς Ἀττ. codex; τριακοσίους] Deb. διακοσ. || — 5. ζ′] ξ′ codex; em. Letronnius. || — 7. χμε′] Pro more Byzantinorum Noster in mille passus computat septem stadia et dimidium. Attamen 4,800 stadia nonnisi 640 millia efficiunt, adeo ut in alterutro numero vitium hæreat. Cf. not. ad pag. 483.

INCIPIT LIBER JUNIORIS PHILOSOPHI

IN QUO CONTINETUR TOTIUS ORBIS DESCRIPTIO.

A 1. Post omnes admonitiones quas tibi commendavi de studio vitæ tuæ, carissime fili, incipiens nunc volo tibi exponere historias plurimas et admirabiles, quarum quidem aliquas vidi, ceteras vero ab eruditis auditu percepi, quasdam lectione didici. Hæc igitur sensibus comprehendens non solum multa utilia coguosces, sed et tuam ornare sapientiam ex hujuscemodi rerum varietatibus prævalebis. (2) Quærentes autem scribere, debemus dicere primum quomodo mundus a deo fuerit institutus, dehinc quæ gentes ab oriente usque ad occidentem constitutæ sint, post hoc quanta sint genera barbarorum, deinde omnem Romanorum terram, quot sint in omni mundo provinciæ, vel quales in substantia ac potestate, quæ civitates in singulis provinciis habeantur, et quid in unaquaque provincia aut civitate possit esse præcipuum; munificum enim hoc opus et studiosum mihi esse videtur.

3. Unde ergo nos oportet incipere nisi a Moyse? nam priores qui de his rebus scribere conati sunt, aliquanta dicere potuerunt, solus autem Moyses, divino spiritu plenus Judæorum propheta, quod est certum scripsit. Post hunc de provinciis et temporibus sequentia dixit Berosus, Chaldæorum philosophus, cujus literas secuti sunt Manethon, Ægyptius propheta, et Apollonius, similiter Ægyptiorum philosophus, Josephus quoque, vir sapiens, Judæorum præceptor, qui captus a Romanis scripsit Judaicum bellum. Post istos vero Menander Ephesius et Herodotus et Thucydides similia conscripserunt, sed non valde de antiquis. Et hæc quidem illi. Ego autem de quibus memorati scripserunt, experiar tibi breviter exponere.

4. Gentes ajunt esse Camarinorum in partibus orientis, cujus terram Moyses Eden nominando de-

---

Quæ sequuntur, translata sunt e græco opere nunc deperdito, quod quidam Antiochiæ vel Alexandriæ inter annos 350 et 353 post Christum natum composuerat. Interpretationes opusculi duas habemus; priorem e codice nescio quo descripsit Franciscus Juretus, descriptamque Claudio tradidit Salmasio, a quo accepit Jacobus Gothofredus, primus libelli ejus editor (*Vetus orbis descriptio, græci scriptoris, sub Constantio et Constante impp., nunc primum, post mille trecentos ferme annos, edita : cum duplici versione et notis Jacobi Gothofredi IC. — Genevæ, ex typographia Petri Chouet. M. DC. XXVIII*); alteram interpretationem præbet liber Junioris philosophi, quem e codice Cavensi passim mutilo primus edidit Angelo Mai (Class. auctt. tom. 3, p. 387 sqq.), nos vero exhibemus ex integriore codice Parisino 7418, fol. 264 sqq. Utramque scriptionem, alteram sub altera, apponentes, litera *A* signabimus Junioris libellum, litera *B* Juretianum apographum. Ceterum cf. Prolegomena.

§ 1. *Et admirabiles* om. codex Cavensis. ‖ — *quarum quidem*] *quarum ejusdem* cod. Cav., *quarum ipsemet* de suo dedit Mai. ‖ — *auditu*] *auditas* Cav. ‖ — *cognosces* Mai, *cognoscebis* codd. ‖ — *sed et tuam*] *sed etiam* Cav. ‖ — § 2. *quomodo mundus a deo fuerit institutus*] De his in sqq. nihil legitur. ‖ — § 3. *a Moyse? nam priores* om. Cav. « In summo codice versus aliquot madore extabuerunt. » Mai., qui supplevit : *nisi* [*abs Judæorum libris? namque aliarum gentium historici*], *qui de his scribere cona*[*ti sunt nihil sincerum*] *dicere potuerunt.* Mox verba *divino spiritu* aut desunt in cod. Cav., aut neglexit A. Mai. ‖ — *Post hunc de provinciis*] *De provinciis vero* Cav. ‖ — *cujus literas secuti sunt Manethon*] Manethonem annales suos scripsisse κατὰ μίμησιν Βηρώσσου tradit Syncellus p. 14, B. Cf. Fragm. Histor. tom. 3, p. 511. *Apollonius Ægyptiorum philosophus*] « Sine dubio Apollonius ille Ægyptius, quem auctorem bis commemorat Theophilus ad Autolyc. lib. 3, c. 16 et 26, quique ajebat, ætate sua jam effluxisse post orbem conditum myriadas annorum quindecim et tria millia supra septuaginta quinque annos. Ταῦτα μὲν οὖν, inquit Theophilus, Ἀπολλώνιος ὁ Αἰγύπτιος ἱστορεῖ. » Mai. ‖ — *Ego autem* etc.] Præter illud quod § 4 de quattuor paradisi fluviis ex Moyse interponitur, nihil libellus noster habet quod e scriptoribus modo memoratis afferri censendum sit. Omnino vero præfationem hanc de suo penu suosque in usus Junior iste philosophus opusculo, quod ex opere ampliore excerpsit, præfixisse videtur. In ipso fonte græco præfatio præter alia exhibuerit nomen auctoris ex quo priorem libri partem, quæ est de Asiæ populis ab ultimo oriente usque ad Mesopotamiam imperiumque Romanum habitantibus, auctor mutuatus sit. Id enim colligitur ex acephalo Jureti codice, qui § 21 ita habet : *Et hæc quidem de prædictis gentibus historicus ait.* Quamquam fieri etiam potest ut auctoris nomen vel exciderit ante vocem *historicus*, vel in ipsam hanc vocem corruptum sit. Syrum hominem fuisse ex indole narrationis collegit Gothofredus.

§ 4. *Camarinorum*] Camarini, quos tanquam Indiæ populum nemo memorat, componendi mihi videntur cum Camara emporio, quod anonymus auctor Peripli mar. Erythr. (tom. 1, p. 300) in Dachinabadæ ora orientali post Colchicum et Argalicum sinum (*golfes de Kolki et d'Artingari*) et ante Poducam (*Pondichéry*)

A scripsit; unde et fluvius maximus exire dicitur et dividi in quattuor flumina, quorum nomina sunt hæc : Geon, Phison, Tigris et Euphrates. Isti autem homines qui prædictam terram inhabitant, sunt valde pii et boni, apud quos nulla malitia invenitur neque corporis neque animi. Si autem aliquid vis certius discere, dicunt eos quod neque pane hoc nostro communi utantur, neque aliquo simili cibo neque igne quo nos utimur, sed panem quidem eis plui per singulos dies asserunt, et bibere de agresti melle et pipere ; ignis autem eorum solis esse perhibetur [*tantæ*] flagrantiæ ut, statim quum e cælo in terram diffunditur, potuissent omnes exuri, nisi se cito in fluvium mitterent, in quo tam diu volvuntur donec idem ignis in locum suum denuo revertatur.

5. Sunt autem et sine imperio, semet ipsos regentes. In quibus sicut nulla malignitas invenitur, ita neque pulices neque pediculos neque cimices aut aliquid quod est noxium habere possunt. Vestimenta eorum sordidare nesciunt; quod si contigerit, per ignem solis loturam exspectant, ardens enim melior fit.

6. Sunt autem apud eos lapides pretiosi et varii, hoc est smaragdi, margaritæ, hyacinthi, carbunculus et sapphirus in montibus, quibus omnes secundum hunc modum abundant. Decurrens enim fluvius diebus ac noctibus montem abscindit et illius crusta aquarum impetu trahit. Astutia vero gentis hanc invenit artem, per quam quæ inde exeunt habere possint; facientes retia et in angusta fluvii loca ponentes, ea quæ de superiore parte descendunt, sine ulla difficultate suscipiunt.

7. In tanta ergo felicitate viventes nesciunt laborare nec aliqua infirmitate aut ægritudine fatigantur, nisi hoc solum quod de corpore exeunt, sed diem obitus ante mortem habentes præcognitum; omnes enim centum annorum et viginti moriuntur, et major

---

EXPOSITIO TOTIUS MUNDI ET GENTIUM.

B 5. *** Sunt autem et sine imperio, se regentes. Escam vero non utuntur omnibus communem. Scilicet quod neque malitiam corporis nostri habent; neque enim pulex neque pediculus nec cimex aut lendes apud eos invenitur, aut in corpore aliquid infirmum. Neque etiam vestimenta utuntur omnibus communia, sed ita inlibata est vestis eorum, quæ neque insordidari potest; et si hoc contingat, per ignis gladium loturam expectant; ardens enim melior fit.

6. Neque seminant neque metunt. Sunt enim species excellentes, variæ et pretiosæ, veluti lapides pretiosi, hoc est smaragdi, margaritæ, hyacinthi et carbunculus et sapphirus in montibus, et inde omnes exeunt sic secundum hunc modum. Fluvius exinde exit in montibus per singulos dies ac noctes manans, magis vero adsidet cacumina montium et in multitudine aquæ cingit. At proximæ gentis astutia invenit artem per quam quæ exinde exeunt invenire possit. Facientes retia in angusta loca fluvii suscipiunt ventura.

7. Cum tanta vero felicitate neque laborant neque ægrotant, solum autem moriuntur scientes et diem mortis suæ. Moriuntur enim omnes centum decem et octo et centum viginti annorum, et major minoris

---

commemorat, adeo ut circa Chaberum (*Καυέρη*) fluvium locus quærendus sit, idemque esse videatur qui in Ptolemæi tabulis vocatur Carmara. Ab eo versus occasum æstivum Ptolemæus Brachmen urbem et Brachmanes magos ponit, quos Noster quoque Camarinorum vicinos fuisse prodit. Igitur quum Camarini ex Nostri sententia in ultimo oriente ponendi sint, facile colligitur subesse his systema geographicum simillimum illi quod in Periplo maris Erythræi habes, ubi non longe post Camaram emporium Indiæ ora versus ortum boreamque in Oceanum Eoum reflectitur (Cf. Prolegomena). His ita constitutis, Camarinis attribuuntur quæ de ultimis Orientis populis apud varios scriptores legebantur. ‖ — *Eden*] Cf. Geogr. Rav. 1, 6; Cosmas Indopl. p. 149; Wiener *Bibl. Realwœrterbuch* s. v. *Eden;* Lassen *Indische Alterthums-Kunde* 1, p. 528.‖—*autem* post v. *isti* om. Cav. ‖ — *panem ... plui*] « Imago sumpta de sacris bibliis. Intelligitur autem δροσόμελι. » *Mai.* Cf. § 12. ‖ — *pii et boni*] Cf. quæ de Seribus narrant Ammianus Marcell. 23, 6, 67; Plinius 6, 20, 54; Mela 3, 7, 1. ‖ — *tantæ* supplevi; deinde *statim quod* codd.

§ 5. Inde ab hoc segmine incipit apographum Juretianum, cujus prima verba apud Gothofredum ita habent : *Sunt autem et sine imperio Sere gentes.* ‖ — *per ignem solis*] An forte : *per ignem sordis loturam?* De re cf. Stephan. Byz. s. v. Βραχμᾶνες, ubi Hierocles Syrus ἐν τοῖς Φιλίστορσι narrat : Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ τῇ ἐκ πετρῶν· λίθων γὰρ μηρύματα μαλακὰ καὶ δερματώδη συνεκφέρουσιν, ἐξ ὧν ὑφάσματα γίνεται μήτε πυρὶ καιόμενα μήτε ὕδατι καθαιρόμενα, ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ χρωμένων, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα λευκὰ καὶ διαφανῆ γίνεται. Plinius 19, 4, 19. ‖ — *exspectant*] *expetant* B; utroque loco cum Gothofredo velim *expetunt*.

§ 6. *impetu*] *impetum* Mai. In B pro *exinde exit* codex *exiens exit;* mox pro *cingit*. *At* codex *cingitur*, et pro *per quam* habet *per aquas*. Ceterum in B narratio lacera. ‖ — *angusta*] *congusta* B.

§ 7. *In tanta*] *in hac* Cav. ‖ — *nesciunt laborare nec aliqua*] *neque laborant aliqua* Cav.‖ — *fatigantur, nisi hoc*] Hæc periere in Cav.; *vexantur* suppl. Mai. ‖ — *et viginti* om. Cav. Cf. quæ de Serum longævitate tradunt Plinius 6, 20, 54, Strabo p. 701. 703, Lucianus Macrob. c. 5. ‖ — *varium*] *variis* Par. ‖ — In B pro *videt* codex *volet* habet; *dolet* conj. Gothofredus,

A minoris mortem non videt, nec parentes filios plangunt. Cum ergo unicuique illorum dies mortis cœperit propinquare, facit sibi sarcophagum ex aromatibus varium, quoniam apud eos aromata multa sunt; et cum viventi ultima venerit hora, omnes salutans omnibusque valedicens in eodem se sarcophago ponit et ita cum securitate maxima naturæ debitum reddit. Et hæc quidem hujus gentis bona. Habitatio autem eorum est mansionum LXX.

8. Post hanc gentem ex alio latere Brachmanas referunt habitare, qui et ipsi quum sint sine imperio, vicinorum bonitatem tenentes feliciter vivunt. Et est habitatio eorum mansionum V.

10. Post eos alia gens quæ vocatur Emer, et ipsa sine imperio vivens regulariter transigit, et habitat terram mansionum XLVII.

11. Post hos regio quæ appellatur Nebus, ubi jam tyrannorum principium invenitur, et régitur a majoribus et est mansionum LX.

12. Isti et seminant et metunt; nam supra dictæ gentes, sine Camarinis, pomis transigunt et cibo mellis utuntur et piperis; Camarini autem super hæc bona, sicut ante diximus, et panem cælestem accipiunt cotidianum, quia nec ira nec judicium nec cupiditas nec rixa nec dolus est apud illos neque aliquod malum.

13. His adjacet regio Dysap, quam regunt inhabitantes quomodo et vicini. Est autem hæc regio ducentarum et XL mansionum.

14. Post hæc gens quæ appellatur Choneum, cujus homines eodem modo viventes ad similitudinem vicinorum; est enim apud eos indifferens vita. Habitant terram CXX mansionum.

15. Deinde Diva gens quæ similiter a majoribus

B mortem non videt, nec parentes filiorum. Scientes singuli diem mortis suæ, sibi faciunt sarcophagum de aromatibus varium, quoniam ad eos omnia aromata abundant, et ponens se ibi expectat exspirantem animam; ventura autem hora omnes salutans et omnibus valedicens sic debitum reddit, et est multa securitas. Et hæc quidem hujus gentis bona ex parte diximus; multa enim habentes dicere prætermisimus. Habitatio autem terræ eorum est mansionum septuaginta.

8. Post ipsam gentem quid aliud est? Venientibus ad occidentes Brachmani degunt; et ipsi sine imperio transigunt bene et detinent vicinorum bonitatem. Et est habitatio eorum mansionum quinque.

9. Post hos altera regio Eviltarum; et ipsi sine imperio et pæne deorum vitam viventes. Et [*est*] horum terra mansionum triginta duo.

10. Post hos altera gens quæ vocatur Emer, et ipsa vivens sine imperio transigit legaliter; et habitant terram mansionum quadraginta septem.

11. Post hos regio quæ appellatur Nebus, a qua inventur tyrannorum initium, et regitur a majoribus et est mansionum sexaginta.

12. Hinc seminatio et messio. Prædictæ autem gentes, sine Camarinis, vivunt pomis et pipere et melle; Camarini enim panem celestem cotidianum accipiunt. Inter eos omnis nec irascitur, nec judicium appetunt, neque rixa neque cupiditas neque dolus vel aliquid mali est.

13. Post ergo Nebus gentem adjacet regio Disaph, quam qui habitant, reguntur bene quomodo vicini. Et habitant terram tenentem mansiones ducentas quadraginta.

14. Post hanc gens sic appellanda Ioneum, cujus homines eodem modo vicinantibus viventes vitam transigere putant; indifferens enim ad eos vita. Et habitant terram centum viginti mansionum.

15. Deinde Diva gens eodem modo reguntur a

---

e cujus conjectura mox dedi *exspirantem* pro codicis scriptura *expetentem*.

§ 9. *Eviltarum*] Horum mentio in A omissa. Eviltæ sunt Evilat terræ (Moses 1, 2, 11) incolæ. Eosdem Ravennas quoque geographus (2, 1), qui biblicam geographiam ad tabulam Romanam, qualis nostra est Peutingeriana, accommodavit, in India collocat. *Prima patria*, inquit, *est India quæ dicitur Dimirica Hevilat, quæ apud homines quomodo ad orientalem plagam finita invenitur.* Ab hac Dimirica-Hevilat versus septentrionem in India Serica Brachmaniam terram ponit. Similiter Brachmanas et Evileos conjunctim memorat Epiphanius in Expos. fidei cathol. c. 12. In libris Generationum ex Evilat originem ducunt gymnosophistæ, vel, secundum Syncellum, Γαγγινοί, Gangis accolæ.

§ 10. *Emer*] Populorum nomina *Emer*, *Nebus*, *Dysap*, *Joneum* vel *Choneum* *Diva*, aliunde non accepimus, quantum ego quidem sciam. Gothofredus *Disaph* fortassis in *Nisaph*, *Joneum* in *Imaium*, *Diva* in *Daha* mutanda esse, iisque nominibus indicari Nysæos et Imai accolas et Daos Scythas suspicatur. ‖ — *regulariter*] *legaliter* B.

§ 11. *principium*] *principum* Cav., *principatus* ed. Mai. ‖ — In B legebatur *Nebusa qua*. ‖ — *dolus*] *dolor* codd. Cav. et Par.; em. Mai. ‖ — In *B* legebatur : *et piper et mella Camarina; panem enim* etc. ‖ — § 13 *Dypsap* Par., *Disaph* B. ‖ — *ducentarum et XL*] *CC* Cav. ‖ — § 14 *Choneum*] *Joneum* B. An forte fuit *Pandioneum*, Pandionis regnum? Quodsi est, putari possit sequente nomine *Diva* indicari *Siele-Divam* sive Taprobanen, insulamque in continentem transferri. Id tamen longe petitum videatur. Conferri malim Cosmam Indopl. p. 138 : ἀπὸ τῆς Τζινίτζας ἕως τῆς ἀργῆς τῆς Περσίδος πᾶσα Ἰουυλία καὶ Ἰνδία καὶ ἡ Βάκτρων χώρα. ‖ — *CXX*] *CXXX* Cav. ‖ — § 15 *ducentarum X*] *CCX.Y*

A regitur, habens terram mansionum ducentarum X.

16. Sequitur India major unde sericum et omnia necessaria exire dicuntur. Hi similiter proximorum more viventes bene transigunt, et habitant terram magnam et bonam mansionum ducentarum decem.

17. Quibus adjacet foris una regio, quæ dicitur fortes habere viros et valde industriosos in bellis et in omnibus utiles; unde India Minor petit auxilium quotiens ei a Persis bellum movetur. Qui omnibus abundant et habitant terram centum L mansionum.

18. Post hos est India Minor, cujus gens regitur a majoribus. Est autem apud eos elephantorum innumera multitudo. Ab his Persæ accipiunt elephantos et habitant terram quindecim mansionum.

19. Post hos sunt Persæ Romanis propinquantes, quos historiæ tradunt pessimos esse et fortes in bellis; qui non cognoscentes dignitatem naturæ, sicuti muta animalia, matribus et sororibus nefando concubitu sociantur. Data propinquis gentibus potestate negotii, bonis omnibus abundare videntur.

20. His sociatur Saracenorum gens, arcu et rapinis vitam suam transigens, qui similes Persis impii et pejores sunt, sponsiones non custodientes neque belli neque alterius negotii. Quibus mulieres imperare dicuntur.

22. Post hos terrarum nostrarum sequuntur initia. Habes ergo in primis Mesopotamiam et Osdroenam. Et Mesopotamia quidem habet civitates multas et varias, quarum excellentes sunt hæ : Nisibis et Edessa, quæ maxime viros habent optimos in negotio et valde præcipue * venantes et divites et omnibus bonis ornatos. Accipientes enim a Persis ipsi in omnem terram Romanorum vendunt, et ementes quæ necessaria sunt iterum tradunt, extra æramen et ferrum; has enim species duas, hoc est æramen et ferrum, non licet hostibus dare. Istæ autem prædictæ civitates gubernaculo dei stare videntur et imperatoris prudentia. Habentes autem muros inclytos, virtutem Persarum semper in bello dissolvunt, ferventes rebus

B majoribus, habentes terram mansionum ducentarum decem.

16. Deinde est India Major, a qua triticum et omnia necessaria exire dicuntur. Similiter proximis viventes bene transigunt, et habitant terram magnam et bonam mansionum ducentarum decem.

17. Deinde adjacet eximia regio, quæ dicitur viros habere fortes et valde industrios in bellis et utiles in omnibus. [*Inde*] India Minor, cum ei motus fuerit belli a Persis, petit auxilium. Qui in omnibus abundant et habitant terram mansionum centum quinquaquaginta.

18. Post hos India Minor, cujus gens regitur a majoribus, et ad eos elephantorum innumerabilis multitudo, et Persæ ab ipsis accipiunt propter multitudinem. Habitant terram mansionum quindecim.

19. Post hos sunt Persæ, Romanis propinquantes, qui historiantur valde in malis omnibus et bellis esse fortes. Et impietates ab eis magnas agi dicunt. Non cognoscentes naturæ dignitatem, sicuti muta animalia, matribus et sororibus condormiunt, et impie faciunt in illum qui fecit eos deum. Alias autem abundare dicuntur in omnibus; data enim potestate ad eos adpropinquantibus gentibus negotii suæ regionis, omnia abundare videntur.

20. Horum autem prope Saracenorum gens degit, rapina sperantium suam vitam transigere. Et mulieres ajunt in eos regnare.

21. Et hæc quidem de prædictis gentibus historicus ait. Quoniam vero necessarium est et nostram terram, hoc est Romanorum, conscribere, experiar exponere, ut possit legentibus prodesse. Incipiamus ergo. Diximus enim Persarum terras quot mansionum esse dixerunt qui conscripserunt, et quia impii ac perjuri et sponsiones non custodientes neque belli neque alterius negotii.

22. Post hos nostra terra est. Sequitur enim Mesopotamia et Osdroena. Mesopotamia quidem habet civitates multas et varias, quarum excellentes sunt quas volo dicere. Sunt ergo Nisibis et Edessa, quæ in omnibus viros habent optimos et in negotio valde acutos, et bene * nantes et præcipue divites et omnibus bonis ornati sunt. Accipientes enim a Persis ipsi in omnem terram Romanorum vendentes et ementes iterum tradunt, extra æramen et ferrum, quia non licet hostibus dare æramen aut ferrum. Istæ autem

Cav. ‖ — § 16. *sericum*] *triticum B.* ‖ — *ducentarum decem*] *CXX*. Cav.

§ 17. *foris una*] B *eximia*. Desideratur regionis nomen proprium, quod fortasse latet in voce *eximia*, cujus loco A in græcis ἔξω μία (*foris una*) legisse videtur. Mox in B supplevi *inde*, et *qui* scripsi pro *quo*, quod apud Gothofredum legitur.

§ 20 *pejores*] *perjuri* rectius, puto, in B, ubi hæc in § 21 præter ordinem leguntur. ‖ — § 22. *Edessa*] Hujus urbis mentio hoc loco omittenda erat, siquidem Osdroene a Mesopotamia distinguitur, et infra Edessa tanquam Osdroenes urbs affertur; quamquam ibi in A legitur : *Deinde Osdroena et Edessa et ipsæ civitates splendidæ*, quod ex B correxi. ‖ — *venantes*] *nantes* B, ubi *navigantes* legi voluit Gothofredus : « Græcus dixit εὖ πλέοντες, nempe Mesopotamii ad Persas et Indos navigabant commercandis eorum mercibus. » Si recte habet illud *venantes*, Nemrodis clarissimi venatoris memoria in causa fuerit cur Judæus auctor, ex quo Noster hanc libelli partem desumsisse videtur, venandi studium Mesopotamiæ incolis attribueret. Sed probabilius est pro *venantes* et *nantes* legendum esse

A et transigentes cum omni provincia. Deinde Osdroenæ est Edessa, et ipsa civitas splendida.

23. Deinde jam Syriæ regio omnis, quæ dividitur in Syrias tres, Punicam et Palæstinam et Cœlam, habentes civitates varias, excellentes et magnas, quarum prima Antiochia civitas regalis in omnibus, ubi et dominus orbis terrarum sedet, civitas splendida et operibus publicis eminens et multitudine populorum ornata, undique accipiens omnes sustinet, abundans omnibus bonis. (24) Tyrus quoque civitas in omnibus felix, spissior populis, viros habet ex negotio divites et potentes in omnibus. (25) Post ipsam Berytus civitas valde deliciosa et auditoria legum habens, per quam omnia Romanorum judicia stare videntur. (26) Similiter et Cæsarea civitas deliciosissima, cujus tetrapylum nominatur ubique, quod unum et novum

B civitates semper stantes deûm et imperatoris sapientia, habentes mœnia inclita bello semper virtutem Persarum dissolvunt, ferventes negotiis, transigentes cum omni provincia bene. Deinde Osdroenæ Edessa et ipsa civitas splendida.

23. Deinde jam regio Syriæ omnis partitur in tres Syrias, Punicam et Palæstinam et Cœlam. Et habent civitates varias et excellentes et maximas, quarum ex parte memorans delectabo audientes. Est ergo Antiochia prima civitas regalis et bona in omnibus, ubi et dominus orbis terrarum sedet, civitas splendida et operibus publicis eminens, et multitudinem populorum accipiens omnis sustinet, abundans omnibus bonis. (24) Jam alteræ civitates veluti Tyrus, quæ omnium negotium ferventer agens magnifice felix est (nulla enim forte civitas Orientis est ejus spissior in negotio), et divites viros habens et potentes in omnibus. (25) Post istam Berytus civitas valde delitiosa et auditoria legum habens, per quam omnia judicia Romanorum. Inde enim viri docti in omnem orbem terrarum adsident judicibus et scientes leges custodiunt provincias, quibus mittuntur legum ordinationes. (26) Jam etiam Cæsarea civitas est similiter deliciosior et abundans omnibus, et dispositione civitatis in multa eminens; tetrapylon enim ejus nominatur ubique, quod unum et novum aliquod

navantes ex conjectura Theodori Mülleri. ‖ — *extra æramen et ferrum*] « Ferrum et æs ut hostibus in commune, ita Persis nominatim tradere vetitum fuit; quod præter hunc auctorem indicat quoque Libanius in Βασιλικῷ, qui Constantio imp. dictus est, et expressa constitutio imperatoris Marciani lege 2 : *Quæ res exportari.* » Gothofredus.

§ 23. *Punicam*] *Phœnicen* Cav., *Pynicam* B. ‖ — *Cœlam*] *Cœlen* Cav. ‖ — *quorum ex parte memoratus delectabor audientes* B. ‖ — *ubi et dominus terrarum sedet*] « Antiochia hac tempestate imperatoris in Oriente δίαιτα et χειμάδιον fuere; quod hic auctor non hic tantum prodit, verum etiam mox rursum, ubi rationem reddit, cur Antiochiæ omnia voluptatum seu ludorum genera exhiberentur : *Quoniam*, inquit, *ibi imperator sedet.* Id etiam testatur Libanius legatione pro Antiochenis ad Julianum p. 154. Mora hæc Antiochena imperatoris cum nonnisi Constantio et Valenti convenire possit, priori eam convenire in Prolegomenis ostendo. Sane de Constantii sede seu mora Antiochiæ variis annis (puta an. 348. 339. 340. 341. 342. 343. et deinceps etiam an. 349 et 361) fidem facit vel codex Theodosianus, Athanasius De synodis, Julianus Orat. 1 p. 64, Libanius Βασιλικῷ ad Constantium p. 122, auctor Vitæ Pauli episc. apud Photium, Augustinus De sermone Domini in monte lib. 1, p. 1522, Socrates 2, c. 5. 10. 13. 16; ac nominatim an. 347, i. e. anno imperii ejus undecimo, testis Cedrenus : τῷ ια' ἔτει Κωνστάντιος ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγων etc.; quo anno hunc libellum conscriptum plane arbitror. » Gothofredus.

§ 24. In B legebatur : *potentes in omnibus portis. Tam Berytus*, quæ ex A emendavi. Quamquam facilis conjectura est legendum esse : *in omnibus portubus. Tum Berytus.*

§. 25. *auditoria legum habens*] « Juris studiis schola et professione clara jam diu et deinceps Berytus fuit, quod etiam docet *lex* 1 *C. qui ætate.* Gregorius Thaumaturgus in orat. panegyr. ad Origenem p. 186 sqq.; sed et per hæc ipsa tempora Eunapius, sub Constantio imp., in vita Proæresii p. 150. Libanii quoque locus insignis Orat. 26 apologetica p. 595, ubi de frequenti sub Valente imp. eo adolescentum concursu, abdicato eloquentiæ studio, conqueritur sophista. Meminit et deinceps Justinianus in *constitutione* δέδωκεν § 9, ubi Berytum vocat τὴν τῶν νόμων πόλιν, et in constitutione *ad antecessores* § 7, ubi nutricem legum vocat, sicut Eunapius ἐν τοῖς τοιούτοις μητέρα παιδεύμασι. Cf. Agathias 2, 15 : τοῦτο γὰρ πάτριον τῇ πόλει καὶ ὥσπερ γέρας τι μέγιστον τὰ τοιάδε αὐτῇ ἀνεῖται διδασκαλεῖα. Nonnus Dionys. 41, 396 : Βηρυτὸς, βιότοιο γαληναίοιο τιθήνη, et lib. 14 : δίκης πέδον ἄστυ θεμίστων. » Gothofredus. ‖ — *per quam omnia judicia Romanorum*] « Adsessores judicum e juris schola Berytensium prodire ait, qui scilicet judicia omnia seu judices dirigant, qui magistratibus jus dictent, qui jura interpretentur. Adsessores scilicet seu consiliarii magistratibus (qui ferme juris imperiti erant) juris scientiam suggerebant; de quo vide *tit. de assessorib.* et *leg.* 1, *quod quisque juris.* Et motus animorum compescebant. Libanius orat. κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι p. 198 : Τὸν δὲ θυμὸν αὐτοῖς (τοῖς ἄρχουσιν) ἐπάδοντες σβέσουσι καὶ τῷ παρὰ τῶν παρέδρων χαλινῷ. » Idem. ‖ — *viri docti*] « Anatolius sane sub Constantio imp. exinde fuit. V. Eunapius in Proæresio p. 149 sq. » Idem. ‖ — *custodiunt provincias*] « De Antiochenis hoc ipsum prodit Libanius in Antiochico p. 369. » Idem. ‖ — § 26 *tetrapylum*] De Cæsariæ monumentis urbisque διαγραφῇ multus est Josephus Ant. 15; 8, 5. 15, 9, 6; B. Jud. 1, 21, 5; 1, 2, 5;

A spectaculum præbet. (27) Laodicia vero civitas optima, quæ similiter omnia negotia suscipit et Antiochiæ mittit. (28) Deinde Seleucia civitas magna, quæ omnia bona suscipit et ipsa similiter prædictæ Antiochiæ mittit. Quam ob rem Constantius imperator maximum montem secavit et introducens mare fecit portum bonum et magnum, ubi venientes naves salvantur. (29) Similiter aliæ civitates Ascalon et Gaza in negotiis eminentes et abundantes omnibus bonis mittunt omni regioni Syriæ et Ægypti vinum optimum. (30) Neapolis civitas gloriosa et valde nobilis. Tripolis et Scythopolis et Byblus et ipsæ civitates industriosæ. Heliopolis Libano monti proximans nutrit pulcerrimas mulieres, quas Libanitidas appellant. Sunt iterum optimæ civitates Sidon, Sarepta, Ptolemais, Eleutheropolis et Damascus.

31. Quoniam ergo ex parte supra dictas descripsimus civitates, necessarium mihi videtur, ut etiam quidnam unaquæque civitas proprium habeat exponamus, ut qui legit, certam eorum scientiam habere possit. Scythopolis igitur, Laodicia, Byblus, Tyrus, Berytus omni mundo linteamen emittunt; Sarepta vero,

---

B spectaculum. (27) Jam alteræ omnes, quarum et ipsarum nomina ex parte necessarium est dicere, quia singulæ earum [*singulare aliquod*] habent. Præcipua est ergo et bona civitas (et) Ladicia, quæ suscipiens omne negotium et emittens Antiochiæ magnifice adjuvat et exercet. (28) His similiter et Seleucia civitas optima, quæ et ipsa quæ veniunt Antiochiæ offert et fiscales species et privatas. Dominus orbis terrarum imperator Constantius, videns quod sic utilis est ei et exercitui, montem maximum secavit et introduxit mare et portum fecit magnum et bonum, ubi venientes naves salvarentur et fiscale onus non periret. (29) Deinde aliæ jam civitates (omnes) Ascalon et Gaza, civitates eminentes et in negotio bullientes et abundantes omnibus, mittunt omni negotio Syriæ et Ægypto vinum optimum. (30) Neapolis et ipsa civitas gloriosa et valde nobilis. Tripolis et Scythopolis et Byblus et ipsæ civitates in industria positæ. Heliopolis, quæ propinquat Libano monti, mulieres speciosas pascit, quæ apud omnes nominantur Libanitides, ubi Venerem magnifice colunt; dicunt enim eam ibi habitare et mulieribus gratiam formositatis dare. Sunt autem iterum civitates et ipsæ Sidon, Sarepta, Ptolemais, Eleutheropolis, optima similiter et Damascus.

31. Quoniam ergo ex parte prædictas civitates descripsimus et diximus *** in linteamina sunt hæ : Scythopolis, Ladicia, Byblus, Tyrus, Berytus, quæ linteamen omni orbi terrarum emittunt et sunt eminentes in omni abundantia; similiter autem et Sarepta et Cæsarea et Neapolis, quomodo et Lydda, purpuram

---

sed tetrapyli non meminit. Aliud tetrapylum Noster laudat infra § 38. De aliis tetrapylis v. Odofr. Müller in Antiquit. Antioch. p. 57. *unum et novum*] *unum est novum* cod. B.

§ 27. In B codex ita : *quorum et ipsorum ... singula eorum*. Inclusa addidi. ‖ — *adjuvit* (sic) *et exercet*] An εὐπορεῖ καὶ ἐργάζεται? ‖ — § 28. *Constantius*] *Constantinus* perperam codex in B. Hieronymus Chron. ad an. 347 p. Chr., Constantii anno 9 : *Magnis reipublicæ impensis in Seleucia Syriæ portus effectus.* Cedrenus tom. 1, p. 522 ed. Bonn. : Τῷ ι' ἔτει Κωνστάντιος τὸν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Συρίας λιμένα πεποίηκεν, ὄρος ἐπὶ πολὺ διατεμών, καὶ τὴν πόλιν ἀνῳκοδόμησεν. Cf. Theophanes 1, p. 57. Libanius in Antiochico p. 386 : Τοῦ ποταμοῦ δὲ ἐννοήσας τὰς εἰς τὴν θάλατταν ἐκβολάς, ἕλκομαι πρὸς τὴν τοῦ λιμένος μνήμην, ὃν οὐχ ὧν εἶναι δοκεῖ, τούτων κηδόμενος ὁ κρατῶν μετερρύθμισεν, ἀλλὰ τέτμηται μὲν ἐν Σελευκείᾳ, τέτμηται δὲ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας (sc. τῆς Ἀντιοχείας) τοσούτῳ χρυσῷ λιμὴν ἐκ πέτρας γενόμενος, ὅσον οὐδὲ Κροίσῳ ὁ Πακτωλὸς ἐθησαύρισε. Τοιγαροῦν ἅπασα πανταχόθεν ἄγουσα, Λιβύης, Εὐρώπης, Ἀσίας, νήσων, ἠπείρων, καὶ τῶν ἑκασταχοῦ καλλίστων τὸ κάλλιστον δεῦρο κομίζεται, τῆς εἰς τὴν πρᾶσιν ὀξύτητος γνώμας ἐμπόρων δεῦρο καλούσης, καὶ γῆν ἅπασαν δι' αὐτῆς καρπούμεθα · πλεῖστα δὴ τῶν ὑπὲρ πελάγους ἁπλωθέντων ἱστίων λιμὴν οὗτος συνέστειλε. De portu Seleuciæ, qui erat ante Constantii opus, vide Livium 33, 41; Appian. Syr. c. 4; Caroli Odofr. Müleri Antiquitates Antiochens. p. 12, not. 8. ‖ — § 29. De re v. Stark *Gaza* p. 562. *omnes* vox nescio an nata sit ex *lamnea*. ‖ — 30. *nutrit*] *mittit* Cav. In B codex : *et ipsa civitas in industria posita*, et mox : *Libanotidas*. De Venere Libanitide cf. Lucian. Adv. indoctum c. 3, De Syria dea c. 3, Anthol. vol. 11, p. 198; vol. 12, p. 19; Nonnus 4, 243. 16, 169. 20, 145. 31, 202. 33, 170; Eusebius Vit. Constant. 3. 53. 56; Socrates 1, 14; Sozomenus 5, 9; Macrobius Saturn. 1, 23, 18. ‖ — In B : *et ipsæ*] *et ipsa* codex.

§ 31. A. *linteamen*] *literaturam* Cav. « Hinc baphia, linificia, gynæcia per orientem quæ memorantur in Notitia imp. orientalis, sub dispositione comitis. » Gothofr. ‖ — *Nicolaum vero palmulas* codd.; *Nicolaorum vero palmulas* dedit Mai. De palmulis istis v. Fragm. Histor. 3, p. 343. ‖ — In B : *Sarepta*] *Saraſa* (Σάραπτα) hoc loco codex. *Oraria Sarabdena* in epistola Gallieni apud Trebell. Pollionem in vita Claudii p. 208 memorari e Salmasio monet Gothofredus. ‖ — *alithinam*] *altinam* codex; em. Gothofr. V. Ducange s. v. ἀληθινός. Eodem sensu etiam ἀληθής vocem ludens usurpavit anonymus auctor epigrammatis, in Crameri Anecd. Paris. tom. 4, p. 333, εἰς τὴν διὰ κινναβάρεως βασιλικὴν ὑπογραφήν·

Οἷον τὸ χρῶμα, χοἱ λόγοι τοῦ δεσπότου.
Ῥήματα ταῦτ' ἀληθέα, τοὔνεκα χρώματα τοῖα.

A Cæsarea, Neapolis et Lydda purpuram præstant; omnes autem fructiferæ vino, oleo et frumento; Nicolaum vero palmulam invenies abundare in Palæstina regione, in loco qui dicitur Hiericho, similiter et Damasci minores palmulas, sed utiles, et pistacium et omne genus pomorum.

32. Jam nunc dicendum est quid etiam in se singulæ civitates, de quibus loquimur, habeant delectabile. Habes ergo Antiochiam in ludis circensibus eminentem; similiter et Laodiciam et Tyrum et Berytum et Cæsaream. Et Laodicia mittit aliis civitatibus agitatores optimos, Tyrus et Berytus mimarios, Cæsarea pantomimos, Heliopolis choraulas, Gaza pammacarios, Ascalon athletas luctatores, Castabala pyctas. (33) Omnes autem temperatos aeres habent. Et hæc quidem Syriæ ex parte dicta, ut potuimus.

34. Habes ergo de læva parte Syriæ Ægypti et Alexandriæ et totius Thebaidis partes. Quæ regio Ægypti Nilo flumine circumdatur, quo irrigante fructus uberes nascuntur, sine oleo tantum; nam triticum et hordeum et legumen et vinum in abundantia profert et viros nobiles habet. Quidam autem et literas ab iis inventas esse dicunt, alii a Chaldæis, alii a Phœnicibus, alii autem Mercurium inventorem asserunt literarum, et multis multa dicentibus, nemo quod verum est dicere potuit. Tamen viros sapientes præter omnem mundum Ægyptus abundat; in metropoli enim ejus Alexandria omnes gentes invenies et omnia philosophorum præcepta omnemque doctrinam. Itaque aliquando certamine facto Ægyptiorum et Græcorum quis eorum musium accipiat, argutiores et perfectiores Ægyptii inventi sunt, et post victoriam musium ad ipsos pertinere judicatum est. Et impossibile est in quacunque re invenire sapientes quomodo Ægyptios; et ideo omnes philosophi ibi semper morati meliores fuerunt; non enim est in eis

B alithinam. Omnes autem prædictæ civitates gloriosæ et fructiferæ in frumento, vino et oleo et omnibus bonis. Nicolaum itaque palmulam [*invenies*] in Palæstines regionis loco qui sic vocatur Iericho, similiter et Damascenam et altera palmula minore et pistacio et omni genere pomorum abundantem.

32. Quoniam autem oportet et singula eorum describere, quid ad singulas civitates delectabile esse potest, et hoc dicere necessarium est. Habes ergo Antiochiam quidem in omnibus delectabilibus abundantem, maxime autem circensibus. Omnia autem quarè? Quoniam ibi imperator sedet, necesse est omnia propter eum. Ecce similiter Ladicia circenses et Tyrus et Berytus et Cæsarea; sed Laodicia mittit aliis civitatibus agitatores optimos, Tyrus et Berytus mimarios, Cæsarea pantomimos, Heliopolis choraulas maxime, quod a Libano Musæ illis inspirent divinitatem dicendi. Aliquando autem et Gaza habet bonos auditores, dicitur autem habere eam et pammacharios, Ascalon athletas luctatores, Castabetia * calopettas. (33) Omnes autem per negotia stant et viros habent divites in omnibus et oratione et opere et virtute, et aeres temperatos habent. Et hæc quidem Syriæ ex parte. Prætermisimus enim multa, ut non extendere extra opportunum orationem videamur, et ceteras regiones quoque et provincias scribere possimus.

34. Habes ergo de læva parte Syriæ et Ægypti et Alexandriæ et totius Thebaidis partes, quas describere necessarium est. Habes ergo omnem Ægypti regionem coronatam fluvio qui sic vocatur Nilus, qui veniens rigat omnem faciem terræ, et fructum fert omnem, sine oleo, triticum autem, hordeum, legumen et vinum abundanter, viros similiter nobiles, deos colentes eminenter; nusquam enim deorum mysteria sic perficitur quomodo ibi ab antiquo et usque modo; et pæne ipsa omni terrarum orbi tradidit deos colere. Dicunt autem Chaldæos melius colere; tamen quos videmus miramur et in omnibus primos esse dicimus. Etenim ibi deos habitasse aut et habitare scimus. Aliqui autem literas ab eis inventas esse dicunt, alii autem a Chaldæis, alii autem a Punicis, quidam autem Mercurium inventorem esse literarum volunt, et multis [*multa*] dicentibus, nemo verum scit nec credi potest. Tamen viros sapientes præ[*ter*] omnem

---

Vid. N. Piccolos, *Supplément à l'Anthologie grecque* p. 152. || — *in Palæstinis regio loco ... similiter et Damascena et altera palmula minore et psittacium et omne genus pomorum habitantem* codex. *Psittacium* pro *pistacium* legitur etiam in edicto Diocletiani de pretiis rerum venalium. || — § 32 A. *agitatores*] *sagittatores* Par. || — *pammacarios*] παμμακαρίους; *paumacarias* cod. Cav., *pammacharios* cod. in B, ubi si *pammacarios* reponendum est, hæc vox ad antecedentem *auditores* (i. e. ἀκροάματα) referri possit, sed probabilius est *pammacharios* corrupte dici aut τοὺς παμμάχους, pancratiastas, aut *parmularios*. || — *Castabala pyctas*] *Castabetia calopettas* corrupte cod. B, ubi Gothofredus *Castabala calopetas* scribi voluit, *calopetas* in Syria dictos esse putans τοὺς καλοβάτας, funambulos. Ceterum Castabala hæc aliunde non nota nisi a Stephano : Καστάβαλα, Κιλικίας καὶ Φοινίκης πόλις. Στράβων ιϐ', in quibus quum Strabonis mentio nonnisi ad Ciliciæ urbem pertineat, Syriæ autem Castabala ignota esse censerent Holstenius et Meinekius, verba καὶ Φοινίκης ejici voluerunt. || — *omnes autem* *** (lacuna) *quidem ex parte de Syria dicta* cod. Cav., unde assumsi vocem *quidem*, quam om. Par.

§ 34 A. *de læva*] *ex læva* Cav. || — *Ægypti*] *ex parte* Cav. *Ægyptum* Mai. Verba *et Alexandriæ* om. Cav. || — *flumine*] *fluvio* Cav. || — In B : *fert omnia* codex. Inclusa supplevi. || — *volueris invenire*] *invenire volueris* cod.

A aliqua impostura, sed unusquisque eorum hoc se pollicetur implere quod certe se novit scire; propter quod non omnes omnium, sed unusquisque sua per suam disciplinam ornat negotia.

35. Alexandria autem, quam superius nominavimus, civitas et valde maxima et eminens in dispositione, abundans omnibus bonis et escis; nam piscium tria genera comedit, quod altera provincia non habet, stagnale, marinum et fluminale. Hæc cum Indis et Barbaris negotia gerit merito; aromata et diversas species pretiosas omnibus regionibus mittit. (36) Sed et in hoc valde laudanda est quod omni mundo sola chartas emittit, quam speciem licet vilem sed nimis utilem et necessariam in nulla provincia nisi tantum apud Alexandriam invenies abundare; sine qua nullæ causæ, nulla possunt impleri negotia. Hanc igitur universo orbi ministrans plurimum utilitatis præstare videtur. Cujus adjacentia Nilo rigante copiosas efferunt fruges, ubi una mensura centenario fructu multiplicata respondet; unde Constantinopolis Thraciæ et omnis Oriens pascuntur. (37) *** Nam in illa civitate propter populi libertatem cum timore et tremore judices res publicas administrant; quisquis enim judicum ibidem a justitia declinavit, motione

---

B mundum Ægyptus abundat. [*In*] metro[*poli*] enim ejus Alexandria omnem gentem invenies [*et*] philosophorum omnem doctrinam. Itaque aliquando certamine facto Ægyptiorum et Græcorum, quis eorum musium accipiat, argutiores et perfectiores inventi Ægyptii et vicerunt et musium ad eos judicatum est; et impossibile est in quacunque re volueris invenire sapientem quomodo Ægyptium; et ideo omnes philosophi et qui sapientiam literarum scientes ibi semper morati sunt, meliores fuerunt; non enim est ad eos ulla impostura, sed singuli eorum quod pollicentur certe sciunt; propter quod non omnes omnium, sed quisque sua per suam disciplinam ornans perficit negotia.

35. Alexandria autem civitas est valde maxima et eminens in dispositione et abundans omnibus bonis, et escis dives; piscium enim tria genera manducat, quod altera provincia non habet, fluminale, stagnense et marinum. Omnes autem species aut aromatibus aut aliquibus negotiis barbaricis in ea abundant; supra caput enim habens Thebaidis Indorum genus et accipiens omnia præstat omnibus. Et dii coluntur eminenter, et templum Serapis ibi est, unum et solum spectaculum novum in omni mundo; nusquam enim terræ aut ædificium [*tale*] aut dispositio templi aut religionis invenitur, undique autem musium ei redire videatur. (36) Possidet cum omnibus quibus habet bonis et unam rem, quæ nusquam nisi in Alexandria et regione ejus fit, cujus * neque judicia neque privata negotia regi possunt, sed pæne per ipsam rem omnis hominum natura stare videtur. Et quid est quod sic a nobis laudatur? Charta, quam ipsa faciens et omni mundo emittens utilem speciem omnibus ostendit, sola hoc supra omnes civitatesque et provincias possidens, sed sine invidia præstans suorum bonorum, et Nili autem bonitatem supra omnem provinciam possidens; qui Nilus fluvius æstatis hora descendens rigat omnem terram et ad seminationem parat, quam seminati abundanter magna benedictione implentur; ad eos enim una mensura centum et centum viginti mensuras facit; et sic per singulum annum terra reddens et aliis provinciis utilis est. Constantinopolis enim Thraciæ ab ea quam plurime pascitur, similiter et Orientales partes, maxime propter exercitum imperatoris et bellum Persarum; propterea non posse aliam provinciam sufficere nisi divinam Ægyptum. Quam et nominans a diis plus esse puto, ubi deos, uti prædiximus, colentes bene historiæ maxime offerunt. Et sunt sacra omnia et templa omnibus ornata; æditimi enim et sacerdotes et ministri et aruspices et adoratores et divini optimi abundant, et fit omnia ordine; aras itaque invenies semper igne splendentes et sacrificiorum et ture plenas, vittas simul et turibula plena aromatibus divinum odorem spirantia. (37) Jam et civitatem judicibus bene regentem invenies; in contemptu (semen) solus populus Alexandriæ; judices enim in illa civitate cum timore et tremore intrant, populi justitiam timentes; ad eos enim ignis et lapidum emissio ad peccantes judices non tardat. Et est in omnibus et civitas et regio inreprehensibilis, et

---

§ 35. *piscium tria genera, quod altera provincia non habet*] « Immo, eo quoque nomine Antiochiam commendat Libanius in Antiochico p. 385 de pisculentorum ibi copia agens : πορίζουσα ἡ τύχη τὰ πρόσφορα ἑκάστῳ διεῖλεν· εἰς μὲν τοὺς εὐδαίμονας τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης φορὰν, εἰς δὲ τοὺς ἑτέρους τὴν ἀπὸ τῆς λίμνης, κοινὴν δὲ ἀμφοῖν ἔδωκε τὸν ποταμόν. Quod eo magis mirum videatur hunc auctorem non notasse, si modo verum est eum Antiochenum civem aut incolam fuisse. » Gothofredus. ‖ — *merito*] an *mercatu? gerit; medica aromata* de conj. scr. A. Mai. ‖ — In B : *unum et solum*] *unum est solum* cod. ‖ — *musium*] μουσεῖον, i. e. principatus, præmium. Quæ vocis significatio num aliunde probari possit, nescio. ‖ — *redire*] *reddire*, et ex correctura *reddi*, codex. ‖ — § 36. *rem quæ*] *rem quod*, sicut mox *charta quod*, cod. ‖ — *ostendit*] *ostendere* cod. ‖ — *civitatesque et provincias*] *civitates quæ et provinciæ* cod. ‖ — *historiæ maxime*] *historia maxima* cod. ‖ — § 37. Initio hujus segminis in A nonnulla desiderari patet. Deinde in A lacunis absumta sunt verba : *publica administrant ... declinavit ... occiditur.* ‖ — *populus Alexandriæ*] « Cf. Seneca Ad Alb. c. ult. : *Loquax et ingeniosa in contumelias præfectorum provincia, in qua etiam qui vita-*

A populi facta, aut igni aut lapidibus occiditur. Est ergo in omnibus et civitas et regio inreprehensibilis, philosophis et medicis abundans. Aeres vero valde temperatos habet. Hæc de prædicta regione dixisse sufficiat.

38. Iterum a dextris Syriæ supra invenies Arabiam, cujus est maxima civitas Bostra, quæ maxima negotia habere dicitur, propinqua Persis et Saracenis, in qua publicum opus tetrapyli memorabile nominatur.

39. Deinde regio Ciliciæ, quæ faciens multum vinum lætificat provincias plurimas. Habet autem civitatem bonam et magnam quæ Tarsos vocatur.

40. Post hanc superius habeś Cappadociam, quæ viros habet nobiles, in qua est civitas maxima, quæ vocatur Cæsarea, quæ frigora magna habere dicitur. Hæc ubique leporinam vestem emittit et babylonicarum pellium et divinorum animalium pulchritudinem.

41. Inde obviat Galatia provincia optima, sibi sufficiens, quæ plurimam vestem emens ac vendens, fisco bonos milites præstat. Habet et civitatem magnam Ancyram, quæ divinum panem et eminentissimum dicitur manducare.

42. Iterum Phrygia et ipsa regio bona, quæ fortes possidens viros habet maximam civitatem quæ Lao-

---

B totius orbis terræ pæne de veritate philosophiæ ipsa sola abundat, in qua inveniuntur plurima genera philosophorum. Itaque et Æsculapius dare ei voluit medicinæ peritiam, [*et*] ut habeat in toto mundo medicos optimos præstare dignatus est; et quam plurima initium salutis omnibus hominibus illa civitas constat. Et hæc quidem de prædicta regione quoque et civitate ex parte; non enim omnia scribere possibile est. Et aeres vero habet valde temperatos.

38. Deinde jam de dextris iterum Syriæ supra invenies Arabiam, cujus civitas maxima est Bostra, quæ negotia maxima habere dicitur, propinqua Persis et Saracenis, in qua publicum opus tetrapyli mirantur.

39. Deinde iterum regio Ciliciæ, quæ faciens multum vinum lætificat et alias provincias, et habet civitatem magnam et bonam quæ sic vocatur Tarsus.

40. Post hæc in superiori parte Cappadocia est, quæ habet viros nobiles et civitatem maximam Cæsariam. Frigora autem maxima habere dicitur, ut non posse hominem imperitum locorum sine aliquo artificio habitare. Negotia autem hæc optima ubique mittere eam ajunt : leporinam vestem et Babylonicarum pellium et illorum divinorum animalium formonsitatem.

41. Inde obviat Galatia provincia optima, sibi sufficiens. Negotiatur vestem plurimam. Aliquotiens vero et milites bonos dominis præstat. Et habet civitatem maximam quæ dicitur Ancyra. Divinum panem et eminentissimum manducare dicitur.

42. Iterum Phrygia, et ipsa regio bona, et ipsa fortes viros possidens, secundum scripturas antiquorum, Homeri quoque et Vergilii et aliorum bellum ipsorumque Phrygum et Græcorum conscribentium.

---

runt calpam, non effugerunt infamiam. Libanius orat. 12 ad Theodosium pro Antiochenis de Alexandrinis ait diserte : οἷς τὸ θέατρον τοῦ πρὸς τοὺς ἄρχοντας πολέμου χωρίον. Pollio in vita Æmiliani : *Familiari sibi furore, cum quodam die cujusdam servus curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militarie ob hoc cæsus esset, quod crepidas suas meliores esse quam militis diceret, collecta multitudo ad domum Æmiliani ducis anceps venit, atque eum omni seditionum instrumento et furore persecuta est; ictus est lapidibus, petitus est ferro, nec desiit ullum seditionis telum.* » Gothofr. || — *irreprehensibilis*] *incomprensibilis* B. || — *medicos optimos*] Ammianus 12, 16, 18 : *sufficiat medico ad commendandum artis auctoritatem, si Alexandriæ se dixerit eruditum.* || — *aeres temperatos*] Cf. Strabo p. 792; Ammianus 22, 16, 8 et 14. || — § 38. *Bostra*] *Nonstra* B. || — § 40. *Babillonicum pellium*] B. Pelles Babylonicæ memorantur etiam in Cod. Theod. l. 16, § 7, monente Gothofredo. || — *divinorum animalium*] « Eques Cappadocum ut in commune, ita nominatim equorum greges dominicos, palmatos etc. h. l. intelligit. De equis Cappadocum ut in genere plures agunt, Solinus c. 47, Oppianus Cyneg. 1, Apulejus lib. 8, Dionysius Periegetes, ita de equorum grege dominico et palmatis agunt Nemesianus in Cynegetico, Illustrius Hesychius lib. 1 Chron. in glossis nomicis cl. Labbæi nostri, Cod. Theod. lib. 7 *de grege dominico*, et lib. 1 *de equis curulibus*, et Itin. Hieros. (ubi perperam hactenus editum *villa Pampali* pro *villa Palmati* [p. 577 Wess.]), Claudianus lib. 2 in Rufinum et in laudem Serenæ. *Divina* porro vocat, hujus seculi stylo, imperatoria seu ad imperatorum usus. In hoc eodem argumento Claudianus in laudem Serenæ : *Quos Phrygiæ matres, Argæaque gramina pastæ, semine Cappadocum, sacris præsepibus edunt.* Nemesianus : *Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis, Cappadocumque notas referat generosa propago Argæa et palmæ nuper grex nomine sacrum.* » Gothofredus. || — § 41 A. *eminentissimum*] *vehementissimum* Cav. et Par. « Cappadocum alioquin (qui Galatis proximi) panis olim in pretio. V. Athenæus 3, c. 28 p. 113 et 4, c. 2. » Gothofr.

§ 42 A. *nominata*] i. e. ὀνομαστή. In B vocem *solam* interpretor unicam, singularem, egregiam, quo sensu habes § 35 *unum et solum spectaculum*; græce fuerit μοναχὴν, quod ea significatione dici censeo in Periplo mar. Erythr. § 6 et 14 (tom. 1, p. 263 et 267) : ὀθόνιον Ἰνδικὸν τὸ πλατύτερον, ἥ τε λεγομένη μοναχὴ καὶ ἡ σαγματογήνη. Laodicenæ vestes in Periplo mar. Er. § 24 λώδικες dici videntur. Ceterum de lana Laodiceæ v. Strabo p. 578 : Φέρει δ' ὁ περὶ τὴν Λαοδίκειαν τόπος προβάτων ἀρετὰς οὐκ εἰς μαλακότητα μόνον τῶν ἐρίων, ἥ καὶ τὰ τῶν Μιλησίων διαφέρει, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν κοραξὴν χρόαν, ὥστε καὶ προσοδεύονται λαμπρῶς ἀπ' αὐ-

A dicia vocatur; de qua vestis exit nominata quæ dicitur Laodicena.

43. Huic superius Armenia Minor conjungitur, quæ equites et sagittarios utiles mittit.

44. Deinde Paphlagonia et Pontus, quæ viros eminentes et divites habent, sicuti Cappadoces et Galatæ; doctrina quoque et omnibus bonis ornatæ sunt; mulieres vero nimis candidas habent et viros prudentes et valde fideles, naturæ in se bonum habentes.

45. Post Ciliciam [*oc*]currit Isauria, quæ viros fortes et latrocinantes emittit. Post quam est Pamphylia regio optima et valde sibi sufficiens, oleum multum faciens et replens alias regiones. Duas habet Pergen et Siden splendidas civitates.

46. Post hanc Lycia regio sibi sufficiens habet montem maximum nomine Caucasum, quo non est alius, ut ajunt, major sub cœlo.

47. Post Lyciam maxima Asia, quæ omnibus provinciis eminet, et habet innumerabiles civitates, maximas vero et circa mare multas quidem habet, ex quibus Ephesum nominare necessarium puto; hæc portum habere dicitur præcipuum. Similiter autem et Smyrna civitas splendida. Regio autem tota frugi-

---

B Quæ et civitatem maximam habere dicitur Laodiciam, quæ vestem solam et nominatam emittat, quæ sic vocatur Laodicena.

43. Deinde hujus supra Armenia Minor, quam equites et sagittarios præstare ajunt utiles ad bellum.

44. Deinde Paphlagonia et Pontus virorum divitum habitatio et valde eminentium, similiter Cappadocibus et Galatis, in doctrina quoque et in omnibus bonis. Et mulieres speciosas [*habent*]. Historia vero de iis dicit speciosas esse et candidas nimis, ut visæ deæ esse putentur. Viros itaque prædictæ provinciæque et civitates, hoc est Pontus et Paphlagonia et Galatia et Cappadocia, habent (et) prudentes (viros). Si autem vis et prudentiam virorum audire, aspice in duo comitata Orientis quoque et Occidentis; multos ibi invenies (quam) in aliis civitatibus aut provinciis quomodo Ponticos aut Paphlagones et Cappadoces et Galatas; propterea et temptari per eos jussione imperatorum negotia putant; sunt enim valde fideles, devitia * naturæ bonum in se habentes; sic majoribus et melioribus proficere urgentur. Hic autem de his desinens orationem, jam incipiam sequentia dicere.

45. Sunt enim hæc mediterranea. Quoniam autem necessarium est significare partes propinquantes mari, iterum autem de Cilicia est et Isauria, quæ viros fortes habere dicitur; et latrocinia aliquando facere conati sunt, magis vero et adversarii Romanorum esse voluerunt, sed non potuerunt invictum nomen vincere. Post quam est Pamphylia, regio optima et sibi sufficiens, oleum autem multum faciens et alias regiones implens. Habet autem duas civitates splendidas Pergen et Siden.

46. Post hanc Lycia regio sibi sufficiens; et habet montem maximum qui Caucasus dicitur, quo majorem sub cœlo non esse ajunt.

47. Post Lyciam Caria. Et sic est maxima Asia quæ eminet in omnem provinciam et habet civitates innumerabiles, maximas vero et ad mare multas quidem habet, ex quibus nominare duas necessarium est : Ephesum quoque quæ portum præcipuum habere dicitur, similiter autem Smyrna et ipsa civitas splendida. Regio autem tota lata et frugifera in omnia bona, vina varia, oleum, hordeum, purpuram bonam, ali-

---

τῶν. ‖ — In B codex : *et aliorum qui bellum ipsorum quæ Prigium et Gregorum conscribentium ... quæ sic vocatur Laodiciam.*

§ 43. « Armeniam Majorem omittit auctor, quia hæc suum regem tunc habebat Romanis amicum. » Gothofr. ‖ — § 44 B. *Cappadocibus*] *Cappadocus* cod. ‖ — *in doctrina*] « De Cappadocum et Cæsariensium hac tempestate doctrina vide et Libanium Orat. 26 p. 299 et De Vita sua, et Eunapium in Ædesio et Juliano (inde enim uterque fuit, Ædesius et Julianus). Sane fidem faciunt et quam plurimi quorum scripta memorat Suidas, sed et Gallus et Julianus eruditi hac tempestate, anno fere 329, in Marcellio prope Cæsaream Cappadociæ, teste Ammiano, Sozomeno, Cedreno. De Ponticis v. Eunapium in Proæresio p. 138. De Galata Theone v. Eunapium in Jonico p. 186. Item de Hellesponto Galata v. Eunapium in Chrysanthio p. 202. Posset et hic longa pagina confici clarorum in ecclesia hac tempestate virorum ex hisce provinciis Cappadocia, inquam, Galatia, Paphlagonia, Ponto. » Gothofr. ‖ — *de iis dicit* vel *eas dicit*] *de eas dicit* cod. ‖ — *viros itaque*] Hæc si recte habent, in seqq. verba *et ... viros* abundant. Fortasse fuit : *Viriosæ itaque* etc. ‖ — *provinciæ quæ et civitatum* cod. ‖ — *comitata*] « Κωμίτατον pro comitatu seu aula principis apud Socratem quoque in epistola Constantii imp. ad Athanasium, lib. 2, c. 3, et Epiphanium contra Ebionæos et contra Meletianos et in epist. ad Alexandrum papam apud eundem contra Ariomanitas. » Goth. In seqq. fortassis refingendum : *multo plures ibi invenies quam ex aliis civitatibus.* ‖ — *devitia*] ἀκακίαν sic dici vel *divitia* legendum esse censuit Gothofredus. An *devotique?* ‖ — § 45 B. *mediterranea*] *media terrena* cod. ‖ — § 46. *Caucasus*] Caucasum Lyciæ aliunde non novimus. An Cragum dicere voluit? ‖ — § 47. *oryzam*] *horidiam* cod. B, cujus loco *hordeum* legendum outavit Gothofredus. ‖ — *alicam*] *alicem* cod. B.

A fera, vina varia proferens, oleum quoque, oryzam et alicam et purpuram bonam.

48. Post hanc sequitur Hellespontus, regio frugifera frumento, vino et oleo, ornata civitatibus antiquis Cyzico, Troja et Ilio, * quæ et positione et magnitudine et ornamento et formonsitate omnem laudem superare potest; et ibi enim pulchritudo mulierum laudabilis est.

49. Post Hellespontum sequitur admirabilis Bithynia omnem fructum habens. In hac sunt maximæ civitates Nicæa et Nicomedia. Sed dispositionem Nicææ civitatis difficile est in aliis urbibus invenire; regulam enim putat aliquis impositam civitati, ita ut omnia ædificiorum culmina æquali decorata libramine splendidum intuentibus præbere videantur adspectum. Similiter et Nicomedia omnibus bonis abundans. Diligenter in ea spectaculum exhibetur.

50. Post Bithyniam sequitur Thraciæ provincia et ipsa dives in fructibus et viros eiciens fortes in bello. Habet civitates splendidas Constantinopolim et Heracliam. Quam Constantinopolim, cum esset aliquando Byzantium, Constantinus imperator condidit, et suum cognomen civitati imposuit. Heraclia vero excellentissimum opus habet in theatro et regale palatium; nam Constantinopoli circense opus perniciosa et sævissima contentione spectatur.

51. A Thraeia vero obviantem invenies Macedoniam. Hæc abundans omnibus bonis eicit ferrum, plumbum, lardum et caseum Dardanicum; adjacet enim ei Dardania. Et habet civitatem splendidissimam, quæ est una eminentium, vocabulo Thessalonicam.

52. Post Macedoniam Thessalia, quæ multo abundans tritico habet montem excelsum qui vocatur Olympus. Post Thessaliam Achaja et Græcia et Laco-

---

B cam. Et est valde admirabilis, cujus laudes permultas ponere difficile est.

48. Post hanc est Hellespontus, regio frugifera, frumento, vino et oleo ornata. Civitates autem habet antiquas illas Trojam et Ilium, horum autem majorem Cyzicum, quæ et positione et magnitudine et ornamento et formonsitate omnem laudem superare potest. Et ibi enim Venus mulierum pulchritudinem, sagitta Cupidinis ornata, constituere voluit.

49. Post Hellespontum est invenire admirabilem Bithyniam, quæ maxima et optima, quæ sic omnem fructum facit. Civitates habet multas quidem, sed admirabiles Nicæam et Nicomediam. Et Nicææ quidem civitatis dispositionem difficile est alibi invenire; regulam autem putat aliquis impositam esse omni civitati propter æqualitatem et formonsitatem; et est in omnibus ornata et constans. Nicomedia vero et ipsa eminens et admirabilis et in omnibus abundans et habens opus publicum optimum Basilicam antiquam, qua divinum ignem de cœlo descendisse et combusisse eam dicunt, et condita est postea a Constantino. Habet autem et circenses, structuram valde bonam, in qua (eminet) circensium spectaculum diligentius spectatur.

50. Post Bithyniam iterum Thracia provincia, et ipsa dives in fructibus et maximos habens viros et fortes in bello. Propter quod et frequenter inde milites tolluntur. Habet autem civitates splendidas Constantinopolim et Heracleam. Quæ Constantinopolis cum esset aliquando Byzantium, Constantinus conditæ suum cognomen civitati imposuit. Heraclea vero excellens opus habet et theatrum et regale palatium. Constantinopolis autem omnia præcipua habere potest propter Constantinum. Nec non vero et circensium spectaculum sævissime spectatur.

51. A Thracia ergo obviantem invenies Macedoniam, quæ abundans omnia, negotium vero eicit ferrum et plumbum, aliquotiens autem et lardum et caseum Dardanicum; adjacet enim ei Dardania. Et habet civitatem splendidam Thessalonicam, quæ est et ipsa una eminentium.

52. Post Macedoniam Thessalia multa ferens et aliis sufficere dicitur. Et habet montem Olympum, quem deorum habitaculum Homerus ait. Post Thessaliam

---

§ 48 A. *Ilio quæ*] Excidit Cyzici mentio, ad quam referenda sunt sequentia : *quæ et positione* etc. || — § 49 B. *basilicam*] « Basilica antiqua Nicomediæ de cœlo tacta et combusta, a Constantino postea instaurata. De basilica ipsa v. monodiam Libanii p. 5 et p. 204. 206; combusta est anno Constantiniani imperii 26 vel 27, sive an. 333 vel 334 p. Chr., eo ipso anno quo Constantinus simulacra et fana evertit, reditus eorum ecclesiis donavit. Cedrenus : Τῷ κσ′ καὶ κζ′ ἔτει αὐτοῦ τὴν κατὰ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν ναῶν αὐτῶν κατάλυσιν ἐπέτεινε, τὰς δὲ εἰσόδους αὐτῶν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ἐκύρωσε. Τότε καὶ ἡ ἐν Νικομηδείᾳ βασιλικὴ πυρὶ θείῳ ἐφλέχθη. » Gothofr. || — *eminet*] *eminens?* aut *eminet...spectaculum quod diligentius?*

§ 50 A. *in* ante *Constantinopoli*, et post *opus* om. cod. Cav. || — *conditas*] *conditam* cod. || — § 51. *plumbum*] *plumam* codd. in A et B; em. Mai.

§ 52 A. *sibi tantum*] *tantum* periit in Cav.; *vix* supplevit Mai. || — In B codex *multum ... habens* pro *multam ... habentem*. || — *crocino*] sic A; *cronico* cod. in B. Lapidem dicit qui ad Croceas, vicum Laconicum, effoditur. Vid. Pausanias 3, 21, 4. Cf. ἡ Λακαίνη λίθος apud Lucian. Hipp. c. 5; ὁ ἐκ τῶν Λακώνων λίθος Gregor. Nyss. tom. 1, p. 399, A; ὁ Λάκων λίθος *ib.* tom. 1, p. 860, A; Λακωνικὴ πλάξ Basil. tom. 1, p. 396, C. || — *dicendum antiquorum bellum*] Cf. Athenarum descriptio in Anonymo, tom. 1, p. 99.

A nica, quæ sola in se studia habens sufficere sibi tantum potest. Est enim provincia brevis et montensis, quæ fruges gignit, oleum perraro paucum et mel Atticum, et magis fama doctrinæ et oratorum gloria decoratur. Habet autem civitates optimas Corinthum et Athenas. Corinthus negotiis viget; habet et opus præcipuum amphitheatrum, Athenæ vero sola studia literarum. Laconica Crocino tantum lapide, quem dicunt Lacedæmonium, ornari putatur.

53. Post Achajam Epiri partes et civitas Ephyra. Post hanc Nicopolis, quæ piscem multum marinum abundat. Post hanc paulo superius Dalmatia est negotiis vigens et species tres utiles mittens, caseum, tigna et ferrum. Et habet civitatem splendidam quæ vocatur Salonæ. Dyrrachium vero propter malitiam habitantium destructa est et in profundum, deo irascente, submersa non comparuit. Sequitur Calabria frumentifera in omnibus bonis. Post hanc Bruttia, quæ vestem et vinum multum et optimum mittit. Post hanc Lucania regio optima et omnibus bonis abundans, lardum multum aliis provinciis mittit, quoniam montes ejus et variis abundant animalibus et plurima pascua.

54. Post hanc sequitur Campania provincia non valde magna, sed sibi sufficiens et viros divites habens.

55. Post hæc Italia sequitur, multas habens et varias civitates et plenas omnibus bonis. Sunt igitur in ea

B Achaja, Græcia et Laconica terra, quæ in se [*studia*] habens, non sic aliis, sufficere sibi potest; nam et ipsa provincia brevis est et montuosa, et non tantum frugifera potest esse; oleum vero ex pauco generat, et mel Atticum, et magis fama doctrinarum et orationum glorificari potest, in aliis enim quam plurimis non sic. Civitates autem habet has, Corinthum et Athenas, Corinthum enim civitatem multam in negotiis et habentem opus præcipuum amphitheatri, Athenas vero et historias antiquas et aliquid dignum nominatu, arcem, ubi multis statuis stantibus mirabile est videre dicendum antiquorum bellum. Laconica vero solo Crocino lapide, quem dicunt Lacedæmonium, ornari putatur.

53. Post Achajam est invenire Epiri partes et civitatem quæ sic vocatur Ephyra; provincia vero a quibusdam Epirus, a quibusdam Ætolia. Civitas Nicopolis, quæ piscem multum marinum abundat, ut odire speciem videntem aliquantam. Post hanc paulo superius Dalmatia est, quæ in negotiis eminens esse dicitur. Caseum itaque Dalmatenum et tigna tectis utilia, similiter et ferrum, tres species, cum sint utilia, abundans emittit. Et habet civitatem splendidam Salonam. Dyrrachium propter habitantium malitiam, a deo, magis vere ut dicunt, descendit et non apparuit. Deinde jam ordine provinciæ : Calabria, quæ frumentifera cum sit, abundat in omnibus bonis; post hanc Bruttia et ipsa optima quum sit, negotium emittit vestem birrum et vinum multum et optimum; post Bruttiam Lucania regio optima et ipsa omnibus abundans, (et) lardum multum foras emittit, propterea quod est in montibus ejus esca animalium varia.

54. Post eam Campania provincia, non valde quidem magna, divites autem viros possidens et ipsa sibi sufficiens et cellarium regnanti Romæ.

55. Et post eam Italia, quæ et nominata verbo solum aut in nomine gloriam suam ostendit, multas et varias civitates habens et omnibus bonis plena regitur

§ 53. A. *Ephyra*] Ephyrus codd., nisi quod in A *Epirus* cod. Par. ‖ —*caseum*] Cf. Plinius 11, 42, § 240 ed Sillig. ‖ —*Dyrrachium*] Hieronymus Chron. ad an. 346 p. Chr., an. 8 Constantii imp. : *Dyrrachium corruit terræ motu et tribus noctibus ac diebus Roma nutavit, plurimæque Campaniæ urbes vexatæ*. Cedrenus ad Constantii an. 9 : Τῷ θ' ἔτει Δυρράχιον πόλις τῆς Δαλματίας ὑπὸ σεισμοῦ διεφθάρη, καὶ Ῥώμη ἐν τρισὶν ἐκινδύνευσεν ἡμέραις σειομένη, τῆς δὲ Καμπανίας ιϑ' πόλεις διεφθάρησαν. ‖ — In B *magis vero* codex. ‖ — *birrum*] *byrrum* cod. B. Cf. Augustin. sermon. de divers. 49, Edict. Dioclet. p. 20; Vopiscus Carin. c. 20; Artemidor. Æth. 2, 3; Suidas v. Βίρρον. Ducangius Lex. et Steph. Thes. s. v. βίρρος. ‖ — *propter quod est in montibus, cujus escam animalium variam* codex B.

§ 54 B. *Post eam*] *Post enim* et mox *regnante Roma* cod. ‖ — § 55 A. *Italia*] « Notatu dignus locus, quo Italia a Calabria, Bruttio, Campania, appellatione separatur. Italia nempe speciali significatu ea est quæ Roma ferme ad Alpes decurrit; quo sane vel proximo significatu Italiam accipi solitum hac tempestate docebo pluribus ad legem 6 cod. Theod. de annona et trib. Ita apud Athanasium non semel. In synodi Sardicensis epist. ad Alexandrinos apud Athanas. Apol. 2, p. 588 : ἡ ἁγία σύνοδος συναχθεῖσα ἀπὸ Ῥώμης καὶ Ἰταλίας, Καμπανίας, Καλαβρίας, Ἀπουλίας. Et Athanasius ipse provincias recensens, ex quibus ad synodum Sardicensem episcopi convenerunt, Ἰταλίας, Πικηνοῦ, Τουσκίας, Καμπανίας, Καλαβρίας, Ἀπουλίας, Βρεττίας etc., et epist. ad solit. vit. p. 640, de episcopis agens qui secum communicabant, ἀπό τε, inquit, τῆς μεγάλης Ῥώμης καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης, Καλαβρίας τε καὶ Ἀπουλίας καὶ Καμπανίας, Βρεττίας τε etc. » Gothofr. ‖ — *Tiburtinum*] *Deburtinum* Par., *Divortinum* B. ‖ — Verba *civitatem eminentissimam et regalem quæ dicitur* om. Cav. ‖ — *unusquisque illorum* Par. ‖ — *omnia adscendunt*] *omnia suscipit* Par. ‖ — Verba *decem et octo milibus ... bonis abundant* om. Par. ‖ — *quod si* pro *quos si* Cav. ‖ — In B : *Post eam Italia*] *Post ea in Italiam* cod. ‖ — *ostendit* vel *ostentat*] *ostendat* cod. Dein *non post multum narremus Romulus puer... imperatorum... in eam ... facit* cod. ‖ — *qualecunque*] *qualemque* cod. ‖ — *innu-*

A vinorum genera multa, Picenum, Sabinum, Tiburtinum et Tuscum; nam et Tuscia illi provinciæ adjacet. Super hoc maximum possidet bonum, civitatem eminentissimam et regalem quæ dicitur Roma, splendoribus divinorum ædificiorum ornatam. Omnes enim imperatores ob gloriam suæ virtutis unusquisque eorum proprium opus suo nomine dedicarunt. Quis enim Antonini dinumeret opera? Quis Trajani vel ceterorum explicet in operibus publicis ornamenta? In qua et circenses bene dispositos invenies ordines abundantissimo æramine decoratos. Habet et fluvium utilem sibi, qui a Tiberino Tiberis vocabulum sumpsit; nam prius Albula dicebatur; qui incidens urbem pervenit in mare, et per ipsum omnia ascendunt quæ e peregrinis veniunt regionibus, decem et octo milibus. Et sic civitas omnibus bonis abundat. Habet autem et senatum maximum virorum divitum et eloquentium, quos si per singulos probare volueris, invenies omnes judices et potestates.

56. Sequitur Tuscia, quæ inter omnia bona [*hoc a diis maximum accepisse*] fertur, quod ex ea haruspices primum prodierunt. Sequitur Aquileja et Mediolanum, civitates splendidæ et divites opum.

57. Post Italiam superiora currentes quas prætermisimus provincias memoremus, Mœsiam scilicet et Daciam provincias, sibi quidem sufficientes, frigora autem magna habentes, quarum est Naissus civitas opulenta. Deinde Pannoniæ regio, terra dives in omnibus, non solum fructibus et jumentis, sed et negotiis et mancipiis, in qua semper imperatorum est habitatio delectabilis. Habet autem maximas civitates Sirmium et Noricum, unde et vestis Norica exire dicitur. Hæc Pannoniæ regio. Quæ adjacet trans flumen Danubium gens barbarorum et (*est?*) Sarmatum.

B a providentia. Invenies enim in ipsa Italia vinorum multa genera, Picenum, Sabinum, Tiburtinum, Tuscum; etenim Tuscia adjacet prædictæ provinciæ, cujus formonsitatem post non multum narrabimus. Italia ergo omnibus abundans insuper et hoc maximum bonum possidet, civitatem maximam et eminentissimam et regalem, quæ de nomine virtutem ostendit et vocatur Roma; quam ajunt condidisse Romulum puerum. Est itaque quam maxima et ædificiis divinis ornata. Quisque enim [*aut ex*] antefactis imperatoribus aut qui nunc sunt, in ea condere aliquid voluerunt, et singuli eorum opus qualecunque in nomine suo faciunt. Si enim volueris Antoninum, opera invenies innumera, sicut et quod dicitur forum Trajanum, quod habet Basilicam præcipuam et nominatam. Habet autem et circenses bene positos et æramento multo ornatos. Sunt autem in ipsa Roma et virgines septem ingenuæ et clarissimæ, quæ sacra deorum pro salute civitatis secundum antiquorum morem perficiunt et vocantur virgines Vestæ. Similiter et fluvium habet multis notum Tiberim, qui utilis est prædictæ civitati, qui incidens eam pervenit in mare, et per ipsum omnia quæ veniunt de peregre, ascendunt a decem et octo milibus, et sic civitas omnibus bonis abundat. Habet autem et senatum maximum virorum divitum. Quos si per singulos probare volueris, invenies omnes judices aut factos aut futuros esse, aut potentes quidem, nolentes autem, propter suorum frui cum securitate velle. Colunt autem et deos ex parte, Jovem et Solem; nec non sacra matri deûm perficere dicunt, et haruspices ad eos [*esse*] certum est. Hanc habes.

56. Vicina Tuscia. Quæ Tuscia [*inter*] quam plurima hoc a diis nomen maximum accepit; inde enim ajunt ab origine inventa esse haruspicia, et quod bonum deos esse dicebant; nam et ipsa abundans omnibus bonis et hoc possidet maxime, circa deos haruspicia multa; etenim hujus rei certum ad eos esse dicitur. Et hæc quidem Romæ et Tusciæ. Italiæ vero et aliæ civitates sunt splendidæ, quæ sic vocantur Aquileja et Mediolanum.

57. Post ergo Italiam quas prætermisimus civitates dicamus, Mœsiam et Daciam provincias, sibi quidem sufficientes, frigora autem magna habentes, quarum civitas magna Naissus dicitur. Deinde Pannoniæ regio, terra dives in omnibus, fructibus quoque et jumentis et negotiis, ex parte et mancipiis. Et semper habitatio imperatorum est. Habet autem et civitates

---

mera] *innumerata* cod. ‖ — *et quod ... quod habet*] *quæ ... quæ habet* cod. ‖ — *ascendent* cod. ‖ — *milia* cod. ‖ — *colent* cod. ‖ — *sacramantis* codex, quod deinde correctum in *sacra matris*. ‖ — « Haruspices Romæ hoc adhuc tempore consulti. Liber igitur hic conscriptus ante an. 357, quo vetitum id a Constantio. V. cod. Theod. lib. 4, de maleficis sacrif. et temp. » Goth. ‖ — *Hæc habes*] Fort. : *Huic habes vicinam Tusciam.*

§ 56 A. *Mediolanus* cod. ‖ — B : *quam plurimæ... unde enim ... inventam ... possidet maximæ* cod. ‖ — *hujus rei*] Legendum suspicor *haruspices*.

§ 57. *Nayssus* Cav., *Nessus* B. « Constantius ibi non semel moratus; an. 337, ut docet lex 7 C. Just. de divortiis; an. 340, ut docet lex 29 C. Theod. de decurion., et lex 5 de petitionibus; an. 361, teste Ammiano lib. 21 p. 250, ubi Naissum copiosum oppidum vocat. Ibidem postea Valentinianus et Valens constitere an. 364, quod tum Ammianus docet lib. 26, p. 339, tum quam plurimæ codicis Theodos. constitutiones. » Goth. ‖ — *Sirmium*] *Syrmi* cod. B. « Noricum Pannoniæ accenseri observa. Sane et in Notitia Imperii Noricum sub eodem duce Pannoniæ primæ constituitur. » Goth. ‖ — In B : *Norica*] *Noricus* cod. ‖ —

A 58. Post Pannoniam Galliarum provincia, quæ maxima est et propter imperatorem, quo semper eget, in multitudine omnibus bonis abundat, sed plurimi pretii; cujus maxima civitas Triberis dicitur, in qua dominus gentis inhabitat; est enim mediterranea. Habet alteram juxta mare priori similem civitatem, quam Arelata vocant, quæ accipiens omnia mundi negotia supra dictæ civitati emittit. Omnis autem regio viros habet fortes in prœlio et nobiles in omni negotio. His adjacet gens multa Gothorum.

59. Post Gallias Hispania, terra lata, dives et maxima, viris doctis et omnibus bonis ornata, quæ omnibus negotiis pollet, oleum vero multum et liquamen emittit, vestem quoque variam et jumenta lardumque et spartum; abundans non solum omnia bona sed et præcipua habet. Inde oceanus esse dicitur, cujus partes nullus hominum potuit enarrare; est enim eremi solitudo et, sicut ajunt, ibi est finis mundi.

60. Deinde gyrante circulo a partibus austri invenies Mauritaniæ terram, in qua gens inhabitat hominum barbarorum vitam et mores feros habentium. Hæc provincia in vestibus negotiatur et in mancipiis; frumento multo abundat. Habet et civitatem bonam quæ dicitur Cæsarea. Post Mauritaniam sequitur Numidia fructibus abundans et sibi sufficiens. Negotia autem hæc habet variarum vestium et animalium optimorum.

61. Ab hac provincia Africæ regio dives in omnibus invenitur; omnibus enim bonis ornata est, fructibus quoque et jumentis, et pæne ipsa omnibus gentibus usum olei præstare potest. Quæ multas et differentes possidens civitates unam habet præcipuam et admirabilem valde, quæ vocatur Carthago, quam condidit mulier Tyria nomine Dido; quæ cum Libyam venit, locum emit quantum corium bubulinum circumtenere potuit : quæ, ut Virgilius ait, cogno-

---

B maximas, Sirmium quoque et Noricum; unde et vestis Norica exire dicitur. Hæc Pannonia regio. Quæ adjacet trans flumen Danuvium gens barbarorum Sarmatum est.

58. Post Pannoniam Galliarum provincia; quæ cum maxima sit et imperatorem semper egeat, hunc ex se habet. Sed propter majoris præsentiam, omnia in multitudine abundat, sed plurimi pretii. Civitatem autem maximam dicunt habere quæ vocatur Triveris, ubi et habitare dominus dicitur, et est mediterranea. Similiter autem habet alteram civitatem in omnibus ei adjuvantem quæ est super mare, quam dicunt Arelatum, quæ ab omni mundo negotia accipiens prædictæ civitati emittit. Omnis autem regio viros habet fortes et nobiles; in bello itaque plurimum exercitum et fortem Gallorum esse dicunt; et est in omnibus provincia admirabilis. Et habet adjacentem gentem barbaram Gothorum.

59. Deinde ad Gallias Spania, terra lata et maxima et dives viris doctis, in omnibus negotiis *, quorum ex parte dicemus. Oleum enim et liquamen et vestem variam et lardum et jumenta mittens, omni mundo sufficiens, omnia bona possidens et præcipua in omnibus bonis, insuper autem et sparti virtutem omni terræ præstans, [*quæ*] videtur quidem necessaria apud multos, quoniam omne navium genus salvat et per ipsam quamplurime omne negotium videtur; apud multos autem debilis esse videtur. Inde oceanum esse dicitur, et hujus partem (quæ) nemo hominum narrare potest. Sed quid ibi esse potest? Est enim desertum, et, sicut ajunt, est ibi finis mundi.

60. Deinde gyrantem ad austri terram invenies terram Mauritaniam. Homines barbarorum vitam et mores [*habentes*], tamen Romanis subditi. Quæ provincia vestem et mancipia negotiatur, et frumentum abundat, et habet civitatem Cæsaream. Deinde post Mauritaniam Numidia provincia fructibus abundans et sibi sufficiens; et negotia habet vestem variam et animalia optima.

61. Ab hac provincia Africæ regio dives in omnibus invenitur; omnibus bonis ornata est, fructibus quoque et jumentis, et pæne ipsa omnibus gentibus usum olei præ-

---

§ 58 A. *Triberis*] *Tyberim* Cav. ‖ — In B : *Galliam provinciam ... eget* codex. ‖ — *habet*] *havet* legendum censuit Gothofredus, qui annotavit hæc : « Nempe hoc vult ipsum quod Vopiscus in Saturnino : *avidam esse gentem Gallorum vel faciendi principis vel imperii*. Cujus loci sensus hic est, Gallos avidos esse vel faciendi alterius novi principis vel imperii sibimet vindicandi. Ammianus quoque lib. 30 *Cohortibus*, inquit, *Gallicanis, quæ non semper dicatæ principum fidei, velut imperiorum arbitriæ*. Avidam, inquam; quare et hic ita legendum : *hunc ex se havet*. Ceterum hoc auctoris judicium de Gallia comprobavit statim paullo post eventus, quum videlicet Magnentius, Constante cæso, an. 350 imperium in Gallia sibi vindicavit. » ‖ — *majoris*] *maris* conjecit Gothofredus. ‖ — *et fortia Gallorum esse dicuntur* cod. ‖ — *adjacentem ... Gothorum*] « Imperitiam suam hic prodit auctor qui Gothos Galliæ vicinos facit. » GOTH.

§ 59 B : *dicemus*] *dicimus* cod. Deinde : *quamplurimæ omnem negotium* cod. ‖ — § 60 A. *et sibi sufficiens* om. Cav. ‖ — *variarum vestium*] *vestis variæ* Cav. ‖ — § 61 A. *ab hac*] *ab hanc* Cav., *ab hanc provinciam* B. ‖ — *spectant*] *exspectant* codd. in A et B. ‖ — In B : *locum pro lacu possidens* etc.] Ambigua horum interpretatio. « Ego legam *formositatem loci pro luco possidens habet olivum*, κάλλος δὲ τόπου ἀλσώδους κεκτημένη, ἔχει ἔλαιον. Interpres ineptus ἀλσώδη vertit *pro luco*, quasi luco destinatum, cum sit quod speciem luci præfert. De hoc interim luco Virgilius quoque

A mine Byrsa, id est corium. Hæc dispositione valde gloriosissima constat, quæ in directione vicorum et platearum æqualibus lineis currens magnum adhuc super omnia bonum habet in portu, qui securitatis est plenus, et novo visu Neptunum sine timore navibus præstare videtur. Præcipuum vero aliud in ea opus invenies publicum, vicum argentariorum. Hoc autem in ea culpabile repperitur quod contentiose nimis spectant. Ipsa autem regio Africæ est valde bona, dives et ampla, homines autem indignos habens patriæ; dolosi enim esse dicuntur, alia quidem dicentes et alia facientes, licet inter plurimos malos pauci boni possint forsitan inveniri.

62. Deinde post omnem Africæ regionem adjacet terra deserta valde latissima in partibus austri, ubi ajunt barbarorum gentem pessimam habitare qui Mazices et Æthiopes vocantur. Post quos Pentapolitana regio sequitur, modica quidem sed dives fructibus et jumentis, quæ duas habet civitates antiquas Ptolemaidem et Cyrenen, quas dicunt aliquando regnasse. Post quam altera provincia, quæ Libya dicitur, ab occasu Alexandriæ proxima, quæ non accipiens aquam e cælo inops est valde et viros paucissimos habet, sed bonos, prudentes et pios. Unde autem eis hoc bonum? Puto quod ab eruditione divina. Deinde jam sequitur Alexandria. Hæc est autem totius orbis terræ descriptio, quam ex parte potuimus enarrare.

63. Nunc jam etiam de insulis pauca dicamus. Habes ergo ab oriente primam insulam et maximam Cyprum, quæ non eget alterius provinciæ in his quæ ad faciendam navem sunt necessaria; in se enim habere omnia perhibetur, hoc est ligna diversa, æramentum, ferrum, picem, linum [*in velorum*] et restium usum, et alia multa bona dicitur abundare. Deinde Eubœa, quam esse valde nobilem ferunt et multis bonis ornatam. Post ipsam insulas invenies Cycladas, quæ licet multæ sint, omnes tamen suum judicem habent; quarum aliquas et nomine memorare necesse est. In primis ergo Rhodum ponamus, in qua civitas maxima fuit, quæ ab ira dei subversa est. In hac statua miræ magnitudinis, quam Colosseum nominant, posita est. Sequitur Delus, quæ in medio Cycladum sita, in qua Latona enixa est Apollinem et Dianam. Inde Tenedus, inde Imbrus, quæ Imbrus multam vestem leporinam eicit propter abundantiam animalium quæ in eadem fuit. Inde Lemnus adjacet, et ipsa moderate sibi sufficiens, et vinum plurimum ferens Macedoniæ mittit et Thraciæ regioni.

B stat. Quæ multas et differentes civitates possidens, unam præcipuam et admirabilem nimium habet, quæ sic vocatur Carthago; quam condidit mulier Tyria nomine Dido, quæ cum Libyam venisset, locum emit quantum corium bubulum circumtenere potuit, ut Virgilius ait, cognomine Byrsa; quæ dispositione valde gloriosissima constat; formonsitatem vero locum pro lacu * possidens habet oleum; etenim ordinem arborum habet in vicos æquales; et portum super omne novum visum habens, Neptunum sine timore navium serenum præstare videtur; securitatis enim plenus est. Et iterum præcipuum invenies opus publicum in ea, vicum argentariorum. In delectabilibus vero unum solum spectaculum valde contentiose spectant habitantes, munerum. Ipsa autem regio Africæ est valde maxima et bona et dives, homines autem habens non dignos patriæ; regio enim multa et bona, homines vero non sic; dolosi enim quam plurimi omnes esse dicuntur, alia quidem dicentes, alia autem facientes; difficile autem inter eos invenitur bonus; tamen in multis pauci boni esse possunt.

62. Deinde post Africæ omnem regionem adjacet et deserta terra maxima in austri partibus; ubi ajunt in minima parte ipsius deserti habitare barbarorum paucam gentem quæ sic vocatur Mazicum et Æthiopum. Post hoc invenitur regio Pentapolitana, pauca sed fructibus et jumentis dives, quæ civitates habet antiquas duas, Ptolemaidem et Cyrenen, quas dicunt in tempore regnasse. Post quam altera provincia Libyæ nomine, propinquans et ipsa ab occasu Alexandriæ, quæ non accipit aquam de cœlo; viros quidem habet paucos, tamen bonos et pios et prudentes; puto autem quod bonum eis non est nisi a dei eruditione (non pluente eis per singulos annos). Deinde jam iterum Alexandria. Et hæc quidem orbis terræ, Romanorum quoque et barbarorum terram, (quod) ex parte dicere potuimus. Non enim omnia certissime conscribere possibile erat; tamen etsi forte latuit nos aliqua pars, tamen, ut opinor, non valde.

63. Ut non autem insularum totam historiam prætermittere videar, jam et insulas, quæ medio mari positæ sunt, et ipsas memoratus sic orationem desinam. Habes ergo ab oriente insulas sic: primam et maximam Cyprum, quæ solet navem conficere; dici-

---

Æn. lib. 1 : *lucus in urbe fuit media, lætissimus umbra.* » Gothofr. Cf. Dureau de la Malle *Topogr. de Carthage* p. 181. Fortassis in græcis fuit : κάλλος δὲ, ἄλσος ἐπ' ἄλσει κεκτημένη, ἔχει ἐλαιῶνος. ‖ — *vicum argentarium*] Ejus meminit S. Augustinus Confess. 6, 9. ‖ — *munerum*] « Munus gladiatorium intelligit, cujus Carthaginienses maxime studiosi. » ‖ — § 62 A. *jam sequitur Alexandria*] *locus sequitur Alexandriæ* Cav. ‖ — B. *paucam*] *pravam?* ‖ — *quam civitates habet antiquas duo Ptolemaide et Quirenim* cod. ‖ — *non est nisi*] *inest nisi* codex. Mox verba *non pluente eis per singulos annos* huc aberrasse videntur ex antecc., ubi post vocem *cælo* inserenda sunt.

§ 63. In B : *insularum*] *solam* codex. Idem mox

A 64. Post Cycladas Cretam invenies insulam magnam, quæ centum numero civitatibus ornata refertur, et est in omnibus dives et valde mirabilis; quæ etiam vinum optimum ferens habet inter alias maximam civitatem quæ vocatur Gortyna, in qua et circenses et viri ex parte eruditi esse dicuntur. Inde Cythera, Zacynthus et Cephalonia, habentes abundanter omnia bona.

65. Post has optima sequitur et maxima Siciliæ insula, quæ propter soliditatem terræ differens ceteris insulis invenitur; multa enim et magna bona generans omnibus mittit; lana quoque, frumento et jumentis abundat. Habet autem eruditos et divites viros græco latinoque sermone. Inter ceteras vero tres habet splendidas civitates, Syracusas, Palarmum et Catinam, in quibus et spectacula circensium exhibentur. Habet et montem qui Ætna vocatur, qui diebus et noctibus ardens, in circuitu suo vites optimas nutrit, quæ vinum bonum afferre dicuntur.

66. Post Siciliam Stœchades. Deinde Sardinia, et ipsa fructibus ditissima et jumentis, et nimis splendida.

67. Deinde Britannia insula valde maxima et præcipua, omnia in multitudine proferens, viros quoque pugnatores et fortes.

68. Et hæc quidem secundum possibilitatem humanam descripsimus; si enim latuerunt nos aut provinciæ aut civitates aut insulæ, non multæ, ut mihi videtur; latuerunt autem pro eo quod impossibile est homini omnia nosse; solus enim deus, qui universa creavit, potest omnia nosse.

B tur non indigens alterius provinciæ quicquam pro fabrica navium; necessaria ipsa insula habet omnia inferius declarata, lignum, æramentum, ferrum, picem, nec non vero linteamen pro velaria et funium usum. Dicunt autem et aliis bonis homines abundare. Deinde Eubœam et ipsam insulam nobilem esse dicunt, inde quæ sic vocantur Cycladas insulas numero quinquaginta tres, quæ omnes suum judicem habent. Quarum aliquas ex nomine dicere necessarium est, nempe Rhodum insulam et civitatem maximam, quæ, sicut prophetavit Sibylla, ab ira dei esset peritura. Est autem in ipsa civitate statua, quam omnes Colosseum nominant, novum visum magnitudinis; dolus enim in ipsa fuit, secundum prophetiam prædictæ Sibyllæ. Jam et altera est Apollinis Tenedos; ab ipsa invenies Imbrum, quæ Imbrus leporinam vestem multam ejicit propter abundantiam ipsius rei; ibi animalium multitudo; in ceteris vero rebus moderate ipsa sibi sufficiens, vinum autem multum faciens, Macedoniæ et Thraciæ regioni similans.

64. Postea Cretam insulam invenies, quæ centum numero civitatibus ornata est; et est in omnibus dives et mirabilis. Quæ habet maximam civitatem nomine Gortynam, in qua circenses esse dicunt, et habet viros divites ex parte et eruditos. Deinde Cythera alia insula, inde Zacynthus et Cephallonia insulæ habentes et abundantes omnia bona.

65. Post quas insulas omnes optima et maxima Sicilia insula, quæ [*propter*] soliditatem terræ differens [*invenitur*]. Multa enim bona Sicilia generat, et emittit ubique negotia utilia in abundantiam, lanam infinitam, similiter et jumenta. Habet autem et viros divites et eruditos omni doctrina græca quoque et latina. Civitates autem habet splendidas Syracusas et Catanam, in quibus spectaculum circensium bene completur; animalia enim bona et fortia habentes contendunt delectantes animalium virtute. In qua insula et montem [*habent*] qui sic vocatur Ætna. Si [*fide*] dignum est, divinitas est in illo monte, quoniam diebus noctibusque ardet in capite montis, unde et fumus ascendere apparet. Qui mons in gyrum vineta multa habens generat vina præcipua.

66. Deinde Cossora. Post hanc alia insula quæ sic vocatur Sardinia, et ipsa ditissima fructibus et jumentis, et est valde splendidissima.

67. Deinde alia quæ sic vocatur Britannia insula, sicut qui fuerunt narrant, valde maxima et præcipua in omnibus.

Explicit Expositio totius mundi et gentium.

---

et ipsarum memoratus. ‖ — In A verba *in velorum* supplevi. ‖ — In B : *bonis homines* vel *bonis omnibus*] *bonis hominibus* cod. ‖ — *Eubœam et ipsa insula* cod. ‖ — *sic vocatur* cod. *nempe Rhodum*] *nam quæ Rhodum* cod. ‖ — *esse peritura* cod. Rhodus terræ motu subversa Constantii an. 8, an. 344 p. Chr., teste Cedreno. De Sibyllæ vaticinio cf. Pausanias 2, 7, 1. ‖ — *novum visum*] *novum virum* cod. Cf. § 61. ‖ — *alteram et Apollines Tenedos* cod. ‖ — *ab ipsos ... Imbrum ... moderata* cod. ‖ — *similans*] an *submittens?* Goth. ‖ — § 64 A. *inter* om. Cav. ‖ — *Gortyna*] *gratiosa* Par., *Gordinam* B. ‖ — § 65 A. *Palarmum*] Nomen hoc, quod in B non legitur, in cod. Cavensi magnis literis exaratum est. « Ego igitur suspicor Cavensem antiquum monachum Palarmum addidisse codici suo quem conficiebat, postquam urbis ejus magnitudo dignitasque inclaruerat. » A. Mai. ‖ — In B : *quæ solidam terræ differens ... negotia utiles ... habens* cod. ‖ — § 66 A. *Stœchades*] Harum loco B Cossuram insulam habet. ‖ — § 67 B. *aliam insulam ... Sardiniam* codex. ‖ — 68 A. Similem clausulam adjicit Dionysius Periegetes versu 1166 sqq.

EXCERPTA EX STRABONE.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ Α'.

1. Ὅτι Ὅμηρος πρῶτος ἐτόλμησε γεωγραφῆσαι.

2. Ὅτι γὰρ ἡ γῆ ὑπὸ τοῦ ὠκεανοῦ περικλύζεται νήσου δίκην, αὐτὸς λέγει, νῦν μέν· « εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης Ὠκεανόν τε· » νῦν δὲ περὶ τοῦ ἀνατολικοῦ τῆς γῆς· « ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας, ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου ὠκεανοῖο· » περὶ δὲ τοῦ δυτικοῦ· « ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο· » περὶ δὲ τοῦ νοτίου· « Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη· » περὶ δὲ τοῦ βορείου· « οἵη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο· » ὠκεανὸν δὲ λέγει τὸν ὁρίζοντα.

3. Ὅτι ἀψόρροον Ὅμηρος τὸν ὠκεανὸν λέγει διὰ τὰς ἀμπώτεις καὶ πλημμυρίδας. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ « τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ· » καὶ γὰρ, εἰ μὴ τρὶς, ἀλλὰ δὶς, ἴσως ἢ ἡ γραφὴ ἡμάρτηται ἢ ἡ ποιητικὴ ὑψηγορία ἢ ἡ ἱστορία παρέπεσε. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ « ἐξ ἀκαλαρρείταο· » ἡ γὰρ ἄμπωτις πραεῖα καὶ οὐχ ἀθρόα.

4. Ὅτι καὶ τὸ σκοπέλους λέγειν τὸν Ὅμηρον τοτὲ μὲν καλυπτομένους, τοτὲ δὲ γυμνουμένους τὰς ἀμπώτεις καὶ πλημμυρίδας αἰνίττεται.

5. Ὅτι τὰ πάθη τοῦ ὠκεανοῦ τὰ περὶ τὰς ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας ὁμολογεῖ συνεχῆ καὶ μίαν εἶναι τὴν θάλασσαν. Πανταχοῦ γὰρ ἡ αὐτὴ αὔξησις καὶ μείωσις τοῦ ὕδατος ἢ οὐ πολὺ παραλλάττει, ὡς ἂν ἀπὸ μιᾶς αἰτίας γινομένη.

6. Ὅτι Ὅμηρος πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς παραλίαν γεωγραφεῖ, λέγων Λιβύην, Θήβας, Αἴγυπτον, Φοινίκην, Κύπρον, Σιδόνα, Σολύμους, Κᾶρας καὶ τὰς περὶ αὐτὰς νήσους· ἔτι δὲ Φρυγίαν καὶ Ἑλλήσποντον καὶ Τρῶας καὶ Παφλαγόνας καὶ Αἰήτην καὶ Ἰάσονα καὶ Κιμμερίους καὶ τοὺς τοῖς Θραξὶ πλησιοχώρους Μυσοὺς περὶ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας· εἶτα Κίκονας καὶ Λάρισσαν καὶ τὴν ἑξῆς Ἑλλάδα μέχρι τῆς Θεσπρωτίας· εἶτα τὰ τῆς Ἰταλίας ἄκρα, Τεμέσην καὶ Σικελοὺς καὶ Ἠλύσιον πεδίον. Εἰ δέ τινα μεταξὺ παραλείπει, οὐ θαῦμα, τοιαύτη γὰρ ἡ γεωγραφία.

7. Ὅτι Ἀναξίμανδρος, ὁ Θαλοῦ μαθητὴς καὶ πο-

CHRESTOMATHIÆ

E STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO I.

1. Homerus primus geographiam tractare ausus est.

2. Nam terram oceano circumlui insulæ instar Homerus dicit, tum in hisce (*Il.* 14, 200) : « Namque ab eo fines terræ inspectura feracis Oceanumque » tum in hisce de orientali terræ parte (*Il.* 7, 421) : « Sol deinde recens percutiebat radiis arva ex tranquille fluente profundo oceano, » et de occiduo (*Il.* 8, 485) : « Incidit in oceanum fulgida lux solis, » et de australi (*Il.* 1, 423) : « Juppiter enim versus oceanum ad probos Æthiopes hesternus abiit, » et de boreali (*Il.* 18, 489) : « Sola expers est lavacrorum oceani. » Oceanum vero dicit ipsum horizontem.

3. Refluum Homerus oceanum dicit ob refluxus et affluxus. Eodem illud quoque pertinet (*Od.* 12, 105) : « Ter etenim eructat quotidie, terque resorbet. » Quodsi res non ter sed bis tantum accidit, fortassis aut scripturæ mendum subest, aut poetica magniloquentia aut historiæ error. Eodem porro pertinet illud : « ex leniter fluente; » nam leniter, non vero impetuose ac subito maris fit recessus.

4. Quodsi Homerus scopulos interdum tectos interdum dicit nudatos, eo quoque oceani recessus atque accessus innuit.

5. Affectiones oceani circa undarum accessus atque recessus comprobant mare continuum atque unum esse; nam ubique idem fit aquæ incrementum et decrementum, aut non admodum variat, utpote ab eadem causa proficiscens.

6. Homerus totam Nostri maris oram maritimam describit, commemorans Libyam, Thebas, Ægyptum, Phœnicen, Cyprum, Sidonem, Solymos, Cares atque circumjacentes insulas, porro Phrygiam et Hellespontum et Troas et Paphlagonas et Aceten et Jasonem et Cimmerios et Thracibus vicinos Mysos, Istri accolas; porro Ciconas et Larissam et quæ deinceps sita est Græciam usque ad Thesprotiam; præterea Italiæ extrema, Temesam, Siculos et campum Elysium. Quodsi nonnulla, quæ inter hæc jacent, omittit, id mirum esse non debet; ita enim solet geographia.

7. Anaximander, Thaletis discipulus et civis, pri-

Codex Chrestomathiarum unus exstat Palatinus sive Heidelbergensis, nisi quod earum particulas quasdam codex Parisiensis 571 post Isidori Mansiones Parthicas exhibet.

Liber I. — 1. Strabo p. 1 ed. Casaub. ‖ — 2. p. 2 —4. ‖ — 3. p. 4, C. ἡ ποιητικὴ ὑψηγορία] Hæc ap. Strab. non memoratur. ‖ — ἀθρόα] ῥοώδης Strabo. ‖ — 4. p. 4, *D*. ‖ — 5. p. 5, *D*. ‖ — 6. p. 6, *BCD*. ‖ — 7.

λίτης, πρωτος γεωγραφικὸν πίνακα ἐξέδωκεν· Ἑκαταῖος δὲ σύγγραμμα.

8. Ὅτι ἀδύνατον ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων θεωρίας γεωγραφῆσαι· καὶ γὰρ δεῖ πρὸς μὲν τὰ μήκη τῶν πόλεων τῶν ἐκλειπτικῶν ἡλίου καὶ σελήνης παρατηρήσεων, πρὸς δὲ τὰ πλάτη τῆς τῶν κλιμάτων διαφορᾶς.

9. Ὅτι ἡ γεωγραφία συνῆπται ἔκ τε γεωμετρίας καὶ μετεωρολογίας.

10. Ὅτι, εἰ καὶ τὰ οὐράνια τῷ τόπῳ ἀφέστηκε τῶν ἐπιγείων τοσοῦτον, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης, ἀλλὰ τῇ θεωρίᾳ ἥνωται.

11. Ὅτι τοὺς παρ' Ὁμήρῳ Ἐρεμβοὺς τοὺς Τρωγλοδύτας δεῖ Ἄραβας ἐξακούειν, παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρᾳ, τῇ γῇ, ἐμβαίνειν.

12. Ὅτι ἡ γεωγραφία, οὐ μόνον διὰ φιλοσοφίαν μεγάλα συντελεῖ, ἀλλὰ καὶ διὰ πολιτικὰς καὶ στρατηγικὰς φρονήσεις τε καὶ πράξεις.

13. Ὅτι τὸ πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα καὶ νοῦν γνῶναι καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους « μεγάλων ἐπίστορα ἔργων » εἰρημένον τὴν ἐκ τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας διαγινομένην φρόνησιν ἐμφανίζει.

14. Ὅτι ἡ μὲν γεωγραφία, τῆς ὅλης οὖσα οἰκουμένης ἱστορία, περὶ τὸ ποσὸν μᾶλλον καταγίνεται, ὡς μαθηματικωτέρα· ἡ δὲ χωρογραφία τόπου τινὸς οὖσα, οἷον ὡς Ὅμηρος λέγει· « οἵ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν, » καὶ πολύκνημον Ἐτεωνὸν καὶ πολυτρήρωνα Θίσβην καὶ πολυστάφυλον Ἄρνην, περὶ τὸ ποιὸν τῆς χώρας· οἷον εἰ βαθύγειος, εἰ ὀρεινὴ, εἰ πεδιὰς, εἰ ἄξυλος, εἰ μέταλλα ἔχουσα.

15. Ὅτι ἄλλος μὲν ὁ τῆς Ἰνδικῆς χωρογράφος, ἀγνοῶν τὴν Ἑλλάδα τυχὸν, καὶ ἄλλος ὁ τῆς Αἰγύπτου, ἀγνοῶν τὰ τῆς Περσίδος καὶ Βακτριανῆς.

16. Ὅτι δεῖ γεωμετρικῆς καὶ ἀστρονομίας τῷ γεωγραφήσοντι, καὶ ὑποθέσεις λαβεῖν ἐξ αὐτῶν, οἷον ὅτι σφαιρικὸς ὁ κόσμος καὶ ἡ τῆς γῆς ἐπιφάνεια, καὶ ἔτι περὶ τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς τῶν σωμάτων καὶ ὅσα τοιαῦτα.

17. Ὅτι δεῖ τὸν στρατηγὸν μήτε τοσοῦτον ἄμοιρον εἶναι γεωγραφίας, ὥστε λέγειν ἔν τισι τόποις· « ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠώς, » καὶ τὰ τοιαῦτα· οὔτε πάλιν περὶ ἐξάρματος τοῦ πόλου καὶ συνανατολῶν καὶ συμμεσουρανήσεων καὶ συγκαταδύσεων τῶν ἀστέρων πολυπραγμονεῖν καὶ τῶν ὁμοίων.

18. Ὅτι καὶ τῆς σφαιρικῆς θεωρίας δεῖ ἧφθαι τὸν γεωγραφήσοντα, οἷον κύκλων ἐν σφαίρᾳ παραλλήλων καὶ ὀρθῶν καὶ τῶν τοιούτων.

19. Ὅτι, ὥσπερ ἐπὶ κολοσσοῦ τὴν ὁλοσχέρειαν τῆς κατασκευῆς σκοποῦντες τῶν μικρῶν καταφρονοῦμεν,

mus geographicam tabulam edidit; Hecatæus vero scriptum reliquit.

8. Absque cœlestium rerum cognitione geographia tractari nequit; nam ad longitudines urbium definiendas solis et lunæ defectuum observatione opus est; ad latitudines vero inspiciendæ sunt climatum differentiæ.

9. Geographia composita est ex geometria et meteorologia.

10. Cœlestia, quamvis a terrenis tantum distent, quantum a terra cœlum abest, contemplatione tamen inter se juncta sunt.

11. Qui apud Homerum sunt Erembi, Troglodytas Arabes intelligere oportet, sic dictos quod ἔραν, id est terram, subeunt.

12. Geographia non solum ad philosophiam, verum etiam ad prudentiam atque actiones civiles et imperatorias conducit magnopere.

13. Illud « Mores hominum multorum nosse atque urbes (*Od* 1, 3) », tum illud quod de Hercule fertur, « magnorum perito operum », eam quæ ex geographica cognitione nascitur, prudentiam significat.

14. Geographia, tanquam orbis totius habitabilis historia, potissimum versatur in quantitate terrarum definienda, ut quæ sit magis finitima mathematicæ, at chorographia, quum sit loci cujuspiam, velut dum Homerus (*Il.* 2, 496) ait « Qui colunt Hyriam lapidosamque Aulida, » et dum asperam vocat Eteonon, aut Thisben columbis divitem, aut Arnen vitiferam, in qualitate regionis explicanda versatur, velut an sit campestris regio, an montana, aut profunda, aut ligno carens, aut metallorum ferax.

15. Alius contingat Indiæ chorographus, qui forte Græciam ignoret; alius Ægypto, ignorans Persidis naturam et Bactrianæ.

16. Geometria et astronomia opus est ei qui geographiam tractaturus est, et ex his ipsis hypotheses sunt sumendæ, velut sphæricum esse mundum, item terræ superficiem esse sphæricam, et quæ sunt de corporum ad medium inclinatione, et de hujusce generis rebus alia.

17. Oportet imperatorem non adeo imperitum esse situs terræ, ut in aliquibus locis constitutus dicat : « O socii, haud scimus ubi tenebræ, aut ubi aurora (*Od.* 10, 190) » et similia; neque rursus de poli elevatione, aut de sideribus quæ simul oriuntur, simulque ad medium cœli appellunt et simul occidunt, aliisque id genus, sollicitum esse.

18. Sphæricam quoque contemplationem attigisse oportet eum qui geographiam sit tractaturus, velut circulos in sphæra parallelos et rectos et ejusmodi alia.

19. Ut in colosso totius operis fabricam inspicientes, quæ sunt exigua negligimus, ita in geographia

p. 7, *AB*. ‖ — 8. p. 7, *BC*. ‖ — 9. p. 8, *BC*. ‖ — 10. p. 8, *C*. ‖ — 11. Erembos Strabo commemorat p. 8, *D*, sed etymologiam nominis non hoc loco, sed p. 42 profert. ‖ — 12. p. 9, *A*. ‖ — 13. p. 9, *A*. διαγινομένην] διαγινομένης cod.; em. Hudson. ‖ — 14. p. 9, *C* — 10, *A*. Καὶ πολύκνημον etc.] Hæc non habet Strabo. ‖ — 15. p. 9, *D*. ‖ — 16. p. 11, *CD*. ‖ — 17. p. 12, *BC*. ‖ — 18. p. 12, *D*. ‖ — 19. p. 13, *D*.

οὕτως καὶ ἐπὶ γεωγραφίας τὴν μὲν θέσιν τῆς χώρας καὶ τὴν πρὸς τὰ οὐράνια σχέσιν πολυπραγμονοῦμεν, εἰ δὲ πολύκνημος ἢ ἀμιχθαλόεσσα ἤ τι τοιοῦτον, ἐῶμεν.

20. Ὅτι Ἐρατοσθένης οὔτε τῶν ἀπαιδεύτων ἦν οὔτε τῶν γνησίως φιλοσοφούντων· διὸ καὶ Βῆτα ἐκαλεῖτο, ὡς τὰ δευτερεῖα φέρειν δοκῶν ἐπὶ πάσῃ παιδείᾳ· ὃς καὶ τὴν ποιητικὴν οὐ φιλοσοφίαν πρώτην ἠξίου καλεῖν, ἀλλὰ μόνον ψυχαγωγίαν τινά, κακῶς λέγων.

21. Ὅτι ἡ ποιητικὴ πηγὴ καὶ ἀρχὴ φράσεως κατεσκευασμένης καὶ ῥητορικῆς ὑπάρχει μετὰ τοῦ σεμνοῦ καὶ ὀγκώδους. Ἀμέλει καὶ πεζὸν λόγον φαμὲν τὸν ἄνευ μέτρου ἐκ τοῦ ὕψους ταπεινωθέντα.

22. Ὅτι τοὺς μύθους αἵ τε παλαιαὶ πόλεις καὶ οἱ νόμοι ἐδέξαντο, ὡς μορμολύκας τινὰς πρὸς τοὺς νηπιόφρονας, οἷον Κωκυτοὺς, Ἀχέροντας, Πυριφλεγέθοντας, Στύγας καὶ ἁπλῶς πᾶσαν θεολογίαν παλαιάν.

23. Ὅτι τὸ « ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα » οὐ πάντα δηλονότι, ἀλλὰ πολλὰ καὶ μυθώδη· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Τοιοῦτοι δ' οἱ μῦθοι περὶ τὴν ἀλήθειαν εἱλούμενοι· « ὡς ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνήρ, » οὕτως καὶ οἱ μῦθοι.

24. Ὅτι Αἰαίην τὴν Κίρκην Ὅμηρος ὀνομάζει ἀπὸ τῆς Αἴας πόλεως, καὶ τὰς Συμπληγάδας [τὰς] ἐν Βυζαντίῳ Πλαγκτὰς, καὶ τὸν Πόντον τὸν Εὔξεινον κατ' ἐξοχὴν τῶν ἄλλων τότε ὑπονοούμενον μέγιστον εἶναι, πρὸς ὠκεανὸν μυθολογεῖ, καὶ τοὺς Κιμμερίους ἀπὸ τοῦ κλίματος τοῦ νεφελώδους, ὡς ἐσκοτισμένους ὅλους, καὶ τὸν Σικελικὸν πορθμὸν ὑπὸ λῃστῶν κατεχόμενον εἰς Σκύλλαν, καὶ τὰ ὅμοια.

25. Ὅτι περὶ Σικελίας τὴν θάλασσαν ἰχθύων τι γένος ἐστὶν, οὓς καλοῦσι γαλεώτας τε καὶ ξιφίας καὶ κύνας, ἐξ ὧν λαβὼν Ὅμηρος ἔλεγε· « δελφῖνάς τε κύνας τε καὶ εἴποθεν ἄλλο λάβῃσιν κῆτος ».

26. Ὅτι τὸ « τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίῃσιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ » δεῖ νοεῖν, ὅτι δὶς τοῦτο γίνεται καὶ οὐ τρίς· διὸ δεῖ ἢ μεταβολὰς αἰτιᾶσθαι ἢ ἄγνοιαν ἢ ποιητικὴν ἐξουσίαν.

27. Ὅτι ἡ ποιητικὴ σύγκειται ἐξ ἱστορίας καὶ διαθέσεως καὶ μύθου. Τῆς μὲν οὖν ἱστορίας τέλος ἀλήθειά ἐστιν, ὡς ἐν νεῶν καταλόγῳ οἷον πολυτρήρωνα καὶ πετρήεσσαν· τῆς δὲ διαθέσεως ἐνέργεια τὸ τέλος, ὡς ὅταν μαχομένους εἰσάγῃ· μύθου δὲ ἡδονὴ καὶ ἔκπληξις τὸ τέλος.

28. Ὅτι μυθεύει μὲν ὁ τὰς Γοργόνας εἰσάγων,

situm regionis ejusque ad cœlestia rationem exponimus; an vero aspera sit, aut mari inaccessa, et quicquid ejusmodi fuerit, id omittimus

20. Neque ignarus fuit disciplinarum Eratosthenes, neque vere philosophus; ac proinde Βῆτα appellatus est, ut qui secundas partes in disciplinis omnibus tulisse videatur. Is poëticen non esse primam philosophiam appellandam censebat, sed delectationem solum quamdam esse perperam affirmabat.

21. Poetica fons et initium sermonis ornati est et rhetorices, adhibens orationi fastum et gravitatem. Quare etiam pedestrem orationem dicimus eam, quæ metro carens e sublimi in humilem deducta sit locum.

22. Et leges et urbes antiquæ fabulas susceperunt, tanquam larvas quasdam adversus insipientes, ut Cocytos, Acherontes, Pyriphlegethontes, Styges et simpliciter theologiam veterem universam.

23. Illud: « Sic falsa est veris affinia multa loquutus (*Od.* 19, 203) » non omnia, sed multa esse fabulosa indicat; alioqui enim veris similia non essent. Sic fabulæ veris involvuntur; « Argento si quis circumfuderit aurum (*Od.* 6, 232), » ita etiam fabulæ se habent.

24. Homerus Circen appellat Ææam ab urbe Æa, et Symplegadas in mari Byzantio Planctas, et Pontum Euxinum qui præ aliis maribus maximus esse tunc putabatur alterum quasi oceanum fingit, et Cimmerios propter clima nebulosum tanquam tenebris obvolutos totos finxit, et fretum Siculum, latronibus infestum, in Scyllam transformavit, et similiter alia.

25. Per Siculum mare piscium quoddam genus est, quos appellant galeotas et xiphias et canes, unde sua petens Homerus dixit (*Od.* 12, 95): « delphines et canes et si quam aliam ceperit belluam. »

26. Illud (*Od.* 12, 105): « Ter etenim eructat quotidie, ter vero resorbet » ita intelligendum est, ut bis hoc fiat non vero ter; quare accusanda est aut mutatio aut ignorantia aut licentia poetica.

27. Poesis constat ex historia et dispositione et fabula. Historiæ itaque finis est veritas, velut in Catalogo navium quoties columbis abundantem aut saxosam regionem aliquam appellat; dispositionis vero finis est efficacia, veluti quum introducit pugnantes; fabulæ autem voluptas et terror.

28. Gorgones introducens fabulatur, Ulyssis vero errores tragice efferens fabulas veris admiscet.

‖ — 20. p. 15, *C.* Διὸ καὶ Βῆτα ... παιδεί[ᾳ] Hæc aliunde assumta sunt. ‖ — 21. p. 18, *BC.* ‖ — 22. p. 19, *AD.* ‖ — 23. p. 20, *BC.* Sermo negligentior. Strabo ita habet: Πιθανώτερον ἂν οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τε καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν ... Τοιοῦτο δ' ἐστι καὶ τὸ « ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα· » οὐ γὰρ πάντα, ἀλλὰ πολλὰ, ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα Apud Nostrum legi velim: Ὅτι τὸ ἴσκε etc. οὐ πάντα δηλοῖ ἀλλὰ πολλὰ εἶναι μυθώδη. ‖ — 24. p. 20 et 21. πρὸς ὠκεανὸν] Strabo ita habet: οἱ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν ὥσπερ ἄλλον τινὰ ὠκεανὸν ὑπελάμβανον. ‖ — τότε ὑπον.] τό τε ὑπον. editt. absque sensu. Ceterum male Noster Straboniana contraxit. ‖ — 25. p. 24, *B.* ἄλλο] μεῖζον Homerus et Strabo. ‖ — 26. p. 25, *A.* ‖ — 27. p. 25, *B.* ‖ — 28. Vide Strabon. p. 27, A, quamquam ibi nostra non leguntur. ‖ —

προσμυθεύει δὲ ὁ τὴν τοῦ Ὀδυσσέως πλάνην ἐκτραγῳδῶν.

29. Ὅτι τὸ « Βορέης καὶ ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον, » καλῶς εἴρηται· ὁ γὰρ Μέλας κόλπος τῆς Θρᾴκης, ἐπιστρέφων πρὸς νότον, τοῖς ἐν Λήμνῳ καὶ Σαμοθρᾴκῃ τὸν ζέφυρον ἐκ Θρᾴκης πνέοντα παρέχει.

30. Ὅτι ὁ ἀπὸ θερινῆς ἀνατολῆς καικίας, ὁ δὲ κατὰ διάμετρον λίψ, ὁ δ' ἀπὸ χειμερινῆς ἀνατολῆς εὖρος, ὁ δὲ κατὰ διάμετρον ἀργέστης, οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἀπηλιώτης καὶ ζέφυρος. Καὶ ταῦτα μὲν Ἀριστοτέλης. Ὁ δὲ Ὅμηρος δυσαῆ μὲν ζέφυρον λέγει τὸν ἀργέστην, λίγα δὲ πνέοντα ζέφυρον τὸν ὑφ' ἡμῶν ζέφυρον, ἀργέστην δὲ νότον τὸν λευκόνοτον· οὗτος γὰρ ὀλίγα τὰ νέφη ποιεῖ, τοῦ λοιποῦ νότου ὅλου εὔρου * πως ὄντος·

ὡς ὁπότε ζέφυρος νέφεα στυφελίξῃ
ἀργεστᾶο νότοιο, βαθείῃ λαίλαπι τύπτων·

τὸν γὰρ δυσαῆ ζέφυρον νῦν λέγει, ὃς εἴωθε διασκιδνάναι τὰ ὑπὸ λευκονότου συναγόμενα, ἀσθενῆ ὄντα, ἐπιθέτως τοῦ νότου νῦν ἀργέστου λεγομένου.

31. Ὅτι τὴν Φάρον νῆσον Ὅμηρος πελαγίαν λέγει, οὐχ οὕτως οὖσαν νῦν. Ἀλλὰ τοῦτο θαυμασίως εἴρηκεν· αἰνίττεται γὰρ ὅτι ἡ Αἴγυπτος δῶρόν ἐστι τοῦ Νείλου, ὡς καὶ Ἡρόδοτος ἔλεγε· καὶ ὅτι πρὸ μυρίων ἐτῶν πελαγία οὖσα νῦν διὰ τὴν πρόσχωσιν πλησιάζει Αἰγύπτῳ.

32. Ὅτι [τὸ] « Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν, Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος, » Κράτης μὲν ἐξηγεῖται, ὅτι ἡ μεγάλη τῆς Ἰνδικῆς θάλασσα, μεσεμβολοῦσα τοὺς Αἰθίοπας ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς, ποιεῖ αὐτοὺς δίχα δεδαῖσθαι· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος συνεχῆ τὴν Αἰθιοπίαν λέγει εἶναι ἐξ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν· διὸ τοὺς μὲν αὐτῶν γνωρίζεσθαι, τοὺς ἄκρους, τοὺς μέσους δὲ ἀγνοεῖσθαι, εἴτε περιῤῥύτου οὔσης τῆς πάσης Λιβύης εἴτε ἰσθμοῦ τινὸς μεταξὺ τῆς τε Ἀτλαντικῆς θαλάσσης καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς κειμένου, καὶ ἡμῖν ἀγνοουμένων τῶν ἐκείνῃ Αἰθιόπων κατοικούντων· καὶ διὰ τοῦτο δύο Αἰθιοπίαι λέγονται.

33. Ὅτι Ὅμηρος τὰ νότια μέρη τοῦ κόσμου ἑῷα καλεῖ καὶ ἡλιακὰ, τὰ δὲ βόρεια ἑσπέρια καὶ νυκτερινὰ, οἷον· « αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται Πρὸς ζόφον· αἱ δέ τ' ἄνευθε, πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε· » ἡ γὰρ Ἰθάκη βορειοτέρα ἐστὶ τῶν νήσων ἐκείνων.

29. Illud (*Il.* 9, 5) : « Boreas et zephyrus, qui e Thracia spirant » recte dictum est; nam Melas Thraciæ sinus, ad austrum versus, iis qui Lemnum et Samothracen incolunt, zephyrum e Thracia flantem exhibet.

30. Ab ortu æstivo flat cæcias; huic e diametro oppositus est Africus; ab ortu hiberno flat eurus, cui oppositus est argestes; ab æquinoctiali flant apeliotes et zephyrus. Et hæc quidem Aristoteles. Homerus vero violenter spirantem zephyrum vocat eum quem argesten dicimus, argute autem spirantem zephyrum eum quem nos zephyrum vocamus, album (ἀργέστην) vero notum eum quem leuconotum appellamus; hic enim paucas nubes cogit, quum reliquus notus *turbidus* sit :

Ut quando zephyrus nubes dissipat
albi noti, gravibus flatibus pulsans (*Il.* 11, 305);

nam zephyrum nunc dicit violenter spirantem, qui solet dissipare debiles nubes a leuconoto coactas, ubi adjectivi loco notus vocatur ἀργέστης sive albus.

31. Pharum insulam Homerus in alto sitam dicit, quod nunc secus habet. At dictum admiratione dignum est; innuit enim Ægyptum Nili donum esse, ut Herodotus quoque dixit, insulamque, multis ante annis in alto positam, nunc propter terræ exaggerationem Ægypto esse proximam.

32. Illos Homeri versus (*Od.* 1, 22) : « Æthiopes, qui bifariam divisi sunt, ultimi hominum, alii quidem ad occidentem solem, alii vero ad orientem, » Crates quidem ita interpretatur, ut magnum mare Indicum ab ortu versus occasum se medium inter Æthiopes injiciens bipertitos eos efficiat. Aristarchus autem Æthiopiam ait ab ortu ad occasum esse continuam; quare quosdam ipsorum cognosci, extremos scilicet, medios vero ignorari, sive statuas totam Libyam circumflui, sive putes isthmum quempiam inter Atlanticum et Rubrum mare intercedere, nobisque Æthiopes ibi habitantes esse ignotos. Propterea igitur duæ Æthiopiæ esse dicuntur.

33. Homerus australes mundi partes orientales appellat et versus solem locatas, septentrionales vero occiduas et versus noctem jacentes, ut hoc loco (*Od.* 9, 25) : « Ipsa autem humilis longe suprema in mari jacet versus noctem, illæ vero seorsum auroram versus

---

29. p. 28, *B*. Ὁ γὰρ Μέλας etc.] Hæc sensum idoneum non fundunt. Strabo boream et zephyrum in Melanem sinum concurrere dicit; Thraciam vero, qua Macedoniæ committitur, versus austrum extendi, eoque fieri ut inde zephyrus flare dicatur Lemniis et Samothraces incolis. ‖ — 30. p. 29, *C*. Καικίας] κεκίας e correct. pr. m. codex; λίγα] λίβα cod.; ὅλου εὔρου] sic etiam codices Strabonis, apud quem θολεροῦ vel ὀλεροῦ leg. esse probabiliter conjecit Kramerus. Mox post vocem στυφελίξῃ Kramerus interpunxit perperam. Ceterùm codex : νέφεα ζέφυρος στυφελίξει. ‖ — 31. p. 30. ‖ — 32. p. 30 — 32. διὸ τοὺς μὲν etc.] Hæc ad Aristarchi sententiam nihil pertinent, sed ex iis desumta sunt quæ Strabo de suo penu contra Aristarchum profert. ‖ — 33. p. 28, *A* et 34, *B*. ἴδμεν] ἴσμεν codex.

νων· καὶ πάλιν· « εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα· » καὶ αὖθις· « Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς, Οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν, Οὐδ' ὅπῃ ἀννεῖται. »

34. Ὅτι ἄμεινον τὴν Ἀσίαν χωρίζειν τῆς Λιβύης τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης δίκην μεσημβρινοῦ διήκοντι ἕως τοῦ κατὰ Πηλούσιον ἰσθμοῦ, μῆκος στάδια μύρια καὶ πεντακισχίλια, πλάτος δὲ, ὅπου μέγιστον, οὐ πλείω τῶν χιλίων σταδίων ἔχοντι. Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ὅρος καὶ τῶν δύο Αἰθιοπιῶν [ἂν] εἴη· ὁ δὲ Νεῖλος οὐκ ἄξιος ἂν εἴη μεθόριον λέγεσθαι· πολλὴ γὰρ ἡ νοτιωτέρα τούτου Ἀσία ἀδιαίρετος λείπεται, ἡ Λιβύη ἡ αὐτὴ ἀμφιδοξουμένη.

35. Ὅτι παροιμίαι εἰσὶ τῶν ὑπερβολῶν ὑπερβολὰς ἐμφαίνουσαι αὗται· φελλοῦ σκιᾶς κουφότερον· Φρυγὸς λαγὼ δειλότερον· ὁ ἀγρὸς γῆν ἔχει Λακωνικῆς ἐπιστολῆς ἐλάττονα.

36. Ὅτι ὁ Πόντος τὸ παλαιὸν λίμνη ἦν, ἀλλὰ τῷ πλήθει τῶν τοσούτων ποταμίων ὑδάτων τῶν εἰς αὐτὸν ἐμβαλλόντων, τάχα δὲ καὶ σεισμῶν ἐξαισίων γενομένων, διερράγη ἡ κατὰ τὸ Βυζάντιον γῆ, καὶ οὕτως τὸ ὕδωρ ἐκχυθὲν εἰς τὸ Αἰγαῖον καὶ Μυρτῷον συνεχεῖς τὰς δύο θαλάσσας εἰργάσατο. Ἐλπὶς δὲ καὶ τὸν Πόντον ποτὲ χερσωθῆναι· καὶ γὰρ τὰ περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν καὶ τὰ καλούμενα Στήθη καὶ ἡ περὶ τὸν Ἴστρον Σκυθικὴ ἐρημία ἤδη τεναγίζει. Ἀλλὰ καὶ τὸ Ἄμμωνος ἐν Λιβύῃ ἱερὸν παραθαλάσσιόν ποτε ἦν· σημεῖον δὲ, ὅτι περὶ τοὺς τρισχιλίους σταδίους ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς νῦν θαλάσσης, πᾶσα ἡ ὁδὸς ψαμμώδης τέ ἐστι καὶ μεστὴ κόγχων καὶ χηραμύδων καὶ καρκίνων καὶ ὀστρέων (ὀστῶν). Ἀλλὰ καὶ ἡ Αἴγυπτός ποτε πέλαγος ἦν· καὶ ἡ Σικελία συνεχὴς τῇ Ἰταλίᾳ. Τὸ δὲ περὶ τὴν Ἀμμωνιακὴν πάθος γέγονε, ῥαγέντος τοῦ κατὰ τὰς Στήλας πορθμοῦ· καὶ διὰ τὸ ταπεινότερον εἶναι τὸ ἔξω Στηλῶν ἔδαφος ἐκχυθῆναι μὲν τὸ κατὰ τὴν Λιβύην ὕδωρ καὶ τέναγος γενέσθαι ἐπὶ πολὺ τὸν κατὰ Πηλούσιον ἰσθμὸν, λιμνάσαι δὲ τὸ Ἀτλαντικὸν, συνεχὲς γενόμενον τῇ ἔσω θαλάσσῃ.

37. Ὅτι ἡ τῆς τῶν κυμάτων τῆς θαλάσσης κινήσεως συνέχεια φυσική ἐστιν αὐτῆς τῆς θαλάσσης, οἷον σφυγμικὴ ἀναπνοή, καθ' ἣν οἵ τε εὔριποι παλινδρομοῦσι, καὶ τὰ ναυάγια καὶ περιττώματα ἐκκυμαίνεται· « ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην· » ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀπογαίοις πνεύμασιν οὐδὲν ἧττον τὸ κυμάτιον, ἐκ τοῦ πελάγους προαιρετικὴν, ὡς ἂν εἴποι τις, κινούμενον κίνησιν, « πολλὸν παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευεν. »

38. Ὅτι οὐ μᾶλλον ἡ Σικελία ἀπερράγη τῆς Ἰταλίας, ἢ ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ Αἰτναίου ἀνεδόθη, καὶ αἱ περὶ τὴν Λιπάραν νῆσοι καὶ αἱ Πιθηκοῦσσαι· ὥστε

solemque; » nam Ithaca istis insulis est borealior. Et rursus (*Il.* 12, 239) : « sive ad dextram eant, ad auroram solemque, sive ad sinistram isti, ad occasum obscurum. » Et rursus (*Od.* 10, 190) : « O amici; neque enim scimus ubi occasus, neque ubi aurora, neque ubi sol hominibus lucem præbens vadat sub terram, neque ubi resurgat. »

34. Præstat Asiam a Libya dirimere sinu Arabico, qui instar meridiani ab oceano porrigitur usque ad isthmum Pelusiacum, longitudine stadiorum 15000, latitudine vero, ubi maxima est, non majore quam mille stadiorum. Idem autem hic terminus etiam utriusque Æthiopiæ fuerit; certe Nilus haud idoneus foret terminus; nam magna regio quæ eo australior est, sic non dirimeretur dubiumque foret num Asiæ an Libyæ adscribenda esset.

35. Proverbia quæ hyperbolarum hyperbolas significant, hæc sunt : Suberis umbra levius; Phrygio lepore timidius; Ager terram habet Laconica epistola minorem.

36. Pontus olim lacus fuit, sed quum multæ maximæque fluminum aquæ in ipsum sese immitterent, fortasse ingentibus etiam motibus terræ excitis, rupta fuit juxta Byzantium terra, atque in hunc modum aqua in Ægæum pelagus ac Myrtoum effusa, duo maria fecit continentia. Spes autem est eundem Pontum aliquando continentem terram fore; nam quæ circa Salmydessum sunt loca, et quæ Pectora vocantur et circa Istrum Scytharum desertum, jam nunc in paludes conversa sunt. Sed et Ammonis in Libya templum olim fuit maritimum. Hujus rei signum est, quod, quum stadiorum circiter tria millia distet a mari, tota quæ ad eam ducit via arenosa est, et conchis et cheramidibus et cancris et ostreis plena est. Sed et Ægyptus olim mare fuit, et Sicilia quondam continua erat Italiæ. Mutatio vero apud Ammonem accidit, quum fretum, quod prope Columnas est, erupisset. Quum enim solum extra Columnas esset humilius, effusa est quæ Libyam occupabat aqua, et magna ex parte palustris esse cœpit qui est juxta Pelusium isthmus, atque lacus naturam induit Atlanticum interno mari continuum factum.

37. Maris fluctuum motus continuus naturalis ipsius maris ratio est et quasi pulsus et respiratio, qua euripi reciprocantur, et aliena corpora et navium fragmenta ad terram egeruntur; « exspuitque maris spumam (*Il.* 4, 425) »; sed etiam a terra spirantibus ventis, nihilominus fluctus, maris arbitrario quodam, ut ita dicam, motu agitatus, « multam e salsugine algam effundit (*Il.* 9, 7). »

38. Haud majori probabilitate Siciliam ab Italia avulsam quam igne Ætnæo e profundo sublatam esse dixeris, sicut etiam insulas Liparæas et Pithecussas.

‖ — 34: p. 35, *BCD*. μύρια] δισμύρια cod. Mox ἂν inseruit Corayus. ‖ — 35. p. 36, *D*. σκιὰ et λαγὼς codex. ‖ — 36. p. 49, *C*. — 52, *B*. ἤδη] ἦδε cod.; ἀπέχοντος] ἀπέχον cod.; em. Corayus, qui inclusit vocem ὀστῶν utpote ex præcedente verbo enatam. ‖ — 37. p. 53, *AC*. ‖ — 38. p. 54, *C*. ‖ — 39. p. 55,

ἐλπὶς καὶ ἠπείρους ὅλας ἀναδίδοσθαι κάτωθεν καὶ ἄλλας συνιζάνειν κάτω ἀφανιζομένας· ὅπερ καὶ ἡ Ἀτλαντὶς παρὰ Πλάτωνι νῆσος παθεῖν ἱστόρηται καὶ Βοῦρα περὶ τὴν Ἑλλάδα.

39. Ὅτι τοῦ τοὺς εὐρίπους εἶναι ῥοώδεις οὐκ ἔστι μία αἰτία· ὁ μὲν γὰρ Σικελικὸς ὶς, ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις, ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον οὐδ' ὅλως παλιννοστεῖ, ἀλλ' ἀεὶ ἀπὸ τοῦ Πόντου ῥεῖ εἰς δυσμάς.

40. Ὅτι ἡ ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἰονίου Ἰστρία ἀπὸ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ ὠνομάσθαι λέγεται, ἐκ τοῦ μεγάλου Ἴστρου ἀποσχιζομένου, ὥς τινές φασιν· ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰάσονα οἱ μῦθοι ἐκ τοῦ Πόντου διὰ τούτου τοῦ ποταμοῦ ἐξάγουσιν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν θάλασσαν.

41. Ὅτι [ἀνὰ] μέσον Θήρας καὶ Θηρασίας ἐκπεσοῦσαι φλόγες ἐκ τοῦ πελάγους ἐφ' ἡμέρας τέτταρας, ὥστε πᾶσαν ζεῖν καὶ φλέγεσθαι τὴν θάλατταν, ἀνεφύσησαν κατ' ὀλίγον ἐξαιρομένην, ὡς ἂν ὀργανικῶς, καὶ συντιθεμένην ἐκ μύδρων νῆσον, ἔχουσαν δώδεκα σταδίων τὴν περίμετρον.

42. Ὅτι, σεισμοῦ γενομένου μεγίστου, τῆς τε Σιδῶνος τὰ δύο μέρη κατεστράφη καὶ ἕτερα πόλις ὅλη πλησίον αὐτῆς, καὶ Εὐβοίας ἡ ἐν Εὐρίπῳ Ἀρέθουσα κρήνη ἀπετυφλώθη καὶ οὐ πρότερον ἔπαυσε, πρὶν χάσμα μέγα περὶ τὸ Ληλάντιον πεδίον γεγονὸς πηλοῦ διαπύρου ποταμὸν ἐξήρασε· τότε δὲ καὶ τῆς Ἀρεθούσης αἱ πηγαὶ πάλιν ἀνεδόθησαν.

43. Ὅτι πάλιν περὶ Λυδίαν καὶ Ἰωνίαν σεισμῶν γενομένων, Σίπυλός τε (τὸ ὄρος) κατεστράφη κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν καί τινες τῶν Ἰώνων πόλεις, καὶ τὰ ἐν Τροίᾳ θερμὰ ὕδατα ἀπώλετο, περὶ ὧν Ὅμηρος ἔλεγεν· « ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει· » ἐγένοντο δὲ καὶ λίμναι ἐξ ἑλῶν. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ ὁ κατὰ τὸ Κάσιον ἰσθμὸς τῆς Ἀραβίας διαρραγεὶς ἢ ἴζημα λαβὼν ποιήσει τὴν τῆς Αἰγύπτου θάλασσαν σύρρουν τῇ Ἐρυθρᾷ. Ἔτι δὲ καὶ ὁ Πειραιεὺς, ὡς καὶ τὸ ὄνομα ἐμφαίνει, πέραν ἔκειτο τῆς Ἀττικῆς, ὡς νῆσος, καὶ ἡ Λευκὰς νῆσος ὑπὸ Κορινθίων γέγονε, διακοψάντων τὸν ἰσθμόν· περὶ ἧς λέγει Ὅμηρος· « [οἵη Νήρικον εἶλον, εὐκτίμενον πτολίεθρον,] ἀκτὴν ἠπείροιο, Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων. » Περὶ Μεθώνην δὲ τὴν ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ ὄρος ἑπταστάδιον τὸ ὕψος ἀνεβλήθη, γενηθέντος ἀναφυσήματος φλογώδους, μεθ' ἡμέραν μὲν ἀπρόσιτον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ τῆς θειώδους ὀδμῆς, νύκτωρ δὲ εὐῶδες, ἐκλάμπον πόρρω καὶ θερμαῖνον, ὥστε ζεῖν τὴν θάλατταν ἐπὶ σταδίους ε', θολερὰν δ' εἶναι καὶ ἐπὶ κ' σταδίους· προσχωσθῆναι δὲ

Statui igitur potest etiam totas continentes posse ex imo efferri aliasque in profundum subsidentes evanescere; id quod Atlantis apud Platonem insula passa fuisse dicitur, item Bura in Græcia.

39. Ut freta fluxu et refluxu agitentur, non una est causa. Nam Siculum bis, Chalcidicum septies, Byzantinum nunquam refluit, sed e Ponto continenter in occasum fluit.

40. Istria, in intimo sinu Ionio sita, ab Istr flumine nomen traxisse fertur, qui a magno Istro, ut aliqui affirmant, ortum habet. Per hunc fluvium fabulæ Jasonem e Ponto in Græcum mare educunt.

41. Inter Theram et Therasiam flammæ per dies quatuor e pelago prorumpentes, ita ut mare totum æstuaret, ediderunt paullatim tanquam machinis latam atque e massis compositam insulam ambitu stadiorum duodecim.

42. Terræ motu maximo Sidonis partes duæ eversæ sunt et alia quædam huic vicina urbs tota. Et in Eubœa ad Euripum Arethusa fons obturatus fuit, neque desiit terræ motus priusquam ingens hiatus in campo Lelantio apertus ignitum flumen vomuit; tunc vero etiam Arethusæ fontes denuo eruperunt.

9. Salyes inter Rhodanum et Druentiam amnes habitant per quingenta stadia.

10. Ὅτι οἱ πλησίον Καππαδοκίας Γαλάται Κελτῶν εἰσιν ἄποικοι.

10. Galatæ, qui Cappadociæ adjacent, Gallorum sunt coloni.

11. Ὅτι ἐν τῇ Ἀκυϊτανίᾳ τῆς Κελτικῆς, ἣν ἔχουσι Τάρβελλοι, μέταλλά ἐστι χρύσεα σπουδαιότατα πάντων· ἐν γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ἐπὶ μικρὸν εὑρίσκονται καὶ χειροπληθεῖς χρυσίου πλάκες, ἔσθ' ὅτε μικρᾶς ἀποκαθάρσεως δεόμεναι· τὸ δὲ λοιπὸν ψῆγμά ἐστι καὶ βῶλοι, καὶ αὐταὶ κατεργασίαν οὐ πολλὴν ἔχουσαι. Ἡ δὲ μεσόγειος καὶ ὀρεινὴ βελτίω γῆν ἔχει.

11. In Aquitania Galliæ, quam habent Tarbelli, aurifodinæ sunt omnium præstantissimæ; nam in scrobibus paululum defossis, auri laminæ reperiuntur manum implentes, aliquando exigua indigentes repurgatione; reliquum ramenta et glebæ sunt ipsæ quoque non multum operis desiderantes. Mediterranea autem et montana agrum habent meliorem.

12. Ὅτι τὸ σύμπαν ἔθνος, ὃ νῦν Κελτικόν τε καὶ Γαλατικὸν καὶ Γαλλικὸν καλεῖται, ἀρειμάνιόν τε ἐστι καὶ θυμικὸν καὶ μάχιμον καὶ μᾶλλον ἱππικῇ μάχῃ εὐδοκιμοῦν, καὶ τὸ κράτιστον Ῥωμαίοις ἱππικὸν οὗτοι παρέχουσιν. Εἰσὶ δὲ τοῖς τρόποις ἁπλοῖ καὶ οὐ κακοήθεις, εἰς δὲ τὸ διεγερθῆναι πρὸς πόλεμον ἑτοίμως ἐρεθίζονται,

12. Universa hæc natio, quæ Gallica et Celtica et Galatica appellatur, bellicosa est et ferox et ad pugnam prompta, magis tamen equestri pugna nobilis, adeoque optimum equitatum Romanis suppeditat. Ingenio candido sunt et simplici, et ab improbis moribus abhorrente; sed ad bellum movendum facile

— 5. p. 178, *BCD*. ‖ — 6. p. 179, *B*. ‖ — 7. p. 182, *A*. ‖ — 8. p. 182, *BCD*. ‖ — 9 et 10. p. 185. ‖ — 11. p. 190, *C*. ‖ — 12. p. 195, *C*. 196, *B*. ‖ — 13.

ὡς μισοπόνηροι, καὶ πάλιν εὐκόλως χειροῦνται καὶ δουλοῦνται. Καί εἰσι τῶν Ἰβήρων ῥωμαλεώτεροι διὰ τὰ τῶν σωμάτων μεγέθη· καὶ τούτων οἱ παρωκεανῖται μᾶλλον. Οὐκ ἀντέχουσι δὲ χρόνον πολὺν πολεμοῦντες· καὶ γὰρ πρὸς Ῥωμαίους πολεμεῖν ἤρξαντο ὕστεροι τῶν Ἰβήρων, ἀλλὰ πρότεροι κατεστράφησαν. Οἱ δ' Ἴβηρες οὔτε πανστρατιᾷ, ὥσπερ οἱ Γαλάται, πολεμοῦντες οὔτε καθ' ἕνα τόπον, ἀλλὰ κατὰ πολλὰ τῆς χώρας, καὶ ἄλλοτε ἀλλαχοῦ, δυσαλωτότεροι γεγόνασιν.

13. Ὅτι τῶν Γαλατῶν οἱ Βέλγαι ἀνδρειότατοί εἰσιν, εἰς ιε' ἔθνη διῃρημένοι· οἰκοῦσι δὲ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Λίγειρος παρωκεανῖται ὄντες. Καί εἰσιν οὗτοι τοῖς Γερμανοῖς γείτονες καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν ὅμοιοι. Καὶ διὰ τὴν τῶν γυναικῶν εὐτεκνίαν εἰς λ' μυριάδας τὸ τῶν Βελγῶν ἐξητάζετο μάχιμον πλῆθος. Σαγηφοροῦσι δὲ καὶ κομοτροφοῦσι καὶ χαμαιεῦναί εἰσι καὶ κρεωφάγοι καὶ γαλακτοπόται· καὶ ἡ χώρα κτηνοτρόφος συσὶ καὶ προβάτοις. Ἀντὶ δὲ χιτώνων σχιστοὺς χειριδωτοὺς φοροῦσι μέχρι γλουτῶν καὶ αἰδοίων. Ἡ δ' ἐρέα αὐτοῖς τραχεῖα μέν, μακρόμαλλος δέ, ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσι καὶ τῇ Ἰταλίᾳ πάσῃ χορηγοῦσιν ἐπ' ἐμπορείᾳ, καὶ τὰ ἐκ τῶν συῶν ταρίχη. Ὅπλισμὸς δὲ μάχαιρα μακρὰ, παρηρτημένη παρὰ τὸ δεξιὸν πλευρὸν, καὶ θυρεὸς μακρὸς καὶ λόγχαι κατὰ λόγον καὶ μάδαρις, παλτοῦ τι εἶδος. Ἔστι δέ τι καὶ γρόσφῳ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς, οὐκ ἐξ ἀγκύλης, ἀφιέμενον, τηλεβολώτερον καὶ βέλους, ᾧ μάλιστα καὶ πρὸς τὰς τῶν ὀρνέων χρῶνται θήρας. Αἱ δὲ ὗες αὐτοῖς καὶ ἀγραυλοῦσιν, ὕψει καὶ τάχει καὶ ἀλκῇ διαφέρουσαι· κίνδυνος δ' ἐστὶ τῷ ἀήθει προσιόντι ταύταις, ὡσαύτως καὶ λύκῳ.

14. Ὅτι παρὰ πᾶσι Κελτοῖς τρία γένη ἔντιμα αὐτοῖς ἐστι μάλιστα· Βάρδοι τε, ποιηταὶ ὄντες ὕμνων, καὶ Οὐάται, ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι, καὶ Δρυΐδαι [οἱ] πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι, δικαιότατοι νομιζόμενοι. Ἀφθάρτους δὲ τὰς ψυχὰς οὗτοι λέγουσιν εἶναι καὶ τὸν κόσμον, ἐπικρατήσειν δέ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ. Τῷ δὲ ἁπλῷ καὶ θυμικῷ πολὺ τὸ ἀνόητον καὶ ἀλαζονικὸν πρόσεστι τοῖς Γάλλοις καὶ τὸ φιλόκοσμον, χρυσοφοροῦσι γὰρ, περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτὸν, περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλια· καὶ ἐσθῆτες αὐτοῖς τοῖς ἄρχουσι χρυσόπαστοι. Καί εἰσιν ἀφόρητοι μὲν νικῶντες, ἡττηθέντες δὲ ἔκπληκτοι.

15. Ὅτι ἔναντι τῶν τοῦ Λίγειρος ποταμοῦ ἐκβολῶν νῆσός ἐστι μικρὰ, οὐ πάνυ πελαγία, ἐν τῷ ὠκεανῷ, ἐν ᾗ τῶν Σαμνιτῶν αἱ γυναῖκες, Βάκχαι τῷ Διονύσῳ κατεχόμεναι, οἰκοῦσιν, ἐξιλεούμεναι τὸν θεόν. Οὐ θέμις δ' ἐπιβαίνειν ἄνδρα τῆς νήσου, αἱ δὲ γυναῖκες ἀντιπλέουσαι ἐκ τῆς νήσου συνέρχονται τοῖς σφετέροις ἀνδράσι καὶ πάλιν ἀπίασιν εἰς τὴν νῆσον.

lacessuntur, utpote pravorum osores, et facile item domantur, subjuganturque. Sunt autem Hispanis ob magnitudinem corporis robustiores, et præ ceteris ii qui juxta Oceanum degunt. Ceterum bello non diu resistunt; nam adversus Romanos, serius quam Hispani belligerare cœperunt, priores tamen fuere subjugati. Hispani vero non universis viribus sicut Galli, neque uno in loco depugnabant, sed in locis multis et a' as alibi, quapropter difficilius subdi potuerunt.

13. E Gallis qui Belgæ vocantur fortissimi sunt, in quindecim nationes divisi. Habitant autem inter Rhenum et Ligerim, oceani accolæ. Hi Germanis sunt vicini, ac vivendi norma similes. Apud eos tanta est mulierum fœcunditas, ut circiter trecenta millia censeretur Belgarum multitudo, qui arma ferre possent. Sagis vestiuntur, ac comas nutriunt, dormiunt humi, vescuntur c nibus et potu lactis. Eorum regio sues et oves alit. Pro tunicis gestant scissas et manicatas vestes, usque ad pudenda et nates demissas. Lana quidem eorum aspera, ceterum longis villis, ex qua hirsuta texunt sagula. Hæc universæ Italiæ per mercatus suppeditant, quemadmodum etiam suilla salsamenta. Armatura illis gladius longus a dextro latere suspensus, clypeus oblongus, et hastæ pro proportione, et madaris tragulæ genus. Est etiam illis lignum pili forma, quod non amento sed e manu mittitur, longius feriens quam sagitta, quo potissimum ad aucupia utuntur. Sues etiam in agris pernoctant, proceritate, robore, celeritate præstantes. Periculum est ab iis accedenti insueto cuipiam neque minus etiam lupo.

14. Apud omnes Celtas tria hominum genera maxime sunt in honore, Bardi scilicet, qui sunt hymnorum poetæ, et Vates, qui sacrificiant causarumque naturalium studio sunt dediti, et Druidæ, qui, præter causarum naturalium studia, etiam moralem philosophiam exercent. Hi omnium justissimi censentur. Immortales animas esse statuunt et mundum; tamen aliquando ignem et aquam superatura. Simplicitati Gallorum atque animositati multum imprudentiæ conjunctum est, et ornamentorum studium ingens. Etenim aurum gestant, circa collum quidem torques, manibus autem et lacertis armillas; principibus vestes sunt auro pictæ. Victores intolerabiles sunt, devicti vero plane consternati.

15. In oceano, ex adverso ostiorum Ligeris flumi-nis, insula est exigua, non longe in pelago sita, in qua habitant Samnitum mulieres, Bacchi numine afflatæ, sacrisque deum placantes. Virum insulam ingredi fas non est, sed mulieres trajicientes ex insula viris miscentur, indeque redeunt.

---

p. 196, *BCD*. 197, *A*. μακρόμαλλος] ἀκρόμαλλος codex; μάδαρις vel μάταρις] μάαρις codex. ‖ — 14. p. 197, *CD*. βάρδοι] βάρτοι cod. ‖ — 15. p. 198, *B*.

16. Ὅτι Κελτοὶ πάντες φιλόνεικοί εἰσι· καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν τὸ ἀφειδεῖν τοὺς νέους τῆς ἀκμῆς. Ἀσκοῦσι δὲ μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας, τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον ζημιοῦσθαί φασιν.

16. Galli omnes sunt contentiosi; neque turpe putatur apud eos, si adolescentes flore ætatis abutantur. Exercentur ne sint crassi neque ventre promisso; et si quis adolescens zonæ præcriptam mensuram excedit, eum multari ajunt.

17. Ὅτι ἡ πλείστη τῆς Μεγάλης Βρετανίας πεδιάς ἐστι καὶ κατάδρυμος· πολλὰ δὲ ἔχει καὶ ὀρεινά· φέρει δὲ σῖτον καὶ βοσκήματα καὶ μέταλλα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ σιδήρου· καὶ δέρματα δὲ καὶ ἀνδράποδα χορηγεῖ καὶ κύνας κυνηγετικούς. Κελτοὶ δὲ καὶ τοῖς κυσὶ τούτοις χρῶνται πρὸς τοὺς πολέμους. Εἰσὶ δ' οἱ Βρετανοὶ εὐμήκεις τοῖς σώμασιν· τὰ δ' ἤθη ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα ἔχουσιν, ἢπερ οἱ Κελτοί· ὥστ' ἔνιοι διὰ τὸ ἀγνοεῖν, καίτοι γάλακτος εὐποροῦντες, οὐ τυροποιοῦσιν. Ἄπειροι δ' εἰσὶ καὶ κηπείας καί τινων γεωργίας τρόπων. Πόλεις δ' αὐτοῖς οἱ δρυμοί εἰσι· περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον, ἐνταῦθα καὶ αὐτοὶ καλυβοποιοῦνται καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν, οὐ πρὸς πολὺν χρόνον. Ἔπομβροι δ' εἰσὶν οἱ ἀέρες μᾶλλον ἢ νιφετώδεις αὐτοῖς. Ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις ὁμίχλη κατέχει πολὺν χρόνον, ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον.

17. Major pars Britanniæ Magnæ est campestris et silvis plena; multos vero etiam habet montes. Est autem frumenti ferax tellus, et pecorum, item metallorum, auri, argenti et ferri; pelles itidem et mancipia canesque venationi aptos suppeditat. His canibus Galli etiam ad bella utuntur. Sunt autem Britanni statura procera, moribus autem simplicioribus ac barbaris magis quam Galli. Unde fit ut nonnulli ex ipsis, abundantes lacte, ob imperitiam caseum non conficiant.. Colendorum insuper hortorum et ruris operum imperiti sunt. Urbes ipsorum nemora sunt; latissimos enim circos dejectis sepiunt arboribus, ubi, constructis tuguriis, et ipsi pariter et armenta non multo tempore stabulantur. Aer ipsis magis pluvius, quam nivosus est. Per serenitates vero nebula ita multum temporis occupat, ut die tota tribus tantum aut quatuor horis circa meridiem conspiciant solem.

18. Ὅτι δὶς διέβη Καῖσαρ ὁ Θεὸς εἰς τὴν Βρεταννίαν, ἄξιον δὲ λόγου οὐδὲν ἔπραξεν· αἱ γὰρ νῆες αὐτῷ, τῆς πανσελήνου ἐπίδοσιν λαβούσης τῆς ἀμπώτεως, κακῶς ἔπαθον καὶ ἐφθάρησαν αἱ πολλαί. Δύο δὲ νίκας ἐνίκησεν ἐκεῖ, καίτοι δύο μόνα τάγματα περαιώσας τῆς στρατιᾶς, καὶ ἔλαβε λείαν πολλήν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Αὐγούστου τελέως εἰς φόρου ἀπαγωγὴν Ῥωμαίοις κατέστησαν.

18. Divus Cæsar in Britanniam bis trajecit, at nihil gessit quod sit memorabile. Naves enim ejus male sunt afflictæ, atque interiere permultæ, quod undarum recessus in plenilunio magnum incrementum accepisset. Victoriis illic duabus est potitus, trajectis solum duabus militum legionibus, ac multam prædam reportavit. At sub Augusto prorsus tributarii Romanis sunt facti.

19. Ὅτι οἱ τὴν Ἰέρνην νῆσον κατοικοῦντες Βρετανοὶ ἄγριοί εἰσι καὶ ἀνθρωποφάγοι καὶ ποηφάγοι, καὶ τοὺς γονεῖς τελευτήσαντας ἐσθίουσιν, καὶ φανερῶς μίγνυνται γυναιξί τε ἄλλαις καὶ μητράσιν.

19. Qui Hiberniam insulam colunt Britanni agrestes sunt et anthropophagi herbarumque manducones, defunctosque parentes edunt atque palam mulieribus miscentur, tum ceteris, tum matribus.

20. Ὅτι Πυθέας, εἰ καί τινα περὶ Θούλης λέγων ἐψεύσατο, ὅμως τῆς περὶ τὸ μαθηματικὸν θεωρίας εὖ λέγει περὶ αὐτήν. Λέγει δὲ τῶν μὲν ἡμέρων καρπῶν τε καὶ ζῴων ἀφορίαν εἶναι καὶ σπάνιν· κέγχρῳ δὲ καὶ ἄλλοις λαχάνοις καὶ καρποῖς καὶ ῥίζαις τρέφεσθαι. Σῖτος δὲ ὀλίγος γίνεται.

20. Pytheas, quanquam in nonnullis, quæ de Thule perhibuit, est mentitus, tamen quod ad mathematicam attinet contemplationem, recte de ea dixisse videtur; ait mansuetorum fructuum ac animalium aut plane inopem esse, aut parum illis abundare; incolas milio et aliis oleribus et fructibus et radicibus ali. Frumentum illic exiguum nascitur.

21. Ὅτι ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων τῆς Λιγυστικῆς ἄρχονται αἵ τε Ἄλπεις καὶ τὰ Ἀπέννινα ὄρη. Φασὶ δὲ τὰ ὄρη τῆς Λιγυστικῆς τοσοῦτον εἶναι ξυλοτρόφα, ὡς εὑρίσκεσθαί τινα δένδρα καὶ ὀκτὼ ποδῶν ἔχοντα τὸ διάμετρον τοῦ πάχους· τὰ δὲ ὄρη ταῦτα ὑπερύψηλα καὶ ἀπότομα.

21. Ex iisdem Liguriæ locis Alpes et Apenninus initium habent. Ajunt Liguriæ montes materiæ ligneæ adeo feraces esse, ut inveniantur arbores octo pedum crassitudinis habentes diametrum. Montes hi prælti sunt et abrupti.

22. Ὅτι οἱ Λίγυες οἴνῳ χρῶνται τῷ ἐκ τῆς γῆς σφῶν γινομένῳ, πιττίτῃ, αὐστηρῷ. Πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγούριον παρ' αὐτοῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσιν.

22. Ligures vino utuntur apud se nato, picato austeroque. Frequens etiam apud eos lyncurium est, quod nonnulli electrum appellant.

‖ — 16. p. 199, *A*. ‖ — 17. p. 199, *D*. 200, *AB*. ‖ — 18. p. 200, *C*. ‖ — 19. p. 201, *A*. ‖ — 20. p. 201, *BC*. ἀφορίαν] ἄφορον codex; em. Hudsonus. ‖ — 21. p. 201, *D*. 202, *C*. ‖ — 22. p. 202, *C*. ‖ —

23. Ὅτι μεταξὺ Λιγύων καὶ τῆς Μασσαλίας οἰκεῖ τὸ τῶν Σαλύων ἔθνος παράλιον, τὰς Ἄλπεις τὰς παραλίους οἰκοῦν. Φασὶ δὲ τὸ ὕψος τῶν ὀρέων εἶναι, ἧ ὀξύτατόν ἐστι, στάδια ρ', καὶ τοσοῦτον αὖθις τὴν κατάβασιν.

24. Ὅτι ἐκ τῶν Ἄλπεων ῥεῖ δ' τε Ῥῆνος καὶ ὁ Ἴστρος καὶ ὁ Πάδος καὶ ὁ Ῥοδανός.

25. Ὅτι ὁ Πάδος ποταμὸς ἁπάντων ἐστὶ μείζων τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς αὐτοῦ πλὴν μόνου τοῦ Ἴστρου.

26. Ὅτι περὶ τὰς Ἄλπεις καὶ τὰ δυσμικὰ τῆς Ἰταλίας ἡ ὁδὸς χαλεπωτάτη ἐστὶ καὶ χρημνώδης, ὡς καὶ τοῖς μικρὸν ὀλισθήσασι κίνδυνον εἶναι εἰς φάραγγας ἀβύσσους κατενεχθῆναι· ἃς ὁ Αὔγουστος δαπάναις πολλαῖς ἀνέκτισε καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπλάτυνεν. Ἔχει δέ τι παράδοξον καὶ ἕτερον ἡ χώρα· κρυστάλλου γὰρ πλάκες μέγισται ἐκ τῶν ἀκρωρειῶν ἀπορρηγνύμεναι διέφθειρον τοὺς ὁδίτας.

27. Ὅτι ἐστὶ λέξις οἱ δημοσιῶναι, ὥσπερ οἱ σιτῶναι καὶ βοῶναι καὶ ὀψῶναι.

28. Ὅτι Στράβων ὁ γεωγράφος ἐπὶ Νέρωνος ἤκμαζε, τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος.

29. Ὅτι αἱ Ἄλπεις ἰδιόμορφόν τι ζῷον γεννῶσιν, ἐλαφοειδὲς τὸ σχῆμα πλὴν αὐχένος καὶ τριχώματος· ταῦτα δ' ἐοικέναι κάπρῳ, ὑπὸ δὲ τῷ γεννείῳ πυρῆνα ἴσχειν ὅσον σπιθαμιαῖον, ἀκρόκομον, πωλικῆς κέρκου τὸ πάχος.

30. Ὅτι φησὶ Πολύβιος κατ' Ἀκυληίαν εὑρεθῆναι χρυσεῖα μέταλλα οὕτως εὐφυῆ, ὥστε ἐπὶ δύο πόδας ἀποσύραντι τὴν ἐπιπολῆς γῆν εὐθὺς ὀρυκτὸν εὑρίσκεσθαι χρυσόν· τὸ δ' ὄρυγμα μὴ πλειόνων ὑπάρχειν ἢ πεντεκαίδεκα ποδῶν. Εἶναι δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸν μὲν αὐτόθεν καθαρὸν, κυάμου μέγεθος ἢ θέρμου, τοῦ ὀγδόου μέρους μόνον ἀφεψηθέντος· τὸν δὲ δεῖσθαι μὲν χωνείας πλείονος, σφόδρα δὲ λυσιτελοῦς.

23. Inter Ligures et Massiliam habitant Salyes, gens maritima, Alpes mari vicinas tenens. Ajunt altitudinem illorum montium rectissimo adscensus tadiorum esse centum, ac totidem stadiorum esse descensum.

24. Ex Alpibus fluunt Rhenus, Danubius, Padus et Rhodanus.

25. Padus omnium totius Europæ fluminum, uno Danubio excepto, maximus est, ubi in mare erumpit.

26. Circa Alpes in occiduo Italiæ latere admodum difficilis et præceps via, ut siquis vel pusillum labatur, periculum sit ne in profundissimas deferatur valles. Quibus in locis Augustus ingenti sumtu vias instauravit et quantum licuit ampliavit. Sed et aliud hæc regio mirabile habet; etenim tabulæ glaciei maximæ, e summis verticibus abruptæ, prætereuntes interimere solent.

27. Δημοσιῶναι vox est ad modum vocum σιτῶναι, βοῶναι, ὀψῶναι.

28. Strabo geographus sub Nerone floruit Romano imperatore.

29. Alpes peculiaris cujusdam formæ gignunt belluam, habitu quidem ad cervi staturam, collo duntaxat et villis exceptis, quibus capro perquam est similis, ac sub mento carnis globum gerit palmi magnitudine, capillosum, crassitudinem caudæ pulli equini habentem.

30. Polybius ait juxta Aquilejam aurifodinas fuisse inventas natura adeo excellenti, ut quum a superficie terræ ad duos pedes solum detraxeris, fossile confestim aurum invenias; fossam autem non plusquam pedum esse quindecim. Aurum ipsum partim statim purum esse, fabæ aut lupini mole, octava tantum parte decocta; partim pluscula indigere concoctione, sed ea admodum utili.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ Ε'.

1. Ὅτι τὸ παλαιὸν Ἰταλία ἐκαλεῖτο ἡ περιεχομένη χώρα ὑπό τε τῆς νῦν Μεγάλης Ἑλλάδος καὶ Ἰαπυγίας καὶ Ποσειδωνιάτου κόλπου· ὕστερον δὲ διὰ τὸ εὐτυχὲς τοῦ ὀνόματος ἐπεκράτησε καὶ ἕως Οὐάρου ποταμοῦ καὶ τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ καὶ τῶν Ἄλπεων Ἰταλία καλεῖσθαι.

CHRESTOMATHIÆ

E STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO V.

1. Italia olim dicta est ea regio, quæ continetur Magna nunc Græcia dicta et Iapygia et sinu Posidoniate. Postmodum ob felicitatem nominis obtinuit, ut ad Varum usque flumen et sinum Adriaticum atque ad Alpes Italia appellaretur.

23. p. 203, *ACD*. ὀξύτατον] εὐθύτατον? ὀρθιώτατον? Strabo : τὸ γοῦν ὀρθιώτατον αὐτῶν ὕψος σταδίων ρ' ἔχειν φασὶ τὴν ἀνάβασιν. || — 24-26. p. 204. || — 27. Glossa est ad vocem δημωσιώναις in Strabon. p. 205, *B*. (p. 171, 5 ed. Didot). || — 28. Glossa ad. p. 206, *D* (172, 10 Didot). || — 29. p. 207, *D*. 208, *A*. ἴσχειν] ἴσχει codex. || — 30. p. 208, *C*.

Liber V. — 1. p. 209, *D*. || — 2. p. 210, *D*. 211,

2. Ὅτι τῶν Ἄλπεων περιφερὴς ἡ ὑπώρειά ἐστι καὶ κολπώδης, τὰ κοῖλα ἔχουσα ἐστραμμένα πρὸς τὴν Ἰταλίαν· τοῦ δὲ κόλπου τὰ μὲν μέσα πρὸς τοῖς Σαλασσοῖς ἐστι, τὰ δ' ἄκρα ἐπιστροφὴν λαμβάνει, τὰ μὲν μέχρι τῆς Ὄκρας καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου, τὰ δ' εἰς τὴν Λιγυστικὴν παραλίαν μέχρι Γενούας, τῶν Λιγύων τοῦ ἐμπορείου, ὅπου τὰ Ἀπέννινα ὄρη συνάπτει ταῖς Ἄλπεσιν.

2. Inferior Alpium pars curva et sinuosa, cavitates in Italiam versas habens. Ipsius sinus medium est apud Salassos; extrema conversionem habent, hinc quidem usque ad Ocram et sinum Adriaticum, hinc vero ad maritimam Ligurum regionem Genuam usque, emporium Ligusticum, qua Apenninus Alpibus committitur.

3. Ὅτι μόνη ἡ τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ παραλία τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης μιμεῖται τὰ τοῦ ὠκεανοῦ πάθη, ὁμοίως ἐκείνῳ πλημμύρουσά τε καὶ ἀναρροιβδοῦσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ὑφ' ὧν τὸ πλέον τοῦ πεδίου λιμνοθαλάττης γίνεται μεστόν. Διώρυξι δὲ καὶ παραχώμασι, καθάπερ ἡ Κάτω χώρα τῆς Αἰγύπτου, διοχετεύεται· καὶ τὰ μὲν ἀνέψυκται καὶ γεωργεῖται, τὰ δὲ διάπλους ἔχει. Τῶν δὲ πόλεων αἱ μὲν νησίζουσιν, αἱ δ' ἐκ μέρους κλύζονται.

3. E nostro mari solius Adriatici recessus maritima ora similem oceano affectionem sustinet, sicuti ille quotidie fluxum habens et refluxum. Unde campi illius major pars marinis aquis plena stagnat fossisque et aggeribus actis, sicut in inferiore fit Ægypto, aqua hinc inde derivatur; aliæque partes siccatæ agriculturam experiuntur, aliæ navigabiles sunt; urbium vero aliæ insularum modo cinguntur, aliæ quadam ex parte alluuntur.

4. Ὅτι ὁ περὶ τὴν Ῥάβενναν ἀὴρ καθαρώτατός ἐστι καὶ ὑγιεινότατος. Τούτου δ' αἴτιον ἡ πλημμυρίς τε τῆς θαλάσσης καὶ ἡ τοῦ Πάδου πλήρωσις, πᾶν τὸ βορβορῶδες ἀποκαθαίρουσα. Τὰ αὐτὰ δὲ γίνονται καὶ περὶ Ἀλεξάνδρειαν· ἡ γὰρ τοῦ Νείλου ἀνάβασις τὴν τῆς λίμνης ἀφανίζει δυσωδίαν τὴν ἐκ τοῦ τέλματος.

4. Circa Ravennam aer purissimus est ac saluberrimus. Causa est maris inundatio et Padi impletio, quibus universa cœnositas expurgatur. Idem in Alexandria fit, ubi Nili ascensus paludis tetrum odorem, qui e cœno nascitur, propulsat.

5. Ὅτι ἐν Ῥαβέννῃ τὰ ἕλη ποιοῦσι τὰς ἀμπέλους καρπιμωτάτας καὶ ταχυφόρους· ἀλλ' ἐν πέντε ἔτεσι γηράσκουσαι φθείρονται.

5. Ravennæ paludes vites efficiunt fertilissimas citoque maturescentes; ceterum annis quinque vetustate intereunt.

6. Ὅτι Ἀδρία πόλις ἐστὶ περὶ τὰ μυχὰ τοῦ Ἀδρίου, ἀφ' ἧς ἡ ταύτῃ θάλασσα καλεῖται Ἀδρίας· ἦν δὲ τὸ πάλαι ἐπιφανεστάτη.

6. Adria urbs est in intimo sinu Adriatico, a qua mare est Adriaticum appellatum; fuit autem celeberrima quondam.

7. Ὅτι μετὰ τὸ Τίμαυον, μυχαίτατον ὂν τοῦ Ἀδρίου, ἡ τῶν Ἴστρων ἐστὶ παραλία μέχρι Πόλας, ἧς καὶ Καλλίμαχος μέμνηται λέγων· « ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας. » Κτίσμα δέ ἐστι Κόλχων· καὶ αἱ Ἀψυρτίδες νῆσοι ἐπίκεινται τῇ Πόλῃ.

7. Post Timavum, qui in intimo sinu est Adriæ, Istrorum littus est Polam usque, cujus etiam meminit Callimachus: « At illam dixit Colchica lingua Polas; » est enim a Colchis condita. Polæ adjacent Absyrtides insulæ.

8. Ὅτι ἡ Λιγυστικὴ ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσιν ἵδρυται μεταξὺ Τυρρηνίας τε καὶ Κελτικῆς· τραχεῖα δ' ἐστὶ καὶ πετρώδης.

8. Liguria in ipsis Apennini montibus sita est, inter Galliam et Etruriam; est autem petrosa et aspera.

9. Ὅτι ἡ Τυρρηνία χώρα, μοῖρα οὖσα τῆς Ἰταλίας, ἄρχεται ἀπὸ τῶν τῆς Λιγυστικῆς ὁρίων ἕως ποταμοῦ τοῦ Τιβέριδος· παραθαλάσσιοι δ' ὄντες οὗτοι καὶ τὰ πεδία οἰκοῦντες τὰ τῶν Ἀπεννίνων ἀπολήγοντα· ἐξ ἧς καὶ ἡ παρακειμένη θάλασσα Τυρρηνικὴ καλεῖται.

9. Etruriæ regio, pars Italiæ, initium sumens a Liguriæ finibus usque ad flumen Tiberim pertinet. Hujus incolæ maritimi campos tenent Apenninis montibus terminatos. Ab hac mare quod adjacet Etruscum vocatur.

10. Ὅτι ὁ Τίβερις ῥεῖ ἀπὸ τῶν Ἀπεννίνων ὀρέων, πληροῦται δ', ἐκ πολλῶν ποταμῶν, μέρος μέν τι διὰ τῆς Τυρρηνίας φερόμενος, τὸ δ' ἐφεξῆς διορίζων ἀπ' αὐτῆς πρῶτον μὲν τὴν Ὀμβρικήν, εἶτα Σαβίνους καὶ Λατίνους τοὺς πρὸς τῇ Ῥώμῃ μέχρι τῆς παραλίας. Παραβέβληνται δέ πως τῷ ποταμῷ μὲν καὶ τοῖς Τυρρηνοῖς κατὰ πλάτος, ἀλλήλοις δὲ κατὰ μῆκος· ἀνέχουσι δὲ πρὸς τὰ Ἀπέννινα ὄρη τὰ πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ.

10. Ex Apenninis montibus Tiberis effluit, et pluribus amnibus augetur, parte quadam per Etruriam currens, deinceps ab ea distinguens Umbriam primo, deinde Sabinos et Latinos qui prope Romam usque ad littus maris habitant; adjacent hi quodammodo flumini et Etruscis juxta latitudinem, at sibi mutuo juxta longitudinem locati sunt : intus tendunt ad Apenninos montes qui juxta Adriam sunt.

A. Σαλασσοῖς] Ἁλασσοῖς codex; Ὄκρας] ἄκρας codex. ‖ — 3. p. 212, *C*. ‖ — 4-5. p. 213, *D*. 214, *A*. τῆς λίμνης] τῆς γῆς λίμνης cod. ‖ — 6. p. 214, *B*. ‖ — 7. p. 215, *D*. τῇ Πόλῃ] τῇ πόλας cod. ‖ — 8. p. 218, *C*. ‖ — 9-10.

11. Ὅτι ἡ τῶν Λατίνων χώρα μεταξὺ κεῖται τῆς τε ἀπὸ τῶν Ὠστίων παραλίας μέχρι πόλεως Σινυέσσης καὶ τῆς Σαβίνης· τὰ δ' Ὤστια ἐπίνειόν ἐστι Ῥώμης, εἰς ἃ ὁ Τίβερις ἐκδίδωσιν· ἐκτείνεται δ' ἐπὶ μῆκος μέχρι Καμπανίας καὶ Σαμνιτῶν.

12. Ὅτι Τυρρηνοὶ καλοῦνται ἀπὸ Τυρρηνοῦ τοῦ Ἄτυος στείλαντος ἐκ Λυδίας ἀποίκους εἰς τὴν χώραν ταύτην. Λιμῷ γὰρ ἡ Μῃονία ἐπιέζετο· καὶ διὰ τοῦτο ὁ Ἄτυς βασιλεύων ἐκεῖ, Ἡρακλείδης ὢν ἀπὸ Ὀμφάλης, ἠναγκάσθη τὸν μὲν ἕτερον τῶν παίδων, Λυδὸν καλούμενον, αὐτοῦ κατασχεῖν, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα Λυδία· τὸν δ' ἕτερον, Τυρρηνὸν, στεῖλαι μετὰ τοῦ πλείστου λαοῦ, ὃς ἐλθὼν ᾤκησε τὴν ἐξ αὐτοῦ Τυρρηνίαν.

13. Ὅτι οἱ Τυρρηνοὶ, ἐπιφανεῖς γενόμενοι, πολλὰ ἔνδοξα ἔπραξαν ἄλλα τε καὶ τοὺς Γαλάτας, τοὺς τὴν Ῥώμην ἐπὶ Φουρίου λαβόντας, ὑπαντήσαντες περὶ Σαβίνους κατεπολέμησαν, καὶ ὅσα χρήματα ἐκόντων Ῥωμαίων ἔλαβον, πάντα ἠνάγκασαν τοὺς Γαλάτας ἄκοντας δοῦναι λύτρα τῶν ἁλόντων ὑπ' αὐτῶν.

14. Ὅτι τὸ παρ' Ὁμήρῳ Πελασγικὸν Ἄργος ἡ Θετταλία λέγεται, ὅ ἐστι μεταξὺ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Πηνειοῦ καὶ τῶν Θερμοπυλῶν ἕως τῆς ὀρεινῆς τῆς κατὰ Πίνδον, διὰ τὸ ἐπάρξαι τῶν τόπων τούτων τοὺς Πελασγούς· τόν τε Δία τὸν Δωδωναῖον ὀνομάζει Ὅμηρος· « Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικέ. » Πολλοὶ δὲ καὶ τά Ἠπειρωτικὰ ἔθνη Πελασγικὰ εἰρήκασιν, ὡς καὶ μέχρι δεῦρο τῶν Πελασγῶν ἐπαρξάντων· ἀλλὰ καὶ τοὺς δμόρους τῶν ἐν Τρωάδι Κιλίκων Ὅμηρος Πελασγοὺς εἴρηκε, λέγων· « Ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα Πελασγῶν. »

15. Ὅτι τοὺς Πελασγοὺς διὰ τὸ πλάνητας εἶναι καὶ δίκην ὀρνέων ἐπιφοιτᾶν ἐφ' οὓς ἔτυχε τόπους, φασὶ Πελαργοὺς ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν κληθῆναι.

16. Ὅτι τῆς Τυρρηνίας τὸ μὲν μῆκος, ᾗ μέγιστόν ἐστιν, ἀπὸ Λούνης πόλεως μέχρι Ὠστίων, σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων, πλάτος δὲ τοῦ ἡμίσους ἔλαττον τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσιν. Ἡ δὲ Λούνα μικρὰ μέν ἐστι πόλις, ἔχει δὲ λιμένα μέγιστον καὶ κάλλιστον· ἔχει δὲ μέταλλα λίθου ποικίλου λευκοῦ ὑπογλαυκίζοντος, ἀφ' ὧν τὰ ἐν Ῥώμῃ ἐδάφη καὶ οἱ ναοὶ οἱ κάλλιστοι κοσμοῦνται. Οἱ δ' Ἕλληνες καλοῦσι τὸν λιμένα Σελήνης λιμένα.

17. Ὅτι ἀπὸ Λούνης εἰς Πίσαν στάδιοί εἰσι πλείους τῶν τετρακοσίων. Ἡ δὲ Πίσα κτίσμα ἐστὶ τῶν ἐκ Πελοποννήσου Πισατῶν· οἳ μετὰ Νέστορος στρατεύσαντες ἐν τῷ νόστῳ ἐπλανήθησαν καὶ ταύτην τὴν Πίσαν ἔκτισαν.

18. Ὅτι ὁ Στράβων εἶδε τοὺς ἐργαζομένους τὸν σίδηρον τὸν ἐκ τῆς Αἰθαλίας νήσου τῆς πλησίον Κύρνου κομιζόμενον. Οὐ γὰρ δύναται συλλιπαίνεσθαι καμινευόμενος ἐν τῇ νήσῳ, κομίζεται δ' εὐθὺς ἐκ τῶν μετάλλων εἰς τὴν ἤπειρον. Τοῦτό τε δὴ παράδοξον

11. Latinorum regio inter oram maritimam, quæ est ab Ostiis usque ad Sinuessam urbem et Sabinos sita est. Ceterum Ostia urbis Romæ navale est, qua Tiberis in mare exit. Extenditur autem in longum usque ad Campaniam et Samnites.

12. Tyrrheni appellati sunt a Tyrrheno Atyos filio, ejus qui e Lydia colonos in hanc regionem misit. Quum enim Mæonia fame premeretur, Atys, qui tum imperabat, ab Hercule ex Omphale oriundus, alterum e filiis Lydum nomine apud se retinere coactus est, a quo postmodum regio Lydia est appellata, alterum vero Tyrrhenum cum magna parte populi dimittere; qui quum in Italiam venisset, Tyrrheniam habitavit a se sic denominatam.

13. Etrusci celebres exstiterunt ac permulta gesserunt insigniter, tum alia, tum quod Gallos, qui Romam sub Furio [Camillo] ceperant, circa Sabinos occurrentes debellarunt, et quam illi a Romanis volentibus pecuniam acceperant, eam pro redemptione captivorum ab invitis extorserunt.

14. Apud Homerum Pelasgicum Argos dicitur Thessalia, inter ostia Penei et Thermopylas usque ad montana Pindi, quod iis locis imperarunt Pelasgi; et Jovem Dodonæum Homerus appellat Pelasgicum : « Rex o Juppiter Dodonæe Pelasgice. » Plerique etiam Epiroticas gentes Pelasgicas appellavere, quod eo usque suam Pelasgi ditionem protulerint; quin et eos qui finitimi sunt Cilicum in Troade Homerus Pelasgos appellat, inquiens : « Hippothous duxit tribus Pelasgorum.

15. Pelasgi ab Atheniensibus Pelargi (*ciconiæ*) sunt appellati, quum errones essent, atque more avium quo sors vocaret huc atque illuc commearent.

16. Longitudo Etruriæ maxima, ab oppido Lunæ usque ad Ostia, stadiorum est 2,500; latitudo per montana dimidio minor. Est autem Luna exiguum oppidum, portumque habet maximum et pulcherrimum; item fodinas habet lapidis varii albi, subglauci, ex quo Romæ pavimenta atque templa ornantur pulcherrima. Græci hunc portum Selenes portum appellant.

17. A Luna Pisas usque plura sunt quam quadringenta stadia. Ceterum Pisæ a Pisatis Peloponnesi conditæ fuerunt, qui sub Nestore militantes in reditu huc aberrarunt, atque Pisas ædificarunt.

18. Strabo vidit qui elaborarunt ferrum quod ex Æthalia portatur insula Cyrno vicina. Id quum in ejus insulæ fornacibus coquitur, in massam compingi nequit, quare e fodinis illico in continentem perfertur. Quum illud admiratione dignum habet insula,

p. 218, *D.* 219, *A.* || — 11. p. 219, *A.* || — 12. p. 219, *BC.* || — 13. p. 220, *B.* Φουρίου] φρουρίου codex. || — 14. p. 221, *BC.* || — 15. p. 221, *D.* || — 16. p. 222, *AB.* || — 17. p. 223, *AC.* || — 18

ἡ νῆσος ἔχει, καὶ τὸ τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα· καθάπερ τοὺς πλαταμῶνάς φασι τοὺς ἐν Ῥόδῳ καὶ τὴν ἐν Πάρῳ πέτραν τὴν μάρμαρον καὶ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς ἅλας.

19. Ὅτι ἡ Κύρνος νῆσος ὑπὸ Ῥωμαίων Κορσίκα καλεῖται. Οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖά τε οὖσα καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως· ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων· οἱ δ' ἀνδραποδισθέντες αὐτῶν ἀγόμενοι εἰς δουλείαν ἢ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν ἢ ἀχρεῖοι τοῖς ὠνησαμένοις εἰσί. Μῆκος δὲ τῆς νήσου μίλια ρξ', πλάτος δὲ ο'. Σαρδόνος δὲ μῆκος μίλια σκ', πλάτος δὲ ζή'. Ἡ δὲ Σαρδὼν ἔχει μὲν πολὺ καὶ τὸ τραχὺ τῆς γῆς, ἔχει δὲ καὶ τὸ βαθύγειον καὶ κάρπιμον, μάλιστα δ' ἐστὶ σιτοφόρος· ὅσα δὲ αὐτῆς εὔκαρπα χωρία, νοσηλά ἐστι καὶ λοιμώδη τοῦ θέρους.

20. Ὅτι ἐν τῇ Σαρδοῖ γίνονται κριοὶ φύοντες τρίχα αἰγείαν ἀντὶ ἐρέας, καλοῦνται δὲ ἐπιχωρίως μούσμωνες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται. Ἔχουσι δὲ ξιφίδιον καὶ πέλτην ἐν ταῖς μάχαις.

21. Ὅτι ἀπὸ Σαρδοῦς ἕως τῆς κατ' ἀντικρὺ Λιβύης τὸ πέλαγος μίλιά ἐστι τ'.

22. Ὅτι ἐν Κόσσαις πόλει θυννοσκοπεῖόν ἐστιν. Ἀκολουθεῖ γὰρ ὁ θύννος οὐ τῇ βαλάνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ πορφύρᾳ παρὰ γῆν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης μέχρι καὶ Σικελίας.

23. Ὅτι οὐ πόρρω πάνυ τῆς Ῥώμης λίμναι εἰσὶν ἀγαθαὶ ἰχθυοτρόφοι· ἀφ' ὧν τύφη τε καὶ πάπυρος καὶ ἀνθήλη εἰς Ῥώμην κομίζονται.

24. Ὅτι Αἰνείας ὁ Ἀγχίσου, ἐκ Τροίας κατάρας εἰς Λαῦρον, πλησίον τοῦ Τιβέριδος τῶν ἐκβολῶν, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὅσον κδ' σταδίοις ἔκτισε πόλιν Ἄλβαν. Ἐπελθὼν δὲ Λατῖνος, ὁ τῶν Ἀβοριγίνων βασιλεὺς (οὗτοι δ' ᾤκουν ὅπου νῦν ἡ Ῥώμη ἐστί), σύμμαχον ἔλαβε τὸν Αἰνείαν κατὰ τῶν ἀστυγειτόνων Ῥουτούλων, τῶν τὴν Ἀρδέαν οἰκούντων· στάδιοι δ' ἀπὸ Ῥώμης εἰς Ἀρδέαν ρξ'. Νικήσας δὲ φίλος ἦν Αἰνείᾳ. Ὕστερον δ' ἀναμαχόμενοι οἱ Ῥουτοῦλοι τὸν Λατῖνον ἔκτειναν, αὐτοὶ δὲ ὑπὸ Αἰνείου ἐκρατήθησαν. Καὶ ἀπὸ τότε Αἰνείας, τῶν τόπων ἐκείνων βασιλεύσας, ὠνόμασε Λατίνους τοὺς ὑφ' αὑτῷ. Ὕστερον δὲ υ' ἔτεσιν ἱστορεῖται τὰ περὶ τὸν Ἀμόλιον καὶ τὸν ἀδελφὸν Νομίτορα. Οὗτοι δ' ἀπὸ Αἰνείου κατήγοντο οὕτως· διεδέξαντο μὲν γὰρ τὸ τῶν Λατίνων κράτος ἄμφω παρὰ τῶν ἀπογόνων Ἀσκανίου, τοῦ Αἰνείου παιδός· παραγκωνισάμενος δ' ὁ νεώτερος τὸν πρεσβύτερον ἦρχεν, ὁ Ἀμόλιος. Υἱοῦ δ' ὄντος καὶ θυγατρὸς τῷ Νομίτορι, τὸν μὲν ἐν κυνηγίᾳ ἐδολοφόνησεν ὁ Ἀμόλιος· τὴν δὲ, ἵνα ἄτεκνος διαμένοι, τῆς Ἑστίας ἱέρειαν κατέστησε, παρθενείας χάριν· καλοῦσι δ' αὐτὴν Ῥέαν Σιλουίαν.

tum quod exhausta fossionibus loca post tempus iterum plena cernuntur, quod ipsum traditur etiam de lapicidinis apud Rhodios et de Pari insulæ marmore et de salibus Indicis.

19. Cyrnus insula a Romanis dicta est Corsica; male ea habitatur, aspera scilicet et pluribus in locis plane invia; quo fit ut montana ejus colentes et ex latrociniis vitam sustentantes, ipsas immanitate belluas superent. Qui ex ipsis capti in servitutem trahuntur, aut vitam non tolerant, aut emtoribus sunt inutiles. Longitudo insulæ habet miliaria 160, latitudo 70. Sardiniæ longitudo miliarium est 220, latitudo 98. Ceterum Sardinia partem terræ non exiguam habet asperam, partem tamen profundam fructuumque et præcipue tritici feracem. At quæ loca apud eos sunt fertilia, ea æstate morbida sunt et pestilentiæ obnoxia.

20. In Sardinia nascuntur arietes, qui pro lana pilum caprinum habent; musmonas vocant incolæ. Horum pellibus thoracis loco utuntur. In pugnis peltam gestant et pugionem.

21. A Sardinia brevissimus in Africam trajectus est 300 mill. passuum.

22. In oppido Cossarum specula est ad captandos thynnos comparata. Non enim glandes tantum sectatur thynnus, sed et purpuram prope terram, inde ab exteriore mari usque ad Siciliam.

23. Non longe a Roma lacus sunt, piscibus alendis optimi, e quibus typhe, papyrus et panicula Romam portantur.

24. Æneas Anchisæ filius e Troja Laurentum appellens, prope Tiberis ostia paulum supra mare, circiter quatuor et viginti stadia scilicet, ædificavit oppidum Albam. Adventante autem Latino rege Aboriginum, qui tunc loca ubi nunc Roma est incolebant, inter ipsum atque Æneam societas inita adversus vicinos Rutulos, qui per id tempus Ardeam tenebant. Distat autem ab Ardea Roma stadiis 160. Victor autem Æneam in affinitatem accepit. Inde rursus pugnam conserentibus Rutulis Latinus cecidit; ipsi vero ab Æneа subjugati sunt. Atque inde Æneas ejus loci imperium adeptus, suos etiam Latinos appellavit. Post hæc annis quadringentis, Amulii ac fratris Numitoris res gestas tradunt historiæ. Hi ab Æneа hoc modo descendere : uterque ab Ascanii prognatis per successionem Albæ regnum acceperunt; sed junior fratrum Amulius, natu majore supplantato, regnum obtinuit. Et quum Numitori filius esset ac filia, filium quidem inter venandum per dolum

---

p. 223, *D*. 224, *A*. τοῦτό τε δὴ] τοῦτο δὲ δὴ cod. ‖ — 19. p. 224, *C*. ‖ — 20. p. 225, *C*. ‖ — 21-22. p. 225, *D*. ‖ — 23. p. 226, *CD*. πάπυρος] πάπυροι cod. ‖ — 24. p. 229 et 230, *C*. ὑπὲρ τῆς θαλ.] ὑπο (sic) τ. θ. codex; Φαυστύλον] Φαίστυλον cod.; κτήσεις] κτίσεις cod.; τὸν καὶ νῦν] τε καὶ νῦν cod. ‖ —

Εἶτα φθορὰν φωράσας, διδύμων αὐτῇ παίδων γενομένων, τὴν μὲν εἶρξεν ἀντὶ τοῦ κτείνειν, χαριζόμενος τἀδελφῷ· τοὺς δ' ἐξέθηκε πρὸς τὸν Τίβεριν κατά τι πάτριον. Μυθεύεται μὲν οὖν ἐξ Ἄρεως γενέσθαι τοὺς παῖδας, ἐκτεθέντας δὲ ὑπὸ λυκαίνης δραθῆναι σκυλακευομένους· Φαυστύλον δέ τινα τῶν περὶ τὸν τόπον συφορβῶν ἀνελόμενον ἐκθρέψαι· καλέσαι δὲ τὸν μὲν Ῥωμύλον, τὸν δὲ Ῥέμον· ἀνδρωθέντας δὲ ἐπιθέσθαι τῷ Ἀμολίῳ καὶ τοῖς παισί. Καταλυθέντων δὲ ἐκείνων καὶ τῆς ἀρχῆς εἰς τὸν Νομίτορα περιστάσης, ἀπελθόντας οἰκαδε, κτίσαι τὴν Ῥώμην ἐν τόποις οὐ πρὸς αἵρεσιν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀνάγκην ἐπιτηδείοις· οὔτε γὰρ ἐρυμνὸν τὸ ἔδαφος ὅὔτε χώραν οἰκείαν ἔχον τὴν πέριξ, ὅση πόλει πρόσφορος, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώπους τοὺς συνοικίσοντας. Οἱ γὰρ ὄντες ᾤκουν καθ' αὑτοὺς, συνάπτοντες πρὸς τοῖς τείχεσι τῆς κτιζομένης πόλεως, οὐδὲ τοῖς Ἀλβανοῖς τοῖς τὴν Ἄλβαν οἰκοῦσι πάνυ προσέχοντες. Κολλατία δ' ἦν καὶ Ἀντέμναι καὶ Φιδῆναι καὶ Λαβικὸν καὶ ἄλλα τοιαῦτα· τότε μὲν πολίχνια, νῦν δὲ κῶμαι, κτήσεις ἰδιωτῶν, ἀπὸ [λ' ἢ] μικρῷ πλειόνων τῆς Ῥώμης σταδίων. Γενομένης δὲ στάσεως, φασὶ κατὰ τὴν κτίσιν τὸν Ῥέμον ἀποθανεῖν. Μετὰ δὲ τὴν κτίσιν ἀνθρώπους συνήλυδας ὁ Ῥωμύλος ἤθροιζεν, ἀποδείξας ἄσυλόν τι τέμενος μεταξὺ τῆς ἄκρας καὶ τοῦ Καπετωλίου, τοὺς δ' ἐκεῖ καταφεύγοντας τῶν ἀστυγειτόνων πολίτας ἀποφαίνων· ἐπιγαμίας δὲ τούτοις οὐ τυγχάνων ἐπηγγέλλετο ἕνα ἀγῶνα ἱππικὸν τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν, τὸν καὶ νῦν ἐπιτελούμενον. Συνελθόντων δὲ πολλῶν, πλείστων δὲ Σαβίνων, ἐκέλευσε τὰς παρθένους ἁρπάσαι τὰς ἀφιγμένας τοῖς δεομένοις γάμου. Μετιὼν δὲ τὴν ὕβριν Τίτος Τάτιος δι' ὅπλων, ὁ βασιλεὺς τῶν Κυριτῶν, ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς καὶ πολιτείας συνέβη πρὸς τὸν Ῥωμύλον. Δολοφονηθέντος δὲ ἐν Λαβινίῳ τοῦ Τατίου, μόνος ἦρξε Ῥωμύλος ἑκόντων τῶν Κυριτῶν. Μετὰ δὲ τοῦτον ἦρξε Νούμας Πομπίλιος, πολίτης τοῦ Τατίου, παρ' ἑκόντων λαβὼν τῶν ὑπηκόων.

25. Ὅτι ἀπὸ Ὠστίας ἕως Σινουέσσης ἡ παραλία Λατίνη καλεῖται· εἰς δὲ τὴν μεσόγαιαν μέχρι Καμπανίας διήκει καὶ Σαμνιτῶν. Ἅπασα δ' ἐστὶν εὐδαίμων καὶ πάμφορος, πλὴν ὀλίγων χωρίων λοιμωδῶν καὶ ἕλωδῶν καὶ νοσερῶν.

26. Ὅτι τὰ Ὤστια πόλις ἐστὶν ἀλίμενος παραλία διὰ τὰς τοῦ Τιβέριδος προχώσεις. Ἐκδέχονται δὲ τὰς φορτηγοὺς ὁλκάδας πλησίον τὰ ὑπηρετικὰ σκάφη τὸν γόμον μεταγγίζοντα· καὶ οὕτως ὁ ἀνάπλους γίνεται πρὸς τὴν Ῥώμην, ἀπέχουσαν Ὠστίων στάδια ρ/'.

27. Ὅτι Τυρρηνοὶ ἐλῄστευον τὴν Ἑλλάδα· λαβόντες δὲ οἱ Ἕλληνές τινας αὐτῶν ἀπέστειλαν προῖκα Ῥωμαίοις, ἐγκαλοῦντες ὡς οὐ δίκαια ποιούντων, εἴ γε Ἑλλήνων ἄποικοι ὄντες καὶ Διοσκούρων ἱερὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἱδρυσάμενοι, οὓς σωτῆρας εἶναι πάντες πι-

occidit; filiam vero, ut spem illi prolis interciperet, Vestæ sacerdotem constituit, servandæ virginitatis gratia. Hanc Rheam Silviam vocant. Corruptam postea deprehendens, gemellis partu editis, Silviam quidem conjecit in carcerem, fratri gratiam tribuens, puellos vero ritu patrio ad Tiberim exposuit. Fabulantur itaque a Marte genitos, animadversumque expositos a lupa catulorum loco ali, Faustulum vero, quendam loci illius subulcum, sublatos educasse, appellasseque alterum Romulum, Remum alterum. Hos ergo, quum adolevissent, in Amulium ejusque liberos impetum fecisse. Quibus exstinctis, ac regno Numitori restituto, domum reversos Romam condidisse in locis non arbitrio delectis et idoneis sed necessitate oblatis; neque enim solum natura munitum, neque agrum circumjacentem habebant proprium et qui urbi condendæ sufficeret, neque homines qui incolerent. Qui enim ea loca tenebant seorsim habitabant, urbis ædificandæ mœnibus propinqui, neque Albanis Albæ incolis valde addicti. Erant autem Collatia, Antemnæ, Fidenæ, Labicum aliæque hujus generis urbes; tunc quidem oppidula, nunc autem vici et privatorum possessiones, triginta aut paullo pluribus a Roma stadiis. Orta autem seditione inter ædificanda mœnia, Remum occisum fuisse tradunt. Urbe condita, Romulus homines convenas aggregat, sacrum quendam locum asylum aperiens inter arcem et Capitolium, quo perfugientes finitimos cives allegit. Quibus quum connubia adipisci nequiret, Neptuno sacrum equestre vulgat certamen, quod etiamnum celebratur. Convenientibus permultis, maxima ex parte Sabinis, edixit ut cœlibes cuncti virgines eo profectas raperent. Inde T. Tatius Curitum rex injuriam hanc armis vindicaturus, in regni societatem et civitatis cum Romulo convenit. Cæso autem per dolum Tatio in urbe Lavinii, solus Romulus Curitibus ita volentibus imperium tenuit. Post hunc regnavit Numa Pompilius, Tatii civis, oblato a subditis regno.

25. Ab Ostia Sinuessam usque ora maritima Latium dicitur, et in mediterranea tendit usque ad Campaniam et Samnites. Est autem tota felix, atque omnium rerum ferax, exceptis paucis quibusdam locis quæ palustria sunt et morbida.

26. Ostia urbs est maritima, ac propter limum, quem Tiberis multis amnibus impletus aggregat, importuosa. Quare naves onerarias e propinquo excipiunt navigia actuaria, in quæ onera tranferuntur ac sic sursum navigatur ab Ostiis Romam usque distantem stadiis centum nonaginta.

27. Ex Etruscis, latrocinia in Græcos exercentibus, captos nonnullos Romanis gratis remiserunt Græci, incusatione simul adjuncta, quod inique facerent, qui quum Græcorum essent coloni, et in foro Castoris ac Pollucis ædem locassent, quos servatores suos esse crederent omnes, adversus tamen ipsorum patriam

25. p. 231, *C.* ‖ — 26. p. 231, *D.* 232, *A.* ‖ — 27. p. 232, *BC.*

στεύουσιν, (οἱ δὲ) κατὰ τῆς τῶν Διοσκούρων πατρίδος λῃστὰς παρορῶσι στελλομένους, καὶ ταῦτα εὐνομώτατοι ὄντες. Ῥωμαῖοι δ' ἀκούσαντες ἐκώλυσαν τοὺς λῃστάς.

28. Ὅτι ἐν τῇ Λατινίᾳ ὄρος ἐστὶ νησίζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσι, καλούμενον Κιρκαῖον. Ἔχει δὲ καὶ Κίρκης ἱερὸν, καὶ δείκνυται ἔχον τινὰ φιάλην Ὀδυσσέως· διὸ τὰ τοῦ μύθου τῆς Κίρκης ἐκεῖ φασι γεγονέναι.

29. Ὅτι ἡ Ἀππία ὁδὸς ἔστρωται ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Βρεντεσίου.

30. Ὅτι οἱ πρῶτοι Ῥωμαῖοι ἐνόμιζον ἄμεινον εἶναι, ὅπως οἱ ἄνδρες ὦσι τοῖς τείχεσι πρόβλημα, ἀλλ' οὐ τὰ τείχη τοῖς ἀνδράσι. Διὸ τὴν Ῥώμην οὐ κατὰ αἱρεσιν, ἀλλὰ κατὰ ἀνάγκην ἔκτισαν ἐν ἐπιμάχῳ τόπῳ.

31. Ὅτι Αὔγουστος ἐνομοθέτησε Ῥωμαίοις, μὴ πλείω ποδῶν ὁ' ὕψος οἰκοδομεῖν οἰκίας, προνοούμενος τῶν συμπτωμάτων.

32. Ὅτι, τῶν Ἑλλήνων περὶ τὰς κτίσεις εὐστοχησάντων καὶ ἐρυμνότητος καὶ κάλλους καὶ λιμένων καὶ χώρας εὐφυοῦς, οἱ Ῥωμαῖοι ὑπερεβάλλοντο ταῖς τε τῶν ὁδῶν στρώσεσι καὶ ὑδάτων εἰσαγωγαῖς καὶ ὑπονόμοις.

33. Ὅτι οἱ πρῶτοι Ῥωμαῖοι, πρὸς ἄλλοις μείζοσι καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες, ὠλιγώρουν τοῦ κάλλους τῆς Ῥώμης· οἱ δ' ὕστεροι ἐπεμελήθησαν.

34. Ὅτι ἡ ἐν Ἰταλίᾳ Ἀγκὼν πόλις κτίσμα ἐστὶ Συρακουσίων τῶν τὴν Διονυσίου τυραννίδα μὴ ὑπομεινάντων, ἀλλὰ φυγόντων· ἔχει δὲ καὶ λιμένα.

35. Ὅτι Ῥωμαῖοι τὴν Ἥραν Κύπραν καλοῦσι, τὸν δὲ Κρόνον Σατόρνιον.

36. Ὅτι Μαρσοὶ καὶ Πελιγνοὶ καὶ Μαρρουκῖνοι καὶ Φρεντανοὶ, περὶ τὸ Ἀπέννινον οἰκοῦντες, μαχιμώτατοί εἰσι καὶ πολλάκις τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ἐπεδείξαντο· πρῶτον μὲν, μὴ θέλοντες ὑπὸ Ῥωμαίοις τελεῖν· εἶτα, συστρατεύοντες Ῥωμαίοις· εἶτα, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀντιποιούμενοι πολιτείας καὶ μὴ τυγχάνοντες, τὸν Μαρσικὸν ἐξῆψαν πόλεμον, ἀπὸ τῶν προκαταρξάντων ὀνομασθέντα· Κορφίνιον, τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν παραλίαν, κοινὴν πᾶσι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν ἀντὶ τῆς Ῥώμης, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου, μετωνόμασαν Ἰταλικὴν πόλιν· ἔνθα καὶ ὑπάτους καὶ στρατηγοὺς ἐχειροτόνησαν, καὶ δύο ἔτη πολεμήσαντες διεπράξαντο ὅσα ἐβούλοντο παρὰ Ῥωμαίων.

37. Ὅτι ἡ Καμπανία χώρα εὐδαιμονεστάτη ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο περιμάχητος γέγονεν Ὀπικοῖς τε καὶ Αὐσονίοις. Μητρόπολιν δ' ἔχει Καπύην, τὴν οἷον κεφαλήν· κάπην γὰρ τὴν κεφαλὴν καλοῦσι. Τὴν δὲ χώραν φασὶ τρὶς διὰ τοῦ ἔτους σπείρεσθαι, δὶς μὲν

prædones proficisci permitterent; atque id ita facerent, qui ceterorum mortalium essent legum observantissimi. Romani, hoc audito nuncio, prædones coercuerunt.

28. In Latio mons est instar insulæ, mari et paludibus clausus; Circæum vocant. Habet etiam Circes templum, et ostenditur in eo Ulyssis quædam patera; quapropter quæ de Circe fabulis produntur, illic perhibentur gesta fuisse.

29. Via Appia a Roma Brundusium usque strata est.

30. Prisci Romani satius putabant esse, ut viri mœnibus essent propugnacula quam contra. Quapropter Romam non pro arbitrio electionis, sed pro necessitate in loco condidere, qui posset oppugnari facile.

31. Augustus ut ruinas caveret, Romanis sanxit, ne altius septuaginta pedibus ædificarent.

32. Quum Græci in urbibus condendis excellerent eo, quod munitionis et pulchritudinis et portuum et soli felicitatis rationem haberent, Romani eos superarunt sternendis viis et aquæductibus et cloacis.

33. Prisci Romani aliis rebus majoribus ac necessariis magis occupati, urbis pulchritudinem neglexere; sed posteri magnam hac in re curam adhibuerunt.

34. Ancon, Italiæ urbs, Syracusanorum opus est, qui Dionysii tyrannidem non sustinentes fugere. Hæc etiam portum habet.

35. Romani Junonem Cypram vocant, Cronum autem Saturnum.

36. Marsi et Peligni et Marrucini et Frentani, circa Apenninum habitantes, pugnacissimi sunt, ac persæpe virtutem suam ostenderunt, ac primum quidem quum sub Romanis degere recusarunt, deinde quando cum ipsis militiæ societatem inierunt, postremo quum et libertatem et civitatis communionem assequi volentes et repulsam passi, Marsicum bellum accenderunt, quod ab iis qui primi id cœperant habuit nomen. Quo tempore Corfinium, Pelignorum metropolin maritimam, communem universis Italis civitatem loco Romæ designantes, eamque novo nomine Italicam appellantes, contra populum Romanum totius belli propugnaculum constituerunt; eoque in loco consules atque imperatores creavere, et bello per biennium protracto ea quæ volebant a Romanis impetrarunt.

37. Regio Campaniæ omnium felicissima est, proptereaque Opicis et Ausoniis frequenter bellorum causa exstitit. Metropolin habet Capuam, quam tanquam caput ita appellarunt : nam capen vocant caput. Tradunt regionem hanc ter quotannis seri, bis qui-

---

28. p. 232, *D.* || — 29. p. 233, *B.* || — 30. p. 234, *AD.* || — 31. p. 235, *B.* || — 32. p. 235, *C.* || — 33. p. 236, *A.* || — 34. p. 241, *A.* || — 35-36. p. 241, *BCD.* Μάρσοι καὶ Παλίγνοι... Φρεττανοί codex. || — 37. p. 242,

ζειᾷ, εἶτα ἐλύμῳ· τινὰ δὲ τῆς χώρας καὶ λαχανεύεσθαι τὸ τέταρτον. Ἔνθα καὶ ὁ Φαλερνὸς οἶνος γίνεται, ἄριστος ὤν.

38. Ὅτι ἡ ἐν Ἰταλίᾳ Κύμη, τῆς Καμπανικῆς μοίρας, Ἑλληνική ἐστι, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων ἀρχαιότατον κτίσμα, συμφωνησάντων, ἵνα τῶν μὲν τὸ ὄνομα ἔχοι ἡ κτισθησομένη πόλις, τῶν δὲ ἵνα ἡ ἀποικία λέγοιτο· διὸ καὶ νῦν, Κύμη καλουμένη, Χαλκιδέων λέγεται ἀποικία. Οἱ δὲ τὸν στόλον ἄγοντες Ἱπποκλῆς τε ὁ Κυμαῖος καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεὺς ἦσαν.

39. Ὅτι μετὰ τὴν Κύμην πόλιν πρὸς νότον ἐστὶ τὸ Μισηνὸν ἄκρον, μεθ' ὃ αἱ Βαῖαι καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα, πρός τε τρυφὴν καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. Ὅθεν οἱ Ῥωμαῖοι βαΐαν καλοῦσι τὴν τροφὸν καὶ βαϊοῦλον, διὰ τὰς Βαΐας, τόπον ὄντα ἀπολαυστικώτατον καὶ τρυφῶντι ἐπιτήδειον.

40. Ὅτι τὴν Δικαιαρχίαν πόλιν Ῥωμαίων τινὲς οἰκήσαντες κατὰ τὴν Ἀννίβα στρατείαν μετωνόμασαν Ποτιόλους· ἔχει δὲ λιμένα χειροποίητον. Ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως εὐθὺς ἡ τοῦ Ἡφαίστου ἀγορὰ, πεδίον περικεκλεισμένον διαπύροις ὀφρύσι, καμινώδεις ἐχούσαις ἀναπνοὰς πολλαχοῦ καὶ βρομώδεις ἱκανῶς· τὸ δὲ πεδίον θείου πλῆρές ἐστι συρτοῦ.

41. Ὅτι περὶ τὴν Κύμην σημεῖά τινα δείκνυνται τῆς μυθευομένης ἐν Ὀδυσσείᾳ νεκυομαντείας· οἷον Στὺξ καὶ Ἀχερουσία λίμνη καὶ Ἀχέρων καὶ τὰ ἐκεῖσε θερμὰ λουτρὰ ἀντὶ τοῦ Πυριφλεγέθοντος· ἔστι δὲ καὶ διῶρυξ κρυπτὴ, διεξόδους ἔχουσα καὶ νεκυομαντεῖον, καὶ οἱ εἰσιόντες διὰ νυκτὸς εἰσίασι καὶ ἐξέρχονται, ὥστε ἀναλογεῖν τοῖς παρ' Ὁμήρῳ Κιμμερίοις. Τὸ δ' αὐτὸ φαίνεται ἔργον καὶ περὶ τὴν πλησίον Νεάπολιν.

42. Ὅτι ἐν Νεαπόλει θερμὰ λουτρά εἰσιν ὑγιαστικά τε καὶ ἀπολαυστικὰ, οὐ χείρω μὲν τῶν ἐν Βαΐαις, ἐλάττω δέ. Καὶ πολλοὶ Ῥωμαίων, ἐρῶντες ἡσυχίας τε καὶ ἀναπαύσεως, μετοικίζονται εἰς Νεάπολιν.

43. Ὅτι ὑπὲρ τὴν Νεάπολιν ὄρος ἐστὶν Οὐεσούϊον καλούμενον, ἀγροῖς περιοικούμενον παγκάλοις, πλὴν τῆς κορυφῆς· αὕτη δ' ἐπίπεδος μὲν πολὺ μέρος ἐστὶν, ἄκαρπος δ' ὅλη. Ἐκ δὲ τῆς ὄψεως τεφρώδης ἐστὶ καὶ κοιλάδας φέρει σηραγγώδεις πετρῶν αἰθαλωδῶν κατὰ τὴν χρόαν, ὡς ἂν ἐκβεβρωμένων ὑπὸ πυρός· ὥστε τεκμήραιτο ἄν τις τὸ χωρίον τοῦτο καίεσθαι πρότερον καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρὸς, σβεσθῆναι δ' ἐπιλιπούσης τῆς ὕλης. Τάχα δὲ καὶ τῆς εὐκαρπίας τῆς κύκλῳ τοῦτο αἴτιον· ὥσπερ ἐν τῇ Κατάνῃ τὸ κατατεφρωθὲν μέρος ἐκ τῆς σποδοῦ τῆς ἀνενεχθείσης ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς εὐάμπελον τὴν γῆν ἐποίησεν. Ἔχει μὲν γὰρ τὸ λιπαῖνον καὶ ἡ ἐκπυρουμένη βῶλος καὶ ἡ ἐκφέρουσα τοὺς καρπούς. Πλεονάζουσα δὲ τῷ λίπει πρὸς ἐκπύρωσιν ἐπιτηδεία, καθάπερ ἡ θειώδης πᾶσα· ἐξικ-

dem zea, deinde panico; quædam etiam loca ejus regionis quarto satu olera producere. Hic Falernum vinum nascitur, quod optimum habetur.

38. Cumæ Italiæ, in Campania sitæ, Græca civitas, Chalcidensium et Cumæorum colonia antiquissima, qui inter se pepigere, ut horum quidem haberet nomen, illorum autem diceretur colonia; quapropter etiamnum Cumæ appellatur, Chalcidensium tamen putatur colonia. Colonorum ductores fuere Hippocles Cumæus, et Megasthenes Chalcidensis.

39. Post urbem Cumarum versus austrum Misenum est promontorium; deinde Bajæ et aquæ calidæ, tum ad delicias tum ad morbos sanandos commodissimæ. Unde Romani bajam nutricem vocant, et bajulum, ob Bajas, scilicet, locum voluptati ac deliciis aptissimum.

40. Dicæarchiam urbem Romanorum aliqui Annibalis bello habitare incipientes, mutato nomine appellarunt Puteolos. Portum habet manufactum. Super urbem statim Vulcani forum imminet, campus circumquaque inclusus superciliis ignitis, quæ passim tanquam e caminis incendium magno cum fremitu exspirant: campus autem sulphure tractili est plenus.

41. Circa Cumas signa quædam necromantiæ ostenduntur, de qua in fabulis Odysseæ mentio fit, veluti Styx, Acherusia lacus, Acheron et lavacra calida loco Pyriphlegethontis. Est etiam occulta fossa illic committentes inter se meatus habens et oraculum, ad quod advenæ noctu ingrediuntur et redeunt, ut non absimile sit quod de Cimmeriis apud Homerum scribitur. Idem opus visitur etiam ad vicinam Neapolim.

42. Ad Neapolin calida lavacra sunt, et sanitati et deliciis idonea, non inferiora iis quæ apud Bajas sunt, quamvis minora; multique e Romanis, quietem et otium sectantes, Neapolim secedunt.

43. Supra Neapolim mons est (Vesuvium appellant) amœnissimis agris circumhabitatus, solo excepto vertice, qui magna sui ex parte planus est, fructum omnino nullum ferens. Adspectu cinereus est, cavernasque ostendens fistularum plenas et lapidum colore fuliginoso, utpote ab igne exesorum: ut conjecturam facere possis loca ista quondam arsisse, et ignis crateras habuisse, deinde materia deficiente restincta fuisse. Fortasse hæc etiam causa est fertilitatis locorum circumjacentium: quemadmodum de Catana proditum est, ejectum ab Ætnæis ignibus cinerem ea parte lætam vinetis tellurem effecisse. Habet enim pingue aliquid et quæ igne excoquitur gleba, et quæ uberes affert fructus. Ac dum pingui abundat, ignis idonea fit materia, sicut sulphureum omne: pinguedine autem consumta, et gleba restincta

BCD. 243, *A.* || — 38. p. 243, *B.* || — 39. p. 243, *D.* 244, *A.* || — 40. p. 245, *C.* 246, *A.* ἐχούσαις] ἐχούσας codex. || — 41. p. 244, *A.* 245, *AB.* τοὺς...Κιμμερίους] τοῖς... Κιμμερίοις cod. || — 42. p. 246, *CD.* || — 43.

μασθεῖσα δὲ καὶ σβεσθεῖσα καὶ ἐκτεφρωθεῖσα εἰς καρπογονίαν μεταβάλλει.

44. Ὅτι πρὸ τῆς Πικεντίνης καὶ Καμπανίας τοῦ κόλπου τοῦ προσαγορευομένου Κρατῆρος καὶ ἀφοριζομένου τῷ τε Μισηνῷ καὶ τῷ Ἀθηναίῳ ἀκρωτηρίοις νησῖδές εἰσιν, αἵ τε Πιθηκοῦσσαι καὶ Καπρέαι καὶ Σειρηνοῦσσαι καὶ Προχύτη.

45. Ὅτι κατὰ τὸν Πίνδαρον πᾶς ὁ χῶρος ὁ ἀπὸ τῆς Κύμης μέχρι Σικελίας διάπυρός ἐστι καὶ κατὰ βάθους ἔχει κοιλίας τινὰς εἰς ἓν συναπτούσας. Διόπερ τοιαύτη ἐστὶν ἥ τε Αἴτνη καὶ αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι καὶ τὰ περὶ Δικαιαρχίαν καὶ Νεάπολιν καὶ Βαΐας χωρία καὶ αἱ Πιθηκοῦσσαι.

46. Ὅτι Τίμαιος ἱστορεῖ, ἀπὸ σεισμῶν λόφον τινὰ τῶν περὶ τὴν Νεάπολιν νήσων καταπεσόντα ἀναβαλεῖν πῦρ καὶ τὸ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τῆς θαλάσσης ἐξῶσαι (πάλιν) ἐπὶ τὸ πέλαγος· τὸ δ' ἐκτεφρωθὲν τῆς γῆς, μετεωρισμὸν λαβόν, κατασκῆψαι πάλιν τυφωνοειδῶς εἰς τὴν νῆσον, καὶ [εἰς] τρεῖς τὴν θάλατταν σταδίους ἀναχωρήσασαν μετ' οὐ πολὺ ὑποστρέψαι καὶ τῇ παλιρροίᾳ κατακλύσαι τὴν νῆσον καὶ γενέσθαι σβέσιν τοῦ ἐν αὐτῇ πυρός· ἀπὸ δὲ τοῦ ἤχου τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ φυγεῖν ἐκ τῆς παραλίας εἰς τὴν Καμπανίαν.

47. Ὅτι τοῖς Καμπανοῖς συνέβη διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν ἐπ' ἴσον ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καὶ κακῶν. Ἐπὶ τοσοῦτον μὲν γὰρ ἐτρύφησαν, ὥστε ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν πρὸς ζεύγη μονομάχων, ὁρίζοντες ἀριθμὸν κατὰ τὴν τῶν δείπνων ἀξίαν. Ἀννίβα δ' ἐξ ἐνδόσεως λαβόντος αὐτούς, δεξάμενοι χειμαδίοις τὴν στρατιάν, οὕτως ἐξεθήλυναν ταῖς ἡδοναῖς, ὥστε ὁ Ἀννίβας ἔφη, νικῶν κινδυνεύειν ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι, γυναῖκας ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών. Ῥωμαῖοι δὲ κρατήσαντες πολλοῖς κακοῖς αὐτοὺς ἐσωφρόνισαν.

48. Ὅτι μετὰ τὴν Καμπανίαν ἡ Πικεντίνη ἐστὶ παραλία. Ἄποικοι δ' οὗτοι γεγόνασιν ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀδρίᾳ Πικήνων, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξαναστάντες εἰς τὸν Ποσειδωνιάτην τοῦτον κόλπον, ὃς νῦν Παιστανὸς καλεῖται, καὶ ἡ πόλις ἡ Ποσειδωνία Παιστὸς, ἐν μέσῳ κειμένη τῷ κόλπῳ. Ἐπίνοσος δ' ἐστὶν ἡ πόλις διὰ τὰ περικείμενα ἕλη τοῦ ποταμοῦ.

49. Ὅτι περὶ Πικεντίνους καὶ Λευκανοὺς ὕδωρ ἐστὶ πότιμον, ἐν ᾧ, φυτοῦ τινος ἐμβληθέντος, εὐθὺς λιθοῦται τὸ φυτὸν, φυλάττον τὴν χρόαν καὶ τὸ σχῆμα ὅπερ καὶ εἶχεν.

atque in cinerem redacta, ad frugum procreationem apta redditur.

44. Ante sinum Picentini agri et Campaniæ, quem Craterem appellant, duobus ad meridiem spectantibus promontoriis inclusum Miseno et Athenæo, insulæ sunt exiguæ, Pithecusæ, Capreæ, Sirenussæ et Prochyta.

45. Juxta Pindarum tractus totus a Cumis in Siciliam usque ignitus est, et in profundo quasdam in unum coeuntes cavernas habet. Quapropter et Ætna et Liparenses insulæ et quæ Dicæarchiæ et Neapoli et Bajis adjacent loca et Pithecusæ talem habent naturam.

46. Timæus tradit collem quendam insularum Neapoli vicinarum terræ motu concussum ignem evomuisse, et quod inter ipsum ac mare in medio erat in mare propulisse: ac terram in cineres versam et in sublime evectam rursum vehementi turbine in insulam incubuisse, ac mare tribus inde in altum recessisse stadiis, sed paulo post reversum æstu inundasse insulam ignemque in ea exstinxisse; fragore autem perculsos eos qui continentem habitabant, ex ora maris in Campaniam profugisse.

47. Campanis ob loci felicitatem usu venit, ut ex æquo malis fruerentur ac bonis. Eo enim luxus progressi sunt, ut ad gladiatorum paria depugnantium convivas ad cœnam invitarent, eorum numerum pro cœnarum dignitate definientes. Quumque Hannibal in deditionem eos suscepisset, exercitum ejus in hiberna acceptum adeo voluptatum illecebris effœminarunt, ut Hannibal dixerit, periculum sibi esse ne victor ab hostibus opprimeretur, qui loco virorum mulieres recepisset milites. Romani autem victoriam consecuti eos multis calamitatibus castigarunt.

48. Post Campaniam Picentinorum est maritima gens. Hi coloni sunt Picenorum, qui Adriam colunt, a Romanis in hunc sinum Posidoniatem traducti, qui nunc Pæstanus vocatur, et Posidonia urbs nunc Pæstus, in medio sinu locata. Est autem morbosum oppidum ob circumjacentes fluvium paludes.

49. Juxta Picentinos et Lucanos aqua est potui apta, in quam planta injecta illico duratur in lapidem, servato tamen pristino colore et figura.

p. 247, *ABC.* ‖ — 44. p. 247, *CD.* ‖ — 45. p. 248, *AB.* ‖ — 46. p. 248, *C.* καὶ τρεῖς τῆς θαλάττης χώρας σταδίους ἀναχωρῆσαν, et deinde καταναῦσαι pro κατακλύσαι codex. ‖ — 47. p. 250, *D.* 251, *ABC.* ἐτρύφησαν] εὐετρύφησαν codex. ὥστε ὁ Ἀννίβας ἔφη] sic Strabo; ὥστε τὸν Ἀννίβαν φάναι codex, qui in sqq. habet ἐσωφρόνησαν. ‖ — 48-49. p. 251, *AB.* Παιστανὸς] Παιστάνες codex.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ ς'.

1. Ὅτι πρὸ τοῦ Ποσειδωνιάτου κόλπου Λευκωσία νῆσός ἐστιν, ἐπώνυμος μιᾶς τῶν Σειρήνων, ὅτε ἑαυτὰς κατεπόντωσαν διὰ τὸν Ὀδυσσέα.

2. Ὅτι μετὰ τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον πρὸς νότον ἕτερός ἐστι κόλπος, ἔνθα πόλις Φωκαέων κτίσμα Ἔλη (οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν αὐτὴν καλοῦσι), πατρὶς οὖσα Παρμενίδου καὶ Ζήνωνος, τῶν Πυθαγορείων. Εὐνομεῖτο δ' ἡ πόλις, καὶ διὰ τὴν τῆς χώρας λυπρότητα ἐθαλαττούργουν καὶ ταρίχη κατεσκεύαζον καὶ τὰ τοιαῦτα.

3. Ὅτι ὁ πάσης Λευκανίας παράπλους στάδια χν'. Καὶ πρὸς τῷ πέρατι τῆς Λευκανίας ἡρῷον τοῦ Δράκοντος, ἑνὸς τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων· ἐφ' οὗ καὶ ὁ χρησμὸς ἐγένετο· « Λάϊον ἀμφὶ Δράκοντα πολύν ποτε λαὸν ὀλεῖσθαι. » Ἐπὶ γὰρ ταύτην λαοὶ στρατεύσαντες οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἕλληνες ὑπὸ Λευκανῶν ἠτύχησαν, ἐξαπατηθέντες τῷ χρησμῷ.

4. Ὅτι Πετιλία, ἡ τῶν Λευκανῶν μητρόπολις, Φιλοκτήτου ἐστὶ κτίσμα, κατὰ στάσιν ἐκπεσόντος τῆς Μελιβοίας· αὕτη τε καὶ ἡ Κρίμισσα περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους.

5. Ὅτι ἀπὸ Λευκοπέτρας τῆς ἐν τῷ πορθμῷ ὡς ἐπὶ βορρᾶν ἡ παραλία περὶ μίλια σ' ὑπὸ Βρεττίων οἰκεῖται· ἥτις πρότερον μὲν Οἰνωτρία ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Ἰταλία ἰδίως. Ὅριον δ' αὐτῆς πρὸς μὲν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει ὁ Λαῦος ποταμός, πρὸς δὲ τῷ Σικελικῷ τὸ Μεταπόντιον.

6. Ὅτι ὁ μὲν Ἱππωνιάτης κόλπος ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, ὁ δὲ Σκυλλητικὸς κόλπος ἐν τῷ Σικελικῷ, ἀπολαμβάνουσιν ἰσθμὸν μεταξὺ ἑαυτῶν σταδίων ἑκατὸν ἑξήκοντα. Ὁ δὲ περίπλους τῆς χερρονήσου στάδιοι ,β.

7. Ὅτι ἡ τῶν Λευκανῶν χώρα μεταξὺ κεῖται δύο θαλασσῶν· ὧν ἡ μὲν Τυρρηνικὴ ἀπὸ Λαύου ποταμοῦ ἕως Σιλάρου ποταμοῦ ἐστιν, ἡ δὲ Σικελικὴ ἀπὸ Θουρίων εἰς Μεταπόντιον· κατὰ δὲ τὴν ἤπειρον ἀπὸ Σαμνιτῶν ἕως τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ μεταξὺ Λαύου τε ποταμοῦ καὶ Θουρίων· πλάτος δὲ τοῦ ἰσθμοῦ τούτου τ' στάδια. Πρὸς δὲ νότον ὑπὲρ τούτων Βρέττιοι ἔχουσιν ἕως τοῦ ἰσθμοῦ, ἀπολαμβάνοντες τὴν χερρόνησον τὴν μεταξὺ Ἱππωνιάτου κόλπου καὶ Σκυλλητικοῦ. Βρεττίους δὲ καλοῦσιν αὐτοὺς οἱ Λευκανοὶ, καὶ δηλοῖ τὸ ὄνομα ἀποστάτας· δοῦλοι γὰρ ὄντες τῶν Λευκανῶν ἀπέστησαν αὐτῶν, συμμαχοῦντος Διονυσίου τοῦ Σικελίας τυράννου.

CHRESTOMATHIÆ

E STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO VI.

1. Ante sinum Posidoniatem Leucosia est insula, nomen ab una e Sirenibus sortita, quo tempore ob Ulyssem in profundum sese abjecerunt.

2. Post sinum Posidoniatem versus austrum alius sinus est, ubi urbs Ela (nunc Elea dicitur) est a Phocæensibus condita, patria Parmenidis et Zenónis Pythagoreorum. Erat bonis legibus instituta; ceterum ob soli sterilitatem incolæ mare exercebant et salsamentis aliisque id genus rebus operam navabant.

3. Totius Lucaniæ præternavigatio stadiorum est 650; et ad Lucaniæ terminum Draconis sacellum est, qui e comitibus Ulyssis exstitit, de quo illud oraculum est vulgatum : « Qua Draco Laius est, multum populum (*laum*) periturum. » Adversus hanc enim Græci qui in Italia erant populi (*lai*), ducto exercitu, a Lucanis cladem acceperunt, hoc oraculo decepti.

4. Petilia Lucanorum urbs primaria a Philoctete condita est, quo tempore per seditionem e Melibœa profugit. In eadem regione Crimissa quoque sita est.

5. A Leucopetra, quæ juxta fretum est, versus boream ora maritima per 200 miliaria a Bruttiis incolitur. Hæc primum vocabatur OEnotria, postmodum Italia proprie cœpit appellari. Limites ejus sunt a mari Etrusco Laus fluvius, a Siculo Metapontium.

6. Sinus Hipponiates in mari Tyrrheno et Scylleticus sinus in Siculo intra se isthmum amplectuntur stadiorum 160; circumnavigatio autem Chersonesi stadiorum est 2,000.

7. Lucanorum regio inter duo maria sita est, quorum alterum Etruscum a Lao fluvio usque ad Silarum fluvium progreditur, Siculum vero a Thuriis Metapontium usque; per continentem vero Lucania pertinet a Samnitibus usque ad isthmum, qui inter Laum est fluvium et Thurios. Hujus isthmi latitudo stadiorum est 300. Supra Lucanos versus austrum habitant Bruttii usque ad isthmum, occupantes Chersonesum quæ inter Hipponiatem et Scylleticum sinum continetur. Bruttios autem sic vocarunt Lucani, et significat hoc nomen fugitivos; nam prius Lucanorum servi fuere, et ab iis adjuvante Dionysio Siciliæ tyranno defecerunt.

Liber VI. — 1-2. p. 252, *AB*. Ἐλέαν] Ἐλαίαν cod.; Πυθαγορίων cod. ‖ — 3. p. 253, *AB*. ‖ — 4. p. 254, *AB*. ‖ — 5. p. 254, *D*. ‖ — 6. p. 255, *A*. ‖ — 7. p. 255, *BC*.

8. Ὅτι ἐγγὺς τοῦ Λαύου πρὸς νότον ἡ Τέμεσά ἐστι πόλις, ἡ ὕστερον Τέμψα κληθεῖσα· ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται. Καί εἰσι καὶ χαλκουργεῖα ἐκεῖ ἐκλελοιπότα· καὶ ἡρῷον ἐκεῖ Πολίτου, τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων ἑνός, δολοφονηθέντος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καὶ μηνίσαντος κατ' αὐτῶν χαλεπῶς οὕτως, ὡς καὶ δασμοφορεῖν αὐτοὺς ὅσα ἔτη· καὶ παροιμίαν ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι· « Μηδεὶς τὸν ἥρωα τὸν ἐν Τεμέσῃ. » Λέγεται δὲ καὶ Ταμάση διὰ τοῦ α. Τινὲς δ' οὐ ταύτης φασὶ τὸν Ὅμηρον μεμνῆσθαι.

9. Ὅτι μετὰ τὴν Τέμψαν Κοσεντία ἐστὶ μητρόπολις Βρεττίων· καὶ μετ' αὐτὴν Πανδοσία, φρούριον ὀχυρὸν τρικόρυφον, Ἀχέροντι ποταμῷ περιρρεόμενον· ἔνθα ὁ Μολοττὸς Ἀλέξανδρος διεφθάρη, ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐκ Δωδώνης χρησμοῦ, κελεύοντος φυλάττεσθαι Πανδοσίαν καὶ Ἀχέροντα· ἦσαν δὲ ἄρα καὶ περὶ Θεσπρωτίαν Πανδοσία καὶ Ἀχέρων. Ἐξηπάτησε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον· « Πάνδοσία τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις· » ἄδηλον ὅν, πότερον οἰκεῖον ἢ ὀθνεῖον.

10. Ὅτι οἱ ἐν Πελοποννήσῳ Μεσσήνιοι ἔπεμψαν ἑαυτῶν παρθένους εἰς ἱερουργίαν τῇ Ἀρτέμιδι· ἅς τινες τῶν Λακεδαιμονίων καὶ αὐτῶν Μεσσηνίων κατὰ τὴν ὁδὸν ἐβιάσαντο. Ταύτας οἱ πέμψαντες Μεσσηνίων ἐκδικοῦντες ἐπολέμησαν τοῖς βιασαμένοις καὶ ἡττηθέντες ἔφυγον· καὶ εἰς Δελφοὺς πέμψαντες ἐνεκάλουν, μεμφόμενοι τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν, εἰ τοιούτου τυγχάνοιεν, ἀνθ' ὧν ἐτιμώρουν αὐτοῖς, καὶ πυνθανόμενοι πῶς ἂν σωθεῖεν ἀπολωλότες· ὁ δ' Ἀπόλλων ἐκέλευσε στέλλεσθαι μετὰ Χαλκιδέων εἰς τὸ Ῥήγιον καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ χάριν ἔχειν· οὐ γὰρ ἀπολωλέναι αὐτοὺς, ἀλλὰ σεσῶσθαι, μέλλοντάς γε μὴ συναφανίσεσθαι τῇ πατρίδι, ἁλωσομένῃ μικρὸν ὕστερον ὑπὸ Σπαρτιατῶν. Οἱ δὲ πεισθέντες ἔκτισαν σὺν Χαλκιδεῦσι τὸ Ῥήγιον ἐν Σικελίᾳ.

11. Ὅτι Ῥήγιον ἐκλήθη διὰ τὸ ῥαγῆναι ὑπὸ σεισμῶν μεγάλων ἐκ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν. Τεκμαίροιτο δ' ἄν τις ἀπὸ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην συμπτωμάτων καὶ τῶν κατὰ Λιπάραν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, ἔτι δὲ καὶ τῶν κατὰ τὰς Πιθηκούσσας καὶ τὴν προσεχῆ περαίαν ἅπασαν, οὐκ ἀπεικὸς εἶναι καὶ τοῦτο συμβῆναι. Νυνὶ μὲν οὖν, ἀνεῳγμένων τούτων τῶν στομάτων, δι' ὧν τὸ πῦρ ἀναφυσᾶται καὶ μύδροι καὶ ὕδατα ἐκπίπτει, σπάνιόν τι σείεσθαί φασι τὴν περὶ τὸν πορθμὸν γῆν· τότε δὲ, πάντων ἐμπεφραγμένων τῶν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν πόρων, ὑπὸ γῆς σμυχόμενον τὸ πῦρ καὶ τὸ πνεῦμα σεισμοὺς ἀπειργάζετο σφοδρούς· μοχλευόμενοι δ' οἱ τόποι πρὸς τὴν βίαν τῶν ἀνέμων ὑπεῖξάν ποτε καὶ ἀναρραγέντες ἐδέξαντο τὴν ἑκατέρωθεν θάλατταν, καὶ ταύτην καὶ τὴν μεταξὺ τῶν ἄλλων τῶν ταύτῃ νήσων· καὶ γὰρ ἡ Προχύτη καὶ Πι-

8. Prope Laum versus austrum Temesa urbs est, postmodum Tempsa appellata, cujus et Homerus meminit. Apud eam fodinæ sunt æris, quæ hoc tempore defecerunt; item sacellum Politæ Ulyssis sociorum uni dicatum, qui barbarorum ejus loci fraude trucidatus graves iras in eos exercuit, adeo ut annuum ei tributum penderent. Proverbium quoque de eo fuisse dicunt : « Nemo Temesæum heroem provocet. » Dicitur vero etiam Tamasa per a. Quidam ajunt non hujus Temesæ Homerum meminisse.

9. Post Tempsam Cosentia est Bruttiorum caput, et post ipsam Pandosia, validum propugnaculum, tres habens vertices, quod circumfluit Acheron fluvius. Ibi Molossorum rex Alexander trucidatus fuit, Dodonæo oraculo deceptus, Acherontem atque Pandosiam cavere jubente, nimirum ejusdem appellationis loca etiam in Thesprotico agro erant. Aliud præterea oraculum decepit virum : « Pandosia ingentem es populum exstinctura trivertex. » Ubi incertum erat utrum hostium an suorum clades ostentaretur.

10. Virgines a Messeniis Peloponnesi ad sacra Dianæ facienda missas nonnulli e Lacedæmoniis ipsisque adeo Messeniis in itinere violarunt. Eas Messenii qui miserant vindicaturi violatoribus bellum intulerunt, devictique in fugam versi sunt. Missi itaque legati ad Delphos expostulatum cum Apolline atque Diana, quod ejusmodi mercedem reciperent pro allato diis subsidio, rogitantes quonam pacto ex ea calamitate servarentur. Quibus respondit Apollo, ut una cum Chalcidensibus Rhegium commigrarent, et sorori gratias haberent. Non enim periisse eos, sed servatos esse, ut qui non una cum patria paullo post a Spartiatis capienda perituri sint. Illi autem paruerunt, atque una cum Chalcidensibus Rhegium in Sicilia condiderunt.

11. Rhegium inde nomen habet, quod Sicilia magnis terræ motibus a continente est avulsa. Argumenta autem, quibus potuisse id evenire probes, sumere licet ex iis quæ acciderunt circa Ætnam aliasque Siciliæ partes et Liparam ac circumjacentes insulas, item in Pithecussis et in objecta iis ora maritima. Nunc sane posteaquam fuere aperta orificia per quæ ignis respirat, et igniti lapides atque aquæ emittuntur, raro fit ut freto adjacens terra motibus concutiatur; at quo tempore omnes qui nunc in superficiem tendunt meatus occluderentur, in subterraneis concavitatibus ardentes ignes et spiritus vehementes terræ motus efficiebant. Agitati itaque ventorum violentia loci cessere, perruptique utrumque mare admiserunt, tum quod in freto Siculo est tum quod inter alias ibi insulas et continentem intercedit; nam et Prochyta et

8. p. 255, *CD*. 256, *A*. ‖ — 9. p. 256, *AB*. Τέμψαν] Μάμψαν cod. ‖ — 10. p. 257, *CD*. τοιούτου] τοιοῦτοι cod. ‖ — 11. p. 258, *A*. 260, *A*. ὁλοπτέρους] κολοπτέρους conj. Meinekius. Mox ἔφασαν aut corrigendum aut ejiciendum est. ‖ — τὰ σώματα ἐφ' οἷς] Sic Strabo; τὰ πράγματα ἐν οἷς cod. ‖ —

θηκοῦσσαι ἀποσπάσματα τῆς ἠπείρου καὶ αἱ Καπρίαι καὶ ἡ Λευκωσία καὶ Σειρηνοῦσσαι καὶ Οἰνωτρίδες. Αἱ δὲ καὶ ἐκ τοῦ πελάγους ἀνέδυσαν, καθάπερ καὶ νῦν πολλαχοῦ συμβαίνει· τὰς μὲν γὰρ πελαγίας ἐκ βυθοῦ μᾶλλον ἀνενεχθῆναι πιθανὸν, τὰς δὲ προκειμένας τῶν ἀκρωτηρίων καὶ πορθμῷ διειργομένας ἐντεῦθεν ἀπερρωγέναι δοκεῖν εὐλογώτερον. Ἡ δὲ Λευκοπέτρα νοτιωτέρα ἐστὶ τοῦ Ῥηγίου, καὶ ἔτι τὸ Ἡράκλειον πέρας νότιον· καὶ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς ἀνατολὰς βορειότερον τὸ Ζεφύριον ἄκρον καὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι Λοκροὶ, ἄποικοι τῶν πρὸς τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ Λοκρῶν. Καί εἰσιν ἀπὸ Ῥηγίου πόλεως μέχρι Λοκρῶν πόλεως στάδιοι χ'. πρῶτοι δὲ Λοκροὶ οὗτοι νόμοις ἐγγράπτοις ἐχρήσαντο καὶ εὐνομήθησαν ἔτη πολλά. Καὶ Διονύσιος, ἐκπεσὼν Σικελίας, ἀνομώτατα πάντων διεχρήσατο· ὅς γε προεγάμει μὲν, παρεισιὼν εἰς τὸ δωμάτιον, τὰς νυμφοστοληθείσας· συναγαγὼν δὲ τὰς ὡραίας παρθένους περιστερὰς ὁλοπτέρους ἐν τοῖς συμποσίοις ἠφίει κἀκείνας ἐκέλευε γυρεύειν γυμνάς· τινὰς δὲ καὶ σανδάλια ὑποδουμένας ἄζυγα, τὸ μὲν ὑψηλὸν, τὸ δὲ ταπεινὸν, περιδιώκειν ἔφασαν* τοῦ ἀπρεποῦς χάριν. Δίκας μέντοι ἔδωκεν· ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν Σικελίαν ἐπανῆλθε τὴν ἀρχὴν ἀναληψόμενος, οἱ Λοκροὶ καταλύσαντες τὴν φρουρὰν ἠλευθέρωσαν σφᾶς καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν δύο θυγατέρων καὶ τοῦ νεωτέρου υἱοῦ κύριοι κατέστησαν. Πολλὰ δὲ δεομένῳ τῷ Διονυσίῳ καὶ αὐτῷ, καὶ Ταραντίνοις ὑπὲρ αὐτοῦ, προέσθαι τὰ σώματα ἐφ' οἷς ἂν ἐθελήσωσιν, οὐκ ἔδοσαν· ἀλλὰ τὸν θυμὸν εἰς τὰς θυγατέρας τὸν πλεῖστον ἐξέχεαν. Καταπορνευθείσας γὰρ ἐστραγγάλισαν· εἶτα καύσαντες τὰ σώματα κατήλεσαν τὰ ὀστᾶ καὶ κατεπόντωσαν.

12. Ὅτι Ἅλης ποταμὸς διορίζει Ῥηγίνην τε καὶ Λοκρίδα· οὗ ἐν ταῖς ὄχθαις ἴδιόν τι συμβαίνει περὶ τοὺς τέττιγας. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ τῶν Λοκρῶν περαίᾳ φθέγγονται, τοῖς δὲ ἀφώνοις εἶναι συμβαίνει. Τὸ δ' αἴτιον εἰκάζουσιν, ὅτι τοῖς μὲν παλίνσκιόν ἐστι τὸ χωρίον, ὥστε ἐνδρόσους ὄντας μὴ διαστέλλειν τοὺς ὑμένας, τοῖς δὲ ἡλιαζομένοις ξηροὺς καὶ κερατώδεις ἔχειν, ὥστε ἀπ' αὐτῶν εὐφυῶς ἐκπέμπεσθαι τὸν φθόγγον. Τὴν δὲ μεσόγαιαν Λοκρῶν καὶ Ῥηγίνων Βρέττιοι κατέχουσιν· ἐν οἷς καὶ ἡ ἀρίστη πίττα γίνεται καὶ πλείστη.

13. Ὅτι μετὰ (τὸ ἄκρον) Λοκροὺς ἡ Σάγρα ἐστίν· ἔνθα μύριοι Λοκροὶ μετὰ Ῥηγίνων πρὸς ιγ' μυριάδας Κροτωνιατῶν ἀγωνισάμενοι ἐνίκησαν. Καὶ ἐκ τούτου ἡ παροιμία πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας· « ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. » Φασὶ δὲ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τὴν ἀγγελίαν μηνυθῆναι Ὀλυμπίασι τοῦ ἔργου τούτου.

14. Ὅτι μετὰ Σάγραν Καυλωνία ἐστίν. Εἶτα Σκυλήτιον, Μενεσθέως τοῦ Ἀθηναίου κτίσμα· νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται· ἐκ τούτου δὲ ὁ Σκυλητικὸς

Pithecusæ partes sunt continentis avulsæ, itemque Capreæ et Leucosia et Sirenussæ et OEnotrides. Aliæ vero etiam ex ipso pelago emerserunt, sicut pluribus in locis etiam hoc tempore constat evenisse; nam quæ in medio jacent mari, e fundo in altum fuisse elatas credibilius est; quæ vero ante promontoria jacent et angusto freto sunt disjunctæ, inde avulsas fuisse probabilius esse videtur. Ceterum Leucopetra Rhegio est australior nec non Herculeum, ultimum versus meridiem promontorium. Ab hoc versus ortum septentrionalius est Zephyrium promontorium, et Locri Epizephyrii, Locrorum juxta Crisæum sinum habitantium coloni. Sunt autem a Rhegio usque ad Locros stadia sexcenta. Primi vero hi Locri legibus scriptis sunt usi, et plurimum temporis rempublicam optimis institutis rexere; quos Dionysius, e Sicilia ejectus, flagitiosissime vexavit. Nam sponsalibus ornatas puellas, thalamos irrumpens prius quam nupsissent, vitiabat; formosas vero virgines in unum congregans, dimissas truncatis alis (κολοπτέρους) columbas in convivio nudas in circuitu captare jubebat; nonnullasque sandalia indutas inæqualia, alterum sublime, alterum humile, persequi jussit (?) dedecoris causa. Dedit tamen pœnas; quum enim recuperaturus imperium in Siciliam rediisset, Locri cæso præsidio in libertatem sese vindicarunt, uxoremque ejus et filias duas ac juniorem natu filium in potestatem suam redegerunt. Quum autem Dionysius ipse et pro eo Tarentini multis eos precibus fatigarent, ut corpora redderent, redemtione, quantam vellent, accepta, non reddiderunt, iramque omnem in filias evomuere; nam constupratas strangularunt, corpora deinde concremarunt, et ossa molendo detrita in mare dissipaverunt.

12. Alex fluvius Rheginum a Locrensi agro disterminat; in cujus ripis peculiare quiddam de cicadis accidit. Etenim in Locrorum ripa versantes vocales sunt, ab altera vero fluminis parte mutæ. Ejus rei hanc esse causam suspicantur, quod hæ in regione sunt umbrosa, itaque roris plenæ non pandunt membranas; illæ, quia apricantur, membranas habent aridas et corneas, ut facile iis sonus edatur. Mediterraneam inter Rheginos et Locros Bruttii habitant, in quibus optima pix copiose nascitur.

13. Post Locros Sagra flumen labitur, ubi decem Locrorum millia una cum Rheginis de cxxx millibus Crotoniatarum pugna commissa victoriam deportarunt; atque hinc natum est adversus incredulos proverbium, « Veriora iis quæ apud Sagram acciderunt. » Addunt eo ipso die, quo certamen initum est, hujus belli eventum in Olympiis nunciatum esse.

14. Post Sagram Caulonia est; deinde Scyletium, a Menestheo Atheniense conditum : nunc Scylacium

12-13. p. 260, *C.* 261, *A.* ‖ — 14. p. 261, *B.* 263, *B.* καλεῖται] κλείει cod.; παρὲκ σέθεν] πάρεξελθ' cod.; κλαύματα] κλάσματα cod.; Πυθαγορείοις] Πυθαγορίοις codex.

κόλπος καλεῖται· εἶτα ἡ Κροτωνιᾶτις χώρα καὶ τῶν Ἰαπύγων ἄκραι τρεῖς· εἶτα τὸ Λακίνιον, ἱερὸν Ἥρας πλουσιώτατον. Ἀρχὴ δέ ἐστι τοῦ Κροτωνιάτου κόλπου τὸ ἄκρον τοῦτο καὶ Αἴσαρος ποταμὸς καὶ Κρότων πόλις. Τοῦ δὲ θεοῦ χρήσαντος Ἀχαιοῖς Κρότωνα κτίζειν, ἀπεστάλη Μύσκελλος κατασκεψόμενος τὴν χώραν· ἰδόντα δέ φασι ἐκτισμένην ἤδη Σύβαριν, ποταμῷ τῷ πλησίον ἐπώνυμον, κρῖναι ταύτην εἶναι ἀμείνω· ἐπανελθόντα δ' ἐρέσθαι τὸν θεὸν, εἰ κελεύοι ταύτην ἀντ' ἐκείνης κτίζειν· τὸν δὲ ἀνειπεῖν (ἐτύγχανε δὲ ὑπόκυφος ὢν ὁ Μύσκελλος)·

Μύσκελλε βραχύνωτε παρὲκ σέθεν ἄλλο ματεύων,
κλαύματα θηρεύεις· δῶρον δ', ὅ τι δῶ τις, ἐπαίνει.

Ἐπανελθόντα δὲ κτίσαι τὸν Κρότωνα, συμπράξαντος καὶ Ἀρχίου τοῦ τὰς Συρακούσσας οἰκίσαντος, προσπλεύσαντος κατὰ τύχην, ἡνίκα ὥρμητο ἐπὶ τὸν τῶν Συρακουσσῶν οἰκισμόν. Ἦχουν δὲ Ἰάπυγες τὸν Κρότωνα τότε. Δοκεῖ οὖν ὁ Κρότων τά τε πολέμια καλῶς ἀσκῆσαι καὶ τὰ περὶ τὴν ἄθλησιν· ἐν μιᾷ γοῦν Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων προτερήσαντες τῷ σταδίῳ ζ' ἄνδρες ἅπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιᾶται· ὥστε εἰκότως εἰρῆσθαι δοκεῖ, διότι Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος πρῶτος ἦν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. Ἀλλὰ καὶ Μίλων ὁ Κροτωνιάτης ἀθλητὴς, Πυθαγόρου μαθητὴς γεγονὼς, θαυμαστὰ διεπράξατο ἀγωνίσματα ἐν Ὀλυμπίᾳ. Φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ὄντα καὶ συνεστιώμενον, ἑνὸς τῶν στύλων πεσεῖν μέλλοντος, ὑποβαλόντα ἑαυτὸν ἐκσῶσαί τε τοὺς συνόντας καὶ ἑαυτὸν ὑποσπάσαι. Τῇ δ' αὐτῇ ῥώμῃ χρώμενόν φασιν, ὁδοιποροῦντά ποτε δι' ὕλης βαθείας, παραβῆναι τὴν ὁδὸν ἐπὶ πολύ· εἶθ' εὑρόντα ξύλον ἐσφηνωμένον, ἐμβαλόντα χεῖρας ἅμα καὶ πόδας εἰς τὴν διάστασιν, βιάζεσθαι πρὸς τὸ διασχίσαι· τοσοῦτον δ' ἰσχῦσαι μόνον, ὥστ' ἐκπεσεῖν τοὺς σφῆνας, εἶτ' εὐθὺς τὰ μέρη ἐπισυμπεσεῖν τοῦ ξύλου· ἁπολῃφθέντα δ' αὐτὸν ἐν τοιαύτῃ πάγῃ θηριόβρωτον γενέσθαι.

15. Ὅτι ἐφεξῆς τῷ Κρότωνι σταδίοις σ' ἡ Σύβαρίς ἐστι πόλις, μεταξὺ δυεῖν ποταμῶν Κράθιδος καὶ Συβάριδος· τοσοῦτον δὲ ἡ πόλις εὐτύχησεν, ὡς δ' μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ἦρξεν, κε' δὲ πόλεων, λ' δὲ μυριάσιν ἀνδρῶν ἐπὶ Κρότωνα ἐστράτευσεν, ν' δὲ σταδίων κύκλον οἱ συνοικοῦντες ἐπλήρουν ἐπὶ τῷ Κράθιδι. Ὑπὸ μέντοι τρυφῆς καὶ ὕβρεως ἅπασαν τὴν εὐδαιμονίαν ἀφῃρέθησαν ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἐν ἡμέραις ο'. Ἑλόντες γὰρ τὴν πόλιν ἐπήγαγον τὸν ποταμὸν καὶ κατέκλυσαν. Τὴν δὲ πόλιν οἱ περιλειφθέντες εἰς ἕτερον τόπον μετέθηκαν καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν, ἀπό τινος κρήνης πλησίον οὔσης ὀνομάσαντες.

16. Ὅτι ὁ Σύβαρις ποταμὸς τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ' αὐτοῦ πτυρτικοὺς ποιεῖ· διὸ καὶ τὰς ἀγέλας ἀπείργουσιν ἀπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κρᾶθις τοὺς ἀνθρώπους

dicitur. Ab hoc sinus Scyleticus est dictus. Sequitur inde Crotoniatarum regio et Japygum tria promontoria. Deinde Lacinium, templum Junonis ditissimum. Sinus autem Crotoniensis incipit ab isto promontorio et fluvio Æsaro et urbe Crotone. Quum Achivi a deo oraculum accepissent, ut Crotonem conderent, missus fuit Myscellus ut locum inspiceret. Hunc, ajunt, quum jam conditam videret Sybarim, vicino amni cognominem, eam potiorem judicasse; propterea que ad oraculum reversum, denuo rogasse numquid hanc pro illa condere liceret; ac deum respondisse (erat autem Myscellus nonnihil gibbosus) « Gibbose, incassum, Myscelle, aliena requiris, venaris lacrymas; quæ dantur dona probato. » Reversum itaque Crotonem condidisse, adjuvante etiam Archia Syracusarum conditore, qui forte fortuna eo appulit, quum ad Syracusas condendas tenderet cursum. Crotonem prius Japyges habitabant. Videturque hæc civitas rem bellicam et artem athleticam pulcherrime exercuisse; una enim Olympiade septem viri qui stadio vicere, omnes Crotoniatæ fuerunt; ut non injuria dictum videatur, Crotoniatarum postremum reliquorum Græcorum esse primum. Sed et Milo athleta Crotoniensis, Pythagoræ discipulus, in Olympiis admiranda peregit certamina. Fama est, columna quandoque in philosophorum, cum quibus degebat, contubernio ruinam minante, ipsum subeuntem servasse universos, deinde sese subduxisse. Eodem robore fretum, ajunt, quum densam per silvam iter faceret, longe a tramite deviasse, atque ibi trunco ingenti, cui inserti cunei essent, invento, immissis in scissuram manibus pariter ac pedibus conatum fuisse lignum penitus discindere, idque solummodo consequutum, ut exsilirent cunei, ligni vero partes statim inter se coiisse, ipsumque hoc modo captum a feris fuisse devoratum.

15. Deinceps a Crotone stadiis ducentis Sybaris urbs est, inter Crathim et Sybarim fluvios sita. Hæc civitas eo felicitatis excrevit, ut gentibus vicinis quatuor, urbibus autem viginti quinque imperarit, et contra Crotonem trecentorum millium hominum exercitum duxerit, quinquaginta vero stadiorum circulum impleverint supra Crathidem domicilia habentes. Sed ob luxum et petulantiam universa hac felicitate intra dies septuaginta a Crotoniatis exuti sunt; nam urbe potiti, inducto flumine cuncta demerserunt. Qui vero relicti erant in alium locum urbem transtulerunt, ac mutato nomine a fonte quodam vicino Thurios appellarunt.

16. Sybaris flumen equos, qui ex eo bibunt, consternatione afficit, ideoque armenta ab eo arcent. Crathis vero hominum, qui in eo lavantur, cri-

15. p. 263, *BC.* o'] Sic Strabo, θ' cod. ‖ — 16-17. p. 263, *D.*

ξανθοτριχεῖν καὶ λευκοτριχεῖν ποιεῖ λουομένους καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη ἰᾶται.

17. Ὅτι Θούριοι ὑπὸ Λευκανῶν ἠνδραποδίσθησαν· Ῥωμαῖοι δὲ, ἐποίκους στείλαντες ἐπ' αὐτὴν, μετωνόμασαν τὴν πόλιν Κοπίας.

18. Ὅτι μετὰ Θουρίους Ἡράκλειά ἐστι πόλις καὶ μετ' αὐτὴν ἀπὸ σταδίων μ' Μεταπόντιόν ἐστι πόλις, κτίσμα Πυλίων, τῶν ἐξ Ἰλίου μετὰ Νέστορος πλευσάντων· καὶ τοσοῦτον ἀπὸ γεωργίας εὐτύχησαν, ὡς ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι χρυσοῦν θέρος.

19. Ὅτι τῶν τριῶν πλευρῶν τῆς Σικελίας τὸ μὲν μέγιστον, μεταξὺ Πελωρίδος καὶ Λιλυβαίου, κυρτόν ἐστι, σταδίων ,αψχ'· τὰ δὲ δύο κοῖλά πως. Ἡ δὲ μεταξὺ Παχύνου καὶ Πελωρίδος ἐλαχίστη σταδίων ,αρλ'· ὁ δὲ περίπλους σταδίων ,δυ'· ἀπὸ δὲ Λιλυβαίου εἰς τὴν Λιβύην τὸ δίαρμα στάδιοι ,αφ' τοὐλάχιστον. Καὶ τῶν ὀξυδορκούντων τις ἀπό τινος σκοπιᾶς τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ ἀπαγγέλλει τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀπὸ Λιβύης σκαφῶν ἀναγομένων. Πόλεις δέ εἰσι κατὰ μὲν τὸ ἀνατολικὸν πλευρὸν Μεσσήνη βορειοτάτη, εἶτα Ταυρομένιον, εἶτα Κατάνη, Νάξος, Μέγαρα, Συράκουσαι. Ἡ δὲ Μεσσήνη πρότερον Ζάγκλη ἐκαλεῖτο διὰ τὴν τοῦ τόπου σκολιότητα. Δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς Μεσσήνης ἐν τῷ πορθμῷ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης· καταποθέντων δὲ καὶ διαλυθέντων τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠιόνα τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τούτου Κοπρίαν. Ἀπέχει δ' ἡ Μεσσήνη ἀπὸ Ῥηγίου πόλεως δίαρμα σταδίων ξ'· ἀπὸ δὲ [τῆς] Στυλίδος πολὺ ἔλαττον. Τοσοῦτον δ' οἱ Μαμερτῖνοι ἔθνος ἐπεκράτησε τῆς χώρας, ὡς τὸν ἄριστον οἶνον μὴ Μεσσήνιον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον καλεῖσθαι.

20. Ὅτι ἐκ τῶν τῆς Αἴτνης ῥυάκων τοῦ πυρὸς, κατερχομένων πρὸς τὴν Καταναίαν ποτὲ, Ἀμφίνομος καὶ Ἀναπίας, εὐσεβεῖς ἄνδρες, ἀράμενοι τοὺς γονέας ἐπὶ τῶν ὤμων διέσωσαν. Κατατεφρούμενα δὲ τὰ Καταναίων χωρία πρὸς καιρὸν [ἡ σποδὸς] λυπεῖ, χρόνῳ δὲ ποιεῖ ὕστερον εὐάμπελον καὶ χρηστόκαρπον, τῆς ἄλλης οὐχ ὁμοίως οὔσης εὐοίνου. Τάς τε ῥίζας [ἃς] ἐκφέρει τὰ κατατεφρωθέντα χωρία, πιαίνειν ἐπὶ τοσοῦτον τὰ πρόβατά [φασιν], ὥστε πνίγεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο δι' ἡμερῶν δ' ἀφαιροῦσιν ἐκ τῶν ὤτων αἷμα, καθάπερ καὶ ἐν τῇ Ἐρυθείᾳ νήσῳ ποιοῦσιν. Ὁ δὲ ῥύαξ εἰς πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν τοῖς ἀνακαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. Ταχείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ' ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν πηλός ἐστι μέλας, ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς. Εἶτα πῆξιν

nes fulvos albosque reddit, multisque morbis medetur.

17. Thurii a Lucanis in servitutem tracti sunt; Romani vero, missis in eam urbem colonis, mutato nomine Copias appellarunt.

18. Post Thurios Heraclea urbs est, ac post ipsam stadiis circiter quadraginta Metapontium urbs, a Pyliis, qui una cum Nestore ab Ilio navigarunt, condita: hi tanto successu terram coluerunt, ut Delphis dedicaverint auream æstatem.

19. E tribus lateribus Siciliæ maximum, inter Pelorum et Lilybæum jacens, curvum est, stadiorum mille septingentorum viginti; reliqua duo concava, e quibus id quod inter Pachynum et Pelorum jacet, minimum est, stadiorum 1130; navigatio in circuitu stadiorum est 4400. A Lilybæo autem in Africam brevissimus trajectus stadiorum est 1500. Quidam acie oculorum insigni, e specula quadam in Lilybæo numerum navium a Libya solventium nunciat. Urbes in hac sunt, ab orientali quidem latere, Messana, septentrionalis maxime, deinde Tauromenium et mox Catana, Naxus, Megara, Syracusæ. Porro Messana prius Zancle dicebatur ob locorum obliquitatem. Et Charybdis paulo ante Messanam in freto ostenditur, profundum immensum, in quod æstus freti ob naturam loci facile abripiunt navigia magno impetu et turbine circumacta; quorum absorptorum et dissipatorum fragmenta ad Tauromenitanum littus devolvuntur, quod ab hoc eventu Copriam [id est, sterquilinium] appellant. Distat Messana a Rhegio stadiorum trajectu sexaginta, a Columella vero multo minus. In ea regione Mamertini adeo invaluerunt, ut vinum, quod illic est optimum, non Messanium, sed Mamertinum appellaretur.

20. Amphinomus et Anapias filii pii, sublatis in humeros parentibus, ex Ætnæ incendio, quum ignitæ massæ in Catanæum agrum devolverentur, ipsos servarunt. Cinis Catanensium agrum opplens per tempus quidem aliquod affligit, postea vero vinetis lætum reddit, ac bonæ frugis feracem, quum reliquum agri non ita præstet vini productione. Radicesque quas efferunt cinere sic oppleta loca, oves adeo pinguefacere dicunt, ut suffocentur, nisi quarto quoque die sanguis ex auribus detrahatur, sicut in Erythia quoque insula fieri solet. Materia autem ignita ex Ætna defluens in soliditatem permutata terram ad magnam profunditatem usque in lapidem convertit, ut pristinam superficiem detegere volentibus lapides exscindere sit necesse. Liquescente enim in ipsis crateribus petra, ac deinde sursum egesta, humor vertici superfusus cœnum est nigrum per montem deorsum fluens;

18. p. 264, *AD.* σταδίων μ'] ρμ' codd. Strabonis, quod corrigas. ‖— 19. p. 266, *A.* 268, *AB.* Ταυρομένειον et mox Ταυρομενείας codex; εὐφυῶς] φυσικῶς conj. Meinekius; an συχνῶς? ‖— 20. p. 269, *ABC.* πιαίνειν] πιφ-

λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας, τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν, ἣν ῥέων εἶχεν· καὶ ἡ σποδὸς δὲ καιομένων τῶν λίθων ὡς ἀπὸ τῶν ξύλων γίνεται. Καθάπερ οὖν τὸ πήγανον τῇ ξυλίνῃ σποδῷ τρέφεται, τοιοῦτον ἔχειν τι οἰκείωμα πρὸς τὴν ἄμπελον εἰκὸς τὴν Αἰτναίαν σποδόν.

21. Ὅτι Μύσκελλον καὶ Ἀρχίαν, εἰς Δελφοὺς ἀπελθόντας περὶ ἀποικίας, εἴρετο ὁ θεὸς, πότερον βούλοιτο ἑκάτερος αὐτῶν, πλοῦτον ἢ ὑγίειαν· ἑλομένου δ' Ἀρχίου μὲν πλοῦτον, Μυσκέλλου δ' ὑγίειαν, ὁ θεὸς ἐκέλευσε τὸν μὲν Συρακούσας κτίσαι, Μύσκελλον δὲ Κρότωνα· καὶ συνέβη οὕτως. Τὴν γὰρ ἐν Κρότωνι ὑγίειαν μαρτυροῦσιν οἱ περὶ Μίλωνα Ὀλυμπιονῖκαι· τὴν δ' ἐν Συρακουσίοις τοῦ πλούτου ὑπερβολὴν ἡ παροιμία λέγουσα περὶ τῶν ὑπερβολῶν ὅτι « Οὐδὲ τὴν τῶν Συρακουσίων δεκάτην ἀμείβω. »

22. Ὅτι συνέβη Συρακουσίοις, ἡγεμονικοῖς οὖσι διὰ τὴν ἀρετὴν ἑαυτῶν, τυραννουμένοις τε ἄρχειν τῶν ἄλλων καὶ ἐλευθερωθεῖσιν ἐλευθεροῦν τοὺς ἄλλους καταδυναστευομένους.

23. Ὅτι τοῖς Συρακουσίοις κατ' ἀρχὰς ἐπολέμουν Σικανοὶ, Σικελοὶ, Μόργητες καὶ ὅσοι ἄλλοι τὴν μεσόγαιαν εἶχον καὶ τὴν Μοργαντίνην.

24. Ὅτι ὁ Ῥοδανὸς ποταμὸς, εἰς λίμνην μικρὰν ἐμβάλλων, ἀμιγῶς δι' αὐτῆς διέρχεται· τὸ δὲ περὶ τοῦ Ἀλφειοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς Ἀρεθούσης, μυθολόγημα· ἔτι δὲ καὶ τοῦ Ἰνάχου ποταμοῦ, ὅτι ἐκ Πίνδου καὶ Ἀμφιλόχων καὶ Ἀκαρνάνων ὁρμώμενος εἰς τὴν τῆς Ἀργείας θάλασσαν βάλλει, πρότερον τῷ Ἀχελῴῳ συμμίξας τὸ ῥεῖθρον, καὶ τοῦ ἐν Δήλῳ Ἰνώπου ποταμοῦ, ὅτι ἐκ τῶν τοῦ Νείλου φέρεται ναμάτων, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀπίθανα καὶ ἀδύνατά ἐστιν.

25. Ὅτι ὁ ἐν Ἀμφιλόχοις Ἴναχος ποταμὸς ὁμώνυμός ἐστι τῷ Ἀργείῳ· ὠνομάσθη δὲ οὕτως ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ καὶ τὸ Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος.

26. Ὅτι διὰ τοὺς ἐκ Λιβύων πολέμους ἡ Σικελία ὀλιγανθρωπεῖ· διὸ Ῥωμαῖοι ταύτην ἐνέμοντο, ἱπποφόρβια καὶ ἀγέλας ἔχοντες καὶ δούλους. Οὗτοι δ' οἱ δοῦλοι κατέτρεχον τὴν Σικελίαν, καὶ κατ' ὀλίγους καὶ ἐπὶ Εὔνου, τοῦ τὸν δουλικὸν ἐξάψαντος πόλεμον, σὺν πολλαῖς χιλιάσιν. Ἀνήχθη δὲ καὶ ληστής τις ἐν Ῥώμῃ Σικελὸς, λεγόμενος Αἴτνης υἱὸς εἶναι, Σέρουλος ὄνομα, ὃς πολλάκις μονομαχήσας ὕστερον ἐπί τινος πήγματος ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀγῶνος συνισταμένου, τεθεὶς ὑψηλοῦ, ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως ἔκ τινος μηχανῆς καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους, ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι, καὶ ἐβρώθη.

mox duritiem assumens lapis molaris efficitur, eodem servato quem fluens habebat colore. Etiam cinis e crematis lapidibus fit quemadmodum combustis ex lignis fieri solet. Sicut igitur ex lignorum cinere ruta fovetur, sic Ætnæum cinerem vim vites fœcundandi habere est verisimile.

21. Myscellum et Archiam, Delphos petentes, ut de colonia ducenda oraculum consulerent, deus rogavit, divitiasne mallent an sanitatem? Myscello itaque sanitatem, Archia opes eligente, deum illi ut Syracusas, Myscello ut Crotonem conderet, mandasse. Atque res ita evenit. Nam Crotonis salubritatem indicant tot victoriæ Milonis in Olympiis, Syracusanorum vero divitias immensas proverbium, quod in nimis sumtuosos dicitur, « Ne decimam quidem Syracusanorum permuto. »

22. Syracusanis, quum viri essent virtute ad imperium exercendum idonei, obvenit, ut sub tyrannis constituti reliquis tamen imperarent, ac liberati alios a dominatione liberarent.

23. Syracusanis initio bellum intulerunt Sicani, Siculi, Morgetes et quotquot mediterraneam ac Morgantinam incolebant.

24. Rhodanus fluvius per lacum non magnum fluens undis ejus non miscetur; quod vero narratur de Alpheo flumine et Arethusa, id est figmentum; item quod de Inacho fluvio, qui e Pindo per Amphilochos et Acarnanas ruens atque Acheloi aquis sese miscens in mare Argivum ingredi fertur; itemque quod Inopus Deli fluvius e Nili fluentis derivatur, atque id genus alia incredibilia et impossibilia.

25. Inachus fluvius in Amphilochis idem nomen habet cum Argivo. Fuit autem ab Amphilocho ita dictus, qui et Argos Amphilochicum de se vocavit.

26. Sicilia bellis Libycis afflicta paucos habet cultores; itaque Romani eam coluerunt, equorum armenta, boum greges et servos illic habentes. Hi servi per insulam latrocinia exercuerunt, pauci primum, deinde sub Euno, qui servile bellum excitavit multis millibus. Fuit etiam Romam adductus e latronibus Siculus quidam, qui se filium Ætnæ prædicabat, Serulus nomine. Is postquam sæpe singulari certamine congressus fuerat, postremo, quum gladiatorum spectaculum exhiberetur, in tabulato positus sublimi tanquam in Ætna, eo subito machina quadam dissoluto et collapso, ipse in solutiles bestiarum caveas ad hoc ipsum infra tabulatum paratas est præcipitatus, et dilaceratus est.

νει δ' codex. Inclusa supplevimus. ‖ — 21. p. 269, *CD*. περὶ τῶν ὑπερβολῶν] περὶ τῶν ὑπερπολυτελῶν vel ὑπερπλούτων? πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη Strabo, ubi v. not. crit. p. 978 ed. Didot. ‖ — 22 et 23. p. 270, *AB*. ‖ — 24. p. 270, *D*. ‖ — 25. p. 271, *BCD*. ‖ — 26. p. 273,

27. Ὅτι τὴν Σικελίαν τὸ παλαιὸν ταμεῖον τῆς Ῥώμης ἐκάλουν Ῥωμαῖοι.

28. Ὅτι οἷον ἀκροπόλεις δύο Συράκουσαί τε καὶ ὁ Ἔρυξ ἵδρυνται τῆς Σικελίας· μέση δ' ἀμφοῖν ἡ Ἔννα πόλις.

29. Ὅτι τῆς Αἴτνης τὰ ἄνω χωρία ψιλά ἐστι καὶ τεφρώδη καὶ χιόνος μεστὰ τοῦ χειμῶνος, τὰ κάτω δὲ δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς. Ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρὸς, τοτὲ μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τοτὲ δὲ σχιζομένου, καὶ τοτὲ μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος. Ἀνάγκη δὲ τοῖς πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλλειν καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τὴν περιξ.

30. Ὅτι ἀνελθόντες τινὲς εἰς τὴν Αἴτνην εἶδον πεδίον θερμότατον τεφρῶδες καὶ ἐν μέσῳ βουνὸν, καὶ αὐτὸν τεφρώδη, καὶ ἐξ αὐτοῦ καπνὸν ὀρθὸν ἀνιόντα ὡσεὶ ποδῶν σ', νηνεμίας οὔσης· καὶ εἰκασαν εἶναι καπνὸν καὶ φύσημα τοῦ κρατῆρος· καὶ τοῦ λεγομένου διηγήματος περὶ Ἐμπεδοκλέους ἐμνήσθησαν, ὅτι ἡ χαλκῆ κρηπὶς αὐτοῦ εὑρέθη ἐκφυσηθεῖσα, ὅτε αὐτὸς καθήλατο εἰς τὸν κρατῆρα. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐπιλείπειν ποτὲ τὸ πῦρ καὶ τὰ πνεύματα, ἐπιλειπούσης τῆς ὕλης, οὐκ ἄλογον· οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὥστε ἀντὶ τῆς τοσαύτης βίας ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλησιασμόν. Νύκτωρ μὲν οὖν φέγγη φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς, μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύι κατέχεται.

31. Ὅτι πᾶσα ἡ Σικελία κοίλη κατὰ γῆς ἐστι, ποταμῶν καὶ πυρὸς μεστὴ, καθάπερ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Κυμαίας· καὶ θερμοῦ ὕδατος μεστή ἐστι. Περὶ δὲ Ἀκράγαντα λίμναι τὴν μὲν γεῦσιν ἔχουσι θαλάττης, τὴν δὲ φύσιν διάφορον· οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀκολύμβοις βαπτίζεσθαι συμβαίνει, ξύλων τρόπον ἐπιπολάζουσιν· οἱ Παλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα, καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν. Τὸ δὲ περὶ Μέταυρον σπήλαιον ἐντὸς ἔχει σύριγγα εὐμεγέθη καὶ ποταμὸν δι' αὐτῆς ῥέοντα ἀφανῆ μέχρι πολλοῦ διαστήματος, εἶτα ἀνακύπτοντα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν· καθάπερ Ὀρόντης ἐν Συρίᾳ, καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι Χάρυβδιν, ἀνατέλλει πάλιν ἐν μ' σταδίοις. Τὰ δ' ὅμοια καὶ ὁ Τίγρις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ, μικρὸν πρὸ τῶν πηγῶν. Τὸ δὲ περὶ Στύμφαλον ὕδωρ, ἐπὶ σ' σταδίους ὑπὸ γῆν ἐνεχθὲν, ἐν τῇ Ἀργείᾳ τὸν Ἐρασῖνον ἐκδίδωσι ποταμόν· πάλιν τὸ πρὸς τὴν Ἀρκαδικὴν Ἀσέαν ὑποβρύχιον ὠσθὲν, ὀψέ ποτε τόν τε Ἀλφειὸν καὶ τὸν Εὐρώταν ἀναδίδωσιν, ὥστε καὶ πεπι-

27. Siciliam olim Romæ cellam penariam Romani appellarunt.

28. Tanquam duæ arces Siciliæ sitæ sunt Syracusæ et Eryx; inter quas media est Enna urbs.

29. Ætnæ loca superiora nuda sunt et cinerosa, per hiemem vero nivibus referta, inferiora autem nemoribus et variis arborum consitionibus distincta. Montis hujus cacumina varias suscipiunt mutationes, ob ignis grassationem, modo in unum craterem collecti, modo divisim effluentis, nunc igneos emittentis rivos, nunc flammas fumosasque fuligines, interdum etiam ardentes exhalantis massas. Necesse est autem meatus subterraneos pariter cum his accidentibus variari, atque ora quandoque plura aperiri in circumjecta superficie.

30. Nonnulli Ætnam conscendentes campum viderunt calidissimum, cineribus oppletum, et in medio collem, qui et ipse cineribus erat obsitus, e quo fumus rectus ascendit ad pedes usque ducentos, quum tranquillitas esset, conjeceruntque fumum illum esse et spiritum e cratere sublatum. Et historiæ quæ de Empedocle fertur meminerunt, quod ærea ejus crepida, quum ipse se in craterem dimisisset, vi ignis ejecta, inventa sit. Deficere autem ignem quandoque et spiritus, quoties materia deficiat, rationi non absonum, non usque adeo tamen ut contra istam vim homo aliquis accedere queat. Noctu igitur clari e vertice fulgores eduntur, interdiu fumo et caligine obsidetur.

31. Sicilia tota cavernosa est, fluminibus atque igne plena, sicut et mare Tyrrhenum Cumas usque, et calidarum aquarum scaturigines habet. Ad Agrigentum vero lacus sunt gustum maris habentes, naturam vero diversam; nam et natandi inscios nullo pacto demergi contingit, sed lignorum in morem superne fluitant. Palici autem crateres habent, qui aquas in rotundam exsufflant formam, rursusque in eundem sinum recipiunt. Spelunca ad Metaurum amplissimum intus habet fistulam, per quam occultus labitur amnis magno sane intervallo, deinde in superficiem rursus emergit; quemadmodum in Syria Orontes in hiatum inter Apamiam et Antiochiam delapsus (Charybdim hunc appellant) post quadraginta rursum se exerit stadia; eodem modo Tigris in Mesopotamia, et Nilus in Africa non procul a fontibus. Quæ vero apud Stymphalum est aqua, ducentis sub terra stadiis delata in Argivo deinde agro Erasinum effundit amnem. Rursusque aqua ad Aseam Arcadicam, infra terram depulsa, longo post intervallo Eurotam et Alpheum

AB. ‖ — 27-28. p. 273, *C*. ‖ — 29. p. 273, *D*. 274, *A*. κατὰ τὴν ἐπιφ.] καὶ τ. ἐ. cod. ‖ — 30. p. 274, *ABCD*. ‖ — 31. p. 274, *D*. 275, *ABCD*. Παλικοὶ] Ἰταλικοὶ cod., ut ap. Strab.; Ἀσέαν] Ἀβίαν cod. ‖

στεῦσθαι μυθῶδές τι, ὅτι τῶν ἐπιφημισθέντων στεφάνων ἑκατέρῳ καὶ ῥιφέντων εἰς τὸ κοινὸν ῥεῦμα ἀναφαίνεται κατὰ τὸν ἐπιφημισμὸν ἑκάτερος ἐν τῷ οἰκείῳ ποταμῷ.

32. Ὅτι ἡ Λιπάρα δυνατὴ γέγονε καὶ ἦρξέ ποτε, Κνιδίων οὖσα ἄποικος· ἐκαλεῖτο δὲ Μελιγουνὶς πρὶν, καὶ ἀκροθίνια πολλὰ ἀνέθηκεν εἰς Δελφούς· ἔχει δὲ καὶ γῆν εὔκαρπον καὶ στυπτηρίας μέταλλον * ἐμπρόσοδον καὶ θερμὰ ὕδατα, ὡς καὶ ἡ Σικελία, καὶ πυρὸς ἀναπνοάς. Ταύτης δὲ μεταξύ πώς ἐστι καὶ τῆς Σικελίας, ἣν νῦν Ἡφαίστου Ἱερὰν καλοῦσι, πετρώδης πᾶσα καὶ ἔρημος, διάπυρος. Ἔχει δὲ ἀναπνοὰς τρεῖς, ὡς ἂν ἐκ τριῶν κρατήρων· ἐκ δὲ τοῦ μεγίστου καὶ μύδρους αἱ φλόγες ἀναφέρουσιν, οἳ προσκεχώκασιν ἤδη πολὺ μέρος τοῦ πόρου. Ἐκ δὲ τῆς τηρήσεως πεπίστευται, διότι τοῖς ἀνέμοις συμπαροξύνονται καὶ αἱ φλόγες, αἵ τε ἐνταῦθα καὶ αἱ κατὰ τὴν Αἴτνην. Οὐκ ἄλογον δέ· καὶ γὰρ οἱ ἄνεμοι γεννῶνται καὶ τρέφονται τὴν ἀρχὴν λαβόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς θαλάττης ἀναθυμιάσεων· ὥστ' ἀπὸ συγγενοῦς ὕλης καὶ πάθους καὶ τὸ πῦρ ἐξαπτόμενον οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε. Φασὶ δὲ τῶν τριῶν κρατήρων τὸν μὲν κατερρυηκέναι ἐκ μέρους, τοὺς δὲ συμμένειν. Τὸν δὲ μέγιστον τὸ χεῖλος ἔχειν, περιφερὲς ὄν, ε' σταδίων· κατ' ὀλίγον δὲ συνάγεσθαι εἰς λ' ποδῶν διάμετρον, κατ' οὗ βάθος εἶναι τὸ μέχρι θαλάττης σταδιαῖον, ὥστε καθορᾶν ταῖς νηνεμίαις. Ἐὰν μὲν οὖν νότος μέλλῃ πνεῖν, ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ φησὶ τῆς νησίδος, ὥστε μηδὲ τὴν Σικελίαν ἄπωθεν φαίνεσθαι· ὅταν δὲ βορέας, φλόγας καθαρὰς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι καὶ βρόμους ἐκπέμπεσθαι μείζους· τὸν δὲ ζέφυρον μέσην τινὰ ἔχειν τάξιν· τοὺς δ' ἄλλους κρατῆρας ὁμοειδεῖς μὲν εἶναι, τῇ δὲ βίᾳ λείπεσθαι τῶν ἀναφυσημάτων. Ἔκ τε δὴ (καὶ) τῆς διαφορᾶς τῶν βρόμων καὶ ἐκ τοῦ πόθεν ἄρχεται τὰ ἀναφυσήματα καὶ αἱ φλόγες καὶ αἱ λιγνύες, προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν. Τῶν γοῦν ἐν Λιπάρᾳ, γενομένης ἀπλοίας, προειπεῖν τινάς φασι τὸν ἐσόμενον ἄνεμον καὶ μὴ διαψεύσασθαι. Ἀφ' οὗ καὶ τὸ μυθωδέστατον δοκοῦν εἰρῆσθαι τῷ Ὁμήρῳ, οὐ μάτην εἴρηται· ἀλλ' αἴνιγμα τῆς ἀληθείας ἦν, ὅτε ἔλεγε, ταμίαν τῶν ἀνέμων εἶναι τὸν Αἴολον.

33. Ὅτι αἱ τοῦ Αἰόλου νῆσοι ζ' εἰσι, Λιπάρα, Θέρμεσσα, Στρογγύλη, Διδύμη, Ἐρικοῦσσα, Φοινικοῦσσα, Εὐώνυμος. Ὧν ἡ Στρογγύλη ἀπὸ τοῦ σχήματος καλεῖται· βίᾳ μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα. Ἐνταῦθα δὲ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασιν. Ἐρικοῦσσα δὲ καὶ Φοινικοῦσσα ἀπὸ τῶν

emittit, adeo ut fabula fidem invenerit, coronarum scilicet, quæ alterutri amnium nuncupatæ in communem alveum injiciuntur, quamque in eo cui nuncupata fuerit amne emergere.

32. Lipara potens fuit, et quandoque imperavit, Cnidiorum existens colonia; appellabatur antea Meligunis, atque Delphici Apollinis templum suis primitiis multoties exornavit. Terram fertilem habet, et aluminis metallum magnos præbens proventus, ac aquas calidas, quemadmodum Sicilia, et ignis exspirationes. Inter hanc et Siciliam media jacet, quam Vulcano Sacram vocant, saxosa tota et deserta et ignita, tribus in locis tanquam e tribus crateribus ignem efflans, quorum e maximo massas flammæ eructant, quæ magna ex parte fretum obturarunt. Ex observatione creditur flammas ipsas flatibus concitari, tum hic tum in Ætna. Neque absurdum id est. Venti enim nascuntur augescuntque, e marinis exhalationibus originem ducentes, ut ex cognata materia similique eventu ignis accensus admirationem apud eos, qui alicubi ista viderunt, non habet. Ex tribus crateribus unum partim collapsum ajunt, ceteros restare; ac maximi labrum rotundum esse ad stadia quinque, paulatimque contrahi ad pedum triginta diametrum, a quo profunditas usque ad mare unius sit stadii, ut conspici ventis non flantibus possit. Si spiraturus sit Auster, nebulosam circa insulam caliginem effundi dicit (Polybius sc.), ut ne Sicilia quidem eminus cernatur; borea autem flante, flammas puras ex eo quem dixi cratere attolli altius, ac majores emitti strepitus; zephyrum autem medium quendam ordinem tenere. Reliquos crateres ejusdem generis esse, exhalationum vero minores impetus habere. Ceterum ex fragorum differentia et loci e quo exhalationes et flammæ ac fumus oriuntur, prænosci etiam quis tertio post die spiraturus sit ventus. Ipsi igitur (Polybio) in Lipara, quum navigari non posset, quosdam futurum ventum prædixisse neque falsos fuisse dicit. Qua ex re id quod fabulosissimum videtur ab Homero dictum, non frustra dictum esse apparet, sed veritatem ænigmate eum significasse, quum Æolum appellaret ventorum promum.

33. Æoli insulæ septem sunt, Lipara, Thermessa, Strongyle, Didyme, Ericussa, Phœnicussa, Euonymos; e quibus Strongyle a rotunditate figuræ appellata fuit, flammarum vi minor, lumine ceteras superans. In hac Æoli domicilium fuisse ajunt. Ericussa et Phœnicussa ab arbustis (erica et palma) appellatæ

— 32. p. 275, *CD*. 276, *C*. ἐμπρόσοδον] εὐπρόσοδον, ἓν πρόσοδον, πρόσοδον var. lect. codd. Strabonis. Fuerit : μέταλλον [μεγάλων] ὂν προσόδων, coll. Diodor. 5, 10, 2. ‖ — κύκλῳ φησὶ] Supplendum e Strabone : Πολύβιος. ‖ — καθαρὰς] καθ' ἃς cod. ‖ — τῶν γοῦν ἐν Λιπάρᾳ...φασι] Sic etiam codd. Strabonis, nisi quod ibi legitur φησι, sc. Πολύβιος. Nescio an scribendum sit : πνεῖν· ἑαυτῷ γοῦν...φησι. ‖ — 33. p. 275, *C*. 276, *D*. 277, *AB*. Θερμέσσα...Ἐρικουσία, Φοινίκουσσα codex. Deinde v. τοῦ πυρὸς in

φυτῶν κέκληνται· ἀνεῖνται δ' εἰς νομάς. Ἡ δὲ Εὐώνυμος πελαγία ἐστὶ καὶ ἔρημος. Πολλάκις δὲ καὶ φλόγες εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους τοῦ περὶ τὰς νήσους ὤφθησαν ἐπιδραμοῦσαι, τῶν κατὰ βάθους κοιλιῶν ἀναστομωθέντος πόρου τινὸς καὶ τοῦ πυρὸς βιασαμένου πρὸς τὸ ἐκτός. Φησὶ δὲ Ποσειδώνιος, ὅτι περὶ τροπὰς θερινὰς ἅμα τῇ ἕῳ, μεταξὺ τῆς Ἱερᾶς καὶ τῆς Εὐωνύμου, πρὸς ὕψος ἀρθεῖσαν ἐξαίσιον τὴν θάλατταν δραθῆναι καὶ συμμεῖναί τινα χρόνον ἀναφυσωμένην συνεχῶς, εἶτα παύσασθαι. Τοὺς δὲ τολμήσαντας προσπλεῖν, ἰδόντας νεκροὺς ἰχθύας ἑλαυνομένους ὑπὸ τοῦ ῥοῦ (τοὺς δὲ) καὶ θέρμῃ καὶ δυσωδίᾳ πληγέντας φυγεῖν· πολλαῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ὁρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάττῃ, πολλαχοῦ δὲ καὶ φλόγας ἐκπιπτούσας καὶ καπνοὺς καὶ λιγνύας, ὕστερον δὲ παγῆναι καὶ γενέσθαι τοῖς μυλίαις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον.

34. Ὅτι τὴν Ἰαπυγίαν οἱ Ἕλληνες Μεσσαπίαν καλοῦσι, χερρόνησον οὖσαν εἰς δύο μοίρας διαιρουμένην· τὸ μέν τι γὰρ αὐτῆς Σαλεντῖνοι οἰκοῦσι, τὸ δὲ Καλαβροί. Ὑπὲρ τούτους πρόσβοροι Πευκέτιοί εἰσι καὶ Ἄπουλοι. Ἡ δὲ Μεσσαπία, χερρόνησος οὖσα, ἀπὸ Βρεντεσίου πόλεως πρὸς ἀνατολὰς μέχρι Τάραντος πρὸς δυσμὰς πόλεως ἰσθμὸν ἔχει σταδίων τι'.

35. Ὅτι τοῦ Μεσσηνιακοῦ πολέμου γενομένου, οἱ μὴ μετασχόντες Λακεδαιμονίων τῆς στρατείας ἐκρίθησαν δοῦλοι καὶ ὠνομάσθησαν Εἵλωτες· ὅσοι δὲ κατὰ τὴν στρατείαν παῖδες ἐγένοντο, Παρθενίας ἐκάλουν διὰ τὸ πολυχρονίου τοῦ πολέμου συμβάντος ἐκ τῶν οἴκοι παρθένων οὐσῶν γυναικῶν [γενέσθαι]. Διὰ [γὰρ] τὸ πολὺν χρόνον παραταθῆναι τοῖς Λακεδαιμονίοις, Μεσσήνην πολιορκοῦσι, καὶ ἀποσταλῆναι τοὺς νεωτάτους ἐκ τοῦ κοινοῦ πρὸς τὸ μιχθῆναι πάντα πάσῃ καὶ τεκνοποιήσασθαι, διὰ τοῦτο Παρθενίαι ἐκλήθησαν καὶ ἄτιμοι ἦσαν. Οἱ δὲ, οὐκ ἀνασχόμενοι (πολλοὶ δ' ἦσαν), ἐπεβούλευσαν τῷ κοινῷ, ἔχοντες Φάλανθον ἡγεμόνα, ἕνα αὐτῶν· ἔδει οὖν [ἐν] τῷ ἀγῶνι, τῶν Ὑακινθίων συντελουμένων, ἡνίκα τὴν κυνῆν περίθηται Φάλανθος, ποιεῖσθαι τὴν ἐπίθεσιν. Ἐξαγγελθείσης δὲ τῆς πράξεως ἐν τῷ ἀγῶνι, προελθὼν ὁ κήρυξ εἶπε, μὴ περιθέσθαι κυνῆν Φάλανθον. Οἱ δὲ στρατιῶται, αἰσθόμενοι φωραθέντες, οἱ μὲν διεδίδρασκον, οἱ δὲ ἱκέτευον· κελεύσαντες δ' αὐτοὺς θαρρεῖν φυλακῇ παρέδοσαν, τὸν δὲ Φάλανθον ἔπεμψαν εἰς θεοῦ περὶ ἀποικίας· ὁ δὲ ἔχρησε·

> Σατύρεόν τοι ἔδωκα Τάραντά τε πίονα δῆμον
> οἰκῆσαι καὶ πῆμα Ἰαπύγεσσι γενέσθαι.

Ἦκον οὖν σὺν Φαλάνθῳ οἱ Παρθενίαι καὶ ἔκτισαν Τάραντα καὶ ὠνόμασαν οὕτως ἀπό τινος ἥρωος.

fuere, atque ad pascua sola servantur. Euonymos in pelago sita est ac deserta. Multoties etiam in superficie maris, quod est circa insulas istas, discurrere flammas animadversum est, quum e profundis cavitatibus recluso quopiam meatu ignis ad exteriora violenter prorumpit. Posidonius ait circa æstivum solstitium prima luce inter Hieram et Euonymum pelagus mirum in modum in altum conscendere visum esse, atque aliquando sic constitisse assiduis flatibus erectum, deinde subsedisse; quosdam vero illuc adnavigare ausos, quum exanimatos pisces fluctibus agitari vidissent, et calore et odore tetro percellerentur, fugam arripuisse. Multis post diebus limum apparuisse mari supernatantem, multis quoque locis flammas erupisse et fumum atque fuliginem; postremo limum concrevisse et molaribus lapidibus similes fuisse concretas istas massas.

34. Iapygiam Græci Messapiam vocant; peninsulæ formam obtinet, et in duas partes divisa est; quarum alteram Salentini habent, alteram Calabri. Supra hos ad boream Peucetii sunt et Apuli. Ceterum Messapia peninsula a Brundusio ab ortu ad Tarentum usque versus occasum isthmum habet stadiorum 310.

35. Bello Messeniaco conflato, qui e Lacedæmonis non militaverant, pro servis habiti, atque Helotes dicti sunt. Eadem militia durante quotquot nati fuerant, Parthenias vocabant, quoniam, dum diuturnum bellum gerebatur, a parthenis sive virginibus nati erant. Etenim quum tempus traheretur Lacedæmoniis Messenen obsidentibus, ab exercitu dimissi sunt juvenum florentissimi, jussique ut cuncti virginibus cunctis miscerentur; atque inde liberi Partheniæ dicti et ignobiles habiti sunt. Quam ignominiam non ferentes (erant autem permulti) popularibus insidias struxerunt, Phalanthum ducem habentes, qui unus ex ipsorum erat numero. Convenerat autem, ut in Hyacinthiorum solemnitate quum certamen conficeretur, quando Phalanthus pileum capiti imponeret, fieret insultus. Ea res quum in ipso certamine patefacta esset, præco in medium procedens jussit ne Phalanthus pileum imponeret. Quo facto conjurati intelligentes se deprehensos esse, alii diffugerunt, alii supplices veniam flagitarunt. Itaque bene sperare jussi, in vincula conjiciuntur; Phalanthus vero ad Apollinem de colonia deducenda consulturus mittitur, cui deus ita respondit:

> Satyreum tibi do, pingues pagosque Tarenti
> incolere, infestis et Iapygas opprimere armis.

Una igitur cum Phalantho Partheniæ profecti Tarentum condiderunt, urbemque ab heroe quodam ita nominarunt.

---

codd. Strabonis et Epit. legitur post v. χοιλιῶν. Transposuit Bœckhius. ‖ — 34. p. 277, *D*. Γαλαβροὶ, sicut in Exc. 38 Γαλαβρίαν, cod., ut codd. Strabonis. ‖ — 35. p. 278, *C*. 279, *D*. ὅσοι] ὅσοις cod. ‖ —

36. Ὅτι Ταραντῖνοι, ἀριστοκρατηθέντες ἐν δημοκρατίᾳ, μεγάλως ἴσχυσαν· καὶ τὴν Πυθαγόρειον ἀσπασάμενοι γνησίως φιλοσοφίαν Ἀρχύταν τὸν φιλόσοφον ἄρχοντα προὐβάλοντο, ὃς καὶ πολὺν χρόνον ἦρξεν. Ὕστερον δὲ τοσοῦτον εἰς τὴν τρυφὴν καὶ κακοπολιτείαν ἐτράποντο, ὥστε καὶ τὰς δημοτελεῖς ἑορτὰς πλείους τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμερῶν ἄγειν, καὶ ξένους καὶ ἀλλοφύλους ἄρχοντας ἐπικαλεῖσθαι, (καὶ) οὐδὲ τούτοις εὐπειθεῖς γινόμενοι· οἷον Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην κατὰ Μεσσαπίων καὶ Πύρρον καί τινας Λακεδαιμονίους· καὶ ἐπὶ Ἀννίβα συνεμάχουν Καρχηδονίοις, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ Ῥωμαίων ὕστερον καταπολεμηθέντες ἐταπεινώθησαν.

37. Ὅτι ἡ τῶν Ἰαπύγων χώρα παραδόξως ἐστὶν ἀστεία· ἐπιπολῆς γὰρ φαινομένη τραχεῖα εὑρίσκεται βαθύγειος σχιζομένη· ἀνυδροτέρα δὲ οὖσα εὔβοτος καὶ εὔδενδρός ἐστιν. Εὐάνδρησε δέ ποτε καὶ τοῦτο σφόδρα τὸ χωρίον σύμπαν καὶ ἔσχε πόλεις ιγ'· ἀλλὰ νῦν, πλὴν Τάραντος καὶ Βρεντεσίου, τὰ ἄλλα πολίσματά εἰσιν· οὕτως ἐκπεπόνηνται καὶ τεταπείνωνται. Ἐνταῦθα καὶ ὁ σκόπελος, ὃν καλοῦσιν ἄκραν Ἰαπυγίαν, πολὺς ἐκκείμενος εἰς τὸ πέλαγος κατὰ τὰς χειμερινὰς ἀνατολὰς, ἐπιστρέφων δέ πως ἐπὶ τὸ Λακίνιον, ἄκρον τῆς Βρεττίας (ἣν Ἑλλάδα μεγάλην ἀπὸ τῆς τοῦ Πυθαγόρου ἐνταῦθα διατριβῆς ἐκάλεσαν) ἀνταῖρον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας αὐτῷ καὶ κλεῖον τὸ στόμα τοῦ Ταραντίνου κόλπου πρὸς αὐτόν· καὶ τὰ Κεραύνια δ' ὁμοίως ὄρη κλείει πρὸς αὐτὸν [τὸ στόμα] τοῦ Ἰονίου κόλπου. Καὶ ἔστι τὸ δίαρμα ὅσον ψ' σταδίων ἀπ' αὐτοῦ πρός τε τὰ Κεραύνια καὶ πρὸς τὸ Λακίνιον. Περίπλους δ' [ἐκ] Τάραντός ἐστιν ἐς Βρεντέσιον μέχρι μὲν Βάριδος πολίχνης χ' στάδιοι. Καλοῦσι δὲ Βάριν οἱ νῦν [Οὐεργητόν]. Ἔνθεν εἰς τὰ Λευκὰ στάδια π', πολίχνιον καὶ τοῦτο, ἐν ᾧ δείκνυται πηγὴ δυσώδους ὕδατος. Ἐκ δὲ τῶν Λευκῶν εἰς Ὑδροῦντα πολίχνην στάδια ρν'. Ἐντεῦθεν δ' εἰς Βρεντέσιον υ'· οἱ δὲ ἴσοι καὶ εἰς Σάσωνα τὴν νῆσον, ἥτις μέση πως ἵδρυται τῆς τε Ἰαπυγίας καὶ τῶν Κεραυνίων τῆς Ἠπείρου.

38. Ὅτι ἡ ἀπὸ Βρεντεσίου ὁδὸς εἰς Τάραντα, τοῦτ' ἔστιν ὁ ἰσθμὸς, στάδια σ', ἀφορίζων γῆν, ἣν Μεσσαπίαν τε καὶ Ἰαπυγίαν καὶ Καλαβρίαν καὶ Σαλεντίνην κοινῶς οἱ πολλοὶ καλοῦσι, χερρόνησον οὖσαν.

39. Ὅτι εὐλίμενός ἐστιν ἡ πόλις τὸ Βρεντέσιον· ἑνὶ γὰρ στόματι πολλοὶ κλείονται λιμένες ἄκλυστοι, κόλπων ἀπολαμβανομένων ἐντὸς, ὥστ' ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· σὺν γὰρ τῇ πόλει κεφαλῇ μάλιστα ἐλάφου προσέοικεν ὁ τόπος· τῇ δὲ Μεσσαπίᾳ γλώττῃ Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται. Καί εἰσιν ἀπὸ Ῥώμης εἰς Βρεντέσιον μίλια τξ'.

36. Tarentini, rem suam civilem populari potestate gerentes, magnopere polluerunt; Pythagoricam quoque philosophiam amplexi, Archytam philosophum principem urbis designarunt, qui per longum tempus imperavit. Deinde autem adeo invaluere deliciæ ac pessimus reipublicæ status, ut plura festa publica apud eos agerentur quam essent dies totius anni, et peregrinos et alienigenas duces advocarent, quibus ne ipsis quidem parebant, veluti Alexandrum Epirotam contra Messapios, et Pyrrhum et e Lacedæmoniis nonnullos. Sub Hannibale Carthaginiensibus se junxerunt; quapropter a Romanis postea debellati in statum humiliorem redacti sunt.

37. Iapygum regio mirum in modum elegans est. Quum enim in superficie asper ager videatur, aratro scissus glebosus esse reperitur; et quanquam aquarum indigus sit, pascuis tamen aptus est, et arboribus ferax. Hæc tota regio copiosa quondam virorum multitudine floruit, urbesque continuit tredecim. Nunc præter Tarentum et Brundusium, cetera exigua sunt oppida, adeo ipsorum vires absumtæ sunt et depressæ. Hoc in loco exstat scopulus, quem promontorium Iapygium vocant, multum in pelagus et ortum hibernum procurrens, ac conversus ad Lacinium promontorium Bruttiæ (quam Magnam olim Græciam appellarunt a Pythagoræ illic commoratione) ab occasu ei oppositum, atque cum ipso fauces sinus Tarentini claudens; sicut Ceraunii montes et Iapygium promontorium claudunt fauces Ionii sinus. Trajectus ad Ceraunios montes et ad Lacinium est stadiorum 700. A Tarento ad Brundusium navigatio juxta littus usque ad Barin oppidulum (quod nunc Veretum dicitur) stadiorum est 600. Hinc ad Leuca stadia sunt 80; et hoc exiguum oppidum est, in quo fons fœtidæ aquæ monstratur. A Leucis ad Hydruntem oppidum stadia sunt 150; inde Brundusium usque stadia 400; totidemque ad Sasonem insulam, quæ in medio inter Ceraunia Epiri et Japygiam jacet trajectu.

38. A Brundusio via Tarentum usque, id est isthmus, stadiorum est 200, disterminans terram hujus peninsulæ, quam plerique communi vocabulo Messapiam et Japygiam et Calabriam et Salentinam appellant.

39. Urbs Brundusium portuum commoditate excellit. Multi namque portus uno aditu includuntur, a fluctibus tuti, intus receptis sinibus, adeo ut forma cervi cornibus simillima sit, unde et urbi nomen est inditum; locus enim una cum urbe cervino capiti maxime comparari potest, ac lingua Messapiorum cervi caput Brentesium dicitur. Sunt autem e Roma Brundusium usque milliaria 360.

---

36. p. 280, *BCD*. ἀριστοκρατηθέντες ἐν δημοκρατίᾳ] πολιτευόμενοι δημοκρατικῶς Strabo. ‖ — 37. p. 281, *ABC*. κατὰ τὰς χειμ.] καὶ τ. χ. cod.; ὡς ἐπὶ] πως ἐπὶ cod.; Βρεττίας] Βρεντίας codex, appositis super τ literis εσ, adeo ut sit Βρεντεσίας. Mox codex ἀνταίρων et κλείων et Βάρητος pro Βάριδος et Λουκα (sic) pro Λευκά. ‖ — 38. p. 282, *A*. ‖ — 39.

40. Ὅτι ἀπὸ Βρεντεσίου πλοῦς ἐστιν εἰς τὴν περαίαν διπλοῦς· ὁ μὲν ἐπὶ τὰ Κεραύνια καὶ τὴν Ἤπειρον, ὁ δὲ εἰς Δυρράχιον μείζων τοῦ προτέρου· ἔστι γὰρ ,αω' σταδίων. Τέτριπται δ' ἑκάτερος τούτων, διὰ τὸ τὴν πόλιν εὐφυῶς κεῖσθαι πρός τε τὰ τῶν Ἰλλυριῶν ἔθνη καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων.

41. Ὅτι τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο (τὸ) Ἀργυροίππειον ἡ πόλις, ὕστερον Ἀργυρίππα, εἶτα ὕστερον ἐκλήθη Ἄρποι, κτίσμα Διομήδους.

42. Ὅτι τῆς Δαυνίας περὶ λόφον τινὰ δείκνυται ἡρῷα, τὸ μὲν Κάλχαντος ἐπ' ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ (ἐναγίζουσι δ' αὐτῷ μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι), τὸ δὲ Ποδαλειρίου κάτω πρὸς τῇ ῥίζῃ, διέχον τῆς θαλάττης στάδια ρ'· ὁ δὲ τόπος καλεῖται Δρίον. Πρόκειται δὲ τοῦ κόλπου τούτου πελάγιον ἀκρωτήριον, πρὸς ἀνατολὰς ἐπὶ τ' ἀνατεῖνον σταδίους, τὸ Γάργανον· οὗ πλησίον αἱ Διομήδειαι νῆσοι. Περὶ δὲ τοῦ Διομήδους διαφόρως ἱστορεῖται· οἱ μέν φασιν, ὅτι μετάπεμπτος γενόμενος ἐν Ἄργει ἐτελεύτησεν, οἱ δὲ αὐτοῦ ἐν Ἄρποις τῆς Δαυνίας, οἱ δὲ ἐν μιᾷ τῶν νήσων αὐτοῦ ἀφανισθῆναι, οἱ δὲ, ὅτι ἐν Ἐνετοῖς ἀπεθεώθη.

43. Ὅτι ἡ Ἰταλία ἀσφαλῶς ᾤκηται, νήσου δίκην περίκλυστος οὖσα· καὶ πάλιν αἱ Ἄλπεις κρημνώδεις εἰσὶ καὶ τείχεσι πεφραγμέναι.

44. Ὅτι Στράβων ὁ γεωγράφος ἤκμαζεν ἐπὶ τῶν χρόνων Τιβερίου Καίσαρος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, Δρούσου καὶ Γερμανικοῦ.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ Ζ'.

1. Ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ ἕως τοῦ Ἴστρου τῶν ὄχθων στάδιοί εἰσι ,α.

2. Ὅτι Γερμανοὶ μικρὸν ἐξαλλάττουσι τοῦ Κελτικοῦ φύλου τῷ τε πλεονάσμῳ τῆς ἀγριότητος καὶ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς ξανθότητος, τἆλλα δὲ παραπλήσιοι καὶ μορφαῖς καὶ ἤθεσι καὶ νόμοις· ὅθεν καὶ Γερμανοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων καλοῦνται· δύναται δὲ τὸ ὄνομα Γνήσιοι.

3. Ὅτι Μάρσοι καὶ Σούγαμβροι ἔθνη εἰσὶ Γερμανικὰ δυσμικά.

4. Ὅτι ὁ Ἑρκύνιος δρυμὸς τῆς Γερμανίας ἐστὶ περὶ Σουήβους, ἔθνος μέγα.

5. Ὅτι τὰ βορειότερα ἔθνη τῶν Γερμανῶν ἁμαξόβια ἐστι καὶ νομαδικὰ καὶ ῥᾳδίως μεταναστεύειν ἕτοιμα διὰ τὸ μὴ θησαυρίζειν.

40. A Brundusio in ripam transmarinam duplex est trajectus, unus ad Ceraunios montes et Epirum, alter ad Dyrrachium, priori major; est enim stadiorum 1800. Horum uterque admodum frequens est, quum urbs ipsa commode sita sit, tum ad Illyricas gentes, tum ad Macedones.

41. Urbs olim Argyroippium dicta deinde Argyrippa, postremo Arpi est vocata, quam Diomedes condidit.

42. In Daunia ad collem quendam ostenduntur duo sacella, alterum quidem Calchantis in summo vertice (cui sacrificant nigrum arietem qui oracula requirunt, et ejus pelli indormiunt), alterum Podalirii, in ima radice positum, a mari distans stadiis circiter 100. Locum hunc Drium appellant. Ante hunc sinum est promontorium ad CCC stadia in mare procurrens versus ortum; Garganum appellant; cui adjacent Diomedeæ insulæ. De Diomede variat historia. Alii ajunt a suis accersitum Argis obiisse; alii vero illic in Arpis Dauniæ decessisse tradunt; nonnulli in una ex insulis a se appellatis evanuisse; alii a Venetis in deorum numerum relatum fuisse produnt.

43. Italia tutam habitationem præbet, quum fere instar insulæ circumdata mari sit, præterea autem Alpes sint præruptæ et quasi muris munitæ.

44. Strabo sub Tiberio Cæsare ejusque filiis Druso et Germanico floruit.

CHRESTOMATHIÆ

E STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO VII.

1. A sinu Adriatico usque ad Istri ripas stadia sunt mille.

2. Germani a Gallica gente paululum differunt feritatis excessu et corporis proceritate atque flavitie, in ceteris sunt similes et forma et moribus, quamobrem a Romanis Germani fuerunt appellati voce Fratres significante.

3. Marsi et Sicambri gentes sunt Germanicæ ad occasum sitæ.

4. In Germaniæ tractu Hercynia silva est circa Suevos, gentem maximam.

5. Germaniæ populi magis septentrionales vitam agunt pastoralem, et in curribus degunt, atque ex uno loco in alium facile migrant, quia thesauros non reponunt.

---

p. 282, *C.*‖— 40. p. 282, *C.* ,αω' σταδίων] Cf. not. crit. ad Strab.‖—41. p. 283, *D.*‖— 42. p. 284, *BCD.*‖—43. p. 286, *A.*‖—44. p. 288, *D.*‖—LIBER VII. 1. p. 289, *B.*‖— 2. p. 290, *A.*‖— 3. p. 290, *B.*‖— 5-6. p. 291, *AB.*

6. Ὅτι Δροῦσος ὁ Τιβερίου παῖς πολεμῶν καὶ κατορθῶν περὶ τὸν Ῥῆνον ἐτελεύτα.

7. Ὅτι διέχει ὁ Ῥῆνος ἀπὸ τοῦ Ἄλβιδος ποταμοῦ στάδια ,γ εὐθυποροῦντι.

8. Ὅτι ὁ Ἑρκύνιος δρυμὸς πυκνότερός τέ ἐστι καὶ μεγαλόδενδρος ἐν χωρίοις ἐρυμνοῖς κύκλον περιλαμβάνων μέγαν. Ἐν μέσῳ δὲ ἵδρυται χώρα καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένη. Ἔστι δὲ πλησίον αὐτῆς ἥ τε τοῦ Ἴστρου πηγὴ καὶ ἡ τοῦ Ῥήνου καὶ ἡ μεταξὺ ἀμφοῖν λίμνη καὶ τὰ ἕλη τὰ ἐκ τοῦ Ῥήνου διαχεόμενα. Ἔχει δ' ἡ λίμνη τὴν περίμετρον στάδια ,γ. Νοτιωτέρα δ' ἐστὶ τῶν τοῦ Ἴστρου πηγῶν καὶ αὕτη καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμός, ὥστε ἀνάγκη τὸν ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν ἰόντα πρῶτον μὲν διαπερᾶσαι τὴν λίμνην, ἔπειτα τὸν Ἴστρον, εἶτ' ἤδη δι' εὐπετεστέρων χωρίων ἐπὶ τὸν δρυμὸν ἐλθεῖν δι' ὀροπεδίων.

9. Ὅτι ἐστὶ καὶ ἑτέρα ὕλη μεγάλη ἐν Γερμανίᾳ, Γαβρῆτα, ἐπίταδε τῶν Σουήβων, ἐπέκεινα δ' ὁ Ἑρκύνιος δρυμός· ἔχεται δὲ κἀκεῖνος ὑπ' αὐτῶν.

10. Ὅτι Κίμβροι καλοῦνται οἱ παρωκεανῖται Γερμανοὶ, οἵτινες ἐστράτευσάν ποτε εἰς τὴν Μαιῶτιν· καὶ ἀπ' αὐτῶν, ὡς ἔοικε, καὶ οἱ τὸν Βόσπορον οἰκοῦντες Κιμμέριοι ἐκλήθησαν, ὧν καὶ Ὅμηρος μέμνηται. Οἱ δὲ Ἕλληνες τὸ ὄνομα σολοικίζοντες λέγουσιν.

11. Ὅτι ταῖς τῶν Κίμβρων γυναιξὶ, συστρατευούσαις τοῖς ἀνδράσι, παρηκολούθουν γυναῖκες προμάντεις ἱέρειαι, πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας ἐφαπτρίδας ἐπιπεπορπημέναι, ζῶσμα χαλκοῦν ἔχουσαι, γυμνόποδες· τοῖς οὖν αἰχμαλώτοις διὰ τοῦ στρατοπέδου συνήντων ξιφήρεις· καταστέψασαι δ' αὐτοὺς, ἦγον ἐπὶ κρατῆρα χαλκοῦν ὅσον ἀμφορέων εἴκασιν· εἶχον δ' ἀναβάθραν, ἣν ἀναβᾶσα * ὑπερπετὴς τοῦ λέβητος ἐλαιμοτόμει ἕκαστον μετεωρισθέντα· ἐκ δὲ τοῦ προχεομένου αἵματος εἰς τὸν κρατῆρα μαντείαν τινὰ ἐποιοῦντο· ἄλλαι δὲ διασχίσασαι ἐσπλάγχνευον, ἀναφθεγγόμεναι νίκην τοῖς οἰκείοις. Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔτυπτον τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέρροις τῶν ἁρμαμαξῶν, ὥστε ἀποτελεῖσθαι ψόφον ἐξαίσιον.

12. Ὅτι οἱ παλαιοὶ Ἕλληνες τοὺς Γέτας καὶ τοὺς Μυσοὺς, οἰκοῦντας περὶ τὸν Ἴστρον, Θρᾷκας ὑπελάμβανον, καὶ ἀποίκους τῶν ἐκ Θρᾴκης Μυσῶν τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ οἰκοῦντας μεταξὺ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν καὶ Τρώων· καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Φρύγες Βρίγες εἰσὶ, Θρᾴκιόν τι ἔθνος· καθάπερ καὶ Μυγδόνες καὶ Βέβρυκες καὶ Μαιδοβιθυνοὶ καὶ Βιθυνοὶ καὶ Θῦνοι καὶ Μαριανδυνοί· ἀλλ' οὗτοι μὲν τελέως τὴν Εὐρώπην ἐξέλιπον πλὴν Μυσῶν, ὧν καὶ Ὅμηρος ἐμνήσθη. Καὶ γάρ εἰσί τινες τῶν ταύτῃ Θρᾳκῶν καὶ Μυσῶν ἀπεχόμενοι κρεοφαγίας καὶ γάμου διὰ δσιότητα· οὓς λέγει ἀγαυοὺς Ἱππημολγοὺς, Γαλακτοφάγους Ἀβίους τε, τοῦτ' ἔστιν ἀγάμους, ἄνευ συμβιώσεως γυναικῶν· καὶ συμβαίνει αὐτοῖς δικαιοπραγεῖν διὰ τὸ πένητας εἶναι. Εἰκὸς δὲ

6. Drusus Tiberii filius, bellum felici successu gerens prope Rhenum obiit.

7. Rhenus ab Albi fluvio distat stadiis 3000 recta proficiscenti.

8. Silva Hercynia densior est et magnis consita arboribus et munitis in locis ingentem ambitum includit. In medio sita regio est, quæ pulchre habitari potest. Nec longe ab hac distant Istri ac Rheni fontes et lacus inter utrumque interjacens et de Rheno effusæ paludes. Lacus ambitum habet stadiorum 300. Est autem australior hic lacus quam sunt Istri fontes et ipsa silva Hercynia, ut necesse e Gallia ad silvam Hercyniam proficiscenti primo lacum hunc trajicere, inox Istrum, et deinde per faciliora loca montanasque planities ad silvam ipsam progredi.

9. Alia etiam in Germania est silva ingens, Gabreta nomine, citra Suevos sita, ultra quos est Hercynia silva, quæ tamen et ipsa ab istis tenetur.

10. Cimbri appellantur Germani juxta Oceanum habitantes, qui usque ad Mæotin aliquando armis progressi sunt. Ab his qui Bosporum incolunt Cimmerii videntur nomen traxisse, quorum etiam Homerus meminit; nam Græci solœcismo hoc nomen ita efferunt.

11. Cimbrorum uxores viris in militandi societate conjunctas vates quædam comitabantur canæ, albo vestitu, carbasinis supparis desuper fibulis affixis, cinctu æreo, pedibus nudis. Eæ captivis per castra strictis occurrebant ensibus, vittatosque ad æreum craterem adducebant, viginti amphorarum capacem. Habebant et pulpitum, quo conscenso vates sublimis supra lebetem elevatis guttur incidebat; tum e fuso in craterem sanguine suam captabant quandam divinationem; aliæ scisso ventre intestina spectabant, suis victoriam vaticinantes. In ipsis vero certaminibus prætentas carrorum cratibus pelles tantis ictibus pulsabant, ut ingens fragor efficeretur.

12. Veteres Græci Mysos et Getas, qui Istrum accolunt, Thraces esse existimaverunt, itemque colonos Mysorum Thraciæ esse eos, qui in Asia inter Phrygas et Lydos et Trojanos habitant. Quin et ipsi Phryges Bryges sunt, gens Thracica, sicut et Mygdones et Bebryces et Mædobithyni et Bithyni et Thyni et Mariandyni. Sed hi omnes Europam prorsus deseruere præter Mysos, quorum etiam Homerus meminit. Sunt enim nonnulli e Thracibus illis et Mysis, qui a carnium esu et nuptiis ob religionem abstinent, quos appellat ipse inclytos Hippomolgos, Lactophagos, Abios, id est, cælibem absque mulieribus vitam agentes. Fit autem ut, quum pauperes hi sint, justissime vivant. Verisimile est Zamolxin posterioribus seculis persuasisse Getis, ut Pythagoricam vi-

‖—7. p. 292, *BCD*.‖—8. p. 292, *B*. εἶτ' ἤδη δι' εὐπετεστέρων] εἴπερ δεῖ δι' εὐπρεπεστέρων cod.‖—9. p. 292, *D*. ‖—10. p. 293, *BCD*.‖—11. p. 294, *A*. ἦγον] ἡ γὰρ codex. Ante ὑπερπετὴς excidisse videtur ἡ προφῆτις.‖—12.

καὶ τὸν Ζάμολξιν ὕστερον τοὺς Γέτας ἀναπεῖσαι πυθαγορίζειν, εὐρόντα ἑτοίμους πρὸς φιλοσοφίαν.

13. Ὅτι ὁ Εὔξεινος νῦν πόντος Ἄξεινος τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο διὰ τὸ τὰ ἐνοικοῦντα ἔθνη ἄγρια εἶναι καὶ ξενοκτονεῖν τοὺς περὶ τὴν Ταυρικήν.

14. Ὅτι οἱ Σκύθαι πάντα κοινὰ εἶχον, καὶ αὐτὰς τὰς γυναῖκας, πλὴν ξίφους καὶ ποτηρίου. Διὰ δὲ τὸ εἶναι ἄβιοι δικαιότατοί εἰσιν· ἡ γὰρ ἀδικία διὰ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν καὶ διὰ τὰ συμβόλαια. Οἱ γὰρ παλαιοὶ Σκύθαι πένητες ἦσαν· [δ] καὶ Ὅμηρος μαρτυρεῖ καὶ Ἡρόδοτος, περὶ τῶν [ἐπιστρατευσάντων] τῷ Δαρείῳ βασιλεῖ τῶν Περσῶν Σκυθῶν γράφων, τῆς τε αὐταρκείας καὶ λιτότητος αὐτῶν. Καὶ Δρομιχαίτης ὁ Γετῶν βασιλεὺς, ζωγρήσας Λυσίμαχον, τὸν στρατηγὸν τῶν Μακεδόνων, συστρατεύσαντά ποτε Ἀλεξάνδρῳ, ἀπέλυσε, δείξας αὐτῷ πρότερον τὴν τῶν Γετῶν πενίαν καὶ εἰπὼν, ὅτι οὐ δεῖ τοῖς τὴν τοιαύτην πενίαν ἀσκοῦσι Γέταις πολεμεῖν, ἀλλὰ φίλοις κεχρῆσθαι.

15. Ὅτι τῆς μεταξὺ Εὐξείνου πόντου καὶ Γερμανῶν γῆς, διχῇ διαιρουμένης, τὸ μὲν πρὸς ἀνατολάς τε καὶ τὸν Εὔξεινον Γέται νέμονται, τὸ δὲ πρὸς δυσμικὴν Δακοὶ [οἱ] καὶ Δᾶοι· ἀφ' οὗ καὶ ἐπιπολάζει ἐν Ἀθηναίοις τὸ τῶν δούλων ὄνομα.

16. Ὅτι τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ τὰ μὲν ἄνω καὶ πρὸς ταῖς πηγαῖς μέρη μέχρι τῶν καταρακτῶν Δανούιον προσηγόρευον οἱ παλαιοὶ, ἃ μάλιστα διὰ τῶν Δακῶν φέρεται. Τὰ δὲ κάτω μέχρι τοῦ Πόντου, τὰ παρὰ τοὺς Γέτας, ἐκάλουν Ἴστρον. Ὁμόγλωττοι δ' εἰσὶν οἱ Δακοὶ τοῖς Γέταις.

17. Ὅτι μεταξὺ τῆς Ποντικῆς θαλάττης τῆς ἀπὸ Ἴστρου ἐπὶ Τύραν καὶ ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία πρόκειται, πεδιὰς πᾶσα καὶ ἄνυδρος· ἐν ᾗ Δαρεῖος ἀπολειφθεὶς ὁ Ὑστάσπεω, καθ' ὃν καιρὸν διέβη τὸν Ἴστρον ἐπὶ τοὺς Σκύθας, ἐκινδύνευσε πανστρατιᾷ δίψῃ φθαρῆναι.

18. Ὅτι μεταξὺ τῆς Πεύκης, ἥ ἐστι νῆσος ὑπὸ τῶν τοῦ Ἴστρου στομάτων ἀπολαμβανομένη, ἕως τῶν τοῦ Τύρα ἐκβολῶν, στάδιοί εἰσιν ϡ'· τὸ δὲ ἀπὸ Ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου, ὅ ἐστι νοτιώτατον, ἕως τοῦ βορειοτάτου, τοῦτ' ἔστιν ἡ τῆς Πεύκης βάσις τριγώνου οὔσης, στάδιοί εἰσι τ'.

19. Ὅτι ἡ Λευκὴ νῆσος ἀπὸ τῆς Πεύκης ἀπέχει πρὸς ἀνατολὰς στάδια πεντακόσια εἰς τὸ πέλαγος, ἱερὰ Ἀχιλλέως.

20. Ὅτι ὁ Βορυσθένης ποταμὸς, εἶτα πρὸς βορρᾶν καὶ ἀνατολὰς ὁ Ὕπανις ποταμὸς, ἀπὸ τοῦ Τύρα ποταμοῦ· καὶ πρὸ αὐτῶν νῆσος Βορυσθένης. Ἀναπλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένη στάδια σ' πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ὀλβία καλεῖται, κτίσμα Μιλησίων, ἐμπορεῖον μέγα. Μεταξὺ δὲ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ καὶ τοῦ Βορυσθένους πρώτη ἐστὶν ἡ

tam ducerent, quod eos ad philosophiam promtos deprehendisset.

13. Pontus qui nunc Euxinus dicitur, prius Axenus, id est inhospitalis, dictus est, quod accolæ feri erant, et Tauricæ incolæ hospites mactare solebant.

14. Scythæ omnia communia habere consueverunt, usque ad mulieres ipsas, præter gladium solum et poculum. Quia tenuiter victitant, justissimi etiam sunt; nam i justitia ob pecuniæ possessionem et contractus fieri solet. Veteres enim Scythæ erant pauperes; quod et Homerus testatur, et Herodotus de Scythis cum Dario rege Persarum bellum gerentibus scribens, et de frugalitate ipsorum ac simplicitate. Et Dromichætes rex Getarum, quum Lysimachum Macedonum ducem, qui cum Alexandro olim militaverat, vivum cepisset, postquam Getarum monstraverat paupertatem, impune dimisit cum illo monito, ne Getas talem paupertatem exercentes bello persequeretur, sed amicis iis uteretur.

15. Terra ea, quæ inter Pontum Euxinum et Germaniam jacet, bifariam divisa est; regionem ad ortum et Pontum Euxinum vergentem Getæ habitant, ad occasum vero Daci sive Dai, unde etiam istud servorum nomen apud Athenienses in usu est.

16. Partes Istri fluvii superiores, quæ versus fontes sunt ad cataractas usque, antiqui Danubium dixerunt, quæ maxime per Dacos feruntur; inferiores vero ad Pontum usque, quæ juxta Getas, Istrum appellarunt. Habent autem Daci eandem linguam cum Getis.

17. Inter mare Ponticum ab Istro Tyram versus Getarum solitudo protenditur, campestris tota atque aquarum indiga; in qua Darius Hystaspis filius destitutus, quando trajecto Istro in Scythas duxit, in periculum venit siti cum toto exercitu pereundi.

18. A Peuce, quæ insula est ostiis Istri comprehensa, usque ad Tyræ ostia sunt stadia 900; at ab ostio Istri, quod Sacrum appellatur et maxime australe est, usque ad id quod maxime septentrionale est, stadia 300. Est autem hæc basis Peuces insulæ, triangularem figuram habentis.

19. Leuce insula a Peuce versus ortum distat stadiis 500, in alto sita, sacra Achilli.

20. Deinde Borysthenes est fluvius; mox ad septentrionem et ortum Hypanis fluvius, post Tyram fluvium; ante hos Borysthenes insula. Naviganti Borysthenem ad stadia ducenta, ejusdem nominis urbs offertur, etiam Olbia dicta, amplum emporium, opus Milesiorum. Inter Istrum fluvium et Borysthenem

p. 295, *BC.* Μαιδοβιθυνοὶ] Μεδοβιθυνοι cod. ‖ — 13. p. 298, *D.* ‖ — 14. 296, *D.* 300, *D.* 301, *ABC.* Δρομιχαίτης] Δρομηχέτης cod. ‖ — 15. p. 304, *C.* ‖ — 16. p. 304, *D.* 305, *A.* ‖ — 17. p. 305, *BC.* ‖ — 18. p. 305, *CD.* ‖ — 19. p. 306, *A.* ‖ — 20. p. 306, *BC.* νῆσος Βορυσθένης] Βορυσθενὶς Coray e Ptolemæo;

τῶν Σκυθῶν ἐρημία· εἶτα Τυραγέται· εἶτα Ἰάζυγες Σαρμάται καὶ οἱ Βασιλήιοι λεγόμενοι Σκύθαι.

21. Ὅτι ἡ προσάρκτιος πᾶσα ἀπὸ Γερμανίας μέχρι τῆς Κασπίας θαλάσσης πεδιάς ἐστιν, ἣν ἴσμεν.

22. Ὅτι Ῥωξολανοὶ, περὶ τὴν Μαιῶτιν οἰκοῦντες, ἐπολέμουν πρὸς τοὺς τοῦ Εὐπάτορος Μιθριδάτου στρατηγοὺς, ἔχοντες ἡγεμόνα Τάσιον.

23. Ὅτι αἱ τοῦ Βορυσθένους ποταμοῦ ἐκβολαὶ ἐν τῷ μυχῷ κεῖνται τοῦ Ταμυράκου κόλπου καὶ ἡ Βορυσθένης νῆσος· ὁ δὲ Καρκινίτης ποταμὸς ἐν τῷ μυχῷ ἐκδίδωσι τοῦ ὁμωνύμου κόλπου· καὶ περιέχεται μεταξὺ τῶν δύο κόλπων τούτων ἡ Ταυροσκυθία χερρονησίζουσα, ἧς τὰ νότια μέρη εὐθεῖά ἐστιν αἰγιαλὸς, ὁ Ἀχίλλειος δρόμος.

24. Ὅτι τὰ περὶ Μαιῶτιν χωρία διὰ τὴν ψῦξιν ὄνους οὐ τρέφει· δύσριγον γὰρ τὸ ζῷον. Οἵ τε βόες, οἱ μὲν ἄκεροι γίνονται, τῶν δὲ ἀπορρινῶσι τὰ κέρατα· καὶ γὰρ τοῦτο δύσριγον τὸ μέρος. Οἵ τε ἵπποι μικροὶ γίνονται, τὰ δὲ πρόβατα μεγάλα. Ὁ δὲ διάπλους τοῦ Βοσπόρου ἁμαξεύεται ἐκ τοῦ Παντικαπαίου εἰς Φαναγορίαν, ὥστε καὶ πηλὸν εἶναι καὶ δδόν· ὀρυκτοί τέ εἰσιν ἰχθύες, οἱ ἀποληφθέντες ἐν τῷ κρυστάλλῳ, θηρευτοὶ γαγγάμῃ τῷ ἐργαλείῳ, καὶ μάλιστα οἱ ἀνταιοι, δελφῖσι πάρισοι τὸ μέγεθος. Ἡ δὲ ἄμπελος χειμῶνος κατορύττεται. Τὰ δὲ καύματα τοῦ θέρους σφοδρὰ γίνονται, τάχα μὲν τῶν σωμάτων ἀηθιζομένων, τάχα δὲ τῶν πεδίων νηνεμούντων, ἢ καὶ τοῦ πάχους τοῦ ἀέρος ἐκθερμαινομένου πλέον, καθάπερ ἐν τοῖς νέφεσιν οἱ παρήλιοι ποιοῦσιν.

25. Ὅτι μετὰ τὴν νῆσον τὸν Βορυσθένη ἑξῆς πρὸς ἀνατολὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ ψιλὸν χωρίον, καλούμενον ἄλσος ἱερὸν Ἀχιλλέως· εἶτα ὁ Ἀχίλλειος δρόμος, ἀλιτενὴς χερσόνησος· ἔστι γὰρ ταινία τις ὅσον ,α σταδίων μῆκος ἐπὶ τὴν ἕω, πλάτος δὲ τὸ μέγιστον δυεῖν σταδίων, τὸ δὲ ἐλάχιστον πλέθρων δ', διέχουσα τῆς ἑκατέρωθεν τοῦ αὐχένος ἠπείρου τῇ θαλάσσῃ σταδίους ξ', ἀμμώδης, ὕδωρ ἔχουσα ὀρυκτόν· κατὰ μέσην δὲ ὁ τοῦ ἰσθμοῦ αὐχὴν ὅσον μ' σταδίων. Τελευτᾷ δὲ πρὸς ἄκραν, ἣν Ταμυράκην καλοῦσιν, ἔχουσαν ὕφορμον· μεθ' ἣν ὁ Καρκινίτης κόλπος, εὐμεγέθης, ἀνέχων πρὸς τὰς ἄρκτους ὅσον ἐπὶ σταδίους ,β μέχρι τοῦ μυχοῦ. Τὸν δὲ κόλπον καὶ Ταμυράκην καλοῦσιν ὁμωνύμως τῇ ἄκρᾳ. Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ ἰσθμὸς ὁ διείργων τὴν Σαπρὰν λεγομένην λίμνην ἀπὸ θαλάττης, σταδίων μ', καὶ ποιῶν τὴν Ταυρικὴν καὶ Σκυθικὴν λεγομένην χερρόνησον. Οἱ δὲ τξ' τὸ πλάτος τοῦ ἰσθμοῦ φασίν. Ἡ δὲ Σαπρὰ λίμνη σταδίων μὲν εἶναι ,δ λέγεται, μέρος δ' ἐστὶ τῆς Μαιώτιδος τὸ πρὸς δύσιν· συνεστόμωται γὰρ αὐτῇ στόματι μεγάλῳ καὶ ἔστιν ἑλώδης σφόδρα

prima occurrit Getarum solitudo, deinde Tyragetæ, mox Jazyges Sarmatæ et Basilii appellati Scythæ.

21. Universus aquilonaris tractus, quantus est nobis cognitus, a Germania usque ad mare Caspium, campestris est regio.

22. Roxolani circa Mæotim habitantes bellum gesserunt adversus Mithridatis Eupatoris duces, imperatorem habentes Tasium.

23. Borysthenis fluvii ostia sunt in intimo recessu Tamyracæ sinus, itemque Borysthenes insula. Carcinites fluvius in recessu erumpit sinus eodem nomine dicti; interque hos duos sinus Tauroscythia continetur, peninsulæ forma; cujus pars australis est rectum littus, quod cursum Achillis appellant.

24. Loca circa Mæotim præ magno frigore asinos non gignunt; est enim animal istud frigoris impatiens. Boum autem alii absque cornibus nascuntur, aliis amputantur; hæc enim pars a gelu maxime læditur. Equi pusilli apud eos nascuntur, oves vero magnæ. Trajectus autem Bospori a Panticapæo ad Phanagoriam plaustris percurritur, adeo ut via trita et cœnum ibi sit. Et pisces in glacie deprehensi fuscinis effodiuntur, maxime antacæi, delphinos magnitudine æquantes. Vitis per hiemem defoditur. Æstus per æstatem ingens est, forte quia corporibus æstus est insolens, aut quia nullæ spirant auræ, aut quia aer crassus plus caloris concipit, quale est quod in nubibus parelii efficiunt.

25. Post Borysthenis insulam ad ortum in continente nudus locus est, quem Achillis Sacrum lucum appellant; deinde Achillis Cursus, humilis peninsula. Est enim fascia quædam in stadia mille versus ortum producta, latitudine maxima duorum stadiorum, minima jugerum quatuor, distans a continente, quæ utrinque cervici huic adjacet, per mare stadiis 60; arenosa est, aquam tantum fossilem habens. In medio isthmi collum est fere stadiorum 40. Terminatur vero ad promontorium, quod Tamyracen appellant et navium stationem habet. Post illud permagnus sinus est Carcinites, tendens in aquilonem ad stadia circiter bis mille usque ad sinus recessum. Hunc sinum, eodem quo promontorium nomine, Tamyracen appellant. Ibi isthmus ille est, qui lacum Sapran [putrem] nominatum a mari separat, stadiorum 40, facitque peninsulam quæ Taurica sive Scythica appellatur Chersonesus. Sunt qui latitudinem isthmi dicant esse stadiorum 360. Ceterum Sapra palus dicitur esse stadiorum 4000; pars autem est Mæotidis versus occasum, magnoque illi ore conjungitur; paludosa est

---

sed ibi quoque meliores codices præbent Βορυσθένης. Strabo nomen insulæ non tradidit. ‖ — 21-22. p. 306, *C.* Ῥωξολανοί] Ῥωξοανοί cod. ‖ — 23. p. 307, *ABCD.* ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ταμυράκου κόλπου etc.] Inconcinna excerptor tradit, quum Tamyraces sinus

idem sit cum Carcinite sinu neque ad os Borysthenis pertineat. Cerciniten fluvium e Ptolemæo auctor petiisse videtur. ‖ — 24. πηλὸν] πλοῦν Coray.; θηρευτοὶ] θηρευταὶ cod.; τοῦ πάχους τοῦ ἀέρος] τοῦ ἀέρος ἐκ τοῦ πάχους Strabo. ‖ — 25. Καρκινίτης] Καρπινίτης

καὶ ραπτοῖς πλοίοις μόγις πλόιμος· οἱ γὰρ ἄνεμοι τὰ τενάγη ῥᾳδίως ἀνακαλύπτουσιν, εἶτα πάλιν πληροῦσιν, ὥστε τὰ ἕλη τοῖς μείζοσι σκάφεσιν οὐ περάσιμά ἐστιν, ἀλλ' ἐνίσχεται αὐτόθι.

26. Ὅτι Χερρόνησος πόλις ἐν τῇ Ταυρικῇ πρότερον αὐτόνομος ἦν. Κατατρεχομένη δ' ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἠναγκάσθη προστάτην ἑλέσθαι Μιθριδάτην τὸν Εὐπάτορα (καὶ) στρατηγιῶντα ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους ποταμοῦ βαρβάρους καὶ τοῦ Ἀδρίου. Ταῦτα δ' ἦν ἐπὶ Ῥωμαίους παρασκευή. Ἐκεῖνος μὲν οὖν κατὰ ταύτας τὰς ἐλπίδας ἄσμενος πέμψας εἰς τὴν Χερρόνησον στρατείαν, ἐπολέμει πρὸς τοὺς Σκύθας καὶ τούτους ἐχειρώσατο καὶ Βοσπόρου κατέστη κύριος, παρ' ἑκόντος λαβὼν Παρισάδου, τοῦ κατέχοντος τότε. Ἐξ ἐκείνου δὴ τοῦ χρόνου τοῖς τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ἡ τῶν Χερρονησιτῶν πόλις ὑπήκοος μέχρι νῦν ἐστιν.

27. Ὅτι μετὰ τὸν Συμβόλων λιμένα ἐν τῇ Ταυρικῇ, ὅς ἐστι δυσμικὸς καὶ βόρειος, ἡ Ταυρικὴ πρὸς νότον τοῦ Εὐξείνου παραλία, ,α οὖσα σταδίων τὸ μῆκος, τραχεῖα καὶ ὀρεινὴ καὶ καταιγίζουσα τοῖς βορέαις ἵδρυται· [εἶτα] ἡ Θεοδοσία πόλις ἐν τῷ Βοσπόρῳ. Ἐν δὲ τῷ μέσῳ τῆς παραλίας ταύτης ἀκρωτήριόν ἐστι, τὸ καλούμενον Κριοῦ μέτωπον, ἀντικρὺ Παφλαγονίας καὶ τοῦ ἀκρωτηρίου αὐτῆς Καράμβιδος. Τὸ δὲ δίαρμα τὸ μεταξὺ Καράμβιδος καὶ Κριοῦ μετώπου στάδιοι ,βσ'. Ἀπὸ δὲ Θεοδοσίας εἰς Παντικάπην, μητρόπολιν τῶν Βοσποριανῶν, πᾶσα ἡ χώρα εὔγειος καὶ εὔφορος σίτου, στάδια φλ'. Ἡ δὲ Παντικάπαια πόλις ἵδρυται ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Τὸ δὲ Παντικάπαιον λόφος ἐστὶ πάντη περιοικούμενος ἐν κύκλῳ σταδίων κ', κτίσμα Μιλησίων.

28. Ὅτι τὰ τοῦ Τανάιδος δύο στόματα διέχει ἀλλήλων ὡς στάδια ξ'. Ἔνθα καὶ πόλις δμώνυμος τῷ ποταμῷ, μέγιστον ἐμπορεῖον τῶν βαρβάρων μετὰ τὸ Παντικάπαιον. Ἀπὸ δὲ τοῦ Παντικαπαίου πρὸς βορρᾶν στάδια κ' ἀνιόντι Μυρμήκιόν ἐστι πολίχνιον· εἶτα κώμη Παρθένιον, ἀπὸ σταδίων μ' τοῦ Μυρμηκίου, ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου ξ'. Ἔστι δὲ κατὰ μὲν τὸ Παντικάπαιον ὁ πορθμὸς, τοῦτ' ἔστι τὸ πλάτος τοῦ Βοσπόρου, σταδίων ο'· ἀπὸ δὲ τοῦ Παρθενίου, ὅπου καὶ τὸ στενότατόν ἐστι τοῦ πορθμοῦ, στάδια κ'. Ἔχει δ' ἐνταῦθα ἀντικειμένην ἐν τῇ Ἀσίᾳ κώμην, Ἀχίλλειον καλουμένην. Ἐντεῦθεν δὲ τὸ μῆκος τῆς λίμνης ἐπὶ τὸν Τάναϊν τὴν πόλιν καὶ τὴν νῆσον στάδια ,βσ'. Ὁ δὲ κατὰ τὴν Ἀσίαν παράπλους κατὰ τὰ δεξιὰ μέρη ὀλίγῳ

admodum et vix naviculis sutilibus navigari potest; venti enim cœnum facile detegunt, inde rursus opplent, adeo ut paludes majoribus cymbis non sint perviæ, sed illic detineantur.

26. Chersonesus urbs in Taurica, quæ antea propriis legibus vivebat, a barbaris postmodum direpta eo necessitatis adducta est, ut Mithridatem Eupatorem præsidem sibi deligeret, cum barbaris, qui supra isthmum usque ad Borysthenem atque Adriam loca tenent, bella gesturum; quæ adversus Romanos præludia parabantur. Ille igitur, quum ista spe ductus lubens exercitum in Chersonesum misisset, Scythis bellum intulit, eosque subjugavit, ac Bosporo potitus est, ultro accepta ejus ditione a Parisade, qui eum tunc obtinebat. Ex eo tempore Chersonesitarum civitas in hunc usque diem Bosporanis regulis est subjecta.

27. Post Symbolorum portum in Taurica, qui versus occasum ac boream jacet, Tauricum littus sequitur versus austrum Ponti Euxini, longitudinem habens stadiorum mille, asperum, montanum et aquilonibus procellosum. Sita est urbs Theodosia in Bosporo. Ceterum in medio hujus littoris promontorium est, quod Criumetopon appellatur, ex adverso Paphlagoniæ et Carambidis promontorii. Inter Carambin et Arietis frontem intervallum stadiorum habet duo millia et ducenta. A Theodosia usque ad Panticapen Bosporianorum metropolim regio tota agrum habet feracem, præcipue tritici; stadia sunt quingenta triginta. Urbs Panticapæa in ore lacus Mæotidis est sita. Panticapæum autem collis est in circulum habitatus ad stadia viginti, colonia Milesiorum.

28. Duo ostia Tanaidis inter se distant stadiis 60; ibi urbs est eodem nomine cum fluvio, emporium barbarorum maximum post Panticapæum. A Panticapæo versus boream ad stadia viginti sursum pergenti Myrmecium est oppidum exiguum; deinde Parthenium vicus stadiis a Myrmecio quadraginta, a Panticapæo vero sexaginta. Juxta Panticapæum, fretum, id est Bospori trajectus, stadiorum est septuaginta; a Parthenio vero loco, ubi angustissimum est, stadiorum viginti. Habet autem illic oppositum in Asia vicum, Achilleum nomine. Ex hoc loco longitudo lacus ad Tanaim urbem et insulam stadiorum est 2200. Hunc numerum paulo excedit præter Asiam ad

---

cod. ‖ — 26. p. 308, *D.* Χερρόνησος] ἡ νῦν Χερσὼν καλεῖται add. pr. man. in margine. ‖ — 27. p. 309, *ABCD.* Συμβόλων] Συμβούλων cod.; ἡ Ταυρικὴ πρὸς νότον etc.] Negligenter hæc excerpta sunt. ‖ — ,βσ'] Strabo: διέστηκε δ' ἡ Κάραμβις τῆς μὲν τῶν Χερσονησιτῶν πόλεως σταδίους ,βφ', τοῦ δὲ Κριοῦ μετώπου πολὺ ἐλάττους τὸν ἀριθμόν. Hinc epitomator stadia sua βσ' ipse exputasse videtur. Quamquam Strabo alio loco (p. 103, 16 ed. Did.) a Criumetopo ad Carambin ipsa illa stadia 2,500 numerat, quæ h. l. inde a Chersonitarum urbe computat, adeo ut altero loco pro μετώπου πολὺ legendum esse videatur μετώπου [οὐ] πολύ. ‖ — 28. p. 310, *BCD.* 311, *AB.* παράπλους] περίπλους cod.; ὑπὲρ τοὺς] Hæc aut ejicienda sunt aut nata ex παράπλους vel περίπλους. ‖ — ζ' ἔγγιστα] πλέον ἢ τριπλάσιον Strabo. ‖ — σχεδὸν δέ τι] σ. δ' ἔτι cod. ‖

τι ὑπερβάλλει τῶν ,βσ΄ σταδίων, ὁ δὲ ἀριστερὸς καὶ ἐπὶ Εὐρώπην (ὑπὲρ τοὺς) ,ζ ἔγγιστα, ὡς εἶναι τὴν τῆς συμπάσης λίμνης περίμετρον ,θ ἔγγιστα σταδίων· ἧς τὰ μὲν Εὐρωπαῖα μέρη ἔρημα, τὰ δ' ἀνατολικὰ οἰκεῖται· ἡ δὲ Ταυρικὴ Χερρόνησος ἔοικε καὶ κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κατὰ τὸ σχῆμα τῇ Πελοποννήσῳ. Τὴν δὲ πλείστην μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ καὶ τοῦ κόλπου τοῦ Καρκινίτου Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος, ᾤκουν· καὶ ἐκαλεῖτο πάλαι ἡ χώρα αὕτη πᾶσα, σχεδὸν δέ τι καὶ [ἡ] ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους, μικρὰ Σκυθία. Τῆς δὲ Χερρονήσου τῆς Ταυρικῆς, πλὴν τῆς ὀρεινῆς τῆς παραλίου μέχρι Θεοδοσίας, ἡ ἄλλη πεδιὰς καὶ εὔγειός ἐστι πᾶσα, σίτῳ δὲ καὶ σφόδρα εὐτυχής· τριακοντάχουν [γὰρ] ἀποδίδωσι διὰ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ σχιζομένη. Φόρον δ' ἔφερον Μιθριδάτῃ τῷ Εὐπάτορι. Ἐντεῦθέν φασι καὶ τὰ σιτοπομπεῖα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι· καὶ Λεύκωνά φασι πέμψαι ἐντεῦθεν Ἀθηναίοις σίτου μεδίμνους μυριάδας ιε΄. Διὰ δὲ τὸ νομάδας εἶναι τοὺς βορειοτέρους Γεωργοὶ οὗτοι ἐκαλοῦντο ἰδίως.

29. Ὅτι ἴδιόν ἐστι Σκυθῶν καὶ Σαρματῶν τὸ τοὺς ἵππους ἐκτέμνειν εὐπειθείας χάριν· μικροὶ μὲν γάρ εἰσιν, ὀξεῖς δὲ σφόδρα καὶ δυσπειθεῖς.

30. Ὅτι ἐν Σκυθίᾳ ἀετὸς οὐ γίνεται. Γίνεται δὲ ζῷόν τι ἐνταῦθα, ὁ καλούμενος κόλος, μεταξὺ ἐλάφου τε καὶ κριοῦ τὸ μέγεθος, λευκὸς, ὀξύτερος τούτων τῷ δρόμῳ, πίνων τοῖς ῥώθωσιν εἰς τὴν κεφαλήν, εἶτ' ἐντεῦθεν εἰς ἡμέρας ταμιεύων πλείους, ὥστ' ἐν τῇ ἀνύδρῳ νέμεσθαι ῥᾳδίως. Τοιαύτη μὲν ἡ μεταξὺ Ῥήνου καὶ Τανάιδος ποταμῶν χώρα, ἡ ἐκ[τὸς] τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ ὑπὸ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης ἀφοριζομένη.

31. Ὅτι παράλληλά ἐστι τρόπον τινὰ τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ τά τε Ἰλλυρικὰ καί τὰ Παιονικὰ καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη, μίαν πως γραμμὴν ἀποτελοῦντα, διήκουσαν ἀπὸ τοῦ Ἀδρίου μέχρι πρὸς τὸν Πόντον· ἥσπερ πρὸς ἄρκτια μὲν τὰ μεταξὺ Ἴστρου ποταμοῦ καὶ τῶν ὀρῶν, πρὸς νότον δὲ ἥ τε Ἑλλὰς καὶ ἡ συνεχὴς βάρβαρος μέχρι τῆς ὀρεινῆς. Πρὸς μὲν οὖν τὸν Πόντον τὸ Αἷμόν ἐστιν ὄρος, μέγιστον τῶν ταύτῃ καὶ ὑψηλότατον, μέσην πως διαιροῦν τὴν Θρᾴκην. Πρὸς δὲ τῷ Ἀδρίᾳ πᾶσα ἡ Ἀδρία σχεδόν τι· μέση δ' ἡ Παιονία, καὶ αὕτη πᾶσα ὑψηλή. Ἐφ' ἑκάτερα δὲ αὐτῆς, ἐπὶ μὲν τὰ Θρᾴκια ἡ Ῥοδόπη, ὄμορον ὑψηλὸν ὄρος μετὰ τὸν Αἷμον, ἐπὶ δὲ θάτερα πρὸς ἄρκτον τὰ Ἰλλυρικὰ ἥ τε τῶν Αὐταριατῶν χώρα καὶ ἡ Δαρδανική. Αἱ δ' Ἄλπεις διατείνουσι μέχρι τῶν Ἰαπόδων, Κελτικοῦ τε ἅμα καὶ Ἰλλυρικοῦ ἔθνους. Ἡ δὲ Ὄκρα ταπεινότατον μέρος τῶν Ἄλπεών ἐστι, τῶν διατεινουσῶν ἀπὸ τῆς Ῥαιτικῆς μέχρι Ἰαπόδων· ἐντεῦθεν δ' ἐξαίρεται τὰ ὄρη πάλιν ἐν τοῖς Ἰάποσι καὶ καλεῖται Ἄλβια. Μεταξὺ δ' Ὄκρας καὶ Ἀλβίων ὀρέων ἐν τῇ Ἰστρίᾳ

dextram partem navigatio; ad sinistram vero et juxta Europam, ad septem millia proxime accedit, ut totius lacus ambitus stadiorum fere sit 9000. Hujus pars ea quæ in Europam vergit, deserta est; quæ ad ortum, habitatur. Ceterum Taurica Chersonesus et magnitudine et figura Peloponneso est similis. Magnam ejus partem, usque ad Isthmum scilicet ac sinum Carcinitem, Tauri colebant, gens Scythica, appellabaturque olim regio hæc universa et fere quicquid extra isthmum est usque ad Borysthenem, Parva Scythia. Hujus Tauricæ Cherronesi, præter montanam oram maritimam usque ad Theodosiam, reliqua pars tota campestris est et fertilis, inprimis autem frumenti; ibi enim quocunque rastro scissa trigecuplum reddit. Hi tributum pendebant Mithridati Eupatori. Ex his locis ad Græcos commeatus frumentarios exstitisse ajunt. Leuconem traditum est Atheniensibus misisse modiorum frumenti myriades quindecim. Quum autem qui supra eos habitant pastores essent omnes, hi peculiariter Georgi sive agricolæ nominabantur.

29. Scythicæ et Sarmaticæ gentis peculiaris mos est equos castrare, ut mansuetiores fiant; sunt enim parvi, verum acres admodum et contumaces.

30. In Scythia aquilæ non nascuntur; animal autem ibi est quadrupes, quod Colos appellatur, magnitudine inter cervum et arietem media, corpore albo, majore quam illi cursus celeritate; naribus potans aquam in caput trahit, ibique per dies complures reservat, ita ut facile vivat in locis aquæ expertibus. Talis est inter Rhenum et Tanaın fluvios regio, quæ ultra Istrum fluvium mari Pontico terminatur.

31. Quodammodo ad Istrum fluvium paralleli sunt Illyrici et Pæonici ac Thracii montes, juxta unam fere lineam jacentes ab Adria ad Pontum usque porrectam, a qua versus septentrionem est, quod inter Istrum fluvium et montes interjacet regionis, versus meridiem Græcia et huic contiguæ barbarorum sedes ad montes usque. Ad Pontum Hæmus mons est, ceteros ejus loci magnitudine et altitudine superans, mediam dividens Thraciam. Ad Adriam vero est tota fere Adria; media jacet Pæonia, quæ et ipsa tota alta est. In altera inde parte, in Thracia mons confinis Rhodope post Hæmum maxime altus, in altera parte versus septentrionem Illyria et Autariatarum regio et Dardanica. Alpes autem usque ad Iapodes excurrunt, Celticam simul et Illyricam gentem. Ocra vero pars Alpium a Rhætis ad Iapodes porrectarum humillima. Inde montes rursus attolluntur juxta Iapodes, et vocantur Albii. Inter Ocram et Albios montes juxta lineam rectam in Istria montes sunt, quibus nomen

— 29. p. 312, *B.* ‖ — 30. p. 312, *D.* ‖ — 31. p. 313, *BCD.* 314, *A.* Αὐταριατῶν] Αὐγαριατῶν codex. ‖ — τὰ Καρούαγκα] Hoc nomen aliunde additum, fort. e Ptolemæo (3, 1, 1 et 8, 2, 2), ubi : τὸ

τὰ ὄρη τὰ Καρούαγκα ἐπ' εὐθείας. Τὰ δὲ Βέβια ἔτι ἀνατολικώτερα τῶν Ἀλβίων· ὡς εἶναι κατὰ τὸ ε' κλίμα σχεδὸν ἐπ' εὐθείας τὰ ὄρη ταῦτα, Ὄκραν, Καρούαγκα, Ἄλβια, Βέβια· εἶτα τὰ τῆς ἄνω Μυσίας ὄρη· εἶτα ὁ Αἷμος ὁ Θρᾴκιος ἕως τοῦ Εὐξείνου πόντου. Αὕτη οὖν ἡ κατὰ τὰ προκείμενα ὄρη εὐθεῖα παράλληλός ἐστι τῷ Ἴστρῳ σχεδόν.

32. Ὅτι ἀρχὴ τῆς Ἰλλυρικῆς παραλίας ἐστὶν ἡ Ἰστρία, συνεχὴς οὖσα τοῖς τε Κάρνοις καὶ τῇ Ἰταλίᾳ. Καί εἰσιν ω' στάδιοι ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου ἕως τῆς Πόλας· τοσοῦτοι δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἕως Ἀγκῶνος, πόλεως Ἰταλικῆς. Ὁ δὲ πᾶς τῆς Ἰστρίας παράπλους ἕως τῶν Ἀλβίων ὀρῶν στάδιοι ,ατ'. Ἐξῆς δέ ἐστιν ὁ Ἰαποδικὸς παράπλους σταδίων ,α.

33. Ὅτι οἱ Ἰάποδες ἵδρυνται ἐπὶ τῷ Ἀλβίῳ ὄρει, τελευταίῳ ὄντι τῶν Ἄλπεων καὶ ὑψηλῷ σφόδρα, τῇ μὲν ἐπὶ τοὺς Παννονίους καὶ τὸν Ἴστρον καθήκοντες, τῇ δὲ ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν. Κατάστικτοι δέ εἰσιν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις Ἰλλυριοῖς τε καὶ Θρᾳξίν.

34. Ὅτι μετὰ τὸν τῶν Ἰαπόδων παράπλουν ὁ Λιβυρνικός ἐστι σταδίων ,αφ', νήσων ἀριθμὸν ἔχων πρὸ αὐτοῦ περὶ μ'. Τῶν δὲ Ἰαπόδων νῆσος πρόκειται Κυρικτική, τῶν δὲ Ἰστρίων αἱ Ἀψυρτίδες νῆσοι, ἔνθα φασὶ τὴν Μήδειαν τὸν ἀδελφὸν Ἄψυρτον ἀνελεῖν. Καὶ ἡ Τραγούριον δὲ καὶ ἡ Φάρος πρὸ τῆς Λιβυρνίας εἰσί, νῆσοι ἐπίσημοι, καὶ ἡ Ἴσσα νῆσος.

35. Ὅτι ἴδιον τῶν Δαλματέων τὸ διὰ ὀκταετηρίδος ἀναδασμὸν ποιεῖσθαι τῆς χώρας· τὸ δὲ μὴ χρῆσθαι νομίσμασι πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ ἴδιον, πρὸς ἄλλους δὲ τῶν βαρβάρων πολλοὺς κοινόν.

36. Ὅτι ὄρος ἐστὶν Ἄδριον, μέσον τέμνον τὴν Δαλματικήν, τὴν μὲν ἐπιθαλάττιον, τὴν δὲ ἐπὶ θάτερα. Εἶτα ὁ Νάρων ποταμὸς καὶ πρὸ αὐτοῦ ἡ Μέλαινα νῆσος, ἥτις καὶ Κέρκυρα καλεῖται, Κνιδίων κτίσμα.

37. Ὅτι πολλὰ ἔθνη ἐξέλιπον καὶ ἐκλείπουσι· Γαλατῶν μὲν Βόιοι καὶ Σκορδίσται, Ἰλλυριῶν δὲ Αὐταριᾶται καὶ Ἀδριαῖοι καὶ Δαρδάνιοι, Θρᾳκῶν δὲ Τριβαλλοί· νῦν δ' οὐδ' ὄνομά ἐστι Μακεδόνων ἢ Θρᾳκῶν.

38. Ὅτι μετὰ τὴν τῶν Ἀρδιαίων καὶ Πληραίων παραλίαν * Ῥιζαὶ κόλπος ἐστὶ καὶ Ῥίζων πόλις καὶ Δρίλων ἐφεξῆς πρὸς νότον ποταμὸς, ἀνάπλουν ἔχων πρὸς ἕω μέχρι τῆς Δαρδανικῆς, [ἡ] συνάπτει τοῖς τε Μακεδονικοῖς καὶ τοῖς Παιονικοῖς ἔθνεσι πρὸς μεσημβρίαν. Εἶτα Δυρράχιον δμώνυμος τῇ χερρονήσῳ πόλις, Κερκυραίων κτίσμα, εἶτα Ἄψος ποταμός· εἶτα Ἀπολλωνία πόλις, Κορινθίων κτίσμα, εἶτα Ἀῶος ποταμός, εἶτα Βαλλιακὴ πόλις καὶ τὰ Κεραύνια ὄρη καὶ Χάονες, ἡ ἀρχὴ τοῦ Ἰονίου κόλπου, καὶ νῆσος Σασώ. Καὶ ἔστι τὸ μὲν Ἰόνιον ὄνομα ἡ ἀρχὴ τοῦ κόλπου, τὸ δὲ Ἀδρίας τοῦ ἔσω μέρους [μέχρι] τοῦ

Caruanca. Porro Bebii montes adhuc magis versus ortum sunt quam Albii: ita ut in quinto climate hi montes sint juxta lineam fere rectam locati, Ocra, Caruanca, Albia, Bebia; deinde montes superioris Mysiæ; mox Hæmus Thracius usque ad Euxinum Pontum. Recta itaque linea, juxta hos montes ducta, Istro fere parallela est.

32. Littoris Illyrici initium Istria est, Carnis et Italiæ continua. Sunt autem ab intimo sinu Adriæ usque ad Polam urbem stadia 800, ac totidem Anconem usque, Italiæ urbem. Ceterum Istriæ circuitio tota usque ad Albios montes stadiorum est 1300; deinceps autem Japodum præternavigatio est stadiorum 1000.

33. Japodes siti sunt ad Albium montem, qui finis est Alpium et admodum altus, ac partim ad Pannonios et Istrum, partim ad Adriam pertinent. Notis autem compuncti sunt corpora, quemadmodum Thraces et Illyrici ceteri.

34. Post Japodum oram Liburnica succedit stadiorum 1500, cui insulæ adjacent numero 40. Ante Japodes est insula Cyrictica, et ante Istrios Absyrtides insulæ, ubi Medea dicitur Absyrtum fratrem interfecisse. Præterea Tragurium et Pharos ante Liburniam jacent, insignes insulæ; item Issa insula.

35. Dalmatis peculiaris mos est singulis octennis agros denuo dividere; nam quod numismate nullo utantur, id ipsis inter littoris accolas peculiare est, cum aliis autem barbaris permultis commune.

36. Mons Adrius (*Ardius*) Dalmatiam mediam secat ita ut altera ejus pars ad mare spectat, altera in diversum. Post hunc Naro fluvius est et ante hunc Melæna insula, quæ et Corcyra dicitur, a Cnidiis colonis frequentata.

37. Multæ gentes defecerunt, e Gallis Boii et Scordistæ, ex Illyricis Autariatæ, Ardiæi et Dardanii, e Thracibus Triballi. Jam vero ne nomen quidem Macedonum aut Thracum est.

38. Post Ardiæorum oram maritimam et Pleræorum Rhizæ (*Rhizonæorum? Rizonicus?*) sinus est et Rhizon oppidum; deinde ad austrum Drilo fluvius, quo adverso navigatur orientem versus usque ad Dardanicam, quæ attingit Macedonicas gentes et Pannonicas ad meridiem. Deinde Dyrrachium urbs est, ejusdem nominis cum peninsula, Corcyræorum opus; deinde Apsus fluvius; tum urbs Apollonia, a Corinthiis condita; mox Aous fluvius; deinde Balliaca (*Bylliaca*) urbs et Ceraunii montes et Chaones, initium sinus Ionii et insula Saso. Est autem propria appellatio Ionii, qua parte sinus incipit; Adriatici vero, qua interior ejus sinus pars est; nunc autem sinus universus eodem gaudet nomine. A Liburnia ad Cerau-

Καρουάγκας ὄρος. ‖ — 32. p. 314, *CD*. ‖ — 33 et 34. p. 315, *A*. Κυρηκτικὴ...ἡ Φᾶρος...Ἴασσα cod. ‖ — 35. p. 315, *C*. πρὸς ἄλλους..πολλοὺς] πρὸς ἀλλήλους...πολλοῖς cod. ‖ — 36. p. 315, *C*. ‖ — 37. p. 315, *D*. ‖ — 38. p. 316, *ABCD*. Ῥιζαὶ κόλπος] Ῥιζαίων κόλπος codd. Strabon., quod et ipsum corrigendum fuerit in Ῥιζωναίων vel in Ῥιζονικὸς. ‖ — Ῥίζων] Ῥιζὸν cod. ‖ — Ἀῶος] Λᾶος cod.

μυχοῦ· νῦν δὲ σύμπας ὁμοίως καλεῖται. Καί εἰσιν ἀπὸ Λιβυρνίας εἰς τὰ Κεραύνια ὄρη ἡ παραλία στάδια ,β, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου ὁδὸς ἕως τῶν Κεραυνίων ὀρέων πεζῇ ἡμερῶν πλειόνων ἢ λ'· κατὰ δὲ θάλασσαν ὁ πλοῦς ἡμερῶν ς'. Καὶ ἔστι πᾶσα ἡ παραλία αὕτη εὔγειος καὶ εὐάμπελος καὶ εὔδενδρος.

39. Ὅτι ἡ ὑπερκειμένη τῆς παραλίας Ἰλλυρία πᾶσά ἐστιν ὀρεινὴ καὶ ψυχρὰ καὶ νιφόβολος· ἡ δὲ προσάρκτιος καὶ μᾶλλον, ὥστε καὶ τῶν ἀμπέλων σπάνιν εἶναι. Ταῦτα δὲ τὰ χωρία Παννόνιοι κατέχουσι, πρὸς νότον μὲν μέχρι Δαλματαίων καὶ Ἀρδιαίων, πρὸς ἄρκτον δὲ μέχρι τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, πρὸς ἕω δὲ Σκορδίσκοις συνάπτοντα· * τῇ δὲ παρὰ τὰ ὄρη τὰ Μακεδόνων καὶ Θρᾳκῶν.

40. Ὅτι ἐν Αὐταριάταις, ἔθνει Ἰλλυρικῷ ἐπισήμῳ, ὕδωρ ἐστὶ ῥέον ὑπὸ ἄγκει τινὶ τοῦ ἔαρος· ἀρυσάμενοι δὲ τὸ ὕδωρ καὶ ἀποθέντες ἡμέρας ε' εἶχον, εἶτα ἐξεπήγνυτο καὶ ἦσαν ἅλες.

41. Ὅτι μετὰ τὴν τῶν Σκορδίσκων χώραν ἡ τῶν Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν ἐστι χώρα, παρὰ τὸν Ἴστρον οὖσα, καὶ τὰ ἕλη τὰ τῆς ἐντὸς Ἴστρου μικρᾶς Σκυθίας.

42. Ὅτι ἀπὸ τοῦ νοτιωτάτου στόματος τοῦ Ἴστρου, ὅπερ Ἱερὸν καλεῖται, ἐπὶ νότον ἰόντι τὴν τοῦ Πόντου παραλίαν, Ἴστρος ἐστὶ πολίχνιον ἀπὸ φ' σταδίων, Μιλησίων κτίσμα· εἶτα ἕτερον πολίχνιον Τόμις ἀπὸ σν' σταδίων· εἶτα πόλις Κάλλατις ἀπὸ σπ' σταδίων, Ἡρακλεωτῶν κτίσμα. εἶτα πόλις Ἀπολλωνία ἀπὸ ,ατ' Καλλάτιδος σταδίων, κτίσμα Μιλησίων. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Ἀπολλωνίας καὶ Καλλάτιδος Ὀδησσός ἐστιν· εἶτα τὰ τοῦ Αἵμου ὄρους ἀνατολικὰ πέρατα, ἀρξαμένου ἀπὸ τῶν Ἄλπεων· εἶτα Μεσημβρία, Μεγαρέων κτίσμα· εἶτα Ἀγχιάλη πόλις· εἶτα Ἀπολλωνία. Πάλιν δ' ἀπὸ τῆς Ἀπολλωνίας ἐπὶ Κυανέας στάδιοί εἰσι ,αφ'. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἥ τε Θυνιὰς καὶ Σαλμυδησσὸς, αἰγιαλὸς ἔρημος καὶ λιθώδης, ἀλίμενος, ἀναπεπταμένος πολὺς πρὸς τὸν βορρᾶν, σταδίων ὅσον ψ' μέχρι Κυανέων τὸ μῆκος. Αἱ δὲ Κυάνεαι νησίδιά εἰσι δύο πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου, τὸ μὲν τῇ Εὐρώπῃ προσεχὲς, τὸ δὲ τῇ Ἀσίᾳ, διειργόμενα πορθμῷ ὅσον κ' σταδίων· τοσοῦτον δὲ διέχει καὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Βυζαντίων καὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Χαλκηδονίων, ὅπερ ἐστὶ τὸ στενότατον τοῦ Θρᾳκίου Βοσπόρου καὶ τὸ τοῦ Πόντου στόμα.

43. Ὅτι Θρᾳκιστὶ καλεῖται ἡ πόλις βρία· διὸ Μεσημβρία μὲν ἡ τοῦ Μέσιος βρία, Σηλυμβρία δὲ ἡ τοῦ Σήλυος βρία· ἡ δὲ Αἶνός ποτε Πολτυοβρία ἐκαλεῖτο, τοῦ Πόλτυος βρία.

44. Ὅτι Μεγαρεῦσι, χρωμένοις ποτὲ περὶ ἀποικίας,

nios montes ora maritima est stadiorum 2000; via autem ab intimo sinu Adriatico usque ad Ceraunios montes pedibus eunti dierum est plus quam 30, navigatio per mare dierum sex. Universa hæc ora maritima frugum atque rerum omnium ferax est, vinetis atque arboribus optime consita.

39. Quæ supra oram illam maritimam sita est Illyria, omnis montana est et frigida et nivibus oppleta, præcipue vero pars septentrionalis, adeo ut vel vitium ibi penuria sit. Hæc loca Pannonii tenent, versus austrum quidem usque ad Dalmatas et Ardiæos pertinentia, versus septentrionem vero usque ad Istrum fluvium, versus ortum Scordiscos attingentia, qui ibi extenduntur juxta montes Macedonum ac Thracum.

40. In Autariatis, gente Illyrica insigni, aqua e valle quadam verno tempore fluit, quæ hausta et per quinque dies deposita coagulatur, et sal efficitur.

41. Post Scordiscorum regionem regio est Triballorum et Mysorum juxta Istrum sita, item paludes minoris intra Istrum Scyth·

42. Ab Istri ostio maxime australi, quod appellant Sacrum, versus austrum per oram Ponti maritimam eunti ad stadia quingenta Istrus est, oppidum exiguum, Milesiorum opus; deinde post stadia 250 oppidulum aliud, Tomis; tum post stadia 280 urbs Callatis, Heracleotarum colonia; inde stadiis 1300 abest Apollonia, a Milesiis condita. Inter Apolloniam et Callatidem Odessus est; postea orientalis extremitas Hæmi montis, incipientis ab Alpibus; deinde Mesembria, Megarensium colonia; deinceps Anchiale urbs et mox Apollonia. Rursum ab Apollonia usque ad Cyaneas stadia sunt 1500. In medio spatio Thynias et Salmydessus est, litus desertum et lapidosum, importuosum, ad aquilonem late patens longitudine usque ad Cyaneas stadiorum fere 700. Sunt autem Cyaneæ duæ perexiguæ insulæ juxta os Ponti, altera Europæ, altera Asiæ contigua, freto disjunctæ, quod latitudinem habet stadiorum circiter viginti. Tanta etiam est distantia a fano Byzantiorum et fano Chalcedoniorum, ad quæ sunt summæ Bospori angustiæ et os Ponti.

43. Thracum lingua urbs Bria appellatur; unde Mesembria, tanquam Mesios oppidum, et Selymbria, oppidum Selyos; item Ænus olim Poltyobria vocabatur, tanquam Poltyos oppidum.

44. Megarensibus aliquando oraculum de colonia

‖ — 39. p. 317, *CD.* τῇ δὲ] an τῇ τε? an Σκορδίσκοις συνάπτοντα [τοῖς παρατείνουσι] τῇδε παρὰ etc.? ‖ — 40. p. 318, *A.* ‖ — 41. p. 318, *B.* ‖ — 42. p. 319, *ABC.* ἀρξαμένου ἀπὸ τῶν Ἄλπεων] ἀρξάμενον ἀπὸ τῶν ἅλσεων codex; in quibus editores ἀρξάμενον mutarunt in ἀρξάμενα. At sensus idoneus sic non funditur. Indicat excerptor opinionem, ex qua continuum montium jugum, quod in Hæmum exit, initium habet ab Alpibus. Cf. Exc. 48 et 31. ‖ — νησίδια] νησίδες cod. ‖ — 43. p. 319, *CD.* ‖ — 44. p. 320, *C.* ‖ —

ἔχρησεν ὁ θεὸς κτίζειν πόλιν ἀπέναντι τῶν τυφλῶν, τὸ Βυζάντιον· τοὺς γὰρ Χαλκηδονίους τυφλοὺς ἐκάλει, διότι πρὸ ιζ' ἐτῶν ἐλθόντες οὐκ ἐνενόησαν, ὡς τυφλοὶ ὄῆθεν, τὴν ἀμείνω χώραν ἐκλέξασθαι, τὸ Βυζάντιον, ἀλλ' ἔκτισαν τὴν χείρω, τὴν Χαλκηδόνα.

45. Ὅτι ἡ πηλαμὺς γεννᾶται μὲν ἐν τοῖς ἕλεσι τῆς Μαιώτιδος λίμνης, εἶτα ἐκεῖ ὀλίγον αὐξηθεῖσα κατέρχεται εἰς τὸν Πόντον· εἶτα τὰ Ἀσιανὰ μέρη ἐπιλαβοῦσα ἕως Τραπεζοῦντος, διὰ τὴν μικρότητα οὐ θηρεύεται· ἐντεῦθεν δ' ἕως Σινώπης ἄρχεται θηρεύεσθαι, καὶ κατὰ μικρὸν αὐξηθεῖσα ἐν Βυζαντίῳ ἤδη ὡραία ἐστὶ καὶ θηρεύεται μάλιστα· καὶ εἰς τὸ κέρας τὸ κατὰ Βυζάντιον, κολπῶδες πρὸς δυσμὰς ἀνάχυμα τῆς θαλάσσης, εἰσέρχεται καὶ ἀγρεύεται μάλιστα.

46. Ὅτι τὸ κατὰ Βυζάντιον κέρας ὠνόμασται διὰ τὸ ἐοικέναι ἐλάφου κέρατι τὴν ταύτῃ θάλασσαν· ἔχει γὰρ κόλπους τινὰς, ὡς ἂν ἀποφύσεις.

47. Ὅτι ἡ νῦν Ἑλλὰς χώρα βαρβάρων ἦν πρότερον κατοικία· οἷον Πέλοπος μὲν ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπαγαγομένου λαὸν εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Πελοπόννησον, Δαναοῦ δ' ἐξ Αἰγύπτου, Δρυόπων δὲ καὶ Καυκώνων καὶ Πελασγῶν καὶ Λελέγων καὶ ἄλλων τοιούτων κατανειμαμένων τὰ χωρία τῆς Ἑλλάδος. Τήν τε γὰρ Ἀττικὴν οἱ μετὰ Εὐμόλπου Θρᾷκες ἔσχον, τῆς δὲ Φωκίδος τὴν Δαυλίδα Τηρεὺς, τὴν δὲ Καδμείαν οἱ μετὰ Κάδμου Φοίνικες, αὐτὴν δὲ τὴν Βοιωτίαν Ἄονες καὶ Τέμμικες καὶ Ὕαντες. Καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δ' ἐνίων τὸ βάρβαρον ἐμφαίνεται· Κέκροψ, Κόδρος, Αἶκλος, Κόθος, Δρύμας, Κρίναχος. Καὶ νῦν δὲ πᾶσαν Ἤπειρον καὶ Ἑλλάδα σχεδὸν καὶ Πελοπόννησον καὶ Μακεδονίαν Σκύθαι Σκλάβοι νέμονται. Καὶ ἡ Ἰωνία δὲ ὑπὸ Καρῶν καὶ Λελέγων ἐκρατεῖτο.

48. Ὅτι ὑπὸ τὸ ἕκτον κλίμα κεῖται ἡ Ἄλπις τὸ ὄρος, καὶ πρὸς ἀνατολὰς σχεδὸν ἐπ' εὐθείας διήκει ἡ ὀρεινὴ αὕτη ῥάχις ἕως Αἵμου ὄρους, τοῦ εἰς τὸν Εὔξεινον λήγοντος· ὠνόμασται δὲ καθ' ἕκαστον οὕτως· Ἄλπις, Ὄκρα, Καρούαγκα, Ἄλβις, Βέβια· καὶ ταῦτα μὲν τὰ Ἰλλυρικὰ ὄρη· τὰ δὲ Μακεδονικὰ Βερτίσκος, Σκάρδον, Ὄρβηλος, Ῥοδόπη, Αἷμος· ταῦτα δὲ τὰ ἔσχατα δύο Θρᾳκιά εἰσι. Μεταξὺ δὲ τῆς ῥάχεως ταύτης καὶ τοῦ Ἴστρου κάθηνται ἔθνη ταῦτα, Ῥαιτοὶ, Οὐινδελικοὶ, Νωρικοὶ, Παννόνιοι οἱ ἄνω, Παννόνιοι οἱ κάτω, Σκορδίσκοι, Δαλμάται, Μυσοὶ οἱ ἄνω, Μυσοὶ οἱ κάτω, διήκοντες ἕως τῆς Πεύκης νήσου. Οἱ δὲ Ἰλλυριοὶ καὶ οἱ Μακεδόνες καὶ οἱ Θρᾷκες πρὸς νότον εἰσὶ τῆς ῥάχεως ταύτης.

49. Ὅτι ἀπὸ Ἀπολλωνίας, τῆς ἐν τῷ Ἀδρίᾳ Ταυλαντίων τῶν Μακεδονικῶν πόλεως, ἥ ἐστι πλησίον Δυρραχίου, ἄρχεται ἡ Ἐγνατία ὁδὸς, πρὸς ἕω βεβημα-

consulentibus deus respondit ut urbem ex adverso cæcorum locarent, Byzantium significans; nam Chalcedonios appellabat cæcos, qui quum ad eum locum decem et septem annis prius appulissent, non adverterint, tanquam cæci, meliorem Byzantii regionem eligendam esse, sed in pejore illa Chalcedonis urbem condiderint.

45. Pelamys in paludibus lacus Mæotidis nascitur; inde ubi parum adolevit, in Pontum descendit, atque ad Asianum littus Trapezuntem usque excurrens, ob exiguitatem non capitur; inde ad Sinopen usque venatio ipsius primum incipit, dein paulatim aucta juxta Byzantium justam magnitudinem habet, ibique capitur maxime. Nam in cornu quod juxta Byzantium est, sinuosum maris gurgitem ad occidentem conversum, ingrediens capiendam se præbet commodissime.

46. Cornu quod est juxta Byzantium, nomen accepit, quia mare illud cornu cervino simile est; habet enim sinus quosdam ramis non absimiles.

47. Regio, quam nunc Græci habent, a barbaris prius habitabatur; scilicet Pelops e Phrygia populum in eam partem duxit, quæ ab ipso Peloponnesus nunc dicta est, Danaus vero ex Ægypto; præter hos Dryopes, Caucones, Pelasgi, Leleges et nonnulli alii regiones Græciæ inter se partiti sunt; Atticam Thraces cum Eumolpo, in Phocide Daulidem Tereus, Cadmeam autem Phœnices, qui cum Cadmo venerunt, tenuere; Bœotiam Aones et Temmices et Hyantes. Quin et nomina quædam barbariem præ se ferunt, ut Cecrops, Codrus, Æclus, Cothus, Drymas, Crinacus. Et nunc sane totam Epirum et Græciam fere et Peloponnesum et Macedoniam Scythæ Slavi tenent. Ioniam Cares et Leleges tenebant.

48. Sub sexto climate Alpis mons jacet, et ad ortum juxta rectam fere lineam dorsum ejus montanum porrigitur usque ad montem Hæmum, qui in Pontum Euxinum desinit. Nomina autem habet juxta unamquamque gentem hæc: Alpis, Ocra, Caruanca, Albis, Bebia; et hi quidem Illyrici montes sunt; Macedonici vero, Bertiscus, Scardon, Orbelus, Rhodope, Hæmus, e quibus duo extremi Thracii sunt. Inter hoc dorsum et Danubium hæ gentes intersunt: Rhæti, Vindelici, Norici, Pannones superiores et inferiores, Scordisci, Dalmatæ, Mysi superiores et inferiores, qui usque ad Peucen insulam progrediuntur. Ceterum Illyrii et Macedones et Thraces ab hoc dorso ad austrum tendunt.

49. Ex Apollonia in Adria, quæ Taulantiorum Macedonicorum urbs est prope Dyrrhachium sita, via Egnatia incipit versus ortum, per millia passuum

45 et 46. p. 320, *D.* ‖ — 47. p. 321, *ABC.* Δαυλίδα] Αὐλίδα cod.; Τέμμικες] Τέμβικες cod.; Αἶκλος] Ὦκλος cod.; Δρύμας] Supra ς prima manu scriptum est ν. ‖ — Κρίναχος] Κρινανὸς cod., ut codd. Strabonis. ‖ — 48. p. 321, *D.* Ῥαῖτιοι, Οὐινδελχοι (sine acc.), Νώρικοι...Δαλματαιοι (sine acc.) cod. ‖ — 49. p. 322, *D.* ‖ —

τισμένη κατὰ μίλιον καὶ κατεστηλοθετημένη μέχρι Κυψέλων καὶ Ἕβρου ποταμοῦ· μιλίων δέ ἐστι φλε'· καὶ ἐὰν ᾖ τὸ μίλιον στάδια η', γίνεται αὕτη ἡ ὁδὸς σταδίων ,δσπ'. Ἐὰν δὲ, ὡς Πολύβιος βούλεται, ὑπερβάλλῃ τὸ μίλιον τοῦ ὀκταστα δίου δίπλεθρον, ὅ ἐστι τριτημόριον τοῦ σταδίου (τὸ γὰρ πλέθρον ἕκτημόριόν ἐστι τοῦ σταδίου), προσθετέον τοῖς ,δσπ' σταδίοις τὸ τρίτον τῶν φλε', τοῦτ' ἔστιν ροη'· καὶ γίνονται ,δυνή.

50. Ὅτι Πτολεμαῖος μὲν τὸ τῆς Μακεδονίας βόρειον πέρας εἶναι λέγει τὴν γραμμὴν τὴν διὰ Βερτίσκου ὄρους καὶ Σκάρδου καὶ Ὀρβήλου ἐκβαλλομένην, πρὸς ἀνατολὰς μὲν ἕως μέσης τῆς Προποντίδος, πρὸς δυσμὰς δὲ ἕως τῶν ἐκβολῶν Δρίλωνος ποταμοῦ τοῦ ἐκ τοῦ Βερτίσκου ὄρους ἀνίσχοντος, ἵνα τὰ βορειότερα τῶν ὀρέων τούτων καὶ τῆς γραμμῆς ταύτης ᾖ τὰ μὲν Ἰλλυρικὰ, τὰ δὲ Θρᾴκεια· ὁ δὲ Στράβων οὐχ οὕτως· ἀλλὰ τὴν Ἐγνατίαν ὁδὸν μεθόριον τίθησιν Ἰλλυρίας καὶ τῆς Ἠπείρου, ἀπὸ Ἀπολλωνίας ἕως πόλεως Λυχνιδοῦ καὶ τόπου καλουμένου οὕτω Πυλῶνος· τὰ δὲ λοιπὰ τῆς ὁδοῦ ταύτης διά τε Ἡρακλείας καὶ Λυγκηστῶν καὶ Ἐόρδων εἰς Ἔδεσσαν καὶ Πέλλαν, ἕως Θεσσαλονικείας. Μίλια δέ εἰσι ταῦτα διακόσια ἑξήκοντα ἑπτά· τὰ δὲ λοιπὰ ἕως ποταμοῦ Ἕβρου τοσαῦτα.

51. Ὅτι ἀπὸ Ἀπολλωνίας πόλεως ἡ Ἐγνατία ὁδὸς διορίζει πρὸς νότον τὴν Ἤπειρον, περιεχομένην ὑπὸ τοῦ Ἀδριατικοῦ πελάγους ἕως τοῦ κόλπου τοῦ Ἀμπρακικοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου πρὸς ἕω ἕως Αἰγαίου Ἑλλάς ἐστι, πρὸς νότον ἔχουσα τὴν Πελοπόννησον.

52. Ὅτι ὁ Στρυμὼν ποταμὸς διορίζει Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην· ἡ δὲ Θρᾴκη, κλυζομένη Αἰγαίῳ τε πελάγει καὶ τῷ Μέλανι κόλπῳ καὶ Ἑλλησπόντῳ καὶ Προποντίδι καὶ Βοσπόρῳ καὶ Εὐξείνῳ πόντῳ, εἰς τὸν Αἷμον τὸ ὄρος περατοῦται· ἡ δὲ βόρειος τῆς Θρᾴκης πλευρὰ ὁ Αἷμός ἐστι καὶ ἡ Ῥοδόπη καὶ ὁ Ὄρβηλος τὰ ὄρη· ἡ δὲ δυσμικὴ πλευρὰ ὁ Στρυμὼν ποταμός ἐστιν.

53. Ὅτι τὸ Μυρτῷον πέλαγος περιέχεται [τοῖς] ἀπὸ Σουνίου ἕως Κορίνθου καὶ τοῦ Σαρωνικοῦ κόλπου, εἶτα τῇ ἀνατολικῇ τῆς Πελοποννήσου πλευρᾷ ἕως Μαλείας καὶ Κυθήρων καὶ Κρήτης τῶν βορείων μερῶν· ἐν ᾧ πελάγει καὶ αἱ Κυκλάδες εἰσίν.

54. Ὅτι ἡ Δωδώνη ἐν τῇ τῶν Μολοττῶν χώρᾳ ἐστὶ τῶν ἐν Ἠπείρῳ.

55. Ὅτι ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρέων καὶ Χαόνων ὁ ἐπὶ τὴν ἕω παράπλους σταδίων ἐστὶ ,ατ', ἕως τοῦ στόματος τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου, ἔνθα καὶ ἡ Ἤπειρος περατοῦται.

56. Ὅτι ἀπὸ Κασσιόπης λιμένος, τῆς ἐν Κερκύρᾳ, ἕως Βρεντεσίου στάδια ,αψ'.

57. Ὅτι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου τὸ μὲν στόμα

dimensa atque lapideis columnis notata usque ad Cypsela et Hebrum amnem. Est autem milliarium 535. Quodsi in singula milliaria octo stadia computentur, venient in hanc viam stadia 4280, sin, ut vult Polybius, milliare superet octo stadia duobus jugeribus, i. e. triente stadii (jugerum enim sexta pars stadii), stadiis 4280 addenda est tertia pars milliarium 535, i. e. stadia 178, et in universum fient 4458.

50. Ptolemæus latus Macedoniæ septentrionale ait esse lineam per montem Bertiscum et Scardum et Orbelum ejectam, ad ortum quidem usque ad mediam Propontidem, ad occasum vero usque ad ostia Drilonis fluvii ex monte Bertisco orientis, ita ut partes horum montium et lineæ hujus septentrionales partim sit Illyrica natio, partim Thracia. Verum Strabo non ita definit; sed viam Egnatiam terminum Illyriæ et Epiri statuit, ab Apollonia usque ad Lychnidum urbem et locum quem Pylonem appellant. Cetera hujus viæ per Heracleam et Lyncestas et Eordos in Edessam et Pellam usque ad Thessalonicam. Sunt autem hæc milliaria 267. Reliqua pars usque ad Hebrum fluvium totidem milliarium est.

51. Ab urbe Apollonia via Egnatia Epirum terminat versus austrum, quam alluit mare Adriaticum usque ad sinum Ambracium. A sinu Ambracio versus ortum usque ad mare Ægæum Hellas est, habens Peloponnesum a meridie.

52. Strymon fluvius Macedoniam et Thraciam disterminat. Thracia vero mari alluitur Ægæo et Melane sinu et Hellesponto et Propontide et Bosporo ac Ponto Euxino, atque in Hæmum montem desinit. Septentrionale latus Thraciæ constituunt Hæmus et Rhodope et Orbelus montes; occiduum vero Strymon fluvius.

53. Myrtoum pelagus continetur iis quæ sunt à Sunio usque ad Corinthum et Saronicum sinum, deinde latere orientali Peloponnesi usque ad Maleam et Cythera ac Cretæ partem borealem. In hoc mari etiam Cyclades insulæ sitæ sunt.

54. Dodona in regione Molossorum jacet, qui Epirum tenent.

55. A Ceraunii montibus et Chaonibus prætervigatio ortum versus est stadiorum 1300 usque ad os Ambracii sinus, quo loco finitur Epirus.

56. A Cassiope portu Corcyræ usque ad Brundusium stadia sunt 1700.

57. Os Ambracii sinus stadiorum est quatuor, am-

---

50. Ptolemæus et Strabo p. 323, *AB*. Λυχνιδοῦ] Λυχνιδίου cod. ‖ —51 et 52. p. 323 *BC*. ‖ —53. p. 323, coll. p. 123. Quæ de Myrtoo mari parum accurata hoc loco leguntur, sic Strabo non tradidit. ‖ — 54-56.

rum montem in Mesopotamia Edessam urbem et Anthemusiam regionem et Chalcitidem, itemque Anecobaritidem, quæ desertæ Arabiæ objacet, Tigridi fluvio prope Mesenen Susianæ regionem committitur; postremum vero Characenen regionem obiens, juxta Teredonem urbem atque Elymaïtidem Susianæ regionem medium sinum Persicum ingreditur.

32. Euphrates juxta Seleuciam magnam urbem rursus ad austrum convertitur, proxime ad magnam urbem Ctesiphontem super Tigride jacentem, adeo ut intervallum, quod utrumque fluvium atque urbes ambas interjacet, stadiorum sit duodecim.

33. Ab Antitauro monte minoris Armeniæ nonnulli montes abscinduntur septentrionem versus, aliis atque aliis nominibus dicti, e quibus est qui Polyarrhen (*Paryardes?*) vocatur et Scordiscus et montes Moschici, qui per mediam Armeniam majorem usque ad Iberiam porriguntur.

34. In Mesopotamia Taurus est contiguus Cappadocico Tauro, qui dividit Armeniam et Mesopotamiam. Inde ad ortum Gordyæi montes sunt et Niphates, e quibus fluit Tigris, item Masius mons supra Nisibim urbem jacens, deinceps ad ortum Choathra (*Parchoathra?*) montes; inde Zagrus; ab hoc Orontes; mox Coronus, qui Hyrcaniam a Parthia dividit; deinde Sariphi Margianæ montes, e quibus Oxus fluvius egreditur; ab his sunt qui proprie Caucasii montes dicuntur, ad occasum Paropanisadas et ad ortum Indos dirimentes; postmodum Imaus est, Sogdianos et Indos disterminans. Hi montes omnes in unum comprehensi Taurum constituunt, qui Asiam totam in duas partes dividit, ab Mycale Ionica initio sumto usque ad Indos extremos.

35. Caspiæ portæ Mediam ad occasum definiunt, Parthiam ad eurum, ad cæciam vero ventum Hyrcaniam.

36. Extra Taurum montem sita nulla pars est neque Mediæ neque Armeniæ.

37. Media bifariam dividitur; est enim altera pars ipsius orientalis, quæ Magna vocatur, et cujus metropolis Ecbatana sunt, regia olim sedes Medorum, quo etiam loco æstate degebant Persarum reges, hiemabant vero Seleuciæ; occidua vero Mediæ pars Atropatena ab Atropata satrapa, qui obstitit ne regio ab Alexandro et Macedonibus subjugaretur, sic dicta. Sita est regio hæc ab Armenia et Matiana versus ortum, a magna Media versus occasum, ab utrisque versus septentrionem. Atropatenæ pars est Cadusia

---

commemorat. Noster Ptolemæi tabulas ob oculos habuit. Mox codex Χαραχινήν habet. ‖—33. Πολυάρρην] Haud dubie est Παρυάρδης Ptolemæi (5, 13, 5), ex quo auctore etiam Scordisci Cappadociæ montis mentio (Ptol. 5, 6, 8) fluxerit. ‖ — 34. p. 522, *AB*. Χόαθρα ὄρη] Leg. videtur Παρχόαθρα ὄρη. Certe apud Ptolemæum (6, 2, 3) mons iste dicitur Παρχοάθρας. Cf. Pseudo-Æthicus p. 726 ad calcem Pomp. Melæ ed. Gronov. (an. 1722) : *a radice Parchoatræ montis*. Strabo neque hunc montem neque τὰ Σάριφα ὄρη novit.

οἱ Γηλοὶ καὶ Μάρδοι ἕως τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ, ὃς ὁρίζει Ἀρμενίαν καὶ Ἀτροπατηνήν. Αἱ δὲ Κάσπιαι πύλαι μεθόριόν εἰσι τῆς τε μεγάλης Μηδίας καὶ τῆς Παρθυαίας καὶ Ὑρκανίας.

38. Ὅτι τῆς Ἀτροπατηνῆς χώρας ὁ Ἀτροπάτης ἐβασίλευσεν ἕως ποταμοῦ Ἀράξου μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτήν, καὶ διήρκεσεν ἐπὶ πολλὰ ἔτη ἡ τούτου βασιλεία. Ἐν δὲ τῇ Ματιανῇ λίμνη ἐστὶν ἅλας φέρουσα.

39. Ὅτι λῃστικὰ γένη δ' ἦν· Μάρδοι μὲν Πέρσαις γείτονες, Οὔξιοι δὲ καὶ Ἐλυμαῖοι Πέρσαις τε καὶ Σουσίοις, Κωσσαῖοι δὲ Μήδοις. Καὶ πάντες οὗτοι φόρους ἐπράττοντο τοὺς τῆς Ἀσίας βασιλεῖς· Κωσσαῖοι δὲ καὶ δῶρα ἐλάμβανον, ἡνίκα ὁ βασιλεὺς θερίσας ἐν Ἐκβατάνοις ὑπέστρεφεν.

40. Ὅτι ἄλλοι Ἐλυμαῖοι ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ, καὶ ἕτεροι περὶ Μηδίαν.

41. Ὅτι τὴν Σιτακηνὴν τῆς Ἀσσυρίας τινὲς Ἀπολλωνιᾶτιν καλοῦσιν.

42. Ὅτι ἡ ὑπὸ ταῖς Κασπίαις πύλαις χώρα ταπεινή τέ ἐστι καὶ εὐδαίμων καὶ πάμφορος πλὴν ἐλαίας.

43. Ὅτι δύο Κάσπιοί εἰσιν ἔθνη, οἱ μὲν δυσμικώτεροι τῶν Καδουσίων περὶ τὴν ὁμώνυμον θάλασσαν καὶ τὸν Καμβύσην ποταμὸν, οἱ δὲ γείτονες τῶν Παρθυαίων, ὧν εἰσι καὶ αἱ Κάσπιαι πύλαι.

44. Ὅτι πλησίον τῶν περὶ Παρθυαίους Κασπίων πυλῶν ἐστι τὸ Νησαῖον πεδίον ἱππόβοτον· ὅθεν τοὺς Νησαίους ἵππους τοὺς καλλίστους οἱ τῆς Ἀσίας βασιλεῖς ἤγρευον. Φέρει δὲ τὸ πεδίον τοῦτο βοτάνην πλείστην, ἣν ἡμεῖς Μηδικὴν καλοῦμεν. Φέρει δὲ καὶ σίλφιον ἡ χώρα αὕτη, ἀφ' οὗ ὁ Μηδικὸς καλούμενος ὀπὸς, [ὡς τὸ] πολὺ τοῦ Κυρηναϊκοῦ λειπόμενος, ἔστι δ' ὅτε καὶ διαφέρων ἐκείνου, εἴτε παρὰ τὸν τόπον εἴτε παρὰ τὸ φυτὸν εἴτε παρὰ τοὺς ὀπίζοντας καὶ σκευάζοντας.

45. Ὅτι Μῆδοι ἀρχηγέται εἰσὶ Περσῶν· δηλοῖ δὲ ἥ τε τιάρα καὶ κίταρις καὶ χειριδωτοὶ χιτῶνες καὶ αἱ ἀναξυρίδες, ἅπερ τοῖς βορειοτέροις ἔθνεσιν οἰκεῖα διὰ τὴν ψῦξιν.

46. Ὅτι Μηδικὸν τὸ μὴ ἐλάττους τῶν ε' γυναικῶν τίθεσθαι γαμετάς· ὡσαύτως δὲ καὶ γυναῖκας συμφορὰν νέμειν τὸ εἶναι ἐλάττονας τῶν ε' ἔχοντι γυναῖκας.

47. Ὅτι, τῆς ἄλλης Μηδίας εὐδαίμονος οὔσης τελέως, λυπρά ἐστιν ἡ προσάρκτιος ὀρεινή· σιτοῦνται γοῦν ἀπὸ ἀκροδρύων, ἔκ τε μήλων ξηρῶν κοπέντων ποιοῦνται μάζας, ὑπὸ δ' ἀμυγδάλων φωχθέντων ἄρτους, ἐκ δὲ ῥιζῶν τινων οἶνον ἐκθλίβουσι· κρέασι δὲ χρῶνται θηρείοις· ἥμερα δ' οὐ τρέφουσι θρέμματα τοσαῦτα.

48. Ὅτι τῆς Ἀρμενίας ἡ Χορζηνὴ καὶ Καμβυ-

et quam Xenophon Carduchiam vocat, et Geli et Mardi usque ad Araxen fluvium, qui Armeniam et Atropatenen terminat. Portæ Caspiæ Magnæ Mediæ et Parthiæ atque Hyrcaniæ limes sunt.

38. Atropatenæ regioni Atropates imperavit usque ad fluvium Araxen, post obitum scilicet Alexandri, atque ad multos annos duravit hujus imperium. In Matiana lacus est salem ferens.

39. Nationes latrocinia exercentes quatuor fuerunt : Mardi Persis vicini, Uxii et Elymæi Persis et Susiis, Cossæi Medis. Hi omnes tributa exigebant ab Asiæ regibus. Cossæi præterea dona accipiebant, quoties rex, æstate in Ecbatanis acta, redibat.

40. Alii sunt Elymæi ad mare Rubrum, alii juxta Mediam.

41. Sitacenen Assyriæ nonnulli Apolloniatin vocant.

42. Quæ Caspiis portis subest regio, humilis est ac beata, omnium ferax, excepto oleo.

43. Duæ sunt gentes Caspiæ, altera occidentalior Cadusiis, juxta mare ejusdem nominis, et fluvium Cambysen, altera Parthis vicina, in qua sunt etiam Portæ Caspiæ.

44. Juxta portas Caspias, quæ Parthis vicinæ sunt, *Nisæus* campus est, equis pascendis aptissimus, e quo Asiæ reges *Nisæos* equos pulcherrimos capiebant. Hic campus herbam fert plurimam, quam nos Medicam dicimus; fert etiam silphium ea regio, e quo fit succus Medicus, Cyrenaico ut plurimum inferior, nonnunquam vero etiam illo præstantior, sive propter locorum diversitatem, sive quod stirps speciem mutet, sive propter eos qui succum exprimunt atque conficiunt.

45. Medi Persis multarum rerum auctores exstiterunt; indicant id tiara et citaris et manicatæ tunicæ et anaxyrides, quæ septentrionalibus gentibus ob frigus peculiares sunt.

46. Medorum est non pauciores habere quam quinque uxores, nec non mulieres calamitatem existimant, si nuptæ sint viro pauciores quam quinque uxores habenti.

47. Quum reliqua Media omnium rerum abundet copia, ea quæ ad septentrionem vergit montana prorsus sterilis est; itaque ex arborum fructibus nutriuntur, et e pomis siccis et tritis mazas conficiunt et ex amygdalis tostis panes; e radicibus autem quibusdam vinum exprimunt, carnibus vero utuntur ferinis, quippe mansueta pecora non satis magno numero alunt.

48. Regiones Armeniæ Chorzene et Cambysene

‖ — 35. Καικίαν] Κεκίαν cod. ‖ — 36-38. p. 522. ‖ — 39-41. p. 524. ‖ — 42-45. p. 525. ‖ — 43. Cambysen fluvium Strabo non commemorat. V. Ptol. 6, 2, 1. ‖ — 46. p. 526, *CD*. γυναῖκας νέμειν τὸ εἶναι] γυναιξὶ εἶναι τὸ νέμειν codex. Cf. not. crit. ad Strabon. ‖ — 47. p. 527, *A*. cod. θηρείοις] θηρίοις cod. ‖ — 48. p. 528,

σηνὴ προσβορώταταί εἰσι χῶραι καὶ νιφόβολοι μάλιστα, συνάπτουσαι τῷ Καυκάσῳ καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ· ὅπου φασὶ κατὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ὀρῶν πολλάκις καὶ συνοδίας ὅλας τῶν ὀρῶν ἐν τῇ χιόνι καταπίνεσθαι, νιφετῶν γενομένων ἐπὶ πλέον· ἔχειν δὲ βακτηρίας πρὸς τοὺς τοιούτους κινδύνους παρεξαίροντας εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ἀναπνοῆς τε χάριν καὶ τοῦ διαμηνύειν τοῖς ἐπιοῦσιν, ὥστε βοηθείας τυγχάνειν ἐν τῷ ἀνορύττεσθαι καὶ σώζεσθαι. Ἐν δὲ τῇ χιόνι βώλους πήγνυσθαί φασι κοίλας, περιεχούσας χρηστὸν ὕδωρ ὡς ἐν χιτῶνι (καὶ ζῷα δ' ἐν αὐτῇ γεννᾶσθαι), περισχισθέντων δὲ τῶν χιτώνων πίνεσθαι. Τὴν δὲ γένεσιν τῶν ζώων τοιαύτην εἰκάζουσιν, οἵαν τὴν τῶν κωνώπων ἐκ τῆς ἐν τοῖς μετάλλοις φλογὸς καὶ τοῦ φεψάλου.

49. Ὅτι ὁ Τίγρις, ἀπὸ τοῦ Νιφάτου ὄρους ὁρμηθείς, ταχύτατός ἐστι καὶ ἄμικτος, ὡς καὶ τοὺς ἐγχωρίους καλεῖν Μηδιστὶ Τίγριν τὸ τόξευμα, διὰ τὸ τάχος.

50. Ὅτι ἐν τῇ Ἀκιλισηνῇ τῆς Ἀρμενίας τιμᾶται ἡ Ἀναΐτις θεὰ, ᾗ ἀνατιθέασι δούλους καὶ δούλας, παρθένους τε εὐγενεῖς ἀνιεροῦσιν, ἃς πολὺν χρόνον καταπορνευθείσας παρὰ τῇ θεῷ γῆμαι οὐδεὶς ἀπαξιοῖ. Ὃ καὶ ἐν Λυδίᾳ ἔθος γεγενῆσθαι, Ἡρόδοτος ἱστορεῖ.

septentrionales sunt maxime atque nivibus obsitæ, Caucaso et Iberiæ continentes; ferunt ibi in trajectu montium totos comitatus interdum nivibus montanis absorberi, si quando ninxerit vehementius; quare baculos habere ad ejusmodi pericula, quos in superficiem respirandi gratia erigunt, et ut eo signo auxilium ab advenientibus consequantur, et effossi serventur. In nive glebas quasdam concavas congelascere prodiderunt, aquam utilem tanquam in tunica continentes (et animalcula quoque in iis nasci) eamque ruptis tunicis bibi. Horum animalium generationem talem putant, qualem culicum in metallis e flamma et favilla.

49. Tigris fluvius, e Niphate monte erumpens, celerrimus est, atque impermixtus, adeo ut indigenæ Medorum lingua sagittam appellent Tigrim ob velocitatem.

50. In Acilisene Armeniæ dea colitur Anaïtis, cui servos et servas dedicant, item filias nobilissimæ gentis, quas apud deam diu prostitutas nullus in matrimonium aversatur. Quem morem in Lydia quoque obtinere Herodotus narrat.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΒ.

1. Ὅτι ἡ Καππαδοκία ὁρίζεται πρὸς νότον μὲν τῷ Κιλικίῳ λεγομένῳ Ταύρῳ, πρὸς ἕω δὲ τῇ Ἀρμενίᾳ καὶ τῇ Κολχίδι καὶ τοῖς μεταξὺ ἑτερογλώττοις ἔθνεσι, πρὸς ἄρκτον δὲ τῷ Εὐξείνῳ μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἅλυος, πρὸς δύσιν δὲ τῇ τε Παφλαγονίᾳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ τῶν τῇ Φρυγίᾳ ὁμόρων μέχρι Λυκαόνων καὶ Κιλίκων τῶν τὴν τραχεῖαν Κιλικίαν νεμομένων τῇ χώρᾳ.

2. Ὅτι τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου ὄρους γῆν πρὸς ὑσμὰς ἰδίως Ἀσίαν καλοῦσιν.

3. Ὅτι τὴν Καππαδοκίαν εἰς δύο μέρη διαιροῦσιν ἢ σατραπείας· ὧν τὴν μὲν μεγάλην φασὶν, ἀφοριζομένην πρὸς τῷ Ταύρῳ, τὴν δὲ μικρὰν καὶ Ποντοκαππαδοκίαν. Καὶ ἑκατέρα εἰς ε' στρατηγίας ἐνεμήθη· ἡ μὲν μεγάλη εἰς Μελιτηνὴν, Καταονίαν, Κιλικίαν, Τυανῖτιν, Γαρσαυρῖτιν· ἡ δὲ μικρὰ εἰς ἑτέρας ε', Λαουινασηνὴν, Σαργυσηνὴν, Σαραουηνὴν, Χαμανηνὴν, Μοραμηνήν.

4. Ὅτι ἡ Κομμαγηνὴ καὶ Κυρηστικὴ νοτιώτεραι

CHRESTOMATHIÆ

E STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO XII.

1. Cappadocia terminatur ad austrum Cilicio qui vocatur Tauro, ad ortum Armenia et Colchide, et quæ in medio sunt diversarum linguarum gentibus, ad septentrionem Euxino mari usque ad Halyis ostia, ad occasum vero Paphlagonia et Galatia et regione Phrygiæ finitima, usque ad Lycaones et Cilices Ciliciam asperam incolentes.

2. Terram, quæ ad occasum intra Taurum montem est, proprie appellant Asiam.

3. Cappadociam in duas partes sive satrapias dividunt, e quibus alteram Majorem appellant Cappadociam, quæ Taurum versus est, alteram Minorem et Cappadociam Ponticam. Utraque in quinque præfecturas dividitur: major quidem in Melitenen, Cataoniam, Ciliciam, Tyanitin, Garsauritin; minor in quinque alias, Lavinasenen, Sargysenen, Sarauenen, Chamanenen, Moramenen.

4. Commagena et Cyristica Sarauenâ australiores

BC. Καμβυσηνή] Καμβησηνή cod.; τῶν ὀρῶν] Fort. erat : κατὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ὀρῶν, uti est apud Strabonem; παρεξαίροντας] παρεξέροντας cod. ‖ — 49. p. 529, *C.* διὰ τοῦ τάχους cod. ‖ — 50. p. 532, *D.* Ἀναΐτις] Ταναΐτις cod.

Liber XII. — 1. p. 533, *BC.* ‖ — 2. p. 534, *B.* ‖ — 3. p. 534, *CD.* ἢ σατραπείας] εἰς σ. cod. ‖ — 4.

μέν εἰσι τῆς Σαραυηνῆς, δυσμικώτερα δὲ τῆς Ἀνθεμουσίας τε καὶ Χαλκίτιδος τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ, ἀνατολικώτεραι δὲ τῆς κατὰ Ἰσσὸν Κιλικίας, βορειότεραι δὲ Χαλκιδικῆς τε καὶ Παλμυρηνῆς, περὶ τὸν Ἄμανον τὸ ὄρος κείμεναι· ὅς ἐστιν ἀπόσπασμα τοῦ Κιλικίου Ταύρου καὶ περικλείων τὸν Ἰσσικὸν κόλπον καὶ κείμενος τῷ Ἀντιταύρῳ ὄρει παράλληλος καὶ ἔτι τῷ κατὰ τὸν Πόντον Σκορδίσκῳ ὄρει.

5. Ὅτι ὁ Πύραμος ποταμὸς διὰ τῆς Καταονίας χώρας ῥεῖ, ἐκ μέσου τοῦ πεδίου τὰς πηγὰς ἔχων. Ἔστι δὲ βόθρος ἀξιόλογος, δι' οὗ καθορᾶν ἐστὶ τὸ ὕδωρ ὑποφερόμενον κρυπτῶς μέχρι πολλοῦ διαστήματος ὑπὸ γῆς, εἶτ' ἀνατέλλον εἰς τὴν ἐπιφάνειαν· τῷ δὲ καθιέντι ἀκόντιον ἄνωθεν εἰς τὸν βόθρον ἡ βία τοῦ ὕδατος ἀντιπράττει τοσοῦτον, ὥστε μόλις βαπτίζεσθαι. Τῷ δὲ πλάτει καὶ βάθει πολὺς ἐνεχθείς, ἐπειδὰν συνάψῃ τῷ Ταύρῳ, παράδοξον λαμβάνει τὴν συναγωγήν. Παράδοξος δὲ καὶ ἡ διακοπὴ τοῦ ὄρους ἐστὶ, δι' ἧς ἄγεται τὸ ῥεῖθρον· καθάπερ γὰρ ἐν ταῖς ῥῆγμα λαβούσαις πέτραις καὶ σχισθείσαις δίχα τὰς κατὰ τὴν ἑτέραν ἐξοχὰς καὶ κοιλότητας τῇ ἑτέρᾳ ἐοικέναι, οὕτως εἴδομεν καὶ τὰς ὑπερκειμένας τοῦ ποταμοῦ πέτρας ἑκατέρωθεν σχεδόν τι μέχρι τῶν ἀκρωρειῶν ἀνατεινούσας ἐν διαστάσει διπλέθρῳ, ἀντικείμενα ἐχούσας τὰ κοῖλα ταῖς ἐξοχαῖς. Τὸ δ' ἔδαφος τὸ μεταξὺ πᾶν πέτρινον, βαθύ τι καὶ στενὸν τελέως ἔχον διὰ μέσου ῥῆγμα, ὥστε καὶ κύνα καὶ λαγὼ διάλλεσθαι. Ἔστι δὲ τὸ μῆκος περὶ ,α σταδίους ὀχετοῦ δίκην· τοσαύτην δὲ χοῦν ἐκ τῶν πεδίων κατάγει πρὸς τὴν θάλασσαν, ὥσπερ καὶ ὁ Νεῖλος, ὡς καὶ λόγιον εἶναι περὶ αὐτοῦ· « Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος ἀργυροδίνης, Ἰιόνα προχέων, ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται. »

6. Ὅτι τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ ὄρος, τὸ Ἀργαῖον, ὑψηλότατόν ἐστι πάντων τῶν ἐκείνῃ ὀρῶν, ὡς μηδέποτε λείπεσθαι χιόνος τὰ ἄκρα αὐτοῦ· οἱ δὲ ἀναβάντες εἰς αὐτὰ ὁρῶσι τὰ δύο πελάγη, τό τε Ποντικὸν καὶ τὸ Ἰσσικόν.

7. Ὅτι, τῆς ἁπάσης σχεδὸν Καππαδοκίας οὔσης ὀλιγοξύλου, μόνος ὁ Ἀργαῖος τὸ ὄρος ἐστὶ πολύξυλον· ὅμως δ' ἔχει κατὰ γῆς συχνὰ πυρά, ἃ τῇ νυκτὶ διαφαίνεται, καὶ πάλιν ἐγγύθεν ψυχρὰ ὕδατα ἀφανῆ ὑπόγεια. Οἱ γοῦν ἔμπειροι τοῦ τόπου φυλαττόμενοι ξυλεύονται· οἱ δ' ἄπειροι καὶ τὰ κτήνη κινδυνεύουσι πολλάκις εἰς λάκκους πυρὸς ἐμπίπτοντες.

8. Ὅτι τὰ Μάζακα τῆς Καππαδοκίας ἀπέχει τῆς μὲν Ποντικῆς θαλάσσης σταδίους ω', τοῦ δὲ Εὐφράτου ,αφ', τῶν δὲ Κιλικίων πυλῶν ὁδὸν ἡμερῶν ς', τῶν δὲ Κυβίστρων τ'· νῦν δὲ καλεῖται Καισάρεια.

9. Ὅτι τὸ τῆς Καππαδοκίας μέγεθος, τὸ μὲν πλάτος ἀπὸ τοῦ Πόντου πρὸς τὸν Ταῦρον στάδιοι ,αω', μῆκος δὲ ἀπὸ τῆς Λυκαονίας καὶ Φρυγίας μέχρι Εὐφράτου πρὸς τὴν ἕω καὶ τὴν Ἀρμενίαν ,γ.

sunt, magis autem occiduæ quam Anthemusia et Chalcitis Mesopotamiæ regiones, magisque orientales quam Cilicia juxta Issum sita, septentrionaliores tandem quam Chalcidica et Palmyrena juxta Amanum montem jacentes, quod frustum est a Cilicio avulsum Tauro, includens sinum Issicum, atque parallelon Antitauro monti, itemque Scordisco monti qui juxta Pontum est.

5. Pyramus fluvius per Cataoniam regionem decurrit, mediis in campis scaturiens. Est etiam fossa memorabilis, per quam aquam magno spatio occulte sub terra labentem ac deinde in superficiem erumpentem videre est. Si quis hastam superne in fossam demiserit, aquæ impetus ita obsistit, ut vix immergi queat. Ceterum magna profunditate latitudineque delapsus, ubi Taurum attingit, mirum in modum coarctatur. Mira est præterea montis fissura, per quam alveus ducitur. Nam quemadmodum in petris rimam trahentibus et per medium scissis contingit partis unius eminentias alterius partis depressionibus ita convenire, ut conjungi possint : sic videre est imminentes flumini petras utrinque fere usque ad vertices duorum jugerum intervallo concavitates eminentiis oppositas habere. Quicquid soli interjacet, id omne saxosum est et profundam prorsusque angustam in medio habens rupturam, quam canis lepusque transilire possit. Longitudo est stadiorum circiter mille fossæ instar. Tantum vero limum e campis in mare deducit, quemadmodum et Nilus, ut hujusmodi de eo oraculum editum feratur : « Tempus erit rapidis olim quum Pyramus undis, in sacram veniet congesto littore Cyprum. »

6. Mons Cappadociæ Argæus omnium qui illic sunt altissimus est, ut vertex ejus nunquam nive careat. Qui eo conscendunt, utrumque pelagus vident, Ponticum et Issicum.

7. Quum Cappadocia fere tota lignis careat, Argæus tamen circumcirca silvam habet. Sed loca illi subjecta passim ignem continent, qui noctu apparet, ac rursus non procul aquas frigidas sub terra latentes. Qui itaque locorum periti sunt, caute lignantur; ignaris periculum est, præsertim pecori, ne in obscuras ignis fossas incidant.

8. Mazaca Cappadociæ distant a mari Pontico stadiis 800, ab Euphrate 1500, a Ciliciis portis itinere dierum sex, a Cybistris stadiis 300. Nunc vocatur Cæsarea.

9. Magnitudo Cappadociæ est in latum a Ponto ad Taurum circiter stadiorum 1800, longitudine vero a Lycaonia et Phrygia usque ad Euphratem fluvium versus ortum et Armeniam stadiorum 3000.

---

p. 535, *B.* ‖ — 5. p. 536, *ABC.* καθορᾶν] καθαρὸν cod., ut codd. Strabonis; em. Tyrwhitt.; εἴδομεν] ἴδομεν

10. Ὅτι ἐν Καππαδοκίᾳ γίνεται ἀρίστη μίλτος, ἡ Σινωπικὴ καλουμένη διὰ τὸ κατάγειν τοὺς ἐμπόρους ταύτην εἰς Σινώπην· ἐνάμιλλος δ' ἐστὶν αὐτῇ καὶ ἡ Ἰβηρική. Ἔχει δὲ καὶ μέταλλα, πλάκας τε ὀνυχίτου λίθου καὶ κρυστάλλου πλησίον Γαλατῶν.

11. Ὅτι ὁ Ἅλυς ποταμὸς ὁρίζει Παφλαγόνας καὶ Καππάδοκας.

12. Ὅτι Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ ἦρξε τοῦ Πόντου ἕως Ἡρακλείας· τὰ δὲ δυσμικώτερα ὑπὸ τῷ τῶν Βιθυνῶν βασιλεῖ ἐτέλουν.

13. Ὅτι ὁ Ἅλυς ποταμὸς διορίζει Καππαδοκίαν τὴν τῶν Λευκοσύρων καὶ Παφλαγονίαν.

14. Ὅτι Λευκόσυροι καλοῦνται οἱ παράλιοι ἐν τῷ Πόντῳ Καππαδόκαι, οἱ ἐντὸς τοῦ Ταύρου, διὰ τὸ χρῶμα· συμβαίνει γὰρ τοὺς νοτιωτέρους καὶ ἀνατολικωτέρους τοῦ Ταύρου μέλανας εἶναι, τούτους δὲ λευκούς.

15. Ὅτι διορίζει Παφλαγονίαν ὁ μὲν Πόντος ἐκ βορρᾶ, ὁ δὲ Ἅλυς ἐξ ἀνατολῶν, ἡ δὲ Φρυγία καὶ Γαλατία πρὸς νότον, ἡ δὲ Βιθυνία πρὸς δυσμάς· οἱ δὲ Λευκόσυροι ἀνατολικώτεροί εἰσι τοῦ Ἅλυος ποταμοῦ, παραθαλάσσιοι δέ.

16. Ὅτι ἡ Ἄμαστρις ἐκλήθη ἀπὸ γυναικὸς Ἀμάστριδος, συμβίου Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγατρὸς δὲ Ὀξυάθρου, τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ τοῦ καταπολεμηθέντος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου.

17. Ὅτι Σήσαμος ἐκαλεῖτο πρὶν ἡ νῦν Ἄμαστρις πόλις· συνῳκίσθη δὲ ἀπό τε Κρώμνης καὶ Κυτώρου καὶ Τίου καὶ αὐτῆς Σησάμου.

18. Ὅτι Κύτωρος καλεῖται ἡ πόλις ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδός.

19. Ὅτι οὓς καλεῖ Ὅμηρος ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους, δύο εἰσὶ σκόπελοι ἐρυθροὶ τὸ χρῶμα· νῦν δὲ Ἐρυθρῖνοι καλοῦνται.

20. Ὅτι ἡ Ἀρμένη ἄκρον καὶ λιμὴν πλησίον Σινώπης τετειχισμένον, ἔρημον, περὶ οὗ παροιμία ἐλέχθη· « ὃς ἔργον οὐκ εἶχ', Ἀρμένην ἐτείχισε· » καὶ ἔστι τὸ μέτρον ἰαμβικόν.

21. Ὅτι ἡ Σινώπη πόλις Μιλησίων ἐστὶν ἄποικος καὶ πολλὰ ἴσχυσε πρὶν καὶ ἔσχεν ὑπηκόους χώρας· ὕστερον δ' ἐκυριεύθη ὑπὸ Ἀρμενίων ἕως Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος, ὃς καὶ ἐτέχθη καὶ ἐτάφη ἐν Σινώπῃ.

22. Ὅτι δὶς ἡ Σινώπη ἑάλω, πρὶν μὲν ὑπὸ Φαρνάκου, αἰφνιδίως ἐπεισπεσόντος, ὕστερον δ' ὑπὸ Λευκούλλου καὶ τοῦ ἐγκαθημένου τυράννου, καὶ ἐντὸς ἅμα καὶ ἐκτὸς πολιορκουμένη. Ὁ γὰρ φρούραρχος Βακχίδης, ὑπονοῶν ἀεί τινα προδοσίαν ἐκ τῶν ἔνδον, πολλὰς σφαγὰς ἐπετέλει· καὶ διὰ τοῦτο ἀπηγόρευσαν καὶ ἐδουλώθησαν ταῖς γνώμαις οἱ Σινωπεῖς καὶ οὐκ ἠμύνοντο κατὰ Ῥωμαίων.

10. In Cappadocia optima rubrica nascitur, quæ ideo Sinopensis dicitur, quod eam mercatores in Sinopen portant; cum ea autem certat Iberica. Habet etiam juxta Galatas metalla et onychitis lapidis et crystalli tabulas.

11. Halys fluvius Paphlagones et Cappadoces disterminat.

12. Mithridates Eupator Ponto imperavit usque ad Heracleam; partes autem occidentaliores regi Bithyniæ subjectæ erant.

13. Halys fluvius disterminat Cappadociam Leucosyrorum et Paphlagoniam.

14. Leucosyri vocantur qui littus Ponti tenent Cappadoces, intra Taurum constituti, ob colorem ita dicti. Fit enim ut qui australiores et orientaliores quam Taurus, nigri sint, hi autem candidi.

15. Paphlagoniam terminat a septentrione Pontus, ab ortu Halys fluvius, ab austro Phrygia et Galatia, ab occasu Bithynia; Leucosyri vero orientaliores sunt quam est Halys fluvius, juxta mare habitantes.

16. Amastris ab muliere Amastride dicta est; quæ uxor fuit Dionysii Heracleæ tyranni et filia Oxyathræ, fratris Darii ejus qui ab Alexandro fuit devictus.

17. Quæ nunc Amastris dicitur Sesamus prius appellabatur; conducta autem fuit e Cromna, Cytoro, Teio et ipsa Sesamo.

18. Cytorus urbs a Cytoro Phrixi filio fuit appellata.

19. Quos Homerus appellat præcelsos Erythinos, duo scopuli sunt colore rubri, nunc Erythrini dicti.

20. Armene promontorium cum portu est juxta Sinopen, munitum et desertum; unde proverbium natum est: « Qui negotio carebat muro cinxit Armenen; » est autem versus iambicus.

21. Sinope urbs Milesiorum est colonia; hæc olim potens fuit, ac multas sub se regiones habuit. Postmodum sub Armeniorum dominatu fuit usque ad Mithridatem Eupatorem, qui in Sinope urbe et natus est et sepultus.

22. Sinope bis capta est, primum a Pharnace ex improviso ingruente, postea vero a Lucullo et tyranno intus desidente, quum intus et foris obsessa teneretur. Nam custodiæ urbis præfectus a rege Bacchides, subinde metuens aliquam ab incolis proditionem, et multos fœde multans civium, eo rem deduxit, ut desperantes Sinopenses et despondentes sese adversus Romanos non defenderent.

---

cod. ‖ — 6 et 7. p. 538. ‖ — 8 et 9. p. 539. ‖ — 10. p. 540, *A*. ‖ — 11. p. 540, *D*. 541, *A*. ‖ — 12 et 13. p. 542. ‖ — 14-18. p. 544. ‖ — 19-21. p. 545. ‖ — 22-25. p. 546. ‖ — 23. τὸν χρησμὸν ἔλαβεν, ἵνα

23. Ὅτι μαντεῖον ἦν ἐν Σινώπῃ, ὅθεν Διογένης τὸν χρησμὸν ἔλαβεν, ἵνα παραχαράξῃ τὸ νόμισμα. Ἡ δὲ Σινώπη ἤνεγκε φιλοσόφων μὲν Διογένη καὶ Τιμόθεον τὸν Πατρίωνα, ποιητῶν δὲ Δίφιλον τὸν κωμικὸν, συγγραφέων δὲ Βάτωνα.

23. Oraculum in Sinope fuit, a quo Diogenes accepit responsum, ut monetam adulteraret. Viros claros tulit Sinope inter philosophos Diogenem Cynicum et Timotheum Patrionem, inter poetas vero Diphilum comicum, inter scriptores historiæ Batonem.

24. Ὅτι ὁ Ἅλυς ποταμὸς ἐκ τῶν ἁλῶν ὠνόμασται, δι' ὧν ῥεῖ· αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ ἐκ τῆς μεγάλης Καππαδοκίας τῆς Ποντικῆς εἰσιν.

24. Halys fluvius a salibus, quos perlabitur, nomen habet; fontes ejus sunt in Magna Cappadocia prope Cappadociam Ponticam.

25. Ὅτι μετὰ τὸν Ἅλυν ἡ Γαδιλωνῖτίς ἐστι, χώρα εὐδαίμων πᾶσα καὶ πεδιὰς καὶ πάμφορος· ἔχει δὲ καὶ προβατείαν ὑποδιφθέρου καὶ μαλακῆς ἐρέας.

25. Post Halyn fluvium Gadilonitis est regio, felix tota et campestris atque omnium ferax; oves nutrit, quarum lanæ densæ sunt atque molles.

26. Ὅτι Ἀμισὸς Μιλησίων ἐστὶ κτίσμα, χώραν ἔχουσα ἀγαθήν.

26. Amisus, Milesiorum colonia, regionem habet beatam.

27. Ὅτι ὁ Ἶρις ποταμὸς διὰ μέσων Κομάνων πόλεως ῥεῖ, καὶ διὰ τοῦ τείχους τῆς Ἀμασείας πόλεως.

27. Iris fluvius per mediam Comanorum urbem et per Amasiæ mœnia labitur.

28. Ὅτι Στράβων οὗτος ὁ γεωγράφος ἀπὸ Ἀμασείας ἦν, πόλεως Ποντικῆς.

28. Strabo hic geographus ex Amasia fuit urbe Pontica.

29. Ὅτι ἡ Θεμίσκυρα χώρα κατάρρυτός ἐστι ποταμοῖς, διὸ καὶ ἀεὶ χλοάζει· τὰ δὲ ὀρεινὰ αὐτῆς δενδροφόρα ἐστὶν ἡμέρων καὶ ἀγρίων καρπῶν, ὥστε μηδέποτε λείπειν δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ καρπὸν δένδρου ἐκεῖσε.

29. Themiscyra regio fluminibus perluitur, proptereaque semper herbida est. Ejus ora montana consita est arboribus et mansuetos et agrestes fructus ferentibus, adeo ut nullo anni tempore fruges ibi deficiant.

30. Ὅτι τοὺς νῦν Σάννους οἱ παλαιοὶ Μάκρωνας ἐκάλουν.

30. Qui nunc Sanni dicuntur, antiquitus Macrones appellabantur.

31. Ὅτι οἱ νῦν Χαλδαῖοι Χάλυβες πρὶν ὠνομάζοντο.

31. Qui nunc sunt Chaldæi, prius Chalybes vocabantur.

32. Ὅτι Στράβων ἀγωνίζεται ἐξηγεῖσθαι τὰ Ὁμηρικὰ ἔπη ταῦτα· « Αὐτὰρ Ἀλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον, Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης· » ὡς ὅτι Ἀλιζῶνες οὗτοί εἰσιν οἱ νῦν περὶ τὴν Τραπεζοῦντα οἰκοῦντες Χαλδαῖοι· οἳ πρὶν μὲν Χάλυβες ἐκαλοῦντο, ἔτι δὲ πρότερον Ἅλυβες, ὡς ἔφη Ὅμηρος· « τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης· » ἔτι δὲ πρότερον Ἀλιζῶνες. Καὶ γὰρ ὁ χρόνος ῥέων εἴωθεν τὰς τῶν ἐθνῶν κλήσεις μετασχηματίζειν· Σίντιες μὲν γὰρ [ἐκαλεῖτο] ἔθνος Θρᾳκικὸν τὸ τὴν Λῆμνον οἰκῆσαν, εἶτα Σίντοι, εἶτα Σάιοι, ὡς Ἀρχίλοχος· « ἀσπίδα μὲν Σαίων τις ἀνείλετο· » εἶτα Σάπαι, νῦν περὶ τὰ Ἄβδηρα πόλιν οἰκοῦντες. Πάλιν Βρύγοι, Βρέγες, Βρύγες, Φρύγες οἱ αὐτοί· πάλιν Μαίονες, Μῆονες. Οὕτως οὖν Χαλδαῖοι, Χάλυβες, Ἅλυβες· « τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης· » καὶ τὸ τηλόθεν προσκείμενον σημεῖον ποιεῖται τούτου. Τινὲς δὲ περὶ τὴν τοῦ Ῥυνδάκου ποταμοῦ χώραν φασὶ τοὺς Ἀλιζῶνας οἰκεῖν· ἄλλοι περὶ Κύμην τὴν Αἰολικὴν ἢ περὶ τὴν Μυρλεάτιδα γῆν ἢ περὶ τὰ Πύγελα, τῆς Ἐφεσίας ἐγγὺς ἢ Πριήνης.

32. Strabo hos versus Homeri : « Duxit Halizones Odiusque et Epistrophus una Ex Alyba procul, » ita explicare studet, ut Halizones illi fuerint, qui nunc circa Trapezuntem habitant Chaldæi, prius quidem Chalybes dicti, et adhuc prius Alybes, unde Homerus dicat « ex Aliba procul, » ac primum omnium Halizones; nimirum tempore labente nomina multas mutationes suscipiunt; Thraces enim Lemnum incolentes prius Sinties vocabantur, postea Sinti dicti sunt, deinde Saii, juxta illud Archilochi : « At scutum Saius vir sustulit, » deinde Sapæ, nunc circa Abdera urbem habitantes. Rursus Brygi, Breges, Bryges, Phryges iidem sunt; item Mæones et Meones. Ad hunc itaque modum Chaldæi, Chalybes, Alybes, « Ex Alyba procul. » Etiam vox illa *procul* adjecta hujus conjecturæ argumentum præbet. Sunt qui per Rhyndaci fluvii regionem Alizonas habitare dicant, alii circa Cumas Æolicas, aut circa Myrleaticum agrum, aut circa Pygela juxta Ephesum aut Prienen.

33. Ὅτι τὸ « τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης » παρέλκειν φασὶν, ὡς τὸ « τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης· » καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀρναίου· « τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ· » καὶ ἐπὶ τῆς Πηνελόπης· « εἵλετο δὲ κληῖδ' εὐκαμπέα χειρὶ παχείῃ· » καὶ τὸ « οἰωνοῖσί τε πᾶσι· » καὶ « εἴκοσι πᾶσαι ἐφύσων. »

33. Illud « Procul ex Alyba, » otiose appositum fuisse affirmant, quemadmodum illud : « Longe ex Ascania, » et de Arnæo : « Mater nomen dederat veneranda, » et de Penelope : « Ipsa manu clavim comprehendit Penelopæa, » item hoc : « Omnigenisque avibus, » et istud : « Viginti numero spirabant. »

παραχαράξῃ τὸ νόμισμα. Hæc non habet Strabo. ‖ — 25. προβατίαν cod. ‖ — 26-30. p. 547 et 548. ‖ — 28. Ἀμασίας cod. ‖ — 29 et 30. p. 548. ‖ — 31. p. 549, *B*. — ‖ 32-33. p. 549, *C* — 551, *C*.

34. Ὅτι ὁ Παχτωλὸς ποταμὸς καὶ ὁ Ὕλλος εἰς τὸν Ἕρμον ἐμβάλλουσι· γεννῶνται δὲ ἐκ τοῦ Τμώλου ὄρους πλησίον Σάρδεων πόλεως.

34. Pactolus et Hyllus Hermo committuntur; oriuntur enim e Tmolo monte prope urbem Sardes.

35. Ὅτι ἡ μικρὰ Ἀρμενία ἦρξέ ποτε Τιβαρηνῶν τε καὶ Χαλδαίων καὶ Φαρνακίων, ἀλλ' ὁ Εὐπάτωρ Μιθριδάτης, τούτους ταπεινώσας, τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἐσφετερίσατο καὶ ἔτι Κόλχων ἦρξεν.

35. Armenia minor Tibarenis quandoque imperavit et Chaldæis atque Pharnaciis; Mithridates vero Eupator, his subactis, et Colchidis et horum omnium imperium adeptus est.

36. Ὅτι τῇ Φαρνακίᾳ συνεχής ἐστιν ἡ Σιδηνὴ καὶ ἡ Θεμίσκυρα· τούτων δ' ἡ Φανάροια ὑπέρκειται, ἐλαιόφυτος χώρα καὶ εὐδαίμων, μεταξὺ κειμένη Λύκου τε ποταμοῦ καὶ Ἴριδος ποταμοῦ.

36. Pharnaciæ contigua est Sidene et Themiscyra. Supra has jacet Phanarœa, felix regio et oleis consita, inter Lycum amnem et Irim locata.

37. Ὅτι ὑπὲρ τὴν Φανάροιαν τὰ Ποντικὰ Κόμανα κεῖται, ὁμώνυμα τοῖς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ.

37. Supra Phanarœam sunt Comana Ponti, eodem nomine quo majoris Cappadociæ Comana.

38. Ὅτι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρίδων καὶ τὴν εἰς αὐτὰς δαπάνην παροιμία γέγονεν· « οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς· » ἀλλὰ τῶν πλουσίων δηλονότι.

38. Ob multitudinem in Corintho urbe meretricum, et sumtum qui in has fieri solitus erat, proverbium natum sit : « Non cuivis homini contingit adire Corinthum, » sed divitibus scilicet solis.

39. Ὅτι ὁ Ὄλγασσυς ὄρος ἐστὶν ὑψηλότατον, δυσμικώτερον Ἅλυος ποταμοῦ· οὗ ἐγγὺς Δομανῖτίς τε καὶ Βλαηνὴ χώρα. Διὰ δὲ τῆς Δομανίτιδος Ἀμνίας ῥεῖ ποταμὸς, ἔνθα Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ τὰς Νικομήδους τοῦ Βιθυνοῦ δυνάμεις ἄρδην ἠφάνισε διὰ τῶν ἑαυτοῦ στρατηγῶν, ὡς πάρεργον τοῦτο πράξας· ὁ δὲ φυγὰς εἰς τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσε μετ' ὀλίγων· ὁ δὲ ἀκολουθήσας τήν τε Βιθυνίαν εἷλεν ἐξ ἐφόδου καὶ τὴν Ἀσίαν κατέσχε μέχρι Καρίας καὶ Λυκίας.

39. Olgassys mons est altissimus, Haly fluvio occidentalior, juxta quem Domanitis et Blaëna est regio. Ceterum per Domanitidem Amnias fluvius labitur, quo loco Mithridates Eupator Nicomedis Bithyni copias funditus delevit, per duces suos hoc tanquam rem minoris momenti, peragens. Nicomedes fugiens cum paucis in Italiam navigavit; hic vero secutus primo aditu Bithyniam cepit, et Asiam usque ad Cariam et Lyciam occupavit.

40. Ὅτι περὶ Πιμόλισσαν καὶ Πομπηιόπολιν ὄρος ἐστὶ τὸ Σανδαρακούργιον, κοῖλον ἐκ τῆς μεταλλείας. ἐκ διωρύχων μεγάλων· ἔνθα διὰ τὸ νοσῶδες καὶ λοιμικὸν τοῦ ὀρυττομένου χώρου καὶ ἀέρος, πολλῶν φθειρομένων ἐκ τῶν νόσων, ἠμελήθη τὸ μέταλλον.

40. Circa Pimolissam et Pompejopolim Sandaracurgion mons est, concavus propter metallorum effossionem ex magnis fodinis : ubi, ex morbido et pestilente aere effossorum locorum multis intereuntibus, negligi metalla cœperunt.

41. Ὅτι ἡ περὶ Νίκαιαν πόλιν λίμνη Ἀσκανία καλεῖται καὶ ἡ χώρα.

41. Lacus qui circa Nicæam est urbem Ascanius vocatur, item regio ipsa Ascania.

42. Ὅτι τὴν Βιθυνίαν ὁρίζει ὁ Σαγγάριος ποταμὸς καὶ ἡ Ποντικὴ παραλία ἕως τοῦ στόματος καὶ Χαλκηδόνος, ἀπὸ δὲ δύσεως ἡ Προποντὶς, πρὸς νότον δὲ ἥ τε Μυσία καὶ ἡ Ἐπίκτητος καλουμένη Φρυγία· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ἑλλησποντιακὴ Φρυγία καλεῖται.

42. Bithyniam terminat Sangarius fluvius et littus Ponticum usque ad fauces atque Chalcedonem, ab occasu Propontis, ad austrum Mysia et Epictetus appellata Phrygia quæ etiam Hellespontiaca Phrygia dicitur.

43. Ὅτι ὁ περὶ Νικομήδειαν κόλπος Ἀστακηνὸς καλεῖται.

43. Sinus qui circa Nicomediam est, Astacenus vocatur.

44. Ὅτι τὸ περὶ Κίον ὄρος Ἀργανθώνιον καλεῖται, διῆκον ἕως Νικομηδείας.

44. Mons circa Cium Arganthonius appellatur, porrigens se usque ad Nicomediam.

45. Ὅτι Κίος ἑταῖρος ἦν Ἡρακλέους, εἷς τῶν Ἀργοναυτῶν, ὅστις, ἐκ Κόλχων ὑποστρέψας, ἔκτισε τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ ὀνομασθεῖσαν Κίον πόλιν.

45. Cius socius fuit Herculis, ex Argonautis unus. Is e Colchis reversus urbem a se Cium appellatam ædificavit.

46. Ὅτι ἀπὸ Προύσης πόλεως τὸ ἐθνικὸν Προυσιεὺς λέγεται.

46. A Prusa oppido gentile Prusiensis derivatur.

47. Ὅτι ἡ Ἀσκανία ὑπὸ δύο ἐθνῶν χωρὶς ᾠκεῖτο, Φρυγῶν τε καὶ Μυσῶν. Μαρτυρεῖ δ' Ὅμηρος λέγων· « Μυσῶν ἀγχεμάχων ἡγήτορα, Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης

47. Ascania a duabus gentibus seorsim habitata fuit, Phrygibus et Mysis, teste Homero, quum inquit : « Mysis, depugnant qui cominus, imperitantem, As-

---

1Πύγελα] Πύγελλα cod. ‖ — 34. p. 554, *BC.* ‖ — 35. p. 555, *AB.* ‖ — 36. p. 556, *B.* εὐδαίμων] εὐδαιμόνων cod. ‖ — 37. p. 557, *B.* ‖ — 38. p. 558, *B.* — 39. p. 562, *A.* Ὀλγασσὺς] Ἁλγασσὺς cod.; Ἀμνίας] Ἀμνιὸς cod. ‖ — 40. p. 562, *B.* ‖ — 41. p. 564, *D.* ‖ — 42 et 43. p. 563 *BC.* ‖ — 44-46. p. 564. ‖

ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί. » Καὶ πάλιν· « Φόρκυς δ' αὖ Φρύγας ἦγε καὶ Ἀσκάνιος Τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης. » Λέγοι δ' ἂν τὴν νῦν Νίκαιαν.

48. Ὅτι Ὅμηρος τὸν Αἴσηπον ποταμὸν πέρας ὁρίζει τῆς τε Τρωάδος καὶ Μυσίας· ἔοικε δὲ ὁ Πάνδαρος Κυζικηνὸς εἶναι.

49. Ὅτι Νίκαια κτίσμα ἐστὶν Ἀντιγόνου τοῦ Φιλίππου, Μακεδόνων στρατηγοῦ, ὃς πρὸς τὸν Νικάτορα Σέλευκον πολεμῶν ἐφθάρη. Ὕστερον δὲ καὶ Λυσίμαχος ἐπέκτισεν ὁ σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατεύσας· ὃς Νίκαιαν αὐτὴν ἐκάλεσεν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Νικαίας, τῆς Ἀντιπάτρου παιδὸς, ἀδελφῆς Κασσάνδρου.

50. Ὅτι ἡ νῦν καλουμένη χώρα Ὀτροία ἀπὸ Ὀτρέως τοῦ Φρυγὸς ἐκλήθη, οὗ καὶ Ὅμηρος μέμνηται· « λαοὺς Ὀτρῆος. »

51. Ὅτι Ἵππαρχος καὶ Θεοδόσιος καὶ οἱ τούτου παῖδες μαθηματικοὶ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς Βιθυνοὶ ἦσαν.

52. Ὅτι οἱ ἐν Ἀσίᾳ Γαλάται μέτοικοί εἰσι τῶν Κελτικῶν Γαλατῶν καὶ ἐπεραιώθησαν εἰς τὴν Ἀσίαν, Λεοννορίου τινὸς ἡγουμένου αὐτῶν.

53. Ὅτι μετὰ τὴν Γαλατίαν πρὸς νότον ἡ λίμνη ἐστὶν ἡ Τάττα, παρακειμένη τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ, μέρος οὖσα τῆς μεγάλης Φρυγίας καὶ ἡ συνεχὴς ταύτῃ μέχρι τοῦ Ταύρου ὄρους. Ἡ δὲ Τάττα λίμνη ἁλοπήγιόν ἐστιν αὐτοφυές. Οὕτως δὲ περιπήττεται ῥᾳδίως τὸ ὕδωρ παντὶ τῷ βαπτισθέντι εἰς αὐτὸ, ὡς στεφάνους ἁλῶν ἀνέλκουσιν, ἐπειδὰν καθῶσι κύκλον σχοίνινον· τά τε ὄρνεα ἁλίσκεται τὰ προσαψάμενα τῷ πτερώματι τοῦ ὕδατος, παραχρῆμα πίπτοντα διὰ τὴν περίπηξιν τῶν ἁλῶν.

54. Ὅτι τὰ Ἴσαυρα πόλις ἐστὶν, ἀφ' ἧς καὶ ἡ χώρα Ἰσαυρία καὶ τὸ ἐθνικὸν Ἰσαυρεύς.

55. Ὅτι τὰ περὶ Σίπυλον χωρίς Φρυγία ἐκαλεῖτο τὸ πρίν· καὶ τὸν Τάνταλον καὶ Πέλοπά φασι Φρύγας εἶναι καὶ τὴν Νιόβην. Ἡ γὰρ Περγαμηνὴ καὶ Ἐλαΐτις, καθ' ἣν ὁ Κάϊκος ποταμὸς ῥεῖ, καὶ ἡ μεταξὺ τούτων Τευθρανία, ἐν ᾗ ὁ Τήλεφος ᾤκει ποτὲ, ἀνὰ μέσον ἐστὶ τοῦ τε Ἑλλησπόντου καὶ τῆς περὶ Σίπυλον καὶ Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ χώραν.

56. Ὅτι τοὺς Μυσοὺς οἱ μὲν ἀποίκους φασὶν εἶναι τῶν Σκυθικῶν Μυσῶν· οἱ δὲ, ὅτι κατὰ τὴν τῶν Λυδῶν γλῶσσαν ἡ ὀξύα τὸ δένδρον μυσὸς καλεῖται· γίνεσθαι οὖν περὶ τὸν Μύσιον Ὄλυμπόν φασι πολλὴν τὴν ὀξύαν· καὶ διὰ τοῦτο Μυσοὶ καλοῦνται.

57. Ὅτι Μίλητος ἡ ἐν Καρίᾳ ἄποικός ἐστι τῆς ἐν Κρήτῃ Μιλήτου.

58. Ὅτι ὁ Πανδίονος Λύκος, κτίσας Σολύμους, ὠνόμασε Λυκίαν τὴν χώραν.

cania auxilio quos miserat ubere gleba, » et rursus : « Phorcys et Ascanius Phrygias duxere catervas, Longe ex Ascania. » Dicere autem videtur Nicæam.

48. Homerus Æsepum fluvium terminum statuit Troadis et Mysiæ. Videtur autem Pandarus Cyzicenus fuisse.

49. Nicæa ab Antigono ædificata fuit, Philippi filio, Macedonum duce, qui bello adversus Nicatorem Seleucum interiit. Postea Lysimachus illam auxit, qui cum Alexandro ad Indos militavit; hic Nicæam appellavit de nomine uxoris, quæ Antipatri erat filia, soror Cassandri.

50. Quæ nunc Otrœa dicitur regio, ab Otreo est Phryge vocata, cujus meminit Homerus : « Copias Otrei. »

51. Hipparchus ac Theodosius et filii ejus mathematici et Asclepiades medicus Bithyni fuerunt.

52. Qui in Asia sunt Galatæ, Celtarum sunt coloni, atque sub Leonnorio duce in Asiam trajecerunt.

53. Post Galatiam ad austrum lacus est Tatta nomine, Cappadociæ majori adjacens; pars est Phrygiæ majoris, sicut contigua huic regio usquè ad Taurum. Tatta lacus salis sponte nascentis fontes habet, atque adeo faciliter sal rebus immersis circumgelascit, ut quum funalem torquem demiserint, salis coronas educant, et volucres alis aquas contingentes facile capiantur, quum propter salis concretionem cito decidant.

54. Isaura urbs est, a qua et regio Isauria et gentile Isaurensis.

55. Regio circa Sipylum Phrygia prius appellata fuit, atque Tantalum et Pelopem et Nioben Phryges esse ajunt; nam Pergamene et Elaïtis, per quam Caïcus elabitur, et his interjacens Teuthrania, in qua Telephus habitabat olim, medio sunt loco inter Hellespontum et Sipylum ac ei subjacentem Magnesiam.

56. Mysos alii Mysorum Scythiæ colonos esse affirmant; alii vero dicunt Lydorum lingua oxyam arborem mysum vocari, et ejusmodi arborem in Olympo Mysio copiose nasci, proptereaque gentem Mysos fuisse appellatam.

57. Miletus Cariæ colonia est Mileti quæ est in Creta.

58. Lycus, Pandionis filius, Solymis conditis, regionem a se Lyciam appellavit.

— 47. p. 564, *D.* 565, *A.* ‖ — 48 et 49. p. 565. ‖ — 50. p. 566, *A.* ‖ — 51 et 52. p. 566, *CD.* Λεοννορίου] λέοντος cod. ‖ — 53. p. 568, *A.* ‖ — 54. p. 568, *D.* ‖ — 55. p. 571, *D.* ‖ — 56. p. 572, *AB.* ‖ — 57

59. Ὅτι Βιθυνοὶ ἀρκτικοὶ κεῖνται παρὰ τὸν Ὄλυμπον καὶ Μυγδόνες καὶ Δολίονες· τὸ δὲ λοιπὸν ἔχουσι Μυσοὶ καὶ Ἐπίκτητοι. Δολίονες δέ εἰσιν οἱ περὶ Κύζικον ἀπὸ Αἰσήπου ποταμοῦ ἕως Ῥυνδάκου ποταμοῦ καὶ τῆς Δασκυλίτιδος λίμνης· Μυγδόνες δὲ οἱ ἐφεξῆς τούτοις μέχρι τῆς Μυρλεανῶν χώρας τῆς Ἀπαμέων.

59. Bithyni septentrionales juxta Olympum habitant, item Mygdones et Doliones; reliquum autem tenent Mysi et Epicteti. Doliones autem sunt circa Cyzicum a fluvio Æsepo usque ad Rhyndacum fluvium et Dascylitidem lacum. Mygdones deinceps sunt usque ad Myrleanorum Apamensium regionem.

60. Ὅτι τῆς Δασκυλίτιδος λίμνης ὑπέρκεινται δύο ἄλλαι λίμναι, ἥ τε Ἀπολλωνιᾶτις καὶ ἡ Μιλητοπολῖτις.

60. Supra Dascylitidem lacum aliæ duæ sunt paludes, Apolloniatis et Miletopolitis.

61. Ὅτι ὁ ἐν Κυζίκῳ ναὸς Δινδυμήνης, μητρὸς θεῶν, Ἀργοναυτῶν ἐστιν ἵδρυμα.

61. Delubrum in Cyzico Dindymenes matris deûm Argonautæ ædificarunt.

62. Ὅτι τὸ παλαιὸν εὐνομώταται πόλεις ἦσαν καὶ δυναταὶ Κύζικος, Ῥόδος, Μασσαλία, Καρχηδών, Ῥώμη, Σπάρτη.

62. Potentes olim atque optimis legibus instructæ civitates fuerunt Cyzicus, Rhodus, Massilia, Carthago, Roma, Sparta.

63. Ὅτι τῆς Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἄζανοί τέ εἰσι καὶ Νακόλεια καὶ Κοτιάειον καὶ Μιδάειον καὶ Δορυλάειον πόλεις καὶ Κάδοι.

63. Phrygiæ Epicteti sunt Azani, Nacoleia, Cotyaïum, Midaïum, et Dorylaïum urbes, et Cadi.

64. Ὅτι ἡ Μυσία κατὰ τὴν μεσόγαιαν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπηνῆς ἐπὶ τὴν Περγαμηνὴν καθήκει καὶ τὸ Καΐκου λεγόμενον πεδίον.

64. Mysiæ pars mediterranea ab Olympena ad Pergamenam est porrecta, et in Campum Caïci dictum.

65. Ὅτι ὑπὲρ τῆς Ἐπικτήτου πρὸς νότον ἐστὶν ἡ μεγάλη Φρυγία, ἔχουσα ἐπ' ἀριστερὰ τὴν Πεσσινοῦντα καὶ Λυκάονας, ἐν δεξιᾷ δὲ Λυδίαν καὶ Καρίαν. Ἐν αὐτῇ δ' εἰσὶν ἥ τε παρώρειος Φρυγία καὶ Πισιδία καὶ Ἀμόριον καὶ Εὐμενία καὶ Σύνναδα· εἶτ' Ἀπάμεια ἡ Κιβωτὸς λεγομένη καὶ Λαοδίκεια [καὶ] Κολοσσαί.

65. Supra Epictetum ad austrum Phrygia magna, quæ a sinistra Pessinuntem et Lycaonas, a dextra Lydiam et Cariam relinquit. In ea Phrygia Parorius sive juxta montes porrecta et Pisidia et Amorium et Eumenia et Synnada; deinde Apamia cognomento Cibotus, et Laodicea, et Colossæ.

66. Ὅτι ὁ Μαρσύας ποταμὸς, ἀνίσχων ἐξ Ἀπαμείας, μεγάλης πόλεως, ἐξίησιν εἰς τὸν Μαίανδρον.

66. Marsyas fluvius, ex Apamia urbe magna ortum habens, in Mæandrum egreditur.

67. Ὅτι τοσοῦτόν ἐστιν ὁ Μαιάνδρου τοῦ ποταμοῦ ῥοῦς σκολιὸς, ὥστε ἐξ ἐκείνου πάντα τὰ σκολιὰ Μαιάνδρους καλεῖσθαι.

67. Cursus Mæandri adeo flexuosus est, ut obliquitates omnes ab eo Mæandri dicantur.

68. Ὅτι πᾶσα σχεδὸν ἡ περὶ τὸν Μαίανδρον ποταμὸν χώρα εὐσειστός ἐστι καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ ὕδατι ἀπὸ τῶν πεδίων ἕως Μαγνησίας καὶ Ἱεραπόλεως.

68. Quæ circa Mæandrum fluvium est regio fere tota terræ motibus concutitur, et cuniculos habet aquis atque ignibus plenos, a campis usque ad Magnesiam et Hierapolim.

69. Ὅτι τὴν Πριήνην, πρὶν παραλίαν οὖσαν, νῦν ὁ Μαίανδρος ποταμὸς διὰ τὴν πολλὴν χοῦν μεσόγαιαν ἐποίησε σταδίων μ΄ προσχώματι.

69. Prienen, quæ prius ad mare erat, Mæander mediterraneam effecit, limi aggestione facta est stadia 40.

70. Ὅτι τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα πάθη καὶ τοὺς Ἀρίμους κατὰ τὴν κεκαυμένην Φρυγίαν ἢ Λυδίαν συμβῆναί φασι. Τινὲς δὲ καὶ τὰ μεταξὺ Μαιάνδρου καὶ Λυδῶν λέγουσιν εἶναι τοιαῦτα.

70. Typhoni quæ evenerunt et Arimis, in hac exusta Phrygia vel Lydia evenisse ajunt, alii autem etiam quæ inter Mæandrum ac Lydos sunt talia esse dicunt.

---

et 58. p. 573. ‖ — 59-63. p. 575. ‖ — 63-65. p. 576, *C.* Codex : Ἀζιανοί ... Νακολία καὶ Κοτυάϊον καὶ Μιδάϊον καὶ Δορυλάϊον. ‖ — 64. Ὀλυμπηνῆς] Ὀλυμπινῆς cod. ‖ — 65. παρώρειος] παρόριος cod.; Κολοσσαί] Κολοσσοί cod., sed σοί sec. manu in litura scriptum est. ‖ — 66 et 67. p. 577, *D.* ‖ — 68. p. 578, *D.* ‖ — 69 et 70 p. 579. τοιαῦτα] ταῦτα cod.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΓ'.

1. Ὅτι ἀπὸ Κυζίκου καὶ τῶν περὶ Αἴσηπον ποταμὸν τόπων καὶ Γράνικον μέχρι Ἀβύδου ἡ τῆς Προποντίδος παραλία ἐστίν· ἀπὸ δὲ Ἀβύδου μέχρι Λέκτου τὰ περὶ Ἴλιον καὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν Τρωάδα ἐστί· τούτων δ' ἁπάντων ἡ Ἴδη τὸ ὄρος ὑπέρκειται· ἀπὸ δὲ Λέκτου μέχρι Καΐκου ποταμοῦ καὶ τῶν Κανῶν λεγομένων ἐστὶ τὰ περὶ Ἄσσον καὶ Ἀδραμύττιον καὶ Ἀταρνέα καὶ Πιτάνην καὶ τὸν Ἐλαϊτικὸν κόλπον, οἷς ἀντίκειται ἡ Λέσβος νῆσος· εἶθ' ἑξῆς τὰ περὶ Κύμην μέχρι Ἕρμου καὶ Φωκαίας Αἰολίς ἐστι· τὰ δ' ἑξῆς Ἰωνία.

2. Ὅτι ἀπὸ Κυζίκου καὶ τοῦ Αἰσήπου ποταμοῦ μέχρι Καΐκου ποταμοῦ ἡ παρ' Ὁμήρῳ ἐστὶ Τρωϊκὴ χώρα, διῃρημένη εἰς θ' ἐπαρχίας· ἡ δὲ τῶν Αἰολέων ὕστερον ἀποικία ἄλλως τὰς ἐπαρχίας διεῖλε ταύτας, ὅλην τὴν Τρωϊκὴν νειμαμένη καὶ ἕως Ἕρμου ποταμοῦ ἐκταθεῖσα· γενεαῖς δὲ δ' προτερεύει ἡ Αἰολικὴ ἀποικία τῆς Ἰωνικῆς. Καὶ γὰρ ὁ τοῦ Ἀγαμέμνονος Ὀρέστης ἦρξε τοῦ στόλου τῆς Αἰολικῆς ἀποικίας· τελευτήσαντος δ' ἐν Ἀρκαδίᾳ, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Πενθίλος ἦρξε καὶ προῆλθε μέχρι Θράκης ὕστερον τῶν Τρωικῶν ἔτεσιν ξ', κατὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον εἰς Πελοπόννησον· εἶτ' Ἀρχέλαος, υἱὸς αὐτοῦ, ἐπεραίωσε τοὺς Αἰολεῖς εἰς τὴν περὶ Κύζικον καὶ Δασκύλιον χώραν. Γρᾶς δ', ὁ τούτου υἱὸς νεώτατος, ἦλθεν ἕως Γρανίκου ποταμοῦ καὶ περαιωθεὶς κατέσχε τὴν Λέσβον· Κλεύης δ' ὁ Δώρου καὶ Μαλαὸς, ἀπόγονοι καὶ αὐτοὶ Ἀγαμέμνονος, πρῶτα μὲν κατέσχον Λοκρίδα καὶ Φρίκιον ὄρος, πολὺν χρόνον ὕστερον δὲ διαβάντες ἔκτισαν τὴν Κύμην τὴν Φρικωνίδα κληθεῖσαν ἀπὸ τοῦ Λοκρικοῦ ὄρους.

3. Ὅτι Πρίαπος πόλις ἐστὶ περὶ Κύζικον, ἀνταίρων τῇ Ἀρτάκῃ πόλει Κυζικηνῇ.

4. Ὅτι ὁ Αἴσηπος ποταμὸς ἀνατολικώτερός ἐστι τῆς Κυζίκου πόλεως.

5. Ὅτι ἀπὸ πόλεως Παρίου ἕως Πρακτίου πόλεως πρὸς δυσμὰς στάδιοί εἰσι τ'.

6. Ὅτι ἡ Ἴδη τὸ ὄρος σκολοπενδρῶδες ἔχει τὸ σχῆμα καὶ τελευτᾷ τῷ μὲν εἰς τὴν μεσόγαιαν ἄκρῳ τῷ περὶ τὴν Ζέλειαν, τῷ δ' εἰς τὸ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον καθήκοντι τῷ Λέκτῳ.

7. Ὅτι ἡ Ζέλεια πόλις νῦν τῆς Κυζικηνῆς ἐστιν ἐπικρατείας.

8. Ὅτι Ὅμηρος τὴν Ἴδην τὸ ὄρος ἀφορίζει τῷ τε Λέκτῳ, πρώτῳ ὄντι ἀπὸ τοῦ πελάγους, καὶ τῇ Ζελείᾳ, « ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης » λέγων.

CHRESTOMATHIÆ

EX STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO XIII.

1. A Cyzico et locis Æsepo et Granico vicinis ad Abydum usque Propontidis ora est maritima. Ex Abydo autem usque ad Lectum Ilii et Trojanæ Alexandriæ regio; quibus omnibus Ida imminet. A Lecto vero usque ad Caïcum et Canas dictas, sunt Assus, et Adramyttium et Atarneus et Pitane et sinus Elaïticus, quibus Lesbos insula ex adverso protenditur; deinde regio circa Cumam usque ad Hermum et Phocæam Æolis est; quæ deinceps, Ionia.

2. A Cyzico et Æsepo fluvio, usque ad Caïcum fluvium regio est quam Homerus Trojanam appellat, in novem principatus divisa; sed Æolorum colonia postea aliter eam partita est, per totam Trojanam oram dispersa, et usque ad Hermum fluvium extenta. Quatuor autem generationibus Æolica colonia prior est quam Ionica; nam Agamemnonis filius Orestes Æolicæ classi imperavit; cui in Arcadia mortuo Penthilus filius successit, et usque in Thraciam processit annis post Trojæ excidium sexaginta, quo tempore Heraclidæ in Peloponnesum rediere; deinde Archelaus illius filius, cum Æolica classe in eam, quæ circa Cyzicum et Dascylium est regionem trajecit; Graus vero filius ejus natu minimus usque ad Granicum fluvium progressus est, et trajiciens in Lesbum eam occupavit. Cleuas vero Dori filius et Malaüs, qui et ipsi stirpis Agamemnoniæ, primum quidem Locridem et montem Phricium diu obtinuernnt; postea transgressi Cumam condiderunt, a Locrensi monte Phriconidem dictam.

3. Priapus est prope Cyzicum adversus Artacen Cyzicenam urbem consurgens.

4. Æsepus fluvius Cyzico urbe orientalior est.

5. A Pario oppido usque ad Practium oppidum occasum versus stadia sunt 300.

6. Ida mons scolopendræ formam habet, cujus altera extremitas est in mediterraneis prope Zeleam, altera vero Lectum promontorium in Ægeum mare porrectum.

7. Zelea urbs Cyzicenorum est ditionis.

8. Homerus Idam montem Lecto terminat, (*ubi primum mare liquerunt Somnus et Juno* (Il. 14, 283), et Zelea, quæ est « Idæ pede sub extremo. »

Liber XIII. 1. p. 581, *CD*. 582, *A*. ‖ — 2. p. 582, *BCD*. Δώρου] Δόρου cod. ‖— 3. p. 583. Πρίαπος πόλις] π. ποταμὸς codex. Similiter lib. XVII, exc. 29 codex habet Ὀξυρύγχῳ ποταμῷ pro Ὀ. πόλει.‖—4-8. p. 583.

9. Ὅτι τῆς Ἴδης τὸ ἄκρον τὸ Λέκτον καὶ αἱ Κάναι ἄκρον ποιοῦσι τὸν κόλπον τὸν Ἰδαῖον.

10. Ὅτι διττοὶ οἱ Κίλικες, οἱ μὲν Θηβαῖοι Ὑποπλάκιοι, ὅθεν ἦν Χρυσηΐς, οἱ δὲ [Λυρνήσσιοι, ὅθεν ἦν ἡ] Βρισηίς· « τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο πολλὰ μογήσας, » ἥτις ἦν πόλις « θείοιο Μύνητος· » ἐκ δὲ Θήβης ἡ Χρυσηίς· « ᾠχόμεθ' ἐς Θήβην', ἱερὴν πόλιν. » Ἐνθένδε ἦν καὶ ἡ Ἀνδρομάχη. Δύο οὖν αὗται δυναστεῖαι Τρωικαί· ὅθεν καὶ τὰ περὶ τῆς Ἀνδρομάχης ἐν ὑπερβατῷ ἀναγνωστέον· « ἀμφότεροι, σὺ μὲν ἐν Τροίῃ, Αὐτὰρ ἐγὼ Θήβῃσιν. » δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν· « ἀμφότεροι ἐν Τροίῃ· σὺ μὲν Πριάμου ποτὶ δῶμα, Αὐτὰρ ἐγὼ Θήβῃσιν. » Τρίτη δ' ἐστὶν ἡ τῶν Λελέγων, καὶ αὕτη Τρωική· « Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει. » Καὶ μὴν [οἱ] ὑπὸ Ἕκτορι Τρῶες ἦσαν· « Τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευεν· » ἀλλὰ καὶ οἱ ὑπὸ Αἰνείᾳ Δάρδανοι Τρῶες ἦσαν, ὡς ὅταν λέγῃ· » Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε. » Ἕκτοι δ' οἱ ὑπὸ Πανδάρῳ Λύκιοι, οὓς καλεῖ καὶ Τρῶας ἰδίως. Ἕβδομοι δ' οἱ μεταξὺ Αἰσήπου ποταμοῦ καὶ Ἀβύδου Τρῶές εἰσιν· ἀλλὰ ὑπὸ μὲν Ἀσίῳ οἱ Ἀβυδηνοὶ Τρῶες· καὶ γὰρ Δημοκόων, ὁ τοῦ Πριάμου παῖς, « Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' ἵππων ὠκειάων. » Ἐν δὲ Περκώτῃ ἐβουνόμει Μελάνιππος υἱὸς Ἰκετάονος, (ὡς) οὐκ ἀλλοτρίας δηλονότι νεμόμενος. Ἀλλὰ καὶ οἱ μέχρι Ἀδραστείας Μεροπίδαι ἄρχοντες Τρῶες ἦσαν· ὀγδόη αὕτη ἐπαρχία. Ἐνάτη δ' αὕτη δυναστεία ἡ τοῦ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου Τρωική.

11. Ὅτι δὲ τούτων ἁπάντων ἦρχεν ὁ Πρίαμος, δηλοῖ Ἀχιλλεὺς λέγων· « ὅσσον Λέσβος ἄνω, Μάκαρος ἕδος, ἐντὸς ἐέργει, Καὶ Φρυγίη καθύπερθε καὶ Ἑλλήσποντος ἀπείρων. »

12. Ὅτι Ἀφνειοὶ καλοῦνται οἱ ὑπὸ Πανδάρῳ Λύκιοι ἀπὸ Ἀφνίτιδος λίμνης, ἥτις ἐστὶν ἡ Δασκυλῖτις. Ἡ δὲ Ζέλεια ἀπέχει Κυζίκου πρὸς τὴν ἕω σταδίους ρϛ'· τῆς δ' ἐγγυτάτω θαλάττης, καθ' ἣν ἐκδίδωσιν ὁ Αἴσηπος, ὅσον π' σταδίους.

13. Ὅτι ἡ μὲν Ζέλεια μεσόγειός ἐστιν, ὑποπεπτώκασι δ' αὐτῇ τὰ περὶ Κύζικον καὶ Πρίαπον χωρία. Καὶ ἔστι περὶ τὴν Ζέλειαν ὁ Τάρσιος πραμὸς, ἔχων κ' διαβάσεις τῇ αὐτῇ ὁδῷ, καθάπερ ὁ Ἑπτάπορος.

14. Ὅτι μεταξὺ Αἰσήπου ποταμοῦ καὶ Πριάπου ὁ Γράνικος ῥεῖ ποταμὸς, τὰ πολλὰ διὰ Ἀδραστείας πεδίου· Πρίαπος δ' ἐστὶ πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμήν.

15. Ὅτι ἡ Ἀδράστεια πόλις μεταξύ ἐστι Πριάπου πόλεως καὶ Παρίου πόλεως. Ἐπὶ Αἰσήπῳ ποταμῷ [Νέμεσις τιμᾶται] ἡ Ἀδράστεια * λιμένα ἔχουσα ἡ αὐτὴ Πρίαπος ἐλάσσονα τοῦ Παριανοῦ.

9. Lectum Idæ promontorium et Canæ promontorium sinum Idæum faciunt.

10. Duplices sunt Cilices, alteri Thebani Hypoplacii, unde Chryseis erat, alteri Lyrnessii, e quibus erat Bryseis, « quam ex Lyrnesso ceperat multos perpessus labores, » quæ urbs erat « divini Mynetis. » E Thebis Chryseidem fuisse, sic indicat : « Proficiscebamur Theben urbem sacram. » Ex hac etiam Andromache fuit. Sunt itaque duæ hæ ditiones Troicæ; unde quæ de Andromache dicuntur verborum trajectione exponenda : « Ambo, tu sane in Troja, ipse autem Thebis, » sic enim est legendum, ut sit sententia, utrumque in Troja natum, Hectorem in domo Priami, Andromachen Thebis. Tertia est Lelegum ditio, et ipsa Trojana, « Altæ, qui Lelegibus bellicosis imperat. » Sub Hectore Trojani erant; « Hector jam Troas duxit. » Verum etiam Dardani, quos Æneas duxit, Trojani erant, velut ubi dicit : « Æneа, Troum consultor. » Sexti sunt sub Pandaro Lycii, quos etiam Trojanos appellat proprie. Septimi sunt habitantes inter Æsepum et Abydum Trojani; ponuntur quidem sub Asio Abydeni Troes, verum etiam Democoon, Priami filius « ex Abydo venerat ab equabus velocibus. » Ad Percoten autem Melanippus Hicetaonis filius boves pascebat, nec ipse alienas. Quin et qui Adrasteam usque imperabant Meropis duo filii, Trojani erant; atque hæc octava ditio est. Nona autem Trojæ ditio est, quæ sub Eurypylo Telephi filio censetur.

11. His autem omnibus Priamum imperasse, Achilles declarat, inquiens : « Quantas Lesbus a meridie Macaris sedes intus continet, Et Phrygia ab oriente, et Hellespontus immensus. »

12. Lycii qui sub Pandaro erant Aphnei dicuntur ab Aphnitide lacu, qui Dascylitis est. Zelea a Cyzico distat versus ortum stadia 190, a proximo mari vero, in quod Æsepus fluvius egreditur, circiter stadia 80.

13. Zelea mediterranea est. Subjacent ei loca quæ sunt circa Cyzicum et Priapum. Circa Zeleam Tarsius est fluvius, habens in eadem via transitus viginti, sicut *septem* habet Heptaporus.

14. Inter Æsepum fluvium et Priapum Granicus fluit, magna ex parte per Adrasteæ campum. Priapus autem urbs est maritima cum portu.

15. Adrastea urbs inter Priapum urbem et Parium sita est. Ad Æsepum fluvium Nemesis Adrastea colitur. ** Priapus et ipsa portum habet, sed Pariano minorem.

‖ — 9. p. 584, *A*. ‖ — 10. p. 584, *D*-586, *B*. οἱ δὲ [Λυρνήσσιοι, ὅθεν ἦν ἡ] Βρισηίς. Pro his codex ἡ δὲ Βρισηίς. em. Hudson. ‖ — ἀνάσσει] ἄνασσεν cod. ‖ — ἀλλὰ ὑπὸ μὲν Ἀσίῳ etc.] Recte hæc procedent, si legeris : ὑπὸ μὲν Ἀσίῳ οἱ Ἀβυδηνοὶ Τρῶες· ἀλλὰ καὶ Δημοκόων etc. Vid. Strabo. ‖ — ὡς, quod est post Ἰκετάονος, aut ejiciendum, aut in βοῦς mutandum. Hoc fecit Corayus. ‖ — ἀλλοτρίας ... νεμόμενος] ἀλλοτρίαν ... νεμόμενοι cod. ‖ — 11. p. 586 *C*. ‖ — 12-14. p. 537. ‖ — 15. p. 588, *A*. ἐπ' Αἰσήπῳ π. [Νέμεσις τιμᾶται] ἡ Ἀδράστεια. Sic locum resarcivi e Strabone p. 588, ubi ex Antimacho afferuntur hæc : Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός, ... βωμὸν δέ οἱ εἴσατο πρῶτος Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο, ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια

16. Ὅτι ἡ Πιτύεια πόλις ἐστὶ μεταξὺ Παρίου πόλεως μεσόγειος.

17. Ὅτι μεταξὺ Λαμψάκου καὶ Παρίου Παισὸς ἦν πόλις καὶ ποταμός· Ὅμηρος δὲ καὶ τρισυλλάβως αὐτὴν εἴρηκε, λέγων· « καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ· » καὶ « ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ. »

18. Ὅτι τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ χώρᾳ θηλυκῶς καὶ πληθυντικῶς καλούμενος καὶ Γέργιθες. Ἔστι δὲ πόλις, ἐξ ἧς ἐν Λαμψάκῳ Γεργίθιον χωρίον.

19. Ὅτι τὸ Πράκτιον τὸ παρ' Ὁμήρῳ οὐκ ἔστι πόλις, ἀλλὰ ποταμὸς, μεταξὺ ῥέων Ἀβύδου καὶ Λαμψάκου.

20. Ὅτι ἡ τοῦ Ξέρξου ἐν Ἀβύδῳ γέφυρα μικρὸν ἀνατολικωτέρα ἐζεύχθη τῆς Ἀβύδου, δυσμικωτέρα δὲ τῆς Σηστοῦ. Καὶ δεῖ σημειώσασθαι, ὅτι ὁ Στράβων συνηγορεῖ τῇ μυθολογίᾳ τῆς Ἡροῦς, ὡς ἐν Σηστῷ ἦν ὁ πύργος αὐτῆς, καὶ τὸ κατὰ τὸν Λέανδρον πάθος ὅτι ἐκεῖσε γέγονεν.

21. Ὅτι τὰ ἐν Πακτωλῷ χρύσεια μέταλλα τῆς Λυδίας ἐξέλιπεν.

22. Ὅτι ἀπὸ Ἀβύδου ἐπὶ Αἴσηπον ποταμὸν στάδιοί εἰσιν ψ' πεζῇ, εὐθυπλοίᾳ δὲ ἐλάττους.

23. Ὅτι Ἶλος πρῶτος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐτόλμησεν ἐν πεδίῳ πόλιν κτίσαι, τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Ἴλιον· διὸ καὶ ἐτάφη ἐν πεδίῳ· « οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα, μέσσον κὰπ πεδίον. » Τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἡ νῦν Ἴλιος δεικνυμένη οὐκ ἔστιν ἡ παρ' Ὁμήρῳ, ἀλλ' ἑτέρα ἐστὶ ταπεινοτέρα· ἡ δὲ παλαιὰ μετεωροτέρα ἦν πρὸς τῇ Ἴδῃ σταδίοις λ'.

24. Ὅτι ἡ νῦν Ἀλεξάνδρεια Τρωὰς καλουμένη, πόλις ἔρημος οὖσα νῦν, Ἀντιγόνεια ἐκαλεῖτο. Ὑπὸ γὰρ Ἀντιγόνου ᾠκίσθη, τοῦ ἐξ Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου ἄρξαντος τῆς Φρυγίας· ὕστερον δὲ ὑπὸ Λυσιμάχου Ἀλεξάνδρεια μετωνομάσθη διὰ τὸ δεῖν μᾶλλον τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν ἀπὸ τοῦ αἰτιωτάτου πάσης τῆς κατὰ Περσῶν νίκης Ἀλεξάνδρου.

25. Ὅτι Φιμβρίας Ῥωμαῖος, ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ ἐκ πολιορκίας λαβὼν τὸ Ἴλιον ἐν ἡμέραις ι', εἶτα καυχώμενος, ὡς, Ἀγαμέμνονος ἔχοντος τὸν χιλιόναυν στρατὸν καὶ τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα μόλις ἐν ἔτεσι ι' ταύτην ἑλόντος, αὐτὸς ἐν ἡμέραις ι' ἔλαβεν, ἤκουσεν εὐθὺς ἔκ τινος τῶν Ἰλιέων· Οὐ γὰρ εἴχομεν Ἕκτορα τὸν προπολεμοῦντα.

26. Ὅτι μεταξὺ Ἀβύδου καὶ Δαρδάνου πόλεως ῥεῖ ὁ Ῥοδίος ποταμὸς κατ' ἐναντία τοῦ ἐν χερρονήσῳ Κυνὸς σήματος τῆς Ἑκάβης.

27. Ὅτι τὸ μὲν Ἕκτορος μνῆμα ἐν Ὀφρυνίῳ ἐστὶ

16. Pityea urbs est inter Parium et Priapum urbes.

17. Inter Lampsacum et Parium Pæsus urbs et fluvius. Homerus tribus syllabis eam effert, inquiens : « et populum Apæsi » item : « qui in Pæso. »

18. In regione Cumana locus est feminino genere et numero plurali dictus Gergithes. Est etiam urbs, a qua in agro Lampsaceno locus nomine Gergithium.

19. Practium Homerus non urbem dicit sed fluvium, qui inter Abydum fluit et Lampsacum.

20. Xerxis pons ad Abydum paulo magis ad ortum fuerit locatus quam sit Abydus, magisque ad occasum quam Sestus. Notandum est Strabonem consentire fabulæ de Hero ; scilicet ad Sestum fuisse ejus turrem, et quæ Leandro acciderunt, ibi evenisse.

21. Aurea metalla in Pactolo Lydiæ nunc defecerunt.

22. Ab Abydo ad Æsepum fluvium stadia sunt 700, itinere pedestri, recta vero navigatione pauciora.

23. Ilus post diluvium primus ausus est urbem in planitie locare, quæ ab eo dicta fuit Ilium ; unde et in campo est sepultus, ut ait Homerus : « Hi vero per tumulos Ili, Per campum medium. » Sunt qui dicant urbem, quæ nunc ostenditur, non esse Ilium Homeri, sed aliam magis humilem ; antiquam enim triginta stadiis superiorem fuisse ad Idam.

24. Quæ nunc Alexandria Troas dicitur, urbs deserta, prius Antigonia dicta fuerit. Nam ab Antigono condita est, qui ex Alexandri magni ducibus imperavit Phrygiæ; postea a Lysimacho Alexandria fuit appellata, quum consentaneum magis videretur eam ab Alexandro cognomen accipere, quippe qui totius victoriæ de Persis deportatæ auctor exstitisset.

25. Fimbria Romanus, bello adversus Mithridatem gesto, quum Ilium oppugnatione aggressus decimo die cepisset, atque inde gloriaretur, quam urbem Agamemno decimo vix anno cepisset, quum mille navium classem et totam Græciam secum haberet, se decimo die obtinuisse, respondit quidam ex Iliensibus : Non enim Hector nobis aderat, qui pro civitate pugnaret.

26. Inter Abydum et Dardanum urbem Rhodius fluvius labitur, ex adverso sepulcri Hecubæ quod Cynossèma dicitur.

27. Sepulcrum Hectoris in Ophrynio est, Troadis

καλεῖται. Vulgo verba ἐπ' Αἰσήπῳ ποταμῷ cum antecc. junguntur et verba ἡ Ἀδρ. tanquam spuria notantur ; at Æsepus fluvius ad Adrasteam urbem nihil pertinet. In sqq. nonnulla exciderunt. Possis : [Ἔστι καὶ τὸ Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ,] λιμένα ἔχουσα καὶ αὐτή· [ἡ δὲ] Πριαπὸς ἐλάσσονα τοῦ Παριανοῦ (Παριηνοῦ cod). Strabo ita : Ἔστι δὲ καὶ τὸ Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ λιμένα ἔχουσα μείζω τῆς Πριαποῦ. || — 16. p. 588, *D.* || — 17. p. 589, *B.* || — 18. p. 589, *CD.* || — 19. p. 590, *BC.* 591, *AB.* || — 20-22. p. 591, *CD.* || — 23. p. 593, *A.* || — 24. p. 593, *D.* Ἀντιγονία cod. || — 25. p. 594, *BC.* Φιμβρίας] Φίμβριος cod. || — 26. p. 595, *B.* Ῥοδίος] Ῥόδιος cod. h. l. et n. 34. || — 27. p. 595, *CD.* Ὀφρυνείῳ Ῥοίτιον...Σίγιον cod.

τῆς Τρωάδος τόπῳ ὑψηλῷ, εἶτα Ῥοίτειον, πόλις ἔρημος, εἶτα αἰγιαλὸς, εἶτα μνῆμα Αἴαντος, εἶτα Σίγειον, πόλις ἔρημος, εἶτα ὁ Ἀχιλλέως τάφος καὶ Πατρόκλου καὶ Ἀντιλόχου, εἶτα ὁ ναύσταθμος καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων, εἶτα αἱ τοῦ Σιμοῦντος καὶ Σκαμάνδρου ἐκβολαὶ λιμνώδεις καὶ ἕλη καὶ ἡ Στομαλίμνη καλουμένη. Ταῦτα δὲ πάντα τῇ Ἰλίῳ ὑποπέπτωκεν.

loco excelso, deinde Rhœteum urbs deserta, inde litus, postea Ajacis sepulcrum, inde Sigeum, urbs deserta, postmodum Achillis sepulcrum et Patrocli et Antilochi, deinde navium statio et castra Græcorum, mox Simoentis et Scamandri ostia stagnantia et paludes et lacus qui Stomalimne dicitur : quæ omnia Ilio subsunt.

28. Ὅτι Πρίαμος, μικρὰν εὑρὼν τὴν τῶν Τρώων βασιλείαν, ὡς καὶ τὸν Ἡρακλέα « ἐξ οἵης σὺν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν » ἐξαλαπάξαι αὐτῶν τὴν πόλιν, ἐπὶ μέγα αὐτὴν ηὔξησεν, ὡς καὶ βασιλεὺς βασιλέων γενέσθαι· ὡς δηλοῖ τὸ· « ὅσσον Λέσβος ἄνω, Μάκαρος ἕδος. »

28. Priamus exiguo invento Trojanorum regno, ut Hercules « cumque viris paucis et sex cum navibus » Pergama diripuit, illud magnopere auxit, ita ut rex regum appellaretur, quemadmodum et illud indicat : « Quantas Lesbus a meridie Macaris sedes. »

29. Ὅτι τὸ Τρωικὸν πεδίον ἀπὸ θαλάσσης ἕως τῆς Ἴδης διήκει· οὗ τὰ μὲν νότια τελευτᾷ εἰς τὴν Σκῆψιν, τὰ δὲ βόρεια εἰς τὴν Ζέλειαν.

29. Campus Trojanus a mari usque ad Idam porrigitur; cujus partes australes in Scepsim, septentrionales in Zeleam finiunt.

30. Ὅτι πολλοῖς καὶ ἀξιοπίστοις ἐπιχειρήμασιν ὁ Στράβων ἀπέδειξε τὴν νῦν καλουμένην Ἴλιον μὴ εἶναι τὴν ὑπὸ Ὁμήρου ἀδομένην· ἀλλὰ ταύτης μετεωροτέρα καὶ ἀνατολικωτέρα ἐστὶν ἡ ἀληθῶς Ἴλιος, ἡ τοῦ Ἕκτορος πατρίς. Εἰ δὲ καὶ οὐδὲ ἴχνη αὐτῆς σώζεται νῦν, ἀλλὰ τῆς ταπεινοτέρας εἰσὶν ἴχνη, οὐ θαῦμα· ὁ γὰρ χρόνος πολλὰ τοιαῦτα ποιεῖ.

30. Permultis et fide dignis argumentis Strabo ostendit urbem quæ nunc Ilium vocatur, non esse illam ab Homero decantatam; sed verum istud Ilium Hectorisque patriam hac esse excelsiorem et orientaliorem; si ne vestigia quidem ejus nunc supersint, dum exstent adhuc humilioris illius vestigia, id non esse mirandum, quum tempus permulta ejusmodi faciat.

31. Ὅτι τινὲς τὸν τόνον μετατιθέασι τοῦ στίχου τούτου· « θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν· » ἀναγινώσκουσι γὰρ πρὸ μιᾶς τὸν τόνον τιθέντες· ὡς τὸ θυάσιν, οὕτως γουνάσιν, ἀντὶ τοῦ ταῖς ἱκεσίαις.

31. Nonnulli accentum transponunt in hoc versu : Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν. Legunt enim cum accentu in penultima, ut θυιάσιν, sic γουνάσιν, pro ταῖς ἱκεσίαις.

32. Ὅτι κατά τι παλαιὸν ἔθος Ἀγαμέμνων κατηράσατο κατὰ τῶν τολμησόντων κτίσαι αὖθις τὸ Ἴλιον· διὸ οἱ ὕστερον ἀφοσιούμενοι εὗρον πλησίον χωρίον ὁμοιότατον τῷ ἀρχαίῳ, καὶ ἔκτισαν αὐτὸ καὶ Ἴλιον ἐκάλεσαν, καὶ τὰς κατάρας ἐξέφυγον τοῦ Ἀγαμέμνονος.

32. Juxta vetustum quendam morem Agamemnon male imprecatus est iis, qui Ilium instaurare auderent; eamque ob causam posteri, religione ducti, locum elegerunt vicinum et antiquo simillimum, quem ædificatum Ilium appellarunt et hoc pacto Agamemnonis exsecrationes effugerunt.

33. Ὅτι ὁ Ῥῆσος ποταμὸς νῦν καλεῖται Ῥοείτης· ὁ δὲ Ἑπτάπορος Πολύπορος καλεῖται, ἀνίσχων ἐκ τῶν περὶ Καλὴν πεύκην χωρίων, ἐπὶ Μελαίνας κώμην ἰοῦσιν· ἡ δὲ Καλὴ πεύκη εἶχε τὴν μὲν περίμετρον κδ' ποδῶν, τὸ δὲ ὕψος ἀπὸ μὲν ῥίζης ἐπὶ ξζ' πόδας ἀνήει, εἶτα εἰς τρία μέρη σχιζομένη ἴσον ἀλλήλων διέχοντα αὖθις πάλιν συνήγετο εἰς μίαν κορυφήν· ἀπετέλει δὲ τὸ ὕψος δυεῖν πλέθρων καὶ πηχῶν ι'.

33. Rhesus fluvius nunc Rhoites appellatur; Heptaporus vero Polyporus, ortum habens a locis Pulchræ piceæ finitimis ad Melænas pagum euntibus. Pulchra picea ambitum habuit pedum 24, altitudinem a radice ad pedes 67; deinde in tres partes scissa æqualiter inter se distantes, rursus in unum verticem contrahebatur. Totam vero altitudinem duorum jugerum et cubitorum decem habuit.

34. Ὅτι ὁ Κάρησος ποταμὸς ἀπὸ Μαλοῦντος ῥεῖ, τόπου τινὸς κειμένου μεταξὺ Παλαισκήψεως καὶ Ἀχαιίου τῆς Τενεδίων περαίας· ἐμβάλλει δ' εἰς τὸν Αἴσηπον· Ῥόδιος δ' ἀπὸ Κλεανδρείας καὶ Γόρδου· ἐμβάλλει δὲ εἰς τὸν Αἴνιον.

34. Caresus fluvius a Malunte fluit, loco quodam sito inter Palæscepsin et Achaium, locum continentis Tenedo oppositæ, in Æsepum autem exit. Rhodius vero a Cleandria et Gordo labitur, et Ænium (Æsepum ?) influit.

35. Ὅτι ὁ Σμινθεὺς Ἀπόλλων παρὰ Τενεδίοις τιμᾶται. Καὶ γάρ ἐστιν αὐτοῦ νεὼς ἐν Τενέδῳ· ὅθεν εἴρηται· « Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις, Σμινθεῦ. »

35. Smintheus Apollo a Tenedis colitur. Est enim templum ipsius in Tenedo; unde et illud : « Smintheu, qui Tenedum regis. »

36. Ὅτι ἄλλο ἱερὸν Σμινθέως Ἀπόλλωνος παραθαλάσσιον ἐν Τρωάδι.

36. Aliud templum Sminthei Apollinis est in Troade juxta mare situm.

‖ — 28. p. 595; *D.* ‖ — 29. p. 596, *CD.* ‖ — 30-32. p. 597 sqq. ‖ — 33. p. 602, *D.* 603, *A.* Ῥοίτης et ἂν εἴη pro ἀνήει, cod. ‖ — 34. p. 603, *C.* ‖ — 35-39. p. 604. In 35 : καὶ ἔστι γὰρ cod., quod in καὶ γάρ ἐστι

37. Ὅτι τὰ περὶ τὴν Τένεδον νησίδια Καλύδναι καλοῦνται.

38. Ὅτι περὶ τὴν Τρωάδα ὁ Ἀχαιὸς τόπος· εἶτα Λάρισσα καὶ Κολωναὶ καὶ ἡ νῦν Χρύσα ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου παραθαλασσία.

39. Ὅτι ἐν τῷ τοῦ Σμινθέως ἱερῷ μῦς ἐστι χαλκοῦς, ὑποκείμενος τῷ ποδὶ τοῦ Ἀπόλλωνος. Εἰσὶ δὲ πολλοὶ ναοὶ Σμινθίου Ἀπόλλωνος.

40. Ὅτι περὶ τὸ Λέκτον ἄκρον ἁλοπήγιόν ἐστιν, αὐτομάτως πηγνύμενον τοῖς ἐτησίαις ἀνέμοις.

41. Ὅτι Ὅμηρος ἐν τῷ Ἀδραμυττικῷ κόλπῳ ἱδρύει Λέλεγάς τε καὶ Κίλικας ἀμφοτέρους, ἔνθα καὶ Πήδασος πόλις ἐρήμη καὶ Σατνιόεις ποταμὸς χείμαρρος καὶ Θήβη καὶ Λυρνησσὸς αἱ πόλεις.

42. Ὅτι οἱ μὲν Ἀμαξῖται παραθαλάσσιοί εἰσιν, εἶτα ὑπὲρ αὐτοὺς Νεανδρίεῖς, εἶτα Κεβρήνιοι ὑπὲρ αὐτοὺς, εἶτα Δάρδανοι μέχρι Παλαισκήψεως, ὧν καὶ Αἰνείας ἦρχεν, εἶτα Σκῆψις.

43. Ὅτι ἀπὸ Λέκτου ἄκρου ἕως Γαργάρου, πρὸς ἀνατολὰς ὄντος, στάδιοι σξ'.

44. Ὅτι μετὰ τὸ Ἀδραμύττιον Κορυφαντίς τε καὶ Ἡράκλεια κῶμαι, εἶτα Ἄττεα, εἶτα Ἀταρνεὺς καὶ Πιτάνη καὶ αἱ τοῦ Καΐκου ποταμοῦ ἐκβολαί.

45. Ὅτι τινὲς, χαριζόμενοι Ῥωμαίοις, μεταγράφουσι τὸ Ὁμηρικὸν ἔπος περὶ τοῦ Αἰνείου οὕτως· « νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει. »

46. Ὅτι ἐκ τῆς Σκήψεως πόλεως ἦν Κορίσκος ὁ Σωκρατικὸς καὶ ὁ τούτου παῖς Νηλεὺς, ὃς καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου ἠκροάσατο καὶ διεδέξατο τὴν βιβλιοθήκην Θεοφράστου, οὖσαν τὴν αὐτὴν καὶ Ἀριστοτέλους· ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοτέλης οὐ μόνον τὴν σχολὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν βιβλιοθήκην καταλέλοιπε Θεοφράστῳ τὴν ἑαυτοῦ, πρῶτος ὧν ἴσμεν βιβλία συναγαγὼν καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν· ὁ δὲ εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μεθ' αὑτὸν παρέδωκεν, ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα· ἐπειδὴ δ' ἤσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν ἐν διώρυγί τινι· ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλίκωντι τῷ Τηΐῳ πολλῶν ἀργυρίων τά τε Ἀριστοτέλους καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου βιβλία. Ἦν δὲ ὁ Ἀπελλίκων φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος· διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. Συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς

37. Insulæ exiguæ juxta Tenedum Calydnæ vocantur.

38. Circa Troadem Achæus locus est. Deinde Larissa et Colonæ et Chrysa nunc dicta, in edito loco juxta mare sita.

39. In Sminthei templo mus est æneus, pedi statuæ subjacens. Sunt autem Sminthei Apollinis permulta templa.

40. Circa Lectum promontorium salinæ sunt, ubi sal sponte sua cogitur spirantibus etesiis.

41. Homerus in sinu Adramyttico ponit Leleges et Cilices utrosque; quo loco Pedasus urbs est deserta et Satniois fluvius, qui torrens est, ac Thebæ et Lyrnessus urbes

42. Hamaxitæ maritimi sunt; supra eos Neandrenses; deinde Cebrenii supra hos; mox Dardani usque ad Palæscepsin, quibus imperavit Æneas; deinde Scepsis.

43. A Lecto promontorio usque ad Gargara versus ortum sita stadia sunt 260.

44. Post Adramyttium sunt pagi Coryphantis et Heraclea; post Attea; inde Atarneus et Pitane et Caici fluvii ostia.

45. Nonnulli, Romanis gratificantes, versum Homeri de Ænea ad hunc modum scribunt : « At genus Æneæ cunctis dominabitur oris. »

46. E Scepsi urbe fuit Coriscus Socraticus, et hujus filius Neleus, qui et Theophrastum et Aristotelem audivit, et successione accepit bibliothecam Theophrasti, in qua Aristotelica inerat; nam Aristoteles et bibliothecam et scholam Theophrasto reliquit, et primus omnium quos scimus libros congregavit, et Ægypti reges bibliothecam componere docuit. Theophrastus vero eam tradidit Neleo; Neleus Scepsin detulit, et posteris dedit, hominibus sane imperitis, qui libros inclusos ac negligenter positos tenebant. Quumque Attalicorum regum, quibus urbs parebat, studia intellexissent conquirendorum librorum ad instruendam Pergami bibliothecam, eos in fossa quadam sub terram occuluerunt. Ibi ab humore et blattis vitiatos tandem qui ex ea erant stirpe, Aristotelis et Theophrasti libros Apelliconi Teio magna pecunia vendiderunt. Tenebatur is Apellico magis librorum amore quam philosophiæ studio; itaque volens erosa emendare, eos transcribendos dedit, lacunas non recte supplens, ediditque libros mendorum plenos. Usu autem venit antiquis Peripateticis post

---

mutavit Kramer. ‖ — 38. ἐφ' ὑψηλοῦ] ἐφ' ἕλου cod.; em. Kramer.; ἐφ' ὕψους τινός Strabo. ‖ — 40. p. 605, *B*. Λέκτον] λέκτρον, sed expuncta lit. ρ, cod. ‖ — 41. p 605, *CD*. 606, *A*. Ἀδραμυτικῷ cod. ‖ — 42 et 43. p. 606. ‖ — 44. p. 607, *A*. ‖ — 45. p. 608, *C*. ‖ — 46. p. 608, *D*. 609, *A*. σύνταξιν] σύναξιν cod.; σητῶν] σιτῶν cod.; ἐξέδωκεν] ἔδοξεν cod.; δὲ κομισθεῖσαν] τ' ἐκομίσθησαν, Τυραννίων δ' ὁ γρ. cod.; em. Hudson. ‖

μετὰ Θεόφραστον, οὐκ ἔχουσιν ὅλως τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν· τοῖς δ' ὕστερον, ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν καὶ ἀριστοτελίζειν· ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότα λέγειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀμαρτιῶν. Πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσελάβετο· εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλίκωντος τελευτὴν Σύλλας ἦρε τὴν Ἀπελλίκωντος βιβλιοθήκην ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών· εἰς Ῥώμην δὲ κομισθεῖσαν Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης, καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

47. Ὅτι μετὰ Σκῆψιν πόλιν Ἄνδηρά ἐστι καὶ Πιονία καὶ ἡ Γαργαρίς. Ἔστι δὲ λίθος περὶ τὰ Ἄνδηρα, ὃς καιόμενος σίδηρος γίνεται· εἶτα μετὰ γῆς τινος καμινευθεὶς ἀποστάζει ψευδάργυρον, ἡ προσλαβοῦσα χαλκὸν τὸ καλούμενον γίνεται κρᾶμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι. Γίνεται δὲ ψευδάργυρος καὶ περὶ τὸν Τμῶλον.

48. Ὅτι ἡ Ἄσσος πόλις ἐρυμνή ἐστι καὶ εὐτειχὴς, ἀπὸ θαλάσσης καὶ τοῦ λιμένος ὀρθίαν καὶ μακρὰν ἀνάβασιν ἔχουσα· ὥστ' ἐπ' αὐτῆς οἰκείως εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ τοῦ Στρατονίκου τοῦ κιθαριστοῦ· « Ἄσσον ἴθ' ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. » Ἐντεῦθεν δ' ἐστὶ Κλεάνθης ὁ Στωικὸς, ὁ Ζήνωνα μὲν διαδεξάμενος, Χρυσίππῳ δὲ τῷ Σολεῖ καταλιπών. Ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης διέτριψε διὰ τὴν πρὸς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον τύραννον κηδείαν· ἦν δ' Ἑρμείας τραπεζίτου τινὸς οἰκέτης, γενόμενος δ' Ἀθήνησιν ἤκροάσατο Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους· ἐπανελθὼν δὲ τῷ δεσπότῃ συνετυράννησε, πρῶτον ἐπιθεμένῳ τοῖς περὶ Ἀταρνέα καὶ Ἄσσον χωρίοις· ἔπειτα διεδέξατο ἐκεῖνον καὶ μετεπέμψατο τόν τε Ἀριστοτέλη καὶ Ξενοκράτη καὶ ἐπεμελήθη αὐτῶν· τῷ δ' Ἀριστοτέλει καὶ θυγατέρα ἀδελφοῦ συνῴκισε. Μέμνων δ' ὁ Ῥόδιος, μηδίζων τότε σφόδρα καὶ στρατηγῶν, προσποιησάμενος φιλίαν, [καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν] ξενίας τε ἅμα καὶ πραγμάτων προσποιητῶν χάριν· συλλαβὼν [δ'] ἀνέπεμψε πρὸς βασιλέα, κἀκεῖ κρεμασθεὶς ἐφθάρη.

49. Ὅτι τὰ περὶ Ἄσσον καὶ Γάργαρον χωρία καὶ Σκῆψιν Λελέγων ἐστὶν, οἵτινες μεταξὺ ὤκουν Κιλίκων τε καὶ Δαρδανίων, πόλιν ἔχοντες Πήδασον· φεύγοντες δὲ τὰς ἐξ Ἀχιλλέως ἐπιδρομὰς, εἰς Καρίαν ἦλθον καὶ ἔκτισαν πόλιν Πήδασον, ὁμώνυμον τῇ πατρίδι.

50. Ὅτι μετὰ τοὺς Λέλεγας τὴν ἑξῆς παραλίαν Κίλικες εἶχον καθ' Ὅμηρον, ἣ νῦν Ἀδραμύττιόν τέ ἐστι καὶ Ἀταρνεῖται καὶ Πιταναῖοι μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ

Theophrastum, quum omnino libris istis carerent, præter paucos et præcipue exotericos, ut nulla de re exquisite pertractando eam philosophari possent, sed tantum de propositis disputarent. Posterioribus, ab eo tempore quo libri isti sunt editi, facilius fuit philosophari et Aristotelem imitari; quanquam ob mendorum multitudinem cogerentur plurima probabiliter modo dicere. Multum huc etiam Roma contulit; nam continuo post Apelliconis obitum Sylla, qui Athenas ceperat, bibliothecam illius recepit; quæ quum Romam esset allata, Tyrannio grammaticus, Aristotelis amantissimus, a bibliothecæ præfecto obtinuit, ut sibi eorum usus permitteretur, et librorum venditores nonnulli ineptis usi librariis, neque cum exemplari descripta comparantes; quod et aliis accidit libris, qui exscribuntur vendendi causa et Romæ et Alexandriæ.

47. Post Scepsin urbem Andera et Pionia et Gargarum sunt. Juxta Andera lapis est, qui ustus in ferrum mutatur; deinde cum terra quadam in fornace excoctus falsum argentum stillat; cui ubi æs additum, fit temperamentum quod sic dicitur et quod nonnulli orichalcum vocant. Nascitur pseudargyrus etiam apud Tmolum.

48. Assus urbs est natura et arte munita, a mari et portu rectum et longum adscensum habens, adeo ut convenire ei videatur illud Stratonici citharœdi: « Asson eas, propere exitium si tu tibi quæris. » Hic natus fuit Cleanthes Stoicus philosophus, qui Zenonis Citiensis scholæ successit, quam postea Chrysippo Solensi reliquit. Hoc in loco Aristoteles quoque aliquandiu permansit, propter adfinitatem quam cum Hermia eunucho et tyranno contraxerat. Fuit autem Hermias cujusdam mensarii famulus, qui Athenas profectus Platonem Aristotelemque audivit; postea ad dominum reversus, cum ipso imperavit, primum Atarnenses et Assenses aggresso; post illi successit, et Aristotelem et Xenocratem ad se accersitos diligenter curavit, Aristoteli vero etiam fratris sororem dedit. Per id tempus Memnon Rhodius quum Persis ministraret et exercitum duceret, simulata cum eunucho amicitia hospitalitatis nomine et tractandarum rerum gratia illum ad se vocat; quem quum comprehendisset, ad regem misit, ibique suspendio adfectus periit.

49. Loca circa Assum et Gargarum et Scepsin Lelegum sunt, qui inter Cilices et Dardanios habitabant, urbem habentes Pedasum; fugientes autem Achillis incursionem, in Cariam venerunt, et urbem Pedasum condiderunt eodem nomine quo patria.

50. Proximum post Leleges littus Cilices Homerici habuerunt; quo loco nunc Adramyttium et Atarnitæ

— 47. p. 610 *BCD*. ‖ — 48. Ἄσσον ἴθ'] Ἄσσον ἴθι cod. ‖ — 49. p. 610, *B*. 611, *A*. ‖ — 50. p. 611, 59.

Καΐκου· ὧν πόλεις δύο, Θήβη Ὑποπλάκιος καὶ Λυρνησσός.

51. Ὅτι Θήβη καὶ Λυρνησσὸς, ἐν τῷ Θήβης οὖσαι πεδίῳ, ἀπέχουσι τῆς πόλεως Ἀδραμυττίου, ἡ μὲν στάδίους ξ', ἡ δὲ π'. ἐν δὲ τῇ Ἀδραμυττηνῇ ἐστι καὶ ἡ Χρύσα καὶ ἡ Κίλλα· ἔστι δὲ ταῦτα περὶ Ἄνταν-δρον.

52. Ὅτι Κίλλος Πέλοπος ἦν ἡνίοχος, ἀφ' οὗ Κίλλα τε τὸ πολίχνιον καὶ Κίλικες.

53. Ὅτι φασὶν ἐν τῇ Αἰολικῇ Πιτάνῃ τὰς πλίνθους ἐπιπολάζειν τῷ ὕδατι, καθάπερ καὶ ἐν τῇ Τυρρηνίᾳ· κουφοτέρα γὰρ ἡ γῆ τοῦ ἐπισόγκου ὕδατός ἐστιν. Ἐν Ἰβηρίᾳ δέ φησιν ἰδεῖν Ποσειδώνιος ἔκ τινος γῆς ἀργιλώδους πλίνθους πηγνυμένας καὶ ἐπιπλεούσας.

54. Ὅτι Κάϊκος ποταμὸς μετὰ τὴν Πιτάνην εἰς τὸν Ἐλαϊτικὸν ῥεῖ κόλπον, ἀντιπέρην Ἐλαίας πόλεως.

55. Ὅτι ἡ Ἐλαία πόλις ἐπίνειόν ἐστι Περγάμου πόλεως, ἀπέχουσα Περγάμου στάδια ρκ'.

56. Ὅτι ἡ Κάνη ἄκρον ἐστὶν, ἀνταῖρον τῷ Λέκτῳ ἄκρῳ καὶ ποιοῦν τὸν Ἀδραμυττηνὸν κόλπον, οὗ μέρος καὶ ὁ Ἐλαϊτικός ἐστιν.

57. Ὅτι ἡ Κάνη καὶ πληθυντικῶς Κάναι λέγεται, περὶ ἣν ἄκρα ἡ Αἶγα· τὸ δὲ γα μακρὸν δεῖ νοεῖν, τὴν Αἶγαν λέγοντας.

58. Ὅτι μεταξὺ Ἐλαίας καὶ Πιτάνης καὶ Ἀταρνέως καὶ Περγάμου Τευθρανία ἐστὶ πόλις, διέχουσα οὐδεμιᾶς αὐτῶν ὑπὲρ ο' σταδίους, ἐντὸς τοῦ Καΐκου.

59. Ὅτι ἐν τοῖς περὶ Καΐκον τόποις φαίνεται βεβασιλευκὼς Εὐρύπυλος ὁ Τηλεφίδης, ὃν ἀνεῖλε Πύρρος ὁ Ἀχιλλέως.

60. Ὅτι ἐν τῇ Ἐλαΐτιδι ποτάμιόν ἐστι χειμαρρῶδες, Κήτειον καλούμενον· ὅθεν ἴσως εἴρηται· « Κήτειοι κτείνοντο γυναίων εἵνεκα δώρων. »

61. Ὅτι τῆς Λέσβου νήσου ὁ περίπλους στάδιοι ,αρ'.

62. Ὅτι ἐπὶ Τιβερίου, τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, ἦν Στράβων.

63. Ὅτι ἐξ Ἐρεσσοῦ ἦσαν Φανίας τε καὶ Θεόφραστος, οἱ Ἀριστοτελικοί· Τύρταμος δὲ πρὶν ὁ Θεόφραστος ἐκαλεῖτο, μετωνομάσθη δὲ ὑπὸ Ἀριστοτέλους οὕτως.

64. Ὅτι Ἑλλάνικος ὁ συγγραφεὺς Λέσβιος ἦν.

65. Ὅτι κατὰ τὸν πορθμὸν τὸν μεταξὺ Ἀσίας καὶ Λέσβου νησίδιά εἰσι μ', καλοῦνται δὲ συνθέτως Ἑκατόννησοι, ὡς Πελοπόννησος καὶ Μυόννησος καὶ Προκόννησος καὶ Ἁλόννησος, τὸν ν διὶσσὸν ἔχουσαι κατὰ συνήθειαν.

66. Ὅτι Ἑκατόννησοι καλοῦνται, οἷον Ἀπολλώννησοι· Ἕκατος γὰρ ὁ Ἀπόλλων.

67. Ὅτι πρὸ τῆς Λέσβου ἐστὶ καὶ ἡ Πορδοσελήνη, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον· διὰ δὲ τὸ δύσφημον τοῦ ὀνό-

et Pitanæi usque ad Caici ostia; horum duæ sunt urbes, Thebæ Hypoplaciæ et Lyrnessus.

51. Thebæ et Lyrnessus in Thebano campo sitæ ab Adramyttio urbe distant, illa quidem stadiis 60, hæc vero 80. In Adramytteno agro Chrysa est et Cilla. Sunt autem circa Antandrum hæc.

52. Cillus Pelopis fuit auriga, a quo Cilla urbs et Cilices sunt dicti.

53. In Pitana Æolica lateres ferunt aquæ supernatare, quemadmodum in Tyrrhenia; levior enim est terra quam æqualis aquæ moles. In Iberia vero Posidonius ait se vidisse ex quadam terra argillacea concretos et aquæ supernatantes.

54. Caicus fluvius post Pitanen in Elaiticum sinum influit, ex adverso Elææ urbis.

55. Elæa urbs navale est Pergami urbis, a Pergamo distans stadiis 120.

56. Cana promontorium est oppositum Lecto promontorio, et Adramyttenum sinum efficiens; cujus pars etiam Elaiticus est sinus.

57. Cana numero etiam plurali Canæ dicitur; circa hanc promontorium est Æga. Ceterum γα oportet longum accipere, τὴν Αἶγαν dicentes.

58. Inter Elæam et Pitanen et Atarnen et Pergamum Teuthrania est urbs, a nulla harum ultra stadia septuaginta distans, intra Caicum.

59. In locis circa Caicum Eurypylus Telephides imperasse videtur, quem Pyrrhus Achillis filius interemit.

60. In Elaitide fluvius est torrenti similis, Cetius nomine; unde forte dictum est: « Cetei trucidabantur muliebria propter dona. »

61. Lesbi insulæ ambitus stadiorum est 1100.

62. Strabo sub Tiberio Romanorum imperatore floruit.

63. Phanias et Theophrastus Aristotelici ex Eresso fuerunt. Theophrastus prius Tyrtamus dicebatur quod in Theophrasti nomen mutavit Aristoteles.

64. Hellanicus historicus Lesbius fuit.

65. In freto inter Asiam et Lesbum insulæ sunt quadraginta, quæ composito vocabulo Hecatonnesi vocantur, quemadmodum Peloponnesus et Myonnesus et Proconnesus et Halonnesus, habentes n duplex ex consuetudine.

66. Hecatonnesi vocantur, quasi Apollonnesi; Apollo enim Hecatus dicitur.

67. Ante Lesbum Pordoselena est, urbem habens cognominem; ceterum nominis infamiam fugientes

---

D. ἣ νῦν] ἡ νῦν cod.; em. Kram.; Ἀταρνῖται cod. ‖ — 51. p. 612, *BC.* ‖ — 52. p. 613, *B.* ‖ — 53. p. 614, *D.* Τυρρηνίᾳ] τυραννίᾳ cod. ‖ — 54-58. p. 615. ‖ — 59-62. p. 616. ‖ — 63-68. p. 618 et 619. ‖ —

ματος Πορoσελήνην τινὲς αὐτὴν καλοῦσι, τὸ δὲ περὶ Πέργαμον Ἀσπόρδηνον ὄρος Ἀσπόρηνον, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ ἱερὸν μητρὸς [τῶν θεῶν] Ἀσπορηνῆς. Τί οὖν φήσομεν ἐπὶ τοῦ σαπέρδου καὶ πορδάλιος καὶ περδίκκα καὶ « σὺν πορδακοῖσιν » ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις;

68. Ὅτι ἐν Καταλόγῳ Ὅμηρος εἰκότως Λελέγων καὶ Κιλίκων καὶ Καυκώνων οὐκ ἐμνημόνευσε· διεφθάρησαν γὰρ ἤδη ὑπὸ Ἀχιλλέως ὅ τε Ἠετίων καὶ Μύνης καὶ Ἐπίστροφος καὶ οἱ λαοὶ αὐτῶν.

69. Ὅτι ὁ τῶν Πελασγῶν ἄρχων Ἱππόθοος Λάρισαν εἶχε πατρίδα τὴν ἐν Κύμῃ τῆς Αἰολίδος κειμένην· οἱ δὲ Πελασγοὶ ὑπὸ Αἰολέων ἐφθάρησαν.

70. Ὅτι σκώπτεται εἰς ἀναισθησίαν ἡ Κύμη, ὡς μετὰ τ' ἔτη ἀποδομένη τῶν λιμένων τὰ τέλη, ὥσπερ τότε ἠσθημένη, ὅτι παρὰ θάλασσαν οἰκοῖτο· πρότερον δ' οὐκ ἐκαρποῦτο τὴν πρόσοδον ταύτην.

71. Ὅτι καὶ ἄλλη λέγεται αἰτία τοιαύτη τοῦ σκώμματος, ὅτι δανεισάμενοί ποτε οἱ Κυμαῖοι δημοσίᾳ χρήματα τὰς στοὰς ὑπέθεντο, εἶτ' οὐκ ἀποδιδόντες κατὰ τὴν ὡρισμένην ἡμέραν εἴργοντο τῶν περιπάτων· ὅτε μέντοι ὄμβρος εἴη, κατὰ αἰδῶ τινα κηρύττοιεν οἱ δανεισταὶ, κελεύοντες ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπέρχεσθαι· τοῦ δὴ κήρυκος αὕτω φθεγγομένου, ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπέλθετε, ἐκπεσεῖν λόγον, ὡς Κυμαίων οὐκ αἰσθανομένων, ὡς ἐν τοῖς ὄμβροις ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπελθετέον, ἂν μὴ σημάνῃ τις αὐτοῖς διὰ κηρύγματος. Κυμαῖος δὲ ἦν Ἡσίοδός τε καὶ Ἔφορος, ὁ Ἰσοκράτους γνώριμος, ὁ τὰς ἱστορίας γράψας. Κύμη δὲ ὠνόμασται ἀπό τινος Ἀμαζόνος, ὡς ἡ Μυρίνη καὶ ἡ Μυτιλήνη.

72. Ὅτι τὸ Πέργαμον ἡ πόλις γαζοφυλάκιον ἦν Λυσιμάχου τοῦ Ἀγαθοκλέους, ἑνὸς τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων. Ἐπεπίστευτο δὲ τὴν φυλακὴν τῶν χρημάτων (ἦν δὲ τάλαντα ϑ) Φιλέταιρος, ἀνὴρ Τιανὸς, θλιβίας ἐκ παιδὸς, ἔν τινι ὄχλῳ ἀπολῃφθεὶς μετὰ τῆς τροφοῦ καὶ διὰ τοῦτο εὐνοῦχος. Τέως μὲν οὖν εὔνους ἦν Λυσιμάχῳ, διενεχθεὶς δὲ πρὸς Ἀρσινόην τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀπέστη, ὁρῶν νεωτερισμοὺς πολλούς. Ὅ τε γὰρ Λυσίμαχος, κακοῖς οἰκείοις περιπεσὼν, ἠναγκάσθη τὸν υἱὸν ἀνελεῖν Ἀγαθοκλέα. Σέλευκος δ' ἐπελθὼν ὁ Νικάτωρ ἐκεῖνόν τε κατέλυσε καὶ αὐτὸς κατελύθη, δολοφονηθεὶς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Κεραυνοῦ. Ὁ δὲ Φιλέταιρος διήρκεσεν ἔτη κ', κύριος ὢν τοῦ τε ἐρύματος καὶ τῶν χρημάτων, καὶ διεγένετο μένων ἐπὶ τοῦ ἐρύματος καὶ πολιτευόμενος δι' ὑποσχέσεων καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας ἀεὶ πρὸς τὸν ἰσχύοντα καὶ ἐγγὺς παρόντα. Τούτῳ ἦσαν δύο ἀδελφοὶ, Εὐμένης τε καὶ Ἄτταλος· ἐκ μὲν οὖν τοῦ πρεσβυτέρου Εὐμένους γίνεται παῖς Εὐμένης, ὃς καὶ διεδέξατο τὸ τοῦ Περγάμου κράτος καὶ ἦν ἤδη δυνάστης τῶν κύκλῳ χωρίων, ὥστε καὶ περὶ Σάρδεις ἐνίκησε μάχῃ συμβάλλων Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου· κβ' δὲ ἔτη ἄρξας ἐτελεύτα. Ἐκ δὲ

Poroselenam ipsam appellant, sicuti Aspordenum montem, qui est apud Pergamum, Asporenum, et fanum quod ibi est Matris deûm Asporenæ. Quid igitur dicemus de vocibus σαπέρδας et πόρδαλις et Περδίκκας et de isto « σὺν πορδακοῖσιν (i. e. *cum madidis*) » ?

68. Homerus in Catalogo Lelegum et Cilicum et Cauconum jure non meminit; nam ab Achille interemti erant Eetion et Mynes et Epistrophus atque ipsorum populi.

69. Pelasgorum princeps Hippothous Larissam patriam habuit, eam scilicet quæ circa Cumam Æolidis est sita, Pelasgi vero ab Æolibus interierunt.

70. Cumæ carpuntur ut insulsæ et hebetes, quod annis trecentis demum post urbem conditam portus vectigalia publicanis elocarint neque antea eum reditum perceperint quasi tum primum intelligerent se juxta mare sitos esse.

71. Dicitur et aliter : publico nomine Cumanos pecuniam mutuam cepisse, pignori oppositis porticibus; quam cum constituta die non reddidissent, prohibitos fuisse a deambulationibus; sed quum pluviæ essent, creditores verecundia ductos præconis voce eos invitasse ut sub porticus subirent. Proinde quum præco clamaret « sub porticus subite » diditum sermonem, Cumanos non sentire, imbribus decidentibus subeundum esse sub porticus, nisi præconio admonerentur. Cumanus fuit Hesiodus et Ephorus, Isocratis discipulus, qui Historias scripsit. Cuma dicta fuit ab Amazone quadam, sicut Myrine et Mytilene.

72. Pergamus urbs gazophylacium fuit Lysimachi, Agathoclis filii, qui ex Alexandri successoribus fuit unus. Pecuniarum custodia, quæ erant talentorum novem millia, commissa erat Philetæro Tiano, qui a puero spado erat, in quadam turba oppressus cum nutrice proptereaque eunuchus. Is initio fidelis erat Lysimacho, sed quum ab Arsinoe illius uxore dissideret, defectionem paravit, videns novas res permultas. Nam Lysimachus, domesticas in calamitates illapsus, coactus erat filium Agathoclem interimere. Seleucus vero Nicator reversus illum sustulit, et ipse a Ptolemæo Cerauno dolo occisus est. Interea Philetærus annos viginti dominus mansit arcis et pecuniarum, pollicitando semper ac validioribus propioribusque obsequendo. Erant ei fratres duo, Eumenes et Attalus; ex seniore Eumene filius Eumenes natus fuit, qui Pergamum successione accepit, jamque loca circumcirca sita in potestate habuit, adeo ut etiam apud Sardes prœlio congressus Antiochum Seleuci filium

67. Πυροσελήνην...ἐν αὐτῇ...Ἀσπορήνης...πόρδαλις καὶ πέρδιξ cod. ‖ — 69. p. 620, *B.* ‖ — 70. p. 622, *C.* 623, *A.* ‖ — 71. p. 623, *B.* δημοσίᾳ] δημόσια cod. ‖ — 72 et 73. p. 623, *B.* 624, *D.* Διήγυλιν τὸν καινὸν

Ἀττάλου καὶ Ἀντιοχίδος γεγονὼς Ἄτταλος διεδέξατο τὴν ἀρχήν· ὃς καὶ πρῶτος βασιλεὺς ἀνηγόρευτο, νικήσας Γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ. Οὗτος δὲ καὶ Ῥωμαίοις κατέστη φίλος καὶ συνεπολέμησε πρὸς Φίλιππον μετὰ τοῦ Ῥοδίων ναυτικοῦ· ὃς βασιλεύσας ἔτη μγ' κατέλιπε δ' υἱοὺς, Εὐμένην, Ἄτταλον, Φιλέταιρον, Ἀθήναιον. Οἱ μὲν οὖν νεώτεροι διετέλεσαν ἰδιῶται, Εὐμένης δ' ἄρξας συνεπολέμησε Ῥωμαίοις πρός τε Ἀντίοχον τὸν μέγαν καὶ πρὸς Περσέα, καὶ ἔλαβε παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἅπασαν τὴν ὑπ' Ἀντιόχῳ γῆν τὴν ἐντὸς Ταύρου· πρότερον δ' ὀλίγης ἦρχε γῆς. Οὗτος ἐπὶ πλεῖστον ηὔξησε τὴν ἀρχὴν κτίσμασι καὶ ἀναθήμασι καὶ βιβλιοθήκαις· ὃς ἔτη βασιλεύσας μθ' κατέλιπε διάδοχον τὸν υἱὸν Ἄτταλον, παῖδα ἔτι ὄντα, καὶ τούτου ἐπίτροπον Ἄτταλον, τὸν ἴδιον ἀδελφόν· ὃς ἄρξας ὡς ἐπίτροπος ἔτη κα' γέρων ἐτελεύτα, κατορθώσας πολλά. Καὶ γὰρ Δημήτριον τὸν Σελεύκου συγκατεπολέμησεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Ἀντιόχου καὶ συνεμάχησε Ῥωμαίοις ἐπὶ τὸν Ψευδοφίλιππον· ἐχειρώσατο δὲ καὶ Δηίγυλιν τὸν Καινῶν βασιλέα, στρατεύσας εἰς τὴν Θράκην· ἀνεῖλε δὲ καὶ Προυσίαν, ἐπισυστήσας αὐτῷ Νικομήδη τὸν υἱόν. Ὁ δ' ἐπιτροπευθεὶς Ἄτταλος, ἄρξας ἔτη ε' καὶ κληθεὶς Φιλομήτωρ, ἐτελεύτα νόσῳ, καταλιπὼν κληρονόμους Ῥωμαίους· οἱ δὲ ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν τὴν χώραν, Ἀσίαν προσαγορεύσαντες ὁμώνυμον τῇ ἠπείρῳ.

73. Ὅτι ὁ Κάϊκος ποταμὸς παραρρεῖ τὸ Πέργαμον διὰ τοῦ Καΐκου πεδίου εὐδαίμονος.

74. Ὅτι ἐκ τοῦ Τμώλου ῥεῖ ὁ Πακτωλὸς ποταμὸς, ἔχων ψῆγμα χρυσοῦ, ὅπερ νῦν ἐκλέλοιπε τὸ ψῆγμα, καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Ἕρμον ποταμὸν, εἰς ὃν καὶ ὁ Ὕλλος ποταμὸς ἐμβάλλει, Φρύγιος νῦν καλούμενος.

75. Ὅτι ἡ παρ' Ὁμήρῳ Γυγαία λίμνη ὕστερον Κολόη μετωνομάσθη.

76. Ὅτι τοὺς Ἀρίμους τινὲς μὲν ἐν Λυδίᾳ φασὶ γενέσθαι, οἱ δ' ἐν Κιλικίᾳ, τινὲς δ' ἐν Συρίᾳ, οἱ δ' ἐν Πιθηκούσσαις, ἔνθα καὶ τὸν Τυφωέα γενέσθαι· « εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος [ἔμμεναι εὐνάς]. »

77. Ὅτι ἐν Ἱεραπόλει ἐστὶ τά τε θερμὰ ὕδατα καὶ τὸ Πλουτώνιον, ἄμφω παραδοξολογίαν τινὰ ἔχοντα. Τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ οὕτως ῥᾳδίως εἰς πῶρον μεταβάλλει πηττόμενον, ὥστε ὀχετοὺς ἐπάγοντες φραγμοὺς ὑπεργάζονται μονολίθους· τὸ δὲ Πλουτώνιον ὑπ' ὀφρύϊ μικρᾷ τῆς ὑπερκειμένης ὀρεινῆς στόμιόν ἐστι σύμμετρον, ὅσον ἄνθρωπον δέξασθαι δυνάμενον, βαθυνόμενον ἐπὶ πολύ. Πρόκειται δὲ τούτου δρυφάκτωμα τετράγωνον, ὅσον ἡμιπλέθρου τὴν περίμετρον· τοῦτο δὲ πλῆρές ἐστιν ὁμιχλώδους παχείας ἀχλύος, ὥστε μόγις τοὔδαφος καθορᾶν. Τοῖς μὲν οὖν κύκλῳ πλησιάζουσι πρὸς τὸν δρύφακτον ἄλυπός ἐστιν ὁ ἀὴρ, καθαρεύων ἐκείνης τῆς ἀχλύος ἐν ταῖς νηνεμίαις· συμμένει γὰρ ἐντὸς τοῦ περιβόλου. Τῷ δ' εἴσω παριόντι ζῴῳ θάνατος παρα-

superaverit. Mortuus est quum duobus et viginti annis imperium tenuisset. Successit Attalus ex Attalo et Antiochide natus, qui primus rex nuncupatus est, quum magna pugna Galatas vicisset. Socius Romanorum fuit, eosque in bello contra Philippum juvit, Rhodiæ conjunctus classi. Regnavit annos 43; filios reliquit quattuor, Eumenem, Attalum, Philetærum et Athenæum. Ex his natu minores privati vixerunt, Eumenes vero imperans cum Romanis adversus Antiochum magnum et contra Perseum bellum gessit, et a Romanis totam eam regionem accepit, quæ sub Antiocho intra Taurum erat, quum ante ditionem habuisset exiguam. Hic imperium multum auxit, et adornavit ædificiis et donariis et bibliothecis. Post regnum annorum 49 imperium Attalo filio reliquit, dum puer adhuc esset, et hujus tutorem Attalum proprium fratrem constituit. Is quum tutor annos 21 regnasset, senex admodum decessit, multis rebus gestis feliciter; nam et adversus Demetrium Seleuci filium cum Alexandro Antiochi filio bellum gessit, et cum Romanis adversus Pseudophilippum pugnavit, et in Thraciam expeditione facta Deigylin (*Diegylin*) Cænorum regem cepit, et Prusiam interemit, substituto ei filio Nicomede. Ceterum qui sub tutela erat Attalus, cognomento Philometor, quum annis quinque imperasset, e vita morbo abiit, Romanis hæredibus relictis, qui eam regionem provinciam fecerunt, Asiam de continentis ejus nomine appellantes.

73. Caicus fluvius Pergamum præterfluit per Caicum campum valde uberem.

74. Ex Tmolo Pactolus fluit, habens auri ramenta, quæ hoc tempore defecere. Exit in Hermum fluvium, in quem etiam Hyllus fluvius egreditur, qui nunc Phrygius dicitur.

75. Lacus qui apud Homerum Gygæus, postea Coloe appellatus est.

76. Arimos alii in Lydia fuisse dicunt, alii in Cilicia, nonnulli in Syria, alii in Pithecusis, quo loco etiam Tiphonem fuisse ajunt : « Pone Arimos, ubi habere cubile Typhoea dicunt. »

77. In Hierapoli calidæ sunt aquæ et Plutonium, quorum utrumque insolens aliquid atque mirum habet. Nam aqua ita facile in tophum duratur, ut rivis deductis sepes e solido lapide constantes operentur. Plutonium sub parvo supercilio montis supra incumbentis foramen est modicum, quanto possit homo recipi, admodum profundum; inclusum est cancellis quadrangulis, ambitu dimidii circiter jugeri. Id foramen nebuloso et crasso vapore plenum est, ut vix solum discerni possit. Ad septum undique appropinquantibus nihil incommodi aer adfert, qui in tranquillitate ventorum ab isto vapore est purus, et intra cancellos se continet. Si vero animal intro progrediatur, statim moritur; tauri quidem intro adducti

---

βασιλέα cod. ‖ — 74. p. 625, *D.* 626, *A.* ‖ — 75. p. 626, *B.* ‖ — 76. p. 626, *D.* ‖ — 77. p. 629, *D.*

χρῆμα ἁπαντᾷ· ταῦροι γοῦν εἰσαχθέντες πίπτουσι καὶ ἐξέλκονται νεκροί· ἡμεῖς δὲ στρουθία ἐπέμψαμεν, καὶ ἔπεσον εὐθὺς ἐκπνεύσαντα. Οἱ δ' ἀπόκοποι Γάλλοι παρίασιν ἀπαθεῖς, ὥστε καὶ μέχρι τοῦ στομίου πλησιάζειν καὶ ἐγκύπτειν καὶ καταδύνειν μέχρι ποσοῦ, συνέχοντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ πνεῦμα· ἑωρῶμεν γὰρ ἐκ τῆς ὄψεως ὡς ἂν πνιγώδους τινὸς πάθους ἔμφασιν, εἴτ' [ἐπὶ] πάντων [τῶν] οὕτω πεπηρωμένων εἴτε μόνων τῶν περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ εἴτε θείᾳ προνοίᾳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐνθουσιασμῶν εἰκὸς, εἴτε ἀντιδότοις τισὶ δυνάμεσι τούτου συμβαίνοντος.

78. Ὅτι Σολύμους φασὶν εἶναι τοὺς Καβαλλεῖς· τῆς γοῦν Τελμησσέως ἄκρας ὑπέρκειται λόφος καὶ καλεῖται Σόλυμος, καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Τελμησσεῖς Σόλυμοι καλοῦνται. Πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ὁ Βελλεροφόντου χάραξ καὶ ὁ Πεισάνδρου τάφος τοῦ υἱοῦ, πεσόντος ἐν τῇ πρὸς Σολύμους μάχῃ· « μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανεν. »

79. Ὅτι ἡ Κιβυρατικὴ ἐν ταῖς μεγίσταις ἐξετάζεται διοικήσεσι τῆς Ἀσίας· τέτρασι δὲ γλώτταις ἐχρῶντο οἱ Κιβυρᾶται, Πισιδικῇ, Σολύμων, Ἑλλήνων, Λυδῶν.

80. Ὅτι ἐν Κιβύρᾳ ἴδιόν ἐστι τὸ τὸν σίδηρον τορεύεσθαι ῥᾳδίως.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΔ.

1. Ὅτι τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας ἦρξεν Ἄνδροκλος, υἱὸς Κόδρου, τοῦ Ἀθηναίων βασιλέως, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, ὃς Ἔφεσον κτίσας βασίλειον τῆς Ἰωνίας αὐτὴν ἀπέδειξεν. Εἰσὶ δὲ Ἰώνων πόλεις αἵδε· [Ἔφεσος], Μίλητος, Μυοῦς, Λέβεδος, Κολοφὼν, Πριήνη, Τέως, Ἐρυθραὶ, Φώκαια, Κλαζομεναὶ, Χίος, Σάμος, ὁμοῦ ιϐ'. Ὕστερον δὲ Σμύρνα προσελήφθη.

2. Ὅτι τὸ ἐν Βραγχίδαις μαντεῖον τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Μιλήτῳ ἐστίν.

3. Ὅτι ἡ νῦν Σάμος, νῆσος Ἰωνικὴ, ἐκαλεῖτο πρότερον Παρθενία, εἶτα Ἀνθεμοῦς, εἶτα Μελάμφυλλος, εἶτα Σάμος.

4. Ὅτι ἡ Σάμος τοσοῦτόν ἐστιν εὔφορος, ὥστε οἱ ἐπαινοῦντες αὐτὴν λέγουσι περὶ αὐτῆς καὶ τὸ παροιμιῶδες· « Φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα. »

5. Ὅτι διὰ τὴν Συλοσῶντος πικρίαν, τοῦ Σαμίων τυράννου, ἐλιπάνδρησεν ἡ Σάμος, ὡς καὶ παροιμίαν γενέσθαι διὰ τοῦτο λέγουσαν· « ἔκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη. »

6. Ὅτι Ἀθηναῖοι διὰ Περικλέους Σάμου κυριεύ-

630, *AD.* ὑπερκειμένης] ὑποκειμένης cod. ‖ — 78. ʋ. 630. ‖ — 79 et 80. p. 631.

cadunt et mortui extrahuntur; et nos passeres immisimus, qui subito exanimati conciderunt; at exsecti Galli sine damno accedunt, ut etiam usque ad os appropinquent, inque id incumbant et aliquantisper, compresso quam plurimum spiritu, subeant; nam ex aspectu deprehendimus suffocatricis cujusdam affectionis indicium, sive commune id est omnibus sic mutilatis, sive iis duntaxat qui circa fanum agunt, et sive divina id fit providentia, ut par est in divinis furoribus, sive remediis quibusdam adversantibus pesti ei.

78. Solymos esse dicunt Caballenses; certe tumulus, qui Telmessensi promontorio imminet, Solymus vocatur, et ipsi Telmessenses Solymi dicuntur. Prope est et vallum Bellerophontis et sepulcrum Pisandri Bellerophonte nati, qui in bello contra Solymos gesto cecidit : « Solymos contra pugnantem stravit etc. »

79. Cibyratica inter maximas totius Asiæ præfecturas habetur. Quatuor linguis utebantur Cibyratæ, Pisidica, Solymorum, Græca, Lydia.

80. Cibyræ proprium est ferrum facile tornari.

CHRESTOMATHIÆ

EX STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO XIV.

1. Ionum coloniæ, quæ Æolicæ est posterior, dux fuit Androclus Codri Athenarum regis filius. Is Ephesum condidit, eamque Ioniæ regiam constituit. Sunt autem Ionum civitates hæ : Miletus, Myus, Lebedus, Colophon, Priene, Teos, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Chius, Samus; in universum duodecim. Postmodum Smyrna fuit assumta.

2. Apollinis in Branchidis oraculum ad Miletum est.

3. Quæ nunc Samos appellatur insula Ionica, prius dicta fuit Parthenias, deinde Anthemus, inde Melamphyllus, tandem Samos.

4. Samos adeo ferax, ut eam laudantes soleant accommodare ei proverbium : « Fert et avium lac. »

5. Ob Sylosontis Samiorum tyranni acerbitatem Samos adeo viris fuit destituta, ut proverbium inde natum sit : « Sylosontis opera locus vastus est. »

6. Athenienses per Periclem Samo potiti, colonos

Liber XIV, 1. p. 632, *C* sqq. ‖ — 2. p. 634, *CD.* ‖ — 2 et 4. p. 637. ‖ — 5-7 p. 638. ‖ — 8.

σαντες κληρούχους ἐν αὐτῇ ἔπεμψαν, ὧν ἦν Νεοκλῆς ὁ Ἐπικούρου πατὴρ τοῦ φιλοσόφου, γραμματοδιδάσκαλος ὤν· τραφεὶς δ' ἐν Σάμῳ ἐφήβευσεν Ἀθήνῃσι σὺν Μενάνδρῳ τῷ κωμικῷ.

7. Ὅτι Κρεώφυλος, ὁ Ὁμήρου ξένος, Σάμιος ἦν· τὸ δὲ Κρεω διὰ τοῦ ω.

8. Ὅτι τὰ Πύγελα Ἀγαμέμνων ἔκτισεν· ὠχίσθη δὲ ὑπὸ μέρους τῶν ἐκείνου λαῶν· πυγαλγίας γάρ τινας γενέσθαι αὐτῶν συνέβη, κάμνοντας δὲ τῷ πάθει αὐτοῦ μεῖναι καὶ τὸν τόπον Πύγελα κληθῆναι.

9. Ὅτι μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν Κάλχας ὁ μάντις μετ' Ἀντιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου πεζῇ εἰς Κολοφῶνα ἀφίκετο, περιτυχὼν δὲ κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει κατὰ τὴν Κλάρον, Μόψῳ τῷ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου θυγατρος, διὰ λύπην ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Ἡσίοδος καὶ διὰ μέτρου τὸν λόγον ἐκφράζει οὕτως·

> Θαῦμά μ' ἔχει κατὰ θυμόν, * ἐρινεὸς ὅσσους ὀλύνθους
> οὗτος ἔχει, μικρός περ ἐών· εἴποις ἂν ἀριθμόν;

τὸν δ' ἀποκρίνασθαι, ὅτι·

> Μύριοί εἰσιν ἀριθμὸν, ἀτὰρ μέτρον γε μέδιμνος·
> εἰς δὲ περισσεύει, τὸν ἐπενθέμεν οὔ κε δύναιο.
> Ὣς φάτο, καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρου·
> καὶ τότε δὴ Κάλχανθ' ὕπνος θανάτοιο κάλυψε.

Φερεκύδης δέ φησιν σῦν προβαλεῖν ἔγκυον τὸν Κάλχαντα, πόσους ἔχει χοίρους· τὸν δ' εἰπεῖν, ὅτι τρεῖς, ὧν ἕνα θῆλυν· ἀληθεύσαντος δ', ἀποθανεῖν.

10. Ὅτι Κολοφώνιοι τοσαύτην αὔξησιν ἔλαβον κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ὥστε, ὅπου ἂν ῥέψειαν ἢ ψήφῳ ἢ συμμαχίᾳ πεζικῇ ἢ ἱππικῇ ἢ ναυτικῇ, πέρας εὐθὺς ἐπιφέρεσθαι τῷ ἔργῳ· ὡς ἐξ ἐκείνου καὶ παροιμίαν γενέσθαι, « τὸν Κολοφῶνα ἐπέθετο, » ἀντὶ τὸ πέρας.

11. Ὅτι παροιμία ἐστὶ, « τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠχροάζετο, » ὅταν δοκῇ τις δι' ἀπορρήτων πράττειν ἢ λαλεῖν, μὴ λανθάνῃ δὲ διὰ τοὺς κατασκοποῦντας καὶ φιλοπευστοῦντας τὰ μὴ προσήκοντα· ὅπερ οἱ Κωρυκαῖοι λῃσταὶ ἐποίουν, ἐν τοῖς λιμέσι τοὺς καταίροντας ἐρωτῶντες, τί φέροιεν ἐν τοῖς πλοίοις.

12. Ὅτι Ἀναξαγόρας ὁ φυσικὸς Ἀναξιμένους μὲν ἦν ὁμιλητὴς τοῦ Μιλησίου, διδάσκαλος δὲ Ἀρχέλαος ὁ φυσικὸς καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητής.

13. Ὅτι παρὰ τὸ τῆς Σμύρνης τεῖχος ῥεῖ ὁ Μέλης ποταμός.

14. Ὅτι Δολοβέλλας Τρεβώνιον ἐν Σμύρνῃ ἐκπολιορκήσας ἀνεῖλεν, ἕνα τῶν δολοφονησάντων Καίσαρα τὸν θεόν.

15. Ὅτι δ' εἰσὶ Ληθαῖοι ποταμοὶ, ὅ τε πρὸς τῇ Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ὅ τε ἐν Γόρτυνι τῇ Κρήτης πόλει, καὶ ὁ ἐν Τρίκκῃ τῆς Θετταλίας πόλει, ἐφ'

in eam miserunt, e quorum numero Neocles fuit Epicuri philosophi pater, ludi magister litterarii. Is in Samo nutritus, ad pubertatem accessit Athenis cum Menandro comico.

7. Creophylus hospes Homeri Samius fuit. Illud Κρεω per ω scribitur.

8. Pygela ab Agamemnone condita, et a parte eorum, qui Agamemnoni suberant, habitata sunt; accidit enim ut quidam illorum natium dolore corriperentur; qui quum eo morbo fatigati ibi remansissent, locus inde Pygela dictus est.

9. Post Trojæ excidium Calchas vates cum Amphilocho Amphiarai filio pedestri itinere Colophonem venit, quumque apud Clarum in vatem se meliorem incidisset, Mopsum Mantûs filium, quæ Tiresiæ fuit filia, præ mœrore vita excessit. Hesiodus autem etiam carmine hunc sermonem ita refert:

> Dic mihi (nam nostram tenet admiratio mentem),
> quot numero grossos parva hæc habeat caprificus:

respondisse autem Mopsum:

> Mille tibi decies numerus, mensura medimnus,
> unus adhuc superat, quem non comprendere possis.
> Dixit: et inventus numerus mensuraque certa est.
> At tunc Calchantem subito mors occupat atra.

Pherecydes autem ait, prægnante sue oblata, Calchantem interrogasse, quot porcos haberet; hunc respondisse tres et de his unam femellam; idque re comprobante, illum obiisse.

10. Colophonii aliquando marinis opibus et terrestribus tantum excelluerunt, ut in quamcunque partem sive suffragio sive auxilio equestri aut pedestri aut navibus incubuissent, finis operi imponeretur, adeo ut proverbium inde fit natum: *Colophonem imposuit*, id est finem.

11. Proverbium est: *Nimirum hocce Corycæus inaudiit*, quum quispiam aliquid secreto se aut facere aut dicere putans non latet eos qui ad se nihil pertinentia speculari et explorare student; quod Corycæi prædones in portubus facere solebant, interrogantes mercatores eo appellentes, quid in navibus portarent.

12. Anaxagoras physicus Anaximenis Milesii fuit discipulus, præceptor autem Archelai physici et Euripidis poetæ.

13. Meles fluvius juxta Smyrnæ murum labitur.

14. Dolobella Trebonium in Smyrna obsidione captum interemit, unum de percussoribus divi Cæsaris.

15. Quatuor sunt Lethæi fluvii: unus juxta Magnesiam quæ ad Mæandrum est sita; alius ad Gortynem Cretæ urbem, alius juxta Triccam, urbem Thessa-

---

p. 639, *C.* πυγαλγίας] πυγαλίας codex. ‖ — 9. p. 642, *C.* ἐπενθέμεν οὔ κε δύναιο] ἐπελθέμεν οὐκ ἐδύναιο codex. ‖ — 11. p. 644, *D.* ‖ — 12. p. 645, *D.* ‖ — 13 et 14 p. 646. ‖ — 15. p. 647, *AB.* πόλει] πόλεως codex;

ᾧ Ἀσκληπιὸς γεγέννηται, καὶ ὁ ἐν τοῖς Ἐσπερίταις Λίβυσιν. Ἡ δὲ Μαγνησία πόλις ἐγγὺς τοῦ Ληθαίου ἐστὶ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἐφ' ᾧ σταυρωθῆναί φασι Δαφίταν τὸν γραμματικὸν, λοιδορήσαντα τοὺς Περγαμηνοὺς βασιλέας διὰ διστίχου· « Πορφύρεοι μώλωπες, ἀπορρινήματα γάζης Λυσιμάχου, Λυδῶν ἄρχετε καὶ Φρυγίης. »

16. Ὅτι Μάγνητες οἱ ἐν Ἀσίᾳ Ἀναξήνορα τὸν κιθαρῳδὸν ἐν εἰκόνι χαλκῇ ἀνέθηκαν, ἐπιγράψαντες· « Ἤτοι μέν τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ Τοιοῦδ', οἷος ὅδ' ἐστί, θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδῇ· » οὐ στοχασάμενος δ' ὁ ἐπιγράψας τὸ τελευταῖον γράμμα τοῦ δευτέρου ἔπους παρέλιπε, τοῦ πλάτους τῆς βάσεως μὴ συνεξαρκοῦντος· ὥστε τῆς πόλεως ἀμαθίαν καταγινώσκειν παρέσχε διὰ τὴν τῆς γραφῆς ἀμφιβολίαν, εἴτε τὴν ὀρθὴν πτῶσιν δεῖ νοεῖν ἐπὶ τοῦ αὐδῇ εἴτε τὴν δοτικήν· πολλοὶ γὰρ χωρὶς τοῦ ι γράφουσι τὰς δοτικάς.

17. Ὅτι Στρατόνικος ὁ κιθαρῳδὸς, ἰδὼν τοὺς Καυνίους χλωροὺς, τοῦτο ἔφη εἶναι [τὸ] τοῦ ποιητοῦ· « Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. » Μεμφομένων δὲ τῶν Καυνίων, ὡς σκώπτοιτο αὐτῶν ἡ πόλις ὡς νοσερά· ἐγώ, ἔφη, ταύτην θαρρήσαιμ' ἂν λέγειν νοσερὰν, ὅπου καὶ οἱ νεκροὶ περιπατοῦσιν;

18. Ὅτι Ῥόδιοι, εὔνομοι ὄντες, ἐπεμελήθησαν μάλιστα περὶ τὰ ναυτικά· ἀφ' ὧν ἐθαλαττοκράτησαν χρόνον πολὺν καὶ τὰ λῃστήρια καθεῖλον καὶ Ῥωμαίοις ἐγένοντο φίλοι καὶ τῶν βασιλέων τοῖς φιλορωμαίοις τε καὶ φιλέλλησιν· ἀφ' ὧν αὐτόνομοι διετέλεσαν, καὶ πολλοῖς ἀναθήμασιν ἡ πόλις αὐτῶν ἐκοσμήθη· ὧν ἄριστος ὁ τοῦ Ἡλίου κολοσσὸς, ὃν φησιν ὁ ποιήσας τὸ ἰαμβεῖον οὕτως· Κολοσσὸν Ἡλίου ποθ' ἑπτάκις δέκα Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

19. Ὅτι Πρωτογένης ἔγραψεν ἐν Ῥόδῳ πέρδικα, ὃς τοσοῦτον ἦν εὐδόκιμος, ὥστε οἱ τιθασσοὶ πέρδικες ἐρχόμενοι ἐφθέγγοντο καὶ ὠχλαγώγουν, οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐκεχήνεσαν.

20. Ὅτι ἐν Ῥόδῳ τοσοῦτον ἦν τὸ δημοκηδικὸν καὶ προνοητικὸν, ὥστε νόμον ἔθεντο, ἵνα οἱ πλούσιοι καθ' ἑκάστην τρέφωσι τοὺς πένητας, τῶν ἀναγκαίων τι ἐργάζεσθαι ἀναγκαζομένους.

21. Ὅτι ἐν Ῥόδῳ ἦσάν τινα τῶν ναυστάθμων κρυπτὰ καὶ ἀπόρρητα, ἃ ὁ τολμήσας ἰδεῖν θανάτῳ ἐζημιοῦτο.

22. Ὅτι, ὥσπερ ἐν Κυζίκῳ καὶ ἐν Μασσαλίᾳ, οὕτως καὶ ἐν Ῥόδῳ ἐσπούδαστο κοινῇ ἡ ὀργανοποιία καὶ ἡ μηχανοποιία.

23. Ὅτι Ῥόδιοι καὶ Ἁλικαρνασσεῖς καὶ Κνίδιοι καὶ Κῷοι Δωριεῖς εἰσιν.

24. Ὅτι ἡ Ῥόδος ἐκαλεῖτο πρότερον Ὀφίουσσα καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινὶς ἀπὸ τῶν οἰκησάντων Τελχίνων τὴν νῆσον· οὓς οἱ μὲν γόητάς φασιν εἶναι καὶ

liæ, ubi Æsculapius fuit natus, alius apud Hesperitas Libyæ. Ceterum urbs Magnesia prope Lethæum est juxta Mæandrum, ubi ferunt in crucem actum fuisse Daphitam grammaticum, quod hoc carmine reges Pergamenos incessisset : « Purpuræ vibices, fæx ultima divitiarum Lysimachi, Lydos et Phrygiam regitis. »

16. Magnetes in Asia Anaxenori citharœdo æneam imaginem erexerunt cum hac inscriptione : « Est operæ pretium talem exaudire canentem, Qualis hic est, qui voce deos exæquat et arte. » Scriptor autem, spatio non satis considerato, ultimam secundi versus litteram prætermisit, quum basis latitudo non sufficeret, atque sic civitatem inscitiæ coargui effecit scripturæ ambiguitate, quum non liqueret rectone an dandi casu accipienda esset vox αὐδῇ; nam multi dativos sine iota scribunt.

17. Stratonicus citharœdus, videns Caunios colore admodum viridi, dixit hoc illud esse quod poeta inquit : « Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. » Quum vero illum incusarent, quod urbem ut morbidam carperet : « Ego, inquit, eam morbidam dicere ausim, ubi vel mortui ambulant? »

18. Rhodii, bonis legibus instructi, maximam curam habuerunt rerum navalium. Unde diu maris imperium obtinuerunt et latrocinia sustulerunt atque Romanis amici fuere et regibus quicunque Romanorum et Græcorum forent studiosi : unde libertate n suam conservarunt, atque multis donariis urbs eorum honestata fuit, e quibus optimum fuit colossus Solis, quem poeta iambico carmine sic describit : « Colossum solis quandoque septemdecim Chares fabrefecit cubitorum Lindius. »

19. Protogenes in Rhodo perdicem pinxit tam feliciter, ut perdices cicures accedentes pipirent, multitudinemque spectantium oblectarent, homines autem admiratione inhiarent.

20. In Rhodo tanta fuit de plebe cura, ut legem sancirent, qua divites singulis diebus pauperes alere tenerentur, pauperes vero cogerentur ut rei alicui necessariæ navarent operam.

21. In Rhodi navalibus occulta quædam habebantur et secreta, quæ qui inspicere audebant morte multabantur.

22. Quemadmodum Cyzici et Massiliæ, sic etiam Rhodi instrumentorum et machinarum officinis publice cura habebatur eximia.

23. Rhodii et Halicarnassenses et Cnidii et Coi Dores sunt.

24. Rhodus prius Ophiussa et Stadia appellabatur, deinde Telchinis, a Telchinibus eam insulam incolentibus; quos nonnulli fascinatores et maleficos

---

πρὸς Μαιάνδρῳ] Debebat : πρὸς ὄρει καλουμένῳ Θώρακι, ἐφ' ᾧ, uti est apud Strabonem. || — 16. p. 648, *BC*. || — 17. p. 651, *D*. θαρρήσαιμ'] οὐ θ. margo cod. || — 18-24. p. 652 et 653. || — 25. p. 654,

βασκάνους * θείῳ καταρρέοντας τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ζώων τε καὶ φυτῶν ὀλέθρου χάριν, οἱ δὲ τεχνίτας μηχανικοὺς, πρώτους εὑρόντας χαλκοῦ τε καὶ σιδήρου γένεσιν ἐκ μετάλλων. Ἦλθον δ' ἐκ Κρήτης εἰς Κύπρον, εἶτα εἰς Ῥόδον.

25. Ὅτι μετὰ τοὺς Τελχῖνας οἱ Ἡλιάδαι μυθεύονται κατασχεῖν τὴν νῆσον· ὧν ἑνὸς, Κερκάφου, γενέσθαι παῖδας τρεῖς, Λίνδον, Ἰηλυσὸν, Κάμειρον, τοὺς καὶ τὰς πόλεις κτίσαντας ἐπωνύμους.

26. Ὅτι τῆς Ῥόδου ἡ περίμετρος σταδίων ἐστὶν ϡκ'.

27. Ὅτι Ἀτάβυρις ὄρος ὑψηλότατον τῶν ἐν Ῥόδῳ, ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου.

28. Ὅτι ὁ Ποσειδώνιος ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐσοφίστευσεν· ἦν δὲ Ἀπαμεὺς ἐκ τῆς Συρίας.

29. Ὅτι Διονύσιος ὁ Θρᾷξ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοὺς Ἀργοναύτας ποιήσας Ἀλεξανδρεῖς μὲν ἦσαν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι.

30. Ὅτι Εὔδοξος ὁ μαθηματικὸς Κνίδιος ἦν, Πλάτωνος μαθητής.

31. Ὅτι ἡ Ἁλικαρνασσὸς πόλις τὸ βασίλειον ἦν τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, καλουμένη πρὶν Ζεφύρα· ἐνταῦθά ἐστιν ὁ τοῦ Μαυσωλοῦ τάφος, ἓν τῶν ζ' θεαμάτων, ὅπερ Ἀρτεμισία τῷ ἀνδρὶ κατεσκεύασεν. Ἡρόδοτος δὲ ἐντεῦθεν ἦν, ὃν ὕστερον ἐκάλεσαν Θούριον διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας.

32. Ὅτι Ἑκατόμνω τοῦ Καρῶν βασιλέως ἦσαν υἱοὶ γ', Μαυσωλὸς καὶ Ἰδριεὺς καὶ Πιξώδαρος, καὶ θυγατέρες δύο, ὧν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ἀρτεμισίᾳ Μαυσωλὸς συνῴκησε, τῇ δὲ Ἄδᾳ ὁ δεύτερος ἀδελφὸς Ἰδριεύς. Μετὰ δὲ θάνατον Μαυσωλοῦ Ἀρτεμισία ἦρξεν, ἐκείνης δ' ἀποθανούσης, Ἰδριεὺς, ὃν διεδέξατο Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνή. Ὁ δὲ Πιξώδαρος μηδίσας καὶ προσλαβὼν σατράπην κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς παρὰ Περσῶν ἐξέβαλε τὴν Ἄδαν· ἐλθόντος δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου, κατέφυγε πρὸς αὐτὸν ἡ Ἄδα καὶ υἱὸν θετὸν ἐποίησε καὶ κληρονόμον καὶ οὕτως τὴν Καρῶν ἀρχὴν ἀνέλαβεν.

33. Ὅτι περὶ τὸν Κράγον ὄρος τῆς Λυκίας τὰ κατὰ Χίμαιραν μυθολογοῦνται.

34. Ὅτι τὰ Σόλυμα ὄρη Πισιδῶν ἐστι περὶ Τερμησσὸν πόλιν.

35. Ὅτι ἡ κρόκος θηλυκῶς λέγεται.

36. Ὅτι ἀπὸ Σόλων τῆς Κιλικίας ἦν Χρύσιππός τε ὁ Στωικὸς καὶ Ἄρατος.

37. Ὅτι τὸ παλαιὸν ἡ Ταρσὸς ἐσπούδασε τοσοῦτον περὶ φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἄλλην παίδευσιν, ὥστε καὶ Ἀθήνας καὶ Ἀλεξάνδρειαν ὑπερέβαλετο σχεδόν· οἱ δὲ μανθάνοντες ἦσαν Ταρσεῖς.

38. Ὅτι « ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, πορδαὶ δὲ γερόντων. »

39. Ὅτι ὁ μὲν τῶν Πελοπιδῶν πλοῦτος ἀπὸ τῶν

dicunt, quod Stygiam aquam sulphuri admixtam animalibus et stirpibus perniciei gratia inspergerent. Sunt qui dicunt eos artifices mechanicos primos exstitisse, qui æris et ferri ex metallis generationem repererint. Venerunt e Creta in Cyprum, inde in Rhodum.

25. Post Telchines Heliadæ (ut fabulæ tradunt) insulam occupaverunt, quorum uni Cercapho filii nati sunt tres, Lindus, Jalysus, Camirus; qui urbes de suis nominibus dictas condidere.

26. Rhodi ambitus stadiorum est 920.

27. Atabyris mons est Rhodi excelsissimus, Jovi Atabyrio sacer.

28. Posidonius Rhodi vixit et sophisticen exercuit; fuit autem Apamensis ex Syria.

29. Dionysius Thrax et Apollonius qui Argonautica scripsit, Alexandrini fuerunt, quamvis Rhodii vocarentur.

30. Eudoxus mathematicus Cnidius fuit, Platonis discipulus.

31. Urbs Halicarnassus principum Cariæ regia sedes fuit, Zephyra prius appellata. Ibi est Mausoli sepulcrum, unum e septem orbis spectaculis, quod Artemisia marito construxit. Hinc fuit Herodotus, quem deinde Thurium vocarunt eo quod coloniæ in Thurios missæ fuisset particeps.

32. Hecatomno Carum regi tres filii fuerunt, Mausolus, Hidrieus et Pixodarus; item filiæ duæ, e quibus seniorem Artemisiam Mausolus duxit, Adam vero secundus frater Hidrieus. Post mortem Mausoli Artemisia imperavit; ea deinde mortua, Hidrieus, cui Ada et soror et conjux successit. At Pixodarus quum Medicarum partium esset, satrapa e Persis ad communionem imperii accito, Adam ejecit; adventante vero Alexandro ad eum confugit Ada, ac filium adoptivum fecit et hæredem, atque hoc pacto Carum imperium suscepit.

33. Ad Cragum Lyciæ montem fabula de Chimæra refertur.

34. Solymi montes Pisidarum sunt, circa Termessum urbem.

35. Κρόκος genere fœminino effertur.

36. E Solis Ciliciæ fuerunt Chrysippus Stoicus et Aratus.

37. Tarsus olim adeo in philosophia ac ceteris disciplinis sese exercuit, ut et Athenas et Alexandriam propemodum superaret; qui vero studia ista coluerunt, Tarsenses erant.

38. « Res juvenum, consulta virum, crepitus seniorum. »

39. Pelopidarum divitiæ e metallis circa Phrygiam

AB. ϡκ'] ω' cod. Paris. ‖ — 26-29. p. 655. ‖ — 30-33. p. 656. ‖ — 34. p. 666, *C*. Τερμησσὸν] Τελμεσσὸν codex. ‖ — 36. p. 671, *D*. ‖ — 37. p. 673, *D*. ‖ — 39. p. 680, *C*. Ἀστύροις] Ἀσσυρίοις codex, qui deinde habet : τῆς μεταξὺ et Περγάμου πολίχνη ἐρήμη.

περὶ Φρυγίαν καὶ Σίπυλον μετάλλων γέγονεν, ὁ δὲ Καδμου [ἐκ τῶν] περὶ Θράκην καὶ τὸ Παγγαῖον ὄρος, ὁ δὲ Πριάμου ἐκ τῶν ἐν Ἀστύροις περὶ Ἄβυδον χρυσείων, ὧν καὶ νῦν ἔτι μικρὰ λείπεται· πολλὴ δ' ἡ ἐκβολὴ καὶ τὰ ὀρύγματα, σημεῖα τῆς πάλαι μεταλλείας· ὁ δὲ Μίδου ἐκ τῶν περὶ τὸ Βέρμιον ὄρος, ὁ δὲ Γύγου καὶ Ἀλυάττου καὶ Κροίσου ἀπὸ τῶν ἐν Λυδίᾳ τῇ μεταξὺ Ἀταρνέως τε καὶ Περγάμου, [οὗ] πολίχνη ἐρήμη, ἐκμεμεταλλευμένα ἔχουσα τὰ χωρία.

et Sipylum provenerunt; Cadmi vero e Thracia et monte Pangæo; Priami ex auri fodinis quæ apud Abydum sunt in Astyris (quarum exiguæ supersunt reliquiæ, sed multum terræ egestæ ac fossæ signa sunt luculenta secturarum antiquarum); Midæ autem e metallis quæ circa Bermium montem erant; Gygis, Alyattis et Crœsi e Lydiæ metallis quæ erant apud *Astyra* oppidulum nunc desertum, inter Atarneum ac Pergamum, ubi loca effossa adhuc exstant.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΕ.

1. Ὅτι ἡ Ἰνδικὴ σχῆμα ἔχει ῥομβοειδές· ἧς τὸ μὲν βόρειον πλευρὸν ὁ Καύκασός ἐστι τὸ ὄρος ἀπὸ τῆς Ἀρείας ἀρξάμενον ἕως τοῦ ἀνατολικωτάτου πέρατος, ὅπερ ὄρος διορίζει Σάκας τε καὶ Σκύθας καὶ Σῆρας πρὸς βορρᾶν, Ἰνδοὺς δὲ πρὸς νότον· τὸ δὲ δυτικὸν πλευρὸν ὁ Ἰνδός ἐστι ποταμὸς, ῥέων ἐκ τοῦ Καυκάσου πρὸς δυσμὰς χειμερινάς· τὸ δὲ νότιον καὶ ἀνατολικὸν ἡ Ἐρυθρά ἐστι θάλασσα.

2. Ὅτι πᾶσα ἡ Ἰνδικὴ ποταμοῖς ἐστι κατάρρυτος· ὧν μέγιστοι δύο, Ἰνδὸς καὶ Γάγγης, ὧν πολὺ μείζων ὁ Γάγγης ἐστίν.

3. Ὅτι ὁ Γάγγης ποταμὸς, ῥυεὶς ἐκ τῶν ὀρέων τῶν Καυκασίων πρὸς νότον, ἐπειδὰν ἅψηται τῶν πεδίων, ὑποστρέφει πρὸς ἀνατολὰς ἕως πόλεως μεγίστης Παλίβοθρα, οὕτως πρὸς νότον αὖθις εἰς τὴν Ἐρυθρὰν βάλλει. Ὁ δὲ Ἰνδὸς ποταμὸς, δυσὶ στόμασι τὴν Παταληνὴν νῆσον πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς περιλαβὼν, ἐκδίδωσιν εἰς τὴν Ἐρυθράν.

4. Ὅτι πολλοὶ ὄμβροι τὴν Ἰνδικὴν κατέχουσιν, ἐν οἷς λίνον σπείρεται καὶ κέγχρος καὶ σήσαμον καὶ ὄρυζα καὶ βόσμορον· τοῖς δὲ χειμερινοῖς καιροῖς σῖτος, κριθὴ, ὄσπρια καὶ ἄλλοι καρποὶ, ὧν ἡμεῖς ἄπειροι.

5. Ὅτι περὶ τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν γίνεται κήτη ἀμφίβια, τὰ μὲν βουσὶ, τὰ δ' ἵπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἐοικότα.

6. Ὅτι ὁ βόσμορος σῖτός ἐστι μικρότερος πυροῦ, γεννᾶται δ' ἐν ταῖς μεσοποταμίαις. Φρύγεται δ' ἐπὰν ἁλοηθῇ, προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα. Ἡ δὲ Ἰνδικὴ σεισμοῖς πολλοῖς ἁλίσκεται, καὶ οἱ ποταμοὶ πολλάκις μετακοιτιζόμενοι τὰς παρακειμένας πόλεις τὰς μὲν κατακλύζουσι, τὰς δὲ ἀκαρπίᾳ διαφθείρουσι καὶ δίψῃ.

7. Ὅτι οἱ τῆς Ἰνδικῆς καρποὶ δίφοροί εἰσιν, οἵ τε σπαρτοὶ καὶ οἱ τῶν δένδρων διά τε τοὺς πολλοὺς ὄμβρους καὶ τοὺς ἰσχυροὺς ἡλίους.

CHRESTOMATHIÆ

EX STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO XV.

1. India rhombi figuram præ se fert; cujus latus septentrionale Caucasus mons est, ab Aria pertinens usque ad terminum ejus maxime orientalem; hic mons Sacas terminat et Scythas et Seras septentrionem versus, Indos autem versus austrum; latus vero occidentale Indus fluvius est, e Caucaso delabens versus occidentem hibernum; latus autem ipsius orientale et australe mare Rubrum est.

2. India tota fluminibus irrigatur; e quibus duo maximi sunt, Indus et Ganges, horum vero multo major est Ganges.

3. Ganges fluvius, e montibus Caucasi ad austrum fluens, postquam campum attigerit, ad ortum vertitur usque ad urbem maximam Palibothra, atque hoc modo tandem ad austrum in mare Rubrum exit. Indus vero, duobus ostiis insulam Patalenen amplectens, in mare Rubrum egreditur.

4. Multi imbres Indiam madefaciunt, per quos linum seritur et milium et sesamum et oryza et bosmorus; hiberno autem tempore seritur triticum, hordeum, legumina et fruges aliæ nobis ignotæ.

5. In mari Indico nascuntur cete ancipitis vitæ, alia bobus, alia equis, alia aliis animalibus terrestribus similia.

6. Bosmorus frumentum est minus quam triticum, nasciturque inter amnes. Postquam excussus fuerit in area, statim torretur, antea jurantibus, non prius ex area se elaturos, quam igni frixerint, ne semen exportetur. India multis terræ motibus concutitur, et flumina eo quod alveos subinde mutant, adjacentium urbium alias submergunt, alias sterilitate et siti perdunt.

7. Indiæ fruges quæ seminantur et quæ ex arboribus nascuntur, bis quotannis proveniunt ob imbrium copiam et ob solis vehementiam.

Liber XV. ‖ — 1. p. 632, *C.* 633, *ABC.* Παλίβοθρα] Πολίβαθρα cod. ‖ — 2-4. p. 690. κέγχρος] κέγχρον cod. ‖ — 5. p. 691, *A.* ‖ — 6. p. 692, *D.* 693 *ABC.* ἁλοηθῇ] ἁλωηθῇ cod. ‖ — 8. p. 694, *D.* 695,

8. Ὅτι ἔν τισι κλάδοις τῶν ἐν Ἰνδίᾳ δένδρων ἔριον ἐπανθεῖ διὰ τὸ ἔνικμον τοῦ ξύλου, ἐξ ὧν σινδόνες γίνονται. Ἔστι δὲ καὶ φλοιὸς δένδρων ἐκεῖ, ἐξ ὧν ἱμάτια ποικίλα γίνεται. Ἔστι δὲ καὶ δένδρα παρ' αὐτοῖς μέλι ποιοῦντα ἄνευ ζώων, ἐξ ὧν οἱ φαγόντες μεθύσκονται. Εἰσὶ δέ τινα ἐκεῖ δένδρα, ὧν τὰ φύλλα οὐκ ἐλάττω ἀσπίδος ἐστίν· ἄλλα δὲ ἕως ὀλίγων πηχῶν κλάδους αὐξήσαντα, εἶτα διὰ τὸ βάρος κάτω νεύειν, αὐξόμενα ἕως τῆς γῆς, εἶτα ἐκεῖσε πάλιν ριζωθέντα αὖθις αὔξεσθαι πρὸς τὸ ἄνω, εἶτα αὖθις ἐπινεύειν καὶ αὖθις ῥιζοῦσθαι, ὡς ἐοικέναι τὴν σκιὰν αὐτῶν οἰκίᾳ πολυστέγῳ. Εἰσὶ δὲ καὶ δένδρα, ὧν τὰ στελέχη καὶ ε' ἀνθρώποις εἶναι δυσπερίληπτα.

9. Ὅτι ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης, γυναῖκα Αἰγυπτίαν ἑπτάδυμα παιδία τετοκέναι· πολυτόκοι γὰρ αἱ τῶν Αἰγυπτίων γυναῖκες.

10. Ὅτι, Ἀλεξάνδρου ἀφικομένου εἰς Ταξίλα, πόλιν Ἰνδῶν, ξενισθέντος ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων μεγάλως καὶ μειζόνως αὐτοὺς εὐεργετήσαντος, οἱ Μακεδόνες ἐφθόνησαν φάντες, ὅτι οὐκ εἶχεν Ἀλέξανδρος, ὡς ἔοικεν, οὓς εὐεργετήσει, πρὶν ἢ διέβη τὸν Ἰνδόν.

11. Ὅτι οἱ πίθηκοι καὶ οἱ ἐλέφαντες ἀνθρωπόνουν ἐστὶ ζῴων· καὶ σημεῖον τούτου αἱ ἐν πολέμῳ σὺν τάξει προσβολαὶ ἑκατέρων.

12. Ὅτι οἱ πίθηκοι ὑπὸ Ἰνδῶν ἁλίσκονται οὕτως· θέντες ὕδωρ πρὸ αὐτῶν ἀπονίπτονται τὸ πρόσωπον καὶ πλησίον ἕτερον τρυβλίον ἔχον ἰξὸν, ἀπονιψάμενοι δὲ ὑποχωροῦσιν· οἱ δὲ πίθηκοι, καθήμενοι μετέωροι ἐπὶ δένδρου, καταβάντες μιμοῦνται καὶ οὕτως ἀπονιπτόμενοι τοῦ ἰξοῦ ἁλίσκονται. Καὶ ἑτέρως πάλιν· θυλάκους ὑποδοῦνται κενοὺς καὶ ὑποχωροῦσι, πλησίον ἀφέντες ἑτέρους δασεῖς, ἰξῷ κεχρισμένους· οἱ δὲ μιμησάμενοι ἁλίσκονται.

13. Ὅτι τινὲς τῶν Ἰνδῶν τοῖς τεθνηκόσι συγκαταkαίουσι τὰς γαμετὰς, ἵνα μὴ προφάσει μοιχείας ἐρῶσαι ἄλλων, φαρμακεύοιεν αὐτοὺς τοὺς γαμέτας.

14. Ὅτι παρ' Ἰνδοῖς κύνες εἰσὶν ἀρετὰς ἔχοντες μεγάλας. Ἀλεξάνδρῳ γοῦν Σωπείθης ρν' κύνας δοὺς, ἀποπείρας χάριν λέοντα προβαλὼν, δύο αὐτῷ κύνας ἐπαφῆκε· κρατουμένων δὲ αὐτῶν, ἑτέρους δύο ἐπαφῆκεν· ὡς δὲ ἐφάμιλλος ἦν ὁ ἀγὼν, ἐκέλευσεν ὁ Σωπείθης τὸν ἕνα κύνα ὑποχωρῆσαι· μὴ πειθομένου δὲ, τὸν μηρὸν ἐκέλευσεν ἐκτμηθῆναι τοῦ κυνὸς, καὶ οὕτως ἀργῶς πρότερον ἐξετμήθη ὁ μηρὸς ἢ τοῦ δήγματος ὁ κύων μεθῆκεν, ἀλλ' εἶχετο τοῦ λέοντος, ἕως ἀπέθανεν.

15. Ὅτι ἐν Ἰνδίᾳ ὑγιεινότατος μὲν ὁ ἀὴρ, μακροβιώτατοι δ' οἱ Ἰνδοὶ, ὥστε καὶ ὑπὲρ τὰ ρλ' ἔτη ζῆν. Συσσίτια δ' ἐστὶν αὐτοῖς, ὡς τοῖς Λάκωσι. Τῷ δὲ χρυσῷ οὐ χρῶνται, οὐδὲ τῷ ἀργύρῳ· ἀντὶ δὲ δούλων τοῖς ἐν ἀκμῇ χρῶνται. Πλὴν δὲ τῆς ἰατρικῆς ἄλλην

8. In quibusdam ramis arborum Indiæ lana nascitur propter ligni humiditatem, ex qua sindones texuntur. Est et cortex quidam arborum illic, ex quo vestes variæ conficiuntur. Item arbores apud eos sunt absque animalibus mel conficientes, quo inebriantur esitantes. Sunt etiam arbores illic, quarum folia non sunt minora scuto; aliæ arbores sunt, quarum rami quum ad paucos cubitos excreverint, reliquum incrementum propter pondus pronum faciunt, deflexi quousque terram contingant; deinde radices agentes mox rursus in truncum exeunt; deinde denuo deorsum flectuntur, adeo ut umbra fiat qualis est domus multa tecta habentis. Sunt arbores aliæ, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant.

9. Aristoteles tradit, mulierem quandam Ægyptiam septem geminos peperisse; nam Ægyptiorum uxores fœcundæ sunt.

10. Alexander quum venisset in Taxila Indorum urbem, et ab incolis perhumaniter susceptus fuisset, atque ob id plurimum eis benefecisset, Macedones invidia moti dicebant Alexandrum videri non habuisse quibus benefaceret, priusquam Indum trajiceret.

11. Simiæ et elephantes animalia sunt ad hominis captum proxime accedentia: cujus rei signum est insultus in bello ordine ab utrisque factus.

12. Simiæ ab Indis hoc modo capiuntur. Catinum aqua plenum in conspectu ponentes faciem sibi ea abluunt, atque in propinquo aliud catinum visco plenum ponunt, et deinde abeunt; jam simiæ super arbore sedentes sublimes, descendunt inde, atque imitantur homines eoque modo visco ablutæ capiuntur. Est et modus alius. Culleolos subligaculi modo induunt, inde discedunt, relictis aliis interius villosis et visco illitis; imitantes simiæ capiuntur.

13. Indorum nonnulli una cum maritis defunctis uxores comburunt, ne per occasionem adulterii alios viros amantes, proprios veneno tollant.

14. Apud Indos canes sunt valentissimi. Sopithes itaque quum Alexandro dedisset canes centum quinquaginta, ut periculum de iis fieret, leone objecto duos canes immisit; qui quum impares certamini essent, alios duos immisit. Ubi jam æquatum erat certamen, Sopithes jussit ut unus ex canibus recederet; non obsequente eo, jussit ut crus ei amputaretur. Canis itaque prius sibi crus lenta sectione incidi passus est quam morsum dimitteret, ac leonem retinuit donec obierit.

15. In India aer est saluberrimus, vitæ autem longissimæ homines, ita ut supra centum et triginta vivant annos. Syssitia apud eos sunt, sicut apud Lacones. Auro non utuntur, neque argento; pro servis utuntur juvenibus. Nullam disciplinam exquisite

---

A. οἰκίᾳ πολυστέγῳ] πολυστύλῳ σκήνῃ Strabo. ‖ — 9. p. 695 *A.* ‖ — 10. p. 698, *B.* ‖ — 11-13. p. 699. ‖ 14. p. 700, *AB.* ὑποχωρῆσαι] ἀποχωρίσαι Coray. ‖ — 15. p. 700, *CD.* 701, *A.* ‖ — 16-20. p. 703. ‖ — 19.

οὐ κατορθοῦσιν ἐπιμελῶς ἐπιστήμην, ὡς ἂν κακουργουσῶν τῶν ἄλλων, εἰ πλέον τοῦ μετρίου διδάσκοιντο. Δίκη δὲ παρ' αὐτοῖς οὐκ ἔστι πλὴν φόνου καὶ ὕβρεως· ταῦτα γὰρ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἔστι παθεῖν, τὰ δ' ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐφ' ἡμῖν, καὶ δεῖ πολυπραγμονεῖν πρότερον, πρὶν ἐξαπατηθῇ τις, ἵνα μὴ δικῶν ᾖ πλήρης ἡ χώρα.

16. Ὅτι ἐν Ἰνδίᾳ τίγριδες γίνονται διπλάσιοι τῷ μεγέθει λεόντων, καὶ ἰσχυρότατοι δὲ πάντων μάλιστα λεόντων.

17. Ὅτι φασὶν ἐν Ἰνδίᾳ λίθους ὀρύττεσθαι λιβανοχρόους, γλυκυτέρους σύκων· καὶ ὄφεις ὑμενοπτερωτοὺς καὶ σκορπίους.

18. Ὅτι ἐν Ἰνδίᾳ ἀλκιμώτατοί εἰσι κύνες, οὐ πρότερον μεθιέντες τοῦ δήγματος, πρὶν ὕδωρ εἰς τοὺς ῥώθωνας αὐτῶν χυθῆναι· ἐνίοις δὲ ὑπὸ προθυμίας ἐν τῷ δήγματι διαστρέφεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς φασι, τοῖς δὲ καὶ ἐκπίπτειν· κατέχεσθαι δὲ καὶ λέοντα ὑπὸ κυνὸς καὶ ταῦρον, τὸν δὲ ταῦρον καὶ ἀποθανεῖν, κρατούμενον ἀπὸ τοῦ ῥύγχους.

19. Ὅτι ἐν τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰνδικῆς Σίλας ἐστὶ ποταμός, ᾧ οὐδὲν ἐπιπλεῖ.

20. Ὅτι εἰσὶν ἀέρες λεπτοί, οἷς οὐδὲν ἐποχεῖται πτηνόν. Ἴσως δὲ καὶ οἱ ἀναφερόμενοι ἀτμοὶ ἐπισπῶνται φυσικῇ ὁλκῇ καὶ οἷον ῥοφοῦσι τὰ ὑπερπετῆ, (καὶ) ὡς τὸ ἤλεκτρον τοῦ ἀχύρου καὶ ἡ μαγνῆτις τοῦ σιδήρου ἑλκτικά ἐστι· τάχα δὲ καὶ καθ' ὕδατος τοιαῦταί τινες εἶεν ἂν δυνάμεις.

21. Ὅτι τὸ τῶν Ἰνδῶν πλῆθος εἰς ζ' μέρη διῄρηται· ὧν πρῶτοι μὲν οἱ φιλόσοφοι, ἐντιμότατοι καὶ ὀλίγιστοι. Χρῶνται δ' αὐτοῖς δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ, θύοντές τε καὶ ἐναγίζοντες καὶ μαντευόμενοι· ὃς δ' ἂν τρὶς μαντευσάμενος ἀστοχήσῃ, ἀναγκάζεται διὰ βίου σιγᾶν, ὁ δὲ κατορθώσας ἀτελὴς καὶ ἄφορος γίνεται. Δεύτεροι δ' οἱ γεωργοί, πλεῖστοί τε ὄντες καὶ ἐπιεικεῖς διὰ τὸ μὴ στρατεύεσθαι· ἔστι δ' ἡ γῆ πᾶσα βασιλικὴ, μισθοῦ δ' αὐτὴν ἐπὶ τετάρταις ἐργάζονται τῶν καρπῶν. Τρίτοι δ' οἱ ποιμένες καὶ θηρευταὶ, οἷς μόνοις ἔξεστι θηρεύειν καὶ θρεμματοτροφεῖν, σκηνῖται ὄντες καὶ μετανάσται. Οἱ δ' ἐλέφαντες ιζ' μῆνας κατὰ γαστρὸς φέρονται, παρὰ δὲ τῇ μητρὶ ς' ἔτη τρέφονται, ζῶσι δ' ἔτη πλείω τῶν σ'. Τῶν δὲ Λιβυκῶν οἱ Ἰνδικοὶ μείζους τέ εἰσι καὶ ῥωμαλεώτεροι· ταῖς γοῦν προβοσκίσιν ἐπάλξεις καθαιροῦσι καὶ δένδρα ἀνασπῶσι πρόρριζα, διανιστάμενοι εἰς τοὺς ὀπισθίους πόδας. Τοσοῦτον δ' εἰσὶν εὐτιθάσσευτοι καὶ θυμόσοφοι, ὥστε καὶ λιθάζειν μανθάνουσι καὶ ὅπλοις χρῆσθαι καὶ νεῖν. Οἱ δὲ χρυσοφόροι μύρμηκες, ὥσπερ οἱ ἀσπάλακες, ὀρύττουσι τὴν γῆν, χρυσῖτιν οὖσαν, ἣν οἱ Ἰνδοὶ σοφίσμασί τισιν ὑποκλέπτουσι· φοβοῦνται γὰρ, μὴ ληφθέντες ὑπὸ τῶν μυρμήκων ἀπόλωνται· καὶ γὰρ μέγεθος μὲν ἔχουσιν ὑπὲρ ἀλώπεκα, τάχος δ' ὑπὲρ

discunt præter medicinam, tanquam ceteræ, si ultra mediocritatem discantur, maleficos efficiant. Judicium iis non est nisi cædis et contumeliæ, quum homo præstare non possit, ne iis adficiatur; quæ vero in contractibus fiunt, ea penes nos sunt; itaque cavendum est, ne quis decipiatur, nec impleatur urbs controversiis.

16. In India tigrides gignuntur, magnitudine leonibus duplo majores, et robore longe præstantissimi.

17. In India lapides effodi dicunt thureo colore, ficu dulciores; item serpentes membranaceis alis et scorpios.

18. In India canes sunt robustissimi, qui non ante morsum dimittunt quam aqua naribus infundatur: nonnullis præ vehementia in morsu oculos distorqueri ajunt, quibusdam etiam excidere; vel leonem et taurum a cane detineri; taurum etiam mori rictu comprehensum.

19. In regione montana Indiæ Silas fluvius est, in quo nihil innatat.

20. Aeres quidam sunt adeo tenues, ut nulla in eis volatilia invehantur. Fortasse autem exhalati vapores ad se trahunt, et quodammodo absorbent subvolantia, sicut electrum paleam et sideritis ferrum ad se rapit; fortassis aliquæ ejusmodi vires etiam in aqua sunt.

21. Indorum multitudo in septem classes divisa est; in quibus primi sunt philosophi, honoratissimi paucissimique. Utuntur his publice et privatim ii qui sacrificia vel inferias agunt et vaticinia scrutantur. Si quis ter mendax deprehensus fuerit, ei per totam vitam ex lege silentium indicitur; qui vera dixerit, immunis et omni tributo exemtus habetur. Secundum genus est agricolarum, qui plurimi sunt et mansueti ob immunitatem militiæ. Quum regio tota sit regis, ipsi eam conductam excolunt, pacti mercedis loco quartam fructuum partem. Tertium genus est pastorum ac venatorum, quibus solis venari et pecora pascere licet; hi vagi errabundique in tuguriis vitam degunt. Elephantes menses decem et septem uterum gestant; apud matrem annos sex aluntur; vivunt annis plusquam ducentis. Lybicis Indici majores sunt et robustiores; proboscide propugnacula dejiciunt, et arbores radicitus evellunt in posteriores pedes erecti. Mansuescunt et adeo solertes sunt, ut lapidem jacere et armis uti et natare discant. Formicæ auriferæ, veluti talpæ, terram effodiunt auri frustis plenam, quam Indi dolo usi clam rapiunt, nam timent ne a formicis deprehensi interimantur: magnitudine enim sunt vulpibus majore et celeritate

---

Σίλας] Σιλίας cod. ‖ — 20. πτηνόν cod. Paris., πτηνων (sine acc.) cod. Palat. ‖ — 21. p. 704-707. πλὴν εἰ (ἢ)?

λαγών. Οἱ δ' ὄφεις, οἱ μὲν μικροὶ καὶ σπιθαμιαῖοι ἀφύλακτοί τέ εἰσι καὶ θανατώδεις, οἱ δὲ μεγάλοι καὶ ὑπὲρ τοὺς ιε' πήχεις δυνάμεως περιουσίᾳ πάλιν ἀφόρητοι, ἐπαοιδαῖς δὲ καὶ βοτανῶν ῥίζαις ἰῶνται. Κροκόδειλοι δ' εἰσὶν ἐν τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ, μικρότεροι τῶν Νειλώων. Τέταρτοι δ' εἰσὶν οἱ χειρώνακτες καὶ κάπηλοι. Πέμπτοι δ' οἱ πολεμισταὶ, οἵτινες τὰ μὲν ἄλλα ἔτη εὐπαθοῦσι, σιτιζόμενοι προῖκα, ἐν δὲ τοῖς πολέμοις ἐξέρχονται. Ἕκτοι δ' οἱ ἔφοροι, οἵτινες ἐπισκοποῦντες λάθρα ἀναγγέλλουσι ταῖς ἀρχαῖς τὰ εὖ ἢ κακῶς πραττόμενα. Ἕβδομοι δ' οἱ σύνεδροι καὶ σύμβουλοι τοῦ βασιλέως, ἐξ ὧν τὰ ἀρχεῖα καὶ δικαστήρια καὶ ἡ διοίκησις τῶν ὅλων. Οὐ δεῖ δ' ἐξ ἄλλου γένους γαμεῖν οὔτ' ἐπιτηδεύειν τι ἀντ' ἄλλου ἄλλο, οὐδὲ πλείους μεταχειρίζεσθαι τὸν αὐτὸν τέχνας, πλὴν εἰ* φιλοσοφεῖν μόνον.

22. Ὅτι Ἰνδοὶ οἶνον οὐ πίνουσι, πλὴν ἐν θυσίαις μόνον, ἀλλ' ἀπὸ χυλοῦ ὀρύζης ποιοῦσι τὸ πόμα, οὐχὶ δὲ κριθῆς.

23. Ὅτι Ἰνδοὶ τοσοῦτον ἁπλότητος μεταποιοῦνται, ὡς μηδὲ τὰ οἴκοι φυλάττειν· τὴν γὰρ ἀπιστίαν φασὶ πονηροδιδασκαλίαν εἶναι.

24. Ὅτι Ἰνδοὶ ἀλήθειαν καὶ ἀρετὴν μάλιστα ἐπιτηδεύουσι, καὶ ὁ ἁλοὺς ἐπὶ ψευδομαρτυρίᾳ ἀκρωτηριάζεται.

25. Ὅτι τοὺς τῶν Ἰνδῶν βασιλεῖς γυναῖκες κομίζουσιν ἐπιμελόμεναι· ἐὰν δέ τις γυνὴ μεθύοντα βασιλέα ἀποκτείνῃ, τιμᾶται.

26. Ὅτι τῶν παρ' Ἰνδοῖς σοφῶν δύο γένη ἐστίν· ὧν οἱ μὲν Βραχμᾶνές εἰσιν, οἱ δὲ Γερμᾶνες. Οἱ δὲ Βραχμᾶνες ἀπέχονται ἐμψύχων καὶ ἀφροδισίων, φιλομαθοῦντες ἐν ἀφθόνῳ διαθέσει· ὁ δ' ἀκροατὴς οὔτε χρέμψαιτο οὔτε λαλήσαι οὔτε πτύσαι, ἀλλ' εὐτάκτως σιγᾷ· ἔτη δὲ λζ' οὕτως ζήσας ἕκαστος ἀναχωρεῖ εἰς τὰ οἰκεῖα καὶ μετὰ ταῦτα ἐν εὐπαθείᾳ ζῇ, χρυσοφορῶν καὶ κρεῶν ἅπτόμενος.

27. Ὅτι Ἰνδοὶ νομίζουσι τὸν μὲν ἐνθάδε βίον ὡς ἂν ἀκμὴν κυομένων εἶναι, τὸν δὲ θάνατον γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι· τὸν δὲ κόσμον γεννητὸν καὶ φθαρτόν φασι καὶ σφαιροειδῆ, καὶ ὅτι ὁ ποιήσας καὶ διοικῶν αὐτὸν θεὸς δι' ὅλου διαπεφοίτηκεν αὐτοῦ, καὶ ὅτι αἱ ψυχαὶ ἀθάνατοί εἰσι, καὶ τὰ ὑπὸ γῆν δικαιωτήρια.

28. Ὅτι οἱ Γερμᾶνες τὸ πολιτικὸν τῆς φιλοσοφίας μετέρχονται· τῇ δὲ ἰατρικῇ χρῶνται, οὐ τῇ διὰ φαρμάκων, ἀλλὰ τῇ διὰ διαίτης τὸ πλέον· καὶ τῶν φαρμάκων τὰ ἐπίπλαστα καὶ ἐπίχριστα εὐδοκιμεῖν.

29. Ὅτι πάντες Ἰνδῶν οἱ σοφοὶ καρτερίαν ἀσκοῦσι, τήν τ' ἐν τοῖς πόνοις καὶ τὴν ἐν ταῖς ἐπιμοναῖς, ὥστ' ἐφ' ἑνὸς σχήματος ἀκίνητον διατελέσαι τὴν ἡμέραν ὅλην.

lepores superant. Serpentes, parvi quidem et palmi longitudine, evitari haud facile possunt et letiferi sunt, magni vero, quindecim cubitos excedentes, roboris potentia sunt timendi. Medentur incantationibus et radicibus herbarum. In Indo flumine crocodili sunt minores quam qui in Nilo nascuntur. Quartum genus eorum est, qui artes exercent, et institores sunt. Quintum genus est bellatorum, qui reliquum tempus otiosi agunt et gratis aluntur, sed belli tempore egrediuntur. Sexti sunt inspectores, qui inspicientes clam regi omnia renunciant quæ bene aut perperam aguntur. Septimi sunt consiliarii et assessores regis, penes quos et magistratus et judicia et rerum omnium administratio. Non licet cum alio genere connubia contrahere, nec ab unius generis institutis ad alius descendere; neque eundem simul se pluribus dare tractandis, nisi quis sit philosophus.

22. Indi vinum non bibunt, præterquam in sacrificiis; potum a succo oryzæ conficiunt, non autem hordei.

23. Indi tantum habent simplicitatis, ut ne domus quidem custodiant; nam diffidentiam malorum ajunt magistram esse.

24. Indi veritatem et virtutem exercent maxime, adeo ut qui falsi testimonii convictus sit, extremis partibus corporis multetur.

25. Indorum reges mulieres curant; et si qua mulier regem ebrium interemerit, honoribus afficitur.

26. Sapientum apud Indos duo sunt genera, quorum alii Brachmanes vocantur, alii Germanes. Brachmanes ab animalibus et Venere abstinent, studiis intenti in conditione liberali. Auditori non licet neque loqui, nec sternutare nec exscreare; sed compositis moribus utens silet prorsus; et cum triginta et septem annos sic vixerit, in sua secedit, et laxius licentiusque vivit, aurum gestans et carnibus animalium vescens.

27. Indi putant hanc vitam quasi quendam hominum recens conceptorum statum esse; mortem vero partum in veram illam et beatam vitam iis qui recte sint philosophati; mundum hunc ortum et quandoque interiturum esse; item sphæricum esse; conditorem et administratorem omnium deum universum pervadere; animas immortales esse, et judicia institui apud inferos.

28. Germanes civilem partem philosophiæ tractant. Medicina utuntur, non ea quæ medicamentis, sed quæ victus ratione peragitur; ex medicamentis autem maxime unctiones probant et cataplasmata.

29. Indorum sapientes omnes constantiam exercent, tum eam quæ in laboribus, tum quæ in tolerantia consistit, adeo ut totum diem in eodem gestu immoti perseverent.

φιλοσοφεῖν μόνον] πλὴν εἰ τῶν φιλοσόφων τις εἴη. Strabo. ‖ — 22-26. p. 709-712. ‖ — 26. γένη ἐστίν cod. Paris., γ. εἰσίν cod. Pal.; οἰκεῖα] οἰκία cod. ‖ — 27 et 28. p. 713. ‖ — 29. καρτερίαν] καρτερεῖν cod.

30. Ὅτι οἱ ἐν Ταξίλοις Ἰνδοὶ τοὺς τελευτήσαντας ἀτάφους ῥίπτουσιν.

31. Ὅτι οἱ παρ' Ἰνδοῖς σοφοὶ, ἡνίκα αἴσθωνται νοσούντων ἑαυτῶν, αἰσχρὸν τοῦτο ἡγούμενοι, ἐξάγουσιν ἑαυτοὺς τοῦ ζῆν διὰ πυρός.

32. Ὅτι Πῶρός τις, Ἰνδὸς βασιλεὺς, ἀπέστειλε πρὸς Καίσαρα τὸν Θεὸν δῶρα, ἄνθρωπόν τε ἐξ ἀρχῆς ἀποτετμημένων τῶν ὤμων ἄχειρα καὶ ἐχίδνας μεγάλας καὶ ὄφιν πηχῶν ι' καὶ χελώνην ποταμίαν τρίπηχυν καὶ πέρδικα μείζω γυπός.

33. Ὅτι πρὸς δυσμὰς τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἥ τε Ἀρεία ἐστὶ καὶ πρὸς νότον Ἀραχωσία καὶ Γεδρωσία ἔτι, τετράπλευρον οὖσα, οὗ τὸ μὲν νότιον πλευρὸν ἡ Ἐρυθρὰ, τὸ δ' ἀνατολικὸν ὁ Ἰνδὸς, τὸ δὲ δυτικὸν ὁ Περσικὸς κόλπος, τὸ δὲ βόρειον τὰ ὄρη τοῦ Ταύρου, ἃ καλεῖται Βάγωα καὶ Πάρσυντα. Τὸ δὲ μῆκος τῆς θαλάσσης στάδιοι μύριοι ,γ.

34. Ὅτι γίνεται κήτη ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ, πηχῶν ὄντα οβ'. Ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ τάφῳ Κύρου τοῦ βασιλέως· « Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος, βασιλεὺς βασιλήων. » Ἐπὶ δὲ τοῦ Δαρείου οὕτως· « Φίλος ἦν τοῖς φίλοις, ἱππεὺς καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην, κυνηγῶν ἐκράτουν, πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην. »

35. Ὅτι ἐν Σούσοις τοσαύτην ἔχει τὴν τοῦ ἀέρος ἐν θέρει ἀκμάζοντι ἡ πόλις μεσημβρίας τὴν θέρμην, ὡς καὶ τὰς σαύρας καὶ τοὺς ὄφεις ἐν τῇ πόλει διαβῆναι μὴ φθάνειν τὰς ἐν τῇ πόλει ὁδοὺς, ἀλλ' ἐν μέσαις περιφλέγεσθαι· ὕδωρ δὲ ψυχρὸν προτεθὲν ἐκθερμαίνεται παραχρῆμα. Τὰς δὲ κριθάς φασι διασπαρείσας εἰς τὸν ἥλιον φρύγεσθαι, καθάπερ ἐν ἰπνῷ τὰς κάχρυς. Διὸ καὶ ταῖς στέγαις ἐπὶ δύο πήχεις τὴν γῆν ἐπιτίθεσθαι· ὑπὸ δὲ τοῦ βάρους ἀναγκάζεσθαι στενοὺς μὲν, μακροὺς δὲ τοὺς οἴκους ποιεῖσθαι, ἀπορουῦντας μακρῶν δοκῶν, δεομένους [δὲ] διὰ τὸ πνῖγος μεγάλων οἰκιῶν. Ἴδιον δέ τι πάσχει ἡ φοινικίνη δοκός· στερεὰ γὰρ οὖσα, παλαιουμένη οὐκ εἰς τὸ κάτω ἔνδοσιν λαμβάνει, ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω μέρος κυρτοῦται τῷ βάρει καὶ βέλτιον ἀνέχει τὴν ὀροφήν.

36. Ὅτι Πέρσαι ἀγάλματα καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται, τιμῶσι δὲ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ Ἀφροδίτην καὶ πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀνέμους καὶ ὕδωρ. Εἰ δέ τις εἰς πῦρ φυσήσειεν ἢ νεκρὸν ἐπιθείη ἢ ὄνθον, θανατοῦται παρ' αὐτοῖς· ῥιπίζοντες δὲ ἐξάπτουσι τὴν φλόγα. Τῷ δ' ὕδατι*, ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες, βόθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζονται, φυλαττόμενοι μή τι τοῦ πλησίον ὕδατος καθαροῦ αἱμαχθῇ, ὡς μιανοῦντες.

37. Ὅτι Πέρσαι εἰς ποταμὸν οὔτε οὐροῦσιν οὔτε νίπτονται οὔτε λούονται οὔτε νεκρὸν ἐμβάλλουσιν οὔτε τι μυσαρόν.

30. Qui sunt in Taxilis Indi defunctos absque sepultura projiciunt.

31. Sapientes Indorum, quum se morbo adfectos senserint, turpe id esse autumantes, igni sese e vita tollunt.

32. Porus quidam, Indorum rex, ad Divum Cæsarem dona misit hominem a puero brachia ab humeris truncatum, item viperas ingentes ac serpentem cubitorum decem; item testudinem fluviatilem trium cubitorum et perdicem vulture majorem.

33. Ab Indo fluvio occasum versus Aria est, ad austrum vero Arachosia et Gedrosia; harum regio quatuor habet latera, e quibus australe latus mare Rubrum efficit, orientale Indus fluvius, occidentale sinus Persicus, septentrionale montes Tauri, qui Bagoi dicuntur et Parsynti. Longitudo maris stadiorum est 13000.

34. In mari Rubro cete nascuntur cubitorum 72. Cyri regis sepulcro inscribitur : « Cyrus ego rex olim regum, conditus hic sum. » Darii autem sepulcro ad hunc modum : « Amicis fui amicus, eques et sagittator et venator optimus, et omnia facere potui. »

35. Susis, vigente æstate, urbs ipsa tantum habet aëris meridianum calorem, ut lacertæ et serpentes urbis vias transire non possint, sed in medio interceptæ concrementur. Aqua frigida aëri exposita illico calefit. Ajunt insuper hordeum in sole sparsum ita torreri, ut in furno cachrys solet; quapropter ad duo cubita terram tectis imponunt; domus ipsæ propter onus angustæ fiunt et longæ, quum, quamvis longis trabibus carentes, magnis domibus indigeant propter æstum. Trabes autem e palmæ arbore peculiare quiddam patiuntur; nam quum solidæ sint, quando inveterascunt, non flectuntur in inferiorem partem, sed in superiorem panduntur adversus onus, unde melius tectum sustinent.

36. Persæ nec statuas nec aras erigunt. Solem venerantur et lunam et Venerem et ignem et terram et ventos et aquam. Si quis in ignem inspirarit, aut mortuum quicquam aut cœnum immiserit, morte plectitur; ventilando flammam excitant. Aquam autem venerantur eo quod, ad lacum aut fluvium aut fontem accedentes, scrobem faciunt, ibique jugulant hostiam, caventes ne aqua vicina sanguine contingatur eoque polluatur.

37. Persæ in fluvium neque mingunt, neque inde lavantur, nec abluuntur, nec mortuum injiciunt, nec alia quæ sunt immunda.

‖ — 30. οἱ e cod. Paris. add. Kramer. ‖ — 31. p. 716, *D.* ‖ — 32. p. 719, *D.* ‖ — 33. p. 720, *B.* Βάγωα] Strabo neque hujus montis (de quo v. Ptolem. 6, 17) meminit, neque τῶν Παρσύντων ὀρῶν vel, uti est apud Ptol. 6, 18, τῶν Παρουητῶν (Παρσυητῶν v. l.) ὀρῶν. ‖ — 34. p. 720. ‖ — 35. p. 731, *BC.* ‖ — 36. p. 732 et 733. ‖ — 37-40. p. 733-735.

38. Ὅτι ἆθλα πολυτεχνίας Πέρσαι προτιθέασιν.

39. Ὅτι Πέρσαι μεθύοντες βουλεύονται περὶ τῶν μεγίστων καὶ ἡγοῦνται ταῦτα βεβαιότερα τῶν ἐν νήψει.

40. Ὅτι πρῶτος Δαρεῖος ὁ μακρόχειρ φόρους ἔταξε φέρειν· πρὸ γὰρ αὐτοῦ, ἐξ ὧν ἑκάστη χώρα ἔφερεν, ἐτελεῖτο, οἷον σῖτος, ἵπποι.

38. Persæ præmia proponunt iis, qui plurimos filios ediderint.

39. Persæ de maximis rebus consultant ebrii, putantes ea consilia esse firmiora, quam quæ in sobrietate fiunt.

40. Darius Longimanus primus omnium tributa instituit; nam ante hunc quæ unaquæque regio producebat pendebantur, velut frumentum, equi.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΟΥ ΙϚ'.

1. Ὅτι Συρία καλεῖται ἀπὸ Βαβυλῶνος μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου καὶ ἐκεῖθεν συνεχῶς μέχρι τοῦ Πόντου, τοῦτ' ἔστιν ἕως τῶν Λευκοσύρων καὶ τῶν περὶ Ἀμισὸν τόπων· ὧν ἐν μέσῳ Καππαδόκαι ἀμφότεροι, οἵ τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς Ταύρου ὄρους. Ὁ δὲ Ταῦρος ἕως τοῦ Ἀμάνου διήκει ὄρους.

2. Ὅτι ἡ Νίνος πόλις τῶν Ἀσσυρίων πολὺ μείζων ἦν Βαβυλῶνος, κειμένη ἐν πεδίῳ τῆς Ἀτουρίας. Ἡ δὲ Ἀτουρία πλησίον Ἀρβήλων ἐστὶ, μεταξὺ ἔχουσα τὸν Λύκον ποταμόν.

3. Ὅτι ἡ Βαβυλὼν τῆς Μεσοποταμίας τὸν κύκλον ἔχει τοῦ τείχους σταδίων τπε', πάχος δὲ τοῦ τείχους ποδῶν λϐ', ὕψος δὲ τῶν μὲν μεσοπυργίων πήχεις ν', τῶν δὲ πύργων ξ'. Διόπερ καὶ τῶν ζ' θεαμάτων ἐστὶ [καὶ τοῦτο] καὶ ὁ κρεμαστὸς κῆπος.

4. Ὅτι ἀπέχει Βαβυλὼν τῆς Σελευκείας τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ στάδια τ'. Καὶ ἔστι νῦν ἔρημος μὲν ἡ Βαβυλὼν, ἀνώνυμος δὲ ἡ Σελεύκεια· ὥστε τὸ τοῦ κωμικοῦ ἔστιν ἐπ' αὐτῆ εἰπεῖν, ὅπερ ἐκεῖνος περὶ τῆς Μεγάλης πόλεως· « ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ μεγάλη πόλις. »

5. Ὅτι περὶ πόλιν Ἄρβηλα τῆς Ἀσσυρίας γέγονεν ἡ μεγάλη μάχη καὶ τελευταία Ἀλεξάνδρῳ πρὸς Δαρεῖον, περὶ Γαυγάμηλα κώμην· πλησίον δὲ καὶ ποταμὸς Λύκος καὶ πόλις Δημητριὰς καὶ ἡ τοῦ νάφθα πηγὴ καὶ τὰ πυρά.

6. Ὅτι ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναπλέεται ὁ μὲν Τίγρις ἕως Ὤπιδος καὶ Σελευκείας, ὁ δὲ Εὐφράτης ἕως Βαβυλῶνος στάδια ,γ.

7. Ὅτι ἡ περὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν χώρα φέρει κριθὰς ὑπὲρ τὰ τριακοσάχοα. Ἐκ δὲ τοῦ φοίνικος αὐτόθι γίνεται οἶνος καὶ ὄξος καὶ μέλι καὶ ἄλφιτα· καὶ τοῖς τῶν φοινίκων πυρῆσι χρῶνται οἱ χαλκεῖς ἀντὶ ἀνθράκων. Βρεχόμενοι δὲ τοῖς σιτιζομένοις προβάτοις καὶ βουσὶ τροφὴ γίνονται. Φασὶ δὲ καὶ Περσικὴν

CHRESTOMATHIÆ

E STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO XVI.

1. Syria vocatur a Babylone usque ad sinum Issicum, atque inde continenter usque ad Pontum, id est, usque ad Leucosyros et loca circa Amisum; in quorum medio utrique Cappadoces sunt, tum qui intra, tum qui extra Taurum sunt. Taurus usque ad Amanum montem porrigitur.

2. Ninus, urbs Asssyriorum, longe fuit Babylone major, in Aturiæ campo sita. Ceterum Aturia prope Arbela est, interjecto Lyco flumine.

3. Babylon Mesopotamiæ muri ambitum habet stadiorum 385, crassitiem pedum 32, altitudinem vero inter turres cubitorum 50, turrium ipsarum 60; unde et hoc de septem spectaculis unum dicitur, item hortus pensilis.

4. Babylon a Seleucia Mesopotamiæ distat stadiis 300. Est autem nunc deserta, Seleucia vero nomine caret; unde de ipsa usurpare licet, quod de Megalopoli comicus dicit : « Est magna solitudo nunc Megalopolis. »

5. Prope Arbela, urbem Assyriæ, pugnata est ingens illa ac postrema pugna Alexandri adversus Darium juxta vicum Gaugamela. Non longe abest Lycus fluvius, et urbs Demetrias et naphthæ fons et ignes.

6. Tigris a mari usque ad Opim et Seleuciam adverso flumine navigatur; Euphrates autem Babylonem usque stadia 3000.

7. Regio, quæ circa Euphratem est, hordeum fert supra trecenticuplum. E palma vinum illic fit et acetum et mel et panis. Palmarum nucleis fabri ferrarii pro carbonibus utuntur; iidem in aqua macerati ovibus et bobus in pabulum dantur. Dicunt esse car-

---

Liber XVI. ις'] Libri notam om. cod. ‖ — 1. p. 737, *AC*. ‖ — 2. p. 737, *D*. N(νος] Nῖνος cod. ‖ — 3-5. p. 738. ‖ — 6. p. 739, *D*. ‖ — 7. p. 742, *D*. γίνονται cod. Paris.; γίνεται cod. Pal. ‖ — 8

ὠδὴν εἶναι, ἐν ᾗ τὰς ἀπὸ τῶν φοινίκων ὠφελείας τξ' διαριθμοῦνται.

8. Ὅτι περὶ Βαβυλῶνα γίνεται ἄσφαλτος πολλή· ἧς ἡ μὲν ὑγρὰ, καλουμένη δὲ νάφθα· ἡ δὲ ξηρὰ πλησίον Εὐφράτου. Καὶ γίνονται βῶλοι μεγάλαι ἐξ αὐτῆς, πρὸς τὰς οἰκοδομὰς ἐπιτήδειαι τὰς διὰ τῆς ὀπτῆς πλίνθου. Ἡ δὲ ὑγρὰ, ἡ καὶ ἄφθα, παράδοξον ἔχει τὴν φύσιν· προσαχθεὶς γὰρ ὁ ἄφθας πυρὶ πλησίον ἁναρπάζει τὸ πῦρ· κἂν ἐπιχρίσας αὐτῷ σῶμα προσαγάγῃς, φλέγεται. Σβέννυται δὲ πηλῷ καὶ ὄξει καὶ στυπτηρίᾳ καὶ ἰξῷ καὶ ὕδατι πολλῷ. Πείρας δὲ χάριν Ἀλέξανδρος ἐν λουτρῷ προσέχεε παιδὶ τοῦ ἄφθα καὶ προσήγαγε λύχνον· φλεγόμενος δ' ὁ παῖς παρ' ὀλίγον ἀπώλετο, πλὴν πολλῷ σφόδρα καταντλοῦντες τῷ ὕδατι ἔσβεσαν.

9. Ὅτι λέγεται καὶ ὁ ἄφθας καὶ ἡ ἄφθα καὶ ἡ νάφθα καὶ τὸ νάφθα.

10. Ὅτι ἡ Ἀδιαβηνὴ τῆς Βαβυλωνίας ἐστὶ μέρος καὶ ἐπαρχία.

11. Ὅτι ὁ Τίγρις διαρρεῖ τὴν Θωνῖτιν λίμνην κατὰ πλάτος μέσην, καὶ διεκπεράσας ἐπὶ θάτερον χεῖλος κατὰ γῆς δύεται μετὰ ψόφου πολλοῦ, ἐπὶ πολύ τ' ἐνεχθεὶς ἀφανὴς ἀνίσχει τῆς Γορδυαίας ἐγγύς.

12. Ὅτι τοσοῦτόν ἐστιν ὀξὺς ὁ Τίγρις, ὥστε, τῆς λίμνης τῆς Θωπίτιδος ἁλμυρᾶς οὔσης καὶ ἰχθύων χωρὶς, οὐκ ἐπιμίγνυται αὐτῇ.

13. Ὅτι ἀπὸ Θαψάκου ἕως Βαβυλῶνος στάδιοι ,δω'.

14. Ὅτι ἀπὸ τοῦ κατὰ Κομμαγηνὴν ζεύγματος, ἥπερ ἐστὶ πόλις Σαμόσατα καὶ ἔστιν ἀρχὴ τῆς Μεσοποταμίας, στάδιοι ,β ἕως Θαψάκου.

15. Ὅτι ἡ μὲν Θάψακος τῆς Ἀραβίας ἐστὶ πόλις, ἡ δὲ Νικηφόριον τῆς Μεσοποταμίας· καὶ ἀπέχουσιν ἀλλήλων αἱ πόλεις σταδίους ρ'.

16. Ὅτι ἡ Μεσοποταμία φέρει τὸν ἄφθαν καὶ τὴν γαγγῖτιν λίθον.

17. Ὅτι μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος ῥεῖ καὶ ἄλλος ποταμὸς Βασίλειος καλούμενος· καὶ περὶ τὴν Ἀνθεμουσίαν ἄλλος Ἀβόρας ποταμός.

18. Ὅτι τὴν Συρίαν ὁρίζει πρὸς ἄρκτους μὲν ἡ Κιλικία καὶ τὸ Ἄμανον ὄρος, τὸ δὲ πλάτος ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ τὸν Εὐφράτην· εἰσὶ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τοῦ κατὰ Κομμαγηνὴν ζεύγματος οἱ τὸ λεχθὲν πλευρὸν ἀφορίζοντες [οὐκ] ἐλάττους τῶν υ' σταδίων· πρὸς ἕω δὲ τῷ Εὐφράτῃ καὶ τοῖς ἐντὸς τοῦ Εὐφράτου Σκηνίταις Ἄραψι, πρὸς δὲ νότον τῇ εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ, πρὸς δύσιν δὲ τῷ Αἰγυπτίῳ τε καὶ Συριακῷ πελάγει μέχρι Ἰσσοῦ. Μέρη δ' αὐτῆς ἀπὸ τοῦ Ἀμάνου ὄρους Κομμαγηνὴ, Σελευκὶς, Κοίλη [Συρία], Φοινίκη, Ἰουδαία καὶ αἱ λοιπαὶ ἐπαρχίαι.

men quoddam Persicum, in quo CCCLX palmæ utilitates numerantur.

8. Juxta Babylonem multum nascitur bitumen, cujus aliud liquidum est, quod naphtha dicitur, aliud siccum juxta Euphratem. Ex hac glebæ maximæ concreantur, ad ædificia idoneæ, quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Porrò liquidum, quod et haphtham vocant, admirabilis est naturæ: nam igni admotum ipsum corripit; et si corpus eo illitum igni admoveris, deflagrat; exstinguitur autem luto et aceto et alumine et visco et aqua multa. Unde Alexander, experimenti gratia, in balneo puero cuidam naphtham illevit, ac lucernam admovit: deflagrans autem puer fere perierat, nisi circumstantes aqua multa infusa flammas evicissent.

9. Dicitur et ὁ ἄφθας et ἡ ἄφθα et ἡ νάφθα et τὸ νάφθα.

10. Adiabene Babyloniæ pars est et provincia.

11. Tigris fluvius Thonitin lacum perfluit per mediam ejus latitudinem; in alteram vero ripam perveniens cum multo sonitu terram subit, ac per magnum spatium ita lapsus, ut videri non possit, prope Gordyæam rursus emergit.

12. Tigris fluvius adeo est velox, ut Thopitidi lacui, qui salsus est et piscibus caret, non misceatur.

13. A Thapsaco Babylonem usque sunt stadia 4800.

14. A ponte juxta Commagenam, ubi urbs est Samosata et initium Mesopotamiæ, usque ad Thapsacum stadia sunt 2000.

15. Thapsacus Arabiæ urbs est, Nicephorium vero Mesopotamiæ; distant hæ urbes inter se stadiis 100.

16. Mesopotamia naphtham fert et Gangitem lapidem.

17. Inter Euphratem et Tigrin alius etiam fluvius labitur, Basilius nomine, item juxta Anthemusiam urbem rursus alius, Aboras dictus.

18. Syriam terminat a septentrione Cilicia et mons Amanus. Latitudo est a mari ad Euphratem; sunt autem a sinu Issico usque ad pontem juxta Commagenam, dictum latus terminantia stadia non pauciora 400. Ab ortu terminatur Euphrate et Arabibus Scenitis, qui cis Euphratem sunt; ab austro Arabia felici et Ægypto; ab occasu mari Ægyptio et Syriaco usque ad Issum. Partes ejus sunt, a monte Amano Commagena, Seleucis, Cœle-Syria, Phœnicia, Judæa et reliquæ provinciæ.

---

et 9. p. 743. ‖ — 10. p. 745, *A.* ‖ — 11-13. p. 746. ‖ — 14. p. 747, *AC.* ἥπερ] ἧπερ cod. ‖ — 15-17. p. 747-

19. Ὅτι ἡ Κομμαγηνὴ ἔχει πόλιν ἐπίσημον Σαμόσατα. Ἡ δὲ Σελευκὶς καλεῖται τετράπολις· ἔχει γὰρ πολλὰς μὲν πόλεις, ἐπισήμους δὲ τέσσαρας, Σελεύκειαν τὴν Πιερίαν ἀπὸ τοῦ κτίστου Νικάτορος, Ἀντιόχειαν τὴν ἐπὶ Δάφνῃ ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Λαοδίκειαν ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός· πάσας γὰρ ταύτας Σέλευκος ὁ Νικάτωρ ἔκτισεν.

19. Commagena urbem insignem habet Samosata. Seleucis vero tetrapolis dicitur; habet enim, inter ceteras urbes permultas, quatuor insignes : Seleuciam in Pieria a Nicatore conditore denominatam, Antiochiam apud Daphnen a patre ipsius, Laodiceam ab ejus matre, Apamiam ab uxore. Has omnes Seleucus Nicator condidit.

20. Ὅτι ὁ Ὀρόντης ποταμὸς, ἐκ Μεσοποταμίας ὁρμηθεὶς, εἶτα ὑπὸ γῆν ἀφανισθεὶς, αὖθις ἐκδίδωσι περὶ τὴν Ἀπαμηνὴν καὶ οὕτως εἰς τὴν κατὰ Σελεύκειαν ἐμβάλλει θάλασσαν. Καὶ ἔστιν ἐκεῖ πλησίον ὄρος, Πιερία καλούμενον, εἶτα πρὸς νότον τὸ Κάσιον ὄρος, πλησίον Λαοδικείας πόλεως, ἔνθα Δολαβέλλας ὑπὸ Κασσίου πολιορκηθεὶς ἐτελεύτα.

20. Orontes fluvius e Mesopotamia fluens, deinde sub terram occultatus, circa Apamenen emergit rursus, atque hoc pacto in mare, quod juxta Seleuciam est, egreditur. Quo loco vicinus mons est Pieria vocatus, deinde ad austrum Casius mons juxta urbem Laodiceam, ubi Dolabella a Cassio obsessus mortem oppetiit.

21. Ὅτι ἡ Ἀπάμεια πόλις Χερρόνησος καλεῖται καὶ ἔστιν ὑπό τε τοῦ ποταμοῦ Ὀρόντου καὶ ὑπὸ τῆς ἐγγὺς οὔσης λίμνης μεγάλης καὶ τῶν ἑλῶν. Ἐκαλεῖτο δὲ Πέλλα πρότερον ὑπὸ τῶν πρὶν Μακεδόνων αὐτόθι οἰκησάντων· ὕστερον δ' ὁ Νικάτωρ Σέλευκος, κτίσας αὐτὴν, ἐπὶ τῇ γυναικὶ ὠνόμασεν. Ἐνταῦθα καὶ ὁ Νικάτωρ τοὺς φ' ἐλέφαντας ἔτρεφε, καὶ ἱπποφόρβιον βασιλικὸν τρισμυρίων ἵππων θηλειῶν. Ἀπαμεὺς δ' ἦν ὁ πολυμαθέστατος τῶν καθ' αὑτὸν φιλοσόφων Ποσειδώνιος.

21. Apamia urbs Chersonesus et vocatur et est, quippe quæ efficitur Oronte fluvio, et lacu magno qui huic est vicinus, ac paludibus. Prius Pella vocabatur a Macedonibus qui illic habitarunt; postea Nicator Seleucus instauratam eam de uxoris nomine vocavit. Ibi Nicator quingentos elephantes aluit; ibidem erat equile regium, equas habens 30000. Ex Apamia fuit Posidonius, philosophorum sui temporis eruditissimus.

22. Ὅτι ἐν τῇ νήσῳ Ἀράδῳ πηγή ἐστι γλυκέος ὕδατος, ὑπὸ τοῖς κύμασιν ἀναβλυστάνουσα· ἀφ' ἧς ὑδρεύονται, χαλκοῦν στενοῦ πυθμένος εὐρύστομον μολιβδοῦν περὶ αὐτὴν καθιέντες.

22. In Arado insula fons est dulcis aquæ sub marinis fluctibus exoriens, ex quo aquam petunt cibarium in aquam demittentes plumbeum, ore lato, in angustum fundo coacto.

23. Ὅτι ἡ Τρίπολις ἐκ τριῶν συνῳκίσθη πόλεων, Τύρου καὶ Σιδόνος καὶ Ἀράδου. Τῇ δὲ Τριπόλει συνεχές ἐστι τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος.

23. Tripolis e tribus urbibus conflata est, Tyro, Sidone et Arado. Tripoli contiguum est Theuprosopon (*Dei facies*), in quod Libanus mons finit.

24. Ὅτι ἅπασα ἡ χώρα ἡ ἀπὸ τῆς Σελευκίδος ὡς ἐπὶ Αἴγυπτον καὶ Ἀραβίαν Κοίλη Συρία καλεῖται· ἰδίως δ' ἡ τῷ Λιβάνῳ καὶ τῷ Ἀντιλιβάνῳ ἀφωρισμένη. Ἡ δ' ἀπὸ Ὀρθωσίας πόλεως μέχρι Πηλουσίου παραλία

24. Cœle-Syriam montes Libanus et Antilibanus efficiunt, initium habentes paulo supra mare, ille quidem a Tripoli, hic vero a Tyro, æqualibus fere inter se dissitis spatiis. Finiunt autem prope montes Arabiæ, qui super Damascenam sunt. Latitudo regionis stadiorum est 200, longitudo dupla. Est autem regio hæc beatissima, fluminibus irrigua, tum aliis, tum etiam Jordane flumine.

25. Ὅτι Ποσειδώνιος ἱστορεῖ ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ τὸν δράκοντα πεπτωκότα δραθῆναι νεκρὸν, μῆκος σχεδόν τι καὶ πλεθριαῖον, πάχος δ', ὥστε ἱππέας ἑκατέρωθεν παραστάντας ἀλλήλους μὴ καθορᾶν, τὸ δὲ χάσμα τοῦ στόματος, ὥστ' ἔφιππον δέξασθαι, τῆς δὲ φολίδος λεπίδα ἑκάστην ὑπὲρ θυρεὸν εἶναι.

25. Posidonius tradit in Cœle-Syria draconem lapsum visum fuisse mortuum, longitudine fere unius jugeri; crassitudine tanta, ut equites ex utraque parte adsistentes, alter alterum videre nequiret; rictu eo qui hominem equo insidentem reciperet; exuviarum squamam quamlibet clypeo majorem uisse.

26. Ὅτι ἅπασα ἡ χώρα ἡ ἀπὸ τῆς Σελευκίδος ὡς ἐπὶ Αἴγυπτον καὶ Ἀραβίαν Κοίλη Συρία καλεῖται· ἰδίως δ' ἡ τῷ Λιβάνῳ καὶ τῷ Ἀντιλιβάνῳ ἀφωρισμένη. Ἡ δ' ἀπὸ Ὀρθωσίας πόλεως μέχρι Πηλουσίου παραλία

26. Regio tota, quæ est a Seleucide ad Ægyptum usque et Arabiam, Cœle-Syria appellatur; proprie vero ea quæ Libano et Antilibano definitur. Regio maritima, quæ angusto tractu ab urbe Orthosia Pelusium usque

---

749. ‖ — 18-20. p. 750-752. ‖ — 21. p. 752, *B.* 753, *B.* ‖ — 22. p. 753, *D.* 754, *A.* ἀναβλαστανούσης cod. ‖ — 22. p. 753, *D.* 754, *A.* ‖ — 23. p. 754, *D.* 755, *A.* ‖ — 25. p. 755, *C.* ‖ — 26. p. 756, *BC.*

Φοινίκη καλεῖται, στενή τις οὖσα. Ἡ δ' ὑπὲρ ταύτης μεσόγαια μέχρι τῶν Ἀράβων ἡ μεταξὺ Γάζης καὶ Ἀντιλιβάνου Ἰουδαία λέγεται.

27. Ὅτι ἡ Τύρος, νῆσος πρὶν οὖσα, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τῷ χώματι τῆς πολιορκίας χερρόνησός ἐστιν, ἡ δ' ἐκεῖσε πορφύρα καλλίστη.

28. Ὅτι Σιδὼν πολύτεχνός ἐστι πόλις καὶ καλλίτεχνος, φιλόσοφός τε καὶ ἀριθμητικὴ καὶ λογιστικὴ καὶ ἀστρονομικὴ καὶ ἐμπορικὴ καὶ νυκτοπλοϊκὴ, καθάπερ καὶ ἡ Αἴγυπτος γεωμετρική.

29. Ὅτι Σιδὼν ἀπὸ Τύρου ἀπέχει πρὸς βορρᾶν στάδια σ'.

30. Ὅτι μετὰ Τύρον Πτολεμαΐς ἐστι πόλις, περὶ ἧς ἱστορεῖται παράδοξον. Ἔν τινι γὰρ πολέμῳ, τροπῆς γενομένης λαμπρᾶς τοῖς ἐνοίκοις παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, κῦμα ἐξαπίνης ἐπελθὸν ἐκάλυψε τοὺς φεύγοντας· εἶτα πελαγίσαν μικρὸν, ὕστερον ὑπέφυγε τὸ ὕδωρ καὶ κατελείφθησαν ἐν τοῖς κοίλοις χωρίοις νεκροὶ οἱ ἄνδρες καὶ οἱ ἰχθύες.

31. Ὅτι τὰ κατὰ τὴν Ἀνδρομέδαν περὶ τὴν Ἰόπην γενέσθαι φασί· καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπίνειον ἔχουσι τὴν Ἰόπην.

32. Ὅτι ἀπὸ Κασίου εἰς τὸ Πηλούσιον, πόλιν Αἰγύπτου, στάδιοι τ'.

33. Ὅτι ἡ Γάζα πόλις ἀπὸ θαλάσσης ζ' σταδίους ἀπέχει· ἀπὸ δὲ Γάζης πόλεως εἰς Αἴλα πόλιν, τὸ ἀνατολικώτατον σημεῖον τοῦ Ἀραβίου κόλπου, δι' ἐρήμου στάδιοι ,ασξ'. Εἰς δὲ τὸ δυτικὸν μυχὸν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καλούμενον Ἡρωοπολιτικὸν, ἀπὸ Πηλουσίου ὁδὸς ἔρημος καὶ ἑρπετῶν πλήρης.

34. Ὅτι μετὰ Γάζαν Ῥαφία πόλις καὶ Ῥινοκόρουρα πόλις· ὠνόμασται δ' οὕτως, ἐπειδή ποτε Αἰγύπτιοι τοὺς ἁλισκομένους κακούργους ῥινοτομοῦντες ἐκεῖ κατῴκιζον, οἳ οὐκέτι ἐτόλμων ὑποστρέφειν εἰς Αἴγυπτον διὰ τὸ παράσημοι εἶναι.

35. Ὅτι τὸ Πομπηΐου τοῦ Μάγνου σῶμα ἐν τῷ Κασίῳ λόφῳ κεῖται περὶ Σερβωνίδα λίμνην πλησίον Πηλουσίου πόλεως.

36. Ὅτι ἀπὸ Ὀρθωσίας πόλεως Φοινίκης εἰς τὸ Πηλούσιον στάδιοι ,χν' κατακολπίζοντι· ἡ δὲ ὁδὸς πρὸς δυσμὰς χειμερινάς. Πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς Ὀρθωσίας ἐπὶ τὸν Ὀρόντην ποταμὸν ,αρλ', πρὸς ἀνατολὰς θερινάς. Ἀπὸ δὲ Ὀρόντου ποταμοῦ ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Συρίας καὶ Κιλικίας στάδιοι φκ' πρὸς ἀνατολὰς θερινάς.

37. Ὅτι τὸν Μωσῆν τὸν παρ' Ἰουδαίοις λέγει ὁ Στράβων, ὅτι Αἰγύπτιος ἦν ἱερεὺς καὶ μὴ ἀρεσκόμενος τῇ τῶν Αἰγυπτίων θρησκείᾳ ἀπῆρεν εἰς τὴν Παλαιστίνην καὶ πολλοὺς συμπαρέλαβε μεθ' ἑαυτοῦ ἐξ Αἰγύπτου. Ἐπαινεῖ δὲ τὸν Μωσῆν ὁ Στράβων, ὡς εὐσεβῶς πράξαντα τοῦτο καὶ δικαίως.

pertinet, Phœnicia dicitur; mediterranea vero ultra hanc usque ad Arabes, inter Gazam et Antilibanum, Judæa vocatur.

27. Tyrus, quum prius fuerit insula, aggesta terra ab Alexandro per obsidionem, peninsula est effecta. Purpura, quæ illic fit, pulcherrima habetur.

28. Sidon multarum atque optimarum artium magistra perhibetur, philosophiam et arithmeticam et computationem et astronomiam excolens, item mercaturæ semet addicens et navigationi nocturnæ, quemadmodum Ægyptus geometriæ.

29. Sidon a Tyro versus boream distat stadiis 200.

30. Post Tyrum Ptolemaïs urbs est, de qua mirum quiddam traditur. Nam in prœlio quodam, fuga insigni incolarum facta juxta littus pelagi, affluxus inundationi similis fugientes subito obruit; atque aqua paulisper commorata rursus abscessit, relictis per cava loca mortuis hominibus et piscibus.

31. Quæ de Andromeda dicuntur, circa Jopen accidisse ferunt. Hierosolyma Jope pro navium statione utuntur.

32. A Casio Pelusium usque Ægypti urbem stadia sunt 300.

33. Gaza urbs a mari distat stadiis 7; a Gaza urbe ad urbem Aila (signum sinus Arabici maxime orientale) per desertum stadia sunt 1260, at usque ad occiduum recessum sinus Arabici (quem Heroopoliticum vocant) a Pelusio via deserta est et serpentibus plena.

34. Post Gazam Rhaphia et Rhinocorura sunt urbes, quarum hæc inde appellationem habet, quod Ægyptii homines maleficos captos, nasi mutilatione plectentes, eo habitatum miserint; qui postmodum hac nota dedecorati in Ægyptum redire non audebant.

35. Pompeii Magni corpus in Casio monte jacet, circa Serbonidem lacum, juxta urbem Pelusium.

36. Ab Orthosia Phœniciæ urbe Pelusium usque stadia sunt 3650, si quis sinum intret. Hæc via ad occasum hibernum ducit. Ab eadem Orthosia ad Orontem fluvium stadia sunt 1130, versus ortum æstivum. Ab Oronte fluvio ad confinia Syriæ et Ciliciæ stadia sunt 520 versus ortum æstivum.

37. Mosem, apud Judæos celebrem, ex sacerdotibus Ægyptiis fuisse tradit Strabo, qui quum eorum superstitionem moleste ferret, in Palæstinam commigravit, ac permultos ex Ægypto una abduxit. Ceterum Strabo Mosem laudat, tanquam religiose et juste talia molientem.

‖ — 27. p. 756, *D.* 757, *A.* ‖ — 28. p. 757, *CD.* ‖ — 29. p. 758, *A.* ‖ — 30. p. 758, *B.* ‖ — 31-34. p. 759. Ἰόπην] Ἰόππην cod. ‖ — 32. Κασίου] Κασσίου cod. ‖ — 33. ἀνατολικώτατον cod. Paris.; ἀνατολικώτερον cod. Palat. ‖ — 35. p. 760, *AB.* Κασίῳ] Κασσίῳ cod. ‖ — 36-38. p. 760. 761. ‖ — 39. p. 761,

38. Ὅτι ὕστερον μετὰ τὸν Μωσῆν ἡ δεισιδαιμονία τοῖς Ἰουδαίοις συνέπεσεν, οἷον ἡ περιτομὴ καὶ ἡ τῶν κρεῶν ἀποχή.

38. Post Mosem sequentibus temporibus superstitio inter Judæos invaluit, velut circumcisio et abstinentia a carnibus.

39. Ὅτι ἡ Ἱεροσόλυμα πόλις τὰ μὲν ἔσω ἔνυδρα ἔχει, τὰ δ' ἐκτὸς ἄνυδρα· ἡ δὲ τάφρος τῆς πόλεως οὐκ ὀρυκτὴ, ἀλλὰ λατομητὴ, πέτρα βαθεῖα· ὁ δ' ἐξ αὐτῆς κοπεὶς λίθος τὴν πόλιν ἔκτισεν.

39. Hierosolymorum urbs interiora aquis plena, exteriora autem sicca habet. Fossa circa urbem non effossa, sed e saxo profunde excisa est; lapis autem excisus structuræ urbis materiam præbuit.

40. Ὅτι ἡ Σιρβωνὶς λίμνη ἀγχιβαθής ἐστιν, ἧς ἡ περίμετρος στάδιοι ,α. Τῇ δὲ παραλίᾳ παρατέταται μικρῷ τι πλέον τῶν σ' σταδίων μῆκος. Βαρύτατον δ' ἔχει ὕδωρ, ὥστε μὴ δεῖν κολύμβου, ἀλλὰ τὸν ἐμβάντα καὶ μέχρις ὀμφαλοῦ εὐθὺς ἐξαίρεσθαι. Μεστὴ δ' ἐστὶν ἀσφάλτου αὕτη· τοῦτο δ' ἀναφυσᾶται κατὰ καιροὺς ἀτάκτους ἐκ μέσου τοῦ βάθους μετὰ πομφολύγων, ὡς ἂν ζέοντος ὕδατος· κυρτουμένη δ' ἡ ἐπιφάνεια λόφου φαντασίαν παρέχει· συναναφέρεται δὲ καὶ ἄσβολος πολλὴ, καπνώδης μέν, πρὸς δὲ τὴν ὄψιν ἄδηλος, ὑφ' ἧς κατιοῦται χαλκὸς, ἄργυρος, πᾶν τὸ στιλπνὸν μέχρι καὶ χρυσοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ κατιοῦσθαι τὰ σκεύη γνωρίζουσιν οἱ περιοικοῦντες ἀρχομένην τὴν ἀναβολὴν τοῦ ἀσφάλτου καὶ παρασκευάζονται πρὸς τὴν μεταλλείαν αὐτοῦ, ποιησάμενοι σχεδίας καλαμίνας. Ἔστι δ' ἡ ἄσφαλτος γῆς βῶλος, ὑγραινομένη ὑπὸ θερμοῦ καὶ ἀναφυσωμένη καὶ διαχεομένη· πάλιν δὲ μεταβάλλουσα εἰς πῆξιν ἰσχυρὰν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὕδατος, ὥστε τομῆς καὶ κοπῆς δεῖσθαι· εἶτα ἐπιπολάζουσα ἡ ἄσφαλτος διὰ τὴν τοῦ ὕδατος παχύτητα κόπτεται καὶ ἀποφέρεται.

40. Sirbonis lacus profundus est ambitum habens stadiorum mille; præter maritimam oram extenditur in longitudine paulo amplius stadiis 200. Aqua ejus gravissima, adeo ut urinatores in eo locum non habeant; nam qui tenus umbilico in eum procedit, statim attollitur. Plenus est bitumine, quod e medio fundo temporibus non certis cum bullis quasi ferventis aquæ efflatur; ac tum superficies paludis curvata collis speciem præbet, simul vero etiam fuligo multa emittitur, fumosa illa quidem, sed visum fallens, quæ æri et argento et nitidis omnibus et ipsi etiam auro rubiginem inducit; ex eo autem quod vasa rubiginem contrahunt, accolæ intelligunt bituminis eruptionem incipere, ac sese arundineis ratibus ad id inquirendum accingunt. Bitumen est terræ gleba, quæ calore liquefacta efflatur atque diffunditur; rursumque in massam solidissimam aqua frigida immutatur, adeo ut sectione et incisione opus sit. Id postea ob aquæ crassitiem in summo fluitans cæditur et aufertur.

41. Ὅτι τὰ παρ' Ἑβραίοις Σόδομα πόλις ἑτέρων ἦν ιϐ' πόλεων μητρόπολις, καὶ διὰ τὸ εἶναι τὴν γῆν ἔμπυρον, γενομένων σεισμῶν καὶ πυρωδῶν ἀναφυσημάτων, κατεστράφησαν καὶ κατεκάησαν πᾶσαι, καὶ ἀνεδόθη ἡ νῦν λίμνη Σιρβωνὶς καλουμένη, θειώδης οὖσα καὶ ἀσφαλτώδης.

41. Hebræorum urbs Sodoma urbium duodecim fuit metropolis; et quum terra subtus ignibus plena esset, ex terræ motibus et igneis exhalationibus eversæ sunt et exustæ omnes, indeque emersit lacus qui nunc Sirbonis dicitur, sulphure et bitumine plenus.

42. Ὅτι Αἰγύπτιοι χρῶνται τῇ ἀσφάλτῳ πρὸς τὰς τῶν νεκρῶν ταριχείας.

42. Ægyptii ad mortuorum condituras bitumine utuntur.

43. Ὅτι ἐξ Ἁρμόζων τοῦ ἄκρου τῆς Καρμανίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Ἀραβίᾳ ἄκρον [τὸ] ἐν Μάκαις, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀρχὴ τοῦ Περσικοῦ κόλπου· τὸ γὰρ ἐντεῦθεν πρῶτον μὲν πρὸς ἀνατολὰς καὶ δυσμὰς, εἶτα πρὸς βορρᾶν εὐρύνεται ἡ Περσικὴ θάλασσα ἕως Τερηδόνος πόλεως καὶ τῶν τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ ἐκβολῶν.

43. Ex Harmozis, Carmaniæ promontorio, Arabiæ promontorium conspicitur, quod est apud Macas; atque hoc est initium sinus Persici; nam ab eo loco ad ortum et occasum primo, inde ad septentrionem sinus Persicus in latum porrigitur usque ad Teredonem urbem et Euphratis fluvii ostia.

44. Ὅτι ἡ Περσικὴ θάλασσα μεγάλη ἐστὶν, ὥστε μικρῷ λείπεται τῷ μεγέθει τοῦ Εὐξείνου πόντου.

44. Mare Persicum magnum est, adeo ut Pontum Euxinum magnitudine fere adæquet.

45. Ὅτι ἐν τῷ νοτιωτάτῳ καὶ δυσμικωτάτῳ σημείῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου πόλις ἐστὶ Γέρρα ἐν γῇ ἁλμυρίδι, ἧς αἱ οἰκίαι ἅλιναί εἰσιν· ἐπεὶ δ' αἱ λεπίδες τῶν ἁλῶν, ἀφιστάμεναι κατὰ τὴν ἐπίκαυσιν τὴν ἐκ τῶν ἡλίων, συνεχεῖς ἀποπίπτουσι, καταρραίνοντες ὕδασι πυκνὰ τοὺς τοίχους συνέχουσιν.

45. Ad partem sinus Persici maxime australem et occiduam urbs est Gerrha, in locis salsis sita, ubi domus ex salibus constructæ sunt; has, quum salis squamæ propter solis ardorem separatæ continue cadant, crebro aquis adspergunt, atque eo pacto parietes conservant.

R. 762, *D.* 763, *A.* ‖ — 40. p. 763, *C.* 764, *A.* ἄσβολος] βῶλος cod. ‖ — 41 et 42. p. 764, *CD.* ‖ — 43. p. 765, *D.* Ἁρμόζων] Ἁρμόζον cod. Palat.; Ἁρμόζοντος cod. Paris. ‖ — 44. p. 766, *A.* ‖ — 45. p. 766, *BC.* γῇ] τῇ cod. ‖ — 46. p. 766, *D.* ‖ — 47. p. 766, *D.* Verba ὅλα καὶ... πλημμυρίσιν, quæ

46. Ὅτι ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ Τύρος καὶ Ἀραδός εἰσι νῆσοι, ἀφ' ὧν οἱ ἐν Φοινίκῃ Τύριοι καὶ Ἀράδιοι ἐγένοντο μετανάσται.

46. In sinu Persico insulæ sunt Tyrus et Aradus, a quibus Tyrii et Aradii Phœniciæ sunt profecti.

47. Ὅτι καθ' ὅλην τὴν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης παραλίαν φύεται κατὰ βυθοῦ δένδρα ὅμοια δάφνῃ καὶ ἐλαίᾳ, ταῖς μὲν ἀμπώτισιν ὅλα καὶ ὑπερφανῆ γιγνόμενα, ταῖς δὲ πλημμυρίσιν ἔσθ' ὅτε ὅλα καλυπτόμενα, καὶ ταῦτα τῆς ὑπερκειμένης γῆς ἀδένδρου οὔσης, ὥστε ἐπιτείνεσθαι τὸ παράδοξον.

47. Per totam Rubri maris oram maritimam arbores in profundo nascuntur, lauro et oleæ persimiles, quæ in refluxibus totæ deteguntur, in affluxibus nonnunquam totæ obruuntur; idque eo magis mirandum quod superjacens regio arboribus caret.

48. Ὅτι ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ κῆτος ἐπώκειλε πηχῶν ν'.

48. In mari Rubro cetus ejectus est cubitorum quinquaginta.

49. Ὅτι ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς γινομένοις ὑπὸ τῶν τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ προχύσεων ἄμπελος γίνεται, ἐν ταῖς καλαμίναις ῥιψὶν ἐπιβαλλομένης γῆς, ὅση δέξαιτο ἂν τὸ φυτόν, ὥστε φορητὴν γίνεσθαι πολλάκις, εἶτα κοντοῖς ἀπωθεῖσθαι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ἐξ ἀρχῆς ἕδραν.

49. In paludibus, quas Euphrates effusus efficit, vitis nascitur, terra in arundineis cratibus imposita quanta stirpem recipiat; ut sæpe etiam ab aqua deferatur, quam rursus in pristinam sedem contis propellunt.

50. Ὅτι ἐν τῇ εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ νόμος ἐστὶν, ἵνα μὴ ὁ παῖς παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν βασιλείαν διαδέχηται, ἀλλ' ὃς ἂν πρῶτος γεννηθῇ τινι τῶν ἐπιφανῶν παῖς μετὰ τὴν κατάστασιν τοῦ βασιλέως, οὗτος ὁ παῖς ἀναλαμβάνεται καὶ τρέφεται βασιλικῶς, ὡς διαδεξόμενος τὴν βασιλείαν.

50. In Arabia Felice lex est, ne filius a patre regnum suscipiat, sed qui primus e nobili genere post constitutum regem puer nascitur, is ex lege adsumitur, et ad regni successionem regaliter educatur.

51. Ὅτι ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα οὐκ ἔστι βαθεῖα, ἀλλὰ καὶ ἕως μόνων δύο ὀργυιῶν ἔρχεται τὸ βάθος· διὸ ποάζει πλειστάκις διὰ τὰ φυτὰ ἐξέχοντα τῆς ἐπιφανείας, καὶ τὰ δένδρα φαίνεται ἔξω τῆς ἐπιφανείας τῆς θαλάσσης· καὶ κυνῶν πλῆθος θαλαττίων ἔχει.

51. Mare Rubrum profunditatem non habet, adeo ut vel duabus orgyiis non sit profundius; unde persæpe herbida est superficies, dum plantæ sese exserant; item arbores extra superficiem maris apparent. Habet mare etiam canum maritimorum multitudinem.

52. Ὅτι ὁ Ἀσταβόρας ποταμὸς μέρει μὲν τῷ πλείστῳ μίσγεται τῷ Νείλῳ, τῷ δὲ ὀλίγῳ ἐκδίδωσιν εἰς τὸν Ἀράβιον κόλπον.

52. Astaboras fluvius parte quidem maxima Nilo miscetur, exigua portio autem ejus in sinum Arabicum egreditur.

53. Ὅτι ἡ παραλία τῆς Ἀραβίας τῶν Τρωγοδυτῶν ἡ πολλὴ ἐλαιῶνας καὶ δαφνῶνας καὶ φοινικῶνας φέρει.

53. Regio Arabiæ maritima, cujus magnam partem Trogodytæ tenent, oliveta, palmeta et laureta habet.

54. Ὅτι οἱ ἐν Ἀραβίᾳ ἐλέφαντες, ὅταν διὰ τὰ καύματα ἐκλίπωσιν οἱ ποταμοὶ, φρεωρυχοῦσι καὶ τοῖς ὀδοῦσι καὶ ταῖς προβοσκίσιν.

54. Elephantes Arabici, quoties flumina caloribus arefiunt, dentibus et proboscide puteos effodiunt.

55. Ὅτι Τρωγοδύται ἄνευ τοῦ λ λέγει ὁ Στράβων.

55. Strabo Trogodytas absque litera *l* enunciat.

56. Ὅτι φησὶ Ποσειδώνιος Ἐρεμβοὺς παρ' Ὁμήρῳ τοὺς Ἄραβας δεῖν ἀκούειν, ὡς τῶν παλαιῶν διὰ τὴν ἀνεπιμιξίαν σολοικιζόντων τὸ ὄνομα, καὶ ἀντὶ Ἀράβων * Ἐρεμβῶν καλεῖν· καὶ γὰρ ταῦτα τὰ τρία ἔθνη, Ἀρμενίους, Ἀραβίους, Ἐρεμβοὺς, συνεχῆ ἀλλήλοις ὄντα, σχεδὸν τῇ αὐτῇ ὀνομασίᾳ καλεῖσθαι. Οὕτως οὖν καὶ Ἀρίμους φησὶν ὁ αὐτὸς δεῖν ἀκούειν τοὺς Σύρους· Ἀριμαῖοι γὰρ οἱ ἐν αὐτῇ· τάχα δὲ τότε οἱ Ἕλληνες Ἀραμαίους ἢ Ἀρίμους αὐτοὺς ἐκάλουν. Αἱ δὲ μεταπτώσεις τῶν ὀνομάτων πολλαί· καὶ γὰρ τὸν μὲν Δαριήκην Δαρεῖον ἐκάλεσαν, τὴν δὲ Φάρζιριν Παρύσατιν.

56. Posidonius affirmat Erembos apud Homerum Arabes intelligendos esse, tanquam veteres ob commercii infrequentiam hoc nomen vitiassent, ut pro Arabibus Erembos appellarent; nam tres istas nationes (Armenios scilicet, Arabes et Erembos) inter se finitimas eandem fere appellationem sortitas esse. Ad eundem modum per Arimos Syros esse audiendos idem affirmat; nam Arimæi sunt qui in ea habitant, et fortasse Græci olim eos Aramæos vel Arimos vocabant. Nominum enim mutationes permultæ sunt: sic pro Dariece Darium dixerunt et pro Pharziri Parysatim.

---

in cod. Pal. non leguntur, e cod. Paris. addidit Kramerus; καὶ ταῦτα] καίπερ cod.; ἐπιτείνεσθαι] ἐπιγίνεσθαι cod. Pal., ἐπιγένεσθαι (sic) cod. Par. ‖ — 48 et 49. p. 767. ‖ — 50. p. 768, *BC*. ‖ — 51-52. p. 770. ‖ — 53. p. 773, *C*. ‖ — 54. p. 773, *D*. ἐκλείπωσιν cod. Par. ‖ — 56. p. 784, *D*. 785, *A*. Ἐρεμβῶν καλεῖν] « Videtur leg. Ἐρεμβοὺς καλούντων. » Kramer.; καὶ γὰρ] καὶ γὰρ καὶ cod. Paris.; Φάρζιριν] Φάρζην cod.; Παρυσάτην cod., puncto addito supra lit. η.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΖ'.

1. Ὅτι ὁ μικρὸς καταράκτης ὑπὲρ Συήνης καὶ Ἐλεφαντίνης ἐστὶ πόλεων, ἔνθα καὶ τὸ μεθόριον Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων.

2. Ὅτι οἱ Αἰθίοπες λυπρῶς ζῶσι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δυσκρασίας τῶν ἀέρων, διὸ καὶ πένητές εἰσιν· οἱ δ' Αἰγύπτιοι εὐδαίμονές εἰσιν.

3. Ὅτι Αἰγύπτιοι εἰς τρεῖς μοίρας ἑαυτοὺς διεῖλον· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν εἰσιν ἱερεῖς, περὶ τὰ θεῖα ἀσχολούμενοι· οἱ δὲ γεωργοί, τὰ ἐν εἰρήνῃ ἐργαζόμενοι· οἱ δὲ στρατιῶται, τὰ ἐν πολέμῳ ἀσκοῦντες.

4. Ὅτι ὁ Νεῖλος ἀεὶ ἐκ νότου πρὸς ἄρκτους ῥεῖ ἕως τοῦ μεγάλου Δέλτα· εἶτα ἐκεῖθεν σχίζεται εἰς πολλὰ ἕως τῆς θαλάσσης, δεξιὰ μὲν ἕως Πηλουσίου, εὐώνυμα δὲ ἕως Κανώβου. Καὶ γίνεται ἡ κάτω Αἴγυπτος νῆσος τρίγωνος, τὸ Δέλτα, ᾧ ὁμώνυμον ἡ κορυφὴ καὶ ἡ ἐν αὐτῇ κώμη. Πᾶν δὲ τὸ Δέλτα τοσοῦτόν ἐστι κατὰ ῥᾳστώνην πλωτὸν διώρυξιν, ὥστε καὶ ὀστράκινα ἐνίοις πορθμεῖα εἶναι.

5. Ὅτι ἡ περίμετρος τοῦ Δέλτα ,γ ἐστὶ σταδίων νησιάζουσα.

6. Ὅτι ἐν ταῖς ἀναβάσεσι τοῦ Νείλου πελαγίζει τὸ Δέλτα, μόνων τῶν πόλεων καὶ τῶν κωμῶν ὑπερφαινομένων, διὰ τὸ ἢ ἐπ' αὐτοφυῶν ἢ χειροποιήτων λόφων ἱδρῦσθαι. Τοῦτο δὲ γίνεται μ' ἡμέρας· εἶτα κατ' ὀλίγον μειοῦται, ὥσπερ καὶ ηὐξήθη, ἑτέρας ἡμέρας κ'· ὥστε ἐν πάσαις ταῖς ξ' ἡμέραις τελέως ξηραίνεται τὸ πεδίον.

7. Ὅτι ἀπὸ τοῦ Δέλτα μῆκός εἰσι στάδιοι ,δ πρὸς νότον ἕως Συήνης, ἐπ' εὐθείας δι' ἑνὸς ῥείθρου τοῦ ποταμοῦ φερομένου, πλὴν εἴ πού τις νῆσός ἐστιν.

8. Ὅτι ἐκ τῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ ὄμβρων πληθύει ὁ Νεῖλος ποταμός.

9. Ὅτι Καμβύσης ὁ Πέρσης, κατασχὼν τὴν Αἴγυπτον, ἀνῆλθε μέχρι τῆς Μερόης ὑπ' αὐτοῦ κληθείσης πόλεως· ἐκεῖ γὰρ αὐτοῦ ἡ ἀδελφὴ Μερόη ἐτελεύτα, καὶ τιμῶν αὐτὴν ἔθετο τῇ πόλει Μερόην ὄνομα.

10. Ὅτι οἱ παλαιοὶ ἀπὸ Συήνης ἕως τῆς θαλάσσης μόνον ἐκάλουν Αἴγυπτον, τοῦτ' ἔστιν ὅσον ὁ Νεῖλος ποταμὸς ποτίζει μέρος καὶ μόνον.

11. Ὅτι ἀπὸ Πηλουσίου ἕως Κανώβου στόματος, τοῦτ' ἔστιν ἡ βάσις τοῦ Δέλτα, στάδιοί εἰσι ,ατ', ἀπὸ δὲ Κανώβου εἰς τὴν Φάρον ,ρν'.

CHRESTOMATHIÆ

EX STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO XVII.

1. Minor Cataractes est supra Syenen et Elephantinam urbes, quo loco Ægyptiorum et Æthiopum est terminus.

2. Æthiopes vitam insalubrem agunt, ob nimiam aëris intemperiem, quapropter pauperes etiam sunt; Ægyptii vero beatam vitam degunt.

3. Ægyptii in tres partes seipsos diviserunt. Nam alii sacerdotes sunt, in rebus divinis occupati; alii agricolæ, quæ ad pacem spectant exercentes; alii milites, belli negotia curantes.

4. Nilus semper ab austro ad septentrionem fluit usque ad magnum Delta; inde in multas partes dividitur ad mare usque, dextra quidem usque ad Pelusium, sinistra vero Canobum usque. Fit autem Ægyptus inferior insula triquetra, Deltaque vocatur; eodem nomine vocatur vertex hujus trianguli situsque in eo vicus. Insula ea tota fossis navigatur, tanta facilitate ut nonnulli testaceas scaphas habeant.

5. Delta, insulæ formam habens, ter mille stadiorum ambitu continetur.

6. In Nili incrementis tota insula undis obruitur, solis urbibus et vicis sese exserentibus, eo quod in collibus aut natura aut arte factis impositi sunt. Hoc fit per dies quadraginta; deinde paulatim decrescit, quemadmodum creverat, diebus viginti, adeo ut intra dies sexaginta campus prorsus denudetur.

7. Inde a Delta versus austrum 4000 stadia sunt usque ad Syenen, Nilo labente linea recta unoque alveo, nisi ubi insula occurrit.

8. Nilus imbribus Æthiopicis crescit.

9. Cambyses Persa, Ægypto occupata, usque ad Meroën progressus nomen urbi imposuit, Meroën sororem ibi mortuam hoc honore adficiens.

10. Antiqui a Syene tantum usque ad mare Ægyptum vocarunt, id est, quantam partem Nilus fluvius irrigat.

11. A Pelusio usque ad Canobicum os, quod basis est ipsius Delta, stadia sunt 1300; a Canobo autem usque ad Pharum 150.

Liber XVII. ιζ'] ις' cod. ‖ — 1. p. 786, *A*. πόλεων] sic Paris.; πόλις cod. Pal. ‖ — 2. p. 787, *AB*. ‖ — 3. p. 787, *C*. οἱ Αἰγύπτιοι cod. Paris. ‖ — 4. p. 788, *BCD*. πορθμεῖα] πορθμία cod. ‖ — 5. νησιάζουσα] νησίζουσα cod. Paris. ‖ — 6 et 7. p. 788, *D* 789, *A*. ‖ — 7. ἀπὸ τοῦ] πρὸ τοῦ cod. ‖ — 8. p. 789, *BC*. πληθύει] πληθῦνει cod. Paris. ‖ — 9. p. 790, *A*. ὅτι ὁ Καμβύσης cod. Paris. ‖ — 10. p. 790, *D*. ‖ —

12. Ὅτι ἡ πόλις Ἀλεξάνδρεια ἐν τῇ Μαρεώτιδί ἐστιν· ἧς τὰ μὲν βόρεια θαλάσσῃ, τὰ δὲ νότια τῇ Μαρείᾳ λίμνῃ περιέχεται. Πληροῦται δ' ἐκείνη ὑπὸ τῶν τοῦ Νείλου διωρύχων καὶ ἀναβάσεων.

12. Urbs Alexandria in Mareotide; cujus pars septentrionalis mari, australis vero Marea palude comprehenditur. Hic lacus Nili fossis et incrementis repletur.

13. Ὅτι τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου χρυσῆν πύελον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐσύλησε Πτολεμαῖος ὁ Κόκκης, ὁ καὶ Παρείσακτος ἐπικληθείς, ἐκ τῆς Συρίας ἐπελθών· καὶ εὐθὺς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς, ἀνόνητα τολμήσας. Ἡ δὲ πύελος μετὰ τοῦτο ὑελίνη γέγονεν.

13. Alexandri conditoris alveolum aureum in Alexandria rapuit Ptolemæus cognomento Cocces, qui idem et Subditicius appellabatur, e Syria eo profectus. Is cito excidit imperio, nihil ex ausis utilitatis percipiens. Alveolus deinde vitreus fuit.

14. Ὅτι ὁ ὄγδοος Πτολεμαῖος, ὁ Αὐλητὴς κληθείς, χοραυλεῖν ἤσκησε, σεμνυνόμενος ἐπ' αὐτῷ, ὡς καὶ ἀνταγωνίζεσθαι αὐληταῖς· ὃν οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐξέβαλον. Ὁ δὲ εἰς Ῥώμην ἐλθών, ἱκέτης γίνεται Πομπηίου καὶ ἔτυχε καθόδου εἰς τὴν βασιλείαν· καὶ μετ' ὀλίγον νόσῳ τελευτᾷ καὶ διαδέχεται αὐτὸν Διόνυσος ὁ υἱὸς, καὶ Κλεοπάτρα, ἡ θυγάτηρ τοῦ Αὐλητοῦ, φεύγει εἰς τὴν Συρίαν. Ὁ δὲ Πομπήιος, φυγὼν ἐκ Φαρσάλου, ἦκεν εἰς τὸ Πηλούσιον καὶ τὸ Κάσιον ὄρος καὶ δολοφονεῖται ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Διόνυσον. Ἐπελθὼν δὲ Καῖσαρ τόν τε Διόνυσον κτείνει καὶ τὴν Κλεοπάτραν καθίστησι βασίλισσαν Αἰγύπτου. Ἀντώνιος δὲ μετὰ τὴν ἐν Φιλίπποις μάχην, ἐλθὼν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἔγημε τὴν Κλεοπάτραν καὶ τὸν Ἀκτιακὸν πόλεμον σὺν αὐτῇ ἠγωνίσατο καὶ συνέφυγεν. Ὁ δ' Αὔγουστος ἐπελθὼν ἄμφω τε κατέλυσε καὶ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐποίησεν.

14. Ptolemæus octavus, cognomento Auletes, artem tibiis canendi exercuit, adeo ea glorians, ut non pigeret eum cum tibicinibus decertare. Hunc Alexandrini ejecerunt. Quare Romam profectus Pompejo supplex fuit, atque reditum est assecutus, nec multo post morbo e vita decessit. Successit ei Dionysius filius; Cleopatra vero Auletæ filia in Syriam fugit. Interea Pompejus magnus Pharsalo fugiens ad Casium montem ac Pelusium venit, ibique a Dionysii familiaribus dolo obtruncatus est. Superveniens autem Cæsar Dionysium interemit, et Cleopatram ab exsilio revocatam Ægypti reginam constituit. Post pugnam ad Philippos Antonius in Ægyptum profectus Cleopatram duxit, atque una cum ea bellum Actiacum gessit fugitque. Superveniente deinde Augusto ambo sunt eversi, et Ægyptus sub Romanorum imperium est redacta.

15. Ὅτι ὁ μὲν πρῶτος Καῖσαρ περὶ Φάρσαλον πόλιν ἐνίκα Πομπήιον, ὁ δὲ δεύτερος περὶ Φιλίππους ἐνίκα Βροῦτον καὶ Κάσσιον.

15. Primus Cæsar circa Pharsalum urbem Pompejum devicit, secundus autem juxta Philippos vicit Cassium et Brutum.

16. Ὅτι τὰ τοῦ Νείλου ζ' στόματα ταῦτά ἐστιν· Ἡρακλεωτικὸν, Βολβίτινον, Σεβεννυτικὸν, Φατνιτικὸν, Μενδήσιον, Τανιτικὸν, Πηλουσιακόν.

16. Septem Nili ostia hæc sunt: Heracleoticum, Bolbitinum, Sebennyticum, Phatniticum, Mendesium, Taniticum, Pelusiacum.

17. Ὅτι ἡ μεταξὺ Πηλουσίου πόλεως καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν ἐρημία σταδίων ἐστὶ ,α· πᾶσα δ' ἄνυδρος καὶ θηριώδης, ὀφιώδης ἐστίν.

17. Inter Pelusium urbem et recessum sinus, qui juxta Heroum urbem est, desertum est stadiorum mille, totum siccum, animalibus noxiis et serpentibus plenum.

18. Ὅτι ἐν Μωμέμφιδι τρέφεται θήλεια βοῦς ἱερὰ, καθάπερ ἐν Μέμφιδι ὁ Ἆπις, ἐν Ἡλιουπόλει δὲ ὁ Μνεῦις βοῦς.

18. Momemphide sacra vacca alitur, quemadmodum Memphide Apis, Heliopoli autem Mnevis bos.

19. Ὅτι περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δέλτα ἐστὶν ἥ τε Βούβαστος πόλις καὶ Μέμφις καὶ Ἡλιούπολις καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς διώρυχος τῆς βαλλούσης εἰς τὴν καθ' Ἡρώων πόλιν θάλασσαν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, πλάτος ἔχουσα πήχεις ρ', βάθος δὲ ὥστε σύμμετρον εἶναι μυριοφόρῳ νηί.

19. Circa initium ipsius Delta Bubastus urbs est et Memphis et Heliopolis et initium fossæ, quæ in mare sinus Arabici tendit, quod juxta Heroum urbem jacet. Latitudinem fossa habet cubitorum centum, profunditatem vero quanta prægrandi navi onerariæ satis sit.

20. Ὅτι αἱ πάλαι Αἰγύπτιαι Θῆβαι Διόσπολις νῦν μεγάλη καλεῖται.

20. Quæ olim Thebæ Ægyptiæ, nunc magna Diospolis vocatur.

21. Ὅτι Πλάτων ὁ μέγας σὺν Εὐδόξῳ τῷ μαθητῇ ἀπῆρεν εἰς τὴν Αἴγυπτον, κἀκεῖ διετέλεσαν ἔτη ιγ', γεωμετροῦντες καὶ ἀστρονομοῦντες καὶ ἁπλῶς φιλοσοφοῦντες περὶ τὰς Θήβας τὰς νῦν Διόσπολιν καλουμένας.

21. Magnus ille Plato cum Eudoxo discipulo in Ægyptum profectus est, in qua annos tredecim versati sunt, in geometria et astronomia atque omnino in philosophia sese exercentes circa Thebas quæ nunc Diospolis vocatur.

---

11. p. 791, *B.* ‖ — 12. p. 793, *A.* Μαρείᾳ] Μαρίᾳ cod. ‖ — 13. p. 794, *B.* ‖ — 14. p. 796. 797. Κάσιον] Κάσσιον cod. ‖ — 15. Κάσσιον] Κάσιον cod. ‖ — 16. p. 801, *ABC.* ‖ — 17. p. 803, *BC.* 805, *B.* πόλεως] πόλις cod. ‖ — 18. Μομέμφιδι cod. ‖ — 19. p. 805, *A.* ‖ — 20. p. 805, *B.* ‖ — 21. p. 806, *C.*

22. Ὅτι ὁ Ἆπις ὁ αὐτός ἐστι τῷ Ὀσίριδι, θεὸς νομιζόμενος.

23. Ὅτι δευτερεύει μετὰ Ἀλεξάνδρειαν ἡ Μέμφις πόλις· ἧς ἀπὸ μ′ σταδίων ὀρεινή τις [ὀφρύς] ἐστιν, ἐφ' ἧ πολλαὶ μέν εἰσι πυραμίδες, τάφοι τῶν βασιλέων, γ′ δ' ἀξιόλογοι. Τὰς δὲ δύο τούτων καὶ ἐν τοῖς ζ′ θεάμασι καταριθμοῦνται· εἰσὶ δὲ τὸ ὕψος σταδιαῖαι, τετράγωνοι τῷ σχήματι.

24. Ὅτι ἐκ πολλῶν τεκμηρίων ὑπολαμβάνουσιν οἱ παλαιοὶ τὴν κάτω Αἴγυπτον ἕως Σιρβωνίδος λίμνης καὶ Μοίριδος λίμνης καὶ Ἀμμωνιακῆς πᾶσαν πέλαγος εἶναι, τυχὸν δὲ καὶ τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ συνεχὲς, τυχὸν δὲ καὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ χωρίς.

25. Ὅτι καὶ ὁ θαυμαστὸς λαβύρινθος ἐν τῇ ἄνω ἐστὶν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν τῷ λαβυρίνθῳ πυραμὶς, ὁ τάφος Μαίνδου βασιλέως τοῦ καὶ τὸν λαβύρινθον κτίσαντος· ὁ Μαίνδης γὰρ αὐτὸν ἔκτισεν.

26. Ὅτι κατήρασε λέγει ὁ συγγραφεὺς ἀντὶ τοῦ κατέπιεν, ἐναντίως τῷ ἐξήρασεν.

27. Ὅτι ἐν Ἀρσινόῃ πόλει, ἣ πρότερον Κροκοδείλων πόλις ἐκαλεῖτο, χειροήθης ἱερὸς κροκόδειλος ἐτρέφετο. Ἐν δὲ Ἡρακλέους πόλει τιμᾶται ὁ ἰχνεύμων, ἐχθρὸς ὢν κροκοδείλοις τε καὶ ἀσπίσιν, ὧν τά τε ᾠὰ κατεσθίει ὁ ἰχνεύμων καὶ αὐτὰς τῷ πηλῷ θωρακισθεὶς διαφθείρει, εἰς τὸν ποταμὸν ἕλκων· τοῦ δὲ κροκοδείλου καθεύδοντος καὶ κεχηνότος, ὑπεισδὺς εἰς τὸ στόμα κατεσθίει τὰ σπλάγχνα.

28. Ὅτι ἐν Κυνοπόλει ὁ Ἄνουβις τιμᾶται, καὶ τοῖς κυσὶ τιμὴ καὶ σίτισις τέτακταί τις ἱερά.

29. Ὅτι ἐν Ὀξυρύγχῳ, πόλει καὶ νομῷ ὁμωνύμῳ, τιμᾶται ὁ ὀξύρυγχος ἐν ἱερῷ σηκῷ· καίτοι καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων κοινῇ τιμώντων τὸν ὀξύρυγχον. Τινὰ μὲν γὰρ τῶν ζώων ἅπαντες κοινῇ τιμῶσιν Αἰγύπτιοι, καθάπερ τῶν μὲν πεζῶν τρία, βοῦν, κύνα, αἴλουρον, τῶν δὲ πτηνῶν δύο, ἱέρακα καὶ ἶβιν, τῶν δὲ ἐνύδρων δύο, λεπιδωτὸν ἰχθὺν καὶ ὀξύρυγχον· ἄλλα δ' ἐστὶν, ἃ τιμῶσι καθ' αὑτοὺς ἕκαστοι, καθάπερ Σαΐται πρόβατον καὶ Θηβαῖται, λάτον δὲ, τῶν ἐν τῷ Νείλῳ τινὰ ἰχθὺν, Λατοπολῖται, λύκον δὲ Λυκοπολῖται, κυνοκέφαλον δὲ Ἑρμοπολῖται, κῆπον δὲ Βαβυλώνιοι οἱ κατὰ Μέμφιν (ἔστι δ' ὁ κῆπος τὸ μὲν πρόσωπον ἐοικὼς σατύρῳ, τἆλλα δὲ κυνὸς καὶ ἄρκτου μεταξὺ, γεννᾶται δ' ἐν Αἰθιοπίᾳ), ἀετὸν δὲ Θηβαῖοι, λέοντα δὲ Λεοντοπολῖται, αἶγα δὲ καὶ τράγον Μενδήσιοι, μυγαλῆν δὲ Ἀθριβῖται, ἄλλοι δ' ἄλλο τι.

30. Ὅτι Πτολεμαὶς πόλις μεγίστη ἐστὶ τῶν ἐν Θηβαΐδι καὶ οὐκ ἐλάττων Μέμφεως. Ὑπὲρ δὲ ταύτης ἡ Ἄβυδος πόλις, ἐν ᾗ τὸ Μεμνόνειον βασίλειον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον.

31. Ὅτι τοῖς ἀρχαίοις μᾶλλον ἦν ἐν τιμῇ καὶ ἡ

22. Apis qui pro deo habetur, idem est cum Osiride.

23. Memphis urbs secundum ab Alexandria locum habet. Ab hac supercilium quoddam montanum abest stadiis 50, in quo multæ sunt pyramides, regum sepulcra, ac tres insignes, e quibus duæ inter septem orbis spectacula censentur. Altitudinem habent stadii unius, figuram autem quadratam.

24. Ex multis signis existimarunt antiqui Ægyptum inferiorem usque ad Sirbonidem lacum et Mœridem et regionem Ammoniam pelagus exstitisse, fortasse sinui Arabico continuum, fortasse vero etiam non ita, sed disjunctum.

25. Admirandus ille labyrinthus in superiore Ægypto est, atque in ipso labyrintho pyramis, sepulcrum Maindæ regis, qui labyrinthum ædificavit, nam Maindes hunc condidit.

26. Κατήρασεν usurpat Geographus pro eo quod est absorpsit, contra quam ἐξήρασεν, id est, ex imo extulit.

27. In Arsinoe urbe, quæ prius Crocodilorum urbs vocabatur, mansuetus crocodilus alebatur. In Herculis prbe colitur ichneumon, qui crocodilo et aspidi inimicus est; nam eorum ova vorat ichneumon, atque aspides ipsas interimit, dum luto involutus in flumen protrahit; crocodilum vero, dum ore hiante dormit, furtim ingressus, arrosis visceribus interficit.

28. Cynopoli Anubis colitur, et canibus honos et sacer quidam cibus statutus est.

29. In Oxyryncho urbe et præfectura eodem nomine, oxyrynchus colitur in sacro septo; sed et ceteri Ægyptii omnes oxyrynchum piscem colunt. Nam quædam animalia sunt, quæ Ægyptii universi colunt, ut de terrestribus tria, bovem, canem et felem, ex volatilibus duo, accipitrem atque ibin, ex aquatilibus duo, lepidotum piscem et oxyrynchum. Alia vero sunt quæ quisque seorsum colit, ut Saitæ et Thebani ovem, latum vero (qui piscis quidam in Nilo est) Latopolitani, lupum Lycopolitani, cynocephalum Hermopolitani, cepum Babylonii qui sunt juxta Memphim (cepus faciem habet satyro similem, cetera canem atque ursum; nascitur in Æthiopia), aquilam Thebani, leonem Leontopolitani, caprum et hircum Mendesii, murem araneum Athribitæ, alii aliud.

30. Ptolemais urbs maxima est omnium, quæ sunt in Thebaide, et Memphi non minor. Supra hanc est Abydus, in qua Memnonis est regia mirabiliter constructa.

31. Apud priscos divinatio universa et oracula ma-

ιγ′] sic cod. Paris. et Strabo; γ′ cod. Pal.; καλουμένας] καλουμένην cod. ‖ — 22. p. 807, *B*. Ὀσίριδι] Ὀσειρίδι codex h. l. et n. 32. ‖ — 23. p. 807, *D*. 808, *A*. ‖ — 24. p. 809, *D*. ‖ — 25. p. 811, *AC*. ‖ — 26. p. 812, *A*. ‖ — 27. p. 812, *B* ‖ — 28. p. 812, *CD*. ‖ — 29. p. 812, *D*. πόλει] ποταμῷ cod. ‖ —

μαντικὴ καθόλου καὶ τὰ χρηστήρια· νυνὶ δ' ὀλιγωρία πολλὴ κατέχει, τῶν Ῥωμαίων ἀρχουμένων τοῖς Σιβύλλης χρησμοῖς καὶ τοῖς Τυρρηνικοῖς θεοπροπίοις διά τε σπλάγχνων καὶ ὀρνιθείας καὶ διοσημιῶν. Διόπερ καὶ τὸ ἐν Ἄμμωνι ἐκλέλοιπε χρηστήριον, πρότερον δ' ἐτετίμητο· ἔνθα καὶ Ἀλέξανδρος ἀνελθὼν ἐχρηστηριάζετο· καὶ [εἶναι] οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς καὶ Βραγχίδαις τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι καὶ συμβόλοις τὸ πλέον· ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ « ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι, » τοῦ προφήτου τὸν Δία ὑποκριναμένου. Τοῦτο μέντοι ῥητῶς εἰπεῖν τὸν προφήτην φασὶ πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι εἴη Διὸς υἱός.

32. Ὅτι ἐν τῇ Ἀβύδῳ πόλει τιμῶσι τὸν Ὄσιριν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν οὔτε ᾠδὸν οὔτε αὐλητὴν ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος.

33. Ὅτι ἐν Τεντύρᾳ πόλει διαφερόντως παρὰ τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους ὁ κροκόδειλος ἠτίμωται καὶ ἔχθιστος τῶν ἁπάντων θηρίων νενόμισται καὶ ὑπ' αὐτῶν φθείρεται.

34. Ὅτι, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ Κυρηναίᾳ Ψύλλοι Αἰθίοπες ἀντιπάθειαν ἔχουσι φυσικὴν πρὸς τὰ ἑρπετά, μηδὲν ὑπὸ ἰοβόλων πάσχοντες, οὕτως καὶ οἱ Τεντυρῖται οὐδὲν ὑπὸ κροκοδείλου πάσχουσιν, ἀλλὰ καὶ συγχολυμβῶσιν αὐτοῖς.

35. Ὅτι τῶν ἑκατονταπύλων Θηβῶν, ἡ νῦν Διόσπολις καλεῖται, π' σταδίων ἦν τὸ μῆκος· νῦν δὲ κωμηδὸν οἰκεῖται.

36. Ὅτι ἡ ἀστρονομία μάλιστα κατωρθώθη ὑπὸ Θηβαίων τῶν Αἰγυπτίων, ὧν αἰτιώτατος Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος.

37. Ὅτι αἱ παρθένοι ἱέρειαι παρ' Ἕλλησι Παλλάδες καλοῦνται.

38. Ὅτι ἐν πόλει Ἐλεφαντίνῃ κρήνη ἐστὶ, συμπάσχουσα ταῖς τοῦ Νείλου ποταμοῦ ἀναβάσεσι, συναυξομειουμένη αὐτῷ, ἐξ ἧς τεκμαίρονται τὴν εὐκαρπίαν τῆς χώρας ἢ ἀφορίαν· εἰ γὰρ πολὺς ὁ Νεῖλος ἐπέλθοι, εὐφορία γίνεται, εἰ δὲ ὀλίγος, σπάνις. Εἰσὶν οὖν ἐν τῷ τοῦ φρέατος τοίχῳ παραγραφαὶ τῆς εὐετηρίας ἢ τοῦ ἐναντίου.

39. Ὅτι ἐν Συήνῃ πόλει περὶ τὰς θερινὰς τροπὰς [κατὰ] μέσον ἡμέρας τὰ φρέατα ἄσκια φαίνεται, καὶ οἱ γνώμονες ὡσαύτως.

40. Ὅτι ὑπὲρ τὴν Ἐλεφαντίνην πόλιν ἐστὶν ὁ Καταράκτης.

41. Ὅτι ἐν τοῖς κατὰ Στράβωνα χρόνοις Κανδάκη τις, ἀνδρικὴ γυνὴ Αἰθιόπισσα, ἦρξε τῶν ὑπὲρ Αἴγυπτον Αἰθιόπων· ἦν δὲ πεπηρωμένη τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν. Τὸ δὲ βασίλειον τῆς Κανδάκης ἦν τὰ Νάπατα, πόλις μεγάλη.

42. Ὅτι Κανδάκη πολλαῖς μυριάσιν Αἰθιόπων πρὸς Πετρώνιον, Ῥωμαῖον Αἰγύπτου ἄρχοντα, διεπολέμη-

jore erant in honore; nunc eorum maxima negligentia est; nam Romanis Sibyllæ responsa satisfaciunt, et Etrusca divinatio per exta, per auguria et servationes de cœlo. Quapropter Ammonis oraculum fere desertum est, quod prius in honore maximo habebatur; ad quod etiam Alexander profectus est, responsum petiturus. Responsa ibi dari ajunt non verbis, sicut Delphis et apud Branchidas, sed magna ex parte nutu et signis; quemadmodum apud Homerum: « Dixit cæruleisque superciliis etc., » vate nimirum Jovem imitante. Ajunt autem expresse regi vatem dixisse, quod Jovis filius esset.

32. In Abydo urbe Osirim colunt. In Osiridis autem templo non licet nec cantori nec tibicini sacrificium auspicari, quemadmodum diis aliis mos est.

33. In Tentyra urbe præter morem ceterorum Ægyptiorum crocodilus dedecoratur, et ex omnibus belluis inimicissimus habetur, atque ab ipsis interimitur.

34. Quemadmodum Psylli in Cyrenaica regione naturalem quandam vim habent contra serpentes, ut nihil mali a venenatis bestiis patiantur : sic et Tentyritæ contra crocodilos, ut nihil ab eis damni accipiant, sed una cum illis urinentur.

35. Thebarum centum portas habentium, quæ nunc Diospolis vocatur, longitudo olim fuit stadiorum 80; nunc in modum vici habitatur.

36. Astronomia a Thebanis Ægypti diligentissime exculta est; auctor eis tantæ diligentiæ fuit Mercurius Trismegistus.

37. Virgines quæ sacris operantur apud Græcos Pallades dicantur.

38. In Elephantina urbe fons est easdem affectiones cum Nilo habens, atque una incrementum decrementumque suscipiens; ex quo majorem aut minorem fertilitatem præsagiunt; nam si Nilus multum increscit, copiosa fit annona; sin parum augetur, exigua. Sunt itaque in putei pariete notæ, quibus annonæ copia aut tenuitas deprehenditur.

39. In Syene urbe solstitii æstivi tempore per meridiem putei nullam umbram habent, et similiter gnomones.

40. Supra Elephantinam urbem minor Cataractes est.

41. Strabonis tempore Candace quædam virilis mulier Æthiopissa imperavit Æthiopibus, qui supra Ægyptum sunt. Hæc altero oculo capta erat. Ipsius regia erat Napata urbs magna.

42. Candace multis myriadibus Æthiopum contra Petronium Romanum Ægypti prætorem bellum ges-

30. p. 813. *BCD.* 184, *B.* ‖ — 31. p. 814, *B.* ‖ — 32-34. p. 814, *CD.* ‖ — 35. p. 815, *D.* ‖ — 36. p. 816, *CD.* ‖ — 37. p. 816 *D.* ‖ — 38-40. p. 817. ‖ — 41 et 42. p. 820, *CD.* ‖ — 43 et 44. p. 821, *CD.* ὁ ταύτῃ

σεν. Ἦρχε δὲ τῶν τόπων ἐκείνων, ἔνθα ὁ Καμβύσου στρατὸς κατεχώσθη ὑπὸ τῆς ἄμμου καὶ τοῦ νότου πνεύσαντος βιαίως.

43. Ὅτι τὰ τῶν Αἰθιόπων πρόβατα καὶ αἶγες καὶ βόες καὶ κύνες μικρὰ παντελῶς εἰσι. Τάχα δ' ἐκ τούτου καὶ τοὺς Πυγμαίους τινὲς ἐμυθολόγησαν· οὐ γάρ ἐστιν ἀληθὲς τὸ τῶν Πυγμαίων.

44. Ὅτι Αἰθίοπες σέβονται τοὺς βασιλέας ὡς θεούς· καί εἰσι κατάκλειστοι καὶ οἰκουροί. Μέγιστον δ' αὐτοῖς βασίλειον ἡ Μερόη πόλις, ὁμώνυμος τῇ νήσῳ, οὔσῃ τὸ μῆκος σταδίων ,γ, τὸ δ' εὖρος ,α· ἔχει δὲ πόλεις συχνὰς καὶ ὄρη καὶ δάση καὶ μέταλλα παντοῖα. Περιέχεται δ' ἀπὸ μὲν τῆς Λιβύης ὁ ταύτῃ Νεῖλος θισὶ μεγάλαις, ἀπὸ δὲ τῆς Ἀραβίας χρημνοῖς συνεχέσιν· ἐκ δὲ νότου ἄνωθεν ταῖς συμβολαῖς τῶν ποταμῶν, τοῦ τε Ἀσταβάρα καὶ τοῦ Ἀστάπoδος καὶ τοῦ Ἀστασόβα· πρὸς ἄρκτον δὲ ἡ τοῦ Νείλου ὀχή.

45. Ὅτι Αἰθίοπες καὶ τὰς γυναῖκας ὁπλίζουσιν, ὧν αἱ πλείους κεκρίκωνται τὸ χεῖλος τοῦ στόματος χαλκῷ κρίκῳ. Κωδιοφόροι δ' εἰσὶν, ἐρέαν τῶν προβάτων οὐ φερόντων, ἀλλ' αἰγοτριχούντων· οἱ δὲ τελέως γυμνῆτές εἰσι, περιεζωσμένοι.

46. Ὅτι Αἰθίοπες νομίζουσι θεὸν εἶναι, τὸν μὲν ἀθάνατον, τὸν δὲ θνητόν· τούτων δὲ τὸν μὲν αἴτιον τῶν πάντων, τὸν δὲ θνητὸν ἀνώνυμόν τινα καὶ οὐ σαφῆ. Τοὺς δ' εὐεργέτας καὶ βασιλεῖς θεοὺς νομίζουσι, καὶ τούτων τοὺς μὲν βασιλεῖς κοινοὺς, τοὺς δὲ ἰδιώτας ἰδίως τοῖς εὖ παθοῦσιν ὑπ' αὐτῶν. Πρὸς δὲ τῇ διακεκαυμένῃ τινὲς καὶ ἄθεοί εἰσιν· οὓς γε καὶ τὸν ἥλιόν φασι βλασφημοῦντας κακῶς λέγειν, ἐπειδὰν ἀνίσχοντα ἴδοιεν, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς. Οἱ δ' ἐν Μερόῃ καὶ Ἡρακλέα καὶ Πᾶνα καὶ Ἶσιν σέβονται, πρὸς ἄλλῳ τινὶ βαρβαρικῷ θεῷ· καὶ βασιλέας καθιστᾶσι τοὺς κάλλει διαφέροντας ἢ ἀρετῇ κτηνοτροφίας ἢ ἀνδρείας ἢ πλούτου.

47. Ὅτι Αἰθίοπες ἔθος ἔχουσι τοιοῦτον· ὃς ἂν βασιλεὺς πηρωθῇ μέρος τι τοῦ σώματος ὁπωσοῦν, τὸ αὐτὸ πάσχουσιν οἱ συνόντες αὐτῷ μάλιστα, οἱ δ' αὐτοὶ καὶ συναποθνήσκουσιν· ἐκ δὲ τούτου φυλακὴ πλείστη τοῦ βασιλέως ἐστὶ παρ' αὐτῶν.

48. Ὅτι ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ ἰχθύων γένη [πολλὰ μὲν] καὶ ἄλλα, γνωριμώτατοι δὲ ὅ τε ὀξύρυγχος καὶ ὁ λεπιδωτὸς καὶ λάτος καὶ ἀλάβης καὶ κορακῖνος καὶ χοῖρος καὶ φαγρώριος, ὃν καὶ φάγρον καλοῦσιν, σίλουρος, κίθαρος, θρίσσα, κεστρεὺς, ὀστρακίων δὲ λύχνος, φῦσα, βοῦς, κοχλίαι μεγάλοι φωνὴν ὀλολυγόσιν ὁμοίαν φθεγγόμενοι. Τὰ δ' ἐπιχώρια ζῷα ἰχνεύμων, ἀσπὶς, ἡ μὲν σπιθαμιαία, ἥπερ καὶ ὀξυθανατωτέρα, ἡ δὲ ὀργυιαία· ὄρνεα δὲ ἶβις, ἱέραξ ὁ Αἰγύπτιος (ἥμερος γὰρ

sit. Imperavit locis in quibus Cambysis exercitus ingruente austro arena obrutus fuit.

43. Æthiopum oves et capræ et boves ac canes parvi admodum sunt. Forte ex hac occasione initium acceperunt de Pygmæis fabulæ; nam quæ de iis dicuntur vera non sunt.

44. Æthiopes reges colunt ut deos. Reges clausi domi sedent. Regni caput est Meroe civitas eodem nomine quo insula. Hujus insulæ longitudo est stadiorum 3000, latitudo 1000; urbes habet frequentes et montes et nemora atque omnis generis metalla. Ambitur insula versus Libyam magnis arenæ cumulis, versus Arabiam vero continuis præcipitiis; ab austro sursum versus fluminum concursu, Astaboræ, Astapodis et Astasobæ; a septentrione est Nili decursus.

45. Æthiopes etiam mulieres armant, quarum pleræque oris labium æneo circulo trajectum habent. Sunt autem pelliti; nam oves eorum lanam non ferunt, sed caprarum in morem hirtæ sunt. Nonnulli nudi incedunt, brevibus pellibus incincti.

46. Æthiopes putant deum alterum immortalem, alterum mortalem esse; immortalem rerum omnium causam, mortalem vero nomine carere et cognitu difficilem esse. Plerumque autem eos quoque a quibus beneficium acceperint, et reges pro diis habent; et reges quidem tanquam communes omnium, ceteros vero tanquam privatos deos eorum quibus illi benefecerunt. Ex iis qui ad torridam zonam habitant, nonnulli sunt qui deos non colunt; quos etiam Soli dicunt infensos esse, ac illum, quum exoriri vident, detestari propterea quod eos urat et infestet. Meroitæ autem Herculem, Panem et Isim colunt, ac præterea quendam deum barbaricum. Reges constituunt eos, qui vel forma vel alendorum pecorum virtute vel robore vel opibus excellant.

47. Æthiopum mos est, ut, ubi rex aliqua parte corporis mutilatur, familiares idem patiantur et cum eo etiam moriantur; idcirco maxima ab his regi custodia adhibetur.

48. In Nilo flumine piscium genera multa sunt ac diversa; notissimi vero sunt oxyrynchus et lepidotus et latus et alabes et coracinus et porcus et phagrorius, quem etiam phagrum vocant, item silurus et citharus et thrissa et mugil; ex ostraceis vero lychnus, physa, bos, item cochleæ ingentes quæ vocem edunt ut ululæ. Animalia sibi propria Ægyptus ichneumonem et aspidem tum dodrantalem, quæ celerius interficit, tum aliam ulnæ fere longitudine; ex avibus vero ibin et accipitrem Ægyptium (qui mansuetior est iis qui alibi sunt, quemadmodum et felis) et corvum

---

Νεῖλος] ταύτῃ ὁ Νεῖλος cod. Paris. Debebat: ἡ νῆσος τῷ ταύτῃ Νείλῳ καὶ θισὶ etc. ‖ — 45. p. 822, *BCD*. ‖ — 46. p. 822, *D*. τοὺς εὐεργετάς] ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς εὐεργέτας Strabo; αὐτοῖς] αὐτοὺς cod.; ἀνδρείας ἢ πλούτου] ἀνδρείᾳ ἢ πλούτῳ Strabo. ‖ — 47. p. 823, *ABC*. ‖ — 48. p. 823, *D*. θρίσσα] θρῆσσα codex h. l. et n. 49; δὲ λύχνος] δίλυχνος cod. « Ceterum legendus hic locus ita: κεστρεὺς, φῦσα, βοῦς· ὀστρακίων δὲ κοχλίαι κτλ. Vid.

παρὰ τοὺς ἄλλοθι, ὡς καὶ ἡ αἴλουρος), νυκτικόραξ ἰδιότροπος ἐνθάδε· παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ἀετοῦ μέγεθος, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ κολοιοῦ ἔχει.

49. Ὅτι ἡ ἶβις ἡμερώτατον ὄρνεόν ἐστι, πελαργώδης κατὰ τὸ σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος, ὅλη μέλαινα. Μεστὴ δ' αὐτῶν ἅπασα τρίοδος, χρησίμως μὲν, ὅτι πᾶν θηρίον ἐκλέγει καὶ τὰ καθάρματα πάντα, δυσχρήστως δὲ, ὅτι παμφάγον καὶ ἀκάθαρτον καὶ δυσκόλως ἀπειργόμενον ἀπὸ τῶν καθαρίων καὶ τῶν ἀλλοτρίων παντὸς μολυσμοῦ. Ἀπὸ δὲ τῆς θαλάσσης εἰς τὸν Νεῖλον ἀνέρχεται κεστρεὺς, θρίσσα, δελφίς· τὰ δ' ἄλλα διὰ τὸν ἐκ τῶν κροκοδείλων φόβον οὐκ ἀνέρχεται, ἀλλ' ὁ μὲν δελφὶς, ὡς κρείσσων τῶν κροκοδείλων, ὁ δὲ κεστρεὺς, ὅτι παραπέμπεται ὑπὸ τῶν χοίρων παρὰ γῆν κατά τινα οἰκείωσιν· τῶν δὲ χοίρων ἀπέχονται οἱ κροκόδειλοι· στρογγύλοι γάρ εἰσι καὶ ἔχουσιν ἀκάνθας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φερούσας κίνδυνον.

50. Ὅτι κατὰ Στράβωνα τὸ τῆς Λιβύης σχῆμα τρίγωνόν ἐστιν ὀρθογώνιον· οὗ ἡ μὲν μία τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν ὁ Νεῖλος ποταμός ἐστιν, ἡ δ' ἑτέρα ἡ καθ' ἡμᾶς παραλία ἀπὸ Πηλουσίου μέχρι Γαδείρων, ἡ δ' ὑποτείνουσα τὴν ὀρθὴν ἡ ἀπὸ Γαδείρων παρωκεανῖτις ἄχρι τῶν τοῦ Νείλου πηγῶν. Ταῦτα δὲ Πτολεμαῖος ἤλεγξε ψευδῆ ὄντα.

51. Ὅτι τὸ ἐν Μαυρητανίᾳ ὄρος, τὸν Ἄτλαντα ἑλληνιστὶ καλούμενον, οἱ βάρβαροι Δύριν καλοῦσιν.

52. Ὅτι τὸ βορειότατον καὶ δυσμικώτατον ἄκρον τῆς Λιβύης Κώτεις καλεῖται· ἀντίκειται δὲ τοῖς Γαδείροις.

53. Ὅτι ἡ Μαυρητανία ἑκατέρα εὐφορωτάτη ἐστὶ καὶ σὺν εὐδαιμονίᾳ οἰκεῖται· καὶ οἱ ποταμοὶ αὐτῆς κροκοδείλους φέρουσιν. Ἔν τινι δὲ ποταμῷ γεννῶνται βδέλλαι ἑπταπήχεις, κατατετρημένα ἔχουσαι τὰ βρόγχια, δι' ὧν ἀναπνέουσι, καὶ ἄμπελοι φύονται ἐκεῖσε, δυσὶν ἀνδράσι τὸ πάχος δυσπερίληπτοι, βότρυς πηχυαίους πως ἀποδιδοῦσαι.

54. Ὅτι ἐν Λιβύῃ καὶ Ἰνδίᾳ γίνεται κάλαμος, ὥστε τὸ ἓν γόνυ χωρεῖ μηδίμνους η', καὶ ἄλλαι βοτάναι.

55. Ὅτι οἱ Μαυρούσιοι ἐπιμελοῦνται μάλιστα κόσμου τριχῶν καὶ ὀνυχισμῶν καὶ ποδῶνων καὶ τῶν τοιούτων.

56. Ὅτι οἱ Λίβυες δέρμασιν ὄφεων καὶ ἰχθύων ἀμπεχόναις καὶ στρώμασι χρῶνται.

57. Ὅτι ἐν Λιβύῃ, ὥσπερ ἐν Αἰθιοπίᾳ, τοῦ θέρους ὕει πολλὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ξηρασία ἐστίν.

58. Ὅτι οἱ ἐν Λιβύῃ Λωτοφάγοι οὐ δέονται ποτοῦ· ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς λωτὸς καὶ πρὸς πόσιν καὶ πρὸς βρῶσιν.

59. Ὅτι ἐν τοῖς τῆς Λιβύης μεσογαίοις εὑρίσκεται

nocturnum illis locis peculiarem; nam apud nos aquilæ magnitudine est, in Ægypto vero magnitudinem habet graculi.

49. Ibis avis est mitissima, magnitudine et figura ciconiæ persimilis, tota nigra. Nullum non trivium eis plenum est; partim utiliter quidem, quatenus omnes serpentes et macelli sordes colligit, partim vero inutiliter, quia omnivora et immunda est, nec facile ab iis quæ munda sunt nec ullam contaminationem patiuntur, arceri potest. E mari in Nilum adscendunt mugil, thrissa et delphinus; cetera ob crocodilorum metum non adscendunt; at delphinus quia crocodilo potentior est, mugil vero, quia ob naturalem quandam convenientiam a porcis secus terram deducitur; crocodili autem a porcis abstinent, quia quum rotundi sint, et spinas ad caput habeant, periculum ipsis creant.

50. Ex Strabonis sententia Libyæ figura est rectangula triquetra; cujus alterum latus, rectum angulum continens, Nilus fluvius efficit, alterum vero ora maritima nobis obversa a Pelusio usque ad Gades, latus vero recto angulo subtensum regio tota est quæ secus Oceanum jacet, a Gadibus usque ad Nili fontes. Ceterum Ptolemæus hæc tamquam falsa reprehendit.

51. Montem Mauritaniæ, quem Græci Atlantem vocant, barbari Dyrin appellant.

52. Septentrionale maxime et occiduum Africæ promontorium Cotes appellatur. Id Gadibus opponitur.

53. Utraque Mauritania fertilissima est ac magna cum felicitate incolitur. Fluvii ejus crocodilos habent. In quodam fluvio hirudines generantur septem cubitorum longitudine, branchias, quarum opera respirant, perforatas habentes. Et vites illic nascuntur, quarum crassitudinem vix duo homines complecti queant, racemos habentes cubitales.

54. In Africa et India calamus nascitur, cujus genu quodlibet octonos modios capit; item herbæ aliæ miræ magnitudinis.

55. Maurusii maximam curam habent ornatus comæ et barbæ et unguium et ceterorum ejusmodi.

56. Afri serpentium et piscium pellibus pro indumentis et stragulis utuntur.

57. In Africa, quemadmodum in Æthiopia, æstate multum pluit, hieme vero siccitas viget.

58. Lotophagi Africæ potu non indigent; lotus iis et cibi et potus vicem præbet.

59. In mediterranea regione Africæ inveniuntur

Strabo p. 823. » KRAMER.; ἡ μὲν σπι0.] ἥ τε σπ. cod.; αἴλουρος] ἔλουρος cod. — || 49. p. 823, *D.* 824, *ABC.* || — 50. p. 825, *AB.* || — 51. p. 825, *D.* || — 52. Κώτεις] Κώτης cod. || — 53. p. 826, *CD.* || — 54. p. 827, *C.* χωρει] Χώρειν cod. Paris. || — 55-57. p. 828. || — 58. p. 829, *AB.* || — 59. p. 830, *D.* 831, *AB.* || — 61.

ὀστράκια καὶ χηραμύδες καὶ τοιαῦτα, ὡς καὶ ἐν Ἄμμωνος.

60. Ὅτι ἔν τισι τόποις τῆς Λιβύης δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ σῖτον καρποῦνται. Ἔστι δὲ τὸ μῆκος τῆς καλάμης ε′ πηχέων, πάχος δὲ τοῦ μικροῦ δακτύλου, ὁ δὲ καρπὸς διακοσιοτεσσαρακοντάχους ἀποδίδοται. Τοῦ δ' ἔαρος οὐδὲ σπείρουσιν, ἀλλὰ παλιούροις συνδεδεμέναις ἐπικαταψήσαντες τὴν χώραν τῷ ἐκπεσόντι κατὰ τὸν θερισμὸν στάχυι ἄρχοῦνται. Διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν θηρίων κνημῖδας φοροῦντες ἐργάζονται· καθεύδοντες δὲ περιχρίουσι τοὺς κλινόποδας σκορόδοις τῶν σκορπίων χάριν καὶ παλιούροις περιδοῦσιν.

61. Ὅτι ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Μαυρητανίας ἦν πόλις Ἰὼλ ὄνομα, ἣν ἐπικτίσας Ἰόβας, ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατήρ, μετωνόμασε Καισάρειαν· ἔχει δὲ καὶ λιμένα.

62. Ὅτι Καρχηδόνιοι μεγίστην εἶχον δύναμιν· ὅτε γὰρ ἤρξαντο πολεμεῖν Ῥωμαίοις, πόλεις μὲν εἶχον τ' ἐν Λιβύῃ, ἀνθρώπων δ' ἐν τῇ πόλει μυριάδας ο′· πολιορκούμενοι δὲ καὶ ἀναγκασθέντες τραπέσθαι πρὸς ἔνδοσιν, πανοπλιῶν μὲν ἔδοσαν μυριάδας κ′, καταπελτικὰ δὲ ὄργανα ,γ, ὡς οὐ πολεμηθησόμενοι. Κριθέντος δὲ πάλιν τοῦ ἀναπολεμεῖν, ἐξαίφνης ὁπλοποιΐαν συνεστήσαντο, καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἀνεφέροντο θυρεοὶ μὲν ρμ′ πεπηγότες, μάχαιραι δὲ τ' καὶ λόγχαι φ′, βέλη δὲ ,α καταπελτικά· τρίχα δὲ τοῖς καταπέλταις αἱ θεράπαιναι παρεῖχον.

63. Ὅτι πρὸ τῆς μικρᾶς Σύρτεως νῆσός ἐστι Μῆνιγξ, ἣν καί φασιν εἶναι τὴν παρ' Ὁμήρῳ τῶν Λωτοφάγων χώραν· ἔχει γὰρ πολὺ τὸ φυτὸν ἐκείνη.

64. Ὅτι ἡ πρὶν Βάρκη νῦν Πτολεμαὶς πόλις καλεῖται.

65. Ὅτι τὸν Κυρηναϊκὸν ὀπὸν τὸ σίλφιον ἐκφέρει.

66. Ὅτι Κυρηναῖοι σοφοὶ ἐγένοντο Ἀρίστιππος ὁ Σωκρατικὸς καὶ τούτου θυγάτηρ Ἀρήτη καὶ ταύτης υἱὸς Ἀρίστιππος ὁ μητροδίδακτος καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης καὶ Καρνεάδης ὁ Ἀκαδημαϊκὸς καὶ Ἀπολλώνιος.

67. Ὅτι ἡ Κυρηναϊκὴ χώρα πᾶσα ἀντιπαρήκει τῇ Κρήτῃ νήσῳ κατὰ μῆκος παράλληλος.

Στράβωνος γεωγραφικῆς χρηστομαθείας βίβλοι ιζ′.

ostreæ et cheramydes et id genus alia, quemadmodum juxta Ammonem.

60. In nonnullis Africæ locis bis messem faciunt. Culmus est longitudine quinque cubitorum, crassitudine digiti parvi; fructum fert ducentocuplum et quadragintacuplum. Vere non serunt, sed terram colligatis paliuris converrentes ac sarrientes, semine e spicis in messe delapso contenti sunt. Operarii propter serpentium multitudinem ocreas gerunt; dormituri vero lecti pedes allio illinunt, scorpionum gratia, et paliuris circumligant.

61. In ora Mauritaniæ maritima urbs fuit Iol nomine, quam Juba, Ptolemæi pater, muniens Cæsaream vocavit. Hæc portum habet.

62. Carthaginienses magnam potentiam habuerunt; nam, quum adversus Romanos bellum suscepissent, urbes in Africa habebant 300, in urbe vero hominum millia 700. Obsessi et in deditionem coacti armaturæ gravis tradiderunt millia 200; catapelticorum instrumentorum tria millia, tanquam non amplius bellaturi. Inde quum rursum bellum gerere decrevissent, subito arma fabricari cœperunt, et singulis diebus 140 clypei confecti in armamentarium referebantur, et gladii trecenti et lanceæ quingentæ et mille tela catapeltica. Ad funes catapeltis faciundos ancillæ capillitium præbebant.

63. Ante Syrtem minorem Meninx est insula. Hanc ajunt Lotophagorum Homeri regionem esse; nam loto abundat.

64. Urbs quæ olim Barce, nunc Ptolemais vocatur.

65. Silphium succum Cyrenaicum fert.

66. E Cyrene fuerunt sapientes viri, Aristippus Socraticus et hujus filia Arete, item Aristippus a matre edoctus et Callimachus et Eratosthenes et Carneades Academicus et Apollonius.

67. Cyrenaïca regio tota Cretæ insulæ juxta longitudinem æqualiter prætenditur.

Strabonis Geographicæ Chrestomathiæ libri septendecim.

Ἰὼλ] Ἰόλα cod. ‖ — 62. p. 833, *A*. μὲν post πόλεις addidit Kramerus e codice Parisino. καταπελτικὰ] καιπελτικα cod. ‖ — 63. p. 834, *D*. ‖ — 64. p. 837, *A*. ‖ — 65 et 66, p. 837 *D*. 838 *A*. ‖ — 67. p. 838, *C*.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ
ΚΑΙ ΟΡΩΝ ΕΠΩΝΥΜΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ
ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΩΝ.

I. ΥΔΑΣΠΗΣ.

1. Χρυσίππη διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ γεννήσαντος Ὑδάσπου καὶ μὴ στέγουσα τοὺς παρὰ φύσιν ἔρωτας, νυκτὸς βαθείας τῷ προειρημένῳ συνῆλθε, τῆς τροφοῦ συνεργούσης. Κατηχηθεὶς δὲ

PLUTARCHI
LIBELLUS DE FLUVIORUM
ET MONTIUM NOMINIBUS ET DE IIS
QUÆ IN ILLIS INVENIUNTUR.

I. HYDASPES.

1. Quum Chrysippe, Veneris ob iram, in parentis Hydaspis desiderium incidisset, et amorem quo præter naturam tenebatur, nequiret cohibere, profunda nocte, nutrice adjuvante, convenit. Rex vero, iis quæ

Libellum nostrum unus exhibet codex Heidelbergensis 398, fol. 157-173, in quo proxime antecedit Chrestomathia Straboniana, subsequitur vero Parthenii liber Περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων. Editiones ita notabo ut *G* sit Geleniana, *M* Maussaciana, *H* Hudsoniana, *W* Wyttenbachiana, *R* editio Rudolphi Hercheri, *D* Dübneri.

I, § 1. Juxta titulum alia manus in margine adscripsit: Ψευδεπίγραφον τοῦτο· πόρρω γὰρ τῆς Πλουτάρχου μεγαλοφυίας ἥ τε διάνοια καὶ ἡ φράσις· εἰ μή τις ἕτερος εἴη Πλούταρχος. ‖ — Quæ leguntur § 1 — 3, habes etiam in scholiis Dionysii Periegetæ. Vid. supra p. 456. Quum ceteræ de fluviis narrationes eodem constanter modo introducantur, Hercherus, ne semel quidem auctorem ab hoc instituto recessisse opinatus, hujus quoque capitis initium ad ceterorum similitudinem tale fere effingendum esse conjecit: Ὑδάσπης ποταμός ἐστι τῆς Ἰνδίας νεανικῶς καταφερόμενος εἰς τὴν Σαρωνιτικὴν Σύρτιν. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἰνδός· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Χρυσίππη κτλ., deletis quæ in fine hujus segminis leguntur verbis: Ἔστι δὲ τῆς Ἰνδίας etc. Probavit hæc Dübnero. Cum Nostris conferatur ejusdem auctoris narratio similis iisdemque fere verbis incipiens in Parall. Min. c. 22: Σμύρνα διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης ἠράσθη τοῦ γεννήσαντος etc. ‖ — συνεργούσης] συνελθούσης codex et schol.; em. Hemsterhusius Observ. Misc. vol. 4, p. 284. ‖ — κατηχηθεὶς] οὐκ εὐτυχήσας cod.; em. Wyttenbach., coll. 7, 2. 8, 1. 17, 1. 21, 4. 23, 1. In schol. est ἀθυμήσας. Fort. auctor scripsit: κατηχηθεὶς π. τ. σ. καὶ ἀθυμήσας, sicuti legitur 17, 1 et 23, 2. ‖ — νεανικῶς om. schol. Infra, c. 25, de Indo eodem sensu legitur: ῥοίζῳ μεγάλῳ καταφερόμενος. ‖ — εἰς τὴν Σαρωνικὴν Σύρτιν] Σαρωνιτικὴν codex; εἰς τὸν Σαρωνικὴν Ἀρότην schol. Postremo verbo subesse mentionem fluvii qui Hyarotis vel Hydraotes vocatur, in notis ad schol. conjeci. Vulgo quidem Hydaspes in Acesinem, Acesines in Indum influere dicitur; nonnulli tamen de his aliter statuebant; nam secundum Dionysium Per. 1139 Acesines Hydaspen ingreditur; secundum Ptolemæum fluvius Pentapotamiæ qui ceteros excipit nomenque suum usque ad Indum conservat, Zadadrus vel Saradrus (Sydros ap. Plin. 6, 20, 63) est. Itaque Nostrum quoque aliam quandam de his sententiam secutum esse credere liceret, adeo ut εἰς τὸν Σάδρον (Σαραδρὸν?) τε καὶ Ὑαρώτην vel simile quid reponendum esset. Sed vereor ne sic præter mentem auctoris res ad verum pertrahatur. Inter ceteros enim libelli hujus fluvios ne unus quidem memoratur qui in alium se exoneret. Fuisse autem qui Hydaspen nomen suum ad mare usque servare dixerint, liquet e Pseudo-Æthici Cosmographia quadripartita (p. 709 ed. Gronov.), ubi hæc: *Fluvius Hydaspes nascitur in campis Indorum tribus crinibus. Hic se cominus adunans unus efficitur et inundans omnem regionem Indorum currit millia DCCCXIV, et immergit se Oceano orientali.* Quodsi eadem erat Nostri sententia, τὴν Σαρωνικὴν Σύρτιν intelligerem sinum illum qui orientale Indi ostium excipit; is enim quum mare perbreve habeat nec navigari possit nisi statis anni temporibus, Σύρτις appellari poterat percommode. Nunc vocatur *Run* vel *Rin*, in Periplo Maris Erythræi (v. tom. I, p. 288) τὸ Εἴρινον audit; unde proclivis est conjectura in Σαρωνικὴν latere Εἰρινικὴν vel fort. Εἰρωνικήν. At ne hoc quidem pro certo venditaverim. Videlicet istud de Hydaspe Indico in mare exeunte figmentum ex eo ortum est quod Indiæ Hydaspes cum alio Arianæ fluvio, quem nonnulli Hydaspen vocarunt, conflatus est. In Ariana enim quam Eratosthenes et Strabo vocant regione et Hydaspen et Hypanim commemorat Geogr. Rav. 2, 11, ex quibus Hypanis aperte is est fluvius qui in Plinii (6 § 98) codicibus nostris *Hytanis* vel *Hyctanis* exaratur, dum apud Martianum Cap. 6, 699 ex eodem Plinio *Hypanis* scribitur. Quod alterum fluvium attinet, Virgilius in Georgicis 4, 211 laudat *Medum Hydaspen*, in quo explicando interpretes desudarunt. Præterea Æthicus Ister (p. 313 ed. d'Avezac) de regionibus inter Indum et Tigrim sitis dicit: *fluminibus magnis irrigantur Hydaspe et Arbi et aliis quam plurimis.* Denique Pseudo-Æthicus in Cosmographia tripartita p. 724 de eadem regione ita habet: *In medio autem sui habet flumina principalia Hydraspem* (sic) *et Carbin; in his* (sc. regionibus) *habitant gentes XXXII; sed generaliter Parthia dicitur*

περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ βασιλεὺς τὴν μὲν ἐνεδρεύσασαν αὐτὸν γραῦν ζῶσαν κατέχωσεν· τὴν δὲ θυγατέρα σταυρώσας διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἰνδὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ὑδάσπης μετωνομάσθη· ἔστι δὲ τῆς Ἰνδίας νεανικῶς καταφερόμενος εἰς τὴν Σαρωνικὴν Σύρτιν.

2. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος λύχνις καλούμενος. Ἐλαιώδης δέ ἐστιν τῇ χρόᾳ καὶ ζεστὸς πάνυ· σελήνης δὲ αὐξομένης εὑρίσκεται πρὸς μελῳδίαν αὐλῶν· χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ ἐν ἐξοχῇ τυγχάνοντες.

3. Εὑρίσκεται δὲ αὐτοῦ παρὰ τὰς καλουμένας Πύλας βοτάνη παρόμοιος ἡλιοτροπίῳ· ταύτην λειοτριβοῦντες τῷ χυλῷ τοῖς καύμασιν ἀλείφονται καὶ φέρουσιν ἀκινδύνως τῆς περισσοτέρας θερμασίας τὴν ἀναθυμίασιν.

4. Οἱ δὲ ἐγχώριοι τὰς ἀσεβῶς ἀναστρεφομένας παρθένους σταυροῖς προσηλώσαντες εἰς αὐτὸν βάλλουσιν, τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν Ἀφροδίτης ὕμνον ᾄδοντες. Καρορύσσουσι δὲ κατ' ἐνιαυτὸν γραῦν κατάκριτον παρὰ

contigerant compertis, anum quæ insidias ipsi paraverat, vivam sepeliri jussit et, filia in crucem sublata, præ mærore extremo se præcipitem dedit in fluvium Indum, qui ab eo postea denominatus est Hydaspes. Fluvius hic ex India magna cum vehementia defertur in Syrtim Saroniticam.

2. Nascitur in eo lapis lychnis vocatus, qui olei colorem præ se fert et valde fervidus est. Crescente luna invenitur ad cantum tibiarum. Utuntur eo viri eminentiores.

3. Occurrit ibidem prope Pylas, quas vocant, herba similis heliotropio, cujus contritæ succo contra solis æstus unguntur, et sine periculo quantumvis magnæ caliditatis exhalationem ferunt.

4. Indigenæ vero virgines quæ non castæ vixerint, in hunc fluvium dejiciunt, dialecto vernacula Veneris hymnum canentes. Præterea quotannis vetulam condemnatam defodiunt juxta collem qui Therogonus

---

quamvis universæ scripturæ sæpe Mediam vocant. Jam constat Carbim, quem minus recte Æthicus *Arbim*, Ptolemæus vero *Arabim* vocant, hodiernum esse *Kurmut* fluvium, qui ostium habet in Carbide regione Gedrosiæ (Vid. tom. 1, p. 344 not.). Proxime ab eo versus occasum in (Ptolemæi 6, 8, 8) tabulis sequuntur αἱ Ὑδριάκου ποταμοῦ ἐκβολαί. Perperam ibi Wilbergius e codicibus nonnullis scripsit Καυδριάκους, quum vulgatam lectionem firment Marcianus Heracleota (tom. 1, p. 532) et Ammianus Marcellinus 23, 6, 48. Verior tamen nominis forma fuerit Ὑδράκης, quod tanquam nomen Gedrosium ex Nearcho in Arrian. Ind. 27, 10 (v. tom. 1, p. 346) novimus et quod propius accedit ad *Hydraspem* Cosmographi Romani; ex *Hydraspe* deinde natus est *Hydaspes* Virgilii, Æthici, Geographi Ravennatis. Fluvius hic in sinum exit qui apud Ptolemæum Παράγων vocatur nomine permiro, cujus ratio nos latet. In eundem vero sinum quum *Sarus* quoque (*Salarus* var. l.) fluvius exeat, facile intelligitur, quomodo Noster Hydaspen in Saronicam Syrtin deferri dicere potuerit, modo largiaris juxta Σάρος formam exstitisse alteram Σάρων, cujus nominis fluvium per agrum Trœzenium in sinum Saronicum effluentem commemorat Eustathius ad Dionys. 420 p. 294. Reapse autem Nostrum cum Indiæ Hydaspe alterum hunc Arianæ Hydaspen conglutinasse, non vero Hydaspis nomen ad totum Indi cursum transtulisse, id vel ex eo colligas quod de Indo infra (c. 25) seorsim sermo instituitur. Ipsam denique confusionem in helluone isto nemo miretur. Gemellum ejus exemplum habes in iis quæ c. 25 de Indo olim Mausolo dicto leguntur, ubi Mausoli nomen ex Caria, quæ ipsa quoque Indum fluvium habebat, in Indiam translatum est.

§ 2. λύχνις] « Locum nostrum respexerunt Lydus de mens. 3, 8; Anon. in Boisson. An. gr. 1, p. 417; Glycas Annal. 1, p. 88, 9. » Hercher. ‖ — ἐλαιώδης] Oleaceum colorem, quem in sandastro gemma ardente Plinius 37, 29, § 102 novit, in lychnide non commemorat, sed alias lychnidas purpuram, alias coccum radiare dicit l. l. § 103. ἡλιοειδὴς conj. Dodwellus. ‖ — ζεστὸς] « Vulgata corrupta videtur; ζεστὸς enim de æstu, non de splendore dicitur. Legendum igitur crediderim καὶ πάνυ ναστός, i. e. *densus* vel *cavitatibus carens*. Dodwellus de ξεστός cogitavit; loquitur autem grammaticus de lapide rudi, qualis e terræ visceribus producitur, non de lævigato. » Hercher. ξεστὸς habet schol. Dionys., quod in Orph. Arg. 1099 de lapillis aquæ fluctibus lævigatis usurpatur, sed ad naturam gemmæ a fulgore nomen nactæ indicandam parum accommodatum est. Apud Dionys. Per. 329 λύχνις πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὅμοιος; apud Nostrum ζεστὸς fuerit *splendore seu igne æstuans*. Num alibi eo sensu vox occurrat, nescio. Simili metaphora Lucretius 6, 1002 *æstum* attribuit magneti lapidi, qui ferrum attrahit, sicut lychnis excalfacta, testante Plinio 37, § 104, paleas et chartarum fila ad se rapit. ‖ — αὐξομένης] σελήνης δὲ αὐξανομένης πρὸς μελῳδίαν αὐλῶν εὑρίσκεται schol. Cf. c. 5, 2, ubi leucophyllus inveniri dicitur πρὸς παιανισμὸν ἔνθεον. Joan. Lydus De mens. 3, 8 locum nostrum ita intellexit ut αὐλῶν sit *tibiarum sonos edens;* dicit enim : οὗτος σελήνης αὐξομένης ἦχον μελῳδίας ἀποδίδωσι. ‖ — αὐτῷ post χρῶνται δὲ habet schol, post vocem τυγχάνοντες codex.

§ 3. Πύλας] Collatis iis quæ § 4 narrantur, hasce Πύλας commemorari puto apud Philostratum, in Vit. Apoll. 2, 42 p. 43 ed. Didot., ubi hæc : Ἐξελάσαντες δὲ τῶν Ταξίλων καὶ δύο ἡμερῶν ὁδὸν διελθόντες ἀφίκοντο ἐς τὸ πεδίον, ἐν ᾧ λέγεται πρὸς Ἀλέξανδρον ἀγωνίσασθαι Πῶρος, καὶ πύλας ἐν αὐτῷ ἰδεῖν φασι ξυγκλειούσας οὐδὲν, ἀλλὰ τροπαίων ἕνεκα ᾠκοδομημένας. Ἀνακεῖσθαι γὰρ ἐπ' αὐτῶν τὸν Ἀλέξανδρον ἐφεστηκότα τετραρρύμοις ἅρμασιν, οἷος ἐπὶ τοῖς Δαρείου σατράπαις ἐν Ἰσσοῖς ἕστηκε. Διαλείπουσαι δ' οὐ πολὺ ἀλλήλων δύο ἐξῳκοδομῆσθαι λέγονται πύλαι, καὶ φέρειν ἡ μὲν Πῶρον, ἡ δ' Ἀλέξανδρον, ξυμβεβηκότε, οἶμαι μετὰ τὴν μάχην· ὁ μὲν γὰρ ἀσπαζομένῳ ἔοικεν, ὁ δὲ προσκυνοῦντι. ‖ — ἀλείφονται] εὑρίσκονται καὶ ἀλείφ. schol., in quibus εὑρ. fort. natum ex præcedente εὑρίσκεται male repetito. ‖ — ἀκινδύνως] ἀκ.

τὸν ὀνομαζόμενον λόφον Θηρογόνον· ἅμα γὰρ τὴν πρεσβῦτιν κατορυχθῆναι ἑρπετῶν πλῆθος ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἐξέρχεται καὶ τὰ περιιπτάμενα τῶν ἀλόγων ζώων κατεσθίει, καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος ἐν π' Ἰνδικῶν. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Ἀρχέλαος ἐν ιγ' περὶ Ποταμῶν.

4. Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Ἐλέφας καλούμενον δι' αἰτίαν τοιαύτην· Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος μετὰ στρατεύματος εἰς Ἰνδίαν ἐλθόντος καὶ τῶν ἐγχωρίων χρίσιν ἐχόντων ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ, Πώρου τοῦ βασιλέως τῶν τόπων ἐλέφας αἰφνιδίως οἰστροπλὴξ γενόμενος ἐπὶ τὸν Ἡλίου λόφον ἀνέβη καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος εἶπεν· Δέσποτα βασιλεῦ, τὸ γένος ἀπὸ Γηγασίου κατάγων, μηδὲν ἐξ ἐναντίας Ἀλεξάνδρου ποιήσῃς· Διὸς γάρ ἐστιν Γηγάσιος. Καὶ τελέσας τὸν λόγον ἔθανεν. Ἀκούσας δὲ τούτων ὁ Πῶρος ψοφοδεὴς τοῖς Ἀλεξάνδρου γόνασιν προσέπεσεν εἰρήνην αἰτούμενος· τυχὼν δὲ ὧν ἤθελεν, τὸ ὄρος Ἐλέφαντα μετωνόμασεν, καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' περὶ Ὀρῶν.

II. ΙΣΜΗΝΟΣ.

1. Ἰσμηνὸς ποταμός ἐστι τῆς Βοιωτίας κατὰ πόλιν Θήβας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Κάδμου ποῦς ἀπ' αἰτίας τοιαύτης· Κάδμος τὸν κρηνοφύλακα δράκοντα τοξεύσας καὶ εὑρὼν ὥσπερ πεφαρμακευμένον φόνῳ τὸ ὕδωρ, περιήρχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγήν· γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Κωρύκιον ἄντρον κατὰ πρόνοιαν Ἀθηνᾶς τὸν δεξιὸν πόδα βαθύτερον εἰς πηλὸν ἤρεισεν· ποταμοῦ δ' ἀναδοθέντος ἐκ τοῦ τόπου, ὁ ἥρως βουθυτήσας Κάδμου πόδα προσηγόρευσεν αὐτόν. Μετὰ δέ τινα χρόνον Ἰσμηνὸς, Ἀμφίονος καὶ Νιόβης παῖς, ὑπὸ Ἀπόλλωνος τοξευθεὶς καὶ ἀλγηδόνι συνεχόμενος, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς τὸν προειρημένον ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἰσμηνὸς ὠνομάσθη, καθὼς ἱστορεῖ Σώστρατος ἐν β' περὶ Ποταμῶν.

2. Παράκειται δὲ αὐτῷ Κιθαιρὼν ὄρος, ὀνομαζόμενον δὲ πρότερον Ἀστέριον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Βοιωτοῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἐκ δυεῖν γυναικῶν τῶν ἐπισήμων θέλοντος γῆμαι τὴν ὠφελιμωτέραν καὶ ἐν ταῖς ἀκρωρείαις λόφου τινὸς ἀνωνύμου νυκτὸς περιμένοντος ἀμ-

vocatur. Simul enim ac vetula defossa est, illuc reptilium multitudo ex cacumine statim procedit, et quæ circumvolant muta animalia devorat, ut narrat Chrysermus libro octogesimo (*secundo vel octavo?*) Rerum Indicarum. Eorundem accuratius meminit Archelaus libro decimo tertio (*tertio?*) De fluminibus.

4. Adjacet fluvio mons Elephas, ita vocatus hac de causa. Quum Alexander Macedo cum exercitu in Indiam venisset, et indigenæ ei resistere decrevissent, Pori horum locorum regis elephas derepente œstro percitus Solis collem adscendit et voce humana utens : « Domine rex, dixit, a Gegasio genus ducens, ne quidquam contra Alexandrum suscipias ; nam Iove natus est. » Et absoluto sermone occubuit. Quibus auditis Porus supplex Alexandri genua amplexus est, pacem expetens; quam quum consecutus esset, montem illum Elephantem nominavit, sicut narrat Dercyllus libro tertio De montibus.

II. ISMENUS.

1. Ismenus fluvius est Bœotiæ juxta Thebarum urbem; prius vocabatur Cadmi pes hac de causa. Quum Cadmus serpentem fontis custodem sagittis confixisset ac cruore ejus aquam quasi venenatam cerneret, circumivit regionem alium quærens fontem ; delatus vero ad antrum Corycium Minervæ providentia, dextrum pedem altius in limum defixit; unde exortum est flumen, quod a Cadmo, postquam sacrificia peregerat, Cadmi pes vocatum est. Pauco post tempore Ismenus, Amphionis et Niobes filius, ab Apolline sagitta confossus, quum dolore opprimeretur, se præcipitem dedit in fluvium istum, qui ab eo Ismenus dictus est, ut narrat Sostratus libro secundo De fluviis.

2. Adjacet Ismeno Cithæron mons, qui prius Asterius dicebatur hanc ob causam. Quum Bœotus Neptuni filius ex duabus nobilibus mulieribus eam quæ sibi utilior videretur, ducere vellet, et in cacumine collis cujusdam innominati noctu utramque

---

καὶ γεννῶσι schol.; an ἀκ. καὶ γενναίως? ‖ — παρθένους] πόρνας schol. Mox τῇ σφ. διαλέκτῳ om. schol.; dein ἅσαντες schol. ‖ — κατορυχθῆναι e scholio supplevi; idem habet τῷ ante τὴν, quod non recepi, quum ceteris locis (7, 4. 16, 2. 23, 2) ἅμα vox nudo jungatur infinitivo. Deinde περιιστάμενα schol. ‖ — π'] an η' vel β'? ‖ — Ἀρχέλλαος cod.; em. *G*.

§ 4. παράκειται] sic *R* morem Nostri secutus; ὑπόκειται cod.; possis ἐπίκειται; ὑπέρκειται αὐτοῦ Dodwell. ‖ — Γηγασίου] Prius Γ manu sec. additum. ‖ — Γηγάσιος] τὸ γένος conj. Bochart. Hieroz. 2, c. 14; vocem ejiciendam censet *R*, quum de Alexandro sermo sit. Fieri etiam potest ut aliquid desit, v. c. Διὸς γὰρ [ἥττων vel χείρων] ἐστὶν Γηγάσιος, vel Διὸς γ. ἐστὶν, [οὐ] Γηγασίου. Secundum Helladium ap. Phot. p. 530, a, 35 ed. Bekk. Porus tonsoris filius fuit. ‖ — ψοφοδεὴς] ψοφωδηεος (sic) cod.; em. *G*. ‖ — τοῖς Ἀλ.] τοῦ Ἀλ. cod. Cum seqq. cf. Philostratus Vit. Apoll. 2, 12, 2, qui Alexandrum refert Pori elephantum Soli dedicasse atque dentibus ejus inscripsisse : Ἀλέξανδρος ὁ Διὸς τὸν Αἴαντα τῷ Ἡλίῳ.

II, § 1. In brevius hæc contraxit schol. ad Dionys. Per. 1165. Κάδμου ποῦς] Pausan. 9, 10, 5 : Λάδων ἐκαλεῖτο πρὶν Ἰσμήνιον γενέσθαι τοῦ Ἀπόλλωνος. Cf. Unger. Parad. Theb. p. 134. ‖ — ὥσπερ] Tolli vocem voluit Wyttenbachius. ‖ — φόνῳ] φοβου (sic) cod. ‖ — τόπου] τύπου Bernard. ad Thom. Mag. p. 464, assentiente Wyttenbachio.

φοτέρας, αἰφνίδιος ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθεὶς ἀστὴρ ἐνέπεσεν τοῖς Εὐρυθεμίστης ὤμοις καὶ ἀφανὴς ἐγένετο. Βοιωτὸς δὲ τὸ σημαινόμενον νοήσας τὴν μὲν κόρην ἔγημεν, τὸ δὲ ὄρος ὠνόμασεν Ἀστέριον ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος. Ὕστερον δὲ ἐκλήθη Κιθαιρὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Τισιφόνη μία τῶν Ἐρινύων εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα παιδὸς εὐπρεποῦς, Κιθαιρῶνος τοὔνομα, καὶ μὴ στέγουσα τὴν ἐπίτασιν τῶν ἐρώτων, λόγους αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν· ὁ δὲ τὸ καταπληκτικὸν τῆς προειρημένης φοβηθεὶς οὐδὲ ἀποκρίσεως αὐτὴν ἠξίωσεν· ἡ δὲ ἀποτυχοῦσα τῆς προαιρέσεως ἐκ τῶν πλοκάμων ἕνα τῶν δρακόντων ἀπέσπασεν καὶ ἐπὶ τὸν ὑπερήφανον ἔβαλεν· ὁ δὲ ὄφις τοῖς κόλποις περισφίγξας αὐτὸν ἀνεῖλεν Ἀστερίου ποιμαίνοντα ἐν ταῖς ἀκρωρείαις. Κατὰ δὲ πρόνοιαν θεῶν τὸ ὄρος ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Κιθαιρών, καθὼς ἱστορεῖ Λέων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς Βοιωτιακοῖς.

3. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ Κύπριος ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Ἑλικὼν καὶ Κιθαιρὼν ἀδελφοὶ τυγχάνοντες διαφόρους ἔσχον τῶν τρόπων τὰς διαθέσεις· ὁ μὲν γὰρ Ἑλικὼν πραότερος ὑπάρχων καὶ προσηνής, συμπαθῶς ἐγηροβόσκει τοὺς γονεῖς· ὁ δὲ Κιθαιρὼν πλεονέκτης τυγχάνων καὶ θέλων εἰς ἑαυτὸν μεταστῆσαι τὴν οὐσίαν, πρῶτον μὲν ἐφόνευσεν τὸν γεννήσαντα, τὸν δὲ ἀδελφὸν ἐξ ἐνέδρας κατακρημνίζων, καὶ αὐτὸς συγκατηνέχθη· κατὰ δὲ θεῶν πρόνοιαν εἰς ὁμώνυμα ὄρη μεταμορφωθέντες ἐγένοντο Κιθαιρὼν μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν Ἐρινύων μυχός, Ἑλικὼν δὲ διὰ φιλοστοργίαν Μουσῶν ἐνδιαίτημα.

III. ΕΒΡΟΣ.

1. Ἕβρος ποταμός ἐστι τῆς Θράκης. [Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ῥόμβος, τὴν] προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῆς καταφορᾶς τοῦ ὕδατος. Κάσανδρος δὲ, ὁ βασιλεὺς τῶν τόπων, γήμας Κροτονίκην ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν Ἕβρον· ἀποταξάμενος δὲ τῇ συμβιώσει τῆς προτέρας γυναικὸς ἐπέγημε τῷ τέκνῳ Δαμασίππην τὴν Ἄτρακος· ἥτις εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ προγόνου λόγους αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν. Ὁ δ' ὡς Ἐρινὺν φυγὼν τὴν μητρυιὰν προσηυκαίρει κυνηγίαις. Ἀποτυχοῦσα δὲ τῆς προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος, ὡς βιάσασθαι αὐτὴν θελήσαντος. Κάσανδρος δὲ τῷ ζήλῳ συμπεριενεχθεὶς μεθ' ὁρμῆς ἐπὶ τὴν ὕλην ἠνέχθη καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος ἐδίωκε

exspectaret, derepente stella de cœlo delata cecidit in humeros Eurythemistes, et statim evanuit. Bœotus igitur, intellecto portento, illam puellam duxit, montem vero ab eo casu Asterium vocavit. Idem postea Cithæron dictus est hac de causa. Quum Tisiphone, Erinnyum una, Cithæronis, pueri pulcerrimi, amore correpta esset, et cupidinis vehementiam celare non posset, misit qui de congressu cum eo ageret. At Cithæron Furiæ horrorem exosus, ne responsum quidem dare ei dignatus est. Unde vana spe delusa e crinibus serpentum unum avulsit et in superbum juvenem projecit, quem serpens nexibus suis constringens interemit, in Asterii montis cacuminibus greges tunc temporis pascentem. Diis autem ita volentibus, mons ille ab eo vocatus est Cithæron, ut narrat Leo Byzantius in libris De rebus Bœotiæ.

3. Hermesianax vero Cyprius hujus meminit historiæ. Helicon et Cithæron fratres diversis erant moribus præditi; Helicon enim dulcis et benignus parentes seniores humaniter nutriebat; Cithæron vero avidior et corradere omnem substantiam percupiens, primum quidem occidit patrem, deinde fratrem ex insidiis præcipitem dedit, sed cum eo ipsemet decidit. Unde deorum providentia conversus uterque est in montem cognominem, et Cithæron quidem propter impietatem Furiarum recessus factus est, Helicon vero ob humanitatem Musarum domicilium.

III. HEBRUS.

1. Hebrus fluvius est Thraciæ; [*prius vocabatur Rhombus,*] nomen hoc nactus ab aquæ delabentis vorticibus. [*Mutatum vero nomen est hac de causa.*] Casander, illius regionis rex, ducta Crotonice, filium ex ea genuit Hebrum; deinde autem repudiato prioris uxoris convictu, Damasippen, Atracis filiam, novercam superduxit filio; cujus amore correpta illa de congressu ad ipsum verba perferenda curavit. At Hebrus novercam quasi Furiam fugiens venationi indulgebat; mulier vero impudica quum proposito excidisset, falso accusavit temperantem adolescentem, ut qui vim ipsi inferre voluisset. Tum Casander zelotypia excitatus silvam cum impetu ingressus, stricto

§ 2. ἐνέπεσεν] ἔπεσεν cod.; em. *W.* ‖ — ποιμαίνοντα] ποιμαίνοντος cod.; em. *M.*

§ 3. ἐγηροβόσκει e conj. Wyttenbachii; γηροβοσκεῖ cod. ‖ — μυχός] μῦθος cod.; em. Barth. ad Stat. 9, p. 1009 et *W.*

III, § 1. Inclusa supplevit Dodwellus. ‖ — εἰληφὼς] εἰφὴ ὡς (sic) cod.; em. Bastius Ep. crit. p. 54. ‖ — δὲ post v. Κάσανδρος in codice additum est manu prima. Delendam esse particulam et in antecedentibus supplendum esse: Μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην, censet Hercher, addens eodem modo peccatum esse 11, 1 (Στρύμων δὲ etc.) et 18, 1 (Ἁλιάκμων δὲ etc.); ex quibus locis colligendum potius erat nostro quoque loco nihil esse mutandum. Damasippe Atracis filia nomine tenus eadem est cum Hippodamia Atracis Thessali filia. Quare nescio an Casander componendus sit cum Cassameno Thrace, quem Parthenius (Erot. c. 19) mulieres e Thessalia, inter easque Παγκρατώ,

τὸν υἱὸν, ὡς ἐπίβουλον τῶν πατρῴων γάμων. Ὁ δὲ υἱὸς περικατάληπτος γενόμενος ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Ῥόμβον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἔβρος μετωνομάσθη, καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ἐν ια' περὶ Ποταμῶν.

2. Ὄρος δὲ αὐτῷ παράκειται Παγγαῖον τὴν προσηγορίαν ἔχον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ὁ Παγγαῖος, Ἄρεως καὶ Κριτοβούλης παῖς, τῇ θυγατρὶ κατ' ἄγνοιαν συγγενόμενος ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς ἔδραμεν εἰς Καρμάνιον ὄρος, καὶ διὰ λύπης ὑπερβολὴν σπασάμενος τὸ ξίφος ἑαυτὸν ἀνεῖλεν· κατὰ δὲ πρόνοιαν θεῶν ὁ τόπος μετωνομάσθη Παγγαῖος.

3. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ τῷ προειρημένῳ ποταμῷ βοτάνη παρόμοιος ὀριγάνῳ, ἧς τὰ ἄκρα δρεψάμενοι Θρᾷκες, ἐπιτιθέασιν πυρὶ μετὰ τὸν κόρον τῆς δημητριακῆς τροφῆς, καὶ τὴν ἀναφερομένην ἀναθυμίασιν δεχόμενοι ταῖς ἀναπνοιαῖς καροῦνται καὶ εἰς βαθὺν ὕπνον καταφέρονται.

4. Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῷ Παγγαίῳ ὄρει βοτάνη κιθάρα καλουμένη διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. [Αἱ] διασπαράξασαι τὸν Ὀρφέα τὰ μέλη τοῦ προειρημένου εἰς ποταμὸν ἔβαλον Ἔβρον· καὶ ἡ μὲν κεφαλὴ τοῦ θνητοῦ κατὰ πρόνοιαν θεῶν εἰς δράκοντα μετέβαλεν τὴν μορφὴν (τοῦ σώματος)· ἡ δὲ λύρα κατηστερίσθη κατὰ προαίρεσιν Ἀπόλλωνος· ἐκ δὲ τοῦ ῥεύσαντος αἵματος ἀνεφάνη βοτάνη κιθάρα καλουμένη. Τῶν δὲ Διονυσίων τελουμένων αὕτη κιθάρας ἀναδίδωσιν ἦχον· οἱ δ' ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι καὶ θύρσους κρατοῦντες ὕμνον ᾄδουσιν·

Μὴ τότε φρονήσῃς, ὅταν ἔσῃ μάτην φρονῶν·

καθὼς ἱστορεῖ Κλειτώνυμος ἐν τῷ γ' τῶν Θρᾳκικῶν.

IV. ΓΑΓΓΗΣ.

1. Γάγγης ποταμός ἐστι τῆς Ἰνδίας, τὴν προσηγο-

gladio filium persecutus est tamquam paternarum nuptiarum temeratorem. Filius vero quum evadere nequiret, se ipse præcipitavit in Rhombum fluvium, qui ab eo Hebri nomen assumpsit, ut refert Timotheus libro undecimo De fluviis.

2. Mons illi adjacet Pangæus, qui nomen istud sortitus est hac de causa. Pangæus, Martis et Critobulæ filius, quum inscius rem habuisset cum filia, et propterea dolore premeretur, aufugit in *Carmanorium* montem, et ob incredibilem tristitiam qua afficiebatur, stricto gladio se confodit, locus vero, diis ita volentibus, nominatus est Pangæus.

3. In prædicto fluvio nascitur herba origano similis, cujus summa decerpentes Thraces igni admovent, postquam cereali alimento satiati sunt, et suffitum qui hinc oritur, crebris respirationibus haurientes inebriantur et in profundum somnum conjiciuntur.

4. In Pangæo quoque monte herba nascitur, quæ cithara vocatur hanc ob causam. Mulieres Orpheum discerpentes membra ejus in Hebrum fluvium projecerunt; et caput quidem deorum voluntate in draconem formam mutavit, lyra autem ex Apollinis decreto in astra translata est, verum e sanguine fluente orta est herba cithara dicta, quæ dum peraguntur Bacchi festa, sonum emittit citharæ, indigenæ vero hinnulorum pellibus induti et thyrsos quatientes hymnum tunc canunt, cujus hæc sunt :

Tunc ne sapias, quum eris in vanum sapiens,

ut refert Clitonymus libro tertio Rerum Thraciarum.

IV. GANGES.

1. Ganges, Indiæ fluvius, nomen nactus est hac de

---

rapuisse narrat. ‖ — Κροτονίκην pro vulgata Κροτωνίκην dedit *R*, nescio an e codice. Fort. erat Κρατονίκην. ‖ — κυνηγίαις] γυναικιάις (sic) cod.; em. *M*. ‖ — ἠνέχθη] ἤχθη cod.; em. *R*, collatis 13, 1. 18, 1 et Parall. min. 4.

§ 2. Hoc segmen post sequens transposuit *R* absque causa idonea. Idem scripsit παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος, ne a sueta formula auctor h. l. discessisse videatur. ‖ — Καρμάνιον ὄρος] Infra (7, 5) Tmoli nomen vetus fuisse dicitur Καρμανόριον, pro quo semel codex corrupte habet Καρμάνιον, sicuti nostro loco legitur, ubi item Καρμανόριον reponendum esse recte, opinor, suspicatur Hercherus. Dionysi cultus, ex quo nomen repetitum esse videtur, quum in Tmolo tum in Pangæo vigebat.

§ 3. Plantam, cujus nomen non apponitur, cannabim esse novimus ex Herodoto 4, 75 : Ταύτης ὦν οἱ Σκύθαι τῆς καννάβιος τὸ σπέρμα ἐπεὰν λάβωσι, ὑποδύνουσι ὑπὸ τοὺς πίλους, καὶ ἔπειτα ἐπιβάλλουσι τὸ σπέρμα ἐπὶ τοὺς διαφανέας λίθους τῷ πυρί· τὸ δὲ θυμιᾶται ἐπιβαλλόμενον, καὶ ἀτμίδα παρέχεται τοσαύτην, ὥστε Ἑλληνικὴ οὐδεμία ἂν πυρίη ἀποκρατήσειε· οἱ δὲ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται. Cf. Schol. Lucian. vol. 4, p. 130 ed. Jacobitz : Ἡροδότου διασύρει τὸ περὶ Σκυθῶν αὐτῷ ἱστορούμενον περὶ τῆς βοτάνης, ἧς καιομένης, τοῦ ἐκθυμιωμένου καπνοῦ σπῶντες οἱ περικαθήμενοι Σκύθαι τὴν πυρὰν μεθύειν ὡς ἀπὸ οἴνου λέγονται. Dio Chrysostom. Or. 32, p. 378, C.

§ 4. Αἱ add. *W*. μετέβαλεν τὴν μορφὴν τοῦ σώματος. « Ita quidem locutus est auctor c. 22, 4 et 24, 1, sed alia in sententia. Nisi quid excidit, malim τὴν μορφὴν τοῦ σχήματος. » *Wyttenb.* Fortassis verba τοῦ σώματος ponenda sunt post verba τὰ μέλη. ‖ — κατηστερίσθη] κατεστηρίχθη cod.; em. *W*. ‖ — κρατοῦντες vox post ᾄδουσιν in cod. legitur; Salmasio jubente transposuit *M*. ‖ — μὴ ... φρονήσῃς] καὶ ... φρονήσει cod.; illud ex Hauptii conj. dedit *R*; καὶ ... φρονήσεις *M*; hoc si præferas, utpote lenissimam medicinam, post φρονῶν ponendum est signum interrogationis. Deinde εσηματην (sic) codex. ‖ — Θρᾳκικῶν] Τραγικῶν cod.; em. Reinesius Var. lectt. p. 2.

IV, § 1. Καλαυρία] Nescio an nomen hoc ortum sit

ρίαν λαβὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἰνδῷ τις Καλαυρία νύμφη ἐγέννησεν υἱὸν κάλλει περίβλεπτον, τοὔνομα Γάγγην. Οὗτος χαρηβαρήσας τῇ μητρὶ κατ' ἄγνοιαν συνεγένετο. Τῇ δ' ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν παρὰ τῆς τροφοῦ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Χλιαρὸν καλούμενον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Γάγγης μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ βοτάνη παραπλησία βουγλώσσῳ, ἣν λειοτριβοῦντες τὸν χυλὸν αὐτῆς τηροῦσιν, καὶ νυκτὸς βαθείας τοὺς φωλεοὺς τῶν τίγρεων περιρραίνουσιν· αἱ δὲ διὰ τὴν δύναμιν τῆς ἐκχυθείσης ὑγρασίας προχωρῆσαι μὴ δυνάμεναι θνήσκουσι, καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν γ' τῶν Κυνηγετικῶν.

3. Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Ἀνατολὴ καλούμενον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀναξιβίαν νύμφην Ἥλιος θεασάμενος χορείαις προσευχαιροῦσαν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐνέπεσεν καὶ μὴ στέγων * τῶν ἐρώτων, ἐπεδίωκε τὴν προειρημένην βιάσασθαι βουλόμενος· ἡ δὲ περικατάληπτος γενομένη κατέφυγεν ἐπὶ τὸ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος τέμενος, ὅπερ ἦν ἐν ὄρει Κορύφῃ καλουμένῳ, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο· κατόπιν δ' ἀκολουθήσας ὁ θεὸς καὶ μηδαμοῦ τὴν ἀγαπωμένην εὑρὼν διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἐκεῖθεν ἀνέτειλεν· οἱ δὲ ἐγχώριοι τὴν ἀκρώρειαν Ἀνατολὴν μετωνόμασαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος, καθὼς ἱστορεῖ Καιμάρων ἐν δεκάτῳ Ἰνδικῶν.

V. ΦΑΣΙΣ.

1. Φᾶσις ποταμός ἐστι τῆς Σκυθίας παραρρέων πόλιν· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Ἀρκτοῦρος τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς διὰ τὴν χωροθεσίαν τῶν κατεψυγμένων τόπων· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Φᾶσις Ἡλίου καὶ Ὠκυρρόης τῆς Ὠκεανοῦ παῖς τὴν μητέρα μοιχευομένην ἐπ' αὐτοφώρῳ καταλαβὼν ἀνεῖλεν· κατὰ δὲ ἐπιφάνειαν Ἐρινύων οἰστροπλὴξ γενόμενος ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν Ἀρκτοῦρον, ἀπ' αὐτοῦ δὲ Φᾶσιν μετωνομασμένον.

causa. Indo Calauria quædam nympha filium pepererat pulcritudine conspicuum, Gangem nomine. Is per temulentiam inscius cum matre concubuit. Postridie quid rei esset a nutrice edoctus præ doloris exsuperantia in Chliarum fluvium se conjecit, qui ab illo deinceps Ganges vocatus est.

2. Nascitur ad eum herba buglosso similis, quam conterunt, et succo expresso, quem sedulo servant, profunda nocte tigridum latibula circumlinunt; bestiæ vero ob vim effusi humoris quum egredi non amplius possint, moriuntur, ut refert Callisthenes libro tertio De venatione.

3. Adjacet Gangi mons Anatole sive Oriens dictus hac de causa. Sol, visa Anaxibia nympha saltationi indulgente, desiderio ejus correptus, quum amoris vehementiam coercere non posset, dictam puellam insecutus est, ut per vim illa potiretur. Hæc vero ubi eo se redactam vidit ut jamjam comprehenderetur, aufugit in templum Dianæ Orthiæ, quod erat in monte Coryphe dicto, ibique evanuit; deus autem a tergo insequens quum dilectam suam non nancisceretur, præ mœrore illinc exortus est; unde indigenæ montem Anatolen, id est Orientem, denominarunt, ut narrat Cæmaron libro decimo Rerum Indicarum.

V. PHASIS.

1. Phasis fluvius est Scythiæ, urbem ** præterfluens; prius Arcturus vocabatur, id nominis nactus a situ locorum frigidorum; deinde nomen mutavit hac de causa. Phasis, Solis et Ocyrrhoes Oceano natæ filius, matrem in flagranti adulterii crimine deprehensam occidit, et furore propter Furiarum præsentiam agitatus, se ipsum præcipitem dedit in Arcturum fluvium, qui ab eo Phasis denominatus est.

---

ex Καλινδία vel Καλινδρία. Vid. not. ad Dionys. 1141. δ' ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν] τῇ διοπιθουσῃ (sic) ὁ δὲ μεθ' ἡμέρας cod.; em. Heringa apud Pierson. ad Mœrid. p. 472, coll. c. 17, 1. 20, 1. 21, 1.

§ 2. ἐν αὐτῷ] Sic ex more auctoris *R*; παρ' αὐτῷ codex. « παρὰ cum dativo apud hunc hominem inauditum est. Cf. 1, 3. 10, 2. 14, 3 et 5. » R. Hercher. ‖ — λειοτριβοῦντες] ἀεὶ τρίβοντες cod.; em. *M*. ‖ — ὑγρασίας] πρασίας cod.; em. *W*., coll. 7, 4.

§ 3. χορείαις] χωρίοις cod.; em. *W*. ‖ — τῶν ἐρώτων] Ad aliorum locorum similitudinem scribere licet τὸν ἔρωτα, τοὺς ἔρωτας, [τὴν ἐπίτασιν] τῶν ἐρώτων, [τὴν ὑπερβολὴν] τῶν ἐρώτων. ‖ — ἐπεδίωκε] ἀπεδίωξε cod., ἐπεδίωξε *W*; imperfectum dedit *R* usum Nostri secutus. ‖ — Ὀρθίας] Ὀρθωσίας habes 21, 4. ‖ — Καιμάρων] Nomen suspectum; depravatum esse censeo ex Δαίμαχος, qui notus est scriptor Indicôn. Similiter Πλησίμαχος ἐν β' Νόστων, qui c. 18, 13 citatur, aperte est notus Νόστων scriptor Lysimachus. Ceterum mons in quem Anaxibia (*Corasibia?*) confugisse dicitur et ex cujus nomine nomen mulieris istius græcus auctor derivaverit, idem esse mihi videtur cum eo, cujus meminit Polyænus Strateg. 1, 1 : τὸ Τρικόρυφον ὄρος τῆς Ἰνδίας· τῶν δὲ κορυφῶν ἡ μὲν καλεῖται Κορασιβίη, ἡ δὲ Κονδάσκη, τὴν δὲ τρίτην αὐτὸς ἐκάλεσε Μηρόν. Ex his Himâlajæ montis partibus Μήρος indice dicitur *Mera*, Κονδάσκη vero *Khonda*, Κορασιβίη autem componenda est cum *Karakoro* monte, cujus pars est *Kailása*, celebris ille tanquam sedes deorum multarumque fabularum. Quodsi recte Lassenius (*Ind. Alterth.* 1, p. 34 not.) *Kailása* nomen interpretatur *verticis sedem* (*Sitz des Piks*), Κορυφή vox, quæ apud Nostrum tanquam priscum montis nomen apponitur, interpretatio foret nominis indici. Cf. Bohlen, *Das alte Indien* tom. 1, p. 143.

2. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ ῥάβδος ὀνομαζομένη λευκόφυλλος· εὑρίσκεται δὲ τοῖς μυστηρίοις τῆς Ἑκάτης περὶ τὸν ὄρθρον πρὸς παιανισμὸν ἔνθεον αὐτοῦ περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος· ἣν οἱ ζηλότυποι τῶν ἀνδρῶν δρεπόμενοι ῥίπτουσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον καὶ ἀνόθευτον τηροῦσι τὸν γάμον. Ἐάν [γὰρ] τις προπετέστερον ἀποστραφῇ * τῶν ἀσεβεστέρων διὰ μέθην καὶ εἰς τὸν τόπον εἰσέλθῃ, τῶν σωφρονούντων ἁφαρπάζεται λογισμῶν καὶ εὐθὺς ὁμολογεῖ πᾶσιν, ὅσα παρανόμως ἢ ἔπραξεν ἢ μέλλει πράττειν. Οἱ δὲ παρατυγχάνοντες συλλαμβάνοντες ῥίπτουσιν ἐμβεβυρσωμένον εἰς τὸ καλούμενον Στόμιον τῶν ἀσεβῶν. Ἔστι δὲ στρογγυλοειδὲς, φρέατι παραπλήσιον. Ἐκδίδωσι δὲ τὸ βληθὲν μετὰ λ' ἡμέρας εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην σκωλήκων γέμον. Γῦπες δ' αἰφνιδίως ἐπιφανέντες ἀθρόοι τὸν ἐγκείμενον διαρπάζουσι, ὡς ἱστορεῖ Κτήσιππος ἐν β' Σκυθικῶν.

3. Παράκειται δὲ τὸ Καυκάσιον ὄρος· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Βορέου κοίτη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Βορέας δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Χιόνην ἁρπάσας τὴν Ἀρκτούρου θυγατέρα κατήνεγκεν εἴς τινα λόφον Νιφάντην καλούμενον καὶ ἐγέννησεν ἐκ τῆς προειρημένης υἱὸν Ὑρπακα τὸν διαδεξάμενον Ἡνιόχου τὴν βασιλείαν. Μετωνομάσθη δὲ τὸ ὄρος Κοίτη Βορέου. Προσηγορεύθη δὲ Καύκασος διὰ περίστασιν τοιαύτην. Μετὰ τὴν γιγαντομαχίαν Κρόνος ἐκκλίνων τὰς Διὸς ἀπειλὰς ἔφυγεν εἰς τὴν ἀκρώρειαν Βορέου Κοίτης· καὶ εἰς χροκόδειλον μεταμορφωθεὶς [ἔλαθεν· ὁ δὲ Προμηθεὺς] ἕνα τῶν ἐγχωρίων ποιμένα Καύκασον ἀναταμὼν καὶ κατανοήσας αὐτοῦ τὴν διάθεσιν τῶν σπλάγχνων, εἶπεν οὐ μακρὰν εἶναι τοὺς πολεμίους. Ὁ δὲ Ζεὺς ἐπιφανεὶς τὸν μὲν πατέρα δήσας πλεκτῷ ἐρίῳ κατεταρτάρωσεν· τὸ δὲ ὄρος εἰς τιμὴν τοῦ ποιμένος Καύκασον μετονομάσας, προσέδησεν αὐτῷ τὸν Προμηθέα καὶ ἠνάγκασεν αὐτὸν ὑπὸ σπλαγχνοφάγου ἀετοῦ βασανίζεσθαι, ὅτι παρηνόμησεν εἰς τὰ σπλάγχνα, ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν γ' Θεομαχίας γεγραφώς.

4. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη Προμήθειος καλου-

2. Nascitur in hoc fluvio virga leucophyllus dicta, quæ dum celebrantur Hecates mysteria, invenitur circa diluculum ad pæanis cantum deo plenum, in ipso veris initio. Hanc viri zelotypi colligunt et circa thalamum nuptialem jaciunt, atque ita puras conservant nuptias. Quodsi quis impurus ob ebrietatem insolentius accesserit, et ad hunc locum pervenerit, alienatur a mente, et statim confitetur coram omnibus quæcunque illegitima aut fecerit aut facturus fuerit. Tum adstantes eum corripiunt et corio insutum projiciunt in Stomium sive Os, quod vocatur, impiorum; est vero rotundum et puteo simile, et injectum corpus triginta post diebus in Mæotidem paludem ejicit vermibus refertum; vultures autem ex tempore advenientes confertim jacens cadaver discerpunt, ut narrat Ctesippus libro secundo Rerum Scythicarum.

3. Adjacet fluvio Caucasius mons; prius vocabatur Boreæ lectus hac de causa. Boreas Chionen, Arcturi filiam, cujus amore ardebat, raptam tulit in *Niphaten* collem quendam sic dictum, ibique ex ea Hyrpacem filium genuit, qui Heniocho in regno successit; ipse autem mons dictus est lectus Boreæ. Postea autem mutato nomine Caucasus vocatus est hanc ob causam. Post Gigantum pugnam Saturnus Jovis minas declinans in summam Boreæ Lecti verticem fugit ibique in crocodilum transformatus [*latuit; sed Prometheus*] Caucasum, pastorem quendam indigenam, dissecuit et, extis ejus inspectis, dixit non procul abesse hostes. Juppiter vero quum apparuisset, patrem lana plexa ligatum detrusit in Tartarum, et monti in honorem Caucasi pastoris nuncupato Prometheum alligavit eumque coegit ab aquila viscera devorante tormentis affici, quia in viscera Prometheus peccasset, ut Cleanthes narrat libro tertio Theomachiæ.

4. Nascitur in Caucaso herba Prometheia dicta,

V, § 1, πόλιν] An πόλιν ὁμώνυμον, Φᾶσιν πόλιν, Αἶαν πόλιν, Κύταιαν πόλιν? In seqq. codex : Ὠκυρόης ... ἐπαυτοφόρῳ ... Ἐρινυῶν.

§ 2. Eadem in Pseudaristot. Mirab. 158 (169) : Ἐν τῷ Φάσιδι ποταμῷ γεννᾶσθαι ῥάβδον ὀνομαζομένην λευκόφυλλον, ἣν οἱ ζηλότυποι τῶν ἀνδρῶν δρεπόμενοι ῥίπτουσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον, καὶ ἀνόθευτον τηροῦσι τὸν γάμον. ‖ — παιανισμὸν] πανισμόν cod.; em. Gaulminus ad Prodr. p. 543 et G. Dindorf. in Thes. t. 6, p. 152, C. ‖ — ἐάν τι πρ. ἀποστραφῇ cod.; τις dedit *G;* ἀναστραφῇ conj. *R,* ἐπιστραφῇ *W,* qui præterea vocem τῶν ἀσεβεστέρων collocant post τις. Locus quem verba τῶν ἀσ. occupant, suadet in his ipsis vitium quærendum esse, adeo ut leg. sit : ἀποστραφῇ τῶν εὐσεβεστάτων, a rebus summe venerandis. ‖ — ἀθρόοι] ἀόρατοι cod.; em. *R.* ‖ — τὸν ἐγκείμενον sic *D;* τὸ μὲν κείμενον cod.; τὸ ἐγκ. conj. *W.* Dein καθὼς pro ὡς h. l. et § 3 fin. scripsit *R.*

§ 3. Χιόνην] Χώνην cod.; em. *R;* legebatur Χλῶριν e Gelenii conjectura. ‖ — Νιφάντην] Subest Νιφάτου montis memoria, quare Νιφάτην reponi vult Ukert. Geogr. III, 2, p. 204 not. 61. ‖ — ἔλαθεν· ὁ δὲ Προμηθεὺς supplevit Hemsterhusius ad Lucian. Prometh. p. 202. ‖ — ἀναταμὼν] ἀναπαύων cod.; em. Hemsterh. ‖ — δήσας πλεκτῷ ἐρίῳ] Cf. Macrobius Saturn. 1, 8, 5 : *Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo et solvi ad diem sibi festum, id est mense hoc Decembri; atque inde proverbium ductum, deos laneos pedes habere.* « In magicis veterum mss. reperies maleficî genus, quod δεσμὸς θεῶν vocatur, ἐκ πλεκτοῦ ἐρίου. » Gaulmin. in notis ad Eustath. de Ismeniæ et Ismenes amoribus p. 12, citante Hudsono. Cf. Lobeck. Aglaopham. p. 275. ‖ — μετονομάσας]

μένη, ἣν Μήδεια συλλέγουσα καὶ λειοτριβοῦσα πρὸς ἀντιπαθείας τοῦ πατρὸς ἐχρήσατο, καθὼς ἱστορεῖ ὁ αὐτός.

VI. ΑΡΑΡ.

1. Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς παρὰ τὸ ἡρμόσθαι τῷ Ῥοδανῷ· καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρόγων. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Βρίγουλος· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἄραρ κυνηγεσίας χάριν εἰς ὕλην προχωρήσας καὶ εὑρὼν τὸν ἀδελφὸν Κελτίβηρον ὑπὸ θηρίων ἀνηλωμένον, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν καιρίως πλήξας ἔβαλεν εἰς τὸν ποταμὸν Βρίγουλον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Ἄραρ.

2. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς, σκολοπίας προσαγορευόμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· οὗτος αὐξανομένης τῆς σελήνης λευκός ἐστιν· μειουμένης δὲ μέλας γίνεται παντελῶς· ὑπεραυξήσας δὲ ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν.

3. Εὑρίσκεται δ' ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χόνδρῳ παρόμοιος ἁλὸς, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίας νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεδεμένος τῆς σελήνης μειουμένης, καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ' Γαλατικῶν, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Τιμαγένης ὁ Σύρος.

4. Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Λούγδουνος καλούμενον· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μώμορος καὶ Ἀτεπόμαρος, ὑπὸ Σεσηρονέως τῆς ἀρχῆς ἐκβληθέντες, εἰς τοῦτον κατὰ προσταγὴν [χρησμοῦ ἦλθον] τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες. Τῶν δὲ θεμελίων ὀρυσσομένων αἰφνιδίως κόρακες ἐπιφανέντες καὶ διαπτερυξάμενοι, τὰ πέριξ ἐπλήρωσαν δένδρα. Μώμορος δὲ οἰωνοσκοπίας ἔμπειρος ὑπάρχων, τὴν πόλιν Λούγδουνον προσηγόρευσεν. Λοῦγον γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσιν, δοῦνον δὲ τὸ ὄρος.

VI. ARAR.

1. Arar fluvius est Celticæ, nomen inde nactus quod jungitur Rhodano; in hunc enim defluit in regione Allobrogum. Prius vocabatur Brigulus; deinde nomen mutavit hanc ob causam. Arar venationis causa silvam ingressus, quum Celtiberum fratrem a feris dilaniatum offendisset, ob nimium dolorem letale sibi vulnus inflixit et in Brigulum fluvium dejecit, qui ab eo Araris nomen sumpsit.

2. Nascitur in eo magnus piscis ab indigenis scolopias vocatus, qui crescente luna albus est, decrescente autem prorsus niger; sin nimium augetur, propriis spinis confoditur.

3. Ad caput fluvii lapis grumo salis similis reperitur, qui decrescente luna sinistris corporis partibus applicatus febres quaternas sanat, ut narrat Callisthenes Sybarita libro decimo tertio (?) Rerum Gallicarum, a quo argumentum sumsit Timagenes Syrus.

4. Adjacet ei mons Lugdunus dictus, qui hac de causa nomen mutavit. Momorus et Atepomarus a Seseroneo regno ejecti, in hunc collem jussu oraculi venerunt condendæ urbis causa. Dum fossæ fundamentis ducerentur, subito corvi apparentes huc illuc volitantes arbores vicinas repleverunt. Quare Momorus, vir augurii peritus, urbem Lugdunum vocavit; nam *lugum* dialecto sua corvum dicunt, *dunum* vero

---

μετωνομασθεὶς cod.; em. *G.* ‖ — γεγραφὼς vocem abesse velis.

§ 4. Προμήθειος] Plura de hac planta habes apud *Apollon. Rhod.* 3, 845 sqq.

VI, § 1-3. exscripsit Stobæus Floril. 100, 14. ‖ — § 1. πρότερον Βρίγουλος] An forte nomen hoc componendum est cum nomine Allobrigum s. Allobrogum?

§ 2. σκολοπίας] σκολόπιδος codex, κλουπαΐα Stobæus, κλυπίας Michael Glycas Annal. 1, p. 88, 9, κλοπίας Joan. Lydus De Mens. 3, 8 et Anonymus in Boisson. Anecd. gr. vol. 1, p 417, ubi: ἐν Αἰσάρῳ ποταμῷ τῆς Κελτικῆς, μᾶλλον δὲ Συβάρεως, γεννᾶται ἰχθὺς καλούμενος κλοπίας etc. A vera nominis forma proxime abesse codicis Palatini scripturam censeo, quum σκόλοπες dicantur ἄκανθαι, quibus piscem nostrum præditum esse ex seqq liquet. Clupeam piscem quendam minimum, de quo Plinius 9, 17, a nostro pisce magno diversum esse recte, opinor, monet Maussacus. Quod Anonymus modo laudatus Ararem cum Æsaro confundit, id vitioso codici, quo iste usus est, deberi videtur. Monendum tamen similem de Æsaro Italiæ fluvio historiolam legi apud Eustathium ad Dion. 369: Ὁ δὲ περὶ Κρότωνα ποταμὸς Αἴσαρος ἐπὶ κυνηγῷ Αἰσάρῳ καλεῖται, ὃς ἐλάφῳ διωκομένῃ αὐτόθι συνεισπεσὼν ἀφῆκεν οὕτω καλεῖσθαι τὸν ποταμόν. ‖ — αὐξανομένης] sic codex et Anonym. ap. Boisson.; αὐξομένης ceteri excerptores.

§ 3. εὑρίσκεται .. ἁλὸς, ὃς] sic Stobæus; εὑρίσκεται δ' ἐν αὐτῷ λίθος ἐν τῇ κεφαλῇ χόνδρῳ παρόμοιος, ὃς codex. ‖ — τεταρταίας Stobæus; τεταρταίους codex. ‖ — προσδεδεμένος] προσδεσμευόμενος Stobæus.

§ 4. Λούγδουνος] Λούσδουλος cod.; em. *G*; Λούγδουνον e Hercheri sententia *D*. ‖ — μετωνομάσθη] Hoc si recte habet, antiquius montis nomen desideratur. Cf. 7, 1. ‖ — Ἀτεπόμαρος] Cf. de Atepomaro historiola in Parall. min. c. 30. ‖ — χρησμοῦ ἦλθον, ut sententia expleretur aliquo modo, supplevit *W*; κατὰ χρησμοῦ πρ. εἰς τοῦτον τὸν λόφον ἦλθον proposuit *R*. ‖ — Λούγδουλον et mox λοῦγλον (eraso λ posteriore) pro δοῦνον, codex; em. *M*. ‖ — τόπον] τὸν cod.; em. Henricus Leo, citante Herchero.

ρακα καλοῦσι, δοῦνον δὲ τόπον ἐξέχοντα, καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν ιγ' Κτίσεων.

VII. ΠΑΚΤΩΛΟΣ.

1. Πακτωλὸς ποταμός ἐστι τῆς Λυδίας κατὰ πόλιν Σάρδεις. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Χρυσορρόας. * Χίος ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀπαθίππης * παῖς τὴν μηχανικὴν τέχνην ἀσκήσας καὶ σπάνει βίου συνεχόμενος, νυκτὸς βαθείας τοὺς θησαυροὺς Κροίσου τοῦ βασιλέως ἀνέῳξεν καὶ τὸν χρυσὸν ἐκκομίζων διεδίδου τοῖς οἰκείοις· καταδιωχθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φρουρῶν καὶ κατάληπτος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Χρυσορρόας μετωνομάσθη. Πακτωλὸς δὲ μετεκλήθη διὰ τήνδε τὴν περίστασιν. Πακτωλὸς, οειολιος * καὶ Λευκοθέης παῖς, ἐν τοῖς Ἀφροδίτης μυστηρίοις Δημοδίκην τὴν ἀδελφὴν κατ' ἄγνοιαν βιασάμενος καὶ περὶ τῶν συμβεβηκότων κατηχηθεὶς διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Χρυσορρόαν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Πακτωλὸς προσηγορεύθη.

2. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ ψῆγμα Δαρείου χρυσίου καταφερόμενον εἰς τὸν εὐδαίμονα κόλπον.

3. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ καὶ λίθος ἀρουραφύλαξ * καλούμενος· ἔστι δὲ ἀργύρῳ παρόμοιος· εὑρίσκεται δὲ δυσχερῶς τῷ καταφερομένῳ ψήγματι συναναμιγνύμενος· ἔχει δὲ δύναμιν τοιαύτην. Οἱ ἐν ἐξοχῇ τυγχάνοντες τῶν Λυδῶν συναγοράζουσιν αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου τῶν θησαυρῶν τιθέασι, καὶ διαφυλάττου-

locum eminentem, ut Clitophon libro tertio decimo De urbium originibus.

VII. PACTOLUS.

1. Pactolus fluvius Lydiæ est juxta Sardium urbem. Antea Chrysorrhoas vocabatur [*hac de causa. Chrysorrhoas,*] Apollinis et Apathippes (?) filius, artem mechanicam exercens et victûs inopia pressus profunda nocte Crœsi regis thesauros aperuit, et exportatum inde aurum inter familiares distribuit; ab insequentibus autem custodibus undique cinctus se ipsum in fluvium conjecit, qui ab eo Chrysorrhoas nuncupatus est. Pactoli deinde nomen fluvius accepit ab hocce eventu. Pactolus, *Jovis* (?) et Leucotheæ filius, in Veneris mysteriis Demodicen sororem inscius vitiavit et re comperta præ nimio mærore se in Chrysorrhoam dejecit, qui ab eo deinceps Pactolus vocatus est.

2. Nascitur in eo ramentum auri Darici, quod in felicem sinum (?) defertur.

3. Nascitur in eodem etiam lapis aruraphylax (*custodia sive custos? argyrophylax?*) dictus; argento similis est; invenitur difficulter ramento, quod in fluvio defertur, commixtus; vim vero habet ejusmodi. Viri inter Lydos dignitate excellentes eum coemunt et ante thesaurorum limina ponunt, et sic aurum in illis re-

---

VII, § 1. Χίος] sic codex. « Initium hujus capitis Wyttenbachius grammatici consuetudinem non nimis recordatus sic restitutum voluit : πρότερον Χῖος, ἔπειτα Χρυσορρόας, τὴν προσηγορίαν λαβὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην· Χρυσορρόας ὁ Ἀπόλλωνος κτλ. Immo scribendum videtur : ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Χρυσορρόας δι' αἰτίαν τοιαύτην. Χρυσορρόας Ἀπ. κτλ. Vocabulo ἔπειτα Plutarchus nunquam usus est; saltem ὕστερον dicendum erat. » Hercher. Fortassis Χίος ortum est ex υἱὸς, quæ fuerit varia lectio vocis ὁ παῖς. Vox υἱὸς iterum recurrit § 5, cujus loco per reliquum libellum παῖς usurpari solet. ‖ — Ἀπαθίππης] Ἀγαθίππης vel Ἀγανίππης proposuit *H*, quorum illud recepit *D*, probabiliter, quamquam alibi non obvium est; sed cf. Ἀριστίππη. Possis etiam Ἀνθίππης. ‖ — καταδιωχθεὶς] e conj. Hercheri; καταλειφθεὶς cod., quod si cum prioribus edd. in καταληφθεὶς mutandum, abundarent verba καὶ κατάληπτος γενόμενος, quæ a librario illata esse opinabatur Wyttenbachius. ‖ — κατάληπτος] Infra § 5 περικατάληπτος, uti 3, 1. 4, 3. Idem nostro quoque loco scriptum fuisse esse videtur, ut cum Herchero et Dübnero crediderim. ‖ — μετωνομάσθη] Idem de h. l. valet, quod ad 6, 4 monuimus. ‖ — οειολιος] sic codex, unde *G* fecit ὁ Εἰολιος, quod nihili esse videtur; Διὸς conj. *H;* fortassis hoc quoque loco erat : υἱὸς Διὸς juxta Διὸς παῖς. Sin minus, conjecerim : ὁ [M]ήονος. De Meone Phrygiæ et Lydiæ rege v. Diodor. 3, 58.

§ 2. Δαρείου] Legendum videtur Δαρεικοῦ (Pollux 7, 98 : ἄπεφθος χρυσὸς, ἀκριβὴς, εἰλικρινὴς, ἀκήρατος, ἀκραιφνὴς, Δαρεικὸς, Γυγάδας. Alciphron 1, 5 : χρυσοῦ κόμματα Δαρεικοῦ), nisi forte putes eodem sensu dici Δαρείου, uti videtur Dindorfio in Thesaur. gr. s. v., et Wesselingio ad Diodor. vol. I, p. 425, 23, qui eandem formam restituendam censet in epigr. Simonid. Anth. Pal. 6, 124, ubi : ἐς ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων Δαρετίου χρυσοῦ. Hercherus corrigendum opinatur : γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ ψῆγμα χρυσίου, καταφερόμενον εἰς τὸν εὐδαίμονα κόλπον Δαρείου, adeo ut Chrysermum Darii alicujus temporibus περὶ ποταμῶν scripsisse Plutarchus simulaverit. ‖ — καταφερόμενος cod. ‖ — εὐδαίμονα κόλπον] Pactolus in Hermum incidit, qui ipse in sinum exit Ἕρμειον (Vit. Hom. c. 2). At maris sinum h. l. significari parum est probabile. Quare, quum poeticæ locutiones a Nostro non alienæ sint, κόλπον intelligere malim de valle Hermi et planitie Sardiana (Cf. Νεμέας κόλπον, κόλποις Πίσας ap. Pindar., Τροίας κόλποις ap. Eurip., εὐανθεῖς κ. λειμώνων ap. Aristoph. V. Thes. gr. s. v.). Fort. igitur fuit εἰς τὸν [Μαιονίας] vel εἰς τὸν [Ὑδαίων (i. e. Sardianorum)] εὐδαίμονα (εὐλείμονα?) κόλπον. Fieri tamen etiam potest ut leg. sit : ἐν τῷ εὐδαίμονι κόλπῳ, fluvii sc.

§ 3. Ἀρουραφύλαξ] sic codex. Reinesius V. Lect. 3, 13 finxit αὐροφύλαξ, *auri custos*. Probabilius Hercherus : ἀργυροφύλαξ, quod recepit Dübnerus. Aptius foret θησαυροφύλαξ. Mihi in mentem venit φρουρὰ [ἢ] φύλαξ. ‖ — ἀργύρῳ παρόμοιος] Pseudargyrum ad Tmo-

σιν ἀκινδύνως τὸν διατιθέμενον χρυσόν. Ὁσάκις γὰρ ἂν φῶρες ἐπέλθωσι, σάλπιγγος ἦχον ἀναδίδωσιν ὁ λίθος. Οἱ δὲ, ὡς ὑπὸ δορυφόρων διωκόμενοι, κατὰ κρημνῶν φέρονται. Καὶ καλεῖται ὁ τόπος τῶν βιαιοθανατησάντων Πακτωλοῦ φρουρά.

4. Γεννᾶται δὲ [ἐν αὐτῷ καὶ] βοτάνη πορφυράνθεμος, καλουμένη χρυσοπόλη· πρὸς αὐτὴν γὰρ αἱ ἀστυγείτονες πόλεις τὸν ἀκέραιον χρυσὸν δοκιμάζουσιν. Ἅμα γὰρ αὐτὸν χωνευθῆναι βάπτουσι τὴν βοτάνην· καὶ ἐὰν μὲν ἀνόθευτον τὸ χρυσίον ᾖ, τὰ φύλλα χρυσοῦται· ἐὰν δ' ἐφθαρμένον ὑπάρχῃ, τὴν ἠλλαγμένην ὑγρασίαν ἀποπτύει, καὶ διατηρεῖ τῆς ὕλης τὴν οὐσίαν, καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος ἐν γ περὶ Ποταμῶν.

5. Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Τμῶλος, παντοδαπῶν θηρίων πλῆρες· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Καρμανόριον ἀπὸ Καρμάνορος τοῦ Διονύσου καὶ Ἀλεξιρροίας παιδὸς, ὃς κυνηγετῶν ἀπέθανεν ὑπὸ κάπρου πληγείς· ὕστερον δὲ μετωνομάσθη Τμῶλος διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Τμῶλος Ἄρεως καὶ Θεογόνης υἱὸς, βασιλεὺς Λυδίας, ἐν Καρμανορίῳ κυνηγετῶν ὄρει καὶ θεασάμενος Ἀρσίππην παρθένον τῇ Ἀρτέμιδι συναναστρεφομένην, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς [ἐν]έπεσεν καὶ πλεονεκτούμενος ὑπὸ τοῦ ἔρωτος ἐπεδίωκεν αὐτὴν βιάσασθαι βουλόμενος· ἡ δὲ περικατάληπτος γενομένη ἀπέφυγεν εἰς τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος. Καταφρονήσας δὲ τῆς δεισιδαιμονίας ὁ τύραννος ἐν τῷ τεμένει τὴν κόρην ἔφθειρεν· ἡ δὲ ἀθυμίᾳ συσχεθεῖσα βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν. Ἀναξιοπαθήσασα δὲ ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν ἡ θεὸς, οἰστροπλῆγα τῷ προειρημένῳ ταῦρον ἐπέσκηψεν, ὑφ' οὗ ῥιφεὶς εἰς ὕψος καὶ εἰς σκόλοπας κατενεχθεὶς, μετὰ βασάνων ἔθανεν. Θεοκλύμενος δὲ, τοῦ προειρημένου παῖς, τὸν γεννήσαντα θάψας τὸ ὄρος ἀπ' αὐτοῦ μετωνόμασεν.

6. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος κισήρει παρόμοιος καὶ σπανίως εὑρίσκεται· τετράκις γὰρ τῆς ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χρόαν· βλέπεται δὲ ὑπὸ παρθένων τῶν μήπω χρόνον φρονήσεως ἐχουσῶν· αἱ δὲ ὥραν ἔχουσαι γάμου ἐὰν δρῶσιν αὐτὸν, οὐδὲν ἀδικοῦνται παρὰ τῶν ὑβρίζειν θελόντων· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν....

positum citra periculum custodiunt; quotiescunque enim fures advenerint, tubæ clangorem lapis emittit, ipsi autem fures, quasi satellites tergis eorum insisterent, per præcipitia feruntur. Locus quo sic morte violenta perierunt, Paetoli custodia vocatur.

4. Nascitur ibidem herba flores purpureos habens, cui chrysopole (?) nomen; ejus enim ope vicinarum urbium incolæ auri puritatem probant; nam simul ac id liquefecerint, plantam hanc immergunt, cujus folia, si inadulteratum aurum, inaurantur; sin corruptum, immutatam humiditatem respuunt et materiæ substantiam servant, ut narrat Chrysermus libro tertio De fluviis.

5. Adjacet Paetolo Tmolus mons omnigenis belluis refertus; prius dicebatur Carmanorius a Carmanore Bacchi et Alexirrhœæ filio, qui inter venandum ab apro vulneratus occubuit; postea Tmolus mons dictus est hac de causa. Tmolus, Martis et Theogonæ filius, Lydiæ rex, quum venans in Carmanorio monte Arsippen virginem Dianæ comitem conspexisset, cœpit eam deperire et amore superatus violandi animo persecutus est. Illa ne comprehenderetur, in templum Dianæ confugit; at nihili faciens religionem rex in sacrario virginem stupravit, quæ præ tristitia resti vitam circumscripsit. Indignata vero ob regis insolentiam Diana taurum in eum immisit furore exagitatum, a quo in altum jactus et in palas præacutos delatus obiit in tormentis; sed Theoclymenus, Tmoli filius, tumulato patre, montem ab eo denominavit.

6. Nascitur in eo lapis pumici similis, qui perraro invenitur; quater enim quovis die colorem mutat. Conspicitur a virginibus propter ætatis imbecillitatem sapientia nondum præditis; quodsi vero nubiles eum conspexerint, nequicquam læduntur ab iis qui injuriis ipsas afficere conentur, ut narrat Clitophon.

---

lum reperiri narrat Strabo p. 610 : ἔστι δὲ λίθος περὶ τὰ Ἄνδειρα, ὃς καιόμενος σίδηρος γίνεται· εἶτα μετὰ γῆς τινος καμινευθεὶς ἀποστάζει ψευδάργυρον... Γίνεται δὲ ψευδάργυρος καὶ περὶ τὸν Τμῶλον. ‖ — αὐτὸν] αὐτοῦ cod.; em *G*. ‖ — γὰρ ἄν] γὰρ ἄνω cod.; em. *W*.

§ 4. ἐν αὐτῷ καὶ supplevi, monente Hercherо. ‖ — χρυσοπόλη] Sic codex habet. « Χρυσόπολις dedi secutus Tzetzem qui locum nostrum respexit Chil. 4, 412, 713; Præfat. ad Hesiod. Opp. p. 11 ed. Gaisf. Vid. Interpr. ad Aristæn. p. 388 ed. Boisson. » Hercher. Quid auctor dederit me latet; desirari videtur nomen, quo plantam istam χρυσοῦ δοκιμαστὴν esse indicatur. An fuit χρυσοδόχη? χρυσοπώλη? ‖ — βάπτουσι] ἅπτουσι cod.; em Kaltwasser (Plutarch. vers. germ. vol. 8, p. 474) e Tzetze Chil. 4, 412, ubi hæc : Πόαν καλοῦσι δέ τινα χρυσόπολιν τῇ κλήσει, Ἣ τὸν χρυσὸν τὸν καθαρὸν χεόμενον τοῖς φύλλοις Δέχεται, καὶ χρωννύεται πρὸς βάθος βεβαμμένη. Ἂν δ' ἔστι κίβδηλος χρυσὸς, οὐ δέχεται τοῖς φύλλοις. ‖ — καὶ διατηρεῖ τῆς ὕλης τὴν οὐσίαν in cod. leguntur post v. χρυσοῦται; transposuit, Herchero auctore, Dübner.

§ 5. πλῆρες] πλήρης cod.; mutavit *R*. ‖ — Καρμανόριον ἀπὸ Κάρμωνος ... Ἀλεξιροίας ... ἐν Καρμανίῳ codex; em. editt. ‖ — Ἀρσίππην] Ἀρρίπην codex, Ἀρρίππην Hercher. ‖ — ἐνέπεσεν] ἔπεσεν cod.; ad aliorum locorum similitudinem efformavit Hercher. ‖ — περιέγραψεν] παρέτριψεν cod.; em. *W*., coll. 9. 4. 17, 3. Parall. Min. 34 apud Stobæum 64, 38.

§ 6. μήπω χρόνον] μὴ τῷ χρόνῳ cod.; em. *W*. Cf. Pseudaristot. Mirab. c. 174, ubi eadem brevius.

VIII. ΛΥΚΟΡΜΑΣ.

1. Λυκόρμας ποταμός ἐστιν Αἰτωλίας· μετωνομάσθη δ' Εὔηνος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἴδας, ὁ Ἀφαρέως παῖς, δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Μάρπησσαν ἁρπάσας, ἀπήνεγκεν εἰς Πλεύρωνα. Κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ Εὔηνος, ἐπεδίωκεν τὸν ἐπίβουλον τῆς ἰδίας θυγατρός· γενόμενος δὲ κατὰ Λυκόρμαν καὶ τῆς συλλήψεως ἀπελπίσας, ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν ἔβαλεν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὔηνος μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη [σάρισα προσαγορευομένη], λόγχῃ παρόμοιος, ποιοῦσα πρὸς ἀμβλυωπίας ἄριστα, [καθὼς ἱστορεῖ Ἀρχέλαος ἐν α' περὶ Ποταμῶν.]

3. Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Μύηνον καλούμενον ἀπὸ Μυήνου, τοῦ Τελέστορος καὶ Ἀλφεσιβοίας παιδός. Οὗτος γὰρ ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς φιλούμενος καὶ μὴ θέλων μιαίνειν τὴν κοίτην τοῦ γεννήσαντος, εἰς Ἄλφιον ὄρος ἀνεχώρησεν. Τελέστωρ δὲ τῷ ζήλῳ τῆς γυναικὸς συσσχηματισθείς, [εἰς] τὴν ἐρημίαν μετὰ τῶν δορυφόρων κατὰ τοῦ τέκνου ληψόμενος ἐδίωκεν. Μύηνος δὲ φθάσας τοῦ πατρὸς τὰς ἀπειλὰς κατεχρήμνισεν ἑαυτόν. Τὸ δ' ὄρος κατὰ πρόνοιαν θεῶν ἀπ' αὐτοῦ Μύηνον μετωνομάσθη.

4. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λευκόϊον ἄνθος, ὃ μητρυιᾶς ὀνομασθείσης μαραίνεται, καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' περὶ Ὀρῶν.

VIII. LYCORMAS.

1. Lycormas fluvius est Ætoliæ, quem hac de causa Euenum denominaverunt. Idas, Apharei filius, amoris desiderio Marpessam raptam Pleuronem abduxit. Euenus, re comperta, filiæ insidiatorem persecutus est, sed quum ad Lycormam venisset, abjecta spe assequendi fugitivi, in fluvium se conjecit, qui ab eo Euenus dictus est.

2. Nascitur in eo herba sarisa nomine, hastæ similis, quæ utilissima est ad sanandam oculorum hebetudinem, ut Archelaus narrat libro primo De fluviis.

3. Adjacet ei mons Myenus vocatus a Myeno Telestoris et Alphesibœæ filio, qui dilectus a noverca, quum patris lectum temerare nollet, recessit in Alphium (*Taphium?*) montem. [*Tum mulier repulsam passa ut ulcisceretur cum incusavit quasi vim ipsi inferre voluisset.*] Telestor autem ad conjugis studia se conformans, in desertum cum stipatoribus exiit, ut filium corriperet. At Myenus parentis præveniens minas se præcipitem dedit; unde mons deorum consilio ab eo Myenus vocatus est.

4. Crescit in eo leucoium sive alba viola, quæ pronuntiato novercæ nomine statim marcescit, ut narrat Dercyllus libro tertio De montibus.

VIII, § 1. Λυκόρμας] Λύκαρμος et infra Λυκάρμαν codex; Λύκαρμος etiam in plurimis codd. Pseudaristot. Mirab. c. 171 ed. Westermann, ubi § 2 hujus capitis exhibetur. Λυκόρμας ex Nostro habet Stobæus Flor. 100, 15. De vetere hoc Eueni fl. nomine cf. Strabo p. 327 et 451 et Stephan. Byz. v. Λυκόρμας. Historiola Plutarchea ita habet in Parall. Min. c. 40 : Εὔηνος Ἄρεως καὶ Στερόπης, τὴν Οἰνομάου γήμας Ἀλκίππην, ἐγέννησε θυγατέρα Μάρπησσαν, ἣν παρθένον ἐφρούρει. Ἴδας ὁ Ἀφαρέως, * καὶ ἁρπάσας ἐκ χοροῦ ἔφυγεν. Ὁ δὲ πατὴρ διώξας καὶ μὴ συλλαβών, εἰς τὸν Λυκόρμαν ἔρριψεν ἑαυτὸν ποταμὸν, καὶ ἀθάνατος ἐγένετο, ὡς Δωσίθεος ἐν πρώτῳ Ἰταλικῶν (l. Αἰτωλικῶν). Eadem paullo aliter adornata habes apud Apollodorum 1, 7, 8 et Didymum ad Iliad. 9, 557.

§ 2. βοτάνη ἡ λόγχῃ codex, βοτάνη λόγχῃ Pseudaristot.; inclusa addita sunt e Stobæo, nisi quod ibi pro σάρισα legitur ζάρισα. Ex eodem Stobæo petita est Archelai mentio.

§ 3. Ἄλφιον ὄρος] Legendum esse suspicor Τάφιον ὄρος. Fortassis Myenus idem est quem Macynium (Macyniæ sive Macynæ urbi propinquum) Plinius 4, 3, § 6 vocat, et qui pars Taphiassi montis fuisse videtur. Ceterum quemadmodum apud Homerum (Il. 2, 692) Euenus est pater Mynetis et Mysiæ fluvio Eueno Lyrnessus, urbs Mynetis, apposita erat, similiter etiam montem Eueno Ætolico adjacentem non Μύηνον, sed Μύνηον dictum esse suspicor. ‖ — παιδὸς] τῆς παιδὸς cod. ‖ — Post v. ἀνεχώρησεν excidisse videtur sententia qualis legitur cap. 3, 1 : ἀποτυχοῦσα δὲ τῆς προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς, κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος, ὡς βιάσασθαι αὐτὴν θελήσαντος, uti monuit Hercherus. ‖ — δὲ τῷ ζήλῳ τῆς γυναικὸς] δὲ ὁ ζηλωτὴς τῆς γυναικὸς cod.; em. Dodwell. ‖ — συσχηματισθεὶς] codex; συσχεθεὶς conj. Wyttenbachius. Hercherus, collatis c. 3, 1 : Κάσανδρος δὲ τῷ ζήλῳ συμπεριενεχθεὶς, et c. 16, 1 : τούτου δὲ ταῖς δεήσεσι τῆς γυναικὸς συμπεριενεχθέντος, nostro quoque loco scripsit συμπεριενεχθεὶς, quamquam quo pacto id in συσχηματισθεὶς abire potuerit, haud perspicitur. Cf. Petr. 1, 1, 14 : συσχηματιζόμενοι ταῖς ὑμῶν ἐπιθυμίαις. Eunap. p. 111 : κατά τινα ζῆλον ... ἐς ἐκεῖνον (Σωκράτην) συνεσχηματισμένος. In sqq. supplevi εἰς; Hercherus proposuit [περιερχόμενος] τὴν ἐρημίαν, et deinde : καταληψόμενος τὸ τέκνον ἐδίωκεν. Fortassis : εἰς τὴν ἐρημίαν μετὰ τῶν δορυφόρων [ὥρμησε] κατὰ τοῦ τέκνου [καὶ] ληψόμενος ἐδίωκε. Similiter 3, 1 : μεθ' ὁρμῆς ἐπὶ τὴν ὕλην ἠνέχθη, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος ἐδίωκε τὸν υἱόν.

IX. ΜΑΙΑΝΔΡΟΣ.

1. Μαίανδρος ποταμὸς τῆς Ἀσίας· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀναβαίνων· μόνος γὰρ ἐκ πάντων τῶν ποταμῶν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀρχόμενος πηγῶν εἰς ἑαυτὸν παλινδρομεῖ. Προσηγορεύθη δὲ Μαίανδρος ἀπὸ Μαιάνδρου, τοῦ Κερκάφου καὶ Ἀναξιβίας παιδὸς, ὃς πρὸς Πεσσινουντίους πόλεμον ἔχων ηὔξατο τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ἐὰν ἐγκρατὴς γένηται τῆς νίκης, θύσειν τὸν πρῶτον αὐτῷ συγχαρέντα [ἐπὶ] ταῖς ἀνδραγαθίαις τρόπαια φέροντι. Ὑποστρέψαντι δὲ τῷ προειρημένῳ πρῶτος συνεχάρη συναντήσας ὁ παῖς Ἀρχέλαος μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῆς ἀδελφῆς. Ὁ δὲ τῆς προειρημένης δεισιδαιμονίας ἀναμνησθεὶς, κατ' ἀνάγκην [τοῖς] βωμοῖς προσήγαγεν τοὺς προσήκοντας. Ἀθυμήσας δ' ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἀναβαίνοντα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Μαίανδρος προσηγορεύθη, καθὼς ἱστορεῖ Τιμόλαος ἐν α' Φρυγιακῶν. Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμιος ἐν τῇ Πεσσινουντίων πολιτείᾳ.

2. Δημόστρατος δὲ ὁ Ἀπαμεὺς ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Μαίανδρος ἀκμὴν στρατηγὸς χειροτονηθεὶς ἐξ ἐναντίας Πεσσινουντίων καὶ παρ' ἐλπίδας τῆς νίκης ἐγκρατὴς γενόμενος, τὰ ἀναθήματα τῆς μητρὸς τῶν θεῶν διέδωκε τοῖς στρατιώταις· κατὰ δὲ πρόνοιαν τῆς θεᾶς τῶν σωφρονούντων λογισμῶν αἰφνιδίως ἀπαλλοτριωθεὶς, προσαπέκτεινεν τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱόν· ὀλίγον δὲ σωφρονήσας καὶ εἰς μετάνοιαν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι χωρήσας, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Μαίανδρος προσωνομάσθη.

3. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κατ' ἀντίφρασιν Σώφρων καλούμενος, ὃν ἐὰν βάλῃς τινὸς εἰς κόλπον, ἐμμανὴς γίνεται καὶ φονεύει τινὰ τῶν συγγενῶν· ἐξιλασάμενος δὲ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἀπαλλάσσεται τοῦ πάθους, καθὼς ἱστορεῖ Δημάρατος ἐν γ' περὶ Ποταμῶν. Μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀρχέλαος ἐν α' περὶ Λίθων.

4. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Σίπυλον τὴν προσηγορίαν ἔχον ἀπὸ Σιπύλου τοῦ Ἀγήνορος καὶ Διωξίππης παιδός. Οὗτος γὰρ μητροκτονήσας κατ' ἄγνοιαν καὶ ὑπ' Ἐρινύων οἰστρηλατηθεὶς, εἰς τὸ Κεραύνιον ὄρος ἦλθεν καὶ διὰ λύπης ὑπερβολὴν βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν. Τὸ δὲ ὄρος κατὰ πρόνοιαν θεῶν ἀπ' αὐτοῦ Σίπυλον ὠνομάσθη.

5. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος παρόμοιος κυλίνδρῳ, ὃν οἱ εὐσεβεῖς υἱοὶ ὅταν εὕρωσιν, ἐν τῷ τεμένει τῆς

IX. MÆANDER.

1. Mæander fluvius est Asiæ (*Cariæ?*); prius vocabatur Anabænon, i. e. Retrogradus; solus enim ex omnibus fluviis ab ipsa origine in se ipsum recurrit. Dictus autem est Mæander a Mæandro Cercaphi et Anaxibiæ filio, qui moto contra Pessinuntios bello, matri deorum pollicitus est, si victoria potiretur, se eum qui primus sibi congratularetur ob præclare gesta tropæa reportanti, sacrificaturum. Accidit autem ut ei reverso primi occurrerent Archelaus filius et soror et mater, quos ex necessitate, licet proximos jure sanguinis, pollicitationis suæ non immemor, ad aras ducendas curavit. Sed vehementi ob hæc dolore affectus in Anabænontem fluvium se conjecit, qui ab eo postea Mæandri nomen tulit, ut narrat Timolaus libro De rebus Phrygiis. Eadem Agathocles quoque Samius narrat in Republica Pessinuntiorum.

2. Demostratus vero Apamensis hanc historiam narrat. Mæander belli contra Pessinuntios dux electus, hoste præter spem profligato, donaria matris deorum militibus distribuit. At deæ voluntate a mente sana alienatus uxorem et filium necavit; recuperata autem ad breve tempus mente, pœnitens facti se in flumen conjecit, quod ab eo Mæander cognominatum est.

3. Crescit in eo lapis per antiphrasin sophron, id est sapiens, dictus; quem si in alicujus sinum conjicias, insania ille correptus e cognatis quendam occidit, placata autem matre deorum liberatur ab hac passione, ut refert Demaratus libro tertio De fluminibus. Eorundem mentionem facit etiam Archelaus libro primo De lapidibus.

4. Adjacet ei Sipylus mons, a Sipylo Agenoris et Dioxippæ filio dictus. Hic enim, matre per ignorantiam occisa, a Furiis vexatus in Ceraunium montem pervenit, præque doloris vehementia se suspendit; mons autem, diis ita volentibus, ab eo Sipylus vocatus est.

5. Nascitur in eo lapis cylindro similis, quem ubi pii filii invenere, in templo matris deorum ipsum

---

IX, § 1. τῆς Ἀσίας] τῆς Καρίας? ‖ — ἐπὶ inseruit *R.* ‖ — φέροντι] φέρων cod.; em. *W.* ‖ — τοῖς βωμοῖς προσήγαγεν] βωμοῖς κατήγαγεν cod.; em. *WR*, coll. c. 16, 1. 23, 1 aliisque Parallelorum locis.

§ 2. ἀκμὴν στρ.] ἀκμηστρατηγός codex; ἀκμὴν, quod *tunc temporis* verti vult, conjecit Rutgersius Var. Lect. 3, 12, probantibus Wyttenbachio, Herchero, Dübnero; vix recte, opinor; quamquam quid scripserit auctor dicere non habeo. Conjici possit ἀρχιστράτηγος; certe ἀκμὴ et ἀρχὴ confunduntur etiam in codd. Dionysii Hal. A. R. 9, 37, notante Fixio in Thes. gr. v. ἀκμή. ‖ — ἀναθέματα cod. ‖ — προσαπέκτεινεν... ὀλίγον] ἀπέκτεινεν ... πρὸς ὀλίγον?

§ 3. Σώφρων] τέφρων codex, sicuti optimus codex Aristot. Mirab. c. 167, ubi eadem habes; em *G.*

§ 4. Διοξίππης codex Ceterum Sipylus mons Hermo fluvio, non vero Mæandro adjacet.

§ 5. υἱοὶ ὅταν] υἱὸν ὅτ' ἂν cod.; em. *G.* ‖ — ἁμαρ-

μητρὸς τῶν θεῶν τιθέασι καὶ οὐδέποτε χάριν ἀσεβείας ἁμαρτάνουσιν, ἀλλὰ φιλοπάτορες ὑπάρχουσι καὶ πρὸς τοὺς προσήκοντας συμπαθοῦσιν, ὡς ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ὁ Σάμιος ἐν δ' περὶ Λίθων. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Δημάρατος ἐν δ' Φρυγίας.

recondunt, nec unquam impie peccant, immo parentes diligunt et cognatis suis morigeri sunt, ut scribit Agatharchides Samius libro quarto De lapidibus; accuratius vero hæc narrat Demaratus libro quarto De Phrygia.

X. ΜΑΡΣΥΑΣ.

1. Μαρσύας ποταμός ἐστι τῆς Φρυγίας κατὰ πόλιν Κελαινὰς κείμενος· προσηγορεύετο δὲ πρότερον πηγὴ Μίδα δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μίδας βασιλεὺς Φρυγῶν [περι]ερχόμενος τὰ ἐρημότερα τῆς χώρας καὶ ἀνυδρίᾳ συνεχόμενος, ἤψατο τῆς γῆς καὶ χρυσῆν ἀνέδωκε πηγήν, τοῦ ὕδατος χρυσοῦ γενομένου· καὶ ὑπόδιψος ὢν καὶ τῶν ὑποτεταγμένων θλιβομένων, ἀνεκαλέσατο τὸν Διόνυσον. Γενόμενος δ' ἐπήκοος ὁ θεὸς, δαψιλὲς ὕδωρ ἀνέτειλε. Κορεσθέντων δὲ τῶν Φρυγῶν, Μίδας τὸν ἐκ τῆς κρήνης καταρρέοντα ποταμὸν Μίδα πηγὴν ἐκάλεσε. Μετωνομάσθη δὲ Μαρσύας διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Νικηθέντος ὑπ' Ἀπόλλωνος Μαρσύου καὶ ἐκδαρέντος, ἐκ τοῦ ῥεύσαντος αἵματος ἐγεννήθησαν Σάτυροί τε καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος, Μαρσύας καλούμενος, καθὼς ἱστορεῖ Ἀλέξανδρος Κορνήλιος ἐν γ' Φρυγιακῶν.

2. Εὐημερίδας δὲ ὁ Κνίδιος ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Ὁ ἀσκὸς Μαρσύου τῷ χρόνῳ δαπανηθεὶς καὶ κατενεχθεὶς ἔπεσεν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὴν Μίδα κρήνην· καὶ κατ' ὀλίγον καταφερόμενος ἁλιεῖ τινι προσηνέχθη· κατὰ δὲ χρησμοῦ προσταγὴν Πεισίστρατος ὁ Λακεδαιμόνιος παρὰ [τὰ] λείψανα τοῦ Σατύρου πόλιν κτίσας, Νόρικον αὐτὴν προσηγόρευσεν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος. Νόρικον δὲ οἱ Φρύγες τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν ἀσκὸν καλοῦσιν.

3. Γεννᾶται δὲ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ βοτάνη αὐλὸς ὀνομαζομένη, ἣν ἐὰν πρὸς ἄνεμον σείσῃ τις, μουσικὴν ἔχει μελῳδίαν, καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν α' Σατυρικῶν.

4. Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Βερεκύνθιον καλούμε-

X. MARSYAS.

1. Marsyas fluvius est Phrygiæ juxta Celænas urbem fluens; prius vocabatur Midæ fons hac de causa. Midas Phrygum rex quum remotiora regionis loca circumiret et aquæ penuria laboraret, pede pulsavit terram, e qua exortus est aureus latex. Verum quum aurea flueret aqua et ipse siti premeretur, afflictis civibus, Bacchum invocavit, qui, exauditis ejus precibus, aquæ copiam porrexit. Saturatis autem Phrygiis, Midas fluvium, qui ex hoc fonte fluebat, Midæ fontem vocavit. Postea Marsyas mutato nomine dictus est hac de causa. Victo et excoriato ab Apolline Marsya, e fluente sanguine orti sunt Satyri et fluvius cognominis Marsyas, ut narrat Alexander Cornelius libro tertio Rerum Phrygiarum.

2. Euemeridas vero Cnidius talis meminit historiæ. Uter Marsyæ exesus tempore et delatus, e terra in Midæ fontem decidit, paullatimque defluens a piscatore quodam repertus est. At oraculi jussu Pisistratus Lacedæmonius juxta Satyri reliquias urbem condens, ab eventu eam Noricum nominavit (noricum enim Phryges lingua sua utrem vocant), *ipsum autem fluvium Marsyam appellavit.*

3. Nascitur in hoc fluvio herba aulus, id est tibia, dicta, quæ si ad ventum moveatur, melodiam musicam resonat, ut narrat Dercyllus libro primo Satyricorum.

4. Adjacet ei mons Berecynthius, nomen sorti-

τάνουσιν] sic Aristot. Mir. 162, ubi eadem; ἁμάρτουσιν cod. ‖ — περὶ λίθων] ἢ λίθων codex, qui deinde : Δημάρετος.

X, § 1. περιερχόμενος] ἐρχόμενος cod.; em. Wyttenbachius, coll. 2, 1. 24, 1. ‖ — νικηθέντος etc.]. Narrationis ordo flagitat primum memorari quæ leguntur § 2 : ὁ ἀσκὸς Μαρσύου κτλ., quibus deinde adjici poterat altera historia, ex qua Marsyas fl. e sanguine Marsyæ Satyri natus est, uti præter Nostrum narrat Palæphatus Incred. c. 48 : εἶδον ἐγὼ ποταμὸν ἐν Φρυγίᾳ· Μαρσύας ὄνομα τῷ ποταμῷ, καὶ ἔλεγον οἱ Φρύγες ὅτι τὸ ῥεῦμα τοῦτο ἐξ αἵματός ἐστι τοῦ Μαρσύου.

§ 2. Cf. Eustathius ad Dionys. Perieg. 321. ‖ — ἁλιεῖ] « Haud scio an αἰγιαλῷ ab auctore fuerit. Sed plura etiam desidero ad narrationis integritatem. » Wyttenbach. ‖ — ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος in codice et apud Eustathium exstant post vocem πόλιν. Transponi jussit *W.* ‖ — Νόρικον] sic codex; Eustathius reperit Νώρικον, quod in Plutarchum quoque intulit Maussacus, quamquam quid verius sit sciri omnino nequit. In mentem venerat Δορικόν (*pelliceum*) legendum esse, quamvis id foret græcum vocabulum. De Norico Phrygiæ nihil constat. Δορίειον ignotam Phrygiæ urbem commemorat Stephanus Byzantius. Fides eorum quæ de Pisistrato Lacedæmonio traduntur, penes auctorem sit; at reapse Dores in interioribus Lydiæ et Phrygiæ partibus consedisse e nummis Synnadorum et Stephano s. v. Καστωλὸς colligitur. V. Müller. *Dor.* I, p. 107 et 124.

§ 3. ἔχει] « Bene habet; neque opus corrigere ἠχεῖ, quod facile cui in mentem veniat. » *Wyttenbach.*; ἠχεῖ tamen consuetudini Nostri accommodatius foret.

§ 4. Segmen hoc a librario aliquo decurtatum esse cum Herchero crediderim.

νον, τὴν προσηγορίαν ἔχον ἀπὸ Βερεκύνθου τοῦ πρώτου ἱερέως γενομένου τῆς μητρὸς τῶν θεῶν.

5. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος καλούμενος μάχαιρα· ἔστι γὰρ σιδήρῳ παραπλήσιος· ὃν ἐὰν εὕρῃ τις τῶν μυστηρίων ἐπιτελουμένων τῆς θεᾶς, ἐμμανὴς γίνεται, καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς.

tus a Berecyntho primo deorum matris sacerdote.

5. Nascitur in eo lapis machæra vocatus; est enim ferro similis; quem si quis inveniat dum deæ mysteria peraguntur, is statim furore corripitur, ut narrat Agatharchides in Rebus Phrygiis.

XI. ΣΤΡΥΜΩΝ.

1. Στρυμὼν ποταμός ἐστι τῆς Θρᾴκης κατὰ πόλιν Ἠδωνίδα· προσηγορεύετο δὲ πρότερον Παλαιστῖνος ἀπὸ Παλαιστίνου τοῦ Ποσειδῶνος. Οὗτος γὰρ πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας ἔχων πόλεμον καὶ εἰς ἀσθένειαν ἐμπεσὼν τὸν υἱὸν Ἁλιάκμονα στρατηγὸν ἔπεμψεν· ὁ δὲ προπετέστερον μαχόμενος ἀνῃρέθη. Περὶ δὲ τῶν συμβεβηκότων ἀκούσας Παλαιστῖνος καὶ λαθὼν τοὺς δορυφόρους, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Κόνοζον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Παλαιστῖνος ὠνομάσθη. Στρυμὼν δὲ, Ἄρεως παῖς καὶ Ἥλίκης, ἀκούσας περὶ τῆς Ῥήσου τελευτῆς καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Παλαιστῖνον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Στρυμὼν μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος παυσίλυπος καλούμενος· ὃν ἐὰν εὕρῃ τις πενθῶν, παύεται παραχρῆμα τῆς κατεχούσης αὐτὸν συμφορᾶς, καθὼς ἱστορεῖ Ἰάσων Βυζάντιος ἐν τοῖς Θρᾳκικοῖς.

3. Παράκεινται δ' αὐτῷ ὄρη Ῥοδόπη καὶ Αἷμος. Οὗτοι ἀδελφοὶ τυγχάνοντες καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἀλλήλων ἐμπεσόντες, ὁ μὲν αὐτὴν Ἥραν προσηγόρευσεν, ἡ δὲ τὸν ἀγαπώμενον Δία. Οἱ δ' ἀτιμούμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν μισοπονήρως ἐνεγκόντες, εἰς ὁμώνυμα ὄρη μετέβαλον ἀμφοτέρους.

XI. STRYMON.

1. Strymon fluvius est Thraciæ juxta civitatem Edonidem; prius Palæstinus a Palestino Neptuni filio vocabatur. Ille enim quum contra conterminos bellaret, et gravi morbo detineretur, Haliacmonem filium exercitui præfecit; qui quum temerarie pugnam commisisset, occisus est. Cujus infortunii certior factus Palæstinus, clam stipatoribus præ gravi dolore se dedit præcipitem in fluvium Conozum, quem ab eo dixere Palæstinum. Strymon autem [*appellatus est de causa ejusmodi. Strymon*] Martis et Helices filius, quum Rhesum occubuisse intellexisset, tristitia oppressus se ipsum conjecit in fluvium Palæstinum, qui ab eo transnominatus est Strymon.

2. Nascitur in eo lapis, quem pausilypum, id est dolores sedantem, vocant; hunc si quis affectus mœrore offenderit, statim ab eo liberatur, ut narrat Iason (*Leon?*) Byzantius in Thracicis.

3. Adjacent ei montes Rhodope et Hæmus, qui quum frater et soror essent et invicem se diligerent, hic sororem suam Junonem ausus est dicere, illa vero dilectum fratrem Jovem, non sine impietate; quam ægre ferentes dei in montes cognomines ambos transformarunt.

---

§ 5. σιδήρου παραπλήσιον cod.; em. *M.* ‖ — τῆς θεᾶς] Aristot. Mir. c. 173 ita habet : ὃν ἐὰν εὕρῃ τις, τῶν μυστηρίων τῆς Ἑκάτης ἐπιτελουμένων, ἐμμανὴς γίνεται, ὡς Εὔδοξός φησιν. Sicut in Parallelis interdum nota et celebrata scriptorum nomina excerptor quidam substituit obscuris illis, quos ex integriore Nostri opere servavit Stobæus, similiter Eudoxus pro Agatharchide laudari videtur.

XI. § 1. Ἠδονίδα codex. « Maussacus, quoniam de urbe Edonide nihil compertum haberet, pro πόλιν γαῖαν scriptum fuisse suspicatus est. Sed stat lectio vulgata; Ἠδωνὶς enim diserte urbibus adnumeratur a Niceta Serrariense (in Mus. Rhen. Nov. 1841. Fasc. 1, p. 143); qui ut erraverit, eodem certe nomine Plutarchum errare potuisse concedendum est. » Hercher. Fort. : κατὰ [Ἀμφίπολιν], πόλιν Ἠδωνίδα (Cf. v. gr. Herodot. 5, 11 : Μύρκινον, πόλιν Ἠδωνίδα), vel etiam κατὰ πόλιν Ἠϊόνα, de qua Strymon olim Ἠϊονεύς dictus fuisse dicitur apud Conon. Narrat. c. 4. ‖ — Παλαιστῖνος] Nomen hoc originem debere videtur famæ, ex qua Odomantes, Strymonis accolæ, qui circumcidebantur (Aristoph. Acharn. 155), Judæi esse credebantur (φασὶ δ' αὐτοὺς Ἰουδαίους εἶναι schol. ad Arist. l. l.). Revera Judæos olim ad Strymonem consedisse, a Phœnicibus eo deductos, suspicatur Movers (*Phœniz.* vol. 2, p. 285). Idem vir doctus cum Κονόζῳ componit nomen gentis canaaniticæ, qui *Cenizi* vocant in Genesi 15, 19. Haud multum his tribuendum esse credideris. Ceterum conferri meretur quod e Polemonis in Lucanum (5, 460) commentariis Joannes Lydus De mag. 3, 46 narrat, Epirotas (apud quos Παλαιστή urbs erat) esse Judæos e Syria oriundos, indeque Epirum olim Palæstinam fuisse vocatam. ‖ — Conozus nomen nescio an perperam ad Strymonem translatum sit ab eo fluvio qui a Strymone et Nesto versus ortum situs apud veteres scriptores vocatur Κόμψατος, Κόσατος, Κοσσινίτης, Κούδητος (v. not. ad Scylac. § 67, tom. 1, p. 55). ‖ — λαθὼν] sic sec. manus in margine; θαλων (sic) pr. m. codex.

§ 2. Θρᾳκικοῖς] Τραγικοῖς h. l. et § 4 codex; em. Reinesius.

§ 3. μισοπονήρως] βάρεως h. l. codex, sed μισοπονήρως vocem habet ante verba οἱ δ' ἀτιμούμενοι, quo illata esse videtur e margine, ubi μισοπονήρως erat varia lectio vocis βαρέως. Verbum rarius (de quo cf. 12, 1. 21, 4 et Parall. Min. 33) in locum notioris substituit Hercher; βαρέως καὶ μισοπονήρως conj. Reinesius. Ceterum de historia cf. Ovid Metamorph. 6, 87. Servius ad Virgil. Æn. 1, 321.

4. Γεννῶνται δ' ἐν αὐτοῖς λίθοι Φιλάδελφοι λεγόμενοι, κοραξοὶ τὴν χρόαν, ἀνθρωπόμιμοι. Οὗτοι τεθέντες χωρὶς ἀλλήλων καὶ ὀνομασθέντες, διαλύονται παραχρῆμα καὶ ἰδιας*, καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος Μενδήσιος ἐν γ' περὶ Λίθων· μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς Θρακικοῖς.

XII. ΣΑΓΑΡΙΣ.

1. Σάγαρις ποταμός ἐστι τῆς Φρυγίας· προσηγορεύετο δὲ πρότερον Ξηροβάτης ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· τῷ γὰρ θερινῷ καταστήματι ξηρὸς ὁρᾶται πολλάκις· ἐκλήθη δὲ Σάγαρις δι' αἰτίαν τοιαύτην. Σάγαρις, Μύγδονος καὶ Ἀλεξιρρόης παῖς, τὰ μυστήρια τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἐξουθενίζων, τοὺς ἱερεῖς καὶ Γάλλους αὐτῆς ὕβρισεν. Ἡ δὲ μισοπονήρως ἐνεγκοῦσα τὴν πρᾶξιν τῷ προειρημένῳ μανίαν ἐνέσκηψεν. Ὁ δὲ τῶν φρονίμων λογισμῶν ἐκστὰς ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς ποταμὸν Ξηροβάτην, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Σάγαρις μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος αὐτόγλυφος καλούμενος· εὑρίσκεται γὰρ τετυπωμένην ἔχων τὴν μητέρα τῶν θεῶν. Τοῦτον τὸν λίθον σπανίως εὑρισκόμενον ἐὰν εὕρῃ τις [τῶν] ἀποτεμνομένων, οὐ ξενίζεται, ἀλλ' εὐψύχως φέρει τῆς παρὰ φύσιν πράξεως τὴν ὄψιν, καθὼς ἱστορεῖ Ἀρετάδης ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς.

3. Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Βαλληναῖον καλούμενον ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον βασιλικόν, τὴν προσηγορίαν ἔχον ἀπὸ Βαλληναίου τοῦ Γανυμήδους καὶ Μηδησιγίστης παιδός. Οὗτος γὰρ τὸν γεννήσαντα θεασάμενος ἀποτηκόμενον, τοῖς ἐγχωρίοις * καὶ Βαλληναῖον ἑορτὴν κατέδειξε μέχρι νῦν καλούμενον.

4. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος καλούμενος ἀστήρ. Οὗτος εἴωθεν νυκτὸς βαθείας πυρὸς δίκην λάμπειν τοῦ φθινοπώρου τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος· προσαγορεύεται δὲ τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐγχωρίων βαλλὴν, ὅπερ μεθερμηνευόμενόν ἐστι βασιλεὺς, καθὼς ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Κύπριος ἐν β' Φρυγιακῶν.

4. Nascuntur in iis lapides philadelphi dicti, nigri colore, hominum imitatores; qui si disjuncti separatim ponantur et nominentur, dissolvuntur statim et **, ut narrat Thrasyllus Mendesius libro tertio De lapidibus; fusius vero de his exponit ** in Thracicis.

XII. SAGARIS.

1. Sagaris (sive Sangarius), Phrygiæ fluvius, prius Xerobates vocabatur, propterea quod æstivo tempore sæpe ξηρὸς, id est siccus, est; Sagaris vero dictus est hac de causa. Sagaris, Mygdonis et Alexirrhoes filius, spretis Matris deorum mysteriis, sacerdotes sive gallos injuriis affecit. Quod quum moleste dea ferret, immisit ei furorem; demens autem factus se conjecit in Xerobaten fluvium, qui ab eo dictus est Sagaris.

2. Nascitur in eo lapis autoglyphus dictus, id est sponte sculptus; invenitur enim cum expressa Matris deorum effigie. Quem admodum difficilem inventu, si quis invenerit eorum, qui castrantur, is intrepido vultu rem istam quæ præter naturam fit, adspicit, ut narrat Aretades in Rebus Phrygiis.

3. Adjacet fluvio mons Ballenæus dictus, quod nomen si interpreteris, *Regium* significat. Sic vero dictus est de Ballenæo Ganymedis et Medesigistes filio, qui quum patrem tabe pæne confectum videret, indigenis ** et festum Ballenæum ita etiamnunc vocatum instituit.

4. Nascitur in eo lapis aster dictus, qui auctumni initio lucere media nocte instar ignis solet. Indigenarum lingua ballen vocatur, quod si interpreteris, regem significat, ut narrat Hermesianax Cyprius libro secundo Rerum Phrygiarum.

---

§ 4. κοραξοὶ] sic Dindorf. in Thes. gr. s. v.; κορακοὶ cod.; κόρακος Maussacus, κορακινοὶ Wyttenb. ‖ — καὶ ἰδιας (sic) codex. Wyttenbachius proposuit: διαδύνονται διὰ τῶν περιεχόντων καὶ συγγίνονται ἀλλήλοις ἰδίᾳ. Hercherus: διαλύουσι παραχρῆμα τὴν ἰδίασιν (?), *solvunt solitudinem*, vel διάλλονται τὸ διάστημα καὶ ἰδίᾳ μένειν οὐκ ἐθέλουσιν. Conjeceram: διαλύονται τὸ χρῶμα [αἰ]φνιδίως. Malim: διάλλονται παραχρῆμα [τὸ διάστημα]. Istud καὶ ἰδιας olim scriptum fuerit supra verba καὶ ὀνομασθέντες, adeo ut indicaretur varia lectio: καὶ ἰδιασθέντες. Ante ἐν τ. Θρ. fortasse nomen alius auctoris excidit.

XII. § 1. προσηγόρευτο ... Ξηραβάτης cod. ‖ — παῖς τὰ] πλεῖστα cod.; em. *W.* ‖ — καὶ Γάλλους] Hæc ab interpellatore profecta putat *R*; fort. erat ἢ vel ἤτοι Γάλλους vel ἱερεῖς [οὓς] καὶ Γάλλους [καλοῦσι]. ‖ — ξηροβάτην] ξηραβάδην cod.; mutavit *R*.

§ 2. σπανίως εὑρ.] Hæc post ἐὰν εὕρῃ τις codex habet; transposuit Hercher. ‖ — [τῶν] ἀποτεμνομένων *RD*, ἀποτεμνομένων codex; ἀποτεμνόμενος proposuit Wyttenbach. ‖ — εὐφύχως] ἐμψ. codex, qui deinde habet: Ἀρετάζης. ‖ — Μηδησιγίστης] Si nomen aliunde notum desideras, cum Herchero conjicere licet Μηδεσικάστης.

§ 3. Βαλληναῖον] Cf. Eustathius ad Odyss. p. 1854, 26: Λέγει δὲ καὶ Αἰσχύλος ἐθνικώτερον, καὶ οὐ κατὰ Ἀττικοὺς βαλῆνα τὸν βασιλέα ἐν τῷ « βαλὴν, ἀρχαῖος βαλήν », ὅθεν καὶ Βαληναῖον ὄρος παρὰ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ περὶ ποταμῶν ἀντὶ τοῦ βασιλικόν. Eadem iterum habet in Comment. Iliad. p. 381, 17. Cf. schol. Æschyl. Pers. 659: Βαλὴν ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων (Συρῶν? Φρυγῶν?) εἶναι τὴν διάλεκτον· ὅθεν καὶ Βαληναῖον ὄρος, ὅ ἐστι βασιλικόν. ‖ — τοῖς ἐγχωρίοις] « Exciderunt ea quæ referuntur ad declarandam causam, quare mons nomen Ballenæi acceperit. » *Wyttenb.* ‖ — βαλλήν] βαλήν Eustath.

XIII. ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ.

1. Σκάμανδρος ποταμός ἐστι τῆς Τρωάδος. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ξάνθος, μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Σκάμανδρος, Κορύβαντος καὶ Δημοδίκης παῖς, τῶν τῆς Ῥέας μυστηρίων τελουμένων αἰφνιδίως [τὴν θεὰν] θεασάμενος, ἐμμανὴς ἐγένετο καὶ μεθ' ὁρμῆς ἐπὶ Ξάνθον τὸν ποταμὸν ἐνεχθεὶς, ἑαυτὸν εἰς τοῦτον ἔβαλεν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Σκάμανδρος μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη σεῖστρος καλουμένη, παραπλήσιος ἐρεβίνθῳ, κόκκους δὲ ἔχει σειομένους, ὅθεν τὴν προσηγορίαν ἔλαβεν· ταύτην οἱ κατέχοντες οὔτε φαντασίαν οὔτε θεὸν ὀφθέντα φοβοῦνται, καθὼς ἱστορεῖ Δημόστρατος ἐν β' περὶ Ποταμῶν.

3. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Ἴδη, τὸ πρότερον δὲ ἐκαλεῖτο Γάργαρον, ὅπου Διὸς καὶ Μητρὸς θεῶν βωμοὶ τυγχάνουσιν. Ἴδη δὲ μετωνομάσθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Αἰγέσθιος, ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Διὸς φορου* κόρης Ἴδης ἐρασθεὶς συνῆλθε τῇ προειρημένῃ καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τοὺς εἰρημένους Ἰδαίους Δακτύλους. Γενομένης δ' αὐτῆς ἄφρονος ἐν τῷ τῆς Ῥέας ἀδύτῳ Αἰγέσθιος εἰς τιμὴν τῆς προειρημένης τὸ ὄρος Ἴδην μετωνόμασεν.

4. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κρύφιος, ὃς μόνοις τοῖς μυστηρίοις τῶν θεῶν φαίνεται, καθὼς ἱστορεῖ Ἡράκλειτος Σικυώνιος ἐν β' περὶ Λίθων.

XIV. ΤΑΝΑΙΣ.

1. Τάναϊς ποταμός ἐστιν τῆς Σκυθίας· ἐκαλεῖτο δὲ πράτερον Ἀμαζόνιος διὰ τὸ τὰς Ἀμαζόνας λούεσθαι ἐν αὐτῷ· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Τάναϊς, Βηρωσσοῦ καὶ Λυσίππης μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων παῖς, σωφρονέστατος ὑπάρχων, τὸ γυναικεῖον γένος ἐμίσει, μόνον Ἄρη σεβόμενος, ἐν ἀτιμίᾳ δὲ εἶχεν καὶ τὸ γαμεῖν. Ἡ δ' Ἀφροδίτη ἐπιθυμίαν αὐτῷ τῆς μητρὸς ἐνέσκηψεν. Ὁ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀντεμάχετο τῷ πάθει· νικώμενος δὲ ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῶν οἴστρων καὶ εὐσεβὴς διαμεῖναι βουλόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν Ἀμαζόνιον ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Τάναϊς μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ φυτὸν ἁλίνδα καλούμενον· παρόμοια δὲ ἔχει τὰ φύλλα κράμβης. Τοῦτο λειοτριβοῦντες οἱ τὴν χώραν κατοικοῦντες ἀλείφονται τῷ

XIII. SCAMANDER.

1. Scamander Troadis fluvius est; prius Xanthus vocabatur; nomen vero mutavit hac de causa. Scamander, Corybantis et Demodices filius, quo tempore Rheæ mysteria celebrabantur, deam subito conspiciens furere cœpit et cum impetu ad Xanthum fluvium devolutus, in eum se conjecit, qui hinc transnominatus est Scamander.

2. Nascitur in fluvio herba quam sistrum nominant, erebintho similis, acinos se moventes habens, unde etiam nomen habet. Hanc qui possident, nec phantasmata nec deorum præsentias timent, ut narrat Demostratus libro secundo De fluviis.

3. Adjacet fluvio Ida mons; prius vocabatur Gargarus; exstant in eo Jovis et Matris deorum aræ. Postea mutato nomine Ida dictus mons est hac de causa. Ægesthius, Jovis filius, Idæ puellæ amore captus concubuit cum ea genuitque Idæos quos vocant Dactylos; deinde vero quum Ida in Rheæ adyto dementia correpta esset (*evanuisset?*), Ægesthius in honorem ejus montem Idam denominavit.

4. Nascitur in Ida lapis cryphius, i. e. occultus, qui nonnisi in deorum mysteriis apparet, ut narrat Heraclitus Sicyonius libro secupdo De lapidibus.

XIV. TANAIS.

1. Tanais fluvius est Scythiæ; prius Amazonius vocabatur, quod in ipso lavarentur Amazones; mutavit vero nomen hac de causa. Tanais, Berossi et Lysippæ Amazonis filius, muliebre genus, quum esset continentissimus, oderat et solum Martem, spretis nuptiis, in honore habebat. Venus vero propriæ matris ei desiderium immisit; cujus amorem initio viriliter ille respuit, sed necessitatis stimulis superatus, et volens in pietate et continentia permanere, se ipsum conjecit in fluvium Amazonium, qui ab eo Tanais denominatus est.

2. Nascitur in ipso planta halinda dicta, folia crambæ simillima gestans, quam illius regionis incolæ postquam contriverunt, ejusque succo se unxerunt,

XIII. § 1. τὴν θεὰν] suppl. e conj. Hercheri.

§ 2. σεῖστρος] σίστρος cod.; em. *M*. Eadem habes apud Pseudaristot. Mirab. c. 160 et Zonaram tom. 2, p. 1636.

§ 3. Γάργαρον] Τάρταρον cod.; em. *G*. ‖ — ἐκ τοῦ διοσφορου (sic) codex. « Forte ἐκ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Θεσμοφόρου, vel ἐκ τοῦ Διὸς, κανηφόρου κόρης ἐρασθείς. » *Wyttenbach*, coll. 25, 1 : Δαμασαλκίδαν κανηφοροῦσαν βιασάμενος Hercherus pro κανηφόρου proponit κερνηφόρου. Possis : ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Διὸς σπόρου, vel Διός, [κάλλει δια]φόρου κόρης. ‖ — ἄφρονος] « Vix dubitandum quin ab auctore fuerit ἀφανοῦς, ut in simili argumento c. 4, 3. » *Wyttenbach*.

§ 4. μόνοις] μόνος cod.; em. *R*.

XIV. § 1. τὸ γαμεῖν] τοὺς γαμεῖν codex. Verba ἡ δὲ Ἀφροδίτη in codice omissa manus secunda in margine adscripsit.

§ 2. ἅλινδα] Ἄλινδα legendum esse nomenque plantæ

χυλῷ καὶ θερμαινόμενοι τὸ ψῦχος εὐρώστως καρτεροῦσιν. Καλοῦσι δὲ τῇ σφῶν διαλέκτῳ Βηρωσσοῦ ἔλαιον.

3. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ καὶ λίθος κρυστάλλῳ παραπλήσιος, ὢν ἀνθρωπόμιμος, ἐστεμμένος. Ὅταν δὲ ἀποθάνῃ βασιλεὺς, ἀρχαιρεσίας παρὰ τὸν ποταμὸν τελοῦσι· καὶ ὃς ἂν εὑρεθῇ τὸν λίθον ἐκεῖνον ἔχων, παραχρῆμα βασιλεὺς γίνεται, καὶ τὰ σκῆπτρα παραλαμβάνει τοῦ τελευτήσαντος, καθὼς ἱστορεῖ Κτησιφῶν ἐν γ' περὶ Φυτῶν· μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀριστόβουλος ἐν α' περὶ Λίθων.

4. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος, τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐνοικούντων προσαγορευόμενον Βριξάβα, ὅπερ μεθερμηνευόμενον Κριοῦ μέτωπον· ὠνομάσθη δὲ διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Φρίξος ἀποβαλὼν παρὰ τὸν Εὔξεινον πόντον Ἕλλην, τὴν ἀδελφὴν, καὶ διὰ τὰ δίκαια τῆς φύσεως συγχεχυμένος, ἐν ταῖς ἀκρωρείαις λόφου τινὸς κατέλυσεν. Βαρβάρων δέ τινων θεασαμένων αὐτὸν καὶ μεθ' ὅπλων ἀναβαινόντων, ὁ χρυσόμαλλος κριὸς προκύψας καὶ ἰδὼν τὸ πλῆθος τῶν ἐπερχομένων, ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος διεγείρει τὸν Φρίξον ἀναπαυόμενον, καὶ ἀναλαβὼν τὸν προειρημένον μέχρι Κόλχων εἰσήνεγκεν. Ὁ δὲ λόφος ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Κριοῦ μέτωπον προσηγορεύθη.

5. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη, τῇ διαλέκτῳ τῶν βαρβάρων φρίξα καλουμένη, ὅπερ μεθερμηνευόμενόν ἐστιν μισοπόνηρος· πηγάνῳ δέ ἐστι παρόμοιος, ἣν οἱ πρόγονοι κρατοῦντες, οὐδὲν ὑπὸ μητρυιῶν ἀδικοῦνται· μάλιστα δὲ φύεται παρὰ [τὸ] Βορέου προσαγορευόμενον ἄντρον. Συλλεγομένη δ' ἐστὶ ψυχροτέρα χιόνος· ὅταν δέ τινι ἐκ μητρυιᾶς ἐπιβουλὴ γένηται, φλόγας ἀναδίδωσι· καὶ τοῦτο σύσσημον ἔχοντες οἱ φοβούμενοι τὰς ἐπιγεγαμημένας, ἐκκλίνουσι τῶν ἐπικειμένων φόβων τὰς ἀνάγκας, καθὼς ἱστορεῖ Ἀγάθων ὁ Σάμιος ἐν β' Σκυθικῶν.

XV. ΘΕΡΜΩΔΩΝ.

1. Θερμώδων ποταμός ἐστι [τῆς] Σκυθίας, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Κρύσταλλος· ἐκεῖνος γὰρ καὶ θέρους πήσσεται, τῆς τοποθεσίας τὴν τοιαύτην ἰδέαν διεξαγούσης· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. ***

calefacti frigus constanter perferunt. Vocatur ab iis propria dialecto Berossi oleum.

3. Crescit in ipso etiam lapis crystallo similis et in hominis modum coronatus. Rege defuncto quum novo creando regi habent comitia juxta fluvium, is qui hujus lapidis possessor reperitur, statim rex est sceptraque defuncti suscipit, ut narrat Ctesiphon tertio De plantis; Aristobulus quoque primo De lapidibus horum meminit.

4. Adjacet fluvio mons indigenarum lingua Brixaba vocatus, quæ vox significat Arietis Frontem. Dictus autem ita est hac de causa. Phrixus, amissa in Ponto Euxino Helle sorore, et ut naturæ jus postulabat conturbatus, in cacumine montis cujusdam divertit. Quem quum barbari quidam vidissent, et cum armis illuc ascendissent, aries aurei velleris prospectans advenientium multitudinem conspexit, exprimensque vocem humanam, Phrixum requiescentem excitavit, et excitatum Colchos usque detulit; unde collis Frons Arietis dictus est.

5. Provenit in eo herba quæ a barbaris Phrixa vocatur, id est, si vocabulum illud velis interpretari, malos odio prosequens. Rutæ similis est, et si a privignis corripiatur, nequaquam iis novercæ officere possunt. Maxime vero provenit in antro quod vocant Boreæ, et dum colligitur nive frigidior est; at quum cuidam parantur insidiæ a noverca, flammas edit; quod indicium ii qui supraductas uxores timent, habentes, imminentis timoris necessitatem evitant, ut testatur Agathon Samius secundo Rerum Scythicarum.

XV. THERMODON.

1. Thermodon Scythiæ fluvius est; prius Crystallus vocabatur, idque nominis ex eo accepit quod ipsa æstate congelatur, loci situ hanc rationem efficiente. Mutavit vero nomen hanc ob causam. ***

ab urbe quadam Alinda repetitum suspicatur Hercherus. Novi Alindam Cariæ, non vero Sarmatiæ. Galindas inter Occani Germanici accolas memorat Ptolem. 3, 5. Ceterum quum ad Rhipæos montes, ex quibus Tanais defluit sec. Ptolemæum *Borusci* habitent, cum eo gentis nomine composuerim Berossum, quod Noster priscum Tanaidis nomen Scythicum fuisse refert. ‖ — ἔλαιον] « Malim : καλοῦσι δὲ τῇ σφῶν διαλέκτῳ **, ὅπερ μεθερμηνευόμενόν ἐστι B. ἔλαιον. Excidit vox Scythica. » Hercher. ‖ — εὑρεθῇ] εὕρῃ cod. em. *G*; εὕρῃ, deleto ἔχων, conj. *R*.

§ 5. σύσσημον] σύσημον cod.; em. *M*.

XV. § 1. τὴν προσηγορίαν ... συγκυρήματος codex habet post v. Σκυθίας. Transposui, monente Herchero. ‖ — θέρους] θέρει cod.; illud habet Eustathius ad Dionys. 783. Ex eodem petita sunt verba τὴν τοιαύτην ἰδέαν διεξαγούσης, pro quibus codex habet : τὴν ἰδίαν διαγούσης. Post verba αἰτίαν τοιαύτην versus triginta duo in codice desunt.

XVI. ΝΕΙΛΟΣ.

1. Νεῖλος ποταμός ἐστι τῆς Αἰγύπτου κατὰ πόλιν Ἀλεξάνδρειαν. Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Μέλας ἀπὸ Μέλανος τοῦ Ποσειδῶνος· ὕστερον δὲ Αἴγυπτος ἐπεκλήθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Αἴγυπτος, Ἡφαίστου καὶ Λευκίππης παῖς, βασιλεὺς ὑπῆρχεν τῶν τόπων· δι' ἐμφύλιον δὲ πόλεμον μὴ ἀναβαίνοντος τοῦ Νείλου καὶ λιμῷ συνεχομένων τῶν ἐγχωρίων, ἔχρησεν ὁ Πύθιος τὴν εὐφορίαν, ἐὰν ὁ βασιλεὺς ἀποτρόπαιον θεοῖς τὴν θυγατέρα θύσῃ. Θλιβόμενος δὲ ὑπὸ τῶν κακῶν ὁ τύραννος τοῖς βωμοῖς Ἀγανίππην προσήγαγε. Τῆς δὲ διασπασθείσης ὁ Αἴγυπτος δι' ὑπερβολὴν τῆς λύπης ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Μέλανα· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Αἴγυπτος μετωνομάσθη. Προσηγορεύθη δὲ Νεῖλος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Γαρμαθώνη, τῶν κατ' Αἴγυπτον βασίλισσα τόπων, ἀποβαλοῦσα τὸν υἱὸν αὐτῆς Χρυσοχόαν, [ἐν] ἀκμῇ ἔφηβον, μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐθρήνει συμπαθῶς τὸν προειρημένον. Ἴσιδος δὲ αἰφνιδίως ἐπιφανείσης, τὴν λύπην πρὸς καιρὸν ὑπερέθετο, καὶ προσποιητὴν χαρὰν σκηψαμένη τὴν θεὸν ὑπεδέξατο φιλανθρώπως. Ἡ δὲ τὴν διάθεσιν τούτων ἀμείψασθαι βουλομένη τῆς εὐσεβείας Ὀσίριδι παρεκέλευσεν, ὅπως ἀναγάγῃ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐκ τῶν καταχθονίων τόπων. Τούτου δὲ ταῖς δεήσεσι τῆς γυναικὸς συμπεριενεχθέντος, Κέρβερος, ὃν ἔνιοι καλοῦσιν Φοβερὸν, ὑλάκτησεν· Νεῖλος δ' ὁ τῆς Γαρμαθώνης ἀνὴρ αἰφνιδίως ἔνθεος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν καλούμενον Αἴγυπτον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Νεῖλος μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κυάμῳ παρόμοιος, ὃν ἐὰν κύνες ἴδωσιν, οὐχ ὑλακτοῦσι· ποιεῖ δὲ [ἄριστα] πρὸς τοὺς δαιμονιζομένους· ἅμα γὰρ [αὐτὸν] προστεθῆναι ταῖς ῥισὶν, ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον. Γεννῶνται δὲ καὶ ἄλλοι λίθοι, κόλλωτες καλούμενοι· τούτους κατὰ τὴν ἀσέβειαν* τοῦ Νείλου συλλέγουσαι χελιδόνες

XVI. NILUS.

1. Nilus Ægypti fluvius est juxta Alexandriam civitatem; qui dicebatur antea Melas a Melane Neptuni filio, postea vero vocatus fuit Ægyptus ob hanc causam. Ægyptus, Vulcani et Leucippes filius, Ægypti imperium tenuit. Quum autem ob civile bellum non exundaret Nilus, et fame premerentur indigenæ, respondit Pythius fertilitatem tunc demum futuram, quum rex averruncatricem deis natam sacrificasset. Aganippen itaque hic ad altaria duxit miseriis et calamitatibus oppressus. Sed ea immolata tantum animo Ægyptus dolorem concepit, ut se ipsum in fluvium Melanem præcipitem dederit, qui ab eo vocatus est Ægyptus. Sumpsit vero postea nomen Nili hac de causa. Garmathone, Ægypti regina, amisso Chrysochoa filio in flore pubertatis, eum cum domesticis valde lugebat. At Iside ei apparente, mœrorem ad tempus remittens, deam humanissime excepit, fingens præsentiam illam sibi lætissimam esse. Quæ quum debitas horum pietati gratias reddere vellet, Osiridi præcepit, ut filium ex infernalibus locis reduceret. Eo autem ad mulieris preces se conformante, Cerberus, quem aliqui Phoberum, id est tremendum, appellant, allatravit: unde Nilus Garmathonis maritus repentino percitus furore in fluvium Ægyptum se conjecit, qui ab eo Nilus est denominatus.

2. Producitur in ipso lapis fabæ speciem referens, quem canes si viderint, non allatrant. Juvat a dæmone possessos, ubi enim admotus est naribus, expellitur subito dæmonium. Reperiuntur illic etiam alii lapides collotes dicti, quos hirundines in ** Nili colligunt, ex iisque murum ædificant Chelidonium

---

XVI. § 1. Μέλας] Cf. Eustath. ad Dionys. 222. Melanem Neptuni filium e nympha quadam Chia habes etiam apud Pausan. 7, 4, 8; sed iste Melas ad Chii insulæ geographiam spectat. De Ægypto Melane v. Brugsch. *Geogr. d. alten Ægypten* p. 73. ‖ — Νείλου] Μέλανος? ‖ — ἀποτρόπαιον] « Malim ἀποτροπαίοις. » Hercher. conferens c. 23, 1, 23, 3. Parall. c. 19. 20. 35 apud Lydum De mens. fragm. Cascol. p. 113. ‖ — Γαρμαθώνη] Μενθώνη Anonymus apud Leonem Allatium in Fabric. B. G. V, 2, p. 2; Ἀρμαθόη vel Ἀργανθώνη conj. Hercher.; an Γαραμανθώνη? ‖ — τόπων] τῶν τόπων cod. ‖ — ἀποβαλοῦσα] sic Leo Allatius l. l.; ἀποβάλλουσα cod. ‖ — ἐν ἀκμῇ] vel sic vel ἀκμὴν leg. esse monuit Wyttenbach.; ἀκμῇ codex; ἀκμὴν *RD*. ‖ — χαρὰν σκηψαμένη] χάριν σκεψαμένη codex, sed punctis supra ι et ε positis corrupta significantur. ‖ — Ὀσίριδι] Ὄσιριν codex. ‖ — Νεῖλος δ' ὁ] Νεῖλος δὲ cod.; em. *R*.

§ 2. Ea quæ leguntur usque ad v. τὸ δαιμόνιον excerpserunt Aristot. Mirab. c. 166, Stobæus Flor. 100, 16, Eustathius ad Dionys. Perieg. 226. ‖ — ὃν ἐὰν] ὃν ἂν cod.; em. ex Eustathio. ‖ — ἄριστα e Stobæo additum. ‖ — αὐτὸν] additum e Stobæo ‖ — ἀπέρχεται] sic etiam Aristot.; ἐξέρχεται Stob. ‖ — ἀσέβειαν] Sic codex; ἀνάβασιν ex Wyttenbachii conjectura receperunt Hercher et Dübner; contra Gilbertus Gaulminus conjecerat ἀσθένειαν (*quando non abundat aquis Nilus*). Neutrum horum probabile est; videant acutiores. De re ita habet Plinius 10, 33, 49 : *In Ægypti Heracleatico ostio molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt* (sc. *hirundines*), *stadii fere unius spatio, quod humano opere perfici non posset. In eadem juxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus, palea et stramentis rostrum ejus firmantes, continuatis*

κατασκευάζουσι τὸ προσαγορευόμενον Χελιδόνιον τεῖχος, ὅπερ ἐπέχει τοῦ ὕδατος τὸν ῥοῖζον καὶ οὐκ ἐᾷ κατακλυσμῷ φθείρεσθαι τὴν χώραν, καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.

3. Παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος, Ἄργιλλον καλούμενον ἀπ' αἰτίας τοιαύτης. Ζεὺς δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐκ Λύκτου πόλεως Κρητικῆς Ἄργην νύμφην ἁρπάσας ἀπήνεγκεν εἰς ὄρος τῆς Αἰγύπτου, Ἄργιλλον * καλούμενον· καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν, καλούμενον Διόνυσον· ὃς ἀκμάσας εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς τὸν λόφον Ἄργιλλον μετωνόμασεν· στρατολογήσας δὲ Πᾶνας καὶ Σατύρους [τοῖς] ἰδίοις σκήπτροις Ἰνδοὺς ὑπέταξεν· νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων, ὃς τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μενωνόμασεν· ἣν οἱ μεταγενέστεροι παραγώγως Σπανίαν προσηγόρευσαν, καθὼς ἱστορεῖ Σωσθένης ἐν ιγ' Ἰβηρικῶν.

XVII. ΕΥΡΩΤΑΣ.

1. Εὐρώτας. ** Ἵμερος, Ταϋγέτης νύμφης καὶ Λακεδαίμονος παῖς, διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης κατ' ἄγνοιαν ἐν παννυχίδι τὴν ἀδελφὴν Κλεοδίκην βιασάμενος ἔφθειρεν· τῇ δὲ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν κατηχηθεὶς περὶ τῶν συμβεβηκότων καὶ ἀθυμήσας, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Μαραθῶνα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἵμερος μετωνομάσθη. Ὕστερον δὲ Εὐρώτας ἐκλήθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον ἐχόντων καὶ τὴν πανσέληνον περιμενόντων, Εὐρώτας, ὁ τῶν προειρημένων στρατηγὸς, καταφρονήσας πάσης δεισιδαιμονίας συνέβαλε τὴν παράταξιν, καίπερ ὑπὸ ἀστραπῶν τε καὶ κεραυνῶν κωλυόμενος· ἀποβαλὼν δὲ τὸ στράτευμα, καὶ λύπῃ συσχεθεὶς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν (τὸν Ἵμερον), ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὐρώτας μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος περικεφαλαίᾳ παρόμοιος, θρασύδειλος προσαγορευόμενος· ἅμα γὰρ σάλπιγγος ἀκούειν ἐπὶ τὴν ὄχθαν προχωρεῖ· τῶν δ' Ἀθηναίων ὀνομασθέντων, (καὶ) εἰς τὸν βυθὸν ἅλλεται. Κεῖνται δὲ πολλοὶ καθιερωθέντες ἐν τῷ ναῷ τῆς Χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς, καθὼς ἱστορεῖ Νικάνωρ ὁ Σάμιος ἐν β' περὶ Ποταμῶν.

3. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Ταΰγετον προσονομαζόμενον, τὴν προσηγορίαν εἰληφὸς ἀπὸ Ταϋγέτης νύμφης, ἣν ὁ Ζεὺς βιασάμενος ἔφθειρεν· ἡ δὲ λύπῃ συσχεθεῖσα βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν ἐν ἀκρωρείαις ὄρους Ἀμυκλαίου, ὅπερ ἀπ' αὐτῆς Ταΰγετον προσωνομάσθη.

4. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη, καλουμένη χα-

dictum, qui cohibet aquarum impetus ac prohibet ne regio diluvio corrumpatur, ut docet Thrasyllus in Ægyptiacis.

3. Adjacet ipsi mons Argillus ob hanc causam vocatus. Juppiter amoris desiderio perculsus, ex Lycto Cretæ civitate Argen nympham rapuit, eamque in Argillum (?) montem Ægypti duxit, ubi filium sustulit, quem dixere Dionysum. Verticem ille, quum ad ætatis florem pervenisset, in honorem matris Argillum vocavit. Coacto autem Panum et Satyrorum exercitu, sceptro suo Indos subjecit, devictaque Iberia Panem illorum locorum præsidem reliquit, qui regionem a se ipsa Paniam nominavit; unde posteri sumpta derivatione Spaniam eam appellarunt, ut refert Sosthenes libro XIII Rerum Ibericarum.

XVII. EUROTAS.

1. Eurotas [*fluvius est Laconicæ, olim Himerus vocatus ob hujusmodi causam.*] Himerus, Taygetæ nymphæ et Lacedæmonis filius, ob infensam sibi Venerem inscius in pervigilio sororem Cleodicen vitiavit; sequenti autem die comperta rei veritate, in extremam tristitiam redactus, præ mœroris violentia præceps delatus est in fluvium Marathonem, qui ab eo dictus est Himerus. Postea vero Eurotas ideo vocatus est. Quum Lacedæmonii contra Athenienses bellum gererent, et plenilunium exspectarent, Eurotas illorum imperator, spreta omni superstitione, instructum exercitum commisit in pugnam, licet obstarent fulmina et fulgura. Sed amisso exercitu, vehementi cruciatus mœrore, se ipsum conjecit in fluvium Himerum, qui ab eo nuncupatus est Eurotas.

2. Nascitur in eo lapis galeæ similis, Thrasydeilus dictus, quasi audax una et timidus; nam statim atque tubam audit, prosilit ad ripam; at Atheniensium pronunciato nomine, mergitur in profundum. Exstant non pauci ex illis lapidibus consecrati in templo Palladis Chalciœcæ, ut testatur Nicanor Samius secundo De fluminibus.

3. Adjacet ei mons Taygetus, sic dictus a Taygete nympha, quæ a Jove vitiata et vi doloris superata, reste finivit vitam in cacuminibus montis Amyclæi, qui ab ea Taygetus fuit denominatus.

4. Nascitur in ipso planta charisia dicta, quam

per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet.

§ 3. Αἰγύπτου, Ἄργιλλον] Aliud montis nomen desiderari patet; fortasse Νυσαῖον vel Νύσιον. In sqq. pro Ἄργιλλον exspectabas Ἄργεννον vel Ἄργιννον, si quidem Ἄργη, nymphæ nomen, recte habet. ‖ — τοῖς ante ἰδίοις additum e conj. Hercheri.

XVII. § 1. Initio segminis nonnulla breviator omisisse videtur.

§ 2. ἀκούειν] ἀκούει cod.; em. *R.*

§ 3. ἀπὸ Ταϋγέτης τῆς ν. cod.; em. *G.*

§ 4. Χαρισία] sic Pseudaristot. Mirab. c. 163, ubi eadem; Χαρίσιον codex, cujus in margine prima manu scriptum : βοτάνη ἐν τῷ ὄρει χαρίσιος. Mox articulum

ρισία, ἣν [αἱ] γυναῖκες ἔαρος ἀρχομένου τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἀγαπῶνται, καθὼς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν α' περὶ Ὀρῶν. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Σωσθένης ὁ Κνίδιος, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Ἑρμογένης.

XVIII. ΙΝΑΧΟΣ.

1. Ἴναχος ποταμός ἐστι τῆς Ἀργείας χώρας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Καρμάνωρ. Ἁλιάκμων δὲ τῷ γένει Τιρύνθιος ἐν τῷ Κοκκυγίῳ ποιμαίνων ὄρει καὶ κατ' ἄγνοιαν τῇ Ἥρᾳ συγγινόμενον τὸν Δία θεασάμενος ἐμμανὴς ἐγένετο καὶ μεθ' ὁρμῆς ἐνεχθεὶς ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Καρμάνορα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἁλιάκμων μετωνομάσθη· προσηγορεύθη δὲ Ἴναχος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἴναχος, Ὠκεανοῦ παῖς, φθαρείσης τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ἰοῦς ὑπὸ Διός, τὸν θεὸν βλασφήμοις λοιδορίαις ἐπέπληττεν κατόπιν ἀκολουθῶν· ὁ δὲ ἀναξιοπαθήσας ἔπεμψεν αὐτῷ Τισιφόνην, μίαν τῶν Ἐρινύων· ὑφ' ἧς ἐξοιστρηλατούμενος ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἁλιάκμονα, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἴναχος μετωνομάσθη.

2. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη κύνουρα καλουμένη, πηγάνῳ προσόμοιος· ἣν αἱ γυναῖκες, ὅταν ἀκινδύνως ἐκτρῶσαι θελήσωσιν, ἐν οἴνῳ βεβρεγμένην τοῖς ὀμφαλοῖς ἐπιτιθέασιν.

3. Εὑρίσκεται δ' ἐν αὐτῷ καὶ λίθος βηρύλλῳ παρόμοιος· ὃν ἐὰν κρατήσωσιν οἱ ψευδομαρτυρεῖν ἐθέλοντες, μέλας γίνεται. Κεῖνται δὲ πολλοὶ ἐν τῷ τεμένει τῆς Προσυμναίας Ἥρας, καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ἐν Ἀργολικοῖς· μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἀγάθων ὁ Σάμιος ἐν β' περὶ Ποταμῶν. Ἀγαθοκλῆς δ' ὁ Μιλήσιος ἐν τοῖς περὶ Ποταμῶν φησὶ, τὸν Ἴναχον διὰ πανουργίαν ὑπὸ τοῦ Διὸς κεραυνωθέντα, ξηρὸν γενέσθαι.

mulieres ineunte vere collo appendunt, et vehementius ita a viris amantur, ut auctor est Cleanthes primo De montibus. Eadem uberius narrat Sosthenes Cnidius, a quo sumpsit argumentum Hermogenes.

XVIII. INACHUS.

1. Inachus Argivæ regionis fluvius est; antea dictus est Carmanor. Haliacmon Tirynthius genere, quum in Coccygio monte pasceret, et per inscitiam Jovem cum Junone rem habentem vidisset, furiosus evasit, et cum impetu delatus se ipsum in fluvium Carmanorem præcipitavit, qui ab eo Haliacmon vocatus est. Inachus autem dictus tandem est ob hanc causam. Inachus, Oceani filius, vitiata a Jove filia sua Io, deum injuriis et contumeliis increpabat a tergo sequens; at quum non potis esset talia pati Juppiter, Tisiphonem Erinnyum unam ad ipsum misit; a qua stimulatus se ipsum conjecit in fluvium Haliacmonem quem ab eo postea vocavere Inachum.

2. Nascitur in ipso herba cynura dicta, rutæ similis, quam mulieres, quum sine periculo volunt abortare, vino irriguam umbilico imponunt.

3. Invenitur et in ipso lapis beryllo similis, qui niger efficitur, si, qui falso testari volunt, eum tenuerint. Horum lapidum multos exstare in templo Junonis Prosymnææ, refert Timotheus in Argolicis, et Agathon Samius, qui de his mentionem fecit in secundo De fluminibus. Agathocles vero Milesius in his quæ de fluminibus scripsit, narrat, Inachum ob calliditatem a Jove percussum fulmine, fuisse exsiccatum.

---

inseruit *R.* ‖ — ἀγαπῶνται] ἐρῶνται Aristot. Ceterum Charisiam herbam Hercherus fictam esse putat e Charisia urbe, quam imas Taygeti radices attigisse dicit. Quo commento facile caremus, præsertim quum Charisia, Arcadiæ urbs, ad Taygetum nihil pertineat.

XVIII. § 1. Καρμάνωρ e margine codicis insertum. Complura excidisse cur statuamus, nihil cogit. ‖ — Κοκκυγίῳ] Τιρύνθιος ὃς ἐν τῷ Κοκνύγῳ cod.; em. *G.* ‖ τῇ Ἥρᾳ] τῇ Ῥέᾳ cod.; em. Hemsterhusius ad Lucian. tom. 1, p. 251. Dein συγγινόμενος cod.; em. *G.* ‖ — Ἁλιακμὼν] « Haliacmonis originem Spanhemius in Callimachi hymn. in Pallad. 50 p. 586 egregie sic enodavit : « Mitto quod Argivus Inachus Ἁλιάκμων primum dictus statuatur in libello De fluviis, qui Plutarcho tribuitur; quo ad dictum paullo ante Lacmon, e quo Argivi Inachi fontes eruebat Sophocles, Amphilochici autem Hecatæus, adludi continuo videtur. » Hæc longius petita sunt. Quemadmodum Inachi Argivi nomen in Epiroticæ regionis fluvium translatum est quo tempore ibi Argos Amphilochicum conditum est, similiter Noster cum Inacho Argivo componit Haliacmonem Macedoniæ fluvium, quoniam in ejus convalle erat Argos Oresticum, quod ab Argivis Inachi accolis conditum esse ferebatur.

§. 2. Eadem Stobæus 100, 10 ‖ — παρόμοιος] προσόμοιος Stobæus, ut ceteris locis Plutarchus. Dein ὅτ' ἂν et θελήσουσιν codex; θέλωσιν Stob.

§ 3. Ἀγαθοκλῆς δ' ὁ [δὲ cod.] Μιλήσιος etc.] Hæc ad finem segminis primi legi velis. De fabula confer Pausaniam 2, 15, 5 : Τοῦτον δὲ (sc. Ἴναχον) Ποσειδῶνι καὶ Ἥρᾳ δικάσαι περὶ τῆς χώρας, σὺν δὲ αὐτῷ Κηφισόν τε καὶ Ἀστερίωνα· κρινάντων δὲ Ἥρας εἶναι τὴν γῆν, οὕτω σφίσιν ἀφανίσαι τὸ ὕδωρ Ποσειδῶνα. Καὶ διὰ τοῦτο οὔτε Ἴναχος ὕδωρ οὔτε ἄλλος παρέχεται τῶν εἰρημένων ποταμῶν, ὅτι μὴ ὕσαντος τοῦ θεοῦ· θέρους δὲ αὖα σφίσιν ἐστὶ τὰ ῥεύματα, πλὴν τῶν ἐν Λέρνῃ. Ad eandem fabulam accommodata esse quæ de lapide in falsorum testium manibus colorem mutante leguntur, probabilis sententia est Hercheri; videlicet Inachum Neptuno ψευδομαρτυρίαν fecisse videri διότι τὴν χώραν Ἥρας ἐμαρτύρησεν εἶναι.

4. Παράκεινται δ' αὐτῷ ὄρη Μυκῆναί τε καὶ Ἀπέσαντος καὶ Κοκκύγιον καὶ Ἀθηναῖον, τὰς προσηγορίας εἰληφότα διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Τὸ μὲν Ἀπέσαντον ἐκαλεῖτο πρότερον Σεληναῖον. Ἥρα γὰρ παρ' Ἡρακλέους δίκας βουλομένη λαβεῖν συνεργὸν παρέλαβε τὴν Σελήνην· ἡ δὲ ἐπῳδαῖς χρησαμένη μάγοις ἀφροῦ κίστην ἐπλήρωσεν, ἐξ ἧς γεννηθέντα λέοντα μέγιστον Ἶρις ταῖς ἰδίαις ζώναις ἐπισφίγξασα κατήνεγκεν εἰς ὄρος Ὀφέλτιον· ὁ δὲ ποιμένα τινὰ τῶν ἐγχωρίων Ἀπέσαντον σπαράξας ἀνεῖλεν· κατὰ δὲ θεῶν πρόνοιαν ὁ τόπος Ἀπέσαντος ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη, καθὼς ἱστορεῖ Δημόδοκος ἐν α' Ἡρακλείας.

4. Adjacent ipsi montes Mycenæ et Apesantus et Coccygium et Athenæum; qui ita appellati fuere ob hanc causam. Apesantus prius Selenæus dicebatur. Juno enim, quum de Hercule pœnas sumere vellet, Lunam in auxilium advocavit; quæ arte magica utens, cistam spuma replevit, unde progenitum immanem leonem Iris proprio cingulo irretitum in montem Opheltium deduxit; ubi ille pastorem quendam indigenam nomine Apesantum dilaniavit; ex quo deorum providentia locus deinde Apesantus dictus est, ut narrat Demodocus libro primo Heracleæ. [*Huc transponenda quæ leguntur* § 11.]

5. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη Σελήνη καλουμένη· τὸν δὲ καταφερόμενον ἀπ' αὐτῆς ἀφρὸν περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους οἱ ποιμένες αἴροντες ἀλείφουσι τοὺς πόδας, καὶ οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἑρπετῶν ἀδικοῦνται.

5. Nascitur in eo herba selena sive luna dicta, cujus spuma æstatis initio collecta pastores ungunt pedes; quo facto, a reptilibus non læduntur.

6. Μυκῆναι δὲ ἐκαλοῦντο τὸ πρότερον Ἄργιον ἀπὸ Ἄργου τοῦ πανόπτου· μετωνομάσθη δὲ Μυκῆναι δι' αἰτίαν τοιαύτην. Περσέως Μέδουσαν ἀποκτείναντος, Σθενὼ καὶ Εὐρυάλη ὡς τῆς προειρημένης ἀδελφαὶ τῆς πεφονευμένης τὸν ἐπίβουλον ἐπεδίωκον· γενόμεναι δὲ κατὰ τοῦτον τὸν λόφον καὶ ἀπελπίσασαι τῆς συλλήψεως, διὰ τὴν συμπάθειαν μυκηθμὸν ἀνέδωκαν· οἱ δ' ἐγχώριοι τὴν ἀκρώρειαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Μυκήνας μετωνόμασαν, καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας Ἐφέσιος ἐν α' Περσηίδος.

6. Mycenæ prius dicebantur Argium ab Argo oculatissimo; deinde nomine mutato Mycenæ dictæ sunt hanc ob causam. Perseum, Medusæ interfectorem, Stheno et Euryale, Medusæ sorores, tanquam insidiatorem persequentes quum ad hunc verticem venissent, abjecta illius assequendi spe, propter animorum affectum ediderunt mugitum, indigenæ vero ab eo casu Mycenas montem appellarunt, ut narrat Ctesias Ephesius libro primo Perseidis.

7. Χρύσερμος δὲ ὁ Κορίνθιος ἐν α' Πελοποννησιακῶν ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Περσέως φερομένου μετεώρου καὶ κατὰ τὸν λόφον γενομένου τοῦτον ἐξέπεσεν αὐτοῦ τῆς λαβῆς τοῦ ξίφους ὁ μύκης. Γοργοφόνος δὲ, ὁ βασιλεὺς Ἐπιδαυρίων, ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς ἔλαβε χρησμὸν, ἐμπεριελθεῖν τὰς Ἀργολικὰς πόλεις καὶ ὅπου ἂν εὕρῃ ξίφους μύκητα, ἐκεῖ κτίσαι πόλιν. Γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Ἄργιον ὄρος καὶ εὑρὼν τὴν ἐλεφαντίνην λαβὴν πόλιν ἔκτισεν, ἣν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος προσηγόρευσε Μυκήνας.

7. Chrysermus vero Corinthius libro primo Peloponnesiacorum talem habet historiam. Quum Perseus sublimis ferretur et ad hunc montem appulisset, decidit forte gladii quem ferebat capulum. Gorgophono autem Epidauriorum regi regno expulso respondit oraculum, ut Argolicas circumiret civitates, et urbem conderet ubi gladii capulum offenderet. Quum ergo ad Argium montem venisset ibique capulum eburneum reperisset, urbem condidit quam ab eventu Mycenas nominavit.

8. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κορύβας καλούμενος, τῇ χρόᾳ κοραξός· ὃν ἐὰν εὕρῃς καὶ ἔχῃς ἐν τῷ σώματι περικείμενον, κατ' οὐδὲν φοβῇ τὰς τετρατώδεις ὄψεις.

8. Nascitur in eo lapis corybas dictus, coracino colore; quem si inveniat aliquis et corpori annexum habeat, non timebit visiones horrendas.

9. Τὸ δ' ὄρος ** Ἀπέσαντος τοῦ Ἀκρισίου. Κυνηγετῶν γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον καὶ πατήσας ἑρπετὸν δηλητήριον ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν υἱὸν θάψας

9. Monti autem *Apesanto nomen dedit* Apesantus Acrisii filius, qui venans ibi quum venenatum protrivisset pedibus serpentem, occubuit. Rex vero, tumu-

---

§ 4. Ἀπέσαντος] « Legebatur Ἀπαίσαντος. Epsilon in proximis ter restituimus. » Hercher. Dein Κοκκύκιον cod. Huic segmini subjungenda est altera de Apesante historia, quæ in codice legitur infra § 9, sed quam præpositam olim fuisse segmini quinto nexus rerum docet, uti monuit Maussacus. Ceterum de Apesante cf. quæ citantur ad Herodori fr. 9 in Fr. hist. t. II, p. 30, et ap. Curtium in libro de Peloponneso 2, p. 510. 587.

§ 6. Σθενὼ] θεννὼ cod.; em. *G*. Cf. similem fabulam ap. Steph. Byz., sec. quam Mycenæ dictæ sunt ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι τὴν Ἰὼ, βοῦν ἐκεῖ γενομένην.

§ 7. ἐξέπεσεν ὁ μύκης] Cf. Hecatæi fr. 360; Eustathius ad Il. p. 219, 27 ed. Basil.; Stephan. Byz. v. Μυκῆναι; Nicander Alexiph. v. 103 ibique schol. ‖ — μύκητα] μύκηνα codex; τὸν μυκῆν dixit Hecatæus.

§ 9. Supplendum esse in hanc sententiam: Τὸ δ' ὄρος [Ἀπέσαντον ὠνομάσθη ἀπὸ] Ἀπεσάντου τοῦ Ἀκρισίου monuerunt Wyttenbachius aliique. Præterea mentionem auctoris, ex quo altera hæc de Apesanto historia, post § 4 inserenda, repetita sit, excidisse probabiliter censet Hercherus, adeo ut ipse scriptor pro more suo ita dedisse videatur: Ὁ δεῖνα δὲ ἱστορίας μέμνηται τοιαύ-

[τὸν] λόφον Ἀπέσαντον μετωνόμασεν, καλούμενον Σελινούντιον.

10. Ὄρος δὲ Κοκκύγιον διωνομάσθη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ζεὺς Ἥρας τῆς ἀδελφῆς ἐρασθεὶς καὶ δυσωπούμενος τὴν ἀγαπωμένην ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς Ἄρη· τὸ γ' οὖν καλούμενον ὄρος Λυρκήιον ἀπὸ τοῦ συγχυρήματος Κοκκύγιον ὠνομάσθη, καθὼς ἱστορεῖ Ἀγαθώνυμος ἐν Περσηίδι.

11. Φύεται δὲ ἐν αὐτῷ δένδρον, παλίνουρος καλούμενον· ἐφ' ᾧ ἄν τι καθίσῃ τῶν ἀλόγων ζώων, ὡς ὑπὸ ἰξοῦ κατέχεται, πάρεξ κόκκυγος· τούτου γὰρ φείδεται· καθὼς [ἱστορεῖ] Κτησιφῶν ἐν α' περὶ Δένδρων.

12. Ἀθηναῖον δὲ ὄρος ἔλαβε τὴν προσηγορίαν ἀπὸ Ἀθηνᾶς· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Ἰλίου πόρθησιν Διομήδης εἰς Ἄργος ὑποστρέψας, εἰς τὸν Κεραύνιον ἀνέβη λόφον καὶ τέμενος Ἀθηνᾶς κατασκευάσας τὸ ὄρος ἀπὸ τῆς θεᾶς Ἀθηναῖον μετωνόμασεν.

13. Γεννᾶται δ' ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ ῥίζα παρόμοιος πηγάνῳ· ἣν ἐὰν γυνὴ φάγῃ τις κατ' ἄγνοιαν, ἐμμανὴς γίνεται· καλεῖται δὲ Ἀδράστεια, καθὼς ἱστορεῖ Πλησίμαχος ἐν β' Νόστων.

XIX. ΑΛΦΕΙΟΣ.

